

Del aprens del P. M. de ...

B-5749

1008

# COMMENTARIA

R. P. F. AMBROSII CATHARINI POLITI

SEFENSIS, EPISCOPI MINORIENSIS,

IN

OMNES DIVI PAULI,

ET ALIAS SEPTEM CANONICAS EPISTOLAS,

AD SANCTISS. D. N.

IV LIVM. III. PONT. MAX.

*Quid in his Commentarijs præstitum sit, cum ad intelligentiam Apostolicæ & catholicæ doctrine. Tum ad confutationem hæresum, præsertim recentiorum, indicabit præmium ipsius Autoris Prefatio, comprobabit autem deinceps sincerum studiosi Lectoris in toto opere legendi iudicium.*

Cum summi Pontificis, & Illustris. Senatus Venetici Privilegio, ad Decennium.



Venetijs, in officina Erasmiana Vincentij Valgrisijs.  
M D L I.


*del collegio de granada Societatis jesu. ad usum Joannis Baptistæ violæ*



*A. a. S. 18*

GRANA  
156

*2012 3-6*



Del apocris del P. M. de Crenova

B-67

# COMMENTARIA

R. P. F. AMBROSII CATHARINI POLITI

SEFENSIS, EPISCOPI MINORIENSIS,

IN

OMNES DIVI PAULI,


ET ALIAS SEPTEM CANONICAS EPISTOLAS,

AD SANCTISS. D. N.

IVLIVM. III. PONT. MAX.

*Quid in his Commentarijs presitum sit, cum ad intelligentiam Apostolicæ & catholicæ doctrinæ, Tum ad confutationem heresum, præsertim recentiorum, indicabit primum ipsius Autoris Præfatio: comprobabit autem deinceps sincerum studiosi Lectoris in toto opere legendo iudicium.*

Cum summi Pontificis, & Illustris. Senatus Veneti  
Priuilegio, ad Decennium.



Venetijs, in officina Erasmiana Vincentij Valgrisiij.  
M D L I.

*del collegio de Granada*  
~~\_\_\_\_\_~~ Societatis Jesu. ad usum Joannis Baptistæ violæ



A D S A N C T I S S I M V M D. N. I V L I V M  
TERTIVM PONT. MAX. COMMENTARIORVM IN  
omnes epistolas B. Pauli Apostoli, & septem cano-  
nicas, R. P. F. Ambrosij Catharini Po-  
liti Episcopi Minorien.

PRAEFATIO.



VOD TAM MVLTA CVM VETERVM, TVM RE-  
centiorum in Epistolas B. Pauli commētaria, quæ pro-  
stant, nō me deterruerint quin ego nostra quoque illis  
adiungerem, Siquis mihi ob hoc dūtaxat uitio, aut ui-  
tuperio uerterit, uideat ne mecum simul innumerabiles,  
& quidem grauissimos autores uituperet. Nam quot  
fuerunt qui in omni genere disciplinarum non contenti priorum studijs,  
etiam ab illis tractata retractauerunt? Qui si eam ob causam deterriti fuis-  
sent, nihil haberemus siue artium, siue scientiarum perfectum. Siquidem  
longitudine temporum, & plurimorū opera ac labore omnes artes atque  
scientiæ incrementum perfectionemque suam paulatim susceperunt. Nulli  
enim autorum unquam adeo felices extiterunt, ut in quauis subiecta ma-  
teria ita cuncta tractauerint, ita singula idoneè, perspicuè, exactè, ac sine ul-  
lo penitus errore expenderint atque explicauerint, ut ueniētibus meditan-  
di noua, & interdum etiam meliora inueniendi atque cudendi locum om-  
nem præcluserint. Quocirca, cum (ut habent uera philosophorum pro-  
uerbia) facile sit inuentis addere, & circa difficilia uersari sapius ac specula-  
ri non sit inutile, & in aliorum erratis deprehendendis multo quàm in no-  
stris omnes simus oculatiores: tantò minus hæc posteriorum diligentia in  
sanctarum scripturarum interpretatione iure potest reprehendi, quātò hæc  
propter magnam sui obscuritatem, & sensuum sublimitatem atque fecun-  
ditatem, & malè illas tractantium peruersitatem, multo maiore indigent  
animaduersione. Quā ob rem si dixerim multitudinem scribentium non  
modo me à scribēdo non deterruisse, uerum etiam plurimum incitasse, mi-  
nimè à ueritate discesserim. Nam si nostræ ætatis tractatores spectemus  
(qui numerus hodie multus est) eorum longè maior pars hæretici sunt, qui  
illud Principis Apostolorum oraculum suo facto uerum fecere, dicentis,  
Esse in his epistolis quædam difficilia intellectu, quæ indocti atque instabi-  
les deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad sui ipsorum perditionem. Hoc  
autem si unquam, nunc potissimum apparet. Quis igitur neget operæ  
pretium fuisse has hæreticorum redargui deprauationes, cum iam & uul-  
gatæ sint, & à multis passim legantur? Hoc uerò à me magna ex parte ef-  
fectum esse, non somniculosus lector facile potest animaduerrere, & (quod  
pulchrū est) sanè perspicere uel ex ipsis eisdem locis eos iugulari atque pro-  
sterni, quibus illi maximè contra nos & impudentissimè innituntur. At  
istud qui scripsere priores, indicare non ualuerūt, cum nec hæc quæstiones

olim mouerentur, nec omnes istorū fallaciā atque argutiā obiectarentur. Non enim negamus si aut illi maiores in hęc nostra tempora incidissent: aut suis ipsorum temporibus agitata hęc controuersia fuissent, quin ualuisent proculdubio & luculētius, & absolutius id præstare, quod nos elaborauimus. B. ille Augustinus tametsi in uarijs suis opusculis cuncta ferè illarum epistolarum loca tractauerit, non tamen perpetua edidit commentaria: neque contra hos qui nūc nati sunt, sed contra Pelagianos hæreticos, quibus isti maximè aduersantur, & in aliud extremum sese præcipitant, potissimū disseruit: quanquā etiam hos sæpenumerò, sed uarijs in locis sparsim, suis sententijs perstringit. Quæ autem in Tomis D. Hieronymi adiecta sunt ad ipsas epistolas commentaria, non esse Hieronymi pelagiana hæresis, quæ ibi astruitur, satis declarat. Vnde quidam non iniuria Pelagium eius operis autorem credidere. B. autem Ambrosius, utpotè concisus & breuis nec disputator, locū reliquit alijs. B. Chrysostomus, ut solet, non tam commentator ad studiosos, quàm concinnator ad plebem: nec tam dogmatum, quàm morum doctor apparet. Denique res ipsa palàm attestatur, nūquàm quicquàm tam enucleatè patefactum fuisse in Ecclesia, sicut ea quæ in controuersiam adducta, doctorum disputationibus hinc inde sæpius uersata sunt, & ad minutum expensa, præsertim si cum hæreticis actū sit. Nam eò usque profuit contentio, ut pleraque in Catholicorū libris obiter offenderentur, quæ doctos pariter ac pios offenderēt, nisi posteriorum disputationibus ueritas illuxisset. Quam ob rem hoc pacto illos interdum D. Augustinus excusare solet, quòd non exactè tunc rem tractarint, cum de ea nulla esset in ecclesia exorta cōtentio. Et re uera hæreticorum disceptationes semper acuerunt nostrorum ingenia, & argumēta mouentes dederunt locum inquisitioni atque inuentioni ueritatis, incenderuntque multos ad studia & scrutationem scripturarum. Nam ob hoc ipsum (ut eleganter idem Augustinus admonet) permittit D E V S uenire hæreticos, ut per illos exercentur Catholici, euadantque multò peritiores, & aduersarios gloriosè prosternant. Hoc à nonnullis nostra ætate foeliciter esse præstitutum, liuidus sit qui neget. Extant enim præclaræ D. Ioānis episcopi Roffensis & Martyris disputationes, quibus Lutheranas & Oecolampadianas blasphemias ita doctè atque eleganter excussit, ut nemo prudens non illas dignas anathemate sanè perspiciat. Ioannes item Cochlæus Germanus, qui iam perpetuos triginta annos fortis in acie stetit aduersus istos ecclesiæ hostes, ita illos perstrinxit, eorumque insaniam & uenenosam doctrinā, spurcamque uitam, ac mores sacrilegos ita traduxit, ut æqui & candidi animi lector plenissimè persuasus euadat. Verum non erat hic locus ut omnes qui cum laude aduersus hæreticos scripsere, recēserem: hoc solummodo ad rem attinebat. Quia hæretici in commentarijs suis ad scripturas, & præsertim ad Paulum, suos illos disseminarunt errores, iccirco hoc à plerisque desiderabatur, ut & nostri quoque haberent in cōmentarijs, quò ex ipsa scriptura responderetur illis, & confutarentur, dum uerior Apostoli sensus commodius declaratur. Nam (quòd silentio præterire non ua-

leo) etiam

leo) etiam ex nostris, qui post subortas hæreses sua edidere commentaria, non defuerunt qui in plerisque à catholica ueritate recesserūt, hæreticis in quibusdam fauentes: & nonnulli qui dum Lutheranos scopulos deuitant, in pelagianos & alios peregrinos errores incurrunt. Quam ob rem cum ad confutandum aliena, tum ad confirmandum nostra, denique ad aperiendum in plerisque locis uerū ac germanum sensum Apostoli qui multos latebat, id oneris mihi sumere non inutile sum arbitratus, nihil eorum quæ ad hanc rem pertinerent pro uiribus prætermittens. Legi enim ueterū pariter & nouorum expositiones. Consului ut ueram lectionem deprehenderem, & græcos codices, & eruditorum annotationes, qui circa ueritatem literæ laborarunt. Et licet ego ueterem ac uulgatam editionem omninò magis probem, atque illam interpreter: non tamen adeò durus esse uolui, ut si quid fortè emēdatius in antiquis, aut græcis codicibus uiderim, illud despexerim, cum planè nouerim hac in re à plerisque in utrāque partē peccari. Caietanus nusquam, ne latum quidem unguem, à codicibus græcis, qui nunc extant, recedit: tametsi nonnūquàm & in hoc fallatur, putans ita haberi in græcis, cum ita nō habeatur. Erasmus etiam in multis iure fuit reprehensus, quòd nec ille ualuit inficiari. Vnde & quintam fabricauit editionem, necdum tamen omninò fidelem. Et iam illud extra controuersiam est, græcos codices & olim & hodiè in multis inter se non conuenire, sicut nec etiam latini conueniunt: quòd diligentia multorum tandem comperitum est. Illud ergo præcipuè mihi curæ fuit, uerū Apostoli sensum pro uiribus explorare, assequi, proferre, ac simul ostendere nullum magis cum nostræ ætatis hæreticis pugnare, quàm Paulum ipsum. Nec fuit in animo semper uarias textus lectiones adducere, nisi ubi opus esse perspicere. Nec cunctorum libuit expositiones recitare, aut expēdere: sed ex pluribus illam ubique deligere, quæ sincera, & ex mēte autoris dignaque Apostolico spiritu uideretur: denique talis, quæ sua luce non socordi lectori facillè posset ita se commendare, ut si fortè aliæ occurrant, sola collatione meritò despicendas atque explodendas esse pernoscat. De stylo autem ac dictione, selectisque uerbis, fateor me non admodum fuisse sollicitum, tenens illud Apostoli: Non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctis spiritus. Abundè enim omnibus me satisfacturum putauit, si ita sermonem temperarem, ut neque eruditi meritò fastidire, nec alij de cultu nimio conqueri ualerēt, quo minus res ipsa intelligi ac spectari queat. Caterum, maleuolos & uiligatores, qui quæ non intelligunt, uituperant, & occasiones quærūt garrientes in angulis, ac detrahentes fratri suo gratis, iam nihil moror. Iam diu enim in his obcallui, & causam meam, idest, ueritatem commendauit Deo. Non enim propter hoc oportet quenquàm absterreri ab opera utili ac studiosa, cum sit scriptum: Qui uentos obseruat, nunquàm feret. Nam quæ Magister quidam nostri nominis detractor in sua quadam apologia, & suis ad Romanos commentarijs, parum religiosè ac minus doctè aduersum nos & scripta nostra effutiuit, non sunt mihi uisa digna quæ in nostris rememorarentur. Etenim iam in Expurgatione nostra, & in Disceptationi

bus ad illum, arbitror esse ita discussa & confutata, ut sese ac sua tuēdi nūllus sit penitus ei locus relictus. Quod cū ille iam sanē (ut opinor) perspexerit, significauit mihi per literas, constitutissimum sibi esse ne uerbum ullum quādiu uixerit, eorum quæ in illum rescripserim se lecturum. Quin etiam ne ullum quidem uerbum Expurgationis nostræ quam misi ad illū, aduersus ea quæ in me & doctrinam nostram ille olim calumniosè, inscitè, ac sophisticè disseruerat, se legisse asserit. Quod si res ita uerè se habet, (quanquam quis hoc credat?) & stat sententia, ne ullam lineam (ut eius uerbis utar) scriptorum meorum se uelle legere, & hoc pacto ipse sibi & aliis coram DEO satisfacere arbitratur: mihi quoque satisfactum esse confiteor. Bene ualeat ergo, & nos ad rem nostram, unde digressi sumus, redeamus. Quod si quid aliud fortè per humanam incuriam, aut ignorantiam, siue imperitiā mihi exciderit, quod sit ulla in parte à ueritate alienum, synce- rē & coram DEO protestor nolle me illud quouis modo asserere, uel defendere: sed cū primū mihi idoneè ostensum fuerit, ingenuè respuere ac damnare, sicut in cunctis, quæ iam sunt edita, scriptis meis semper animo candido sum protestatus, ut & ego & libri etiam nostri semper catholici sint. Nam ut apud B. Augustinum legitur, Romanus Pōtifex librum Cœlestii, ubi pelagiana hæresis commendabatur, catholicum ob hoc tantum pronunciauit, quod uir ille eam hæresim inter illa posuit, de quibus se dubitare & instrui uelle, & literis Pontificis consentire profitebatur. Si igitur ea protestatio hæretici libellum ubi error manifestè inerat, & perniciosus, & Pontifici notus, in foro tamen Ecclesiæ catholicum fecit, donec ille se ipsum hæreticum prodidit: quid de nostris pronunciare debeat æquus censor, in quibus (DEO gratia est) nihil posse arbitror à quoquam quantūuis maligno reperiri, quod uel scripturis, uel ecclesiasticis diffinitionibus, uel communi Catholicorum doctorum consensui aduersetur? Si quid autem aliud fortè aut ineptum, aut superuacaneum imprudentius exciderit, merito se inhumanum prodet qui humanæ conditionis immemor, & se ipsum ignorans, non ducat dignū uenia eum, qui cū plurima non ineptè tractauerit, aliquo fortè in loco humani quidpiam perpeffus sit. Quis enim etiam nobilium tractatorum non errauit aliquando? Quis omnibus, ac per omnia satisfecit? Detritum est iam in ore uulgi, sed uerū prouerbiū: Quandoque bonus dormitat Homerus. Satis mihi sit, & animum semper habuisse candidum, & de uigiis nostris aliorum potius profectum, quam meam gloriam in hoc mundo pro scopo mihi, teste DEO, proposuisse. Reliquum ergo erat ut id operis alicui dicarē. At cui, rogo, nisi cui potissimum debetur? Quis autem cui magis debeatur, quoquo uersum spectemus, fingi aut excogitari potest, nisi tu unus, IULI PONTIFEX MAXIME? Si enim ad me respicio, quid est ex me quod tibi non debeam? Nam cū tu omnium Dominus sis & Pater, mihi tamen præ multis etiam peculiariter & Pater, & Dominus es. Non igitur hæc tibi quasi discipulo donari dixerim, & si aliquando hoc fueris, dum adolescens iuris ciuili sapientiæ operam dares. Nam postquam penè à teneris ad rerum administrationem euocatus,

euocatus, & præclarissimis dignitatibus decoratus, longè me anteuertisti, & nunc in eum ascendisti gradum, quo nihil excelsius spectatur in terris, par est ut hæc tibi tanquam Domino, ac Patri, & Magistro dicentur: quæ dicatione, te illam dignè probante atque acceptante, quodammodo sacra fiant, & metum irreligiosis buccis incutiant, ne ausint tanto in terris numini oblata & sanctificata uiolare. Præterea res ipsæ quæ ibi tractantur, religiosæ, difficiles, arduæ: De Angelis: De peccato originali: De lege: De fide: De operibus: De cæremoniis: De Euangelio: De iustificatione: De prædestinatione: De Ecclesia: De sacrificio: De sacramentis: De ordinibus: De pseudoprophetis, & pseudoapostolis: De aduentu Antichristi, & gloriæ magni DEI & Domini nostri IESU CHRISTI: De resurrectione mortuorū & iudicio æterno: denique de præceptis, & uirtutibus, & uitis: Res, inquam, ipsæ, & quæ de his disputationes occurrunt, neminem aliū in terris reuisorem ac probatorem sibi poscebāt, quàm te qui Petri fidem & cathedram tenes, & hac in re nec falli quidem potes, nec fallere. Non est hæc adulatio, sed simplex nostræ fidei professio. Quod enim orauit pro Petro Dominus, ne illius fides deficeret, sed aliquando conuersus confirmaret fratres suos, hoc ad tuam istam excelsam sedem extēdi, nemini unquam qui à Spiritu DEI sapientiam hauserit, dubium fuit. Hoc diuturnus in orbe Christiano usus ab ipsius Ecclesiæ exordiis, cū maiores causæ (& potissimum quæ sunt fidei) & cognoscendæ & decidendæ ad tribunal tuū semper delatæ sint, ualidissimè cōprobauit. Quam ob rem rogo te Beatissime PATER, quod & te, me tacente, facturum spero, quia & me amas, & nostras uigilias non contemnis, si quando ab urgentioribus uacaueris negotijs, & firmiore fueris ualetudine, ne graueris hæc nostra percurrere. Non enim dubito per egregiam ingenii tui perspicaciam, & iudicii præstantiam, & eam quam tibi DEI Spiritus intelligentiam suggeret, sicut ipse Apostolicā sedem tenes, ita etiam Apostolicas, ut decet, sententias plenas sapientia ac uita penetrabis, planeque agnosces ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, ut perfectus sit homo DEI in iustitia, & ad omne opus bonum instructus, nihil excogitari posse aptius, nihil uiuum magis & efficax, quàm tanti Apostoli cœlestis doctrina: ut merito uel ipsi eius æmuli faterentur epistolas quidem esse fortes & graues: & ipse de se illud prædicare non timuit: Etsi imperitius sermone, non tamen scientia. Quod autem de epistolis D. Pauli dico, etiam de septem quatuor Apostolorum canonicis assero, quarum etiā enarrationes iis B. Pauli commentariis adiunxi, ut iustus Tomus completeretur. Vna enim ibi fides agnoscitur, unus spiritus, una doctrina, quam Dominus ipse IESVS CHRISTVS dignetur inferere in cordibus nostris, ut quæ nunc per speculum in ænigmate cernimus, reuelata eius gloria in cœlis, & in sempiternis illis sæculis contemplemur, Amen. Vale semper sc̄elix Beatis. PATER.



# INDEX TOTIVS

operis ordine alphabetico cōpendiosè uerborum ac rerū præcipuarū summā cō-  
plectens, quæ passim suis locis declarantur. Primus numerus, paginam; Secundus, colum-  
nam indicat. Columnæ autem ob summam sententiarum & ferè perpetuam colligationē  
in breuiore partes, citra intelligentiæ & integri sensus iacturam, distribui non potuerunt.  
Aequus Lector boni consulat.

## A

### ABBA.



**BB A PATER CLAMANT**  
ueri Christiani in Spiritu sancto,  
pagina .78. columna. 2.  
Abba pater duo uocabula, quibus uo-  
catur Deus ab Apostolo Paulo, ut om-  
nium gentium et linguarum esse Deus  
& Pater declaretur, *ibid.*

Abba nomen Hebræum. *p. ibid.*

### ABRAHAM.

Abraham ex fide eternorum iustificatus est, pag. 41.  
col. 2. & p. 284. c. 1.  
Abraham fuit typus & exemplum iustificationis. p. 46.  
c. 1. & p. 47. c. 2. & p. 284. c. 2.  
Abraham quomodo ex operibus iustificatus, & quomo-  
do per fidem accepit repromissionem, p. 47. c. 2.  
item p. 48. & 49. c. 1. & p. 50. c. 2. item p. 284. c. 1.  
Abraham fuit singularis quidam typus totius uitæ homi-  
nis Christiani, p. 288. c. 2.  
Abrahæ fides commendatur, p. 50. c. 1. & 2.  
Abrahæ ueri filij, ad quos spectat cælestis promissio, qui-  
nam sint, p. 90. & p. 91. item p. 284. c. 2.  
Abrahæ benedictio data fuit ad omnium prorsus gentium  
salutem, modo fidem illius imitentur, p. 287. c. 2.  
Abrahæ promissiones factæ, plures & diuersarum rerū,  
p. 288. c. 1. & 2.

### ABUNDARE.

Abundare in suo sensu quid uerè significat, p. 126. c. 2.  
Abundare antiquitus cō plus solabant Prælati, quod abun-  
dantius in pauperes conferebant, p. 463. c. 2.

### ABUSVS.

Abusus Prælatorum multi, p. 445. c. 2.  
Abusus in ordinādis ad sacros ordines passim & sine ullo  
delectu, p. 389. c. 2. & p. 436. c. 2.  
Abusus in dispensandis & conferendis ecclesiasticis in-  
dulgentijs, p. 377. c. 1.  
Abusus in cantu indecenti & officijs ecclesiasticis repre-  
henditur, p. 386. c. 2. & item p. 340. c. 1.  
Abusus maxime detestandus in templis Dei tempore sup-  
plicationū solemnium, ubi iam non conuenit populus ad  
diuinum cultum, sed ad strepitum, p. 426. c. 1.  
Abusus religiosorum & regularium circa splendida & su-  
perba ædificia, 414. c. 2.  
Abusus Aulicorum etiam ecclesiasticorum in turpitudine  
indumentorum & uanitate pāganos & milites secularis  
superantium, p. 199. c. 1.  
Abusus turpissimus mulierum impudicissimo ornatu sese  
componentium taxatur & uituperatur, ubi adhibetur ele-  
gans B. Chrysostomi increpatio in huiusmodi uanitatē  
christianis uocibus indignam, p. 430. c. 2. et seq.  
Abusus circa ornamenta muliebria ex Isaiā seuerè à

Deo castigatus comprobatur, p. 433. c. 1. & 2.  
Abusus pictorum circa imagines, quas nudis membris  
indecentissimè pingunt in aris & præcipuis Dei templis  
taxatur, p. 645. c. 2.

### ACCEPTIO PERSONARVM.

Acceptio personarū que uitio uertitur, propriè que  
nam sit, p. 24. c. 1.  
Acceptio personarum nulla erit in cœlis, p. 344. c. 1.  
Acceptio personarum uituperatur, p. 566. c. 1.

### ADAM.

Adam qua ratione dicatur forma futuri, p. 57. c. 2.  
Adam in quo statu ante peccatum, p. 73. c. 1.  
Adam accepit gratiam & dona spiritualia per Christum  
ante peccatum, p. 213. c. 1.  
Adam in statu innocentie habuit reuelationem circa  
mysterium de Christo, p. 174. & p. 213. c. 1.  
Adam pro se et posteris dona differētia accepit, scilicet ius-  
titiam originalem, & gratiam, p. 35. c. 1. & p. 55. c. 2.  
Adam promissit accepta dona se conferuaturum pro se &  
pro filijs suis, p. 55. c. 2.  
Adam quomodo fuerit ille inspiens qui dixit in corde suo:  
Non est Deus, p. 34. c. 2.  
Adam terrenus et animalis quomodo dicatur, p. 212. c. 2.  
p. 113. c. 1.  
Adam quomodo totum mundum in seipso intelligebatur  
continere, p. 53. c. 2.  
Adæ peccatum nullo modo dicendum est fuisse à Domino  
Deo intentum, p. 59. c. 2.  
Adæ dominatus in creaturas post peccatum longè diuer-  
sus à priore dominatu, si in iustitia & obedientia perse-  
uerasset, p. 191. c. 1.  
Adæ peccatum quod intrauit in mundum, & per peccatū  
mors, quodnam fuerit, p. 53. c. 2.  
Adæ peccatum transijt actu, remansit reatu, p. 54. c. 1.  
Adæ peccato nullo modo, nec pro ullo temporis momen-  
to subiacuit sanctissima Dei Mater, *ibid.*  
Adæ peccato (ne illud incureret) in gratiā Filij præserua-  
ta est B. VIRGO ad sensum scripturarum, p. 135. c. 1.  
Adam non fuisse seductum à serpente, sed Heuam multi-  
erem tractatur, p. 433. c. 1.  
Adam peccante omnes peccauerunt, p. 39. c. 1. & p. 53.  
c. 2. & p. 55. c. 2. item p. 56. & 382. c. 1.  
Adam peccante etiam nos omnes peccauisse rectè inter-  
pretatione dicimur, p. 56. c. 1.  
Adam prostrato & uulnerato etiam nos eius filij uulne-  
rati sumus: quo in loco exponitur pulchra illa parabola  
de homine qui descendens de Ierusalem in Ierico incidit in  
latrones &c. p. 38. c. 2. & p. 55. c. 1. & 2.  
Adam moriente omnes mori, & Christo resurgēt omnes  
uiuificari, quomodo intelligatur, p. 209. c. 2.  
Adam †



AMBITIO.

Ambientes praelaturas & sacerdotia ecclesiastica taxantur, p. 369. c. 2. p. 512. c. 1. p. 513. c. 2.  
Ambientes Episcopatus, excidentés post à gloria concu-  
incidunt in laqueum diaboli, p. 436. c. 1.

AMEN.

Amen, quid significet, p. 2. c. 2.  
Amen dicitur Christus, p. 20. c. 2. p. 221. c. 2.

AMICITIA.

Amicitia mundi repugnat amicitia Dei, p. 623. c. 1.  
Amicitia quæ ex mundo est, tria mala habet, ibid.  
Amicitia omnis gaudet mutuo conuictu, p. 645. c. 2.  
Amicitia huius mundi inimica est Dei, p. 574. c. 2.

AMOR.

Amor rerum omnium fons & origo, p. 631. c. 1.  
Amor Dei Patris summus erga homines in sola Christi  
cruce & acerbissima morte, nobis perfecte ostensus & ex-  
pressus est, p. 146. c. 2. p. 147. c. 2.  
Amor sui ipsius radix est & peruersitas malorum om-  
nium & flagitiorum, p. 72. c. 2.  
Amor Dei, & amor carnis & sui ipsius quomodo adhuc  
in sit homini spirituali, p. 71. c. 1.  
Amor, Christianus quantam simplicitatem habere & ser-  
uare debeat, p. 587. c. 2.  
Amor & dulcis sermo maiorum & seniorum mirifice  
incendit ingenuos adolescentium animos ad subeundos ua-  
rios labores, p. 452. c. 2.  
Amore filiali, non autem seruilii obtemperant Deo qui ue-  
re sunt filij eius, p. 78. c. 2.

ANATHEMA.

Anathema proprie quid significet, p. 89. c. 1. c.  
p. 196. c. 2.  
Anathema quandoq; in bonam, sed sepius in malam par-  
tem sumitur, ibid. c. 2. p. 196. c. 2.  
Anathema esse quò B. Paulus optauit p. 89. c. 2.  
Anathema cur imprecatur Apostolus non diligenti ad-  
uentum Domini, p. 217. c. 2.

ANGELVS.

Angelus quid sit, p. 5. c. 1.  
Angeli uocatur Dij & Domini in scripturis, p. 180. c. 1.  
Angeli Deo propinquiores uocantur altitudo, p. 88. c. 1.  
Angeli habent suum modum loquendi, p. 200. c. 2.  
Angeli septem præ cæteris electi, p. 446. c. 2. c. p.  
495. c. 1.  
Angeli singuli singulis hominibus ad salutem assignati,  
p. 94. c. 2. c. p. 494. c. 2.  
Angeli spectatores actionum nostrarum, p. 124. c. 2.  
Angeli orantibus assistunt, p. 191. c. 1.  
Angolorum natura, gratia, & dignitas, p. 493. c. 1.  
Angolorum quidam mittuntur à Deo immediate, quidam  
aut per superiores Angelos, p. 258. c. 2.  
Angolorum casus & lapsus historia explicatur, p. 604.  
p. 2. c. seq.  
Angolorum Saluator Christus, quomodo dicatur,  
p. 356. c. 1.  
Angolorum ministerio gentiles multi illuminati sunt, &  
salutem adepti, p. 16. c. 2. c. p. 105. c. 1. c. p. 293. c. 2.  
Angolorum quadam emulacione per accidens potest im-  
pediri quorundam salus, p. 88. c. 1.  
Angelis reuelatum Christi uenturi mysterium, quem ado-  
rare iussi sunt, p. 138. c. 2. c. p. 356. c. 1. item p. 454.  
c. 1. c. p. 466. c. 1.  
Archangelus Gabriel unus ex hierarchia suprema,

p. 258. c. 1. c. p. 495. c. 1.  
Archangeli Michael, Gabriel, & Raphel tres ex septem  
primarijs principibus, p. 495. c. 2.  
Archangeli summi quandoq; mittuntur, ibid.

ANIMA.

Anima est forma corporis, cui dat uitam, p. 212.  
c. 2. c. p. 213. c. 1.  
Anima Christiani in luctu quasi uida stare debet, donec  
redeat Sponsus cælestis, p. 300. c. 2. c. p. 431. c. 2.  
Anima pro ipso homine non raro sumitur in scripturis  
sanctis, p. 118. c. 2.  
Anima inest spiritus superbia, ibid. c. 1.  
Anima immortalitate posita necessariò sequitur mor-  
tuorum resurrectio, p. 290. c. 1.  
Anima & spiritus appellatione, una & eadè res prorsus  
significatur, p. 511. c. 2.  
Anima iustorum in gratia decedentium protinus beatitu-  
dine cælesti fruuntur, p. 232. c. 2. p. 352. c. 1.  
Animarum zelus magnum sacrificium, p. 184. c. 1.

ANTICHRISTVS.

Antichristus qualis futurus, p. 490. c. 2.  
Antichristi origo & miracula, p. 411. c. 1.  
Antichristi mortem non statim consequetur extremi iu-  
dicii dies, ibid.  
Antichristi per Christi spiritum miraculosa interfectio  
Isaia, Daniele, et Apostoli pphetia ostēditur, p. 410. c. 2.  
Antichristi præcursores noui heretici, quorum blasphem-  
ia in Christi Vicarium retunduntur, ibid.  
Antichristi minister insignis Lutherus, exemplo à uoto  
castitatis petito ostenditur, p. 640. c. 1.  
Antichristi multi mox exoriuntur, ubi Christi gratia ma-  
ximè prædicatur, p. 624. c. 1.  
Antichristi præcursores Simon Magus, Hebion & c. ibid.

APOCRYPHA.

Apocrypha quædam citare non imminuit scripturarum san-  
ctarum auctoritatem, p. 646. c. 1.

APOSTATA.

Apostata comparatur cani et sui pecudi, p. 609. c. 2.  
Apostatas & deserentes uitam spiritualem intelligit Apo-  
stolus eos, qui nequeunt renouari ad penitentiam, ex loco  
epif. ad Hebr. p. 318. p. 2. c. seq.

APOSTOLVS.

Apostolus proprie quid p. 504. c. 1.  
Apostolus primarius & omnium eminentissimus à Pa-  
tre immediate missus Christus, ibid.  
Apostolus fidelis quid facere teneatur, p. 504. c. 2.  
Apostoli electi quasi rutilantia sidera ad testificandum  
luci, & fundandam fidem, p. 279. c. 2.  
Apostoli post Christum, sunt aliorum credentium fun-  
damentum, p. 324. c. 1.  
Apostoli fuerunt in benedictionibus præcipuaratione apo-  
stolatus, qui habuerunt primitias spiritus, p. 82. c. 1.  
c. p. 309. c. 1. c. p. 314. c. 2. item. 317. c. 1.  
Apostoli delibatio sancta ex massa Israelitarum, p. 110. c. 2.  
Apostoli dicuntur cæli, p. 107. c. 1.  
Apostoli de sua presenti gratia certi, p. 153. c. 2. c. seq.  
Apostoli editis miraculis fidem euangelicam ueram esse  
demonstrabant, p. 149. c. 2.  
Apostoli non poterant errare in doctrina, p. 279. c. 2.  
c. p. 371. c. 1.  
Apostoli multa ad ceremonias pertinentia constituerunt,  
quæ per traditiones ad nos de uenerunt, p. 44. c. 1. c.  
p. 196. c. 1.

Apostoli uotum castitatis potentissime, B. Augustino teste,  
uouerunt, p. 170. c. 2.  
Apostoli postquam electi sunt ad Apostolatam, nunquam  
re coniugij usi sunt, p. 136. c. 1. c. p. 170. c. 2. p. 182.  
c. 1. c. p. 365. c. 2.

Apostoli potestatem habebat corum sumpibus uiuendi, qui-  
bus prædicabant, p. 182. c. 1. c. 2.  
Apostolorum missio immediate à Deo, p. 5. c. 1. p. 133.  
c. 2. c. p. 258. c. 1.

Apostolorum proprium munus non fuit baptizare, sed  
euangelizare, p. 144. c. 2. c. seq.  
Apostolorum iurisdictio in populos, unde oriebatur,  
p. 244. c. 2.

Apostolorum statuta omnino seruanda, tanquam à Spi-  
tu sancto sancta, p. 173. c. 2.  
Apostolorum traditiones per hereticos spernuntur, & à  
populis deseruntur, p. 604. c. 2.

Apostolorum potestas in criminosos, p. 161. c. 2. c.  
p. 317. c. 2. p. 642. c. 1.  
Apostolorum legatio quid in summa cõtinebat, p. 234. c. 1.  
Apostolorum sanctitas, qualis, p. 308. c. 1.

APOSTOLATVS.

Apostolatus Christi eminentissimus, p. 504. c. 1.  
Apostolatus uarios esse gradus, p. 4. c. 2. c. seq. c.  
p. 133. c. 2. item p. 258. c. 2. p. 504. c. 1.  
Apostolatus illorum duodecim Apostolorum quado per-  
fectus fuit, p. 5. c. 1.

ARMA.

Arma lucis quænam sint, p. 124. c. 2.  
Armatura Dei, qualis, p. 345. c. 1.

ARTES.

Artes liberales & scientias minime damnandas, con-  
tra quorundam commentum, p. 147. c. 2. c. p.  
379. c. 2.

AULICVS.

Aulici qui gloriam mundi ambiunt, quam miseri tan-  
dem inueniuntur, p. 157. c. 2.  
Aulicorum genus miserum taxatur, p. 344. c. 2.  
Auxilium Dei asiduam nobis ad uitanda peccata neces-  
sarium, p. 513. c. 1.

B

BAPTISMVS.

**B**APTISMVS Christi, & baptismus Ioannis  
diuersi, p. 289. c. 2.  
Baptismus aquæ, spiritus, & ignis, p. 517. c. 2.  
Baptismus per aquam quomodo mundet animam à  
peccatis, p. 341. c. 1. p. 596. c. 1. c. 2.  
Baptismus continet fidei & totius religionis nostre pro-  
fessionem, p. 143. c. 2.  
Baptismus nonnunquam pro cruce & afflictionibus  
accipitur, p. 211. c. 1.  
Baptismi forma à Christo tradita omnino seruari  
debet, p. 144. c. 1.  
Baptismi effectus à Deo immediate procedunt, ibid.  
Baptismi doctrina explicatur, & eius utilitas, p. 60. c. 2.  
c. seq. c. p. 293. c. 1. item p. 385. c. 2.  
Baptismi regeneratio nos facit membra Christi, p. 198. c. 1.  
Baptismi mysterio, mors, sepultura, & resurrectio Domi-  
ni significatur, p. 60. c. 2. c. seq. item p. 143. c. 2.  
c. p. 306. c. 1. c. p. 334. c. 2. item p. 381. c. 2.  
Baptismi sacramentum suscipienti dat Deus iustitie do-

num in ueste candida significatum, & is recuperat amisa  
sam Dei imaginem, p. 31. p. 385. c. 2.  
Baptismo tollitur omnino peccatum originale ut iam  
non dominetur, contra hereticos, p. 62. c. 1. c. 2. c.  
p. 280. c. 1. item p. 342. c. 1.

Baptismo communiter non extinguitur concupiscen-  
tia, sed ad meritum relinquitur, p. 62. c. 2. p. 63. c. 1.  
c. p. 301. c. 2.

Baptismus suscipienti, ut sancti doctores tradunt, impri-  
mitur character, p. 222. c. 1.  
Baptismus liberum esse dogmatizarunt quidam recen-  
tiores heretici, p. 270. c. 1.

BEATVS & BEATITVDO.

Beatus homo cui non imputatur peccatum, intelligitur  
in spe, non in re, p. 46. c. 2.  
Beatum esse qui credit, etiam si in peccato sit, dogmati-  
zant Lutherani, p. 47. c. 1.

Beatitude qua non imputatur peccatum, proprie de orig-  
peccato intelligenda, p. 46. c. 2. c. p. 47. c. 1.  
Beatitude tria genera cõplectitur Propheta ex psal.  
Beati quorum & c. p. 46. c. 2.

BENEDICERE & BENEDICTIO.

Benedicere Dei est re ipsa benefacere, p. 309. c. 1.  
Benedici minorem à maiore, quomodo proprie intel-  
ligatur, p. 523. c. 2.

Benedictiones dicuntur dona, p. 309. c. 1.  
Benedictiones legis gratia, nõ sunt terrenorum bonorum  
quales Mosaiæ, sed cælestium, p. 309. c. 1.

BLASPHEMIA.

Blasphemia quid sit, p. 34. c. 1.

BONVM.

Bonum duobus modis consideratur, p. 168. c. 1.  
Bonum pro honesto & commodo quandoque acci-  
pitur etiam à scriptura, ibid. c. 2.

Bonum suuissimum est diffusiuum, p. 314. c. 1.  
Bonum emulandum, sed bene, p. 296. c. 1.  
Bonum quodcumque in nobis est, habet initium ab ipso  
Domino Deo, p. 349. c. 2.

Bonum summum eius natura est ut dare semper uelit, non  
accipere, p. 314. c. 1.  
Bonifacere coram Deo ex nobis quasi ex nobis nequaquam  
possumus, p. 226. c. 1. c. p. 470. c. 2.

C

CAEREMONIAE.

**C**AEREMONIAE ad obseruantiam moralium  
instituta, p. 44. c. 1.  
Ceremonia multis de causis necessaria, p. 44.  
c. 1. c. p. 413. c. 1.

Ceremonia non respuuntur à lege fidei in nouo testamen-  
to, sed potius admittuntur & præcipiuntur, p. 44.  
c. 1. c. p. 191. c. 2. c. p. 413. c. 1.

Ceremonia multa que in ecclesia seruantur, ab Apo-  
stolis per traditionem accepta fuerunt, p. 44. c. 1.  
c. p. 413. c. 1.

Ceremonia legis Moysi erant figurae Christi uenturi,  
p. 44. c. 2. c. p. 382. c. 2.  
Ceremonia legis Moysi per aduentum Christi omnino cessa-  
runt, & nunc mortifere facta sunt, p. 273. c. 1.  
Ceremoniarum tradendarum negotium cõmiste Christus sum-  
mo Presuli, quem sui loco reliquit in ecclesia, p. 44. c. 1.  
c. p. 413. c. 1.



Ceremoniarum multitudine quasi subiugo premebantur Iudei, à quo Christus eos liberavit, p. 170. & 298. c. 2.  
 Ceremoniarum tradendarum curam commisit Christus suo Vicario, p. 44. & 413. c. 1.  
 Ceremoniarum multitudo potius suffocat opera spiritus & spiritum ipsum, quam adiuuet, p. 298. 2.  
 Ceremonijs quasi quibusdam uinculis, in officio olim continebantur Iudei, p. 44. c. 1.

CARO.

Caro Christi cur dicitur facta nobis signum nostrae salutis, p. 150. c. 1.  
 Caro Christi glorificata qualis sit, p. 259. c. 1.  
 Caro Christi & Matris una & eadem caro, ac propterea perfecte glorificata, p. 494. c. 1.  
 Caro pro homine, p. 36. & 65. & 73. c. 2.  
 Caro & sanguis quid plerumque apud B. Paulum significare soleant, p. 267. c. 1.  
 Caro dicitur homo exterior, p. 63. c. 1. & p. 65. c. 2.  
 Caro ex sui natura ad seruiendum peccato propensissima, p. 72. & seq. & p. 301. c. 2.  
 Caro potens ad captiuandum interiorem hominem, nisi uigilet & resistat, ibid.  
 Caro nihil boni ex se potest, p. 37. & p. 77. item p. 302. c. 1. & seq.  
 Caro nostra quomodo et quatenus à nobis curanda, p. 125. c. 1. & p. 301. & 341. c. 2. & seq.  
 Carnis gloria, p. 588. c. 1.  
 Carnis opera, p. 302. c. 1.  
 Carnis gloriatio quae uituperanda est, in quo potissimum consistat, p. 148. c. 2.  
 Carnis prudentia, quae mors apud B. Paulum dicitur, quo modo intelligatur, p. 77. c. 1.  
 Carnis primogenituram non solet considerare Dominus Deus, p. 96. c. 2.  
 Carnis appetitum non sequitur qui sunt in Christo, p. 75. & p. 77. c. 1. & p. 301. c. 2.  
 Carni hominis etiam spiritualis non inest perfectus in hac uita Dei appetitus, p. 69. c. 2.  
 In carne esse quid significet, p. 66. c. 2. 77. & item p. 148. c. 2.

CATHOLICVM.

Catholica doctrina de iustificatione breuiter exponitur, contra Lutheranos, p. 273. c. 1. & 2.  
 Catholica doctrina cum Iuherana comparatur, p. 265. c. 1.  
 Catholica doctrina de iustificatione magnificat gratiam & beneficium Christi, contra Lutheranos, p. 48. c. 2.  
 Catholice duo tenenda, Alterum quod Deus uult omnem hominem saluum fieri: Alterum, quod fides aeternorum & charitas Dei est remedium necessarium ad salutem, p. 29. c. 1.

CHARACTER.

Character inuisibilis imprimitur in baptismo, p. 222. c. 1. & c. 2. & p. 316. c. 1.  
 Character Patris proprie dicitur Filius, non autem Spiritus sanctus, p. 489. c. 1.

CHARITAS.

Charitas proprie quid, p. 41. c. 1.  
 Charitas est donum iustitiae, per quod formaliter iustificamur, p. 102. & p. 129. c. 1. & p. 165. c. 2. item p. 299. c. 1.  
 Charitas non est sine fide & spe, donis infusis, ibid.  
 Charitas in Deum & proximum est summa & implementum totius legis, p. 42. c. 1. & p. 68. c. 2. supra, & p. 122. c. 2. & p. 123. c. 1. & p. 306. c. 1.

Charitas in Deum requiritur maior à Christianis, quàm olim à Iudeis, p. 42. c. 2. in fine. & c. seq.  
 Charitas Dei quae efficit ut spes nostra non confundatur, est ea qua Deum diligimus, p. 52. c. 1.  
 Charitas Dei erga nos ab eius beneficijs conspicitur, potissimum in Christo ad mortem pro nobis tradito, p. 42. c. 2.  
 Charitas Dei erga nos immensa ostensa est in Christo crucifixo, ibid. & p. 146. c. 2.  
 Charitas Dei amittitur in multis propter uarias tribulationes, p. 87. c. 2.

Charitas est uia excellentior omnibus ad caelum promerendum, p. 200. c. 1. & p. 202. c. 2.  
 Charitas dat uitam omnibus alijs uirtutibus, p. 299. c. 1.  
 Charitas ab effectibus eius cognosci potest, p. 201. c. 1.  
 Charitas in omni nostra actione tanquam dux esse debet, p. 115. c. 1. & p. 176. c. 2. & p. 200. c. 1. & p. 202. c. 2. & p. 216. c. 2. & p. 356. c. 1.  
 Charitas, qualis esse debeat, p. 115. c. 1. & p. 157. c. 1. & p. 419. c. 2.

Charitas honorat in fratribus Christum, p. 215. c. 2.  
 Charitas est finis legis Moyses, p. 419. c. 1.  
 Charitas Dei infusa in homine, est arrhauite aeternae, p. 94. c. 2. & p. 222. c. 2. & p. 316. c. 1.  
 Charitas nihil habet proprium, sed omnia communia, p. 139. c. 1. & 2. & p. 140. c. 1. & p. 199. c. 1.  
 Charitas quomodo illustrior reddiur & feruētior, p. 13. c. 1. & p. 122. c. 2.

Charitas sine gaudio esse non potest, p. 129. c. 1.  
 Charitas potissimum respicitur ad obtinendam aeternam salutem, p. 200. c. 1.  
 Charitas in caelo perficietur, p. 201. c. 2. & c. seq. & p. 202. c. 2.

Charitatis effectus admirabiles, p. 115. c. 2. & p. 117. c. 2. & p. 199. c. 1. & p. 201. c. 1. & 2.  
 Charitatis os per quod ipsa efficaciter loquitur, sunt opera bona, p. 104. c. 6.  
 Charitatis mundanae effectus, peccata sunt, p. 115. c. 2.  
 Charitatis operibus teguntur uenialia peccata quae assidue admittuntur, p. 46. c. 2.  
 Charitatis debitum nunquam extinguitur, sed potius augetur, p. 122. c. 2.

Charitatis lex omnes prorsus astringit, p. 94. c. 2.  
 Charitatis unio in ecclesia ob priuatos doctores non deferenda, p. 142. c. 1.  
 Charitatis ordo uerus, contra uulgi opinionem, p. 89. c. 1.  
 Charitatis opera sunt satisfactoria pro poenis peccatorum post primam gratiam, p. 46. c. 2. & p. 47. c. 1.  
 Charitatem communicare non possunt nobiscum nisi boni, p. 200. c. 2.

Charitatem debemus omni conatu emulari, expetere, et flagitare super omnia alia dona, p. 200. c. 1. & p. 202. c. 2. & p. 386. c. 1.  
 Charitate socia omnia nostra fieri debent, p. 216. c. 2.  
 Charitate deficiente nihil sufficit ad salutem, p. 200. c. 1. & c. 2. & p. 201. c. 1. & p. 386. c. 1.

CHRISTVS.

Christus qua ratione dicitur fuisse missus à Patre, & rursus rediisse ad Patrem, p. 76. c. 1. & p. 210. & p. 331. c. 2.  
 Christus est principale subiectum omnis prophetiae ac totius scripturae, p. 6. & p. 107. c. 2.  
 Christus est summa totius legis Moysi, p. 42. c. 1.  
 Christus est ueluti liber in quo docemur quid nos agere debeamus

debeamus, p. 334. c. 1. & c. 2.  
 Christus dicitur sermo, mandatum, lex, & pactum in cordibus nostris digito Dei scriptum, p. 104. c. 2.  
 Christus stabiluit legem suam euangelicam duobus modis, exemplo scilicet operando, & uerbis praedicando atque iubendo, p. 42. c. 2. & p. 43. c. 1.  
 Christus est finis legis, p. 30. & p. 101. & p. 102. c. 2.  
 Christus quomodo dicitur praecognitus à Deo Patre & quare, p. 85. c. 1.  
 Christus ab initio prouisus à Patre atque decretus pro salute totius mundi, p. 29. & p. 312. c. 1.  
 Christus quo modo intelligatur occisus ab origine mundi, contra cuiusdam hominis deliri commentum, nostris temporibus sparsum, p. 39. c. 2.  
 Christus etiā Adā non peccante uenisset, p. 7. p. 151. & p. 332. & p. 355. c. 1. & p. 373. c. 2.  
 Christus est Dei Filius uerus & naturalis, p. 86. c. 2.  
 Christus dicitur primogenitus quatenus homo, & unigenitus quatenus Deus, p. 85. & p. 372. c. 2.  
 Christus quō simpliciter Dilectus, p. 314. c. 2. p. 372. c. 1.  
 Christus de tribu Iuda ex sanctiss. Virgine, contra apocryphas historias, p. 525. c. 2.  
 Christus quō factus Patri ex semine Dauid, p. 7. c. 1.  
 Christus praedestinatus fuit & quo pacto, p. 7. & 151. & 355. & 373. c. 1.  
 Christus cur dicitur uenisse in mundum in similitudine carnis peccati, p. 76. c. 1. & p. 258. & 355. c. 2.  
 Christus assumpsit miseras et poenas peccati in carne sua sed non ipsum peccatum, p. 76. c. 1. & p. 258. c. 2.  
 Christus deponens quod iure sibi debebatur, inde persoluit quod nos iniuste rapuimus, p. 76. c. 1. & p. 355. c. 2.  
 Christus missus est pro salute omnium hominum, p. 42. & 93. & p. 96. c. 1. & p. 104. c. 2. & p. 312. c. 1.  
 Christus à Patre constitutus mediator omnium hominum, non Iudeorum tantum, p. 78. c. 2. & p. 93. & 96. c. 1. & p. 104. c. 2.  
 Christus sumpsit personam omnium nostrum, & reatum omnium peccatorum, p. 287. c. 1. & p. 303. c. 2.  
 Christus principalis mediator, redemptor, pastor, & magister omnium nostrum, p. 143. c. 2.  
 Christus solus est summus propheta, p. 6. c. 1.  
 Christus primarius Apostolus, sacerdos, hostia, & rex, p. 4. c. 2. p. 336. p. 487. c. 1.  
 Christus appellatur, Amen, p. 20. & p. 221. c. 2.  
 Christus uerum & primarium caput ecclesiae, p. 143. c. 2. & p. 318. c. 0.  
 Christus est lapis summus, & unicum fundamentum, cui omnia aptari debebant, p. 101. c. 2. & p. 324. c. 1.  
 Christus est tabernaculum Dei uiuum, p. 47. c. 1.  
 Christus est Sol mundi, p. 123. c. 2.  
 Christus est gloria Patris, p. 7. c. 1.  
 Christus ostenditur uerus Deus, p. 6. c. 2. p. 78. & 90. & 186. & 258. c. 1. & p. 332. & 488. c. 2. & p. 493. c. 1. & 2. & p. 505. c. 2.  
 Christus quomodo minoratus ab Angelis, p. 497. c. 2. & p. 498. c. 1. & 2.  
 Christus ea deliberatione seipsum morti tradidit ut pro omnibus prorsus satisfaceret. p. 43. & 93. c. 1. & p. 95. & 104. & 233. c. 2.  
 Christus per suum sanguinem satisfecit pro nobis Deo, Diabolo, peccato, & morti, p. 39. & p. 372. c. 1.  
 Christus est uerus medicus nostrorum morborum & medela, p. 37. c. 2.

Christus quō factus peccatū pro nobis, p. 234. c. 1.  
 Christus corpus suū i ultima caena sacrificauit, p. 194. c. 1.  
 Christus per mortis passionem, gloria maiore & corona potius est, p. 74. c. 2. & p. 356. c. 1.  
 Christus fuit mēsa parata in salutē Iudeorum, p. 109. c. 2.  
 Christus solus tollit mundi peccatum originale, p. 250. c. 2. & p. 260. c. 1.  
 Christus offertur oibus hominibus ad salutē, p. 39. c. 2.  
 Christus per resurrectionem factus gloriosus, ut iam non dicatur homo, p. 258. c. 2. & seq.  
 Christus meruit ut sanctorum merita possent alijs applicari & prodesse, p. 243. c. 2. p. 144. p. 251. c. 1. p. 375. c. 2.  
 Christus redemit nos à dominatu carnis, p. 78. c. 1.  
 Christus qua ratione dicatur homo de caelo coelestis, p. 213. c. 1. & p. 330. c. 2.  
 Christus qua ratione dicatur descendisse de caelo, p. 331. c. 2.  
 Christus dicitur pater noster et mater, p. 296. c. 2.  
 Christus quō salubriter inuocetur, p. 104. c. 2.  
 Christus tribus modis potest in omnibus hominibus considerari, p. 43. c. 1.  
 Christus quo modo nobis appropinquat, p. 103. c. 1.  
 Christus est Samaritanus qui curauit spoliatum à latronibus & uulneratum, p. 38. c. 2.  
 Christus proximus noster, in quo omnes facti sumus proximi, p. 43. c. 1.  
 Christus ipse mendicauit, p. 240. c. 1.  
 Christus, ut homo, peculiariter Dominus dicitur, p. 10. c. 1. & p. 127. c. 2. & p. 180. c. 1.  
 Christus cur in terris agens noluit iudicare in causis saecularibus, p. 164. c. 1.  
 Christus non uenit innouare ciuiles leges, & saeculares constitutiones, ibid.  
 Christus ut homo, dicitur traditurus regnum Deo & Patri, p. 210. c. 2.  
 Christus quo sensu dixerit se diē iudicij nescire, p. 149. c. 1.  
 Christus est uera promissionis terra Abrahae promissa, p. 48. c. 2.  
 Christus est terra uiuentium, p. 89. c. 2.  
 Christus mysticus dicitur ipsemet cum tota ecclesia, p. 198. & 376. c. 1.  
 Christus mysticus quō et quando scinditur, p. 143. c. 1.  
 Christi incarnatio Angelis ante tempora saecularia fuit reuelata, p. 138. c. 2. & p. 356. & 454. & 466. c. 1.  
 Christi sanctitas qualis, p. 307. c. 2.  
 Christi sanctificatio & generatio duplex fuit quatenus homo, p. 7. p. 258. p. 372. c. 2.  
 Christi infirmitas in carne non erat absque magnis diuinae potentiae signis, p. 150. c. 1.  
 Christi lex proprie quid, p. 303. c. 2.  
 Christi beneficium non nisi credentibus applicatur, p. 38. c. 2. & seq. & p. 251. c. 1.  
 Christi ad peccatum Adae antidotum, p. 492. c. 2.  
 Christi gratia & donum quo modo superauit ipsius Adae peccatum, p. 57. c. 2. & seq.  
 Christi statuta in euangelio expressa firmissime seruanda sunt, nec potest in his ab homine dispensari, p. 173. c. 2.  
 Christi omnia facta non sunt ab omnibus imitanda, p. 193. & p. 298. c. 2.  
 Christi membrum esse nequit qui fide caret, p. 198. c. 2.  
 Christi membrum esse non desinit qui charitatem amiserit, modo fidem retineat, quō intelligatur, ibid.  
 Christi esse peculiariter dicuntur perfecti, p. 302. c. 2.

Christi merita ad omnia anteriora tempora se extendunt, p. 39. & p. 185. c. 2.  
 Christi incarnatio, & resurrectio, duo articuli, quibus continentur reliqui, p. 103. c. 1.  
 Christi oblatio quo facta prius pro suis, tum pro populi peccatis, p. 527. c. 2.  
 Christi morte locupletatus est mundus, p. 110. c. 1.  
 Christi aduersus diabolum uictoria, p. 501. c. 2.  
 Christi ossa non comminuta quid, p. 342. c. 1.  
 Christi sepulchrum quo gloriosum, p. 133. c. 1.  
 Christi mors & sepultura quid in nobis significet, & requirat, p. 286. c. 2.  
 Christi mors & resurrectio in baptismo significatur & operatur, p. 60. c. 2. p. 61. c. 1. & p. 334. c. 2.  
 Christi mors & resurrectio quomodo profuit ad remissionem peccatorum, & iustificationem nostram, p. 50. c. 2.  
 Christi caro per resurrectionem, qualis, p. 259. c. 1.  
 Christi humanitas quo pacto intelligatur ascendisse super omnes caelos, p. 331. c. 2.  
 Christi eminentia prae Angelis, p. 490. c. 1. et p. 494. c. 2.  
 Christi aduersus ad iudicium sciri a nobis non potest, p. 401. & p. 407. c. 2. p. 408. & 409. & 412. c. 1.  
 Christi aduentum certa quadam signa praecedent quae nondum apparent, p. 412. c. 2.  
 Christo tria praecipue aduersabantur tempore primitiae ecclesiae, p. 380. c. 2.  
 Christo conformari debet in uia, qui conformis esse cupit in patria, p. 361. & p. 456. c. 2.  
 Christo uarie subiecta sunt omnia, p. 318. c. 1.  
 Christum spiritualiter fuisse uerum Iudam, p. 30. c. 2. c. 1.  
 Christum legislator em fuisse impie negant noui haeretici Lutherani, p. 272. c. 2. p. 577. c. 1.

CHRISTIANVS.

Christianus in gratia existens duplicem uitam uiuere dicitur, p. 154. c. 2.  
 Christianus in gratia existens, quomodo dicatur malum facere inuitus, p. 70. c. 1. & 2. & p. 301. col. 2.  
 Christianus post gratiam acceptam imputatur de negligentia si pugnare negligat, ibid. & p. 71. c. 1.  
 Christianus quomodo dicatur seruire mente lege Dei, carne autem legi peccati, p. 73. & p. 75. c. 1.  
 Christianus sentit dissidium inter carnem et spiritum, p. 70. c. 1. & p. 301. c. 2.  
 Christianus qualem statum assequutus sit in nouo testamento, p. 74. c. 1. & 2. item p. 76. c. 2.  
 Christianus non tenetur ad perfectionem illam primitiatus innocentiae, p. 74. c. 2.  
 Christianus a Iudaeo quid differat, ibid.  
 Christianus qua ratione deterioris uel melioris sit conditionis nunc, quam fuisset in primo statu, p. 74. c. 2.  
 Christianus in hoc statu lugere debet, p. 116. c. 1. p. 300. & p. 371. c. 2.  
 Christianus gaudere debet in spe, non in re, p. 116. c. 1.  
 Christianus ad maiorem perfectionem tenetur, quam olim Iudaei & Gentiles, p. 124. & p. 281. c. 2.  
 Christianus unde habet occasionem magnam luctus, & gaudij, p. 337. c. 1.  
 Christianus cur debeat se omnibus existimare inferiorem, p. 354. c. 1. & 2.  
 Christianus generat filios ut homo & Adae filius, non ut renatus, p. 55. c. 2.  
 Christianus quibus facit uti potest, p. 336. c. 2.  
 Christianus liber est a seruitute legis, non a modo ser-

uendi, p. 66. c. 2. & p. 281. & p. 301. c. 1.  
 Christiani hominis personam induit B. Paulus, ut declarat statum eius sub gratia, p. 69. c. 1. & 2. & p. 70. & p. 71. & 72. & p. 282. c. 1.  
 Christiani dicuntur sancti, p. 163. c. 2. & p. 308. c. 1.  
 Christiani si a gratia excidunt, in deteriorem statum se conijciunt, p. 63. & p. 205. c. 2.  
 Christiani peccatores si in uita uitari debent, p. 162. c. 2.  
 Christiani peccatores si in uita debent ab ecclesia excommunicari, p. 163. c. 1.  
 Christiani non debent per iudices infideles suas causas ciuiles dirimere, p. 163. & p. 194. c. 2.  
 Christiani qui sunt ueri fratres in Christo, a litigijs forensibus abstinent, p. 164. c. 2. & p. 165. c. 1.  
 Christiani, qua ratione ueri Iudaei dicantur, p. 30. c. 1.  
 Christiani qui in uarijs statibus inueniuntur, quo pacto se gerere debeant, p. 177. c. 1.  
 Christiani uestitu lasciuo utentes notantur, p. 199. c. 1.  
 Christiani non capaces mysteriorum, debent gerere se ad modum ignorantis, p. 206. c. 2.  
 Christiani existimare se debent peregrinos in hoc mundo, p. 231. c. 2. & p. 232. c. 1. & p. 582. c. 2.  
 Christiani quo pacto debeant se metiri, p. 244. c. 2. & p. 304. c. 1. & p. 354. c. 2.  
 Christiani sunt sponsa Christi, p. 245. c. 2.  
 Christiani multi iam peccatis resistere sua culpa non possunt, p. 302. c. 1.  
 Christiani pauci sunt qui agant ueram peccatorum suorum poenitentiam, p. 302. c. 1.  
 Christiani qui docentur, tenentur temporalia ad sumptus suis doctoribus ministrare, p. 304. c. 2.  
 Christianorum duplex generatio in Christo & sanctificatione, p. 8. c. 1.  
 Christianorum conuersatio iam non debet esse cum hoc mundo, p. 162. c. 2.  
 Christianorum status in Christo existentium, uitam nouam ac puram requirit, p. 62. & p. 63. & p. 78. c. 1. & p. 113. c. 2. & p. 282. c. 1.  
 Christianorum peccatum grauissimum, qui praebent occasionem blasphemandi religionem, p. 31. c. 1. & p. 164. c. 2.  
 Christianorum error qui in exteriori baptismo & nomine tantum confidunt, p. 32. p. 185. & p. 117. c. 1.  
 Christianorum charitas maior requiritur, quam olim Iudaeorum, p. 42. c. 2. & p. 43. c. 1. & p. 281. c. 2.  
 Christianorum facti sunt proximi per Christum omnes homines, p. 43. c. 1.

CIBVS.

Cibus & potus spiritualis animae est corpus Christi in sacramento altaris, p. 187. c. 1.  
 Cibus solidus Christianorum quis sit, p. 588. c. 2.  
 Cibus sumi non debet a Christianis, nisi prius oratione illum benedicant: quo sumpto etiam gratias Deo agere tenentur, p. 189. c. 1. & p. 439. c. 2.  
 Cibi omnes mundi sunt fidelibus, p. 125. c. 1. & p. 128. c. 2. & p. 131. c. 1. & p. 181. c. 1. & p. 383. c. 1. & p. 439. c. 1.  
 Ciborum delectum non improbat Apostolus, ut haeretici calumniantur, p. 126. & p. 131. c. 1. & p. 383. c. 2. & p. 440. c. 1.  
 Ciborum delectus ecclesiasticus defenditur, p. 131. & p. 181. c. 1. & p. 382. c. 2.  
 Ciborum libertate non sunt scandalizandi fratres infirmi infideles, p. 128. & p. 129. c. 2. & p. 181. c. 1.

& p. 188. c. 2. & p. 189. c. 1.  
 Ciborum delectus qua ratione ab ecclesia sancta seruatur, p. 181. c. 1.  
 Ciborum delectus ecclesiasticus obseruandus sub poena peccati, etiam cessante scandalo infirmiorum, in quosdam hypocritas Lutheranos, ibid.

CIRCUNCISIO.

Circuncisio qua uim habuit, p. 31. & p. 299. c. 1.  
 Circuncisio obligabat olim Iudeum ad totius legis obseruantiam, p. 31. c. 1. & p. 298. c. 2.  
 Circuncisio uera in spiritu, qualis, p. 32. c. 1. et p. 41. c. 2. & p. 47. & p. 299. c. 1. & p. 359. c. 2. & p. 381. c. 1.  
 Circuncisio quandoque accipitur a B. Paulo etiam pro coelibatu, p. 175. c. 1.  
 Circuncisio poterat tolerari in Iudaeo christiano in ecclesia primitiua, p. 269. c. 2. & p. 270. c. 1.  
 Circuncisio non erat necessaria homini christiano ad salutem, p. 269. c. 2.  
 Circuncisio nullo modo erat toleranda in homine gentili christiano, p. 269. & p. 298. c. 2.  
 Circuncisio Indorum Christianorum an sit eis mortifera, p. 270. c. 2.  
 Circuncisio nunc est iam nedum mortua, sed etiam mortifera, p. 270. c. 1.  
 Circuncisio esse etiam nunc liberam homini christiano dogmatizat Lutherus & sectatores, p. 270. c. 1.  
 Circuncisione carnali stultie gloriabantur Iudaei, p. 68. c. 2. & p. 299. c. 1.

CLAVES.

Clavis scientiae est Romani Pontificis, p. 278. c. 1.  
 Clavis scientiae non consistit in sola notitia ueritatis, sed continet etiam potestatem discernendi, p. 278. c. 1.  
 Clauium potestate dimittuntur peccata post baptismum commissum, p. 47. c. 1.

CLERICVS.

Clerici non subiacent potestati saeculari, p. 118. c. 2.  
 Clerici, an possint legitime uti gladio saeculari, p. 119. c. 1. & 2.  
 Clericorum peccatum graue, qui turpissimum ac inhonestissimum uestibus utuntur, p. 199. c. 1.

COELVM.

Coelum tertium quod nunc sit, p. 248. c. 1.  
 Coeli quomodo dissoluentur, p. 494. c. 1.  
 Coelorum usus post iudicium, quis nunc futurus, p. 494. c. 1.

COELIBATVS.

Coelibatus commodior ad seruandum Deo pluribus rationibus ostenditur, p. 168. c. 1. & p. 176. c. 2. & p. 177. c. 1. & 2. & p. 178. c. 1.  
 Coelibatus est ualde meritorius, p. 168. c. 1. & 2. & p. 178. c. 1.  
 Coelibatus donum multi ab initio habuerunt, sed non seruauerunt, p. 170. c. 1.  
 Coelibatus donum habere quomodo quis cognoscatur, p. 170. c. 1.  
 Coelibatus donum datur uolentibus, & a Deo petentibus, p. 170. c. 1.  
 Coelibatus statum semper probarunt & tradiderunt omnes ecclesiae, et sancti patres tam graeci, quam latini, p. 170. c. 1.  
 Coelibatus fuit in ecclesia seruatus ab initio, nec est recens inuentio, in haeticos, ibid. & p. 394. c. 1.  
 Coelibatus fuit a Christo institutus, & ab ipsis Apostolis seruatus, p. 170. c. 2.  
 Coelibatum multi in ecclesia re ipsa seruauerunt, p. 170. c. 1.

Coelibatum matrimonio anteponit B. Paulus, p. 175. c. 2. supra & prope finem, & p. 177. c. 1. & 2. & p. 179. c. 1.

COGNOSCERE & COGNITIO.

Cognoscere Deum quid importet, p. 17. c. 2.  
 Cognoscere in Deo, dicitur probare & diligere, p. 85. c. 1. & p. 108. & p. 176. c. 2.  
 Cognoscere aliquando accipitur pro habere gratiam, p. 217. c. 1.  
 Cognoscere philosophorum, non fuit uere & absolute cognoscere, p. 385. c. 2.  
 Cognoscere pro probare, & non cognoscere pro respicere, p. 234. c. 1.  
 Cognition sola ueritatis in intellectu non satis est ad bene operandum, p. 17. c. 2.  
 Cognition ueritatis potest esse in intellectu, & tamen non diligi a uoluntate, p. 17. c. 2.  
 Cognition propriae inscitiae est initium sapientiae, p. 18. c. 1.  
 Cognition diuorum magna in primo parente Adam fuit ante lapsum, p. 73. c. 1.  
 Cognition quam hic in uia habemus de Deo, ualde imperfecta, p. 202. c. 1.  
 Cognition quam habebimus in caelis, qualis, p. 202. c. 1.

CONCILIUM.

Concilium non semper conuocatur ad decidendum dubia, sed propter haeticos ad confirmandum apud infirmos quae certa sunt in ecclesia, p. 270. c. 2.  
 Concilium legitimum habet omnem auctoritatem, quia a Petro, qui in eo est, tanquam a capite proficitur, p. 278. c. 2.  
 Concilia a Papa congregantur, probantur, reprobantur &c. p. 279. c. 1.

CONCUPISCENTIA.

Concupiscentia quo pacto per legem agnoscitur, p. 37. & p. 49. c. 2. & p. 67. c. 1. & 2.  
 Concupiscentia dicitur peccatum, & quare, p. 37. et p. 62. & p. 69. c. 2. & p. 342. c. 1.  
 Concupiscentia in renatis in Christo non est peccatum, sed exercitium ad meritum, p. 38. c. 1. & p. 62. & c. 2. p. 63. & p. 75. c. 1. & p. 76. c. 2.  
 Concupiscentia in non renatis peccatum est, p. 38. c. 1.  
 Concupiscentia in non renatis dominatur, p. 37. & p. 56. c. 2.  
 Concupiscentia etiam in homine renato secundum communem gratiam omnino extingui non potest, p. 62. c. 2. & p. 63. c. 1. et p. 301. c. 2.  
 Concupiscentia non poterat cognosci peccatum per legem corruptae naturae, sed opus erat lege scripta, p. 49. et p. 56. c. 2. & p. 67. & p. 67. c. 1. & 2.  
 Concupiscentia carnis non potest ab homine omnino prohiberi, p. 56. c. 2.  
 Concupiscentia tanta est, ut ei non consentire ut oportet, nequeat homo absque gratia Dei et auxilio, ibid.  
 Concupiscentia est de cuius fomite loquitur B. Ioannes Apostolus, ubi ait: Si dixerimus quod peccatum non habemus &c. p. 62. c. 2.  
 Concupiscentia in renatis ne superet, est in eorum potestate per Christi gratiam, p. 62. c. 2. & p. 63. c. 1. & p. 301. c. 2.  
 Concupiscentia quae malum quoddam est, proprie uiget in carne renatorum, p. 62. c. 2. et p. 63. c. 1. & p. 69. c. 2.  
 Concupiscentia quomodo dicatur sine lege mortua, & quod per legem reuixit, p. 67. c. 2. & p. 68. c. 1.  
 Consciteri

CONFITERI & CONFESSIO.

Confiteri uere & acceptabiliter corā Deo, quid habet momenti, p. 32. c. 1. & p. 103. c. 2. & p. 104. c. 1.  
 Confiteri peccata sua est iudicare seipsum, p. 196. c. 1.  
 Confessio sacramentalis requiritur ad remissionem peccatorum post baptismum, p. 46. c. 2.  
 Confessio sacramentalis requiritur ante sumptionē sacramenti Eucharistiae, p. 195. & p. 196. c. 1.  
 Confessio peccatorum est remedium ad effugiendam Dei uindictam, p. 196. c. 1.  
 Confessio sacramentalis ex loco B. Iacobi Apostoli defenditur, p. 581. c. 1.  
 Confessionum auditores quomodo poenitentibus iniungere debeant, p. 252. c. 1.

CONSCIENTIA.

Cōscientia bona affert certitudinē gratiae, p. 220. c. 1.  
 Conscientia quo pacto illaqueatur, p. 178. c. 1.  
 Conscientia nostra quando contestetur nobis in Spiritu sancto, p. 89. c. 1.  
 Conscientiae uis quantam efficaciam habeat, p. 28. & p. 220. & p. 592. c. 1.  
 Conscientiae error facit legē errati, p. 128. et p. 180. c. 2.  
 Conscientiae bonae magna securitas, p. 220. c. 1.  
 Conscientiae suae legitime exploratae testimonium satis est homini iusto ad quietem coram Deo, p. 220. c. 1. et 2.

CONSILIVM.

Consiliū dedit Dominus de uita monastica, p. 170. c. 2.  
 Consilium non est leui de causa mutandū, p. 221. c. 2.  
 Consilium mutare ratione suadete sapientis est, ibid.  
 Consilium uoluntatis Dei quale, p. 316. c. 1.  
 Consilia Spiritus sancti & non solum praecepta obseruās liberior est à lege, p. 302. c. 1.  
 Consiliorum mutatio in Sanctis uiris non est miranda, nec uituperanda, p. 221. c. 1.

CORPVS.

Corpus Christi figuratum fuit in manna, p. 185. c. 1.  
 Corpus Christi uere continetur, sub speciebus panis & uini in Eucharistia, p. 187. c. 1. & 2.  
 Corpus Christi non frangitur, sed species, ibid.  
 Corpus Christi non licet sumere nisi ieiunis, p. 193. c. 2.  
 Corpus suum iam tenebat in manibus quando dixit, Hoc est corpus meum &c. p. 194. c. 2.  
 Corpus Christi an teneantur omnes qui sacris intersunt, accipere, ibid.  
 Corpus Christi sumere non debet conscius sibi peccati mortalis, nisi prius confiteatur, p. 195. c. 1.  
 Corpus Christi glorificatum quale, p. 259. c. 1.  
 Corporis Christi mystici membra potiora subministrant uirtutē inferioribus, p. 333. c. 2.  
 Corporis Christi membrum non decet sub capite spinoso fieri delicatum, p. 361. c. 1.  
 Corporis mystici harmonia, p. 329. & p. 333. c. 2.  
 Corporis mystici est ut nobiliora ac fortiora membra pro debilioribus patiantur, p. 219. c. 1. & p. 376. c. 2.  
 Corpora Christianorum ordinata sunt ad seruandū Christum, cuius sunt membra, p. 166. c. 1.  
 Corpora nostra informantur & uiuificantur ab ipsa anima, p. 213. c. 1.  
 Corporum nostrorum resurrectio describitur, p. 209. & seq. usq; ad. 215.

CREATURA.

Creatura mundi dicitur homo, p. 17. c. 1. & 2.  
 Creatura noua dicitur homo regeneratus, p. 80. p.

233. c. 2. & p. 306. c. 1.  
 Creatura noua in Christo esse omnino debet, qui uult uitā eternam consequi, p. 306. c. 1.  
 Creature expectatio quid, p. 80. c. 2.  
 Creaturae intellectualis eleuatio in altissimum finem est supra naturam eius, ibid.  
 Creaturae omnes cur dicantur congemiscere cum ipso homine, p. 81. c. 2.  
 Creaturarum status qualis fuisset, si primus homo non peccasset, p. 80. c. 1.  
 Creaturarum contemplatione cognoscitur Deus, p. 17. & p. 146. & 147. c. 2.  
 Creaturas Deo preferre est habere plures Deos & Dominos, p. 180. c. 1.

CRUX.

Crux Christi est cui fides nrā debet inniti, p. 145. c. 1.  
 Crux uia est et uirtus ad salutē, p. 145. c. 2. et p. 146. c. 1.  
 Crux Christi supremam Patris charitatem erga nos declarauit, p. 146. c. 2.  
 Crux esse debet gloria nostra, p. 306. c. 1.  
 Crux res stulta mūdo & infirma, p. 145. et p. 146. c. 2.  
 Crucis notitia efficacior est quā creaturarum, ut conuertantur homines ad Deum, p. 147. c. 2.

D

DAEMON & DIABOLVS.

**D**aemon nō potest facere rem sibi oblatam uel mūdā uel immundam, p. 180. c. 1.  
 Dæmones nouerūt Christū incarnandū, p. 151. c. 1.  
 Dæmones flectere genua Christo cōpelluntur, p. 356. c. 1.  
 Dæmones fatentur IESVM esse Dominum, sed non famulubriter, p. 197. c. 1.  
 Dæmones habent inter se suos ordines ad ruinam nostram sollicitandam, p. 345. c. 1.  
 Dæmones uocantur tenebrae & profundum à B. Paulo, p. 88. & p. 372. c. 1.  
 Dæmones hunc aerem caliginosum incolunt, donec omnes in inferna tradantur, p. 319. c. 1. & p. 345. c. 2.  
 Dæmones à sanctis iudicabuntur pfecto iudicio, p. 164. c. 1.  
 Dæmonum fides an sit Dei donum, p. 568. c. 2.  
 Dæmonum maximum studium, ut nobis suadeant per gratiam nos nō esse roboratos, p. 74. c. 2.  
 Dæmonum instans nullus potest suis uiribus absq; armis Dei resistere, p. 345. c. 1.  
 Dæmonum milites heretici, p. 74. c. 2.

**DIABOLVS** maiorem nunc habet potestatem in nos, quā in prim. euo statu habuisset, p. 74. c. 2.  
 Diabolus quanam tela habeat, p. 402. c. 1.  
 Diabolus ex parte sua nos iniuste possidebat, p. 92. c. 2.  
 Diabolus perditam potestatem tum recuperat, cum Christianus eius tentationibus cedit, p. 319. c. 2.  
 Diabolus sanguinem nostrū sitiens, omni conatu querit segregare homines à corpore ecclesiae, p. 224. c. 1.  
 Diabolus dicitur eorum Deus qui diligunt hoc praesens saeculum, p. 228. c. 2.  
 Diabolus impugnat ecclesiam modo per tyrannos, modo per hereticos, p. 246. c. 2.  
 Diabolo quō detur locus ab homine, p. 335. c. 2.

DEFUNCTI fideles.

Defunctorum suffragia commēdantur, p. 211. c. 1.  
 Defunctis prodesse suffragia & orationes uiuentium defenditur contra impudentiam atq; incitiā Bullingeri heretici sacramentarij, p. 304. c. 1. & seq. Deus

DEVS.

Deus uere est, quā ex se uno est id quod est, p. 180. c. 1. & p. 295. c. 1.  
 Deus uerus est unus, p. 180. c. 1.  
 Deus non est uolator naturarum & ordinum rerum à se creatarum, p. 193. c. 1.  
 Deus an uisus fuerit facie ad faciem à Mose & Iacob, p. 202. c. 1. & p. 631. c. 2.  
 Deus cognoscetur à Beatis in caelo per lumen gloriae immediatē, p. 202. c. 2.  
 Deus quicquid potest, etiā facit, si decēs sit fieri, p. 142. c. 1. p. 307. c. 2.  
 Deus solus uere immortalis, p. 424. c. 1.  
 Deus est saluator omnium hominum, & maxime fidelū, quo pacto recte intelligitur, p. 441. c. 1. & 2.  
 Deus cur zelotes dicatur, p. 574. c. 2.  
 Deus cur dicatur specialiter quorūdā Deus, p. 11. c. 1. et 2.  
 Deus potissimum est Deus ipsius Christi, p. 117. c. 1.  
 Deus uult omnibus salutem, nec uult quenquā perire, p. 92. c. 2. p. 8. & p. 95. c. 2. in fine & seq. item p. 97. 312. c. 1. & p. 427. c. 1. & p. 428. c. 2.  
 Deus non uult peccatum, ut est peccatum & malum, p. 59. c. 1.  
 Deus solus ex immensa sua bonitate nouit ex malo bonū elicere, p. 112. c. 2.  
 Deus non uult iustitiam uindictiuam ob quam laudetur, nisi praecedant demerita, p. 93. c. 1.  
 Deus quomodo dicatur aliquando facere malum & peccatum, p. 19. c. 2. & seq.  
 Deus uocat omnes homines ad salutem, etiā qui non sunt de praedestinati, p. 93. c. 2. arg. 13. & p. 97. c. 1.  
 Deus quō prouidit mūdo ad salutē ante legem, p. 57. c. 1.  
 Deus neminem ad incredulitatē inducit, p. 112. c. 2.  
 Deus nemini deest ad salutem, ut possit eā assequi, p. 94. c. 1. & p. 97. c. 1. & p. 197. c. 2. & p. 200. c. 1. et p. 312. c. 1. & p. 428. c. 2. & p. 441. c. 1.  
 Dei sanctitas qualis, p. 307. c. 2.  
 Dei inuisibilia quanam sint, & cur numero plurali dicta, p. 17. c. 1.  
 Dei cognitio quam Philosophi habuerunt, qualis, ibid. c. 2. & p. 146. c. 2.  
 Dei eloquia quae sint propria, p. 32. c. 2. & p. 33. c. 1.  
 Dei sapientia & Dei stultitia declaratur, p. 146. c. 2.  
 Dei prouidentia in ecclesia erga primatū Petri, p. 121. c. 1. & p. 278. c. 1.  
 Dei bonitas & seueritas simul consideranda, non autē seiungenda, p. 111. c. 1.  
 Deo soli sacrificium debetur, p. 180. c. 1.  
 Deū solummodo per effectus eius cognoscere possumus in hoc mundo, qui sunt duplicis generis, p. 147. c. 2.  
 Deum esse, includit illius prouidentiam, p. 11. c. 1. & p. 17. c. 2. & p. 41. c. 2.  
 Deum, non Iudeorum tantum esse Deum, sed & gentiū, includit illius prouidentiam erga omnes ad aeternam salutem, p. 41. c. 1. & seq. & p. 42. c. 1.  
 Deum tenemur omnes diligere ut datorem gratiae ac beatificatorem, p. 94. c. 2. arg. 21.  
 Deum aliquando poenitet uel punire uel remunerare homines, p. 112. c. 1.

DII.

Dij dicuntur quandoq; Angeli in scripturis, p. 180. c. 1.  
 Dij dicuntur uiri magni in scripturis sanctis, p. 180. c. 1. & p. 295. c. 1.

Deos plures sibi faciunt quicumque creaturas ipsi Deo praefurunt, p. 180. c. 1.

DIACONVS.

Diaconi ordinati fuerunt in ministerium altaris, non mē sarum & aborum, p. 349. c. 1. & p. 436. c. 2.

DIES.

Dies & lux dicitur comparatiuē ad tempus quando Christus uenit, p. 123. c. 2.  
 Dies proprie & absolute dicitur tempus futuri saeculi, p. 124. c. 1.  
 Dies salutis dicitur tēpus euangelicae gratiae, p. 234. c. 2.  
 Dies secundi aduentus Domini copiose tractatur, p. 407. c. 1. & p. 408. per totū. & p. 412. c. 1. & 2.  
 Dies mala dicitur dies iudicij extremi, p. 345. c. 2.  
 Diem iudicij saepius meditari quā sit utile p. 366. c. 2. & p. 412. c. 1. & p. 541. c. 2.  
 Diem aduentus Domini ad iudicandum scire, nisi reuelatione, nō possumus, p. 401. c. 2. & p. 408. et p. 412. c. 1.  
 Dierum obseruantia secundum legem habebat mysteria recondita, p. 294. c. 1.

DIGAMVS & DIGAMIA.

Digamia est malum, licet non sit peccatū, p. 172. c. 1.  
 Digamia eorum est, in quibus potest aliquando dispensare ecclesia, p. 173. c. 2. & p. 435. c. 1.  
 Digamia cur impedit ne quis eligatur in Episcopum, p. 435. c. 1.

DILECTIO.

Dilectio nrā erga Christū qualis esse debet, p. 347. c. 2.  
 Dilectio proximi includit dilectionem Dei, p. 122. c. 2. & p. 123. c. 1.  
 Dilectio proximi plenitudo legis, p. 123. c. 1. & 631. c. 2.  
 Dilectione uera se ipsum amare non potest qui Deum nō diligit, p. 123. c. 1.

DIVITES & DIVITIAE.

Diuites tenentur subuenire pauperibus, p. 240. c. 2. & p. 480. c. 1.  
 Diuites non debent existimare diuitias, quibus abundant, suas esse, p. 480. c. 1.  
 Diuites reprehenduntur, ut potē oppressores pauperum, p. 566. c. 1.  
 Diuitum status infelix & periculosus, p. 577. c. 2.  
 Diuitum propria praecepta, p. 451. c. 1.  
 Diuitiae euangelij ad quos pertineant, p. 377. c. 2.  
 Diuitiae Christi sunt bona caelestia, p. 325. c. 2.  
 Diuitijs incumbere homo extimulatur uehementer à Dæmonijs, p. 345. c. 1.

DOMINVS.

Dominus absolute est IESVS in gloria Dei, p. 356. c. 1.  
 Dominus peculiariter dicitur Christus ut homo, p. 10. c. 1. & p. 127. c. 1. & p. 180. c. 1.  
 Domini quomodo erga seruos se gerere debeant, p. 344. & p. 387. c. 2.  
 Dominus carnalibus quatenus obediendum, p. 387. c. 2.

DONVM.

Donū Dei quodnā habuerunt philosophi, p. 17. c. 2.  
 Donum duplex habuit Adam pro seipso, & pro tota sua posteritate, p. 35. c. 1.  
 Donum iustitiae orig. in Adam amissimus, p. 55. c. 1.  
 Donum per Christum superat à dæ peccatum, p. 57. c. 2.  
 Donum iustitiae per quod formaliter iustificamur, est ipsa charitas, p. 102. c. 2.  
 Donum cur maius detur uni quā alteri, est quæstio infinita, & satis est uoluntas Dei pro rōe, p. 197. & 98. c. 2.



Dona Dei quæ proprie dicantur, p. 112. c. 1. & p. 197. c. 2.  
 Dona distribuens Dominus potest citra reprehensionem preponere quem uoluerit, p. 24. c. 1. & 197. c. 2.  
 Dona Dei ob quem finem querenda sunt, p. 204. c. 1.  
 Dona equalia dare omnibus non erat bonum, p. 198. c. 2. & p. 200. c. 1.  
 Dona spiritualia, licet ad salutem minime necessaria, exhiberi ac postulari non uetat Deus, ibid.  
 Dona ad salutem necessaria dare Deus cogitur petentibus ex sua bonitate, ibid.  
 Donorum appellatione in scripturis intelliguntur, quæ suæ præ naturæ donantur, p. 53. c. 1.  
 Donorum spiritualium diuersi gradus et ordines in ecclesia, p. 197. c. 1. & 2. & p. 457. c. 2.  
 Donis Dei bene utentes, licet non sint prædestinati, possunt facere certam suam electionem, p. 98. c. 2.

E

ECCLESIA.

**E**CCLESIA unde dicatur, p. 139. c. 2.  
 Ecclesia Romana est caput ac magistra omnium ecclesiarum, p. 1. c. 1.  
 Ecclesia Rom. quantum ad dogmata semper permansit illibata, p. 341. c. 2.  
 Ecclesia illuminatur & regitur assidue à Spiritu sancto in ijs quæ ad cultum Dei pertinent, p. 44. c. 1.  
 Ecclesia in persona summi Præsulis habet facultatem instituendi ceremonias pro temporum uarietate necessarias, ibid. & p. 192. c. 1.  
 Ecclesia eget ceremonijs, quas ex parte ab Apostolis traditas accepit & seruat, p. 44. & p. 192. c. 1.  
 Ecclesia habet delectum ciborum & ieiunia ad ueritatem euangelij, in hereticos, p. 130. c. 2. & 131. c. 2.  
 Ecclesia quamuis una sit catholica, plures tamen ecclesie sunt sub illa, p. 139. c. 2.  
 Ecclesia corpori humano comparatur, p. 114. et p. 198. & p. 199. c. 1.  
 Ecclesia fuit figurata in Sara, p. 91. c. 1.  
 Ecclesia Christi in quo consistat, p. 161. c. 1.  
 Ecclesia est ueluti quoddam stabularium, p. 38. c. 2.  
 Ecclesia non iudicat de occultis, p. 162. c. 2.  
 Ecclesia habet potestatem constituendi iudices in causis secularibus, p. 164. c. 1. & 2.  
 Ecclesia per hereticos exercetur in patientia, sapientia, charitate &c. p. 193. c. 1.  
 Ecclesia est corpus Christi, p. 198. c. 1.  
 Ecclesia primitiua ministros habuit supplentes locum idiomatarum in respondendo, p. 240. c. 1.  
 Ecclesie uerum & primarium caput Christus, p. 143. c. 2. & p. 318. c. 1.  
 Ecclesie proprium est sanctificari, p. 139. c. 2.  
 Ecclesie particulares debent se habere ad modum unius perfecti corporis, p. 199. & 329. c. 2.  
 Ecclesie ministri ea debent intelligere, quæ in ecclesiasticis officijs leguntur, p. 204. c. 1.  
 Ecclesie conueniunt, quo sine fiant, p. 192. c. 2.  
 Ecclesie consuetudo maximam uim habet ad conuincendos hereticos & contentiosos, p. 191. & 208. c. 2.  
 Ecclesie consuetudo pijs mentibus satis esse debet ad quietem, etiam si alia testimonia non extarent, p. 191. c. 2.  
 Ecclesie iudicium & excommunicationis sententia in solos

deles extenditur, p. 163. c. 1.  
 Ecclesie magnis rationibus interest, ut habeat dominia temporalia, p. 119. c. 2.  
 Ecclesie uniuersalis doctrina falsa esse non potest, p. 208. c. 2. & p. 278. & 437. c. 1.  
 Ecclesie autoritate opus fuit B. Paulo, ut eius prædicatio coram alijs probaretur, p. 279. c. 1.  
 Ecclesie doctrina declarantur multa & probantur ad reddendos certos populos, ibid.  
 Ecclesie ignota dogmata non debent temere à quoquam affirmari, p. 331. c. 1.  
 Ecclesie primitiua erant quedam opportuna, nunc merito non seruanda, p. 332. c. 2.  
 Ecclesie determinationi quilibet stare debet, p. 364. c. 1.  
 Ecclesie cantus qualis esse debet, p. 386. c. 2.  
 Ecclesie deformatio ac reformatio quibus in rebus potissimum consistat, p. 447. c. 1.  
 Ecclesie appellatione quædoque Prælati eius intelligitur, p. 267. c. 2. & p. 377. c. 1.  
 Ecclesie sanctitas qualis, p. 308. c. 1. & 341. c. 2.  
 Ecclesiam uocat Apostolus unius domus familiam christianam, p. 217. c. 2.  
 Ecclesia s. cur nomine matris appellemus, p. 296. c. 2.  
 Ecclesiam quando unita est, uocat Apostolus ædificationem & templum Dei, p. 419. c. 1.  
 Ecclesiam honoramus nomine Tetragrammatō, p. 419. c. 1.  
 Ecclesiam docere posse contra uerbum Dei, & ita errare dogmatizat impius Lutherus, p. 263. c. 1.

ELECTIO & ELECTI.

Electio uarijs modis accipienda est in scripturis, p. 310. c. 2. & p. 311. c. 1. & 2. & p. 391. c. 2. & p. 456. & 583. c. 1.  
 Electio prædestinatorum ante mundi constitutionem mera est gratia, p. 90. c. 2. & p. 98. & 109. c. 1. & 309. c. 2. & p. 311. c. 1. & p. 315. c. 2.  
 Electio B. Matthie quo fortis genere fuit, p. 315. c. 2.  
 Electionis excellentis gratia nullo modo à nobis causam habere potest, p. 98. c. 1.  
 Electionis uoce non semper prædestinatio intelligitur apud scripturas, p. 391. c. 2.  
 ELECTI perire finaliter non possunt, p. 84. & 85. c. 2. & 87. c. 1. & 2. & p. 312. c. 2.  
 Electi sunt prædestinati ad conformitatem Christi primo in passionibus, tum in gloria, p. 85. c. 2.  
 Electi in Israel significati sunt, p. 91. c. 2.  
 Electorum prerogatiua multiplex, p. 84. & 85. c. 2. & p. 311. c. 1. & 2. & p. 312. & 314. c. 2. & p. 317. c. 1.  
 Electorum uocatio specialis, & secundum propositum Dei efficax, p. 84. c. 2.  
 Electorum fides præcipua, p. 445. c. 2.  
 Electorum typum tenuit B. Ioannes Euangelista, p. 91. c. 1. & p. 311. c. 2.  
 Electis quomodo omnia cooperantur in bonum, p. 84. c. 2.

ELEEMOSYNA.

Eleemosyna quomodo facienda, p. 114. c. 2. & p. 239. & p. 242. c. 1.  
 Eleemosyna uocatur iustitia, & quare, p. 242. c. 1.  
 Eleemosyna est instar seminis ad fructificandum uitæ eterne benedictionem, ibid.  
 Eleemosyna amore Dei seruis eius oblata, est sacrificium illi acceptissimum, p. 242. c. 2.  
 Eleemosynis pauperes recreare ac reficere quam magnam paret fiduciam in die iudicij, p. 217. c. 1.  
 Episcopus

ACRERVM PRAECIPVARVM.

EPISCOPVS.

Episcopus in sua ecclesia residere debet, p. 417. c. 2. & p. 467. c. 1.  
 Episcopus sic alijs prospicere debet, ut interim seipsum non negligat, p. 44. c. 1.  
 Episcopi omnis mercatura dedecet, p. 46. c. 1.  
 Episcopi in ecclesia primitiua ordinabantur, antequam susciperent certam curam ecclesiarum, p. 349. c. 1.  
 Episcopi à Papa creantur & confirmantur, & ubi opus est exautorantur, p. 279. c. 1.  
 Episcopi heretici nullo pacto tolerandi, sed sunt grauissime puniendi, p. 446. & p. 449. c. 1.  
 Episcoporum dignitas suos gradus habet, p. 349. c. 1.  
 Episcoporum dignitas sacerdotio præstat tum ordine, tum iurisdictione, p. 418. c. 1. & 2.  
 Episcoporum non residentia, innumera mala parit, in ecclesijs, p. 418. c. 1.  
 Episcoporum prima cura circa doctrinas falsas uersari debet, p. 418. c. 2.  
 Episcoporum condiciones quæ requirantur, p. 434. c. 2. & p. 435. & 436. c. 1. & 2. & p. 465. c. 1. & 2. & p. 474. c. 1. & 2.  
 Episcoporum potestas probitate bonorum morum plurimum corroboratur, p. 472. c. 2.  
 Episcoporum legitima residentia à sacris Canonibus determinatur, p. 478. c. 1.  
 Episcopi nunc est legere et scrutari scripturas, p. 442. c. 2.

EPISTOLA.

Epistola ad Rom. cur ceteris anteposta, p. 1. c. 1.  
 Epistola ad Rom. per modum argumenti quid contineat ostenditur, p. 10. c. 1. & 2.  
 Epistola ad Rom. referta est summa doctrina & sententijs profundissimis cum de fide, tum de moribus, p. 10. c. 2.  
 Epistola ad Galatas docta & difficilis, p. 257. in arg.  
 Epistola ad Gal. scripta B. Pauli manu propria, p. 305. c. 2.  
 Epistola ad Timotheum utraq; digna quæ à Prælati ediscatur, & obseruetur, p. 416. in arg.  
 Epistola ad Hebræos defenditur, & illius autor uerus B. Paulus à Caietani cauillis, p. 491. & p. 532. c. 2.  
 Epistole ad Hebræos autor B. Paulus Apostolus, p. 484. in præfa. & p. 486. c. 1. & 2. & p. 496. c. 1. & p. 531. & p. 557. c. 2.  
 Epistolam ad Hebræos hebraice scriptam fuisse, p. 531. c. 2.  
 Epistola B. Iudæ defenditur, p. 643. in præfa.  
 Epistola canonica B. Ioannis Apostoli secunda & tertia contra nouos magistros defenditur, p. 638. in præfa.  
 Epistolam B. Iudæ quidam indocte reijciunt, quod in ea citentur apocrypha, p. 357. & 646. c. 1.

ERASMVVS.

Erasmus Arianorum patronus, p. 437. c. 2.  
 Erasmus notatur de mutatione ordinis epistolarum Apostolicarum, p. 1. c. 2.  
 Idem notatur de interpretatiōe uocis LATRIA; p. 12. c. 1.  
 Erasmus inepte excusat suam temeritatem immutata lectionis ad Thes. de resur. mort. p. 214. c. 2.  
 Erasmus ut hostis diuinitatis Christi notatur, p. 90. c. 1.  
 Erasmus subdole suscitauit pelagianam heresim de peccato originali, p. 54. c. 2.  
 Erasmus reuocat in dubium an prima epistola canonica autor fuerit B. Iacobus Apostolus, p. 558.  
 Erasmus dolis & fabulis plurimum nititur incautos decipere, p. 475. c. 2.

Erasmus immeritò atq; iniuria reprehendit B. Hieronymum circa matrimonium, p. 169. & p. 169. c. 2.  
 Erasmus circa diuortium scandalose scripsit, p. 173. c. 2.  
 Erasmus nimium audax circa matrimonia clandestina resellit, p. 178. c. 2.  
 Erasmus exosam habuit uirginitatem, p. 176. c. 2.  
 Erasmus inter uaniloquia & impia reponit sententias ab ecclesia decisas, p. 420. & 474. c. 2.  
 Erasmus perpetuus nouitatum amator, p. 268. c. 1.  
 Erasmus iniuria taxauit B. Paulum de imperitia lingua græcæ, p. 204.  
 Erasmus pestifera colloquia edidit, quibus multi ad ruinam corrumpuntur, p. 211. c. 2.  
 Erasmus in suum usum ubi lubet usurpat B. Hieronymi auctoritatem, p. 268. c. 1.

ESAV.

Esau qua reprobatione fuerit reprobatus absque proprijs demeritis, p. 96. c. 1. & 2.  
 Esau nunquam in propria persona seruiuit iacob, sed in persona tantum posterorum, ibid. c. 2.  
 Esau quam ob causam fuerit postmodo typus reprobatorum à uita aeterna, p. 97. c. 2.

EVANGELIUM.

Euangelium quid, p. 5. c. 2.  
 Euangelium uerum unicum est, duas habet partes, p. 361. & 364. & 473. c. 2.  
 Euangelium salutem aeternam non promittit absolute, sed cum operum conditione, in hereticos, p. 364. c. 2.  
 Euangelium tempore tribulationum & persecutionum potissimum creuit, p. 351. c. 1.  
 Euangelium ut cursum suum habeat, indiget orationibus ecclesiarum, p. 347. c. 1.  
 Euangelium cur dicatur uerbum abbreviatum, p. 101. c. 1.  
 Euangelium promissum ab initio mundi, p. 5. c. 2.  
 Euangelium continet integram totius perfectionis nostre doctrinam, p. 101. c. 1.  
 Euangelium prædicare erat munus & officium proprium Apostolorum, p. 194. c. 2.  
 Euangelium mutilant heretici, p. 364. c. 2.  
 Euangelij prædicatio est quoddam sacrificium, p. 133. c. 2.  
 Euangelij summa in articulo resurrectionis mortuorum continetur, p. 207. c. 1.  
 Euangelij prædicatio est firma & constans, p. 221. c. 2.  
 Euangelij prædicatio est uerbum reconciliationis hominum cum Deo, p. 234. c. 1.  
 Euangelij prædicatio confirmata fuit à Deo per signa & prodigia multa, p. 228. c. 2.  
 Euangelij prædicatio non ad solos Iudeos, sed prorsus ad omnes gentes dirigitur, p. 9. c. 1.  
 Euangelij ministratio quæ dicitur spiritus et iustitie, ministratio legis antiquæ antecellit, p. 226. c. 2. et 227. c. 1.  
 Euangelij tempus est tempus acceptabile, p. 234. c. 2.  
 Euangelij lex non tollit iura naturalia & gentium, nec improbat gladium secularem, sed confirmat, p. 118. & 298. & 448. & 476. c. 1.

EVCHARISTIA.

Eucharistia continet uerum corpus & uerum sanguinem Christi, in hereticos, p. 187. c. 2.  
 Eucharistie mysterium tractatur, p. 187. c. 1. et 195. c. 2.  
 Eucharistie sacramentum accipientibus promittitur indelincta uita aeterna, p. 94. c. 2. arg. 18.

EXCOECATIO.

Excoecationes digni fiunt, qui tenebras magis quam lucem diligunt

diligunt, p. 228. & p. 411. c. 2.  
 Excoecationem iure merentur, qui diuinæ ueritati scienter resistunt, p. 411. c. 2. et p. 458. c. 1.

EXCOMMVNICATI

Excoicari debet Christiani pctores famosi, p. 163. c. 1.  
 Excommunicati sunt heretici ipso iure, p. 262. c. 1.

EXEMPLVM

Exemplū syncera cōuersionis in B. Paulo ostenditur, p. 2. c. 2.  
 Exempla maximam uim habent ad edificationem, uel ad subuersionem, p. 181. c. 1.  
 Exempla proba uitæ longè efficacius & uiuacius mouēt quàm nuda uerba, p. 591. & p. 592. c. 2.

F

FAMA

**F**AMA bonam quo sine debent querere homines Christiani. p. 367. c. 2.

FIDES

Fides uariè accipitur in scripturis, p. 29. c. 2.  
 Fides est radix omnium bonorum operum. p. 585. c. 2.  
 Fides semper necessaria fuit omnibus ad salutem consequendam, p. 15. & p. 29. c. 1. & p. 441. c. 2.  
 Fides per quam poterant saluari Gentiles, erat duorum articuloꝝ reliquos implicitè continentium, p. 15. c. 1. & p. 29. & p. 105. & p. 441. c. 2.  
 Fides explicita de Christo non exigebatur necessariò ad salutem antequàm predicaretur, p. 29. p. 105. c. 2.  
 Fides Christi quomodo necessaria ad iustificationē, p. 38. & p. 103. c. 2.  
 Fides quam requirit Deus ab homine impio, ut eundē iustificet, q̄. 15. p. 15. c. 2. p. 46. c. 1. p. 273. p. 320. p. 341. c. 2.  
 Fides Iudeorum sub lege non omninò explicita, p. 15. c. 1. p. 185. p. 292. c. 2.  
 Fides Christianorum in nouo testamento explicita, p. 15. c. 1. p. 29. p. 105. p. 292. col. 2.  
 Fides Romanorum quomodo in uniuerso mundo annuntiabatur, p. 11. c. 2.  
 Fides impij quæ imputatur ad iustitiam, non est opus meritum iustificationis. p. 46. c. 1. & p. 320. c. 2.  
 Fides est necessaria omninò ut quis uerè membrum Christi efficiatur, p. 198. c. 2.  
 Fides quanam requiratur in homine ad primam iustificationem assequendam, p. 47. c. 1. & p. 273. c. 2.  
 Fides non gignit perfectam cognitionē, p. 202. c. 1.  
 Fides & patientia, non fides tantum, requiruntur ad hereditandum promissiones, p. 48. c. 1. & p. 520. c. 2.  
 Fides sola non reddit hominem saluum salute perfecta, p. 73. c. 1. p. 103. c. 2. p. 165. & p. 186. & p. 217. & p. 299. & p. 565. c. 1.  
 Fides, dū simpliciter dicitur, pro fide diuina intelligitur apud Theologos. p. 79. c. 2.  
 Fides Christiana in persecutionibus & angustijs semper illustratur. p. 84. c. 2.  
 Fides est per quam aptamur in Christum, & per eam per dilectionem operantem cōsummamur, p. 101. & p. 103. c. 2. & p. 299. c. 1.  
 Fides innitur uerbo Christi. p. 105. c. 1.  
 Fides quò gignatur in corde hominis, p. 105. c. 1. & c. 2.  
 Fides an necessariò requirat externam predicationem, p. 105. c. 1. & c. 2.  
 Fides fundamentum atque basis totius æ. i. s. i. j. spiritualis, p. 14. & p. 136. c. 1.

Fides quo pacto purificet corda, p. 341. c. 1.  
 Fides in scripturis absolute, pro uia fide, p. 349. c. 1.  
 Fides cur non sit omnium hominum, cum tamen Deus uelit omnes fieri saluos. p. 413. c. 2.  
 Fides Christi sanguine defenditur, p. 635. c. 2.  
 Fidei definitio, & eius effectus fujè explicantur. p. 543. & sequent.  
 Fidei substantia manet et amissa charitate, p. 569. c. 2.  
 Fidei nostre robur in potentia Dei inniti debet, non in sapientia hominum, p. 145. c. 1. & p. 149. c. 2.  
 Fidei nostre principia probauit Deus per signa innumera & prodigia, p. 149. & p. 228. c. 2.  
 Fidei donum quod particulariter quibusdam donatur in ecclesia, quale sit, p. 197. c. 2. & p. 201. & p. 230. c. 1.  
 Fidei catholica obiectum est quodcunque reuelatum in ecclesia Dei, p. 197. c. 2.  
 Fidei obiectum est promissio æternorū, p. 284. c. 1.  
 Fidei finis sunt opera bona, p. 461. c. 1.  
 Fidei Christianorum & Iudeorū differētia, p. 517. c. 2.  
 Fidē solā hñs nō est iustus corā Deo, p. 201. & p. 299. c. 1.  
 Fidem infusam qui se habere credit, an possit id certò cognoscere, p. 253. c. 1.  
 Fidē abnegant & deserunt duo hominū gñā, p. 425. c. 1.  
 Fidem unius articuli amittens, totam fidem amittere conuincitur, p. 299. c. 2. & p. 630. c. 1.  
 Fide uiua stamus, p. 207. c. 1. & p. 216. c. 2. & p. 223. c. 1.  
 Fide facti sumus liberi & filij Dei, p. 223. & p. 293. c. 1.  
 Ex fide esse Iesu Christi quid, p. 40. c. 1. & p. 284. c. 2.

FILIUS

Filius dilectionis Christus, qua ratione dicatur, p. 372. c. 1.  
 Filius adoptiuus non dicitur Christus, sed naturalis. ibid. & p. 86. c. 2.  
 Filius hominis qua ratione Christus dicatur, p. 497. c. 2.  
 Filij Dei dicuntur diuersimodè, p. 294. c. 1.  
 Filij Dei sunt omnes homines in potentia, ibid.  
 Filij Dei efficiuntur qui cūq; credūt in Christū, p. 293. c. 1.  
 Filij quo pacto debent obedire parentibus, & qualis obedientium merces, p. 343. c. 2.  
 Filiorū Dei est condonare sibi factas iniurias, p. 336. c. 1.

FORNICATIO

Fornicatio omnis reprobatuꝝ tanquàm mortale peccatū, p. 164. c. 1. & p. 166. & p. 396. c. 2. & p. 456. c. 1.  
 Fornicatio est innaturalis & illicita, p. 166. & p. 335. c. 1.

G

GAUDIUM

**G**AUDIUM perfectum nulli datur in hac uita, nec etiam ipsis iustis, p. 235. c. 2.  
 Gaudium semper sequitur charitatem, p. 129. c. 1.  
 Gaudium Christianorum est unus ex præcipuis Spiritus sancti fructibus, p. 129. c. 1. & p. 255. c. 2.  
 Gaudium Christianorum admixtum est timore quodam sancto, p. 366. c. 2.  
 Gaudium uerum debent existimare Christiani cum in uarias tentationes incidunt, p. 560. c. 2.  
 Gaudium & lætitia uiris euangelicis adest, cum eorum discipuli proficiunt, p. 540. c. 1.  
 Gaudium Christianorum est in spe non in re, donec appareat eis Christus, p. 120. c. 1. & c. 2.  
 Gaudio uero dilatatur homo quando concipit spem bonorum æternorum, p. 236. c. 1.  
 Gaudio magno tum demum abundant uiri sancti cum in uarijs tribulationibus constituuntur, p. 239. c. 1.

Generatio

GENERATIO.

Generatio Christi duplex quatenus homo, p. 7. c. 2.  
 Generatio Christianorum duplex, p. 8. c. 1.

GENTES & GENTILES.

Gentes quomodo dicerentur esse absq; fide, p. 322. c. 2.  
 Gentes quò mortuæ & sine Deo dicebantur, p. 50. & p. 148. c. 1. p. 322. c. 2.  
 Gētes nō fuerūt derelictæ absq; aliqua de Deo cognitione p. 16. & p. 165. c. 2. & p. 334. c. 1.  
 Gentes per Angelos à Deo illuminabantur, p. 16. c. 2. & p. 18. c. 1. & p. 28. c. 2. & p. 29. c. 1. & p. 165. & p. 293. col. 2.  
 Gentes non fuerunt à Deo derelictæ in puris naturalibus, sed habuerunt aliquod Dei auxilium speciale, p. 16. & p. 165. c. 2.  
 Gentes quo pacto poterant per gratiam cōsequi salutem, p. 18. & p. 29. & p. 74. & p. 441. c. 1.  
 Gentes quomodo inexcusabiles, p. 18. c. 1. & p. 34. c. 2. & p. 334. c. 1.  
 Gentes promptiores ad fidem quā Iudei, p. 40. c. 2.  
 Gentes quo pacto faciebāt naturaliter ea quæ legis sunt, p. 27. c. 2. & p. 28. & p. 29. c. 1.  
 Gentium fides necessaria ad salutem erat duorum duntaxat articuloꝝ, p. 15. c. 1. & p. 29. c. 2. & p. 34. & p. 441. c. 2.  
 Gentium error duplex in Idolis colendis, p. 19. c. 1.  
 Gentium uia, quales, p. 73. c. 2.  
 Gentium plenitudo nondum ingressa est in Christum, p. 111. c. 2.  
 Gentibus nunquàm fuit præclusa uia ad salutē, p. 15. & p. 29. & p. 441. c. 1.  
 Gentilis personam induit A postolus, ut uarios status explicet, p. 68. c. 1.  
 Gentiles in scripturis nomine bestiarum designantur, p. 23. c. 1.  
 Gentilium philosophorum error & peccatum in cognitione sui, p. 18. c. 2.  
 Gentilium errores circa mores, p. 30. c. 2.  
 Gentiliū plurimos per Angelorum illuminationes saluos factos esse, p. 29. c. 2. & p. 293. c. 2.

GLORIA & GLORIATIO.

Gloria iustorum in caelis maior erit, quàm per statū innocentie fuisse, p. 74. c. 2.  
 Gloria carnis explicatur, p. 148. c. 2.  
 Gloria mundi suos sectatores præcipitat, p. 157. c. 2.  
 Gloria mundi inanis et caduca, ibid. & p. 247. c. 1.  
 Gloria & laus operum nostrorum bonorū, Deo & Christo debetur, p. 52. c. 2.  
 Gloriam propriam prædicare est insipientia, p. 245. c. 2. & p. 247. c. 1.  
 Gloriam inanem mirum in modum natura amamus, p. 249. c. 1.  
 Gloriam propriam quantum fugere debeant sancti Dei homines, p. 249. c. 1.  
 Gloria futurā quæ à Deo est querere debemus, p. 358. c. 1.  
 Gloriam cum Christo participare non poterit, qui socius non uult esse passionum eius, p. 361. c. 2.

GRATIA.

Gratia quid sit apud B. Paulum, p. 8. & p. 140. & p. 584. c. 1.  
 Gratia quò regnet per iustitiam, p. 60. c. 1.  
 Gratia cum peccato stare non potest, sed per peccatum amittitur, in Lutheranos, p. 63. c. 1. & p. 70. c. 2. & p. 78. c. 1.

Gratia quomodo cum tempore sanat totum hominem, p. 71. & p. 230. c. 1.  
 Gratia Dei conferitur etiam nō prædestinatis, alioqui angustaretur Dei misericordia, p. 94. & p. 95. c. 1.  
 Gratia Dei nemini illam uolenti negatur, p. 113. c. 2.  
 Gratia ad salutē cur non detur omnibus equaliter, p. 94. & p. 97. c. 1. & p. 423. c. 2.  
 Gratia est arrha & pignus uitæ æternæ, p. 94. & p. 222. c. 2. & p. 316. c. 1.  
 Gratia Dei potest frustrā recipi, p. 234. c. 2.  
 Gratia Dei semper est à nobis imploranda, p. 138. c. 1.  
 Gratia habitualis non satis est ad perseverandū in bono sine speciali Dei auxilio, p. 249. c. 1.  
 Gratia prima nō datur ex meritis, p. 311. c. 2. et p. 321. c. 1.  
 Gratia & donis Dei non uti peccatum est, p. 442. c. 1.  
 Gratia appellatione in scripturis ea intelliguntur quæ sit pra naturam nobis gratiose donantur p. 53. c. 1.  
 Gratia donū in Adā quid operabatur, p. 35. c. 1.  
 Gratia presentis certitudo i homine iusto asseritur, p. 78. & p. 79. c. 1. & p. 2. et p. 195. c. 2. et p. 584. c. 1. et p. 585. c. 2.  
 Gratia inherētis signum certum ostēditur, p. 384. c. 2.  
 Gratiarum actio quid sit, p. 11. c. 1.  
 Gratiarum actio est actus religionis & pars orationis præcipua, ibid.  
 Gratiarum actio est quædā tacita supplicatio ad obtinendum beneficiorum augmentum, p. 200. c. 1.  
 Gratiarum actiones gratæ sunt Deo, & per Christum acceptæ, p. 220. & p. 340. c. 1.  
 Gratiarum actiones requirit à nobis Deus pro beneficijs datis, p. 220. c. 1. & p. 308. c. 2. & p. 386. c. 1.

H

HAERES.

**H**AERES Patris coelestis uerus Christus, cui hæreditas ipso iure debebatur, p. 79. c. 2.  
 Heres Dei Christus quo iure, p. 487. c. 1. & p. 489. c. 1. & p. 2.  
 Heredes sumus nos in Christo per adoptionem sub conditione, p. 79. c. 2.

HAERESSES.

Heresis fermè semper in malā partē sumitur, p. 193. c. 1.  
 Heresis quid significet, p. 193. c. 2.  
 Hereses quo pacto afferant utilitatem ecclesie, p. 193. c. 1. & p. 205. c. 2.  
 Hereses esse, non est necesse simpliciter, p. 193. c. 1.  
**H**AERES IARCHA & HAERETICVS.  
 Heresiarcharū fructus quò cognosci possunt, p. 246. c. 2. & p. 333. c. 1.  
 Heresiarcharum tria præcipua scelera, p. 608. c. 1.  
 Heresiarcharum ueritatem impugnantium intentio & finis, p. 156. & p. 191. c. 2.  
 Heresiarcharum peccatum, & eorum tandem in inferno supplicium quàm magnum, p. 156. c. 2. & p. 358.  
**H**AERETICVS qui uerè censetur, p. 260. & p. 475. & p. 477. c. 1.  
 Heretici quibus epithetis significantur, p. 477. c. 1.  
 Heretici ad disputandum coram imperita multitudine nō admittendi, p. 456. c. 2.  
 Heretici suo gladio se iugulant, cum de legitima uocatione ad functiones ecclesiasticas loquuntur, p. 4. & p. 259. c. 2.  
 Heretici astutè & mendaciter asserunt se doctrinam antiquæ ecclesie instaurare, p. 5. c. 2. & p. 398. c. 1.

†† Heretici



**Hæretici** recentiores elegantiæ sermonis et floribus rhetori-  
is plurimum student, p. 145. c. 1. & p. 378. c. 2.  
**Hæretici** dolose dissimulant loca scripturarum quibus pe-  
nitentia iugulantur, p. 62. c. 1. & 79. c. 2. & 305. c. 1.  
**Hæretici** gaudio phantastico in suis passionibus affi-  
ciuntur, p. 372. c. 2. & p. 391. c. 2.  
**Hæretici** aliqui omne iuramentum damnant, p. 12. &  
p. 268. c. 1.  
**Hæretici** calumniose ecclesiam reprehendunt ob usum ima-  
ginum, p. 19. c. 1. & 2.  
**Hæretici** per occasionem afferunt utilitatem ecclesie,  
p. 193. c. 1. & 2.  
**Hæretici** sunt milites Diaboli, p. 74. c. 2. & p. 193. c. 2.  
& p. 145. c. 2. & p. 246. c. 2.  
**Hæretici** multipliciter errant non distinguendo, sed omnia  
permiscendo, p. 45. c. 2. & p. 48. c. 1. & p. 321. c. 2.  
**Hæretici** callide damnant usum gladii in Magistratibus,  
p. 118. c. 1.  
**Hæretici** non possunt loqui in Christo, cum sint extra ec-  
clesiam, p. 223. c. 1.  
**Hæretici** suos errores prætextu scripturarum defendere  
nituntur, p. 260. & p. 262. c. 2.  
**Hæretici** ipso iure excommunicati, p. 272. c. 1.  
**Hæretici** noui impudenter se euangelicos iactant, p. 261. c. 2.  
**Hæretici** abutuntur dicto Pauli: Si nos, aut Angelus etc. ib.  
**Hæretici** fascināt oculos infirmorum in fide, p. 283. c. 1.  
**Hæretici** iure à magistratu secularis in corpus puniuntur,  
p. 298. c. 1. & p. 395. & 475. c. 2. & p. 477. c. 1.  
**Hæretici** peccato detractionis deditissimi, p. 301. c. 2.  
**Hæretici** ob malā quorundā Christianorum uitā occasio-  
nē accipiunt negādi effectus gratiæ in alijs recte uiuentibus,  
p. 302. c. 1.  
**Hæretici** nō possunt autēti ecclesie se opponere, p. 206. c. 1.  
**Hæretici** meritam persecutionē patiuntur, p. 395. c. 2.  
**Hæreticorum** multi nō tā heretici, quā athei, p. 457. c. 1.  
**Hæreticorum** libros legere periculosum, p. 477. c. 2.  
**Hæreticorum** error de pace, p. 9. c. 2. & p. 51. c. 1.  
**Hæreticorum** astus circa delectum ciborum, p. 181. c. 1.  
**Hæreticorum** errores circa sacramētū Altaris, p. 187. c. 2.  
**Hæreticorum** commentū est uetere nuptias, & quorundā  
ciborum esum cōtra Apostolum, p. 131. et 440. c. 1.  
**Hæreticorum** fugienda consortia, p. 35. c. 2. & 260. c. 1.  
**Hæreticorum** fides est potius opinio, p. 289. & 479. c. 2.  
**Hæreticorum** uaria & inconstans doctrina, p. 333. c. 1.  
**Hæreticorum** doctrinam cur recipiūt multi, p. 383. c. 1.  
**Hæreticorum** impudicitia taxatur, p. 367. c. 2.  
**Hæreticorum** blasphemia in Christi Vicariū, p. 410. c. 1.  
**Hæreticorum** uocibus non est utendū, p. 451. c. 2.  
**Hæreticorum** semper fuit proprium reijcere, quæ quæ-  
si digito in scripturis non ostenduntur, p. 222. & 413. c. 1.  
**Hæreticorum** calumnia contra ecclesiam circa delectum  
ciborum refellitur, p. 130. & seq. item 440. c. 1.  
**Hæreticorum** recentiorū sacrilega matrimonia, p. 169. c. 2.  
**Hæreticorum** callida inuentio in uotū castitatis, p. 170. c. 2.  
**Hæreticis** mirificè & occulto modo fauet Satan, & su-  
eundiam subministrat, p. 438. c. 1. & 2.  
**Hæreticis** nullo pacto est communicandum, p. 338. c. 1.

HEVA.

**Heua** sola peccante non corruissimus, p. 55. c. 1.  
**Heua** quomodo in Adam continebatur, ibid.  
**Heua** qua in re nobis nocuerit, ibid.  
**Heua** in statu innocentiæ alio modo Adæ subdebatur, quā  
nūc mulier sub potestate uiri, p. 191. c. 1.

HISTRIO.

**Histriones**, Mimi, & circumforanti homines minime  
sunt tolerandi, p. 402. c. 2.

HOMO.

**Homo** quot modis accipitur in scripturis, p. 258. c. 2.  
**Homo** animalis, & homo nequam, p. 153. & 162. c. 1.  
**Homo** carnalis, qui carni consentit, p. 69. & 154. c. 2.  
**Homo** carnalis & spiritualis quomodo differant in facien-  
do malum, p. 70. c. 2.  
**Homo** totus censetur secundum eam partem quæ superat,  
p. 69. & 154. & 282. c. 2.  
**Homo** carnalis dum patitur & desperat, iam experitur  
pœnas tanquā arrham inferni, p. 80. c. 2.  
**Homo** in statu naturæ lapsæ plenus ignorantia, ut nihil bo-  
ni possit absq; speciali Dei auxilio, p. 17. & 18. c. 1. & p.  
28. c. 2. & 31. c. 1. & p. 73. & 154. c. 2. & p. 285. c. 1.  
**Homo** natura mēdax, p. 33. c. 1. & 263. c. 2. & 264. c. 1.  
**Homo** ex se nihil est, p. 304. c. 1.  
**Homo** mendax quis sit propriè, p. 264. c. 1.  
**Homo** qui studet hominibus placere, quā grauius pec-  
cet, & quā grauius punietur, p. 264. c. 1. & 2.  
**Homo** Spiritu Dei carens dicitur caro p. 302. c. 2.  
**Homo** creatura mundi, & finis omnis creaturæ, p. 17. c. 1.  
& 2. & p. 80. c. 2.  
**Homo** interior & exterior, quid, p. 63. c. 1. & p. 71.  
& 130. c. 2. & p. 328. c. 1.  
**Homo** nouus non est sub lege, p. 280. c. 2.  
**Homo** spiritualis quomodo studere debet interiori suæ  
renouationi, p. 230. c. 2. & p. 328. c. 1.  
**Homo** spiritualis nō potest simul de facto seruire legi Dei,  
& legi peccati, p. 73. c. 2.  
**Homo** spiritualis quomodo nō operatur peccatum, p. 69.  
& 70. c. 2. & p. 71. c. 1.  
**Homo** spiritualis quō potest cadere à gratiā, & lethaliter  
peccare, p. 71. c. 1. & 2. & p. 72. c. 1. & p. 301. c. 2.  
**Homo** nouus in Christo quō relictus in seruitute corrup-  
tionis, et anxius ob expectationem futurorū bonorū,  
p. 80. c. 2. & p. 81. c. 1. & 2. & p. 231. c. 2. & 232. c. 1.  
**Homini** appellatione quid plerunq; in scripturis intel-  
ligitur, p. 65. & 154. c. 2. & 264. & 303. c. 1.  
**Homini** uarij status in Adam, sub Mose, & in Christo,  
p. 66. c. 1. & 2. & p. 67. & 73. & 154. c. 2. et p. 282. c. 1.  
**Homini** uoluntas censetur totus homo, & quare, p. 73.  
& p. 113. c. 1.  
**Homini** est se præparare ad gratiam, sed non absq; Dei  
gratiā & auxilio, p. 98. c. 2.  
**Homini** eleuatio in altissimum finem ex dono est, non ex  
naturæ debito, p. 82. c. 2.  
**Homini** prerogatiua præ Angelis per incarnationem  
Verbi, p. 502. c. 1.

HOSPITALITAS.

**Hospitalitas** in Episcopo cōmēdatur et requiritur, p. 435.  
c. 2. & p. 468. c. 1. & c. 2.  
**Hospitalitas** citra delectum non omnibus nec passim  
exhibenda, p. 116. c. 1.  
**Hospitalitatis** officium semper fuit commendatissimum,  
& magno præmio dignum, ibid.

HVMILITAS.

**Humilitas** radix sapientiæ, p. 414. c. 1.  
**Humilitas** uera Christiani & profunda, nobilis est et non  
confunditur, p. 229. c. 2.  
**Humilitatis** dogma nouum ac peruersum cuiusdā aucto-  
ris nouæ sectæ notatur, p. 355. c. 1. & p. 422. c. 2.  
Humilitas

AC RERVVM PRÆCIPVARVM.

**Humilitas** factorū uñ oriatur, p. 325. et 354. et 422. c. 1.  
**Humilitas** B. Pauli laudatur, p. 216. c. 1. & p. 325. c. 2.

I

IACOB.

**Iacob** & Esau mysterium explicatur, p. 91. &  
p. 99. c. 2.  
**Iacob** electus fuit ut ex eo Christus nasceretur, p. 91.  
& p. 66. c. 2.  
**Iacob** fuit typus electorum, p. 91. c. 2. & p. 97. c. 1.  
**Iacob** fuit electus ex mero Dei beneplacito, p. 96. c. 2.  
**Iacob** quo pacto uidit Deum facie ad faciem, p. 202. c. 1.  
**IACOBVS** MINOR APOSTOLVS.  
**Iacob** minor Apostolus autor primæ epistolæ inter can-  
onicas, p. 558.  
**Iacobus** iste est cuius meminit B. Paulus in epistola ad Ga-  
latas, p. 268. c. 1.  
**Iacobus** post Petrum secundus habebatur, p. 208. c. 1.  
**Iacobus** Ierosolimitanam rex ecclesiam, ibid.  
**Iacobi** sanctitas magna & admirabilis auctas, p. 208. c. 1.  
**Iacobi** epistola canonica, p. 558 in præfa.  
**Iacobi** epistola cur prima inter canonicas, p. 275. c. 2.  
& p. 558. in præfa.  
**Iacobi** epistola ad confutationem hereticorum scripta,  
p. 570. c. 2. & p. 571. & p. 572. & p. 573. & 574. c. 1.  
**Iacobi** Apostoli sententia de iustificatione ex operibus bo-  
nis, de qua iustificatione intelligatur, p. 47. c. 2.

IDOLA.

**Idola** quam stultè à gentilibus adorabantur, p. 19. c. 1.  
**Idola** gentium adorare, cur à Deo prohiberentur, p. 176. c. 2.  
**Idola** multi sibi faciunt dominos temporales, p. 107.  
& p. 190. c. 1.  
**Idola** gentilium qua ratione nihil esse dicantur, p. 179. c. 2.  
**Idolorum** cultum quæ pœna sequatur, p. 19. c. 2. & p.  
288. c. 1.  
**Idolorum** seruitus est quædam auaritia, p. 162. c. 2. &  
& p. 337. & p. 385. c. 1.  
**Idolis** immolata affici non poterant, p. 180. c. 1. & 2.  
& p. 188. c. 1.

IDOLOLATRIA.

**Idololatria** est quædam inobediencia, p. 34. c. 2.  
**Idololatria** crimini commiserunt Iudæi reprobando Chri-  
stum, p. 107. c. 2.  
**Idololatriæ** rei sunt qui principes terrenos Christo uero  
principi præferunt, p. 107. c. 2. & p. 180. c. 6.

IEIUNIUM.

**Ieiunium** commendat Apostolus, p. 235. c. 1. &  
p. 382. c. 2.  
**Ieiunium** requiritur in statu luctus in quo sumus, p. 300.  
& p. 382. c. 2.  
**Ieiunium** odio habent heretici, p. 364. & p. 382. c. 2.  
**Ieiunium** & fructus eius à Christo commendatur, p. 382.  
c. 2. & p. 383. c. 1.  
**Ieiunium** habet suam in cœlis mercedem, p. 383. c. 2.  
**Ieiunium** non est illa exercitatio corporalis, quæ ad modi-  
cum utilis est, p. 440. c. 1.  
**Ieiunia** ab ecclesia indicta ad carnis castigationem, seruanda  
sunt, p. 300. & c. 2.  
**Ieiunia** indicare non est nouum in ecclesia, p. 382. c. 2.

IESVS.

**IESVS** nomen cœlestis ac mysteriosum, p. 3. c. 2.  
& p. 4. c. 1. & p. 317. c. 2. & p. 356. c. 1.

**Iesus** nomen uenerandum, etiam ex sacri canonis pontifi-  
cū præcepto, p. 4. c. 1.  
**Iesus** nomen diuinum est, & soli Deo in ueritate conue-  
niens, p. 356. c. 1.  
**Iesus** absolute est Dominus in Dei gloriam, p. 356. c. 1.  
**Iesu** nomine heretici abutuntur, p. 4. c. 1.  
**Iesum** esse de minimis non potest cognoscere humana intel-  
ligentia, aut sapientia, p. 197. c. 1.  
**Iesum** esse Dominum quo pacto quis dicat salubriter,  
p. 197. c. 1.

IGNORANTIA.

**Ignorantia** quæ excusat à peccato qualis sit, & quate-  
nus excuset, p. 421. c. 2.

IMAGO.

**Imaginem** Dei per peccatum amissam recuperat homo  
per baptismum, p. 385. c. 2.  
**Imagines** sanctorum dici nō possunt nihil esse, p. 179. c. 2.  
**Imaginibus** Christi & sanctorum quomodo utantur in  
ecclesiis Christiani, p. 19. c. 1.

IMPIVS & IMPIETAS.

**Impiorum** qualis innouatio, p. 82. c. 1.  
**Impietatis** nomine quid intelligatur, p. 16. c. 2.

INDVLGENTIAE.

**Indulgentiæ** quæ pro pœnis peccatorum dantur, me-  
ritis Christi et sanctorum inuitantur, p. 251. & 377. c. 1.  
**Indulgentiarum** thesauri dispensatio credita est Romano  
Pontifici, p. 377. c. 1.  
**Indulgentiarum** dispensatio non caruit abusu, ibid.

INFERNVS.

**Inferni** supplicij an fuerint aliqua anima per Christi  
descensum liberata, p. 331. c. 1. & seq.  
**Inferni** supplicij mancipati, quō Deū laudēt, p. 20. c. 1.

INGRATITVDO.

**Ingratitudo** in Deum meretur, ut quod datum fuerat  
auferatur, p. 220. c. 1. & 308. c. 2.  
**Ingratitudo** filiorum in parentes taxatur, p. 251. c. 1.

INUIDIA.

**Inuidia** res stulta & diabolica, p. 588. c. 2.  
**Inuidiæ** uitio caret homo uerè spiritualis, p. 21. c. 2.

IRA.

**Ira** Dei de cœlo, quæ sit, p. 16. c. 1.  
**Ira** Dei æterna propriè in euangelio reuelatur, p. 16. c. 1.  
**Ira** quo pacto citra peccatum concedatur, p. 335. c. 1.  
**Ira** bona, qualis, p. 335. c. 1.  
**Ira** filij natura quo pacto omnes simus, p. 320. c. 1.  
**Ira** filij in die iudicij erunt tantummodo, qui ex proprio  
eorum peccato rei inuenientur, p. 58. c. 1.

ISAAC.

**Isaac** fuit typus filiorum Dei ad quos pertinet uera  
promissio, p. 90. c. 2. & p. 91. & p. 289. c. 2.  
**Isaac** uerus, est Christus, ibid.

ISRAEL.

**Israël** uerus sunt tantummodo qui electi & prædesti-  
nati sunt, p. 90. & p. 91. c. 2.  
**Israël** fuit talis secundum electionem Dei, non secundum  
carnem, p. 91. c. 2.  
**Israël** uerus cur non comedit de neruo, p. 91. c. 2.

IVDÆVS.

**Iudeus** carnalis sub lege & peccato, respectu gentilis quod  
lis erat, p. 68. c. 2. & p. 74. c. 1.  
**Iudæi** nomen olim honorabile, p. 30. c. 1.  
**Iudæi** personā induit B. Paulus ut explicaret statum eius  
sub lege, p. 67. c. 2. & p. 8. c. 1. & 2. & p. 69. c. 1.

**Iudaei** in scripturis nomine hominum designantur, p. 23.c.1.  
**Iudaei uerè, qui sint,** p. 30. & p. 32.c.1.  
**Iudaei quantum præstabant gentibus per legem,** p. 30. & p. 32.c.2. & p. 33. & p. 74.c.1. & p. 89.c.2.  
**Iudaei non minus indigebant gratia Christi ad salutem, quam gentes,** p. 34.c.1. & p. 36.c.2. & p. 40.c.1.  
**Iudaei cur inexcusabiles facti sunt,** p. 34.c.2.  
**Iudaei ex lege Moseos nullum habebant proximum, nisi qui ex eorum gente erat,** p. 43.c.1.  
**Iudaei quodammodo per Mosen sanctificati,** p. 185.c.1.  
**Iudaei à Mose admonebantur per uelamen, ut in Christum intenderent,** p. 227.c.1. & 2.  
**Iudaei qualem Messiam expectent frustra,** p. 133.c.2.  
**Iudaei ante Christi aduentum erant ueluti pueri sub paedagogò,** p. 293.c.2.  
**Iudaei Christi inimici, uocantur canes,** p. 359.c.2.  
**Iudaei grauius facinus admiserunt negantes Christum, quam olim sub Mose idololatrantes,** p. 89.c.1.  
**Iudaei abusi sunt propria prerogatiua,** p. 90.c.1.  
**Iudaei tandem conuertentur ad fidem Christi,** p. 91.c.2. & p. 111. & p. 227.c.2.  
**Iudaei quomodo scandalum acceperunt à Christo, & eius prædicatione,** p. 101.c.1. & 2.  
**Iudaei non habent amplius uerum Pascha,** p. 162.c.1.  
**Iudaeorum cognomen quando incepit,** p. 30.c.2.  
**Iudaeorum præeminètia ex electiõe Dei fuit tam in poenis quam in gaudijs,** p. 24.c.1.  
**Iudaeorum gloriatio quo pacto exclusa est per legem fidei,** p. 40.c.1. & 2.  
**Iudaeorum error de iustificatione ex operibus legis absq; fide Christi,** p. 40.c.2. & 41. & 101. & 102.c.2. & p. 110.c.1.  
**Iudaeorum error existimatiũ salutem ad seipfos tantũ pertinere,** p. 42.c.2.  
**Iudaeorum terra promissa, quam angusta,** p. 41.c.1.  
**Iudaeorum populus intendit & aspirat ad sola bona præsentiã & terrènã,** p. 227.c.1.  
**Iudaeorum prerogatiua magna propter Christum ex eorum semine natum,** p. 90. & p. 111.c.1.  
**Iudaeorum falsa intelligentia circa ueros Abrahamæ filios, & ueros Israelitas,** p. 90.c.1.  
**Iudaeorum stultiã & insipientis gloriatio in circumcisiõe carnali,** p. 68.c.2.  
**Iudaeorum populus trifariam diuisus,** p. 190.c.1. & 2.  
**Iudaeorum crimen in negando Christum uerum Messiam, fuit crimen idololatriæ,** p. 107.c.2.  
**Iudaeorum crimen maximũ fuit occisiõe Christi, p. uo. c. 2.**  
**Iudaeorum aliqui licet non receperint Christum, non propter eã fuerunt omninò reprobati** p. 109. & 110.c.1.  
**Iudaeorũ duritiã et perfidiã notatur,** p. 32.c.1. & p. 106.c.2. & p. 108.c.1. & p. 138. & 505.c.2.  
**IUDICARE & IUDICIUM.**  
**Iudicare debet seipsum Christianus, ne à Domino Deo iudicetur,** p. 196.c.2.  
**Iudicare seipsum, pro extollere,** p. 129.c.2. & seq.  
**Iudicare uenturus uiuos & mortuos quomodo Christus intelligatur,** p. 597.c.2.  
**IUDICIUM duplex, potestatis scilicet, & iudicium comparationis,** p. 31. & p. 163.c.2.  
**Iudicium autoritatis, & scientiæ,** p. 278.c.1.  
**Iudicium potestatis solius est Dei,** p. 31. & 163.c.2.  
**Iudicium comparationis aliquot exẽplis illustratur,** p. 31.c.2.

**Iudicium spirituale in regno spirituali,** p. 163.c.2.  
**Iudicium temporale in regno temporalis,** ibid.  
**Iudicij ultimi forma tangitur,** p. 220.c.2.  
**Iudicij ultimi diem præcedet confl. & gratio mudi,** p. 215.c.1.  
**Iudicij extremi tempus quando erit,** p. 407. et seq.  
**Iudicij extremi constitutio non propter infideles & hereticos, uel pueros, sed propter Christianos,** p. 262.c.2.  
**Iudicij extremi diem ante oculos semper habere debemus ac metuere,** p. 233.c.1. & 365.c.2.  
**Iudicia legis Moseos cur populo Hebræo data: & quò significabãt iudicia futura in Christo,** p. 44.c.2. & 45.c.1.  
**Iudicia secularia non improbat lex fidei, licet non sint legis fidei & charitatis, sed saepe falsa, & semper imperfecta,** p. 44.c.2. & p. 45.c.1. & p. 163.c.2.  
**Iudicia temeraria notantur,** p. 108.c.2. & p. 109. & p. 126. & p. 158.c.1. & seq.  
**IURAMENTVM.**  
**Iuramentũ quò prohibitum,** p. 12.c.1. & p. 578.c.2.  
**Iuramentũ est res religiosa & utilis,** p. 12.c.1. & p. 127.c.2. & p. 268. & p. 521.c.1.  
**Iuramentum assumere quomodo liceat aliquando etiam cũ merito,** p. 12.c.1. & p. 222.c.2. & p. 268.c.1.  
**Iuramentum ut sit iustum, quatuor præcipue concurrere debent,** p. 268.c.1.  
**Iuramentum Dei signum pura, certa, & immobilis uoluntatis eius,** p. 521.c.1.  
**IUSTIFICARE, & IUSTIFICATIO.**  
**Iustificare pro pronũciare aliquem esse iustum,** p. 158.c.1. & p. 27. & p. 200.c.2.  
**Iustificari factores legis, intelligitur apud Deum: in hereticos,** p. 26.c.2. & p. 27.c.1.  
**Iustificatio nostra per Christum solum fit, & Spiritũ eius** p. 102. & 165. & 283.c.2.  
**Iustificatio tribus modis accipitur,** p. 27.c.1.  
**Iustificatio hominis impij in Simõe Petro figuratur,** p. 15.c.2. & p. 37. & p. 273.c.1. & 2.  
**Iustificatio prima quæ fit in baptismo ad cursũ, nullo modo ex operibus, quasi meritorijs,** p. 37.c.1. & p. 40.c.2. & p. 46.c.1. & p. 273.c.1. & 2. & p. 282.c.2. & 284.c.1. & p. 320.c.2. & p. 473.c.2.  
**Iustificatio secunda post baptismum quæ fit ad coronam, fit ex operibus in charitate patris, p. 37.c.1. & p. 40.c.2. & p. 47.c.2. & p. 49.c.1. & p. 103.c.2. & p. 273. & p. 284. & 299.c.1. & p. 473.c.2.**  
**Iustificatio prima gratis quo ad nos, sed nõ quo ad Christum,** p. 39.c.1. & p. 65.c.2.  
**Iustificatio prima, ut quis eam assequatur, quidnã præter fidem requirit,** p. 47.c.1. & 273.c.2.  
**Iustificatio nostra prima est quedam resurrectio secundum spiritum,** p. 50.c.2.  
**Iustificatio per Christum operatur in homine remissionẽ peccatorum, & facultatem implendi legẽ,** p. 279.c.2.  
**Iustificatiõe doctrina apud B. Paulum & Iacobum una & eadem traditur,** p. 568. & 569.c.1. & 2.  
**Iustificatiõe gratia et donum pot. amitti** p. 506.c.1.  
**IUSTITIA.**  
**Iustitia Dei quæ iustificatur impius, quomodo intelligatur** p. 14.c.2. & p. 38. & 46.c.1. & p. 102.c.2. & p. 273.c.1. & 2. & 361. & p. 363.c.1.  
**Iustitia originalis fuit donum naturæ integræ,** p. 55.c.1.  
**Iustitia consummata in paucis consistit,** p. 101.c.1.  
**Iustitia omnis in dilectione consistit,** p. 68.c.2.  
**Iustitia originalis non restituitur in baptismo,** p. 70.c.1.  
**Iustitia**

**Iustitia Dei dicitur populus iustus,** p. 234.c.1.  
**Iustitia pro charitate sumitur in scripturis,** p. 129.c.1. & 165.c.1. & p. 362.c.1.  
**Iustitia legis ueteris et iustitia ex fide Christi, qua ratione differunt,** p. 102. & p. 360. & p. 362.c.2.  
**Iustitia quæ ab Apostolo damnatur, qualis,** p. 101. & p. 361.c.1. & p. 372.c.2.  
**Iustitia Dei qua unicuiq; ius suum tribuit, quanam sit declaratur,** p. 22. & p. 39.c.2.  
**Iustitiã originalis donum in Adam quidnam efficiebat,** p. 35. & p. 70. & p. 73.c.1.  
**Iustitiã originalis Deo esse debitorum, si Christus pro nobis non persoluisset,** p. 46.c.2.  
**Iustitiã perfectio exigebatur ab homine in primæ uoluntate innocentiã,** p. 73.c.1.  
**Iustitiã euangelicã præmium, uita eterna,** p. 102.c.2.  
**Iustitiã legis Mosaicæ præmium, uita temporalis,** ibid.  
**Iustitiã acceptò ferre alicui sine operibus, de qua iustitiã intelligatur,** p. 46.c.2.  
**Iustitiã nobis inherenter negant Lutherani et noui heretici,** p. 48. & 265. & 273.c.1.  
**Iustitiã nostras esse tanquã panum mestratæ quomodo intelligendum,** p. 25. & p. 40.c.2. & p. 46.c.1.  
**IUSTVS.**  
**Iustus simpliciter ille est intelligendus, qui coram Deo est iustus,** p. 15. & p. 26.c.2.  
**Iustus rectè operans potest respicere ad præmium uitæ æternæ,** p. 24. & p. 363.c.2.  
**Iustus à bono quid differat,** p. 52.c.2.  
**Iustus quanto perfectior, tanto castior ob mala quæ contra Deum fieri uidet,** p. 89.c.1.  
**Iustus non solum sibi debet esse iustus, sed etiam proximo ut impleat omnem iustitiã,** p. 132. & p. 256.c.1.  
**Iustus in hac uita, quamuis se iustum certissimè sciat, non propterea coram alijs se iustificare potest,** p. 158. & p. 220.c.2.  
**Iusto lex non est posita, quomodo intelligatur,** p. 118.c.1.  
**Iustum non esse quenquam, quo pacto intelligendum, cum multi re uera iusti fuerint,** p. 38.c.1.  
**Iusti pronuntiabuntur à Deo illi tantũ, qui legem seruauerint,** p. 27.c.2.  
**Iusti in die iudicij mirificè comendabuntur à Deo & Angelis eius,** p. 585.c.1.  
**Iusti sumus formaliter per donum iustitiæ nobis infusæ et inherenter, non per imputationẽ, in hereticos,** p. 273. & p. 299. & 361. & p. 363.c.1.  
**Iusti in hac uita habent pacem apud Deũ, sed adhuc imperfectam, ut quæ potest excidere,** p. 51.c.1.  
**Iusti in hac uita habent legem, sed non eis aduersantem,** p. 118. & p. 281.c.1. & p. 302.c.2.  
**Iustiorum consolatio interna, quam soli qui iusti sunt, non uerunt,** p. 113.c.2. & p. 219.c.1.  
**Iustorum in hoc mundo duplex uita,** p. 154.c.2.  
**Iustus nullus nocere potest,** p. 594.c.2.

**Lex Moseos qua ratione dicatur lex peccati, & mortis,** p. 75.c.2. & p. 226. & p. 227.c.1.  
**Lex Moseos fuit litera occidens,** p. 226.c.2.  
**Lex Moseos non extinxit peccatũ,** p. 10.c.2.  
**Lex Moseos qua ratione iram operabatur,** p. 49. & p. 67.c.2. & p. 68.c.1.  
**Lex Moseos ad quid præcipue data fuerit: p. 59.c.1. et 2. & p. 67.c.2. & p. 68.c.1. & p. 74. & p. 285.c.1. & p. 291.c.2.**  
**Lex neque Moseos, neque natura satis fuit ad tollendum peccatum,** p. 34.c.2. & p. 37. & p. 292.c.1.  
**Lex Moseos adueniente Christo cessauit, sancta officio**  
**Lex Moseos quo pacto non erat ex fide,** p. 41.c.2. & p. 49.c.1. & p. 285.c.2. & p. 286.c.1.  
**Lex Moseos ut Moseos, per omnia cessauit,** p. 27.c.2.  
**Lex Moseos cur Moseos dicatur,** p. 289.c.2.  
**Lex Moseos quo pacto per euangelium non destruat, sed per omnia stabiliat, copiose ostenditur,** p. 42. et seq.  
**Lex Moseos prophetabat et imperabat,** p. 42.c.1.  
**Lex iudiciorum per Mosen cur populo Hebræo data,** p. 44.c.2.  
**Lex Moseos in summa continebat dilectionem Dei & proximi,** p. 42.c.1. & p. 68.c.2. & p. 419.c.1.  
**Lex fidei quæ est charitas, reddit mandata non solũ possibile, uerum etiam facilia,** p. 43. & p. 281.c.2. & p. 634.c.1.  
**Lex ueterum caeremoniarum potius dicenda est cessasse et impleta, quam soluta & destructa,** p. 44.c.1. & c.2.  
**Lex amoris perfecta si seruetur, non indiget iudicij,** p. 44.c.2.  
**Lex fidei non habet iudicia in hoc tempore, sed seruantur in futuro,** p. 45.c.1.  
**Lex quomodo uerè impletur,** p. 65.c.1. & 2. & p. 281.c.1.  
**Lex quibus administrari dicatur,** p. 65.c.2. & p. 66.c.1. & 2. & p. 281.c.1.  
**Lex per se non poterat facere ut homo iuste operaretur,** p. 75. & p. 102. & p. 226. & p. 281.c.2.  
**Lex quo pacto per carnẽ frustrabatur suo fine,** p. 75.c.2. & p. 38.c.2. & p. 44.c.1. & p. 226. & p. 272.c.1.  
**Lex operum, & lex fidei, quo modo intelligantur, et quid inter se differat,** p. 40. & 41.c.1. & p. 43. & p. 102.c.2. & p. 281.c.1. & 2.  
**Lex fidei dicitur lex spiritus, & lex charitatis, et lex perfectiã libertatis,** p. 40.c.1. & p. 75. & p. 281.c.1.  
**Lex cur dicatur sancta, iusta, & bona,** p. 68.c.1.  
**Lex fidei & gratiæ posita est iusto ad ampliorem et perfectiorem iustificationem,** p. 118. & 281. & 420.c.1.  
**Lex iusto non est aduersa,** p. 302.c.2.  
**Lex Christi propriè est lex charitatis,** p. 303.c.2.  
**Legis ueteris decreta per Mosen tradita quanam dicantur,** p. 323.c.1. & 2. & p. 382.c.2.  
**Legis Moysi præcepta per se considerata quem finẽ habuerunt,** p. 273.c.1.  
**Legis effectus in homine cui dominatur,** p. 66. & 75.c.2.  
**Legis finis Christus,** p. 101. & 102.c.2. & p. 285.c.1.  
**Legẽ quomodo per omnia stabiluit Christus,** p. 42.c.2.  
**Legem non esse iusto positam, quomodo intelligendum sit,** p. 118. & p. 420.c.1.  
**Legem in uno mandato transgrediens, qua ratione omninũ reus constituitur,** p. 566.c.2.  
**Esse sub lege apud B. Paulum quam uim habeat,** p. 63. & p. 65.c.2. & p. 281. & 302.c.1.

**L**  
**Latriæ cultus soli Deo debetur,** p. 12. & p. 20.c.1. & p. 113.c.2.  
**Latriæ cultus est sacrificium,** p. 190.c.1.  
**LEX.**  
**Lex uariè in scripturis accipitur,** p. 36. & 204.c.2.

**LIBER.**

Liber vitae continet non solum nomina praedestinatorum, uerum etiam omnium fidelium, p. 366.c.1. et 2.  
 Liber vitae talis est, ut de illo possint deleri qui non sunt praedestinati. p. 366.c.1. et seq.  
 Libros Machabeorum et historiam trium Puerorum canoniz. t. B. Paulus, p. 550.c.1.  
 Libros hereticorum legere quae periculosum, p. 477.c.2.

**LIBERTAS & LIBERTAS.**

Libertas duplex, a malo iam incurso, et a malo alioqui incurrando, p. 135.c.1.  
 Libertas Christiana, qualis, p. 229. et p. 298. et p. 300.c.2. et p. 591.c.1.  
 Libertas B. Pauli, qualis erat, p. 124.c.1.  
 Libertas carnis est praecipuum fundamentum Lutheranae doctrinae, p. 609.c.2.  
 Libertas insana hereticorum nostri temporis notatur, p. 118. et p. 126. et p. 265.c.1. et p. 300.c.2.

**LIBERVM ARBITRIVM.**

Liberum arbitrium ostenditur, p. 356.c.2.  
 Liberum arbitrium nisi illustratur et roboratur a gratia et charitate, nihil potest ad salutem, p. 98.c.2.  
 Liberum arbitrium per efficacem illam uocationem ab Electis non aufertur, sed omnino efficacius statuitur et confirmatur, p. 86.c.2.  
 Liberum arbitrium absque gratia et auxilio superno non potest recte operari, p. 226. et p. 265.c.1. et p. 357.c.2.

Liberum arbitrium damnat Lutherus p. 265.c.1.  
 Liberi arbitrii et gratiae doctrina catholica, contra Lutheranos, p. 53. et p. 205.c.1. et p. 248.c.2. et p. 357.c.1.  
 Liberi arbitrii essentia in quo consistat, p. 86.c.2.  
 Liberi arbitrii defensores Pelagiani, et destructores Machabei reselluntur, p. 226.c.1.

**LIMBVS.**

Limbus locus est, ubi detinebantur animae iustorum defunctorum ante Christi aduentum, p. 39.c.2.  
 Limbum expoliuit Christus, quando in caelum ascendit, p. 330.c.2.

**LINGVA.**

Lingua, a quibus abstinere debet, p. 594.c.1.  
 Lingua et uerbo diligere, non idem significat, p. 628.c.2.  
 Linguam domari non posse, uel posse, quoniam modo intelligatur, p. 572.c.1.

**LIS.**

Lites uituperantur, p. 165.c.1.  
 Lites et si aliquando sint licite, ut plurimum tamen minime expediunt, p. 166.c.1.

**LOCVS.**

Locus B. Iob: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, exponitur p. 254.c.2.  
 Locus Psalms: Delicta quis intelligit, discutitur, ibid.c.1.  
 Locus Salomonis: Nemo scit utrum odio, an amore dignus sit, discutitur, p. 253.c.2.

**LUTHERVS & LUTHERANI.**

Lutherus ueluti semens serpentis contumeliose de sanctissima VIRGINE loquitur, p. 294.c.1.  
 Lutherus fatetur se non libenter interpretari sententias Pauli afferentes uitam aeternam pro praemio bonorum operum reddi, p. 305.c.2.  
 Lutherus fatetur se docere contra doctrinam ecclesiae sanctae, et sanctorum Patrum, p. 263.c.1. et 2.

Lutherus quam inepte ostendat se purum euangelium predicare: locus consideratione dignissimus, ibid et p. 268.c.1.  
 Lutherus si diligenter eius doctrina inspiciatur, potissimum satagit ut sibi tanquam Apostolo absque ulla alia probatione contra ecclesiam credatur, p. 263.c.2.  
 Lutherus damnas alios hereticos illegitime praedicantes, semetipsum egregie damnat. p. 259.c.2.

Lutheri et sectatorum blasphemia in stigmata sanctissimi Patriarchae Francisci. p. 306.c.2.  
 Lutherani dedignatur operari spe caelestis praemij, p. 83.c.1.  
 Lutherani praetextu Christi, quem solum se uenerari simulant, eius ministros spernunt, p. 143.c.1.  
 Lutherani immerito accusant et calumniose Catholicos circa iustificationis doctrinam, p. 82.c.2.

Lutherani faciunt etiam nunc licitam circumcisionem, et alias legis caeremonias, p. 273.c.1.  
 Lutherani soluunt homines, ab omni lege, p. 281.c.1.  
 Lutherani superbissime atque impudentissime aequales se faciunt B. Paulo in potestate praedicandi, p. 262 et 267.c.2.  
 Lutheranism doctrina cum catholica confertur, p. 264.c.2. et p. 265.c.1. et 2.

Lutheranism doctrina fallax de iustificatione detegitur contra spiritum ecclesiae, et sententias sanctorum Patrum, et praesertim B. Augustini, p. 48.c.1. et p. 273.c.1. et 2.  
 Lutheranism haeresis, qui docent peccatum originale in renatis non esse sublatum, p. 62.c.2. et p. 63. et p. 280. et p. 342.c.1.  
 Lutheranism doctrina de libero arbitrio erroribus repleta, p. 53. et 265.c.1. et p. 356.c.2.

Lutheranism magna impudentia negantium se praedicare ut hominibus placeant, cum reuera nihil aliud agant, p. 225.c.2. et p. 264. et 265.c.1. et 2.  
 Lutheranism spes et fiducia de salute, quam uana, p. 83. et p. 357. et p. 506.c.1.  
 Lutheranism haeresis circa sacerdotium, p. 590.c.1.  
 Lutheranism error circa traditiones ecclesiae, p. 267.c.1.

Lutheranism error perniciosissimus praedicatores instituentium illegitime, et eos ad praedicandum mittentium, p. 106.c.1. et p. 259.c.2.  
 Lutheranism mulieres sacrilege admonetur, p. 177.c.2.

**LVX & LVMEN.**

Lux summa est ipse Deus, p. 618.c.1.  
 Lux dicitur tempus gratiae, postquam iam Christus saluator uenit, p. 123.c.2.  
 Lux frequenter uocatur apud scripturas id quod est uere lucidum, p. 618.c.1.  
 Lucis arma quanam sint, p. 124.c.2.  
 Lumen naturale a lumine fidei praesupponitur, p. 379.c.2.

**M**

**MAGISTRATVS**

**M**AGISTRATVS secularis non habet ius incedendi praedicatores ad praedicandum uerbum Christi, in Lutheranos, p. 106.c.1. et p. 259.c.2.  
 Magistratus secularis per euangelium non impeditur ne possit exercere gladium in delinquentes, p. 118.c.1. et 2.  
**M**AGNANIMVS.

Magnanimus quis uere sit, p. 21.c.1.  
 Magnanimus sine Dei gratia nullus est uere, sed inflatus potius et tumidus, ibid.  
 Magnanimus in lege Christi hoc habet, ut bene precetur inimicis et persecutoribus, p. 116.c.2.  
 Maledictum

**MALEDICTVM & MALVM**

Maledictum legis antiquae, et maledictum euangelij, quare ratione differunt, p. 285.c.2.  
 Maledictum peccati Adae et maledictum legis, p. 286.c.2.  
 Malum non semper accipitur pro peccato, sed pro incommodo et minus honesto, p. 168.c.2.  
 Malum de proximo cogitare an liceat, et quid, p. 201.c.2.  
 Mala ex mundo tria praecipua, p. 623.c.1.  
 Mala non esse facienda ut eueniant bona, p. 33.c.2.

**MANDATVM**

Mandatum nouum, et mandatum uetus, quomodo intelligantur, p. 621.c.2.  
 Mandatum dilectionis uetum per Christi legem destruitur, sed perfectius ex omni parte roboratur ac stabilitur, p. 42.c.2. et p. 43.c.1.  
 Mandatum illud: Non concupisces in hac uita impleri potest cum Dei gratia, p. 123.c.2.  
 Mandata Christi in nouo testamento perfectiora omnino legis Moysaicae mandatis, p. 43.c.1. et 2.  
 Mandata Dei esse impossibilia, afferunt heretici, p. 27.c.1. et p. 43. et 49. et 76. et 103.c.2. et p. 141.c.1. et p. 329.c.2.  
 Mandata tradere et exigere impossibilia, iniustitia est, nec bonitati Dei conueniens, p. 34. et 43.c.2.  
 Mandata Dei per Christi gratiam sunt possibilia, p. 34. et 43. et 76. et 103.c.2. et p. 141.c.1. et p. 329. et 350.c.2. et p. 353.c.1. et p. 371.c.2. et 531.c.1. et p. 583.c.2.

**MARIA DEI MATER**

Maria est semen Dauid, de quo natus est Christus, p. 7.c.1.  
 Maria mundi appellatione non comprehenditur, p. 54.c.1.  
 Maria in originali peccato minime concepta ex privilegio speciali creditur ab ecclesia Rom. et ab omnibus alijs ecclesijs, cuius etiam celebratur conceptio, p. 54.c.1. et p. 58.c.2. et p. 381.c.1.  
 Maria quo ab originali peccato liberata, p. 135.c.1.  
 Maria cur non fuerit a morte corporis praeseruata ibid.  
 Maria singulariter Christianorum aduocata, p. 83.c.1.  
 Maria fuit figurata in Sara tanquam mater omnium credentium in Christum, p. 91.c.1. et p. 296.c.2.  
 Maria miro modo cooperata est Christo Redemptori ad salutem mundi, p. 250.c.2. et 536.c.1.  
 Maria per excellentiam; Mulier; uocatur, p. 294.c.1.  
 Maria singulariter Domina dicitur, p. 487.c.1.  
 Mariae sanctitas qualis, p. 307.c.2.  
 Mariam officere contumelia non perhorruit primogenitus Diaboli Lutherus, p. 294.c.1.

**MARTYR**

Martyrum uerorum et hereticorum differentia, p. 395.c.2. et p. 372.c.1.

**MATRIMONIUM**

Matrimonium esse unum ex septem sacramentis ecclesiae defenditur, p. 342.c.2.  
 Matrimonium legitime contrahitur, si mas et foemina mutuo consentiant, p. 178.c.2.  
 Matrimonium damnare est hereticorum proprium p. 440.c.1. et p. 455.c.2.  
 Matrimonium quo praecipuum a Deo, p. 168.c.2. et 169.c.1.  
 Matrimonium cur utilius coelibatu ab initio, p. 169.c.1.  
 Matrimonium inter fratres esse omnino turpe, etiam Philosophus ipse cognouit, p. 169.c.1.  
 Matrimonium in statu gratiae, quomodo bonum, ibid.  
 Matrimonium contrahere non possunt qui castitatem non

uerunt, in Lutheranos, p. 169.c.2. et 170. per totum.  
 Matrimonium contrahere tenentur laici qui continere uel nolunt, uel non possunt, p. 171.c.1.  
 Matrimonium Christianorum nullo modo admittit pluralitatem uxorum, ibid.  
 Matrimonium dicitur quaedam seruitus, p. 174.c.1. et 2.  
 Matrimonium inter fideles contractum non soluitur, si postea alter coniugum labatur in infidelitatem, p. 176.c.1.  
 Matrimonium inter fidelem et infidelem contractum non ualet, et eius diuortium permissum a Apostolo, p. 174. et 176.c.1. et p. 178.c.2.

Matrimonium contrahere cum heretico, licet ratum sit, est tamen peccatum, p. 176.c.1.  
 Matrimonium contrahere inter dispares cultu prohibitum est et iure naturali et diuino, p. 178. et p. 236.c.2.  
 Matrimonij duo sunt fines post Adae peccatum, p. 169.c.2.  
 Matrimonij regula a Christo data, de matrimonijs fidelium intelligitur, p. 174.c.2.

Matrimonij uinculis ligati qua ratione liberti Christi ab Apostolo dicantur, p. 175.c.2.  
 Matrimonij debitum an possit ab altero coniugum citra peccatum recusari, p. 171.c.1.  
 Matrimonij diuortium facere, an aliqua de causa liceat, examinatur, p. 172.c.2. et 173.c.1.

Matrimonij incommoda, p. 168. et 177.c.1. et 2.  
 Matrimonia quae nunc essent illicita, cur a principio uidebantur tolerabantur, p. 169.c.1.  
 Matrimonia infidelium sunt immunda, nec habent Deum assistentem, p. 174.c.1. et 175.c.2.  
 Matrimonia infidelium quo ualida, p. 175.c.2.  
 Matrimonia clandestina recte et magna ratione ab Ecclesia irritantur, p. 178.c.2.

**MELCHISEDEC**

Melchisedec fuit uerus homo, licet ob mysterium dicatur sine patre et sine matre et c. p. 266.c.10.

**MENDACIUM**

Mendacium officiosum sine quandoque licitum, p. 34.c.1.  
 Mendacium per errorem prolatum, non est proprium mendacium, p. 264.c.1.  
 Mendacium officiosum quandoque a Deo praemiatur, quatenus officiosum, p. 277.c.1.  
 Mendacium est homo, ut homo est, p. 33.c.1. et 264.c.1.

**MENS**

Mens dicitur homo interior, p. 63.c.1. et p. 71.c.2. et p. 73.c.1.

**MERCES & MERCENARIVS**

Merces in caelo constituta est operibus bonis in hereticos p. 155.c.1. et p. 184. et p. 344.c.2. et p. 543.c.1.  
 Merces quo pacto uere dicatur reddi unicuique secundum suum laborem, p. 155.c.1.  
 Mercedem in caelo non habent, nisi qui sponte et uoluntarij operantur, non autem qui in uicium et solummodo ad euitandam poenam, p. 183.c.2.  
 Mercedem uberiorem habebunt, qui ea amplius operantur, ad quae minime obligabantur, p. 183.c.2.  
 Mercedem promittens, opus prius exigit, p. 204.c.1.  
 Mercenarij boni, spe praemij caelestis operantur, p. 363.c.2. et c. seq. et p. 371.c.1.  
 Mercenarij mali notantur, p. 183.c.2. et 361.c.1.

**MERITVM**

Meritum bonorum operum est uita aeterna, p. 23. et p. 24.c.2. et p. 25.c.1. et 2. et p. 231.c.1.  
 Meritum nostrum quodcumque apud Deum, praesupponit gratiam



gratiam eius ac liberalitatem. p. 25. c. 1. & p. 350. c. 2.  
 & p. 353. c. 1. & p. 357. c. 2.  
**Meritum Christi cum delicto Adæ cõfertur,** p. 58. c. 1.  
**Meritum Christi pro omnibus hominibus comparatum,**  
 p. 58. c. 2. & p. 96. c. 1. & p. 375. c. 2.  
**Merita nostra uel demerita in donis Dei gratiosis non ex-**  
**penduntur,** p. 96. c. 2.  
**Merita Christi nobis applicata faciunt nos mereri etiam**  
**de condigno,** p. 132. c. 2.  
**Merita Christi operatur ut Sanctorum merita pro alijs**  
**profint,** p. 143. c. 2. & p. 144. c. 1. & p. 251. c. 1. &  
 p. 376. c. 1.  
**Merita bonorum operum ad retributionem uitæ æternæ**  
**ab Apostolo asseruntur,** p. 155. c. 1.  
**Merita Christi ut homini profint, necesse est ut illi appli-**  
**centur,** p. 251. c. 1. & p. 376. c. 1.  
**Merita Christi non nisi credentibus applicantur,** p. 38.  
 c. 2. & p. 39. & p. 376. c. 1.  
**Merita Sanctorum, merita Christi iure optimo dici pos-**  
**sunt,** p. 376. & p. 377. c. 1.  
**Merita iustorum in gloriam & laudem Dei cedunt,**  
 p. 350. c. 2. & p. 357. c. 2.  
**Merita æstimare solius Dei est,** p. 515. c. 1.  
**MINISTER**  
**Minister Christi uerus per omnia debet querere illius**  
**gloriam,** p. 158. c. 1.  
**Minister baptisimi idoneus est quilibet,** p. 144. c. 1.  
**Ministri Christi non sunt spernendi prætextu Christi, con-**  
**tra Lutheranos.** p. 143. c. 1. & p. 216. c. 2.  
**Ministri Christi quid de se sentire debent,** p. 159. c. 1.  
**Ministri uerbi Dei & sacramentorum honorificè ab om-**  
**nibus tractandi sunt,** p. 359. c. 1.  
**Ministorum uerbi & sacramentorum ecclesiasticorum**  
**auaritia notatur,** pag. 369. col. 1.  
**Ministris Dei oblata, Deo oblata dñr,** p. 369. c. 1.  
**MIRACULA**  
**Miraculum summum, conuersio peccatoris,** p. 266. c. 1.  
**Miraculorū testimonijs probare debent suas reuelatio-**  
**nes, qui asserunt se illas à Deo habere.** p. 265. c. 2.  
**Miracula nulla faciunt noui hæresiarche,** p. 412. c. 2.  
**Miracula Antichristi qualia,** p. 411. c. 1.  
**MISERICORDIA**  
**Misericordia Dei magna, qualis,** p. 584. c. 2.  
**Misericordia Dei semper superat iudicium illius, &**  
**iram atq; uindictam.** p. 100. c. 2.  
**Misericordiæ Dei super se certi sunt, qui à mundo Chri-**  
**stum sequentes se auclunt.** p. 306. c. 1.  
**Misericordiæ abundantia uult potius laudari Deus, quã**  
**exercitio iustitiæ,** p. 92. c. 1.  
**Misericordiam præcedit dilectio.** p. 100. c. 2.  
**MISSIO**  
**Missio legitima ad prædicandū à Deo est,** p. 106. c. 1.  
**Missio cuiusquam ad prædicandum legitime non potest**  
**à seculari magistratu proficisci.** p. 106. c. 1. & p. 259. c. 2.  
**Missio quæ à Deo est, uel est immediatè, uel mediatè per**  
**homines.** p. 258. c. 1. & p. 5. c. 1. & p. 133. c. 2.  
**MONACHVS**  
**Monachorum status & uita instituta fuit ab ipso Chri-**  
**sto non ab hominibus,** p. 170. c. 2.  
**Monachorum status, est status perfectionis christiana.**  
 p. 170. & p. 239. c. 2. & p. 394. c. 1.  
**Monachorū regulas impie dānant Lutherani.** p. 267. c. 1.  
**Monachorum regulas à Papa probantur, uel im-**

probantur. p. 279. c. 1.  
**Monachorū uita in ecclesia primitiua floruit,** p. 394. c. 1.  
**Monachorum quenam mendicitas defendi debeat,**  
 p. 414. c. 2. & p. 448. c. 2.  
**MORS**  
**Mors animæ & corporis propter peccatum originale**  
**introducitur.** p. 53. c. 2. & p. 58. c. 1.  
**Mors animæ fuit priuatio datæ gratiæ, & iustitiæ**  
**originalis,** p. 53. c. 2.  
**Mors secunda quæ est æterni ignis, non datur in pœnam**  
**peccati originalis.** p. 56. c. 2. & p. 58. c. 1. & p. 92. c. 2.  
**Mors secunda est eorum pœna peccatorum, quæ pro-**  
**pria uoluntate committuntur,** p. 64. c. 1. & pag. 68. c. 1.  
 & pag. 73. col. 2.  
**Mors quo modo intrat per sensus corporis.** p. 72. c. 2.  
**Mors corporis quo pacto rectè somno comparatur.** p. 123  
 c. 2. & p. 399. c. 1.  
**Mors est uox æquiuoca in scripturis,** p. 217. c. 2.  
**Mors qua ratione p Christi mortè destruitur,** p. 210. c. 2.  
**Mortis regnum, quæ,** p. 58. c. 1.  
**Mortis regnum usque ad extremum iudicium duratu-**  
**rum,** p. 58. c. 1. & p. 215. c. 2.  
**Mortis timore multa faciunt homines.** p. 88. c. 1.  
**Mortis amicorum causa lugere licet.** p. 399. c. 1.  
**Mortem corporis nemo omnino euadet,** p. 209. c. 2. &  
 p. 214. c. 2. & p. 215. c. 1. & p. 399. c. 2.  
**Mortem obeuntes in Christo, etiam in Adam quo ad cor-**  
**pus aliquo modo moriuntur,** p. 209. c. 2.  
**Mortem non timet, qui Dei legem & præcepta obseruat.**  
 p. 215. c. 2. & p. 502. c. 1.  
**MOSES**  
**Moses cur exauditus est rogans pro populo, & B. Pau-**  
**lus minime.** p. 89. c. 1.  
**Moses quo pacto uiderit Deum facie ad facie.** p. 202. c. 1.  
**Moses auctor legis quam promulgauit,** p. 289. c. 2.  
**Moses fuit mediator ueteris testamenti.** p. 291. c. 2.  
**Mosi non obediunt Iudæi, si christi fidem non recipiunt:**  
**quia de illo testificatur,** p. 102. c. 1.  
**MVLIER**  
**Mulier absolutè per antonomasiam dicitur Beatissima**  
**Virgo M A R I A.** p. 294. c. 1.  
**Mulierem, & non uirum, fuisse seductam, quomodo im-**  
**telligitur.** p. 433. c. 1.  
**Mulieres Deo uacantes in statu uirginitatis aut castitatis,**  
**possunt quandoque ex dispensatione docere in Ecclesia,**  
 p. 206. c. 1. & p. 432. c. 1.  
**Mulieres quatenus debeat subdi suis maritis.** p. 340. c. 2.  
**Mulierum ornatus modestus esse debet.** p. 430. c. 2.  
**Mulierum abusus in uestimentis detestandus,** p. 439. c. 2  
 & p. 431. per totum. p. 563. c. 1.  
**Mulierum nimius & superfluus ornatus, an sit mortua-**  
**le peccatum.** p. 432. c. 1.  
**Mulieribus coniugatis non licet docere in Ecclesia.**  
 p. 206. & p. 432. c. 1.  
**MVN DV S**  
**Mundus quomodo saluari poterat ante legē.** p. 57. c. 1.  
**Mundus per mortem Christi diues factus est.** p. 110. c. 1.  
**Mundus per Christum reconciliatus est cum Deo Patre**  
**ab ira antiqua.** p. 110. c. 2.  
**Mundus ante Christi aduentum erat ueluti puer sub**  
**pedagogo.** p. 293. c. 2.  
**Mundus habet suas ætates ad similitudinē hominis Chri-**  
**sti.** p. 293. & p. 326. c. 2. & sequen.

Mundus

**Mundus unus tantum.** p. 319. c. 1.  
**Mundus plerunque in scripturis in malam partem accipi-**  
**tur, & quos significet,** p. 319. c. 1.  
**Mundi totius Saluator Christus, non unius partis mundi**  
**santum.** p. 93. c. 2. arg. 11.  
**Mundi gloriam querētes, amittunt cœlestem,** p. 157. c. 2.  
**Mundi gloria quàm uana & caduca,** p. 157. c. 2.  
**Mundi conflagratio uniuersalis erit ante diem iudicij**  
**extremi.** p. 215. c. 1.  
**Mundi elementa dupliciter intelliguntur.** p. 293. c. 2.  
**Mundi ætas matura, dicitur plenitudo tēporis,** p. 293. c. 1.  
**Mundo exiisse debent Christiani,** p. 162. c. 2.  
**Mundo frui, & in cœlis regnare, impossibile,** p. 116. c. 1.  
**MYSTETIVM**  
**Mysterium summū dicitur incarnatio Verbi Dei.** p. 138.  
 c. 2. & p. 150. c. 1. & p. 324. c. 2. & p. 315. c. 1.  
**Mysterium incarnationis Filij Dei lumine naturali nō po-**  
**test apprehendi.** p. 150. & p. 151. c. 1. & 2.  
**Mysteriū incarnationis notum fuit Angelis ab initio an-**  
**te casum malorum.** p. 138. & p. 326. c. 2. & p. 356. c. 1. &  
 p. 454. & p. 466. c. 1.  
**Mysterium incarnationis Verbi Dei est, in quo relucet**  
**intēgra ac perfecta Dei sapientia.** p. 150. c. 1.  
**Mysteriū Christi reuelatū Adæ ante pctū.** p. 174. c. 2.  
**Mysterium Christi totum patefactum est in eius morte**  
**& resurrectione.** p. 207. c. 2.  
**Mysterium incarnationis Verbi Dei quibus fuit infi-**  
**nuatum.** p. 325. c. 1.  
**Mysterium incarnationis quo pacto Angelis innotuit,**  
 p. 326. c. 1.  
**Mysterium incarnationis Verbi Dei quo pacto in matri-**  
**monio primorum parentum præfiguratum fuit.** p. 342.  
 c. 2. & p. 343. c. 1.  
**Mysterium fidei intelligitur calix sanguinis Christi,**  
 pag. 436. col. 1.  
**Mysteria cœlestia uerbis humanis non possunt idoneè**  
**exprimi.** p. 248. c. 2.

N

NATVRA

**NATVRA dupliciter distingui solet, in integrā,**  
 & corruptam, p. 37. c. 2.  
**Natura rectè & integrè constabat per donum**  
**iustitiæ originalis.** p. 55. c. 1. & p. 73. c. 1.  
**Natura fuit corrupta in Adam.** p. 53. c. 2.  
**Natura quæ nobis insunt, non dicuntur dona in scri-**  
**pturis.** p. 52. c. 1.  
**Naturæ humane non debebatur altissimus finis, id est, cœ-**  
**lestis beatitudo.** p. 82. c. 2.  
**Naturæ lapsæ status describitur.** p. 35. c. 1. 2. & p. 73. c. 2.  
**Naturam humanam statuere, & gratiam Christi destrue-**  
**re, est Pelagianum.** p. 28. c. 2.  
**Naturas rerum uiolare non est Dei,** p. 193. c. 1.

NEGARE

**Negare se ipsum Deus cur non potest.** p. 456. c. 2.  
**Negare Christum, est negare totam fidem,** p. 624. c. 2.  
**Negare Deum censentur non solum qui dictis negant,**  
**sed qui factis turpiter uiuunt.** p. 34. c. 2. & p. 460. c. 1.

NOX

**Nox dicitur tempus ante Christi aduentum.** p. 123. c. 2.  
**Noctis tempore multa fiunt licitè, quæ clara die fieri de-**  
**center nequeunt,** p. 124. c. 2.

NUPTIÆ

**Nuptiæ unde dictæ,** p. 190. c. 2.  
**Nuptiæ ut sanctæ & legitime defenduntur, contra Ta-**  
**cianum ueterem hæreticum.** p. 305. col. 1.  
**Nuptias probat & honorat Ecclesia,** p. 131. c. 1.  
**Nuptias apostatarum monachorum, & aliorum qui ca-**  
**stitatem uouerunt, improbat & detestatur Ecclesia, ibid.**  
**Nuptias quo sensu uidetur damnasse B. Hieronimus, in**  
**quosdam imperitos perperam intelligentes,** p. 158. c. 2.

O

OBEDIRE

**OBEDIRE suis Prælati tenentur prorsus om-**  
**nes Christiani,** p. 577. c. 1.  
**Obedire parentibus quo pacto tenentur filij,**  
 p. 343. c. 2.  
**Obedire Dominis quo modo debent serui.** p. 344. c. 1.

OBLATIO

**Oblationes quæ ministris Dei porriguntur, Deo offerri**  
**censentur.** p. 369. c. 1.

ODIUM

**Odi appellatio quandoque remissior dilectio significa-**  
**tur.** p. 96. c. 2. & p. 97. c. 1. & co. 2.  
**Odio uitiorum multi se in zelum rapi putant, cum reue-**  
**ra hominem ipsum oderint.** p. 572. c. 1.

OMNIS

**Omnes homines ob primum peccatum rei coram Deo**  
**p. 36. c. 2. & p. 320. c. 1.**  
**Omnes in Adam peccauerunt.** p. 39. c. 1. & p. 55. c. 2. &  
 p. 56. c. 1. & p. 320. c. 1.  
**Omnes natura propter antiquum peccatum lesi sumus,**  
 & facti peccatores, p. 52. c. 2.  
**Omnes homines cur astrinxit Deus ad præceptum chari-**  
**tatis obseruandum,** p. 94. c. 2. arg. 21.  
**Omnes homines esse à Deo ordinatos ad salutem & pos-**  
**se saluari, clarè & potenter ostenditur uel ex unico loco**  
**illo B. Pauli: Deus uult oēs homines saluos fieri, &c.**  
 p. 95. c. 2. in fine & in sequenti, & p. 312. c. 1. & pag.  
 417. & pag. 428.  
**Omnes homines omnino morientur morte corporis,**  
 p. 209. c. 2. & p. 214. c. 2. & p. 215. c. 1. & p. 536. c. 1.  
**Omnes homines per Christum resurgent, etiam infideles,**  
 p. 209. c. 2. & p. 215. c. 1.  
**Omnium hominum Mediator missus à Patre Christus,**  
 p. 78. c. 2. & p. 93. c. 1. arg. 9. & c. 2. arg. 11. & p. 96.  
 c. 1. & p. 312. c. 1.  
**Omnibus hominibus prorsus offertur Mediator Christus,**  
 & eius merita idoneè ad salutem. p. 38. c. 2. p. 58. c. 2.  
 & p. 93. c. 1. & 2. & p. 95. c. 2. & p. 378. c. 1.  
**Omnibus Christianis proponuntur indifferēter pastores**  
**ad salutem.** p. 94. c. 2. arg. 20.  
**Omnibus possibilitatem salutis non concedere ex parte**  
**Dei, inducit multa ac magna absurda.** p. 95. c. 1. & 2.  
 & p. 378. col. 1.

OPERA

**Opera bona quibus rationibus uita n mereantur æternā,**  
**ostenditur.** p. 25. c. 1. & seq. & p. 231. c. 1. & p. 305. c. 1.  
**Opera bona qua ratione sint utilia Deo.** p. 25. c. 1.  
**Opera hominis adhuc impij & iniusti nullo modo meren-**  
**tur primam iustificationem.** p. 37. c. 1. & p. 40. col. 2. &  
 p. 282. & p. 357. c. 2.  
**Opera hominis iam iustificati perficiunt iustificationem**  
**ad coronam**

ad coronam & meritum vite aeternae. p. 37. c. 1. & pag. 40. c. 2. & p. 47. c. 2. & p. 49. c. 1. & p. 103. c. 2. & p. 134. & p. 321. & p. 472. & p. 473. c. 2.  
 Opera legis fidei, quo sine fiant à iustis. p. 41. c. 1. & p. 102. & p. 184. c. 2. & p. 371. c. 1.  
 Opera bona implent fidem, & quomodo, p. 50. c. 2.  
 Opera bona qua ratione nostra dicuntur. p. 53. c. 1. & p. 248. c. 2. & p. 357. c. 1.  
 Opera bona spem uiuam pariunt, p. 51. c. 2. & p. 52. c. 1.  
 Opera prauisa dicere causam esse praedestinationis, est heresis pelagiana, p. 86. c. 1.  
 Opera quae ab Apostolo dantur, quana sunt, p. 101. c. 2.  
 Opera & bona & mala quandoque appellatione oris significuntur, p. 104. c. 2.  
 Opera tenebrarum notantur, p. 124. c. 2.  
 Opera supererogationis amplioem mercedem in caelo habebunt, p. 183. c. 2.  
 Opera mortua quam sint, p. 517. c. 2.  
 Opera facta solo timore seruili nullam in caelo mercedem habent, p. 183. c. 2.  
 Opera nostra ut sint ualida coram Deo, debent esse formata charitate, p. 201. c. 1.  
 Opera bona in genere an fiant ex uera charitate plerumque nescimus, p. 201. c. 1.  
 Opera satisfactoria pro defunctis fidelibus commendantur, p. 211. c. 1.  
 Opera hereticorum in specie bona quidem apparere, at esse uere bona non possunt, p. 338. c. 1.  
 Opera bona pariunt confidentiam in die iudicii. p. 345. c. 2.  
 Opera uere bona nemo potest facere absque Dei auxilio speciali, p. 357. c. 2.  
 Operum bonorum mercedē repositā in caelo ab Apostolo manifestē asseritur, in Lutheranos, p. 155. c. 1. & p. 183. & p. 215. c. 2. & p. 242. c. 1. & p. 344. c. 2.  
 Operum bonorum fructus in hac uita est augmentum, gratiae, & in caelo gloria, p. 371. c. 2.  
 Operum meritis salutem nostram consequimur, contra hereticos nouos, p. 357. c. 1. & p. 406. c. 1.  
 Operibus legis non iustificari quemquam, quomodo intel ligatur. p. 40. c. 2.  
 Operibus bonis possunt sibi facere certam ac firmam electionem suam qui non sunt electi summa praedestinationum electione, p. 98. & p. 378. c. 2.  
**ORARE & ORATIO**  
 Orare debemus spiritu & mente, p. 204. c. 1.  
 Orare animo & corpore decenter composito debemus, in eos qui hac parte sunt negligentiores, p. 327. c. 2.  
 Orare quam sit necesse ut Diaboli insidijs & tentationibus resistere possimus, p. 346. c. 1.  
 Orare quam sit necesse ad impetrandum & obtinendum Christi auxilium, p. 512. c. 2.  
 Orare tenentur populi pro suis superioribus, p. 219. c. 2. & p. 347. & p. 426. c. 1.  
 Orare sicut oportet, cur nescire dicamur, p. 83. c. 1. 2. & p. 84. c. 1.  
 Oratio quanto cum timore & humilitate fieri debet: & quam pauci sint ueri oratores, p. 346. c. 2.  
 Oratio perfecta quibus circumstantijs fulciri debet, ibid.  
 Oratio requirit puritatem manuum, p. 430. c. 1.  
 Oratio est pars praecipua gratiarum actionis, p. 11. c. 1. & p. 346. c. 2.  
 Orationis necessitas & fructus, p. 367. c. 1. & p. 425. c. 2.  
 Orationis assiduitas & locus conueniens qualis, p. 12. c. 2.

& p. 346. c. 1. & p. 429. c. 2. & p. 430. c. 1.  
 Oratione debet precedere preparatio aie, p. 346. c. 2.  
 Orationem nostram Deo offerimus uelut fidei nostrae protestationem, p. 79. c. 2.  
 Oratione nostra id petere debemus, quod sit secundum uoluntatem Dei, p. 84. c. 1.  
 Orationes publicae & communes pro causis communibus & grauibus requiruntur, p. 219. & p. 425. c. 2.  
 Orationes & petitiones cum magna fide, & sine hastatione esse debent, p. 561. c. 2.  
 Orationes ecclesiae cur quibusdā nō prosunt, p. 426. c. 2.

ORDO

Ordo diuinae prouidentiae pro hoim reparatiōe, p. 285. c. 1.  
 Ordo Episcoporum, p. 349. c. 1.  
 Ordo diaconatus, p. 349. c. 1.  
 Ordo nō semper indicat dignitatem, p. 259. & p. 275. c. 1.  
 Ordine seruato facienda sunt omnia in Ecclesia. p. 133. & p. 206. c. 2.  
 Ordinationes clericorum quanta circumspectione fieri debent, p. 389. c. 2.

OTIVM

Otium quam fugiendum, p. 415. c. 1. 2.  
 Otio quidā malunt quam honestis exercitijs uacare, ibid.  
 Otio aliorum perspecto plerumque remissiores fiunt bene operantes, p. 415. c. 2.  
 Otio uacare non dicitur, qui exercitijs spiritualibus deditus est, licet manibus non labore, p. 414. c. 2.

P

PACTVM

**PACTVM** inter Deum & Adam quodnam interuenerit statim ab initio, p. 55. c. 2. & p. 56. c. 2.  
 Pactum inter Deum & hominem lapsum nullum est antequam ingrediatur homo per fidem in Christo ad militandum, p. 98. c. 2.  
 Pactum & signum pacti dicitur circumcisio, p. 288. c. 2.  
 Pactum dicitur Christus, ibid.

PANIS

Panis spūalis est corpus Christi in Eucharistia. p. 187. c. 1.  
 Panis spūalis quid in nobis operetur, ibid.  
 Panis erat iam consecratus quum dixit Christus: Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum & c. p. 194. c. 1.  
 Panes propositiois cur sanctificabantur, p. 180. c. 1.

PAPA Vide pontificem Rom.

PARABOLA

Parabola Samaritani qui curauit semiuiuum relictum à latronibus, exponitur, p. 38. c. 2.  
 Parabola de eo qui est proximus noster, p. 43. c. 1.  
 Parabola talentorum exponitur, p. 97. c. 1.  
 Parabola zizamorum summatim exponitur, contra prauium hereticorum sensum, p. 118. c. 1.  
 Parabola uinae, p. 155. c. 1.

PARADISVS

Paradisi caelestis incolae una lingua loquētur, p. 201. c. 2.

PASCHA

Pascha Christianorum Christus crucifixus, p. 162. c. 1.  
 Pascha Christianorum iugiter immolatur, ibid.  
 Pascha non habent recentiores heretici, ibid.  
 Pascha Iudeorum cessauit, ibid.

PASTOR

Pastor ecclesiasticus in peccato mortali existens an sit pastor, & an sit capax donorum spiritualium, p. 198. c. 2.  
 Pastor fidem

Pastor fidem amittens desinit esse pastor, p. 198. c. 2.  
 Pastor quodnam proprium & debitiū officium exercere teneatur, p. 114. c. 2.  
 Pastores proponuntur omnibus indifferenter, p. 94. c. 2.  
 Pastores ueri esse possunt, qui non sunt de numero praedestinatorum, in hereticos, p. 94. c. 2.  
 Pastores debent docere oues sibi commissas, p. 332. c. 2.  
 Pastores licite accipiunt ab ouibus subsidia ad uitae sustentationem, p. 182. & p. 183. c. 1. & p. 304. c. 2.  
 Pastores non debent querere quae sua sunt, p. 359. c. 1.  
 Pastores summo opere uitare debent omnem auaritiaē susceptionem, praesertim in ministrandis sacramētis, p. 250. c. 1.  
 Pastores seuerissime cogit Deus ad reddendam rationem ouium perditarum, p. 94. c. 2. & p. 128. c. 1.  
 Pastores boni maxima donabuntur gloria & premio in caelo, p. 358. c. 1.

PATER

Patres de educatione liberorum admonentur, p. 344. c. 1.  
 Patres probi merentur à Deo dona pro filijs, p. 453. c. 1.

PATIENTIA

Patientia Dei multi abutuntur in suam ipsorum perniciem sempiternam, p. 507. c. 1.  
 Patientia magnum est signum, quo ostenditur quis sit uere seruus Dei, p. 249. c. 2.

PAVLVS Apostolus

Paulus erat ciuis Romanus, p. 1. c. 2.  
 Paulus quando, & quare nomen mutauit, p. 2. c. 1. & p. 2.  
 Paulus eximia ac mirifica conuersionis exemplar, p. 2. c. 2. & p. 266. c. 1.  
 Paulus fuit typus eorum qui sincere ad Deum conuertuntur, p. 2. c. 2.  
 Paulus qua ratione seruus Christi dicatur, p. 3. c. 2.  
 Paulus apostolatum excellentem ac dignitate quadam praecipuum habuit, p. 5. c. 1. & p. 258. c. 1. & p. 324. c. 2.  
 Paulus segregatus in euangelium, quibus modis, p. 5. c. 2.  
 Paulus fuit peculiaris Gentium praedicator, p. 9. & pag. 267. c. 1. & p. 271. c. 2.  
 Paulus cur Deum uocat Deum suum, p. 11. c. 1. & p. 2.  
 Paulus quo spiritu praeditus, p. 12. c. 1. & p. 2.  
 Paulus accensus desiderio communicandi dona spiritualia fratribus, p. 13. c. 1.  
 Paulus iniquae calumniam patiebatur, p. 33. c. 2. & seq.  
 Paulus talis erat, & eius praedictio tam efficax, ut ei credere tenerentur quibus praedicabat, p. 41. c. 1.  
 Paulus quanta charitate plenus ostenditur, p. 89. col. 1. & pag. 184. c. 1.  
 Paulus non optabat separari à gratia Christi per peccatum, sed à gloria & commodo proprio, ob aliorum salutem, p. 89. c. 1.  
 Paulus cur non exauditus est à Deo pro Iudeis, cum Moses ipse fuerit exauditus, p. 89. c. 1.  
 Paulus unus erat ex numero praedestinatorum, p. 188. & pag. 324. c. 2.  
 Paulus quo pacto nolebat scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, p. 149. c. 2.  
 Paulus fuit eloquens eloquentia Spiritus sancti, p. 153. & p. 246. c. 1.  
 Paulus dicitur pater eorum Christianorum, quos ad fidem Christi conuertit, p. 160. c. 2.  
 Paulus zelo animarum flagrans ostenditur, p. 184. & p. 189. c. 1. & p. 245. & p. 247. c. 2.  
 Paulus fuit peritus linguae graecae, contra Erasmi calumniam, p. 204. c. 1.

Paulus solitudinem magnam pro necessitatibus pauperum Christianorum suscipiebat, p. 216. c. 1.  
 Paulus humilitate conspicuus commendatur, p. 216. c. 1. & p. 325. c. 2.  
 Paulus duplici caractere, scilicet baptismi & sacerdotij fuit à Deo signatus, p. 222. c. 1. & p. 2.  
 Paulus quo pacto sincere fungebatur munere suo in euangelio praedicando, p. 228. c. 1. & p. 2.  
 Paulus non solum uerbo, sed & exemplo praedicabat, p. 234. c. 2.  
 Paulus non placebat hominibus, nisi quatenus ad eorum salutem erat utile, p. 264. c. 2.  
 Paulus an uere & non simulate reprehenderit Petrum de obseruatione legalium, p. 273. c. 2. & seq.  
 Paulus fuit pater & mater eorum quos ipse genuit in Christo, p. 296. c. 2.  
 Paulus quo pacto intelligatur fuisse sine querela in Iudaismo, p. 360. c. 1.  
 Pauli ordo in docendo commendatur, p. 113. c. 1.  
 Paulo quantum debeant gentiles, p. 134. c. 2.  
 Paulo fuerit ne uxor aliquando, p. 136. c. 1. & p. 172. & p. 182. c. 1. & p. 365. c. 2. & seq.

PAX

Pax Christianorum duplex, p. 9. c. 2. & p. 51. c. 1.  
 Pax Dei oritur ijs qui à mundo Dei amore, Christum sequentes, se liberant, p. 306. c. 1.  
 Pax Dei ex bonis operibus uenit, p. 368. c. 1.  
 Pax quam necessaria sit Christiano, p. 256. c. 1.  
 Pax Christiana in quo consistit, p. 256. c. 1.  
 Pax mundi falsa, ibid. & p. 306. c. 1.  
 Pax sequitur charitatem, p. 384. c. 2.  
 Pax quatenus possit haberi cū malis hominibus, p. 117. c. 1.  
 Pax cum hereticis nullo modo habenda, ibid.  
 Pacis Dei effectus, pacata conscia, p. 367. & p. 386. c. 1.  
 Pacis recta uia est Christus, p. 35. c. 2.  
 Pacis amator Spiritus sanctus, p. 256. c. 1.

PECCARE & PECCATVM

Peccare, peccatum habere, & reum esse peccati, quid differant, p. 62. c. 2.  
 Peccare non coguntur, qui sunt sub gratia, p. 60. & p. 72. c. 1. & p. 301. c. 2.  
 Peccatum originale fuisse unum, & dignum uenia in posteris, nec esse causam reprobationis à regno Dei: & quā poenam meruerit, ostenditur multis & efficacissimis argumentis, quae ponderari omnino debent, p. 92. & seq. per totum, & item p. 100. c. 1. & p. 310. c. 2. & p. 374. c. 1.  
 Peccatum originale quid proprie, p. 53. c. 1. & p. 55. c. 2.  
 Peccatum originale quo modo intrauit in mundum, pag. 54. c. 1. & p. 55. c. 2.  
 Peccatum originale simpliciter uocatur peccatum in scripturis, & quare, p. 46. c. 2.  
 Peccatum originale Ecclesia sancta fatetur propagatione à parentibus in filios transfundi, & negat imitatione contrahi: contra Pelagianos, p. 55. c. 2. & p. 56. c. 1.  
 Peccatum originale quo pacto per legem cognoscatur, & quō imputabatur, p. 37. & p. 49. & p. 56. & p. 67. c. 2.  
 Peccatum originale nobis non imputatur, cū ingredi mur in Christum, p. 46. c. 2.  
 Peccatum originale non erat necessarium, nec ullo modo (sicut nec ullū aliud peccatū) fuit à Deo intentū, p. 59. c. 2.  
 Peccatū iuste fuit damnatū in carne Christi, p. 76. c. 1. 2.  
 Peccatum dicitur factus Christus figuratē, p. 234. c. 1.  
 Peccatum in carne, quomodo app. letur, p. 162. c. 1.  
 Peccatum sciendum



Peccatum sciendo per homines in Christum, quomodo  
ius suum perdidit, p. 75. c. 2.  
Peccatum aliquando permittit Deus in poenam peccati,  
p. 19. c. 2. & seq. & p. 21. & p. 99. c. 1. & p. 186. c. 2.  
Peccatum quibus uere & magis imputabile, p. 16. c. 2. &  
24. c. 1. & p. 67. & p. 123. & p. 337. c. 2.  
Peccatum ad mortem quid, p. 637. c. 1.  
Peccatum quo praedestinati cooperetur in bonu, p. 85. c. 1.  
Peccatum detractionis est directio contra charitatem, p. 301. c. 1.  
Peccatum nulla lege uetitum non debet imputari, p. 56.  
& p. 215. & p. 49. c. 2.  
Peccatum sine lege mortuum, quomodo per legem reuiu-  
erit, p. 67. c. 2. & p. 68. c. 1.  
Peccatum non regnare in nostro mortali corpore, quo-  
modo intelligatur, p. 62. c. 2. & p. 72. c. 1.  
Peccatum simul cum Dei gratia constare non potest: con-  
tra Lutheranos, p. 63. c. 1. & p. 63. & p. 70. c. 2. & p.  
74. & p. 78. c. 2.  
Peccatum esse omne quod non fit ex fide, ostenditur, pag.  
130. & p. 286. c. 1.  
Peccatum non uult Deus ut peccatum est, p. 59. c. 1. & p. 562. c. 2.  
Peccatum uitare iam sua culpa non possunt multi mali  
Christiani, p. 302. c. 1.  
Peccato subesse, quid sit, p. 34. c. 2. & p. 60. c. 1. & p. 68. c. 2.  
Peccatorum praeteritorum aliquando meminit Deus, sicut  
homo in eadem relabatur, p. 107. c. 2.  
Peccatorum remissio per Praelatos in Ecclesia duplex,  
pag. 224. col. 1.  
Peccatorum uitadioru praesentaneu remediu, p. 620. c. 2.  
Peccatorum uaria perpetratio, uarium quoque correctio-  
nis genus requirit, p. 303. c. 2.  
Peccatorum alienorum reatum & poenas debent in se as-  
sumere uiri spirituales, ibid.  
Peccata uenialia charitatis operibus assidue teguntur,  
pag. 46. col. 2.  
Peccata post primam iustificationem commissa, quomodo  
dimittantur, p. 39. & p. 46. c. 2. & p. 47. c. 1.  
Peccata iustorum in hac uita purgantur, ad uitadum fu-  
turum iudicium, p. 598. c. 2.  
Peccata publica publice arguenda, p. 272. c. 2.  
Peccata occulta occulte sunt corripienda, p. 301. c. 1.  
Peccata leuia ex quibus Deus indignatur ex parte, p. 71. c. 1.  
PELAGIANVS  
Pelagius suscitauit errorem Iudaorum de iustificatione,  
pag. 102. c. 2.  
Pelagianus negat peccatum originale, p. 54. c. 2.  
Pelagianus est qui asserit gratiam non esse necessariam  
ad bene agendum, p. 28. c. 2.  
Pelagiani ab Ecclesia damnati, p. 56. c. 1.  
Pelagiani gratiam uocabant id quod naturaliter nobis  
inest, pag. 52. c. 2.  
Pelagianorum argumenta contra peccatum originale re-  
felluntur, p. 54. c. 2. & p. 55. c. 1. & 2. & p. 56. c. 1.  
Pelagianorum haeresis asserit operum bonorum praescien-  
tiam esse causam praedestinationis, p. 86. c. 1.  
PERFECTIO  
Perfectio hominis duplex, p. 362. c. 1.  
Perfectio absoluta cui nihil addi possit, non conceditur ulli  
in hac uita, pag. 363. col. 2.  
Perfectio hominis multiplex, p. 364. c. 1. & p. 377. c. 2.  
& p. 516. c. 1.  
Perfectio Christianae uitae quibus partibus absoluitur,  
pag. 472. col. 1.

Perfectioe consequutus in Christo quod dicitur, p. 377. c. 2.  
PERSEVERANTIA  
Perseuerantiae donum est duplex, p. 94. c. 1.  
Perseuerantiae donum nemini negat Deus, ibid.  
PETRVS APOSTOLVS  
Petrus caput & fundamentum ecclesiae, p. 582. c. 1.  
Petrus cur & quando nomen mutauit, p. 2. c. 2.  
Petrus quo modo est typus hominis iustificati, p. 15. c. 2.  
Petrus fuit uere Christi Vicarius, princeps Apostoloru,  
& caput totius ecclesiae ac pastor, p. 119. & p. 265. c. 2.  
& pag. 268. c. 1.  
Petrus quo pacto erat reprehensibilis, p. 272. c. 1.  
Petrus non potuit amittere fidem, postquam fuit pon-  
tifex, pag. 275. col. 1.  
Petrus non potuit errare in fide, ibid.  
Petrus quo pacto praebuit occasionem erroris infir-  
mis in fide, p. 276. c. 2.  
Petrus nedum non peccauit sui illa incircumspectione, ue-  
rum etiam meruit, p. 277. c. 1.  
Petrus non simulauit obseruantiam legalium ut Pastor  
uniuersalis intendens docere & obligare fideles ad obser-  
uantiam illam, p. 278. c. 1.  
Petrus multipliciter consideratur, p. 278. c. 2. & seq.  
Petri primatus ostenditur & defenditur contra haereti-  
cos, p. 267. c. 2. & p. 275. c. 1. & seq. per totum.  
Petri primatus fuit semper praesuppositus in Ecclesia, ue-  
luti principium ab omnibus concessum, p. 276. c. 1.  
Petri priuilegia explicantur per conclusiones, ibid.  
Petri error non fuit fidei, sed cuiusdam incircumspectio-  
nis, p. 277. col. 1.  
Petri sedis propria quae sunt, p. 279. c. 1.  
Petro moriente, non interijt Dei prouidentia in Ecclesia,  
sed potestas eius in successores transiit, p. 121. c. 1.  
Petro quomodo se comparat Paulus, p. 275. c. 2.  
PHARAO  
Pharao exemplum reprobatorum ex propria contuma-  
cia ac duritia, p. 99. c. 1.  
Pharao sua duritia promeruit etiam obdurari a domino, ibid.  
Pharaonis obduratio a Deo quam fuerit, ibid.  
PHILOSOPHIA & PHILOSOPHVS  
Philosophia uera non aduersatur fidei, p. 379. c. 1.  
Philosophia uera ab Apostolo non damnatur, p. 379. c. 2.  
Philosophi, quo pacto poterant cognoscere Deum, & sa-  
lutem aeternam consequi, p. 16. c. 2. & p. 18. c. 1.  
Philosophi per elementa mundi instruebantur, & alios do-  
cebant, p. 146. c. 1. & p. 379. c. 2.  
Philosophi mali damnantur ab Apostolo, p. 379. c. 1.  
Philosophorum error in cognitione sui, p. 18. c. 1. & 2.  
Philosophorum nullum consecutum esse salutem, durum  
nimis & acerbum uidetur, p. 18. c. 2.  
Philosophorum sapientia non penetravit uiscera miseri-  
cordiae Dei erga nos, p. 147. c. 2.  
Philosophorum sapientia neminem adducebat ad per-  
fectum, p. 147. c. 2.  
Philosophorum fallacia unde erat, p. 379. c. 2.  
POENA  
Poena peccati originalis non est in nobis mors secunda  
ignis aeterni, p. 56. c. 2. & p. 58. c. 1. & p. 92. c. 2. arg. 3.  
& p. 95. c. 1. arg. 23. & p. 100. c. 1. & p. 374. c. 1.  
Poena peccati originalis in filiis Adae, est tantummodo  
amissio & priuatio donorum, quae per illum sibi esset,  
illis obueniebant, p. 55. c. 2.  
Poena peccati non solum cum culpa remittitur, p. 46. col. 260. c. 2.  
Poena delicti

Poena debet commensurari non secundum durationem actus delicti,  
sed cum persona offensis, & cum uoluntate offenditis, p. 26. c. 1.  
Poena longe leuiori puniuntur qui minorem habuerunt  
cognitionem, p. 17. c. 2.  
Poenam aeternam recte meretur quicumque peccat in  
Deum, p. 26. & p. 45. & p. 64. c. 1.  
Poena a Praelatis Ecclesiae infligitur subditis, in quem finem  
infligantur, p. 161. c. 2.  
Poena conuenientia cum ipso peccato, p. 20. c. 1. & 2.  
& pag. 161. c. 2.

POENITENTIA

Poenitentia tangitur aliquando Deus uel puniendi homi-  
nes uel remunerandi pro uaria eorum mutatione, p. 112. c. 1.  
Poenitentia mutationem morum requirit per satisfactio-  
nem & opera afflictionis, p. 241. c. 2. & p. 252. c. 1.  
Poenitentiae sacramento absoluntur indistincte quicum-  
que confitentur peccata sua, & non ponunt obicem abso-  
lutioni, p. 94. c. 2.  
Poenitentiae sacramento dimittuntur peccata post primam  
iustificationem commissa, p. 46. c. 2. & p. 47. c. 1.  
Poenitentia publica cum magna utilitate in Ecclesia primi-  
tiua instituta fuerunt, p. 251. c. 2.  
Poenitentia publica quantum ualerent ad deterrendos ho-  
mines a peccatis, p. 251. c. 2. & p. 252. c. 1.  
Poenitentiam agere parati benigne suscipiendi sunt & co-  
solandi ne ruant in desperationem, p. 224. c. 1.  
Poenitentiam ueram ac sinceram ad delenda peccata com-  
missa pauci agunt, p. 302. c. 1.  
Poenitentiam ueram ac sinceram agentes quidnam tan-  
dem acquirant, p. 302. 1.

PONTIFEX ROMANVS

Pontifex Rom. multipliciter considerari potest, p. 278. c. 2.  
Pontifex Romanus aliquando intelligitur nomine eccle-  
siae, p. 377. col. 1.  
Pontifex Romanus habet ab ipso Christo clauem scientiae  
ad ligandum & soluendum, p. 278. c. 1.  
Pontifex Rom. docens aliquid de cathedra ac mandans id  
esse credendum ex fide, non potest errare, p. 277. c. 2. et. 278. c. 1.  
Pontifex Romanus an possit aliquando dispensare in his  
quae sunt diuini iuris, p. 435. c. 2.  
Pontifex Rom. an errare posset in fide citra fidei iactu-  
ram in alijs, p. 277. c. 1. & 2.  
Pontifex Romanus cur mox ad pontificatum assum-  
ptus nomen mutet, pag. 2. c. 2.  
Pontifex Romanus quo pacto debet esse & infirmus &  
potens erga gregem suum, p. 252. c. 2.  
Pontifex Romanus qui esset haereticus, ipso iure non esset  
Papa, p. 262. c. 1. & p. 277. c. 2.  
Pontifex Romanus qui latenter esset haereticus, potest se  
gerere pro Papa donec haeresis manifestetur & deponatur,  
p. 277. c. 2.  
Pontifex Romanus an iure tenere possit terrenam pote-  
statem, p. 119. c. 1. & 2. & p. 164. c. 1.  
Pontifex Romanus per Dei prouidentiam accepit  
regnum temporale, p. 120. c. 1.  
Pontifex Romanus est rex loco Christi, & Vicarius eius  
in spiritualibus, p. 119. c. 1. & p. 590. c. 1. & 2.  
Pontifex Romanus habet iurisdictionem ecclesiasticam  
super omnes Christianos, p. 119. c. 1.  
Pontificis Romani potestas a Spiritu & ore Christi est,  
p. 120. c. 2.  
Pontificis Romani uoci & decretis obedire debent prin-  
cipes uere Christiani, p. 121. c. 1.

Pontificis Romani primatus qua Dei prouidentia in  
ecclesia constitutus, p. 121. c. 1. & p. 277. c. 2.  
Pontificis Romani condiciones, & propria priuilegia  
explicantur, p. 279. c. 1.  
Pontifici Romano quam ob causam assistant Cardinales,  
pag. 275. col. 2.  
Pontifici Romano quando obistere possunt & debent  
Cardinales, p. 275. c. 2. & p. 276. c. 1.  
Pontifici Romano credita est dispensatio thesauri indul-  
gentiarum, p. 377. c. 1.  
Pontifici Romano detrahunt, & eundem impie blasphemant  
Lutherani & haeretici noui, p. 419. c. 1.

POTESTAS

Potestas praetorum Ecclesiae, qualis sit, p. 223. c. 1. &  
p. 255. c. 2. & p. 244. c. 1.  
Potestas sacrificandi corporis Christi data fuit Apostolis  
a Christo in ultima cena, p. 194. c. 2.  
Potestas remittendi peccata post baptismum commissum est  
in Ecclesiae praelatis uice Christi, p. 214. c. 1.  
Potestas a Deo ordinata est non ad dominium, sed ad mi-  
nisterium, p. 121. c. 2.  
Potestas in Praelatis ecclesiae non negatur a Christo, sed  
abusus damnatur, p. 120. c. 1. & p. 121. c. 2.  
Potestas secularis non debet causas spirituales sibi arro-  
gare, p. 118. c. 2. & p. 121. & p. 164. c. 1.  
Potestas secularis potest concurrere in eundem hominem  
cum ecclesiastica, p. 119. c. 1. & 2. & p. 164. c. 1.  
Potestas terrena & potestas caelestis, secularis & eccle-  
siastica, inuicem comparantur, p. 120. c. 1. & 2.  
Potestas secularis gladium delinquentes exercere iure agit,  
nec id repugnat Euangelio, in quosdam haereticos, p. 118. c. 1.  
Potestas secularis & ecclesiastica quem finem queque  
habeat, indicatur, p. 120. c. 1. & p. 163. c. 2.  
Potestas secularis a iure naturali est, & consequenter a  
Deo, p. 121. c. 1.  
Potestas secularis patri spirituali subseruire debet, p. 164. c. 1.  
Potestas secularis legitima potest esse in paganis, p. 120. c. 2.  
Potestati seculari qua parte subditus est homo, pag. 118.  
& pag. 120. c. 2.  
Potestati seculari nemo potest se subtrahere, sed execu-  
tioni potestatis bene uiuendo, pag. 118. c. 2.  
Potestati seculari non subduntur Clerici, in haereticos,  
pag. 118. col. 2.  
Potestati non est resistendum, p. 120. c. 2.  
Potestate sua non debet quisquam contra iustitiam abuti,  
p. 184. c. 1.

PRAEDESTINATIO

Praedestinatio Christi qualis, p. 7. c. 1. et. 2. & p. 311. & p.  
373. & p. 587. c. 1.  
Praedestinatio electorum in Christi praedestinatione fun-  
datur, p. 86. c. 2. & p. 311. c. 1.  
Praedestinatio quid efficiat in electis, p. 85. c. 2.  
Praedestinatio causam non habet praescientiam bonorum  
operum: contra Pelagianos, p. 86. & p. 310. c. 1.  
Praedestinatio est causa salutis electorum, ibid.  
Praedestinatio quo pacto differt a praescientia, p. 95. c. 2.  
Praedestinationis ratio & ordo, p. 86. c. 1.  
Praedestinati sunt praordinati ad conformitatem Christi  
primum in uia, tum in patria, p. 85. c. 2.  
Praedestinati sunt immobiliter ordinati ad regnum aeter-  
num, p. 85. & p. 86. & p. 311. c. 2.  
Praedestinati dicuntur fratres Christi modo quodam  
excellenti, p. 85. c. 2.

Prædestinati non possunt excidere à regno Dei, p. 86. c. 2. & pag. 87. c. 1. & p. 253. c. 2. & p. 457. c. 1.  
 Prædestinati profunt alijs non prædestinatis, p. 86. c. 1.  
 Prædestinati nulli periculo succumbunt, p. 86. c. 2.  
 Prædestinati in Christo tanquam in fundamento, sunt & ipsi aliorum fundamenta, p. 88. c. 1. & p. 311. c. 2.  
 Prædestinati in tunica Christi significantur, p. 88. c. 2.  
 Prædestinati qui non sunt, etiam uocantur ad salutem, ut eam consequantur, p. 93. c. 2.  
 Prædestinati pauci sunt, p. 312. c. 1.  
 Prædestinati uocati sunt certa & efficaci uocatione, cui nihil ob stare possit, p. 86. c. 1.  
 Prædestinatorum gradum omnibus dare nõ erat decens, p. 87. c. 1. & p. 313. c. 1.  
 Prædestinatorum numero non comprehensi, ex Dei præcepto etiam tenentur illum diligere ut datorum gratia & gloria, p. 94. c. 2.  
 Prædestinatorum numero nullus scire potest se esse comprehensum, p. 253. c. 2. & p. 255. c. 1.  
**PRÆDICATOR**  
 Prædicator dicens, & nõ faciens, grauiori poena dignus censetur, p. 23. & p. 134. c. 1. & p. 184. c. 2.  
 Prædicator legitimus sperni à nemine potest, qui Christum ipsum non spernat, p. 106. c. 1.  
 Prædicator sapiens quem ordinem exemplo B. Pauli seruare debet, p. 113. c. 1. & p. 205. c. 2.  
 Prædicator uice Christi nemo potest à seipso constitui, contra hereticos, p. 106. c. 2.  
 Prædicator qui se iactat missum à Deo inuisibiliter, tenetur ostendere signum certum suæ missionis, contra recentiores hereticos, p. 106. c. 1.  
 Prædicator non potest mitti à secularibus Magistratibus, in Lutheranos, p. 106. c. 1. & p. 259. c. 2.  
 Prædicator Catholicus nõ debet loqui prohibete proprio prælato, p. 295. c. 2.  
 Prædicator euangelicus debet esse constans & firmus in doctrina, pag. 221. c. 2.  
 Prædicator bonus debet dicere puram ueritatem, & qua consideratione, p. 233. c. 1.  
 Prædicatoris sapientis officium, p. 13. c. 2.  
 Prædicatoris Catholici themata prædicanda, quæ sunt, pag. 422. col. 1.  
 Prædicatoris Christiani fructus est, non propria gloria, sed discipulorum profectus, p. 13. c. 2. & p. 106. c. 2. & p. 133. c. 2. & seq.  
 Prædicatoris crucis Christi gloria est, non erubescere ob euangelium, p. 14. c. 1. & p. 228. c. 1.  
 Prædicatoris officium nemo debet assumere absque legitima missione, p. 205. c. 2.  
 Prædicatores Catholici calumnijs affecti, quo pacto se consolari possunt, p. 34. c. 1.  
 Prædicatores boni quinam sint, designantur, p. 106. c. 1. & p. 106. c. 2.  
 Prædicatores Lutherani à Diabolo missi, p. 106. c. 2.  
 Prædicatores Catholici admonentur quo pacto se gerere debeant, p. 133. c. 2. & seq. & p. 228. c. 1. & p. 234. & pag. 323. col. 2.  
 Prædicatores euangelij licite possunt accipere aliquid pro eorum sustentatione, p. 182. & p. 216. c. 1. & p. 304. c. 2.  
 Prædicatores qui auaritia student, reprehenduntur, p. 216. c. 1. & p. 250. c. 1.  
 Prædicatores tria peccatis munitur dedecet, p. 392. c. 2.  
 Prædicatores in uice emulatiõe certantes, notantur, p. 351. c. 2.  
 Prædicatorum uerorũ gloria quam magna erit in celo,

pag. 358. col. 1.  
 Prædicatorum sanctorum sermo debet esse simplex, non affectatus, p. 246. c. 1.  
**PRAEDICATIO**  
 Prædicatio externa per hominem, an necessario ad gignendam fidem requiratur, p. 105. c. 1. & p. 2.  
 Prædicatio uaria pro uario mundi capiu, à Deo ordinata pag. 105. c. 2.  
 Prædicatio euangelica implebitur aliquando in quouis terrarum loco, p. 107. c. 1.  
 Prædicatio euangelij tunc est perfecta, quum moribus sermo non repugnat, p. 228. c. 1. & p. 234. c. 2.  
 Prædicatio Euangelij innumeris signis & prodigijs confirmabatur ad ostendendam eius ueritatem, p. 228. c. 2.  
 Prædicatio fructuosa est honesta cõuersatio, p. 398. c. 2.  
**PRAELATUS**  
 Prælatus bonus castigado subditos qd querit, p. 223. c. 2.  
 Prælati munus & officium desiderare quam periculosum, p. 253. & p. 434. c. 2.  
 Prælati non debent abuti potestate sua, p. 160. & p. 244. c. 1. & pag. 255. col. 2.  
 Prælati admonentur de conuiujs sumptuosis, & de eleemosynis tenuibus, p. 217. c. 1.  
 Prælati non sint plus æquo præcipites ad ultionem in delinquentes, p. 223. c. 1. & p. 344. c. 2.  
 Prælati Ecclesie habent iurisdictionem à Christo remittendi peccata uice Christi, contra hereticos, p. 224. c. 1.  
 Prælati nostrorũ temporum admonentur de zelo & cura ecclesiarum, p. 247. c. 2. & p. 369. c. 1. & p. 378. c. 2.  
 Prælati quo infirmi & fortes esse debent erga gregem, & peccatores redarguere, p. 252. et. p. 255. c. 2. & p. 378. c. 1.  
 Prælati de malis operibus fugiendis admonentur, & quo non debent querere quæ sua sunt, p. 344. c. 2. & p. 404. c. 1. & p. 369. c. 1.  
 Prælati tenentur reddere rationem suarũ cuũ p. 557. c. 2.  
 Prælati quato i pretio habedi ob ministeriũ, p. 402. c. 2.  
 Prælatorum ambitiosorũ quã infelix status, p. 128. c. 1.  
 Prælatorũ peccatum quã graue, p. 129. et. 235. & p. 404. c. 1.  
 Prælatorum præsentiu uita quãtũ distat à uita B. Pauli, p. 159. & p. 160. c. 1. & p. 344. c. 2.  
 Prælatorum potestas bonis moribus corroboratur: & qualis sit in subditos, p. 223. & p. 244. c. 1. & p. 472. c. 2.  
**PRAEMIVM**  
 Præmium iustitiæ ex operibus legis Moscos, uel iustitiæ propria, quale, p. 102. c. 2.  
 Præmium iustitiæ ex fide, quale, ibid.  
 Præmium bonorum operum ressuunt Lutherani, p. 83. c. 1. & p. 363. c. 2. & p. 371. c. 1.  
 Præmium quõ sit nobis interim absconditum, p. 344. c. 2.  
**PRAEPUTIVM**  
 Præputium quid, p. 31. c. 1.  
 Præputium duplex carnis & spiritus, p. 322. c. 1.  
 Præputium significat rebellionem & contumaciam quã natura ex primo pariete cõtrahimus, p. 322. & p. 381. c. 1.  
 Præputium aliquando accipitur ab ipso B. Paulo pro statu matrimo. ij p. 175. c. 1.  
 Præputium uocabantur gentiles à Iudeis in dedecus & contumeliam, p. 322. c. 1.  
**PRAESCIRE, & PRAESCIENTIA**  
 Præscire, sumitur in bonam partem apud scripturas, pag. 583. col. 2.  
 Præscire Dei est prædiligere: unde præsciti dicuntur prædilecti, p. 85. c. 1. & p. 108. c. 2.  
 Præscitus

Præscitus improprie dicitur qui est reprobatus, p. 85. c. 2.  
 Præscientia bonorum operũ nullo modo est causa prædestinationis: in Pelagianos, p. 86. c. 1. & p. 310. c. 1.  
 Præscientia Dei nihil ponit in rebus, p. 95. c. 2.  
 Præscientia bonorum operum consequitur, non præcedit prædestinationem in mente Dei, p. 314. c. 1.  
 Præscientia Dei de contingentibus quo modo sit nobis cogitanda, p. 421. c. 1.  
**PRESBYTER**  
 Presbyteri nomen etiam ad Episcopos extendebatur in ecclesia primitiua, p. 349. c. 1.  
**PRIMOGENITVS**  
 Primogeniti ius quodnam erat, p. 553. c. 1.  
 Primogeniti secundum carnem non sunt in consideratione apud Deum, p. 96. c. 2.  
 Primogeniti Dei sunt, quos Deus sibi facit ex gratia & prædilectione, p. 96. c. 2.  
**PRINCEPS**  
 Princeps secularis non potest iudicare in causis spiritualibus, p. 118. c. 2. & p. 121. c. 1. & p. 164. c. 1.  
 Princeps secularis nõ habet potestatem i clericos, p. 118. c. 2.  
 Princeps laicus non habet ecclesiasticam spiritualem potestatem, p. 120. & p. 121. & p. 164. c. 1.  
 Princeps qui tyrannice dominatur, describitur, p. 121. c. 1.  
 Princeps tyrannus an possit à priuato homine occidi, pag. 122. c. 1.  
 Princeps tyrannus audiendus, modo non imperet aliquid cõtra fidẽ & Dei legẽ, p. 121. c. 2. & p. 122. & p. 473. c. 1.  
 Principes seculares heretici nostri temporis de duobus notantur, p. 118. c. 2. & p. 121. c. 1.  
 Principes seculares plerũq; iscolẽtes in Põstices, p. 120. c. 1.  
 Principes seculares istituti sunt ab hominibus, Deo tũ ap probate, p. 120. c. 2. & p. 121. c. 1. & p. 163. c. 2.  
 Principes seculares, si se inter oues Christi computant, audire debent uocẽ pastoris sui spiritualis, p. 121. c. 2.  
 Principes seculares quando dicatur non regnare à Deo, & non probari, p. 121. c. 2.  
 Principes seculares non reprobatur Christus, sed eorum abusus, p. 121. c. 2.  
 Principes seculares quo pacto se gerere debeant, ut recte impleant munus suum, p. 122. c. 1.  
 Principes boni quo pacto exigere uectigalia, & ad quem usum debeant, p. 122. col. 1. & p. 2.  
 Principes mali potenter tormenta patientur, p. 122. c. 2.  
 Principes loco parentum populis esse debent, p. 122. c. 2.  
 Principes seculares de conuiujs & eleemosynis admonentur, p. 217. c. 1.  
 Principes seculares à Papa possunt deponi, p. 279. c. 1.  
 Principes quo modo non debent querere quæ sua sunt, pag. 359. col. 1.  
**PROMISSIO**  
 Promissio nobis facta per Christum, duplex, p. 294. c. 2.  
 Promissiones carnales Iudeis factæ, figurabant etiam dona spiritualia, p. 90. c. 1.  
 Promissiones Dei sunt firmæ, & infallibiles, p. 221. c. 2.  
 Promissiones Dei erga nos sunt fundatæ in Christo, ibid.  
 Promissiones factæ Abraham fuerunt plures ac diuersæ, pag. 288. c. 1.  
**PROPHETA & PROPHETIA**  
 Propheta quid sit, p. 6. c. 1.  
 Propheta magni aliquando in suis iudicijs decipiuntur, pag. 108. col. 2.  
 Propheta falsi nostræ etatis notantur, p. 403. c. 2.

Propheta falsi abutuntur Apostoli dicto: Verbum Dei non est alligatum, p. 455. c. 2.  
 Prophetarum uarij gradus, p. 6. c. 1.  
 Prophetia etiam pro interpretatione scripturarum, p. 6. c. 1. & p. 199. c. 2. & p. 203. c. 1. & p. 332. c. 2.  
 Prophetia materia & principale subiectũ Christus, p. 6. c. 2.  
 Prophetia unde probande, p. 403. c. 2.  
**PROXIMVS**  
 Proximi mandatum de dilectione, per Christum accepit perfectionem & quomodo, p. 43. c. 1.  
 Proximum nullũ habebant Iudei ex lege Moysi, nisi qui esset illius gentis, p. 43. c. 1.  
**PVERI**  
 Pueri qui ante rationis usum decedunt, non ueniunt ad iudicium discutionis, p. 25. c. 2. & p. 232. c. 2.  
 Pueri qui baptizati decedunt, quibus operibus salutem æternam consequuntur, p. 25. c. 2.  
 Pueri qui sine baptismo decesserint, non patientur æterni ignis poenas, p. 25. c. 2. & p. 55. & p. 58. c. 1. & p. 232. c. 2.  
 Pueri qui absque sacramento decedunt, qualem statum habebunt, p. 55. & p. 58. c. 1.  
 Pueri ex Apostolica traditione in remissionem peccatorum baptizantur, p. 55. c. 1.  
 Pueri parentum infidelium cur inuitis parentibus non debeant baptizari, p. 174. c. 1.  
 Pueri nati ex impari matrimonio, possunt baptizari propter parentem fidelem, p. 174. c. 1.  
 Pueri nati ex parentibus fidelibus, cur sancti dicantur etiam ante baptismum, p. 174. c. 1.  
 Pueri ex fidelibus nati, speciali prouidentia propter parentes respiciuntur à Deo, ibid.  
 Pueri & recentis nati in fide cauere summopere debent à fascinatione hereticorum, p. 283. c. 1.  
**PURGATORIVM**  
 Purgatorium expoliavit Christus quãdo in celũ ascendit, p. 330. c. 2. & p. 331. c. 1.  
 Purgatorium in inferorum parte esse ponitur, p. 331. c. 1.  
 Purgatorium asseritur, p. 337. c. 1.  
**R**  
**REGNUM**  
**R**EGNUM temporale, & spirituale quomodo distinguatur, & quid cuique propriũ, p. 163. c. 2.  
 Regnũ Dei quibus negetur, p. 165. c. 2.  
 Regni temporalis leges transgrediens, contra legem, Dei peccat, p. 163. c. 2.  
**RELIGIO & RELIGIOSI**  
 Religio Angelorum dicitur lex Moscos, p. 81. c. 1.  
 Religio Christiana potens est ad satisfaciendum omnibus aduersus se obiectis, p. 565. c. 1.  
 Religio Christiana immeritò blasphematur à Vulgo propter peccata religiosorum, p. 31. c. 1. & p. 54. c. 2.  
 Religionis res ad ludũ traducere, ut Erasmus fecit, est peccatum maximum, & inexcusabile, p. 211. c. 2.  
 Religionis ueræ fructibus paulatim spoliantur, qui eam scurrilibus colloquijs prophanant, ibid.  
 Religionis sanctæ institutionem, quam profitentur uerũ Monachi, damnat Lutherus, p. 265. c. 2.  
 Religionis professores, qui frigidè orant & precantur Deum, notantur, pag. 346. col. 2.  
 Religionis uoluntariæ electio, id est, à proprio arbitrio inuenta, non autem à Deo uel à Spiritu sancto per eccle-  
 ttt ij flam

nam tradita, superstitio est, p. 381. c. 2. & seq  
Religiosi uagi reprehenduntur, p. 565. c. 2.

RENOVATIO

Renovatio nostra perfecta in Christo non fit uno momento, sed paulatim, p. 230. & 234. c. 2.  
Renovationi interioris nostri hominis assidue & diligenter studere debemus, ibid.

REPROBATIO

Reprobatio mentis, & in reprobum sensum tradere apud B. Paulum quid, p. 21. c. 1.  
Reprobatio quorundam in uia à Deo ob ingentia peccata, p. 21. c. 1. & p. 99. c. 1. & p. 411. c. 1. & 2. & pag. 426. c. 2. & p. 464. c. 1.  
Reprobatio ad aeternam mortem non sic est sine causa propria peccatorum: sicut electio est sine causa bonorum operum, p. 92. c. 1. & p. 96. c. 1. & p. 97. c. 1. & p. 99. c. 1. & p. 394. & 457. c. 2.  
Reprobatio à regno Dei ad mortem aeternam absque consideratione demeritorum, tanquam haeresis dira supra modum ac impia refellitur, p. 92. c. 1. & 310. c. 2.  
Reprobatio à regno Dei non uenit propter originale peccatum, p. 92. 93. 94. 95. per totum: & p. 96. c. 1. & p. 310. c. 2. & p. 374. c. 1.  
Reprobatio à regno Dei praedicata propter peccatum originale tantum, scandalum parit, & iam olim Galliarum ecclesias conturbauit, p. 95. c. 1. & 2.  
Reprobatio Esau de qua dicitur: Esau odio habui, non fuit reprobatio à uita aeterna: quoniam autem fuerit ostenditur, p. 96. c. 1. & 2.  
Reprobatio Esau praedicata, neque iuxta sensum literalem, neque secundum allegoriam probat cuiusquam à regno caelesti reprobationem, ibid.

RESURRECTIO

Resurrectio Christi, p. 7. c. 2.  
Resurrectio omnium mortuorum in Christo continetur, p. 8. c. 2.  
Resurrectio in nobis fit aliquo modo per iustitiam nobis inherentem, p. 50. c. 2.  
Resurrectio Christi quo pacto operatur iustificationem nostram, p. 50. c. 2.  
Resurrectio futura consolatur fideles, p. 400. c. 2.  
Resurrectio corporum nostrorum tangitur, p. 78. c. 1.  
Resurrectio Christi continet resurrectionem omnium hominum, p. 208. c. 2. & p. 399. c. 2.  
Resurrectio non fuit perfecta eorum qui Christo moriente surrexerunt, p. 209. c. 1.  
Resurrectio uniuersalis futura est per Christum, etiam infidelium, ibid.  
Resurrectio mortuorum suadetur, p. 212. c. 1.  
Resurrectio corporum gloriosa non continget impijs & damnatis hominibus, p. 213. c. 2.  
Resurrectionis Christi dies in scripturis dicitur; Hodie, p. 491. c. 1. & p. 513. c. 2.  
Resurrectionis Christi articulo omnia euangelij continentur, quem sciri ab omnibus maxime est necesse, p. 207. c. 1. & p. 230. c. 2. & p. 399. c. 1.  
Resurrectionis futurae ordo describitur, p. 210. & 215. & 400. col. 1.  
Resurrectionis corporum beatorum qualitas & dotes explicantur, p. 212. c. 2.  
Resurrectionis Christi articulum summopere Apostoli et efficacissime praedicauerunt, p. 230. c. 2.  
Resurrectionis corporum articulum coguntur fateri, qui animam esse immortalem credunt, p. 209. c. 1.

S

SACERDOS

SACERDOS obligatur ad celebrandam missam, pag. 114. col. 2.  
Sacerdos decentissime & conuenientissime perpetuam castimoniam uouet, p. 171. c. 1. & 455. c. 2.  
Sacerdos licite uiuit ex oblati in Ecclesia, p. 183. c. 1.  
Sacerdos debet operari sacra tamquam opus proprium, ibid.  
Sacerdos à multis cauere debet ut ei illicita, quae forte licita sunt laicis, p. 336. c. 2.  
Sacerdos & rex quatenus asserendus omnis Christianus pag. 590. c. 1.

SACERDOTIVM

Sacerdotium Christi quomodo aeternum, p. 527. c. 1.  
Sacerdotium Christi quantam eminentiam habet ostenditur, p. 522. & sequentibus.  
Sacerdotium ad omnes pertinere dogmatizauit Lutherus haeresi archa, p. 590. c. 1.

SACRAMENTVM

Sacramenta nouae legis quomodo uim habeant spiritualē, pag. 533. col. 1.  
Sacramentum Baptismi, Vide Baptismum.  
Sacramentum Eucharistiae, Vide Eucharistiam.  
Sacramentum poenitentiae, Vide confessionem & Claues.  
Sacramentum matrimonij, Vide Matrimonium.  
Sacramentum ordinis, Vide Ordinem.  
Sacramentum extremae unctionis defenditur & declaratur, pag. 579. col. 1. & sequentibus.

SACRIFICIVM

Sacrificium corporis Christi quae sit ueneranda, p. 171. c. 2.  
Sacrificium Altaris noui testamenti dicitur iuge sacrificium, & quanta reuerentia sumendum, ibid.  
Sacrificium Altaris longa disputatione defenditur, contra Lutheranos, p. 538. & sequent.  
Sacrificium Melchisedech defenditur, p. 514. c. 1.  
Sacrificium offertur soli Deo, p. 180. c. 1.  
Sacrificium magnum, zelus animarum, p. 184. c. 1.  
Sacrificium completitur confessionem laudis & gratiarum actionis pro creatione & redemptione nostra, p. 180. c. 1.  
Sacrificij conficiendi potestatem dedit Christus Apostolis suis in ultima coena, p. 194. c. 2.  
Sacrificia idolis à gentibus immolata nec sanctificare, nec inquinare poterant, p. 180. c. 1.

SALVS

Salus Christianorum duplex, p. 14. c. 2.  
Salus quae est in hac uita non ex firmitate nititur, ut ab ea non possit homo excideri, in Lutheranos, p. 14. & 51. c. 2. & p. 186. c. 1.  
Salus praesentis uitae adhibito timore mirum in modum custoditur, p. 186. c. 2. & p. 357. c. 1.  
Salus multorum ad maiorem Dei gloriam pertinet, p. 89. c. 1.  
Salutis uia nemini unquam clausa fuit, p. 15. & 97. c. 1. & pag. 104. col. 2.  
Salutis gratia poterat consequi mundus ante legem, p. 57. c. 1.  
Salutis exhibendae causa uocat omnes Deus, etiam qui non sunt praedestinati, p. 93. c. 2. & 95. c. 1. & 2. & 104. c. 2.  
Salutē certā nobis charitas uerē comparat, p. 240. c. 1.  
Salutē nostrā operamur etiā nos: in haereticos, p. 357. 1.  
Salutē negare posse ab omnibus obtinere, sed eius asequendae possibilitatem non concedere, quam multa inducat & magna absurda, p. 95. c. 1. & 2.  
Sanctitas

SANCTITAS.

Sanctitas uarie accipitur, p. 174. c. 2.  
Sanctitas idē est quod munditia, p. 9. c. 2. et p. 6. c. 1. et p. 163. c. 2.

Sanctitas uarios habet gradus, p. 307. & p. 503. c. 2.

SANCTIFICATIO.

Sanctificatio Christi duplex secundum humanitatem, p. 7. c. 2.  
Sanctificatio Christianorum duplex, p. 8. c. 1.  
Sanctificatio uarie accipitur, p. 174. c. 1.  
Sanctificatio pro candidatione & adaptatione ad recipiendum sanctificationem, p. 174. c. 1. & p. 175. c. 1.

SANCTVS.

Sanctus quid proprie significet, p. 503. c. 2.  
Sanctus dicitur quilibet Christianus iustus, ibid.  
Sancti considerandi sunt sub Christo quasi uicarij magistri, & uicaria capita, p. 143. c. 2.  
Sancti uiri cum in zelum Dei rapiuntur, tacite contra seclera uindictam flagitant, p. 109. c. 1.  
Sancti profunt alijs non solum per modum exempli, sed etiam per modum meriti, p. 144. & p. 219. c. 1. & p. 250. c. 2. & p. 251. c. 1. & p. 375. c. 2. & seq.  
Sancti iudicabunt reliquum mundum assidentes cum Christo, p. 163. c. 2.  
Sancti uiri quo sine aliquando se extollunt, p. 218. c. 1. & p. 225. c. 2.  
Sancti uiri interdum mutant consilia, idque ex Dei ipsius uoluntate, p. 221. c. 1.  
Sancti qua ratione dicantur pueri fidelium ante baptismum susceptum, p. 174. c. 1.  
Sancti qua ratione dicantur se esse primos peccatores, p. 422. c. 2. & p. 423. per totum.  
Sancti in caelis pro nobis intercedunt, p. 426. c. 1.  
Sancti rationabiliter coluntur ac uenerantur in terris, p. 480. c. 2.  
Sanctorum canonizatio ad cultum Romanum Pontificem spectat, p. 279. c. 1.  
Sanctorum iam beatorum suffragia sunt à nobis imploranda, in Lutheranos, p. 135. c. 1.  
Sanctorum merita pro alijs à meritis Christi uigore suum & ualorem habent, p. 143. c. 2. & 251. c. 1. & 375. c. 2.  
Sanctorum merita multis modis alijs profunt, p. 251. & 376. c. 1.  
Sanctorum communio quid importet, p. 219. & p. 354. c. 1. & p. 376. c. 2. & 588. c. 2.  
Sanctorum uirorum suasiones non sine spiritu Dei adiuuante fieri solent, p. 179. c. 1.

SATISFACTIO.

Satisfactio aliqua pro peccatis temporalibus à nobis requiritur ob peccata post baptismum admissa, p. 46. c. 2. & p. 47. c. 1. & p. 251. c. 2. & p. 260. c. 2. et 265. & p. 376. c. 2. & p. 597. c. 1.  
Satisfactio nobiliorum Christi membrorum prodest alijs, p. 376. per totum.

SCANDALVM.

Scandalum quo pacto ab offendiculo differt, p. 128. c. 2. & p. 129. c. 2.  
Scandalum fratribus praebere quam sit fugiendum, p. 129. c. 2. & p. 181. c. 1.

SCIENTIA.

Scientia quid differat à sapientia, p. 197. c. 1.  
Scientia quo pacto dicitur inflare, p. 179. c. 2.  
Scientia quam habemus hic in uita cadet scientia quae erit

in patria, p. 201. c. 2. & p. 202. c. 1.  
Scientia rectus usus ostenditur, p. 180. c. 2.  
Scientia naturales non sunt damnandae, ut quidam fecerunt, p. 147. c. 2. & p. 379. c. 2.

SCIRE.

Scire ea tantum dicitur magister & doctor, quae uult alios docere, p. 149. c. 1.  
Scire solummodo Iesum Christum crucifixum, quid B. Paulo erat, p. 149. c. 2.  
Scire aliquid se existimantes, quales sunt, p. 179. c. 2.  
Scire, quando quis uerè dicatur, p. 180. c. 2.  
Scire tantum quisque dicitur, quantum operatur, p. 371. c. 2.

SCRIPTVRA.

Scriptura sacra tantum pro scriptura absolute habetur, p. 132. c. 1.  
Scriptura est ueluti speculum, in quo potest homo se ipsum contemplari, p. 564. c. 2.  
Scripturae sanctae plures simul etiam literales sensus recipiunt, p. 16. c. 2. & p. 261. c. 1.  
Scripturae manifeste testantur bona opera iustificationem & salutem operari, p. 48. c. 1.  
Scripturae sanctae admittunt figuram & hyperbolem, p. 11. c. 2.  
Scripturae sanctae antiquae per aduentum Christi illuminatae fuerunt, p. 150. c. 2.  
Scripturae sanctae quae fide sint legendae, ne in periculosos errores labamur, p. 187. c. 1.  
Scripturae sacrae non sunt legendae in ecclesia communi idiomate, in haereticos, p. 204. c. 1.  
Scripturae sanctae non sunt ab omnibus, praesertim à uulgo tractandae, p. 393. c. 1. & 2.  
Scripturae quo pacto continent omnia necessaria ad salutem, p. 413. c. 1.  
Scripturarum quana sit conueniens interpretatio, p. 603. c. 2.  
Scripturarum lectio cum fide mirifice animam nutrit, p. 607. c. 2.  
Scripturarum sanctarum interpretatio praeponeatur dono linguarum, p. 203. c. 1. & 2. & p. 204. c. 1. & 2.  
Scripturarum sanctarum interpretatio propria est fidelium, p. 204. c. 2.  
Scripturarum sanctarum cognitio edificat intelligentem, p. 204. c. 1. & 2.  
Scripturarum mysticus sensus plurimi faciendus, p. 218. c. 1. & p. 297. c. 1.  
Scripturarum diuersarum sententias quo licet congregare, & in testimonium adducere, p. 236. c. 2.  
Scripturarum praetextu haeretici suos errores defendere nituntur, p. 260. c. 2. & p. 262. c. 2.  
Scripturarum maiestati non conueniebat, ut in nouo testamento cuncta exprimerentur quae debeant obseruari, p. 413. c. 1.  
Scripturarum intelligentia facile se aperit fidelibus, p. 460. c. 2.  
Scripturarum sanctarum excellentia & autoritas, p. 6. c. 1. & p. 132. c. 2.  
Scripturarum firmitatem & illibatam auctoritatem, & quoniam sint, ab ecclesiae auctoritate habemus, p. 6. c. 1. & p. 279. c. 1.  
Scripturarum sanctarum cum charitate mutua collatio multum consolationis affert, p. 13. c. 2. & p. 132. c. 1.  
Scripturarum ueteris testamenti utilitas ostenditur, p. 186. c. 1. & p. 460. c. 2.  
Scripturarum uita interpretatio est uita sanctorum, p. 181. c. 1.





p.191.c.1. & p.383.c.2.  
 Scripturarum quidam interpretes duobus modis cōtra-  
 riijs aberrant, p.203.c.2.  
 Scripturarum literis non sunt om̄issa om̄nia, quae in eccle-  
 sia seruantur, p.63.c.2. & p.196.c.1. & p.413.c.1.  
 Scripturarum appellatione intelligitur quandoque uox  
 Dei, p.99.c.1.  
 Scripturas abundantissime citant pleriq; ut eruditi apud  
 uulgus uideantur, ibid.  
 Scripturas approbare uel improbare, atq; illas cum aucto-  
 ritate interpretari, est Romani Pontificis proprium,  
 p.179.c.1.  
 Scripturas interpretari deditantur quidam, p.199.c.2.

SECVLVM.

Seculum quot modis accipitur, p.20. & p.424.c.1.  
 & p.113.c.2. & p.260.c.1. & p.319.c.1.  
 Seculi huius filij dicuntur qui non sunt in Christo, p.260.  
 c.1. & p.319.c.1.

SEMEN.

Semen Abrahae Christus principaliter, p.90. & p.  
 288.c.2. & p.289.c.1.  
 Semine Abrahae comprehenduntur solummodo qui Chri-  
 sti fidem recipiunt, p.90. & p.91.c.2. & p.293.c.1.

SERVVS & SERUITVS.

Seruus hominum fit qui non potest ferre iniuriam, quin eā  
 nō uindictet, p.166.c.1.  
 Seruus quo pacto tenetur obedire domino suo, p.344.c.1.  
 Seruitus mala, & seruitus bona, p.301.c.1.  
 Seruitus Christiani uera est libertas, p.3.c.2. & p.63.  
 c.2. & p.301.c.1.  
 Seruitus quaedā est matrimonij, p.174.c.1. et p.175.c.2.  
 Seruitutis diuersa genera explicatur, p.3.c.1. et 2.  
 Seruitute non omnino liberantur Christiani, sed à modo  
 seruiendi: contra Lutheranos, p.66.c.2. & p.301.c.1.

SOMNVS.

Somnus saepe pro morte, quandoq; etiā pro ocio & negli-  
 gentia capitur, p.123.c.2.

SPEŠ.

Spes est arduorum & difficultium, p.512.c.2.  
 Spes iustorum de salute sua unde oriatur, p.51.c.2. & p.  
 52. & p.116. & p.132. & p.133.c.1.  
 Spes iustorū inuitur operibus bonis, p.51.c.2. & p.52.  
 & p.132. & p.133.c.1. & p.374. & p.584.c.2.  
 Spes uera & uiua quae nō confundit, & quae cōmendatur  
 in scripturis, describitur, p.52. & p.133.c.1.  
 Spes uera & theologica est eorum quae non uidentur,  
 p.82. & p.281.c.2.  
 Spes aliquando accipitur pro obiecto sperato, p.82.c.2.  
 Spes uiua non potest inesse Lutheranis, p.83.c.1.  
 Spes sanctorum uirorum cōfirmatur consideratione praē-  
 teriti auxiliij à Deo iam habiti, p.219.c.2.  
 Spe, non re salui facti sumus in hac uita, p.14. et p.51.c.2.

SPIRITVS.

Spiritus sanctus probatur Deus, p.151.c.2. & p.167.  
 c.1. & p.509.c.2.  
 Spiritus sanctus procedit à Patre & à Filio, p.78.c.1.  
 Spiritus amoris & libertatis est proprius Christianorū,  
 p.78. ibid.  
 Spiritus sanctus duo contestatur spiritui eorum, in quibus  
 habitat, p.79.c.1.  
 Spiritus sanctus quo pacto in orationibus adiuuat infirmi-  
 tatem nostram, p.83.c.1. & p.84.c.1.  
 Spiritus sanctus habet suam eloquentiam, p.153.c.2.

Spiritus sanctus quo modo dicatur esse in nobis, p.167.c.1.  
 Spiritus sanctus est nexus & amor reciprocus Patris &  
 Filij, p.218.c.2.  
 Spiritus sanctus ducit hominem ad bonum tum praecipien-  
 do, tum consilia dando, p.302.c.1.  
 Spiritus sanctus quos fructus parit, p.302.c.2.  
 Spiritus sanctus quo modo contristetur propter peccata,  
 p.335.c.2.  
 Spiritus timoris & seruitutis proprius erat eorum qui  
 sub lege erant, p.78.c.2.  
 Spiritus ardoris & zeli pro Dei gloria non est omnium,  
 p.108.c.2.  
 Spiritus soporis & spiritus compunctionis effectus,  
 p.109.c.2.

Spirituū probandorū doctrina traditur, p.403.c.1. & 2.  
 Spiritum sanctitatis praecipuum, unde certa salus contin-  
 git, Deus donauit ecclesiae in persona praedestinatorum,  
 p.87.c.1.

Secundū spiritū ambulare, p.73.c.1. & p.301.c.2.  
 In spiritu esse quid significet, p.77.c.2.

SUPERBIA.

Superbia mater haeresum atq; schismatum, p.10.c.1.  
 Superbia quo pacto à charitate uincatur, p.117.c.2.

SYNAGOGA.

Synagoga ualde dicitur, p.151.c.1.  
 Synagoga figurata fuit in Agar ancilla, p.91.c.1.  
 Synagoga quō meruit expelli cum filijs suis, p.91.c.1.  
 Synagoga Iudeorum erat cum aliquo honore ad se=  
 pulchrum efferenda, p.276.c.2.

T

TEMPLVM.

TEMPLVM Dei uiuum sunt Christiani, p.157.  
 c.1. & p.167.c.1. & p.236.c.2.  
 Templi Dei corruptores, à Deo grauiter pu-  
 nientur, p.157.c.1.

TEMPVS.

Tempus gratiae sub Christo, & noui testamēti dicitur  
 dies azymorum, p.162.c.1.  
 Tempus ante Christi aduentum comparatione temporis  
 praesentis, dicitur nox, p.123.c.2.  
 Tempus post Christi aduentum in carne, comparatione  
 futuri saeculi dicitur proprie diluculum, p.124.c.1.  
 Tempus futuri saeculi proprie dies dicitur, ibid.  
 Tempus huius uitae breue, p.177.c.1.  
 Tempus acceptabile dicitur praesens status gratiae euan-  
 gelij, p.234.c.2.  
 Tempus aduentus Christi ad iudicium, p.407.c.2. & p.  
 408. per totum. & p.409.c.1.  
 Tempus aduentus Christi nō possumus scire, p.412.c.1.  
 Temporis iactura quantum cauenda, p.141.c.1.  
 Temporis nostri aetates sunt obseruandae pro legum &  
 morum conuenientia, p.169.c.1.  
 Tempori se accommodare est magnae uirtutis, p.115.c.2.  
 Tempora saecularia, & tempora aeterna, p.138.c.2.

TENEBRAE.

Tenebrae dicuntur ignorantia & peccatum, p.124.c.1.

TENTATIO.

Tentatio duplex, altera salutaris ad probationem: altera  
 ra ad poenam peccati damnosa, p.186.c.2.  
 Tentatio data in poenam peccati à nullo superari potest,  
 p.186.c.1.

Tentationes

Tentationes oriri sanctis supra uires aliquando permittit  
 Deus, sed per gratiam sustentantur, p.219.c.2.  
 Tentationes quibus remedijs superentur, p.449.c.1.  
 & p.563.c.1.

TERRA.

Terra promissionis promissa Abrahae secundum spiritū  
 fuit Christus, p.48.c.2.  
 Terra uiuentium est Christus, p.89.c.2.  
 Terrae Iudaeae toti fuit praedicatum euangelium, p.106.  
 c.2. & p.107.c.1.  
 Terrae cōbustio & inuolutio, et illius usus qualis, p.494.  
 c.1. & p.612.c.2.

TESTAMENTVM.

Testamentum uetus erat carnale & bonorum praē-  
 sentium, p.89.c.2.  
 Testamentū nouū spirituale, in terra uiuentiū, ibid.  
 Testamentum semel factū nemo potest (excepto testato-  
 re) irritare, p.288.c.1.  
 Testamentum nouum iureiurando fuit confirmatum,  
 p.289.c.1.  
 Testamēti noui minist ratio, est spiritus et iustitia, p.226.  
 c.2. & p.227.c.1.  
 Testamenti noui gloria gloriam ueteris testamenti longē  
 superauit, p.226.c.2. & p.227.c.1.  
 Testamenti ueteris autor cur dicitur Moses, p.289.c.2.  
 Testamēti noui autor dicitur Christus, p.289.c.2.  
 Testamenti noui promissio est caelestis & sempiterna  
 hereditatis, p.289.c.1.  
 Testamenti ueteris mediator fuit Moses, p.291.c.2.  
 Testamenti ueteris & noui collatio ex typo Agar an-  
 cilla, & Sara libera, p.297.c.1. & 2. & p.529.c.2.

TIMOR.

Timor Dei multiplex, p.35.c.2.  
 Timor quem Christianus semper habere debet, quid  
 efficiat, p.586.c.2.  
 Timor Dei uerus non potest inesse homini in puris na-  
 turalibus existentibus, p.35.c.2.  
 Timor Dei sanctus qui permanet in saeculū saeculi, qualis,  
 p.36.c.1.  
 Timor bonus filiorum commendatur, p.238.c.1. & 2.  
 Timor poenae in lege antiqua, p.78.c.2.  
 Timor fugiendae mortis quanta facit homines perpeti,  
 p.88.c.1.  
 Timor sanctus in Christianis esse debet, ne à gratia Chri-  
 sti sua culpa decidant, p.111. & p.186. c.1. & c.2. &  
 p.234.c.2. & p.356.c.2. & seq.  
 Timor ne amittatur gratia Dei, est custos salutis, p.186.  
 c.2. & p.357.c.1.

TRADITIONES.

Traditiones Apostolorū habet ecclesia circa caeremonias,  
 quae in nouo testamento expressae non habentur, p.44.  
 & p.192.c.1. & p.196. & p.413.c.1. & p.490.c.2.  
 Traditiones Apostolorum admittunt dispensationem,  
 p.173.c.2.  
 Traditiones Apostolorum cur seruandae sunt, p.173.c.1.  
 Traditiones ecclesiae commendatur in scripturis noui te-  
 stamenti, p.266.c.2. & p.413.c.1.  
 Traditiones non sunt temere respuendae, p.266.c.2. et seq.  
 Traditiones S. Patrum spernunt hereticae, p.267.c.1. & p.  
 379. & p.397.c.2.  
 Traditiones ecclesiae negans, etiam scripturam ipsam in du-  
 bium uertit, p.397.c.2.  
 Traditionum necessitas, p.413.c.1.

Traditionum autoritas quā sit ueneranda, p.397.c.2.  
 Traditionum autoritate sublata, omnia incerta rema-  
 nent, p.397.c.2.  
 Traditionum ecclesiasticarum institutio non est homi-  
 num, in blasphemos hereticos, p.397.c.2. & p.398.  
 & p.413.c.1.

TRIBVLATIO.

Tribulationes reddunt hominem iam iustum, magis  
 adhuc aptū ad recipiendum auxilium Dei, p.249.c.1.

TRINITAS.

Trinitas personarum in diuinis ostenditur, p.256.c.2.  
 Trinitatis opera sunt inuidua, p.259.c.1.

TRISTITIA.

Tristitia cordis potest cadere in hominem perfectum, con-  
 tra Stoicos, p.89.c.1.  
 Tristitia perfecta & dolor non est in hominibus iustis,  
 p.235.c.2.  
 Tristitia quae parit poenitentiam ad salutem commēdatur,  
 p.238.c.1.

V

VAS & VASA.

VASA in contumeliam non facit Deus, sed ipsi  
 peccando faciūt se tales, p.99.c.2. & p.100.c.1.  
 & p.457.c.2.

Vasa misericordiae preparatur à Deo ad gloriā, p.100.c.1.

VELAMEN.

Velamē quod Moses ponebat super faciem suam, quid  
 Iudaeis indicabat, p.227.c.1.  
 Velamen sacrum sacris uirginibus dari solitum, quid si-  
 gnificet, p.190.c.2.  
 Velamen super capita sua prophetando & orando qui-  
 nam ponere solebant, p.190.c.1.  
 Velamē super caput mulieris quid significet, p.190.c.1.  
 Velamen super capita sua congruē adhuc ponunt Iudaei  
 increduli dum orant, p.190.c.1. & p.227.c.2.

VERITAS.

Veritas Dei quo pacto in mendacio cōmutetur, p.20.c.1.  
 Veritas Dei pro fidelitate seruandarum promissionum,  
 quandoq; accipitur, p.33. & p.132.c.2.  
 Veritas Dei quō abundat in mendacio nostro, p.33.c.2.  
 Veritas semper omnibus anteponenda, p.142.c.1.  
 Veritas Christi displicet mundo, p.264.c.1.  
 Veritatem dicere in Christo Iesu, quid, p.88.c.2.  
 Veritatem dicere & facere, non idem, p.618.c.2.

VIA.

Via ad quarendum Deum, duplex, p.146. & p.147.c.2.  
 In uia Dei non proficere quā sit periculosum, p.350.c.2.

VIDUITAS.

Viduitas praefertur matrimonio à B. Paulo, p.172.  
 c.1. & p.179.c.1.  
 Viduitas uoto perficietur, p.443.c.2.  
 Viduitatem profitentes mulieres quid praestare debeant,  
 p.444.c.1.  
 Viduitatem suadet B. Paulus, potius quā matrimonij,  
 p.179.c.1.

VIGILANTIA.

Vigilantia, praecipuum utilissimum, nec ab resapius  
 repetitum, p.216.c.2.  
 Vigilantiam in euangelio Christus sepiissime cōmendauit,  
 p.401.c.2.  
 Vigilantiam requirit prouidentia salutis nostrae ad resistē-  
 dum

dum diabolicis tentationibus, p. 597. c. 1. & seq.  
**VIRGO & VIRGINITAS.**  
 Virgo Christi dicitur facta corpore & spiritu, p. 177. c. 2.  
 Virgo per sacrū uelamē quid profiteatur, p. 190. c. 2.  
 Virginitatis status in iuuenibus, sicut uiduitatis in uetulis, p. 445. c. 1.  
 Virginitatis uotum indicatur, p. 173. c. 1.  
 Virginitatem suadet B. Paulus potius quā matrimonium, p. 176. c. 2.  
 Virginitatē oderunt heretici, p. 176. c. 2.  
**VIRTUS.**  
 Virtus Dei per euangelium quibus, quō, et quando ad salutem obuēniat, p. 14. c. 2.  
 Virtus crucis Christi ad confundendam mundi sapiētiam in rebus abiectis posita, p. 145. c. 1.  
 Virtus sapientie Dei in mysterio abscondita, p. 150. c. 2.  
 Virtus & laus uiuē fidei, p. 634. c. 1. & 2.  
 Virtus Christi quō in infirmitate perficitur, p. 249. c. 1.  
**VITA.**  
 Vita nostra in Christo est abscondita, licet interim fidei oculo uideatur, p. 384. c. 2.  
 Vita eterna indignum se constituit, qui in ipsius uitā autorem & datorem credere renuit, p. 282. c. 2.  
 Vita eterna nobis in manibus Angelorum promissa ante tempora secularia, p. 454. c. 1.  
 Vita eterna queritur & redditur bonis operibus, contra Lutheranos, p. 23. & p. 24. c. 2. & p. 25. c. 1. & 2. & p. 89. c. 2. & p. 305. c. 1. per totum & p. 451. c. 2.  
 Vita eterna tribus bonis potissimū perficitur, p. 23. c. 2.  
 Vita incipientium in uia spiritali, quo discretionis ordine dirigenda, p. 622. c. 2.  
 Vita eterna perseuerantibus usq; in finem in bonis operibus redditur, p. 25. & p. 294. c. 2. & p. 305. & p. 462. c. 1. & seq.  
 Vita cælebs ad perfectionem & strictiorem cū Deo adhesionem, quantum conferat, p. 168. c. 1.  
 Vita eterna cur nobis dari non debuit nisi primū laborantibus in fide, spe, & claritate, p. 82. & p. 83. c. 2.  
 Vita eterna quomodo dici potest & donū esse, & premium, p. 64. c. 2. & p. 50. c. 1.  
 Vita eterna aliquo nostro certamine per Dei gratiam longē pulchrius & gloriosius cōparatur, quā si gratis illā acciperemus: & hac uia uerius illustratur Christi gloria: in hereticos, p. 585. c. 1.  
 Vita eterna ob infirmitatem nostram, non potest à nobis ut dignum esset, desiderari, p. 83. c. 1. & 2.  
 Vita eterna nobis promissa est, data interim charitate pro arrha & pignore, p. 94. c. 2.  
 Vita eterna indistinctē promittitur omnibus sacramentū Eucharistia non indigne sumentibus, p. 54. c. 2. arg. 18.  
 Vita eterna in cælis homini parata, est omnino supra fines nature eius, p. 82. c. 2.  
 Vita eterna datur in premium iustitiæ quæ est ex fide IESV Christi, p. 102. c. 2.  
 Vita predicatorum quā pura esse debeat ab omni crimine, & sermo ab affectatione, p. 134. c. 1.  
 Vita eterna latroni à Christo non sine aliquibus operibus promissa, p. 26. c. 1.  
 Vita recentium hereticorū ad uiuum à B. Iuda Apostolo expressa, p. 645. c. 2.  
**VOCATIO.**  
 Vocatio B. Pauli ad Apostolatū fuit à Deo, nō à seipso, contra hereticos, p. 4. c. 2.

Vocatio Christianorum in libertatē, quānam sit: & quā impudenter heretici in carnē transferāt, p. 300. c. 1. et 2.  
 Vocatio Dei prima ad salutem non potest esse ex meritis, sed tātum ex dono, p. 112. c. 1. & p. 267. c. 1.  
 Vocatio omnium hominum ex parte Dei ad dandam salutem ostenditur, & non prædestinatorū, iuxta sensum parabole decem talentorum, p. 93. c. 2. & 97. c. 1. p. 313. c. 1.  
 Vocatio electorum specialis & secundum Dei propositum efficacis, p. 84. c. 2. & p. 85. c. 1. & p. 86. c. 1.  
 Vocatio prædestinatorum tam potens est, ut nihil ei resistere possit, p. 86. c. 1.  
 Vocacionis suæ statu unusquisq; contentus esse debet, & in eo fructificare Deo, p. 175. c. 1.  
 Vocacionis suæ terminos nemo debet transgredi, p. 114. c. 1.  
 Vocacionem nullam à Deo habens nō præsumat fungi officio in ecclesia, p. 4. c. 2. & p. 106. c. 1. & p. 114. c. 1. & p. 151. c. 1. & p. 205. c. 2.  
 Vocaciones multæ sunt ad diuersa officia in ecclesia, p. 86. c. 1.  
 Vocaciones uariæ sunt et multiplices ad uarios uiuendi statum in Christo, p. 175. c. 1.  
 Vocaciones Dei in ecclesia primitiua, longē magis quā nunc efficaces, p. 175. c. 1.

**VOLVNTAS.**

Voluntas Dei quam fieri petimus in oratione dominica, qualis, p. 113. c. 2.  
 Voluntas hominis censetur totus homo, p. 63. c. 1. & p. 113. c. 1.  
 Voluntatē Dei quando uerē dicatur probare Christianus homo, p. 113. c. 2.  
 Voluntatem suā integrē debet homo sacrificare ac deuouere Deo, p. 113. c. 1.

**VOTVM.**

Votum castitatis emittē non est à ratione alienum, nec seruare impossibile, cōtra hereticos, p. 170. c. 2. et 171. c. 1.  
 Votum perpetuæ castitatis conuenientissimē uouere debent sacerdotes, p. 171. c. 1.  
 Votum Virginitatis commendatur, p. 178. c. 1.  
 Vota castitatis & paupertatis & obedientie instituit ipsemet Christus, p. 170. c. 2.  
 Vota monastica commendatur, p. 239. c. 2.  
 Vota monastica esse recentem quandam Monachorum inuentionē callidē in uulgus sparserāt heretici, p. 170. c. 2.  
 Vota regulariū nudis uerbis damnāt Lutheri, p. 267. c. 1.  
 Vota augent rationem meriti, p. 444. c. 2.

**VVLGVVS.**

Vulgus iniquē peccata hominum transfert in leges ipsas, p. 31. c. 1. & p. 164. c. 2.  
 Vulgus temerē & falso ait primam charitatem incipere à seipso, p. 89. c. 1.

**Z**


**ZELVS.**

Zelotes Deus cur dicatur, p. 574. c. 2.  
 Zelus quo prouocatus Deus contemptores tandem subsannabit, p. 542. c. 2.  
 Zelus animarum magnum sacrificium, p. 184. c. 1.  
 Zelus amantium proprius, p. 107. c. 1. & 2.  
 Zelus B. Pauli pro salute animarū, p. 184. c. 1. & p. 189. c. 1. & p. 245. c. 2. & p. 247. c. 2.  
 Zelus magnus pro religione non est omnium, p. 108. c. 2.  
 Zelum Dei habet aliqui, sed nō secundū sciētiam, p. 102. c. 1.

**FINIS.**

COMMENTARIA EIVSDEM IN  
 EPISTOLAM BEATI PAULI

AD ROMANOS.



**D**AVLVVS seruus IESV CHRISTI, uocatus Apostolus, segregatus in euangeliū Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex femine Dauid secundum carnē, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundū spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorū IESV CHRISTI domini nostri, per quem accepimus gratiā et apostolatū ad obediendum fidei in omnibus gētibus pro nomine eius, in quibus estis & uos uocati IESV CHRISTI: omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, uocatis sanctis, gratia uobis et pax à Deo Patre, & domino nostro IESV CHRISTO.



Ntequā ad horum uerborum interpretationem accedamus, nō infructuosē queritur ratio, cur hæc epistola cæteris omnibus antepositur, cum constet eam nonnullis alijs eiusdem autoris posteriorem fuisse, nec tamen sine Spiritus sancti suggestionē sic esse ordinatas credibile est. Dicimus ergo quod ordo temporis, quo scriptæ sunt, non erat idonea ratio ad constituendum epistolarū ordinem, ut iuxta illius temporis ordinem aptarentur. Nihil enim inde scientiæ, nihil doctrinæ hauriretur: sed magis dignitatis ordo, ordo doctrinæ, ordo deniq; congruentiæ, quæ ex alia maiori causa oritur, attendi debuit. Diximus igitur primū, dignitatis ordinem hoc postulare. Ecclesia enim sancta Spiritu sancto edocta atq; instructa, postquā iam erant Iudei reprobati, et primogeniturā amiserant, & ad Gentes uerbum Dei iam erat translātū, inter epistolas, quas ad septem Gentiū ecclesias scribit Apostolus, illam meritō censuit præponendam, quæ ad Romanā ecclesiam dirigebatur, propter summam dignitatem illius Urbis & autoritatē, ut quæ diuina prouidentia decreta erat caput omnium ecclesiarum, ac totius orbis, ubi sedem suam Dominus, & doctrinæ cathedrā iam collocarat, unde haurire omnes atq; excipere deberent à Petri ore rectam fidei confessionem. Quæ admodum igitur hæc propter dignitatem omnibus præfertur, ita illa quæ ad Hebræos propter indignitatē ultimum sibi locum uendicat: quā interim sprete sunt Iudæi atq; neglecti, donec Gentium intret plenitudo. Nam tū demum & ipsi reuertentur, & ueritatem agnoscent. Vnde iure à septem ecclesijs præceduntur, in quibus septem ecclesijs significatur Gentium

plenitudo, quæ Spiritum sanctum primō debuit accipere, & exinde saluum fieri Israel, qui Spiritus hoc septenario numero, propter illius septem distincta dona, significatur. Quapropter & B. Ioannes suam Apocalypsim ad septem ecclesias Asiæ mittit, ut Iudæi intelligantur exclusi, quos ita in hoc epistolarum ordine negligit Spiritus sanctus, ut etiam præcedant illorum epistolam, personarū epistolæ, etiam quæ ad Philemonem priuatum hominem scribitur: quā ipsi Spiritus sanctus contristarunt, seseq; indignos constituerunt salutis æternæ usq; ad ultimū temporis. Itaq; dignitatis ordo & autoritatis primūm posuit, ut hæc epistola alias omnes anteiret.

Fauit et ordo doctrinæ, utpote quæ prima fidei nostræ tradat fundamenta, scilicet uidelicet hominis in natura, lege, & gratia: in qua quidem diuersorum statuum notitia ferē uniuersa theologia consistit, & Dei notitia simul & nostri: quod est unicum ac certum salutis nostræ principium & radix. Vnde præclara illa & nunquam fatis laudata. B. Augustini sententia. Nouerim me, inquit, nouerim te, oratum est.

Ordo deniq; congruentiæ idem requirebat. Erat enim primū ipse B. Paulus ciuis Romanus, ex Tharso Cilicię oriundus, cuius loci ciues, ipsorum Romanorū beneficio, Romani quoq; ciues effecti erant. Nihil ergo mirum si hoc Spiritus intendit, ut homo Romanus doctrina sua primū Romanos curet instituendos, quibus & proprium dedit sanguinē, quo in ea Urbe fuso compleuit suum testimonium. Adde quod ipse idem Apostolus doctor Gētium fuit à Spiritu sancto ordinatus. Gentium ergo caput, quod erat Roma, præhonorari debuit. Quāobrem congruum fuit, ut & Romani primi de uerbo salutis, et de præceptoris sui doctrina gauderent.

Nec uerò existimandum est parum referre in scripturarum collocatione, quem quæq; locum obtineat. Id enim D. Hieronymus intelligens, uehementer in eos indignatur, qui B. Petri epistolas, epistolę B. Iacobi præponere de proprio sensu, & contra ordinem ab ecclesia Dei præstitutum, tentarunt. Quocirca non immeritō quidam Erasmus notarunt, qui & hunc ordinem peruertere molitus est, præferens B. Petri epistolam illi, quæ est B. Iacobi, licet ipse more suo, tanquā calumniam, hanc accusationem reiiciat. Cum autem omnis epistola de more præferre titulum soleat ante tractatum, hæc autem præcipuē titulum habeat plenum, & ex omni parte perfectū, libuit super eo paulō accuratius contemplari. Lector attende.

**P**aulus seruus IESV CHRISTI, uocatus Apostolus. etc. Tria sunt, quibus titulus perficitur. Notificatio personæ scribentis. Notificatio eorū ad quos scribitur: & Salutatio. Quā uerò personæ notificatio

Quod epistola ad Roma. tradat fidei fundamenta, & que sint illa.

Quomodo Paulus erat ciuis Romanus.

Cur epistola ad Rom. ceteris in ordine anteponatur.

Pro dignitate Rom. ecclesie

Cur epistola ad Hebræos ceteris postponatur.



notificatio à tribus principaliter fit, videlicet à nomine proprio: deinde à fratre: tertio ab officio, hæc tria pulchrè in hoc titulo licet inspicere. ait ergo: *Paulus*. Ecce nomen. deinde addit: *seruus IESV CHRISTI*. Ecce status. adiungit: *uocatus Apostolus*. Ecce officium. Sed de ipso quidem nomine duo non frustra, neq; infructuose quærentur, tametsi quidam morosi, parumq; in sacra lectione uersati, hæc tanquam superflua fastidiant. Primum est, quo tempore nomen hoc fuerit illi impositum, ut Paulus uocaretur, cum scripturæ illum, antequam eius narretur conuersio, Saulum nominent. Non desunt pleriq; qui asseuerant illum ab initio fuisse binomium, ut tanquam Hebræus Hæbreo nomine; Saulus; uocaretur: Latîno autem & Romano; Paulus; cum esset ipse ciuis Romanus. Possent quidem hæc opinio facillè admitti, nisi scriptura illum à certo quodam tempore Paulum uocare inciperet, antea uerò semper Saulum. Sicut enim Abraham, qui primò Abram dictus est, ex eo quòd & nomen mutatum fuit, uocatus est Abraham, & non antè: ita uidetur de ipso Paulo conueniens, ut ex eo tempore nomen illud acceperit, ex quo cœpit eo nomine uocari, non antè. Non igitur ab initio fuit illi nomen; Paulus. Quamobrem summus pontifex Damasus, qui & uersibus eius honorauit sepulchrum, ut Romæ legebatur, putauit à die sui baptismatis sic illum fuisse nominatum. Verùm huic opinioni similiter obstat, quòd multo tempore post baptismum semper Saulus, nunq; Paulus uocatus est. Itaq; D. Hieronymus in ea fuit sententiâ, ut existimaret ab illius Pauli Sergij proconsulis insigni conuersione nomen illud fuisse comparatum: quod & B. Augustinus probauit aliquando, tametsi non in hoc acquieuerit, sed alibi aliter scripserit.

Verùm si in gratiam ueritatis disserter conce ditur, præposterum omninò uidetur, eum qui excel lar, à minore nomen honoris accipere. Nam uter (quæso) maior, Paulus Apostolus IESV CHRISTI, an uerò Paulus proconsul? Quis præstan tior, qui conuertit, an qui conuertitur? Nomina enim & insignia homines obscuro à claris nobilibusq; uiris sibi quærere solent, non è diuerso. Prætereà & illud ualde refragatur, quòd & scri ptura ante conuersionem illius Proconsulis, Pau lum appellauerit. Quare perspicuum est, prius quam ad fidem uenisset Paulus Sergius, Apосто lum nostrum Pauli nomine appellatum fuisse. Ait enim scriptura de illo Sergio, quòd iussit accersiri Paulum, & Barnabam. Quamobrem ego existimo tunc illi mutatum fuisse nomen, quando ille in Apostolatam fuit solemniter per orationes, & ieiunia, et manuum impositiones as sumptus cum Barnaba, & segregatus ad Gentes. Non enim fuit à principio in facie ecclesiæ mis sus à CHRISTO, sed postmodo Spiritus sancti iussu declaratus fuit, & segregatus in Gentes. Et meritò quidem tunc accepit nominis mutatio nem: nam factus est quodam modo alius, & mu tatus de terra in cœlum. Ob eam causam non au-

det Propheta uocare Apostolos terræ nomine, sed cœlorum, aiens. Cœli enarrant gloriam Dei. Quare et Petro dedit hoc nomen Dñs, ut Petrus uocaretur, nimirum cum in apostolicum gradum euegit illum, ut est apud Marc. 3. c. et si aliter B. Chrysostomus, et Augustinus aliquando existi mauerint, quos prior dixit hoc illi nomen im po situm fuisse à Dño, cum dixit ei: Tu uocaberis Ceph as; alter uero tunc, cum fuit illi dictum: Tu es Petrus, & super hanc petra edificabo ecclesiam meam. Sed B. Marcus euangelista dirimit quæ sionem, & id quod dicimus probat. Similiter enim & filios Zebbedæi tunc alio nomine ho norauit, quando designauit Apostolos. Hinc mos inualuit, ut culmen Apostolicum conscen dentes, uidelicet Beatissimi Papæ, urbis Romæ Episcopi, nomen mutet, cum (ut ipsi loquuntur) intronizantur. Verum in B. Paulo mutandi nomi nis etiam alia fuit ratio. Vocabatur enim antea Saulus, quòd est nomen Hebræum, Gentibus ipsis parum admodum plausibile. Nam Gentes ue tere odio Hebræos, quasi prorsus superstitiosos ac superbos, prosequabantur, ut qui à ritibus cul tuq; quæ suis idolis exhibebant, longissimè rece derent. Debit igitur nomen Gentibus nō odio sum, sed iucundum, sibi asciscere, quum ipse doctor Gentium à Deo eligeretur. Fuit porro in promptu, ut illi Romanum nomen imponeretur, cum (ut diximus) ciuis Romanus esset, & Roma caput Gentium: ex quo nomine facillè sibi aditum ad maiorem gratiam conciliaret. Siquidem Paulus propriè Romanum nomen est ac celebre, pro pter insignes uiros, qui eo nomine sunt uocati.

Quòd uerò hoc nomine; Paulus; uocaretur, ualde insuper & per omnia congruit primi status sui mutationi, ob singularem, excellentem, & mi rificam conuersionem suam. Conuersio enim quæ uera est & solida, animi disiectio nem summis sio nemq; requirere consueuit, ut is qui conuertitur, paruulus fiat, & modicus in oculis suis, dicente Domino: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœ lorum. Debent enim quicumq; CHRISTVM Dominum profiterentur, paruuli simplicitatē in duere, sicut ipsemet Paulus ait. Malitia paruuli estote. Et B. Petrus: Quasi modo geniti infantes lac rationale & sine dolo concupiscite. Et quid (obsecro) discriminis statueretur, si loco eius quod dixit Dominus; paruulus; substitueretur, Paulus, & diceremus: Nisi efficiamini sicut Pau lus iste? Qui certè typus fuit, et uerum exemplum omnium, qui sincerè ad Deum conuertuntur. Vera enim conuersio in illo uerbo inspicitur, quod prostratus ipse ex toto corde protulit. Quid me uis facere? Et uide quàm congruè (ut perfectam omninò conuersionem agnoscas) de Saulo factus est Paulus, idest, de lupo ouis, de inquieto quietus. Nam Paulus, si græcum ethy mon respiciamus, quietum significat, ἀπό τῆς πᾶνλης, quod est quies. Saulus uerò inquietum, ἀπό τῆς σαλεύειν, quod est quatere, commouere, coagitare, fluctuare. Factus est item de dissipatore,

Cur & quomodo mutatum fuit nomen Petro.

In audaciam nouorum magistrorum.

De dignitate Christiani status, & nobilitate seruitutis.

Gen. 25.

De miranda conuersione nominis Pauli.

De eximia ac mirifica Apłi conuersione.

Matth. 18.

2. Cor. 14. 1. Pet. 1.

Quando, et quare mutatum fuerit nomen Apostolo, ut Paulus uocaretur.

Actuum. 13.

Cur mutatum fuerit nomen Apostolo.

torè & destructore, ædificator & operator ecclesiæ, qui ut sapiens archytecus fundamentum posuit, & plus cæteris omnibus laborauit: cui rei conuenit similiter hoc nomen; Paulus; si ethymo logia ab hebraico uerbo; Paal; quod est operor, recipiatur. Aliqui aiunt Paulum hebraicè signifi care; os tubæ. Quæ res etiam illi uehementer quad rat. Nam per illius os, quasi per Spiritus sancti tubam, Dominus ubiq; terrarum euangelium personuit. Hæc de nomine Pauli.

Seruus IESV CHRISTI. Hic à statu se notum facit, quoniam seruum se proficitur, sed IESV CHRISTI. Miror aut hoc in loco Caluini hæreti ci temeritatem, qui solus audet mutare hanc uocem, seruus IESV CHRISTI: Et eius loco supponit, minister CHRISTI. Quid hinc prudens uir sentiat de eiusmodi hominibus, nisi eos esse aman tes nouitatum absq; ullo fructu: Certè græcè legi tur δούλος, idest, seruus, & IESV CHRISTI non CHRISTI. Sed mittamus rem non dignam uel cogitatione, & sensum Apostolicum inuestigemus. Dixit quidam ex Iurisconsultis. Deterrima est con ditio seruitutis, quæ est maxima capitis diminu tio apud Iurisperitos. Vnde & in Esau status infe rior designatus est per hoc, quod dictum est. Ma ior seruiet minori: Tamen ut plenius hæc intelli gat is, qui ignorat. Sciendum est, quod ille propriè di citur seruus, quicumq; non sui, sed alterius gratia est, ut ait Philosophus. Naturaliter ergo quicumq; alio indiget, eius quoddam modo seruus est. Cum aut nulla creatura sit sibi ipsi sufficiens, sed alia in digeat, maxime autè Dei beneficijs foueri (solus enim Deus nullius eget) relinquitur, nihil præter Deum, qui summè liber est, uera & summa liber tate potiri posse, ut nulli seruiat. Ait creatura de Deo. Bonorū meorū non indiges. et: Oia seruiūt tibi. Porro creaturarum quæ deo seruiunt, aliæ quidam naturali instinctu ei seruiunt: aliæ uerò èt uoluntate. De prioribus tractare non est præsen tis instituti. Earum ergo quæ uoluntate seruiunt, quædam quidem liberè: quædam uerò coactè ser uiunt. Quæ uerò coactè seruire, poenam habent quia quod nobis charissimum est opprimunt, nempe ipsa libertas, quam mirum in modum di ligimus, idè huiusmodi coacta libertas, quæ in seruitutem redacta est (ut sic) miseriam habet. Pau lus uerò noster non coactè, sed liberè seruus erat.

Amplius, Earū quæ seruiunt uoluntate non coactè, quædam quidè seruiunt superiori, cui pa rere debent, ut natura poscit & ratio: Quædam uerò inferiori, & innaturaliter, & propter culpā. Et prima quidè seruitus nihil miseri habet: at secun da prorsus est miserissima. Verbi gratia. Si pecca to seruias, si Diabolo, si contra Deū facis, et con tra rationem: quoniam subdis te inferiori atq; indi gniori te, & a debita erga superiorem seruitute te subtrahis, miserissima hæc prorsus seruitus est, eoq; futura miserior, quò magis spontanea fue rit. Seruire igitur IESV CHRISTO sponte, quia non innaturale est, sed secundum Deum & ratio nem, non solum non est miserum, sed ualde bea tum, & eò beatius, quò magis spontaneum. Ipse

enim nos iure possidet, qui nos pretio magno (ut ait Paulus) redemit. Empti estis, inquit, pretio ma gno, & non estis uestri. Imò per hanc seruitutem in illum, liberati sumus ab illa miserissima atq; indi gnissima seruitute, quæ erat peccati, & Diaboli, sicut ius erat ob culpā nostram. Vnde scriptum est. A quo quis superatus est, eius et seruus est. et: Qui facit peccatum, seruus est peccati. & rursum ibidem. Si Filius uos liberauerit, uerè liberi eritis. Ergo in conditione, in qua est creatura, cum ne queat summa esse libertas, tunc non esse seruitus dicitur, sed libertas, quæ nulli rei quæ sit infra nos, aut etiam æqualis nobis, subijcitur. Talis aut est qui CHRISTI seruus est, qui uincit mundum, et nulli subiectus est, nisi Deo, & hoc libenter. Nam si cuiq; alij subditus est, propter Deum subditus est, ideo reuera potius ipsi Deo. Vnde duo, quæ onerosam admodum miseriamq; faciunt seruitu tem, et illa in primis cuius deterrima est conditio, in hoc seruitutis genere locum minime habent, coactio, uidelicet, & innaturalitas, ut quum quis seruit inferiori, aut pariam hoc innaturale est.

Accedunt ad hanc nobilem seruitutem etiam dignitates. Nam qui sic seruiunt, non solum libe ri (ut dictum est) facti sunt ab inferioribus, et æqua libus, sed etiam domini inferiorū: ut propterea il lud uerum esse experiatur. Seruire Deo, regnare est: & amplius, efficiuntur amici Dei, & filij. Vnde dixit Dominus. Iam non dicam uos seruos, sed amicos. Et cum simus per eius spūm adoptati in filios Dei uiui, rectè filij Dei et nominamur, & su mus. Sic ergo & ipsemet CHRISTVS uocatus est seruus, de quo scriptum est. Ecce seruus meus quem elegi: qui tamen omnium erat liberrimus, utpote dilectionis Filius. Per hæc ergo non deter rimam, sed optimam pulcherrimam, foelicissimam, ingenuissimamq; seruitutis conditionem, seipsum facit nobis notum Apostolus, & insinuat: qui & alibi de seipso testatur his uerbis. Vos scitis à pri ma die, qualiter fuerim uobiscum per omne tem pus, seruens Domino cum omni humilitate, et la chrimis, & tentationibus &c.

Dignitas ergo huius seruitutis elicitur à perso na, cui seruitur, nimirum IESV CHRISTI, cuius se seruum proficitur, & ex quo talis seruitus magno honore digna habetur, quæ his nomi nibus accipienda est, IESVS, & CHRISTVS: quæ sunt nomina magni ponderis. Nā IESVS, idest, Saluator, cælestis nomen est, ab Angelo prius uo catum, quàm conciperetur, conuenientissimum quidem operi quod perfecit: quia operatus est nobis salutem in medio terræ. Et quidè hoc con gruentissime, ut per quem factus erat mundus in prima conditione per sapiētiam atq; omnipoten tiam, per eundem repararetur per insipientiam & infirmitatē, quæ à summo organos amo re processit. Illa nauq; sua insipientia atq; infir mitate, delicta à nobis nostra abstulit, & in se tran stulit puniēda. Vnde & ipsemet ait: Deus tu fcis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Non erubescant in me, qui ex pectant te Domine, Domine uirtutum. Non

1. Cor. 6.

2. Pet. 2. Ioan. 8.

Christiana seruitus uera est libertas.

Ioan. 13.

Isa. 42.

Act. 2.

De nomine IESV.

Psal. 68.

confundantur super me, qui quærunte te Deus Israel. Quod est dicere. Nemo scandalum patiatur à stultitia Crucis et infirmitate: qui salutem expectant à Domino, requirant illam: quoniam hæc infipientia in illo summam habet sapientiam. Eius enim erat reparare, cuius fuit condere, & non aliterius. Cum ergo per ipsum, & in ipso, & propter ipsum, condita essent à Patre uniuersa, decuit ut & per ipsum, & in ipso, & propter ipsum instaurarentur dilapsa. Quo factum est ut hoc nomen IESVS, merito sit super omne nomen, summaque ueneratione dignum, ut in illo omne genu flectatur. Extrat & iustissimum Pontificis decretum, quomandatur, ut ad hoc nomen, IESVS, omnes inclinarent caput. Verum quam multi sunt, qui irreuerenter et audiunt hoc sanctissimum nomen, & pronunciant? Nonnulli etiam non sine frequenti blasphemia. Neque illud minus Deo displicet, quod plerique hoc sanctissimo nomine abutuntur ad suam hypocrisim contegendam, quales sunt heretici, qui cum nudis uerbis eum sexcentis ferè in una & eadem pagina confiteantur, impietate tamen sua, & professione falsorum dogmatum sunt Antichristi.

De decentia Redemptoris.

Quod nomen IESVS sit uenerandum etiam canonis præcepto.

Hypocrisis hereticorum.

De hoc nomine: Christus, eius significatio.

Isa. 61.

Cant. 1.

Ioan. 1.

Psal. 44.

CHRISTVS Sacerdos, Rex, & Propheta.

Canon 28.

Canon 28.

Canon 28.

Canon 28.

Canon 28.

Canon 28.

ipsi quoque Christi præ alijs appellati sunt, non tam quia typus fuerunt ueri CHRISTI, quam quia participarunt de eius oleo abundius. Vnde & scriptum est. Nolite tangere Christos meos. Et Dauid pepercit Sauli, eò quod esset Christus Domini. CHRISTVS igitur noster fuit eminenter CHRISTVS: quia Pontifex, Rex, & Propheta summus, cuius se Paulus seruum profiteretur, ut hinc statum suæ seruitutis esse optimè declararet: sicut de hmoi seruis Regina Sabba Salomoni dixit. Beati serui tui qui stant coram te, et audiunt sapientiam tuam, etc. Hactenus de statu.

Vocatus Apostolus. Postquam & à nomine, & à statu se iam insinuauit, modo (quod minime præmittendum erat) ab officio declarat, quod erat Apłs. Ait enim, Vocatus, idest, uocatione Apostolus. Non enim sua sponte ausus est hanc rapinam facere, sicut nunc multi faciunt, rapientes ea quæ ad illos minime pertinent. Et quod intolerabilius est, ipsum hoc detestantur, cum ad hæc scripturarum loca descendunt, cum tamen in hæc arrogantissime, & impudentissime committant, ut agnoscere ualeas in eis frontem meretricis: & hoc sanctè iustè, ut damnationem ore proprio consequantur. Sciebat B. Paulus, quod nemo accipere quicquam à seipso potest, nisi fuerit illi datum de celo, ut B. Ioannes baptista prædixerat. Nam & ipsemet dixit. Nec quisquam assumit sibi honorem, nisi is qui uocatus est ut Aaron. Oportebat ergo ad hoc officium per uocationem ascendere. Vnde ait de Apostolis. B. Marcus. Vocauit quos uoluit. Ut intelligeres, quod hæc uocatio non ex meritis, aut dignitate illorum fuit, sed ex mera uoluntate ac dignatione: Et fecit ut essent duodecim. Quo in loco, ut intelligas officij excellentiam, id sonat hæc uox; Apostolus; quod missus. Missio autem dignitatem habet, tum à mittente, tum à re ac negotio, ad quod quisque mittitur. Quare quæ à Deo missio est, illa est digna præ ceteris, quæ non sunt à Deo.

Verum eorum qui missi sunt à Deo, unus excellenter missus fuit à Deo Patre immediatissime, & ille quidem non ad quodlibet ministerium, sed ad summa munera et præstantissima, nempe ad redimendum genus hominum, & legem illi dandam. Hic fuit CHRISTVS filius eius. Iccircò uocatur eminentissime Apostolus ab ipso B. Paulo. Considerate, inquit, Apostolum & pontificem confessionis nostræ IESVM.

Post hunc B. Ioannes Baptista de hominibus insigniter missus est. De quo dicitur. Fuit homo missus à Deo. Sed tamen non fuit CHRISTVS, audiens ipsissimam Patris uocem. Vnde ipse Baptista dixit. Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus Dei filius, qui est sinu Dei Patris, ipse enarrauit. Et ille quidem missus fuit, ut CHRISTVM indicaret, eiusque uiam præpararet, quod fuit magnè & egregium munus, illi datum soli. Vnde et Angelus uocatus est. Post CHRISTVM uerò & B. Ioannem, præ ceteris omnibus electi sunt duodecim principales Apostoli uerbo CHRISTI, ad euangelium propagandum. Hoc enim nomine ipse uocauit illos, ut B. Lucas testatur, licet unus eorum

Psal. 104.

3. Reg. 10.

De uocatione B. Pauli ad Apostolatam contra uocatos hereticos.

Ioan. 3.

Heb. 5.

Marc. 3.

De dignitate Apostolatus, et uaria missionis.

Heb. 3.

Ioan. 1.

Marc. 1.

Luc. 6.

Ioan. 20.  
Marci ult.

Actuum. 9.

De nobili Apostolatu B. Pauli

Act. 13.

2. Cor. 12.

Angelus quid significet.

rum ab hoc munere sua perfidia exciderit Iudas, in cuius locum Matthias subrogatus est: & tunc fuerunt Apostoli uerè, ex quo dictum eis fuit. Sicut misit me uiuens Pater, & ego mitto uos. et iterum. Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Nam antea non habuerunt potestatem prædicandi, nisi in Iudæa: & nec ibi uoluit ab eis predicari se esse CHRISTVM. Itaque uerus eorum apostolatus post resurrectionem incepit, quando in uniuersum orbem missi sunt. Post hanc uerò missionem, fuit illa insignis B. Pauli in apostolatū electio per CHRISTVM, qui dixit. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Cui postmodo & Barnabas adiunctus est per Spiritum sanctum, ut non fuerint in gradu inferiore, quam ceteri per CHRISTVM uocati: quia & in simpliciter Apostoli instituti sunt, de quibus manifestè iussit Spiritus sanctus. Segregate mihi Saul, & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Et cum sacratu esset numerus duodecim, qui uocatus fuit prius, etiam sacratu est numerus quatuordecim postmodo. Nā ille ter quatuor: hic decem & quatuor cōplicitur, ut significetur in utroque numero perfecta euangelij lex & stabilis, tribus finiri uirtutibus, fide, spe, & charitate: & in illa contineri decem præcepta legis, atque perfici.

Tertius ordo est eorum, qui licet ad idem opus missi fuerint à Deo, non immediatè tamen, neque absolute in omnem terram, sed per ipsos Apostolos, eorumque successores: ideo non uendicari sibi hoc nomen absolute, sed cum adiuncto. Vocati sunt enim quidam à B. Paulo, Apostoli ecclesiarum, uidelicet certarum ecclesiarum, ad quas mittebantur. Ut B. Dionysius, Apostolus Galliarum dicitur: et ita de alijs dicendum. Vnde ut ab ijs B. Paulus segregaret Christi Apostolos, idest, illos qui à uoce CHRISTI erant electi, supra modum, idest, eminenter, Apostolos appellauit. Nam horum erat præ ceteris, & principaliter signa facere: quia eorum erat statuere fidem. Vnde B. Paulus qui par illis erat, negat se superatum ab eis in omni patientia, in signis, prodigijs, & uirtutibus.

Extremus ordo (quod pertinet ad missionem) eorum est, quicumque post promulgatum euangelium mittuntur à prælati suis ad exponendum ipsum euangelium, & ad prædicandum, non promulgandum, quales sunt Episcopi, & qui in ecclesijs christianis à præpositis missi concionantur, & agunt Ecclesiasten. Verum hoc nomen nemo, præter primos, potest iure sibi tribuere absolute, ut uocetur Apłs, etsi missi fuerint omnes à Deo. Sicut nec omnes qui nunciant, dicuntur Angeli, sed qui à Deo, et qui de cœlo nunciant, dicuntur Angeli: licet uox ipsa non aliud, quam simpliciter nuncium significet. Scriptura tamen hac uoce, sacerdotes, & insignes aliquos uiros, & præpositos honorat, uocans Angelos, ut apud Malachiã de B. Ioanne Baptista legitur: & de Episcopo septem ecclesiarum, ad quos loquitur Dominus per dilectum discipulum in Apocalypsi. Et idem sententiã est de hac uoce; Euangelista; quæ peculiariter ad eos,

qui euangelia scripserunt, accommodatur: cum tamen et Euangelistæ dici possent plerique alij: & utrunque testatur B. Paulus ad Eph. et ad Timoth. Hic uelim cogitare hereticos (si fieri potest) quibus nā sit qui eos mittat: et cogitare, quod indoctum uulgus possunt quidē fallere, sed non ipsum Deum, nec eos quos edocuerunt scripturæ sanctæ.

Segregatus in euangelium Dei. Qui segregatur, ab aliquo segregatur, cui prius hærebat. A tribus ergo segregatus fuit B. Paulus, ut totus euangelio incumberet. Primum à synagoga Iudæorum: cui prius nimium perniciosè iungebatur. Vnde ipse aiebat. Cum autem placuit ei qui me segregauit ab utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret Filium suum in me, ut euangelizarem illi in gentibus etc. Secundo segregatus fuit à ceteris Apostolis, ut cum Barnaba iret ad Gentes. Sic enim dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Saul, & Barnabam. Tertio segregatus fuit ab omni alio negotio, ut expeditissime legatione euangelica fungeretur: quod ipsemet affirmat his uerbis. Non enim misit me Dominus baptizare, sed euangelizare.

In euangelium Dei. Euangelium est bonum nuncium, quod uenit à Deo benedicto. Et uerè bonum nuncium, à quo tria bona nobis summam afferuntur. Primum est, summi mali depulsio: Alterum, summi boni adeptio: Tertium, modus, quo hæc obtinuimus, summè amabilis atque acceptabilis. Et hinc quam longa tela extendi posset, o bone IESVS, ad uulnerandam tui amore animam piam.

Quod ante promiserat. Ne quid nouum & suspectum uideretur afferre, id primum commemorat, fuisse, scilicet, multo tempore antea promissum. Nā hæc series diuinæ erga ecclesiam prouidentie constantis ab ipsa conditione mundi ad hæc usque tempora, continuis traditionibus, nobis per Patres innotuit. Optimus enim & clementissimus Pater nullum reliquit fluere temporis spacium in orbe terrarum notitia euangelij uacuum. Vnde mysterium ab initio Adæ commendatum est de CHRISTO, & Ecclesia, sicut docet Apostolus ad Ephesios scribens: quanquam reuera antequam ueniret, ac seipsum manifestaret & explicaret, plurimis fuit absconditum, sicut in eadem epistola testatur. Et hoc est quod tenacissimè nos in fide debet retinere constantes, uidelicet ista admirabilis catena temporum, unde & CHRISTVS ab origine mundi, et in quauis ætate notus fuit. Quare Moses. Memento, inquit, dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Hæc si considerassent, non fuissent scandalum passi illi, qui in CHRISTVM obijciabant. Quæ est hæc doctrina noua? Non enim quodcumque est nouum cupiam, nouum est absolute. Hic uerò nota astum hereticorum, qui cum noua quædam obtrudant, non tamen tanquam noua commendant, ne inuidiam ineant, & suspicionem, quod sint nouatores. Aiunt enim sæpenumero: Olim sic erat, mendaciter tamen, & calumniosè, atque cauillosè. Hic obiter admoneo: alibi etiam probò, præcipuè in lib. de consideratione temporum.

Quid euangelista. Arrogantia hereticorum.

De segregatio- ne B. Pauli.

Gal. 1.

1. Cor. 1.  
Euangelium quid, & eius summa utilitas

De promissione Euangelij antiquissima.

Deuter. 32.

Marc. 1.

Astus hereticorum.

**1. Reg. 9.** *Per prophetas suos.* Prophetæ olim dicebantur Videntes, & secundum scripturas intelligitur, non de uisione quæ est à uirtute hominis, & est eorum quæ potest ipse homo, uel sensu, uel intellectu perspicere, sed eorum quæ uim sensus excedunt, & sunt omnino supra captum hominis: quia uidetur lumine superiore. Vnde legitur: Plurima supra sensum ostensa sunt tibi. Ideò hæc uox: propheta; sic accipitur propter subiectam scripturæ materiã, quæ est de his quæ supra sensum sunt. Porro uarij sunt prophetarum gradus, quemadmodum item sunt diuersi uidendi modi, alius alio dignior ac nobilior. CHRISTVS solus est summus Propheta, qui in Deo limpidiſſime uidit semper, & quæ uidit annunciauit, in quo prophetæ significatio completur. Vnde eminenter in scripturis Propheta dicitur, qualem se esse negauit B. Ioannes Baptista, qui tamen plusquam propheta uocatus est. Sciendum tamen est, quod ij proprie ac peculiariter prophetæ dicuntur, qui de CHRISTO pronunciarunt, & ita hoc in loco intelligit Apostolus. Vnde Dominus. Lex & prophetæ usque ad Ioannem. Dicitur nihilominus propheta, qui interpretandi scripturas habet facultatem: quia eodem, quo factæ sunt, spiritu exponi debent. Quamobrem B. Petrus ait. Hoc primū intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, etc. Et de huiusmodi prophetia dicitur. Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Et iuxta hunc intellectum hortatur nos B. Paulus ad æmulationem, ut expectamus hoc prophetiæ donum, potius quam loqui linguis, idque propter ædificationem ecclesiæ. Dixit autem hic, *per prophetas suos*, ne arbitrarentur aliquid illum confecti in ijs allaturū, quæ erat eis annunciaturus, cum in prophetis, qui multo antè scripserant, hæc eadē haberetur. Vnde & Dominus Iudæos hortabatur, ut scrutarentur scripturas: quoniam illæ de ipso loquebantur. Quare recte B. Hieronymus: Ignorantia scripturarum est ignorantia CHRISTI. Et bene ait, *prophetas suos*: quia & Diabolus etiã suos habet prophetas, sicut quidam dixit. Ero spiritus mendax in ore prophetarū. Et Dominus aduersus istos Diaboli prophetas conuenitur. Ipsi currebant, & ego non mittebam eos.

*In scripturis sanctis.* Ne quis diceret: Et unde habemus hos esse Dei prophetas? Ecce, cōmendata sunt eorum oracula scripturis, & his quidē sanctis, idest, mundis, firmis, & ab alijs segregatis, utpote purissimæ, atque irrefragabilis autoritatis, et ueritatis, et super quas diuinę prouidentię oculus semper fuit intectus, ut illibatiſſimæ persisterent: & iã tunc promulgatæ erant in Gentes, apud quas etiã autoritas illarū præualebat. Quod si quis querat. Et unde habemus, quod scripturæ sint sanctæ? Respondetur, eas esse sanctas, quas summus Pontifex esse sanctas decernit, & ecclesia in hoc ordine recipit. Necessaria autem fuit scriptura sancta in ecclesia Dei, ut in his quæ supra captum nostrum erant, fideliter humana regeretur infirmitas, et cer

to sciretur quid credendum, quid faciendum, quid denique à nobis sperandum. Nunc uerò multi sunt, qui nobis suas prophetias obtrudunt, quæ à scriptura nullam prorsus accipiunt commendationem, & tamen uolunt nos ij cogere ut credamus. Sed non habent certam uerarum prophetiarum notam, quæ est materia eius. Nō enim loquunt de CHRISTO, nec eas probauit ecclesia, ideò sequitur.

*De filio suo.* Hęc est materia, & principale subiectum omnis prophetiæ, & totius scripturę. Nā de CHRISTO loquitur uniuersa, & ad ipsum cuncta rediguntur, & ipsi prophetæ specialiter, & non de regnis hominum atque imperijs uaticinantur, nisi quod his olim utebatur tanquam in uolucris quibusdā & figuris, & illi populo carnali, qui sic primò erat alliciendus. Et nota, quod certus filius per articulum designatur, ut scias eum esse quem Pater sanctificauit, ut in eo ceteri quodam modo infererentur. Nā & singularis hęc appellatio, quæ singulariter filius Dei dicitur, non competit in ullum alium, quæ in ipsum CHRISTVM, teste Apō ad Heb. cap. 1. Et cum ita sit, Iudei tamen adhuc uelamen habent, & nonnulli Christianorum, qui ita nudam saxe sequuntur līam, ut spiritus oculum amittant. Hinc signum habes ad discernendos prophetas, ut omnis qui non conducatur & promoueat ad CHRISTVM, & eius fidem, uanus, et suspectus tibi sit. Ego enim Dominus, (ait Spiritus sanctus) docens te utilia. Sed mundus tales facit, qui ad illos ait. Loquimini nobis placentia. Et Dominus ob hoc permittit: quia sunt homines curiosi, maximeque de rebus fluxis & temporalibus solliciti, & facile sustinent deceptionem. Quare spiritui nequā dicenti: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore prophetarum, Respondit: Decipies, & præualebis. Egredere, & fac ita.

*Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* Manifeste per hoc adiectum, secundum carnem, resoluunt quod obijci poterat. Quomodo factus est, qui non habet carnem? Et de quo habemus in symbolo: Genitum, non factum? Respondetur, id in symbolo negari secundum naturam diuinam; quoniam VERBUM non est factum. Hoc uerò quod sit factus secundum carnem, idest, secundum humanam naturam, admittimus: Nam ex tempore prodijt homo. Quare nihil est absurdi de eadem persona predicari opposita, ob diuersas naturas in eodē supposito consistentes. Carnis autem appellatione hic totus homo significatur. Vnde dicitur: VERBUM caro factum est. et: Videbit omnis caro salutare Dei. Et hic est locus ubi satis palam ostenditur CHRISTVS non purus homo, sed etiam Deus. Cur uerò dixit, *ei*? B. Ambrosius interpretatur de Patre, quod factus est ei filius. Hoc B. Thomas non satis probat, uidelicet modum hunc dicendi: CHRISTVS factus est Patri filius. Neque hunc admittit. Homo factus est Deus, quem tamen nonnulli recipiunt, & probant. Ego uerò non operæpretium duco de uerbis hic esse contendendum. Qui rem capiunt, facile sensum intelligunt, possuntque eum separare, qui admitti ualeat, ab ijs qui absurdi sunt. Si enim hoc dicto. Homo factus est Deus;

Nota.

Nota discretionis prophetarum.

Iſa. 48.

Cur permittatur à Deo pſen doprophetæ.

Luc. 1. Christi diuinitas.

Deus; intellexerimus hoc factum esse per illam, scilicet carnis assumptionem, & unionem naturarum in uno supposito, ut homo sit filius Dei, et Deus, uerus est sensus. Sin autem intelligimus, quod homo aliquis iam existens homo, sit factus Deus, uidelicet postquam est homo, non est ueritas in hoc dicto. Quod uerò illa oratio non possit sensum priorē recipere, ego quidem asserere non ausim. Et ipse B. Thomas concedit hanc: Filius hominis predestinatus est filius Dei. Qui tamen sermo eandem pati uidetur difficultatem, si paulo subtilius dispi-ciatur. Sed hæc sunt scholasticorum.

Alia expositio est. *qui factus est ei*, idest, in eius gloriam: quia caput CHRISTI Deus. Nam in eo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Patris sunt absconditi. Nullum enim aliud opus Dei magis ostendit omnipotentiam, sapientiam, & bonitatem eius. Et nulla creatura suo quouis opere, ita glorificauit Deum, sicut CHRISTVS Patrem per obedientiam. Quamobrem nunquam Pater carere uoluisset tali filio, etiam si Adam non peccasset, quemadmodum peculiari tractatu exposuimus. In græcis tamen exemplaribus, quæ circumferuntur, non legitur, ei; Quæ lectio si uera sit, quod quidem ad hanc līam attinet, superiores expositiones superuacaneas reddit.

Quod uerò dicitur, *factus ex semine Dauid*, habet quæſionem. Nam si ex semine Dauid, quomodo ex Spiritu sancto? & quomodo non in peccato? Omnis enim qui ex semine uiri prodit, peccator constituitur, sicut habet doctrina sanctorum. Non sum nescius quid ab alijs responderetur, nempe, quod non immediate uenit CHRISTVS ex semine Dauid. Vera quidem est hæc expositio. Mihi tamen magis placet, ut ipsam immaculatiſſimam VIRGINEM intelligamus semen Dauid, ex qua natus est CHRISTVS, cum & ipse CHRISTVS dicatur semen Abraham, & semine VIRGINIS. Et bene dixit; *Ex semine Dauid secundum carnem*: quia Beatissima VIRGO solam carnem ministravit. Ipse autem Spiritus sanctus suppleuit uirtutem formatiuam, quæ est in semine uiri. Sicut enim prima mulier fuit ex primo uiro Adam secundum carnem, quia de carne uiri eam Deus eduxit: ita secundum Adā fuit ex VIRGINE secundum carnem. Meminit autem non ab re Apostolus ipsius Dauid ob factam illi promissionem: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam.

*Qui predestinatus est filius Dei.* Primū, quod latine legitur, *predestinatus*, Græcè absque prepositione legitur, ὁρισθέντος, idest, definiti, aut, destinati, uel (ut scholia græca habent) declarati. Quo in loco cum multi multa dicant & uaria, ego breui quod sentio, exponam. Non est dubium quod CHRISTVS ab initio fuit predestinatus, aut destinatus, seu definitus à Deo filius suus, non secundum diuinam naturam, quæ predestinationem non recipit, aut destinationem ullam. Quæ enim æterna sunt, predestinari, aut destinari non possunt, ergo (ut uerè ait B. Thomas) secundum naturam humanam predestinatus fuit. Quid igitur hætenus prohibet suscipere CHRISTVM fuisse destinatum, aut determinatum, seu etiam predestinatum filium Dei, cum

Christus est gloria Patris.

Col. 2.

Quid sit semen Dauid.

De predestinatione Christi. Nota.

uerè sic fuerit, inspecta humana natura, quam de creuit Dominus sibi unire? Sed addit, *in uirtute*. Nā in hoc fuit predestinatio, ut esset filius Dei in uirtute. Vbi prudens lector debet aduertere, de scripturis sanctis non unam elici CHRISTI sanctificationem, sed duas: sicut et nos quæ sanctificationem, aliam expectamus. Ipse ergo secundum primam sanctificationem, quum uenit in mundum, uenit in forma serui, in infirmitate, exinanitus, humiliatus, Deus absconditus, uir dolorum, & experiens omne tentationum genus, & mortem tandem, ipsamque acerbissimam; non clamans, non contedens, sed mutus, & non aperiens os suum, & sicut agnus coram tondente se obmutuit. Quare secundum hunc sanctificationis spiritum non potest dici predestinatus in uirtute. Sed uenit posterior sanctificatio, quam respexit prima predestinatio Dei Patris. Nō enim ab initio uoluit Deus ut sic adueniret nobis CHRISTVS infirmus, sed in suo decore & potentia: & ad hoc fuit principaliter predestinatus à Deo. Quod autem aliter factum est, propter peccatum fuit: quod peccatum predestinationem quidem hanc non sustulit, sed in aliud tempus reiecit, quod Dei cōsiliū ab initio fuit, si tamen interueniret peccatum. Vnde ut & hoc declararet, adiecit.

*Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum*, idest, eo spiritu, quo ipse à mortuis resurrexit. Ex tunc enim uerificatio hic sermo perfectus, quod fuerit filius Dei in uirtute, uidelicet, à die resurrectionis eius, quando accepit gloriam suam. Prius enim fuit filius hominis in infirmitate. Nā duplex fuit CHRISTI generatio passiva, etiã secundum carnem cōsiderati. Vna quidem cum de VIRGINE natus est, de qua generatione scriptum est. CHRISTI autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius &c. Secunda uerò cum à mortuis resurrexit, de qua scriptum est, teste B. Paulo ad Hebr. 1. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vtraque igitur generatio suam habuit sanctificationem. Prima enim generatione sanctificatus fuit per unionem naturarum, & secundum animam per gratiam Spiritus sancti, non autem secundum corpus, quod fuit passibile & mortale, infirmum & inglorium, peccatum factum & maledictum propter nos, teste Apostolo ad Gal. 3. & de hac ipsa prima sanctificatione Dominus aiebat. Quem Pater sanctificauit, uos dicitis quia demonium habet. Secunda autem, quæ plena fuit sanctificatio, fuit ex resurrectione mortuorum, quando accepit gloriam suam, & factus est forma perfectionis nostræ. Nam illi sumus conformandi in gloria, ut ait inferius Apostolus de predestinatis Quos, inquit, predestinauit conformes fieri imagini filij eius. Et hanc ipse sanctificationem intelligi uoluit, cum dixit: Ego pro eis sanctifico meipsum, ut & ipsi sancti sint in ueritate. Quia omnis nostra sanctitas in eius sanctitate fundata est, & ab ea uenit. Dixit autem se id facere, quod paulo post erat facturus, tradendo uidelicet se morti, ut sic istam ultimam sanctificationem mereatur, quam ta-

Duo spiritus sanctificationis.

Duplex Christi generatio.

Matth. 1.

Rom. 8

Ioan. 17.



men à Patre perebat, tamen si ita esset prædestina-  
 tum, dicens. Pater glorifica Filium apud te-  
 metipsum gloria, quã apud te habui antequam  
 mundus fieret, id est, quod initio de me erat apud  
 te, uidelicet, de mea gloria; quo modo gloria filij  
 est gloria patris. Vnde etiã ipse pro nobis orauit  
 Patrẽ. Sanctifica, ait, eos in ueritate: sermo tuus,  
 id est, uerbum tuum, ueritas est, sanctificans in tui  
 gloriam ecclesiam tuã, ut reddas eam gloriosam,  
 hoc est, illo posteriore simili sanctificationis spiritu  
 ita glorifices eam, ut non habeat maculã, aut ru-  
 gam, aut quicquid huiusmodi, sed ut sit sancta & im-  
 maculata. Nam & nos ipsi configurati illi, dupli-  
 cem habemus generationem secundum spiritum.  
 Prior est spiritualis cõmuniter in baptismo; pro-  
 pter quod scriptum est. Nisi quis natus fue-  
 rit ex aqua & Spiritu sancto &c. & B. Petrus:  
 Regenerauit nos in spem uiuam. Posterior est in  
 resurrectione, sicut scriptum est. In regeneratio-  
 ne cum sederit Filius hominis in sede maiesta-  
 tis suæ. Vnde etiam duplex est sanctificatio no-  
 stri. Prima, qua sanctificamur in prima genera-  
 tione nostra, & resurgimus spiritualiter à pec-  
 cato. Et de hac scriptum est. Sed abluti estis, sed  
 sanctificati estis. Et ad Col. Si confurrexistis cū  
 CHRISTO, quæ sursum sunt querite: quæ  
 sursum sunt sapite, non quæ super terram. Se-  
 cūda erit in communi resurrectione corporum,  
 quãdo assimilabimur perfectæ resurrectioni ip-  
 sius CHRISTI: quãdo præcipitata erit mors in  
 sempiternũ, & implebitur illud quod ait Apосто-  
 lus, uidelicet, quod CHRISTVS tradidit semet-  
 ipsum pro ecclesia, ut illam sanctificaret, uideli-  
 cet primò sanctificans eam lauacro aquæ in uer-  
 bo uitæ, ut demum fieret perfecta sanctificatio.  
 Quapropter addidit: Vt exhiberet ipse sibi glo-  
 riosam, nõ habentẽ rugã, aut maculã, uel quid tale,  
 sed ut sit sancta, & immaculata. Sic ergo desina-  
 tus, aut prædestinatus est Dñs sanctificari, ut esset  
 filius Dei tandẽ in uirtute, sicut scriptũ est. Dixit  
 Dominus Dño meo sede à dextris meis. Quod  
 factum est in resurrectione sua. Tunc enim, quia  
 secundò (ut diximus) genitus est perfectẽ, acce-  
 pit fortitudinem, & decorem, & gloriam, & ho-  
 norem, & sapientiam: addam, non ego, sed Dile-  
 ctus discipulus, etiã diuinitatẽ. Hoc uerò regius  
 Psaltes in spiritu præuidẽs, etiam præcinebat in  
 psalmo illo: Dominus regnauit, decorem indu-  
 rus est, indutus est Dominus fortitudinẽ, & præ-  
 cinxit se uirtute. Et denuò: Dominus regnauit,  
 exultet terra, lætentur insulae multæ. Et rursum:  
 Dominus regnauit, irascantur populi. Vide igitur  
 ut procedit rectẽ & sine scrupulo, iuxta hunc  
 sensum, sermo Apostoli, quod IESVS à Deo Pa-  
 tre destinatus, seu prædestinatus est, uidelicet se-  
 cundum eam partem, quæ subijciebatur præde-  
 stinationi; & prædestinatus quidẽ ut esset Filius  
 Dei in uirtute: quanquã ad tẽpus sit passus, inte-  
 rim in infirmitate existens, absconditus in forma  
 serui, exinanitus, humiliatus, uir dolorũ, uermis  
 deniq; & non homo, opprobrium hominum, &  
 abiectio plebis. Id uerò dispensatiue propter ne-

cessarium nostrẽ redemptionis opus.  
 Quod uerò adiecit, IESV CHRISTI: doctẽ adie-  
 ctũ est: Quamuis nõ me lateat D. Augustinũ anò-  
 tare hũc sermonem, quasi durum, & excusare eo  
 quod hic sit mos scripturæ, singulari plurale adiu-  
 gere. Sunt & qui admonent ex græca litera pos-  
 se legi; IESV CHRISTO Domino nostro; ut  
 cum superioribus hoc pacto iungantur, de filio  
 suo IESV CHRISTO &c. Mihi tamen uidetur  
 Apostolus longẽ illustriorem sensum porrigere.  
 Quia enim in IESV CHRISTO, omnium mor-  
 tuorum resurrectio continetur (Nam eo resurgẽ-  
 te, & nos resurrectionẽ in illo certissimẽ adetu-  
 ri sumus sua die) nihil duri habet hic sermo, sed  
 id exprimit, quod uerissimum est, nempe IESV  
 CHRISTI resurrectionẽ, esse mortuorũ resurre-  
 ctionem: quia eius resurrectio causa est resurre-  
 ctionis omnium. Hinc enim doctẽ ipse B. Paulus  
 alibi euincit uniuersalem resurrectionem, uideli-  
 cet à capite CHRISTO, qui resurrexit. Ergo &  
 membra resurgent, ne caput sine membris existe-  
 ret: quod haberet nescio quid mōstri simile. Nõ  
 me etiam latet diuersis modis hunc locum ab  
 alijs exponi, quos non libet insectari. Ego eam in  
 telligentiam attuli, quæ & planior uidetur, & to-  
 tam mysterij rationem, uidelicet, incarnationis,  
 & crucis manifestat.  
 Per quem accepimus gratiã et apostolatũ. CHRI-  
 STVS n. est uelut caput, unde membra uigorẽ ac-  
 cipiunt. Propterea est scriptũ: Ascendens CHRI-  
 STVS in altum captiuã duxit captiuitatem, acce-  
 pit dona in hominibus. Hoc est, quæcunq; dona  
 nos habemus, illi data sunt pro nobis accipienti,  
 ut ex illo in nos fluant; quomodo & nos in ipso,  
 & ipse in nobis est. Vnde & apostolatũ Pauli  
 ipse dominus accepit, sed in Paulo. Ipse enim est  
 in omnibus, qui sunt eius. Dicit autem, accepimus,  
 non; accepi; ne se singulariter prædicaret in eo,  
 quod erat pariter alijs commune. Per gratiam in-  
 tellige cœlitus demissum & infusum nobis inhæ-  
 rẽs donũ, quo gratiosi corã Deo statuimur, sta-  
 tumq; Christianitatis ingredimur, & cãdidamur  
 ad gloriã eternã. De quo dono Dominus Sama-  
 ritanę dixit. O si scires donũ Dei, Et paulopost:  
 Aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salien-  
 tis in uitam eternam. Hoc est donum quod con-  
 temnunt hæretici, quia illud amiserunt: & idẽ ex-  
 ponentes hunc locum, aliò hanc uocem torquẽt.  
 Per apostolatũ uerò officij intellige, quod iam  
 superius declarauimus. Nec oportuit mutari  
 hanc uocem iam receptissimam, & eius loco red-  
 di, legationem, sicut quidam ex nouitijs fecerunt.  
 Licet enim sit eadem significatio ex ipsa prima  
 impositione, tamen non sic est ex usu. Nam apo-  
 stolatus maxime hoc apostolicum officium signi-  
 ficat. Legatio uerò etiam ad prophana extẽdi-  
 tur. Sunt autem quædam uoces, siue græcæ, siue  
 hebreæ, quæ ad peculiarem significationem re-  
 stringuntur, & idẽ propter receptũ diuturnũq;  
 usum seruari debet: ut est hoc nomen, Christus.  
 Quod si latinẽ reddi oporteret, diceremus, Vn-  
 ctus: quod nullus doctor unq; ausus est.

Ad obediendum

Ioan. 17.  
 Duplex gene-  
 ratio spiritua-  
 lis Christiani,  
 et sanctificatio.  
 Matth. 25.  
 1. Cor. 6.  
 Col. 3.  
 Eph. 5.  
 Apoc. 5.

Quæ sit resur-  
 rectio mortuo-  
 rum IESV  
 CHRISTI

1. Cor. 15.

Quid est Gra-  
 tia.

In eos qui ut lo-  
 quantur latine,  
 nõ exprimunt  
 quod erat ex-  
 primendum

Quid sit obedi-  
 re fidei.

In hæreticos.

Cõtra Iudeorũ  
 persuasionẽ ex-  
 tensum est euã-  
 geliũ in gentes

Isa. 49.

Gal. 2.

2. Tim. 4.

Act. 9.

Act. 11.

Quid est esse  
 Christianum.

Ad obediendum fidei. Hic finis Apostolatus, ut obe-  
 diatur fidei. Licet autem quidam, fidei obedi-  
 tiam ad assensum solum his quæ de fide prædicã-  
 tur, restringãt: mihi tamẽ magis placet ut dica-  
 mus, tunc demum obedire hominem fidei, quum  
 factò complet ea, que mandantur in lege fidei.  
 Nam qui CHRISTVM ore confitentur; factis  
 autẽ negant, assimilantur homini insipienti, iuxta  
 parabolam Domini, qui ædificat domum suam  
 super arenam. Finis igitur prædicationis non est  
 credere rãtum, sed etiam operari secundũ fidem:  
 id quod sæpius Doctor noster inculcat. Hic. n. fi-  
 nis uniuersæ scripturæ est, ut sit perfectus homo  
 dei in iustitia, ad omne opus bonum instructus,  
 ne simus in eodem gradu cum dæmonibus, qui  
 credunt, imò deteriore: nam illi cum hoc qd cre-  
 dunt (quod ad pudorem multorum Christiano-  
 rum dici posset) etiam contremiscunt.

In omnibus gentibus, hoc est, inter omnes gentes,  
 in, pro; inter; plerumq; usurpatum in scripturis  
 inuenitur. Et uidetur esse tropus Hebræorũ pro-  
 prius. Nec ab re dixit, inter gentes. Primò quidem  
 ut heresim agnoscerent Iudæi, qui arbitrabantur  
 se solos esse populum Dei, tanq; cui soli esset da-  
 ta lex Dei, et prophetæ. Deinde ut animaret no-  
 stros, id est, gentes, & intelligerent, quod in CHRI-  
 STO IESV non esset Iudæus, neq; Græcus, sed  
 noua creatura: ideoq; sine lege manifestari illis  
 CHRISTVM. Vnde & scriptũ erat, tanq; dictũ  
 CHRISTO à Patre: Parum est ut sis mihi seruus  
 ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel cõuer-  
 tendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis sa-  
 lus mea usq; ad extremũ terræ. Hoc ergo quod  
 annunciare deberet omnibus gentibus, peculiã-  
 re fuit B. Pauli præ alijs. Vnde ipse in fine istius  
 epistolæ, se ibi prædicasse, ubi antea nullus præ-  
 dicauerat, gloriatur: & quod ab Ierusalem usque  
 ad Illiricum repleuerit euangelium CHRISTI.  
 & alibi: Qui operatus est, inquit, Petro in aposto-  
 latum circuncisionis, operatus est & mihi inter  
 gentes. Denique de semetipso ait: Dominus mihi  
 astiruit, & confortauit me, ut per me prædicatio  
 euangelij impleatur, & audiant omnes gentes,  
 scilicet Romani, ad quos etiam mei apostolatus  
 amplitudo extenditur.

Pro nomine eius, id est, ad glorificationem nomi-  
 nis eius, nempe, IESV CHRISTI. Ad hoc enim  
 electus fuit, ut portaret nomen eius inter gentes,  
 dicente Domino: Vas electionis est mihi iste, ut  
 portet nomen meum coram gentibus & regi-  
 bus. &c. Et cũ audis nomen; IESVS; non ad nu-  
 dum uocis sonum, sed ad eius iucundissimam si-  
 gnificationem debes attendere, qd ipse uerẽ est sa-  
 lus nostra. Quidam legunt, de nomine eius, ut si-  
 gnificetur de quo esset fides, & in quo nomine sal-  
 ui simus. Non est enim aliud nomen datum sub  
 cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri.

In quibus estis & uos, id est, inter quos estis & uos  
 scilicet serui, tanq; ab eo redempti, & è manu Dia-  
 boli liberati: Aut, IESV CHRISTI discipuli,  
 unde seipsum exponens subdit, uocati IESV CHRI-  
 STI. Innuit nomẽ, quo primum cõperit Anthio

chiæ uocari fideles, nempe, Christiani, iuxta Isaie  
 uaticinium: Et seruos suos uocabit nomine alio. Isa. 55.  
 Idẽ est enim Christianus, quod CHRISTI seruus  
 atque discipulus.

Omnibus qui sunt Romæ (longẽ melius, qui Romę  
 estis) dilectis Dei, uocatis sanctis. Hic explicato offi-  
 cio suo, & eius dignitate atq; præstantia, incipit  
 notificare personas ad quas scribit, uidelicet, ad  
 eos qui erant Romę, non omnibus tamen, sed di-  
 lectis Dei, ea scilicet dilectione, qua ille prior di-  
 lexit nos, unde uenit uocatio: quia quos diligit,  
 etiam ad sanctitatem uocat. Non enim idẽ uo-  
 cat, quia sancti simus, sed cõtrã, ut sancti fiamus,  
 id est, mūdi corde à labe peccati. Sanctitas enim id  
 est quod munditia. Nam horum est uidere Deũ,  
 ut ipse dixit. Beati mundo corde: quoniam ipsi  
 Deum uidebunt. Id autem fit primũ fide, quemad-  
 modum legitur. Fide purificans corda.

Gratia uobis & pax. Ecce nunc postremo loco  
 genus salutationis. Gratia primũ, id est, illud do-  
 num, quo grati sumus, & à Deo uenit ad nos gra-  
 tis, idẽ ait: a Deo Patre. Illi enim primum ratione  
 principij, aut etiam ratione paternitatis, tribuitur  
 omnium donorum & bonorũ largitio. Vnde B.  
 Iacobus. Omne donum perfectum, & omne da-  
 tum optimum desursum est, descendens à Patre  
 luminum. Nisi per; Patrem; uelis totam Trinita-  
 tem intelligere. Nã & ipsa Trinitas pater noster  
 est: utrunq; enim conuenit. Gratiam igitur præca-  
 tur illã, de qua audierat: Sufficit tibi gratia mea.  
 addit, & pax, quod est ultimum post consequutã  
 fœlicitatẽ, sicut legimus. Qui posuit fines tuos pa-  
 cem. Plena est ergo saluatio, quę & fœlicitatẽ, &  
 medium ad illam conducens habet. Latini dice-  
 bant; salutem; & quæ esset uera salus, & quo pa-  
 cto acquireretur, ignorabant. Græci dicebant,  
 ὁ πῶς τῆς π, quod est, bene agere. Sed nec uiam  
 ad hoc, nec modum habebant. Pax autem de qua  
 loquimur, duplex est. Prima in uia, & hæc in spe:  
 secunda in patria, & illa in re. Vnde legimus di-  
 ctum fuisse discipulis à CHRISTO iterum. Pax  
 uobis, id est, post dies octo, que dies octauam si-  
 gnificat, per quam absoluta beatitudinis perfe-  
 ctio designatur. Pax aut nõ potest esse malis, pec-  
 catoribus, & impijs. scriptum est enim: Non est  
 pax impijs. & iterum: Non est pax ossibus meis  
 à facie peccatorũ meorum. Imò nec ab huiusmo-  
 di potest agnosci uera pax: quia pax CHRISTI  
 exuperat omnẽ sensum. At isti (ut exprobrat in  
 eos Sapiẽs) in magno uiuentes incitiã bello, tot  
 & tam magna mala pacem appellant. Sed in pa-  
 ce CHRISTI non est turbatio, non est scandã-  
 lum. Propheta nanque ait: Pax multa diligentibus  
 legem tuam, & non est illis scandalum. Et ip-  
 se Dominus: Pacem meam do uobis, pacem re-  
 linquo uobis. Non quomodo mundus dat, ego  
 do uobis. Iustum, ait alius, non cõturbabit quic-  
 quid ei acciderit. Hæc igitur est pax Dei, quæ  
 exuperat omnem sensum. Excludendus est tamẽ  
 nouus Lutheranorum error, qui pacem, quæ est  
 uia, ita perfectam prædicant, ut in sola fide inniten-  
 tes, securitatẽ ei de futura beatitudine adiungãt,  
 quod

Sanctitas quid

Matth. 5.

Saluatio B.  
 Pauli & Chri-  
 stiana.

Iac. 1.

2. Cor. 12.

Ps. 147.

Pax CHRISTI  
 duplex.

Isa. 57. Pf. 73.

Sap. 14.

Pax falsa mun-  
 di.

Nota



quod certè nimium est, & nimia seductio.

Error Luthe-  
ranus de pace

CHRISTVS pe-  
culiariter Do-  
minus, et quare

1. Cor. 12.

Et domino nostro IESV CHRISTO. Frequens hæc appellatio, & quæ CHRISTO proprie conueniat, ut dominus uocetur. Nam licet communi dominatione, ut Deus uerus, potiat, & gaudeat cum Patre, & Spiritu sancto: attamen & ipse CHRISTVS, ut homo, dominus peculiariter dicitur. Vnde idè B. Paulus ait, quod cū Pater constituit hæredem, idest, dominum, uniuersorum: & per illum uoluit ad nos effluere, tanq̃ à capite, magna & pretiosa dōna. Ipse enim sic dicitur pax nostra, & iustitia nostra, quia per illum accepimus & promerentem nobis ac dantem. unde illi dictum est: Sede a dextris meis, ut dominus fieret. Non est autem dubiū, Patri quoq̃ hoc tribui, & Spiritui sancto, ut uterq̃ uocetur dominus. Sicut .n. scriptum est de Patre & Filio: Dixit dominus domino meo, ita & de Spiritu sancto: Diuisiones ministracionum sunt, unus autem dominus, idest, Spiritus, de quo dixerat. Et cum ita sit, ut & Pater & Filius & Spiritus sanctus domini sint, non tamen tres domini, sed unus. CHRISTVS autem, ut homo, unus dominus omnium: quia omnia acquisiuit suo pretiosissimo sanguine, ac meruit.

ARGUMENTVM.

EPISTOLAE.



VM ROMAE IAM PLVRES cum ex ipsis Gētib, tum ex Iudæis fidem CHRISTI suscepissent, magnum inter eos erat ortum disidiū, ab eo uerò concitatum, qui seminaret discordias non cessat, Satanam dico. Excitauerat enim Malignus ille utriusq̃ gentis arrogantiam, atq̃ superbiam. Nam hūc ferè tendit semper: tum quia uidet hoc uitium lætale esse, & capitale, ac summum: tum quia probè meminit se per hoc olim collapsum, & per illud primos nostros parètes magno malo nostro supplantasse: et deniq̃, quia in hoc natura omnes sumus mirum in modum propensi labascere, tanquā hæredes patris nostri Adæ. Extimulauit ergo Iudæos primum, quod ipsis data esset lex, & iam dudum essent populus Dei electus: Vnde & uolebant ceremonias legis ab omnibus obseruari, ut gloriarentur in carne. Animo enim ægro ferebāt, Gētes sibi exequari, & in statu gratiæ pares esse. Contrariò autem excitabatur superbia Gentium, quæ despiciabant istorum insipientiam, ut potè tum edocte, quod in CHRISTO iam cessauerant illæ carniōniæ, & data erat omnibus libertas atq̃ liberatio ab illa seruitute. Sed in hoc non parum errabant, quod non miserabantur infirmis, & imperitis Iudæis: neq̃ longissimam eorum in illis ritibus assuetudinem considerabant, à qua tam facile non poterant auelli.

Superbia et arrogātia mater discordiæ, & schismatum

Error Iudæorū

Error gentiū

Apostolus igitur sese medium, ut eos inuicè conciliaret, ponens, pulchram hinc occasionem nactus fidei nostræ fundamenta tradēdi, Primum

illud statuere satagit, omnes tam Iudæos q̃ Græcos, seu Gētes (nam per Gentes & Græcos, intelligit omnes qui non essent Hebræi) inueniri peccatores coram Deo, & sub lege, & sub peccato, & indigere gloria & iustificatione Dei, tū propter antiquum peccatum, quo pariter inuoluti sumus omnes tam Iudæi, quam Græci, tum ob delicti ipsius potentiam; quo factum est, ut nec Græci legē naturalē seruauerint, nec Iudæi legem Moseos: pp̃ quod deterioris cōditionis ipsi cōstituti sunt, tanq̃ qui certius didicissent, & sciuisent, quæ seruanda essent, cum per legem haberent boni ac mali declaratam rationem, & infœlices peccati effectus. Admonet igitur Iudæos primū de remedio uero, quod non sit illis alius ad salutem aditus, aut ingressus, quam per fidem IESV CHRISTI: & quod non erat illis confidendum in operibus legis, aut ulla legis uis absq̃ fide: quia nō ex lege poterat esse iustificatio coram Deo, sed ira potius (quod plus satis probat) atq̃ hūc simul insinuat, quod dura illa legis onera cessauerāt. Adiecit & in illos, quod propterea multi illorū offenderant, & excœcati erāt: quia uolebant suam statuere iustitiam, idest, iustificari ex operibus legis, non credentes in CHRISTVM. Vnde ipse pro illis uenerat in tantum charitatis affectum, ut optaret fieri anathema pro eis. Porro ne aliqua forte desperatione frangerentur, mox reuelat, quod cœcitas contigit in Israel non in totū, sed ex parte. Ideo multi poterant subleuari, si ueritatē agnoscerent atque amplexarentur, ac simul intelligerent quinam essent uerè filij Abraham, & ueri Israelitæ. Anunciat insuper aliquando electio-nem forè saluam.

Nota.

In Adā non minus peccatores Iudæi quam Gētes.

Lex Moseos nō extinxit peccatum, sed auxit

Ingressum primum in CHRISTVM non opera legis dāt sed fides

Quantū autem ad Gentes attinet, ostendit atq̃ extollit eorum uocationem, honorans ministeriū suum, ut ipsos Hebræos ad salutarem æmulationem prouocaret. Hūc prę destinationis admiscuit mysteriū, & in eius profunda descēdens, rapitur in exclamationē illam. O' altitudo diuitiarū &c. Obiter tamen Gentiles admonet, ne sese aduersus Hebræos extollerent, sed fidem caute & cū timore teneant, misereantur infirmis, & à casu illorum discant, ne quando similiter irascatur Dominus in ipsos, & ipsi quoq̃, sicut & illi, cadant. Præterea horratur promiscuè omnes, ut idem (si fieri possit) sentiant. Sin autem, retineant charitatem semper & concordiam, & Iudæus non iudicet fratrem suum: & Gentilis non spernat infirmum in fide, pro quo CHRISTVS mortuus est. Denique ad alias communes exhortationes, & charitatis officia inuicè debita, & inuicem impen-dēda descendit, sicut & in cæteris diuinis suis epistolis facere consueuit. Tum claudit epistolam, in dicans se plenum desideriorum in commendationibus, & salutationibus ultrò citroq̃ datis. Igitur uniuersa epistola referta est summa doctrina, sententijs profundissimis, cum ad dogmatum fidei, tum ad bonorum morum salutarē reformationē. At cum hūc, ut in alijs diuini huius Doctoris epistolis, pleraq̃ insint intellectu (uel ipso B. Petro teste) difficilia, Lector diligenter attende; Primum

Primum quidem gratias ago Deo meo per IESVM CHRISTVM pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mūdo. Testis enim mihi est Deus, cui serui in spiritu meo in euangelio Filii eius, quod sine intermissione memoriā uestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperū iter habeam in uoluntate Dei ueniēdi ad uos. Desydero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis ad confirmandos uos, idest, simul consolari in uobis per eam, quæ inuicem est, fidem uestram atq̃ meam. Nolo enim uos ignorare, fratres, quia sapē proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: ita quod in me promptum est & uobis, qui Romæ estis, euāgelizare. Non enim erubescō euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credēti, Iudæo primū & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptū est: iustus autem ex fide uiuit.

Abac. 2.

Sapientissimus Apostolus non antè ingredi-tur tractatum, nec erumpit in uerba doctrinæ, quam præmissio quodam proœmiolo disponat lectores, beneuolos eos, dociles, atq̃ attentos reddens, pręferim qui nondum eos de facie nouerat, & si de illis quædam iam orta esset à fama celebris notitia. Ait ergo.

Proœmiū Epistolæ. Matth. 22.

Primum quidem gratias ago. Gratiarum actio, est collati beneficii confessio cum beneficientis laude. Sic enim plerumque confessio capitur in scripturis, ut ibi. Cōfiteor tibi Pater celi & terre &c. Est autem gratiarū actio in Deū actus religionis, & pars orationis, & quidem præcipua. Impūden-ter enim denuò petit, qui de acceptis iam beneficijs non agit prius gratias. Et tamen quis hac in parte coram Deo nō peccat? Historia de decem leprosis mūdatis id nos apprimè docet, quorum unus tantum rediit, ut gratias ageret, & ille quidē erat alienigena. Et hæc causa est, teste B. Bernardo, cur sæpenumerò quod petimus, nō impetramus. Ingratitudo enim animum beneficientis restinguit, ne effluat ulterius sicut scriptū est: Ingrati spes sicut glaciēs hibernalis tabescet.

De actione gratiarū quam sit necessaria.

Sap. 16.

Cur sum Deū uocat Paulus

Deo meo. Quamq̃ Deus, omnium est Deus, qui creauit, gubernat, & possidet uniuersa (nam Deū esse, eius prouidentiam includit) quorundam tamen peculiariter dicitur Deus; propterea quod speciali in eos prouidentia feratur, dum eos præ alijs curat, ut uersa uice nihil magis illi curent, quam ipsum: quia sicut ipse est uerè summū omnium bonum, ita super omnia ab eis accipitur honoratur, colitur, & glorificatur. Propterea Dominus frequenter ingeminat: Deus meus, Deus meus: Et scriptura Deum Abraham, Deum Isaac,

Deum Iacob uocat. Sic Deus Danielis dictus est. Et Elisæus dixit: Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Iuxta ergo hanc cōsiderationem uocat Apostolus Deum suum, tum quia Deus magnis, & specialibus donis illum honestauerat, tum uerò quia ille ex eo tempore nihil duxit Deo, illiusq̃ obedientia dignus: Imò cætera omnia ut stercora reputauit, ut uerè, & ex toto spiritu diceret: Mihi uiuere CHRISTVS est, & mori lucrum. Item gloriabatur in tribulationibus, & cruce propter illum: & eius stigmata in corpore suo portabat. Ecce igitur quomodo conuenienter eum uocat Deum suum, propter mutuam charitatem.

Philip. 1.

Per IESVM CHRISTVM. Authoc referas ad id quod dictum est; Deo meo; ut intelligas quod per IESVM CHRISTVM hoc factum est, ut esset Deus illius: quia ipse fuit propitiatus, & pax nostra cum Deo: Vel referas ad id quod dicit: Gratias ago. Nam per eū habemus accessum ad Deum, & per eum recipimus dona, & deniq̃ per eum dignè pro donis illis acceptis gratias agimus. Vnde sancta mater Ecclesia ferè omnē orationem suam sic terminat: Per Dominum nostrū IESVM CHRISTVM. Et hūc nota, ut captat beneuolentiam, exponens de quibus, & de quare gratias agat, nempe, pro omnibus uobis, ut charitatem suam in illos insinuet. Et expone, pro omnibus uobis, idest, aut loco uostris: aut potius, super omnes uos, seu de omnibus uobis: ut ipsi intelligantur esse quasi materia, pro qua gratias ageret, in eo quod donum fidei acceperant à Deo. Vnde addit.

Quia fides uestra annunciat in uniuerso mūdo. Hoc igitur eorum donum erat fides, de quo dono esset gratiarum actio, & præsertim quia id spargebatur in alios in uniuerso mundo, ob famam tantæ Urbis. Sic enim uidebat imperi uerbum Domini per omnes prophetas: & quod prædixerat CHRISTVS ipse in parabola de grano synapis, & de fermēto farinæ in satis tribus. Magnū enim donū est fides, cum sit omnium uirtutum radix & fundamentum: sed maius est charitas. Quod uerò ait: in uniuerso mundo. Per hyperbolem hoc dictū quidam aiunt à qua figura non abhorrent sacræ litteræ, ut cum legimus: Si scribantur per singula quæ fecit IESVS, arbitror nec ipsum mundum capere posse eos, qui scribēdi sunt, libros. Ego uerò potius dixerim, quod hic sermo suam idoneè habet ueritatem per hoc, quod annunciarī, connotat tractum temporis, & illius actionis. Non .n. dixit, quod annunciat esset, sed quod annunciat batur. Quod quidem satis uerum erat, cū occiperet annunciarī in nōnullis orbis partibus, quod erat decretum annunciarī in uniuerso orbe. Nā & Precognice inchoante denunciare quicq̃ in Vrbe, nō falsò dicitur: Precognice per totam urbem denunciat. Potest & aliquo modo dici satis annunciarī in uniuerso mundo, cum in ea Vrbe, quæ mūdi caput erat, & ad quam cōfluebant omnium nationum plurimi, annunciat batur.

Admittit Scriptura figuras et tropos dicendi.

Testis enim mihi est Deus. Iusurandum est hoc, licet quidam negent, & dicant. B. Paulum asserere, nō religiose autem

B. Paulus iurat religiose

Matth. 5.

2. Cor. 1.

Iuramentū res religiosa, quod necessitas, siue utilitas, et ueritas, et charitas etiam meritum faciunt

Erasmus notatur.

Deut. 6. Spiritus Pauli

De uarijs spiritibus sanctorū

autem iurare. Habent enim quidam hæreticorū pro re absurda, quod B. Paulus iurauerit, cū Dominus dixerit: Ego autem dico uobis, non iurare omnino. At uerò alibi manifestè iurat Apostolus, testemq; Deum inuocat in animā suam. Quod autē afferunt, Deum præcipere non iurare omnino, ostendūt se nō intelligere Dominicū sensum. Ipse enim eo dicto: Non iurare omnino; Hebræo rum in scitiam notare uoluit, qui non habebant pro iureiurando, quod seruari deberet, quācūq; attestacionem, sed eam tantum, qua Deum attestarentur, afferentes ex lege: Reddes Deo iuramenta tua: quare passim iurabant per creaturas. Dominus autem ibi hoc derestatur, & prohibet: ut intelligas ibi prohibitum potius omne iurandi genus, cum temerè fieret, quā quod omnino non iuraretur, cum opus esset, maxime cum iusiurandum sit actus religionis, & possit etiam cum merito fieri, quando ualatur circumstantijs suis, id est, ueritate, & charitate, cum tamen res ipsa talis sit ponderis & momenti, quæ postulet aut suadeat iusiurandum, ut persuasio fiat rei, præsertim ad uitam spiritus cōducentis. Sic enim iuramentum est res religiosa. Irreligiosum autem est, si uel falsum, uel temerè iuratur, ubi necessitas nulla, nulla utilitas, timor nullus. Propter quod scriptum est: Nominatio Dei non fit absidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum ne admiscearis. & paulopost: Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domino illius plaga. Vide ibi in iuramento quid prohibeatur. Apostolus autem in causis maximis, & ita postulante necessitate, & cum religione magna, Dominum inuocabat testem, & sic iurabat etiam cum merito ac uirtute. Superstitiosè igitur quidam hæreticorum omnino iusiurandum detestantur, ut prohibitum à CHRISTO quasi malum, cum non dixerit malum esse Dominus, sed à malo. Verum hac de re proprio loco fusius.

Cui serui in spiritu meo etc. Græcè λατρεύω, unde latría, quæ soli Deo debetur: quamq; Græmaticulus quidam obseruet, & uelut λατρεῖα, ἀδελία non differre, sed nō audimus illum. Placet magis hoc uerbū dici à τρεῖν, quod est tremere, & λα, particula, quæ uehementiam significat: ut hinc maxime ille cultus, qui Deo debetur, accipiat. Vnde scriptum est: αὐτῶ μόνω λατρεύσεις. Quod uerò addit, in spiritu meo, hoc est, in donis meis, que à Deo per Spiritum eius accepi. Nam quilibet spiritū suum, id est, propria dona spiritus habet. Vnde dicitur spiritus lenitatis, spiritus mansuetudinis: de quo spiritu dictum est filijs Zebedei. Nescitis cuius spiritus filij estis. Et idem dicitur spiritus zeli & iustitiæ, quo Phinees, & Helias, & B. Ioannes Baptista agebantur. Nam de Iohanne dicitur, quod uerturus erat in spiritu, & uirtute Helias. Helias autem spiritum zeli habuit, quo occidit pseudopphetas, continuit cœlum à pluuia, & restitit Achab. B. Ioannes eodem zelo testificatus est CHRISTO, exterruit Phariseos, & corripuit Herodem. Est & spiritus amoris, reuerentiæ, humilitatis, quo B. Petrus, & Cetero

euangelicus agebantur, cum ille dixit: Recede à me, quia homo peccator sum. & alter: Non sum arbitratus me dignum, qui uenirem ad te. Et B. Ioseph isto spiritu actus cogitat relinquere MARIAM sanctissimā coniugem suam. Est etiā ecōtrariò, spiritus confidentiæ, quo Cananæa, & Zachæus præditi fuerunt. Est rursus spiritus sapientiæ: est & spiritus doctæ insipientiæ, & sanctæ cuiusdam ebrietatis amore CHRISTI, quæ Dominus aliquando ostendit, dum ea ageret, quæ quasi furentis uideri poterant mundi hominibus. Vnde & sui uolebāt eum cōprehendere, ut apud B. Marcum legitur. Eo spiritu efferbuit B. Franciscus, & quidam alij, qui uelut ebrii (diuina tamen dilectione) quædam moliebantur, quæ sapientia huius mundi, & prudentia carnis minus probaret. Hunc uerò spiritum quidam nostræ ætatis homines uoluerunt imitari, idq; ineptè admodū, nescientes quod non imitatione quæritur, sed in fusione superna accipitur. Spiritus autem B. Pauli multiplex erat, ob multa & excellentia dona, uidelicet humilitatis, charitatis, zeli, misericordiæ, patientiæ, tolerantia, ueritatis, sapientiæ, scientiæ, consilij, fortitudinis, reliquorumq; donorum, qui bus fuit abundatissime refertus. Sic nimirum exiebat egregium illius apostolatus officium, in quo maxime seruiebat Domino. Vnde ipsemet ait: In euangelio Filij eius. Hoc enim suo spiritu agebatur, & impellebatur ad euangelizandum. Vnde cum esset Athenis, & uideret tãtã ciuitatē idololatriæ deditam, ait de illo scriptura: Incitabatur spiritus eius in ipso &c.

Quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Non pertinere ad istum locum uidetur illa quæstio, quã huc afferunt aliqui: utrū sine intermissione orandum sit. Non enim ipse hic dixit, se sine intermissione orare, sed quod cū orabat, sine intermissione memoriam illorum faciebat. Græca tamen uox, qua usus est Apostolus; προσευχῆς; attentionem & assiduitatem quandam significat. Nam hoc exigit uera oratio, quæ est perfectiorum, ut sit attendita & assidua, quantum fieri potest. Proditū est litteris, crebras olim fuisse sed breues, & quodã modo iaculatas monachorum orationes. Qui uerò perfectiores erant, diuturnius eis orare licebat. Et hoc est quod nunc merito desideratur apud Christianos, cum uix uel lum tēpus unq; magis orationes ab Ecclesia sic fluctuante ac periclitante exegerit.

Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate Dei ueniendi ad uos. Legitur græcè, δεόμενος, quod est deprecans, & non obsecrans, ne fiat uis in ratione illius uocis; obsecrare; quasi per sacra obtestari, ut quidam faciunt. Perpende autem ut plenè explicat desiderij sui uehementiam, dum ait: si quo modo tandem aliquando. Qui enim uehementè aliquid cupit, primū illud uel let omni modo assequi, ideo ait: si quo modo. Dein de impatiens est moræ, unde addit: Tandem. Terriò nihilominus longanimis est in expectando, unde adiecit: Aliquando, ac si dixerit. Modo id mihi detur aliquando consequi, contentus ero. Nec tamen

Nota.

Marc. 3.

Contra quosdã infelicitate agētes se suo spiritu ut appareat, nō agunt

Act. 17.

De assiduitate ac prolixitate orationis.

Contra obseruantes tempora & momenta à stellis.

Actuum. 9.

Nota quid præcipuū ac fermè solū cogitant uiri spirituales & desiderāt. Actuum. 20.

Horatius.

tamen præcipitanter illud optabat, & inconsideratè, ut pleriq; faciunt, sed iter prosperum expectabat. Verum cum nihil sit prosperum, quod non sit in uoluntate Dei, illam Dei uoluntatem non (ut insipientes quidã) horoscopo uenabatur, neq; stellis captabat opportunū tempus proficiscendi, ut stulti & à spiritibus erroris decepti faciunt, ignorantes quā sit hoc uanū, & quā displiceat summo Deo. B. aut Paulus orationibus opportunū, circa hoc, Dei beneplacitum uestigabat, et obseruabat, ut iret in uoluntate Dei. Vnde & exauditus est tandē. Nam data fuit illi felicissima Romam proficiscendi occasio, cū esset uinæus catenis propter CHRISTVM. Prouocauit enim ad Cæsarē, ut impleretur uerbum Dei dicentis: Ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. et: Ostendam illi, quanta oporteat illū pro nomine meo pati. Et ecce nunc in eius gloriam ueneramur catenas illas, unde & magna signa ac prodigia olim (teste B. Gregorio) habebant, quæ ob infidelitatē nostram cessarūt.

Desydero enim uidere uos. Græca uox, ἐπιπροσώ, uehemens quoddã et ardens desyderium significat. Hactenus eos beneuolos studuit reddere. Et nota (quæso) desyderij causam, ait: ut aliquid impartiar uobis gratia spiritualis. Nam græcè, χερεισμα, legitur, id est, donum. Ecce omne, uiri desyderiū ad spiritualia tendentis, et ad comunicandum illa. Tenebat enim Dñi sententiā uerissimam, quam ipse nobis manifestauit. Beatius est dare, quā accipere. Nam bonū (ut B. Dionysius testatur) sui ipsius est effusuum. Volebat. n. impartiri eos de spiritu suo: quia sic istituit Dominus, ut essent Apłi, et doctores, per quos alij inferiores instruerentur. Sic inter nos inuit amicitia, & alitur, & crescit, cum inuicē beneficijs astringimur. Sic & charitas, quæ non nisi quædã amicitia est, dum mutuis fouetur & exercetur officijs atq; obsequijs, illustrior redditur atq; feruētior. Vehementius aut cupiebat eos præsentī sermone docere, quā per epistolam: cum propter illam uiuæ uocis energiam (Nam uiua & uera uox, uultus, gestus docentis spiritū quendam habent, et quoddam uiuum ualens plurimum ad suadendū, & mouendum) Tum q; multa plerunq; existunt, quæ literis tutò committi nec possunt, nec debent. Adde q; occurrunt conferēti sæpe dubia, et difficultates, quæ non ita scribenti occurrūt, ut præoccupet, & declaret. Itē multa sunt, quæ non nisi à præsentē magistro commodè explicātur. Deniq; epistolæ, præsertim inter eos qui longo locoq; spacio seiunguntur, antequā reddantur, plerunq; uoluitur annus, nec est semper accinctus ad iter Tabellarius, et non rarò ēt intercipiuntur. Sequitur.

Ad confirmandos uos, hoc est, simul consolari in uobis, per eam, quæ inuicem est, fidem uestram atq; meam. Modestè loquitur. Non. n. spondet fidei doctrinam, sed confirmationē in ea. Siquidem ea præditi superbia sumus omnes natura, ut uix uel quæ ignoramus, doceri patiamur. Vnde rectè quidam: Cur nescire pudens prauè, quā discere malo? Remigij q; diosam molliore sermone tēperauit, aiens;

hoc est, consolari in uobis. Nā in confirmatione eiusdem sententiæ et ueritatis, eorū potissimum quæ ad fidē attineant, plurima est consolatio, cum plurimi in eandem concurrunt sententiā: quā charitas congaudet ueritati, et ei ueritati, quæ tam familiaris est, nimirum æternorū. Hoc persentire illi discipuli ceperunt, qui dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dū aperiret nobis scripturas? Hinc tantus in primitiua ecclesia feruor: quā erant perseuerantes in doctrina Apłorum, et scrutabantur scripturas, et probabant rem ita se habere, sicut audierant. Tales querit, et diligit, et promouet Spūsanctus. Sic. n. ait scriptura. Ego diligentes me diligo, & qui mane uigilauerint ad me, inuenient me. Qui malunt hoc in loco legere; cohortationē; potius quā; consolationem; non intelligunt in uoce ista; consolationis; cohortationem quoq; intelligi, quā ad Heb. ipse Apostolus appellat uerbum solatiij.

Nolo autem uos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, etc. Occurrit hic tacitæ obiectioni, quæ hmōi erat. Si tantopere, Paule, desiderabas ad nos uenire, quid ergo obstitit? Respondet, Id quidem se proposuisse in animo, sed prohibitum fuisse usq; ad illū diem. Non tamen affert causam prohibentem, quæ facile subintelligi potest, uiz, ipse Spiritus, qui aliarum ecclesiarum ædificationem, et confirmationem per illum prius exigebat. Nam aliquando Phrigiæ et Galatiæ regiones pertransiens, admonitus fuit à Spiritu, ne ibi euangelizaret. Et tendens aliquando in Bithyniam, prohibitus est à Spiritu, et diuertere coactus est in Macedoniam. Ad Thessalonicenses tamen scribit, cum desiderio simili teneretur, et semel & iterum impeditum se fuisse à Satana. Sed illud etiam permisit Deus ad aliquod bonum, licet quod sæpenuerò non cogitamus.

Vt aliquem fructum habeā in uobis. Fructus doctoris non est ppria gloria, sed est profectus discipuli. Nā doctor est uelut quidam agricola spargens semen, quod est uerbum; discipulus uerò est uelut terra, quæ recipit semen; et tunc fructus est, cum de semine illo accepto egreditur uertas bonorū operum, quæ sunt in uerbo ranq; in semine, non actu, sed potentia. Prius tñ præparat terram, uertens illā uomere, quod est corda scindere, et eorū duritiam, ut capiant uerbū salutis; puta, q; homo repletur multis miserijs, & quod moriendum est omnino, et omniū quæcūq; gesserimus, reddenda stricta ratio, etiā uerbi otiosi. His et similibus incipit terra cordis nostri quodam modo scindi & conteri. Et cū sic euerfa est, tunc appositio stercore, id est, propriæ utilitatis notitia, potest facile iaci semen, quod est uerbum Dei, ipse uidelicet CHRISTVS pro nobis crucifixus, qui & deprecatur pro salute nostra, & interpellat apud Deum Patrem: quod & custodiri debet ac seruari farculo exhortationum & collationum, ne crescentibus herbis noxijs, spinis, ac tribulis, id est, uoluptatibus, & erroribus, et necessitatibus huius sæculi, suffocet. Sic ergo fit fructus per præceptorem, quod illi est summè gratum, ut dixerit,

Nota gaudium quod ex fide et collationibus spiritualibus uenit.

Luc. ult.

Prou. 8.

Act. 16.

Nota quo particula Dei dicitur scribit, cum desiderio simili teneretur, et semel & iterum impeditum se fuisse à Satana. Sed illud etiam permisit Deus ad aliquod bonum, licet

Quis sit uerus fructus doctoris.

non 20 abusu &...

ixerit dilectus: Maiorem hac non habeo gratiam, quam ut uideam filios meos in ueritate ambulare. Et Apostolus de talibus ait: Vos estis corona mea, & gaudium meum in Domino.

Philipp. 2.

Doctrina christiana quomodo omnes alias superauit.

Sicut & in ceteris gentibus, Græcis ac barbaris. Latenter prouocat ad æmulationem Romanos, proponens quod & alibi apud alias nationes fructum uerbi retulerit. Hoc in loco per Græcos intelligit eos, qui literis & moribus cultiores erant, apud quos uigebant gymnasia philosophorum. Quod sane mirum uideri poterat, superbam illam Græcorum sapientiam euangelicæ prædicationi collum submississe. Opposuit autem Græcis barbaros, idest, populos ferociores et immites, quod erat longè difficilium eos edomuisse. Verum hoc effecit B. Paulus, in quo Deus per B. Paulum, qui apud Arabes fuit prædicans, & apud Græcos, et proficiens in uerbo Dei, ut uerum fieret illud Isaia uaticinium: Lupus habitabit cum agno, & pardus accubabit cum hædo.

Isa. 11.

Nota pro sapientia christiana.

Sapientibus & insipientibus debitor sum. Vocat sapientes, qui ingenio pollebant; & studijs literarum profecerant: qui tamen indigebant magistro, ut fidem edicerent, & per eam uerè saperent, sicut scriptum est. Prou. 1. Audiens sapiens sapientior erit. Nam hæc proprie dicuntur audiri, quæ non nisi auditu disci, & capi possunt: ut sunt ea quæ sunt fidei, quæ uerè sapientem reddunt. Vnde B. Paulus: Fides ex auditu, auditus per uerbum Dei. Et Isaia: Quis credidit auditui nostro? Et Dominus per Moysen: Audi Israel, Deus Deus tuus ego sum. Ergo e contrario, insipientes uocat, qui nullis honestis literarum studijs & disciplinis imbuti erant. Nam & CHRISTVS in suam doctrinam hos recipit, qui fecit omnes dociles Deo, ut præscriptum erat. Nam in CHRISTO non est Iudæus, aut Græcus, Barbarus, aut Scythæ, sed noua creatura.

Rom. 10.

Nota de excellentia urbis Romæ, ab ipso nomine.

Ita quod in me promptum est & uobis qui Romæ estis euangelizare. Emphasim habet ista nominatio tantæ ac tam superbæ Urbis. Nam Roma idem est quod excelsa. Pone ergo tacite illos, ad quos scribebat, inter sapientes, gratiam captans & beneuolentiam, sed non inter ueros sapientes, sed mundi tantum: ut ostendat eos etiã indigere doctrina per auditum. Promptum autem sibi esse ait (quod ad se pertinet) illis etiam euangelizare, cum id in mandatis haberet: Vt mihi, inquit, si non euangelizauero. Est autem euangelizare, ea quæ de CHRISTO sunt, annunciare: quare addit.

1. Cor. 9.

Prædicatio crucis non erubescenda. Nota.

Non enim erubescam euangelium. Quod tamè multum tunc erubescere, propter opprobrium crucis: Et nunc non desunt partim irridetes, partim erubescere. At B. Paulus id ipsum gloriam reputabat, sicut est reuera: sciebat enim dictum. Qui me erubuerit, & sermones meos, erubescere illum faciam coram Patre meo. Quare nunc multo magis quosdam miramur, qui cognita euangelij dignitate, malunt nihilofecius doctores esse scholasticæ disciplinæ, et logicæ ac philosophiæ, quam uerbi Dei prædicatores, & tamen prædicatorum nomine gloriantur. Adiecit ergo rationem, cur nullum ex euangelio pudorem contraheret.

Virtus enim Dei est in salutem, omni credenti. In salutem, inquit, non quantilibet, sed uerè, & eximiam salutem. Non cuiilibet tamen, sed credenti, idest, recipienti euangelium per fidem, & dilectionem. Sicut medicina uirtutem habet ad sanandum, si tamen recipiatur. Neque uerò sic in salutem, ut continuo saluus ei sit re ipsa, ut ait hereticus. Spe enim salui facti sumus. Propter quod scriptum est: Qui crediderit, non festinet ac si dixerit: Adhuc grandis illi restat uia. Hæc autem dicimus aduersus pernitiosam Lutheranorum sectam, qui unam cum fidei apprehensione, simul & salutem apprehendi inextremabiliter docent, stulte quidem ac pernitiosè. Hic uerò incipit Apostolus late, miroque artificio, de præmio in tractatum descendere, et explanare prouidentiam Dei erga omnes homines, non tamen sine ordine, unde ait.

Contra Lutheranam doctrinam.

Iudæo primum & Græco. Græci appellatione hinc quenlibet alium comprehendit, qui non est Iudæus. Vnde et Romani eo uocabulo comprehendebantur, propterea quod (ut existimo) eo tempore maxime communis erat græca lingua. Ait autem, primum Iudæo, ne in eorum odium uideretur loqui, tacens ueritatem quæ erat pro eis, ut sic eos sibi conciliaret, quos præcipue habebat infestos. Nam uerè hic erat ordo. Ipsi enim Iudæi prius uocandi erant: quia salus, idest, CHRISTVS, ex Iudæis erat, sicut dixit Dominus Samaritanæ: et ipsis primum promissus fuit, unde scriptum erat: Exhibet lex ex Sion, et uerbum Domini de Ierusalém. Sed quia illi repulerunt, ideo primogenituram amiserunt. Et hic est finis proemij, & initium tractatus epistolæ, ubi incipit uirtutem euangelij uniuersalem in Iudæos & Græcos enarrare.

Iudæorum uocatio prior.

Mich. 5.

Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit. Primum tacite innuit differentiam quæ est inter legem, et euangelium: quoniam iustitia Dei, non qua iustus ipse Deus est, et reddet unicuique iuxta opera sua, sed qua nos (ut rectè ait B. Augustinus) iustos facit, hæc est iustitia quæ in euangelio reuelatur. In lege autem non erat reuelata, sed claudebatur in ea tantum in uelamine. Ut autem probet quod uirtus in salutem continetur in euangelio, non autem in lege, hoc primum sumit, quod hæc iustitia Dei reuelatur in euangelio, tantum sic arguens. Virtus in salutem est iustitia Dei, quæ apprehenditur per fidem: non apprehenditur autem nisi fuerit reuelata (Fides enim reuelationi innitur) reuelatur autem maxime in euangelio: Ergo ibi talis est uirtus in salutem. Hæc uerò iustitia donum Dei est inhærens cordi nostro, infusum de super per spiritum CHRISTI, cui Dæmones inuident: et ideo instruit suos, ut illud negent, aut ficiant. Est igitur hoc donum iustitiæ quodam modo ipse CHRISTVS, qui (ut Apollus ait) factus est nobis sapientia, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio, si tantum fide recipiatur. Sic enim quodam modo CHRISTVM nobis concipimus per fidem uiuam, ut illum demum nobis per charitatis opera, & passionem, parturiamus, ac pariamus. Quid enim est fides, nisi susceptio eorum quæ sperantur? Eterna autem hæc sunt, quæ interim non uidemus,

Hic incipit tractatus epistolæ

Quid sit iustitia Dei. Nota propter hereticos.

uidemus, sed ex reuelatione habemus, et spe. Quid autem speratur nisi CHRISTVS uita nostra? Nam ipse est qui reuelatus est in euangelio: qui à seculis fuit absconditus, et sub uelaminibus contextus, et à prophetis plerumque sub figuris, et enigmatibus prænunciatus. Ipse est qui manet in æternum iustus noster, & iustitia sempiterna. Ipse charitate concipitur, quæ ex fide accipitur, ideo ait.

Prima expositio. Nota de fide implicita & explicita.

Ex fide in fidem. Quod multipliciter exponi potest. Et primo, ex fide, uel explicita, quæ erat Gentium, et Iudæorum, in fidem explicitam, quæ est Christianorum. Neque enim fuit Gentibus clausa unquam ad salutem uia, quam consequi prorsus absque fide est impossibile. Gentium ergo fides erat duorum duntaxat articulorum, uel, quod Deus sit, et habes prouidentiam: Et quod inquirentium illum sit remunerator. In quo articulo ceteri continentur implicitè, ut B. Thomas eleganter docuit. Hebræorum uerò fides aliquantò plenior erat, sed nec ipsa omnino explicita. Ipsi enim ex fide de CHRISTO uenturo, prouecti sunt in fidem de illo exhibito. Non enim erant olim sine fide Iudæi ueri, et de CHRISTO, quem uenturum credebant, & in illo sperabant, iuxta factas Patribus promissiones. Sed quæ uis harum fides, præ illa quæ nobis est reuelata, uix dicitur fides in scripturis. Nam ipsimet Iudæi sua improbitate uerificantes scripturas, illam fidem nobis explicarunt, cum in cruce mactarunt Agnum nostrum, uerum sacrificium. Vnde celsit prior eorum fides tantum imperfecta, sequenti perfectæ. Sic hæc perfecta nostra fides cedit tandem uisioni: quando uidebimus illum in gloria facie ad faciem.

Secunda expositio.

Secundo potest intelligi, Ex fide in fidem, hoc est, ex fide prædicantis, in fidem recipientis. Hic est enim ordo diuinæ prouidentie, ut primoribus Ecclesiæ, scilicet, Prophetis, et Apostolis primò reuelaretur quæ fidei sunt, ut sic deinde in alios reuelatio propagetur. Quare Isaia dixit: Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui reuelatum est: et Apollus noster Paulus ait. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est. Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Nam quibus prius reuelatum est, non ob hoc tantum illis reuelatum est, ut ipsi crederent soli, uerum et ut in alios fidem suam extenderent.

2. Cor. 4.

Tertia expositio. Hic nota fidem Iudæorum.

Tertio potest intelligi, Ex fide in fidem, idest, ex fide terrenorum bonorum per Moysen promissorum in antiquo pacto, & testamento in Agno ueteri consecrato, in fidem celestium, quæ in nouo et æterno testamento consecrato in CHRISTI sanguine comprehensa sunt, et promissa in uero Agno. Vnde rectè ait: Ex fide in fidem: quoniam uetus illa fides, de qua scriptum est. Crediderunt Deo et Moyse seruo eius, quæ erat terrenorum bonorum, celsit huic nouæ de CHRISTO, qua in eum creditur, qui promittit æterna. De qua fide ipse dixit. Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris.

Exod. 14.

Ioan. 8.

Quarta expositio.

Possemus etiã quarto modo intelligere, Ex fide in fidem, idest, ex fide eorum quæ contigerunt CHRISTO, in fidem eorum quæ contingent nobis. Ipse enim typus est nostri: quoniam & nos resurge-

mus, sicut & ille resurrexit: & coronabimur, sicut & ille coronatus est. Nam & ob hoc præcessit fides terrenorum bonorum, ut sicut uiderunt Iudæi tum demum eos obtinuisse promissionem terrenorum, qui crediderunt, & non tentauerunt Deum, sed eius præcepta seruauerunt: sic & qui crediderint euangelio, & qui fuerint obediens in spiritualibus, et demum requiem sempiternam obtinebunt.

Quinta expositio.

Quinto potest intelligi, Ex fide Dei, qua ipse quod promittit, effecit, mittendo filium suum, in fidem Iudæorum, & eorum qui sicut crediderunt promissionibus, ita ipsam exhibitionem fide acceperunt.

Sexta expositio.

Occurrit sexta & nouissima expositio, quæ hunc habet sensum. Homo enim impius & iniustus, cum se disponit ut fiat iustus, primum credit adhuc in præputio existens, fide sua, idest, actu credulitatis, qui procedit ab ipso adhuc longe existente, licet excitetur ea fides in illo à Deo miris modis. Et ex hac fide sua homo accipit hoc donum iustitiæ, et charitatis, & gratiæ, quod non aduenit sine dono fidei infusæ. Hæc enim fides est donum Dei, & sic procedit ex fide in fidem, idest, ex fide sua, idest, actu prioris informi, nec ex habitu procedente, in fidem, quæ Dei donum est formatum charitate. Quod totum ego alias figuratum esse in Simone Petro & agnouit, et latius declarauit. Simon enim, quod est paternum nomen, significat consensum, qui ex nobis uenit, fauente Deo, quæ præbemus auditui fidei. Petrus uerò, quod est nomen à Deo et CHRISTO, significat superius donum fidei, & lumen, unde homo confirmatur: et sic ex fide in fidem proceditur, sicut ex Simone in Petrum. Cum autem omnes hæc expositiones in se ueræ sint, et uerba ipsa Apostoli illas minime respiciant, non uideo cur ulla sit respuenda, cum scriptura sancta plures simul, etiã literales sensus recipiat, et intentos à Spūsancto autore. Nam si ueri sunt, & nihil ueri potest Spiritum ueritatis præterire, cur (quæso) non eos intendat Spiritus? Sequitur ergo.

Nota hæc.

Nota.

Sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit. Locus in Abacuch, ubi hebraicè (ut quidam uolunt) legitur. Iustus autem ex sua fide uiuet. Et si quidam legant: Iustus meus, idest, Iustus coram me Deo, non coram hominibus. Nam hic tantum coram Deo est iustus, simpliciter iustus est. Et ideo B. Paulus non curauit adijcere, ly, meus, sed simpliciter dixit: iustus; quamquam reuera in codicibus hebraicis, qui nunc leguntur, non est, ly, meus, sed legitur: Iustus ex sua fide uiuet: quia impij hominis fides est principium pietatis, disponens ad recipiendam gratiam uitam, quæ est à Deo, nec datur hæc uita absque fide nostra; ideo dixit: Ex sua fide uiuet. Gratia enim & ueritas est qua uiuimus, et interim uita gratiæ habentes, expectamus beatam spem, idest, gloriæ uitam. Quoniam uerò gratia ex fide nostra uenit, ideo ex fide nostra dicimur uiuere: quamquam et in fide, quam cum spe, et charitate infundit nobis Deus, dicimur uiuere, sicut dixit Apollus. Quod autem in carne nunc uiuimus, in fide uiuimus filij Dei. Sed non propter ipsam fidem tantum, sed multo fortius propter charitatem, quæ surgit ex fide, uiuimus. Et hæc in hereticos dicitur.

Nota.



mus, qui perspicue contra ipsum B. Paulum (in quo tamen fidere ac niti se fingunt) primas defecerunt fidei, charitate posthabita: cum & fides, et omnis uirtus, si qua habeant uitam, a charitate (ipso Apostolo teste) mutentur. Sed hæc latius & passim suis locis declarabuntur. Annotandum interim, quod Septuaginta hunc locum sic interpretati sunt: Iustus autem meus ex fide mea uiuet, decepti (ut B. Hieronymus existimat) elementorum similitudine. Porro mirum uidetur, quod idem B. Hieronymus dicat hunc locum a B. Paulo iuxta Septuaginta citatum. Quod tamen nec in græcis, nec in latinis codicibus nunc inuenitur.

Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui ueritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium.

Officia legis duo, præmiare & punire.

Quæ sit ira Dei de cælo. Nota.

Sicut legis est, præmium proponere facienti bonum, ita eiusdem legis est, etiam poenas, et supplicium indicere præuicacitati. Ut noscas igitur, saltem a posteriori, iustitiam Dei in euangelio esse reuelatam, qua iusti efficiuntur ad acquirendam uitam æternam, adiecit, quod in eodem euangelio reuelatur ira, id est, uindicta Dei, contra eos qui nolunt iustificari, aut qui in accepta iam iustitia non steterunt. Hinc enim elicitur ualidissimum argumentum, quod in eo manifeste perfecta ira Dei reuelatur: quoniam in hoc est iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, hoc est, æterno ac perfecto supplicio, æquissima Dei sententia, digni sunt: quia tantum donum sibi oblatum uel recusarunt, uel in illo non profecerunt. Quare ut hanc Dei iram summam, & non quolibet iram intelligeres, addit: de cælo, quæ apparebit in die nouissimo. Multæ namque sunt & uariæ Dei iræ, & furores, quos licet in ueteri lege cernere, quibus tamen tunc homines temporaliter feriebantur. Talis fuit caracismus ab initio, & terribilis illa quinquæ ciuitatum cõflagratio. Tales fuerunt plagæ Pharaonis, & Ægyptiorum. Tales & in lege Moyses fulminabantur. Quare clades filiorum Israel, quibus in deserto ira Dei seueritate sæpenuerò sunt affecti, ac deinde captiuitates multæ, non ueniebant ab ira Dei perfecta illa, quæ de cælo ueniebat. Nam nulla earum de cælo talis paruit, qualis est illa futura, quando audiverit: Ite maledicti in ignem æternum. Hæc ira non

est reuelata in lege, sed in euangelio Dei. Quod si propheta hanc iram prænuñciarunt (ut certe prænuñciarunt) non ita tamen aperte sicut in euangelio, neque quasi esset ira hæc ex lege. Est enim non ex lege ira hæc de cælo, sed ex euangelio. Nam multa, quæ ad euangelium pertinent, prius fuerunt per prophetas prædicta tanquam euangelica, & a Domino ipso profecta, non ex Mose.

Hæc autem ira Dei reuelatur super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent. Per impietatem intellige id, quod est contra Deum; ut infidelitas, idolatria, blasphemia, & omne sacrilegium. Per iniustitiam uero etiam omne quod in proximum inferitur iniuste. Et in his duabus concluditur omne peccatum, quod tamen est imputabile illis tantum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, id est, qui contra conscientiam agunt, & contra id quod sentiunt, et sciunt, aut scire debent de Deo, operantur: a qua impietate, & iniustitia possunt (Deo fauente) se auertere. Scitur enim, & sciri debet de Deo ab omnibus, illum esse omnium Deum & Dominum, & qui ea requirat a nobis quæ recta sunt, & quæ sibi debent, & proximo: quæ si negligamus, non sumus excusabiles. Quoniam uero Gentes non sunt derelictæ absque hac de Deo cognitione, præcipue autem eorum maiores, qui ingenio pollebant, & sapientiam profitebantur (non enim omittebat Deus eos per suos Angelos illuminare) ideo hos primum taxat Apostolus, ut inde possit confidentius ad Iudæos se conuertere, & sic ostendere quod omnes fuerant sub peccato, & indignissimi gratia Dei, ita ut nullus haberet causam sese extollendi aduersus alterum, nec Gentilis aduersus Iudæum, nec Iudæus aduersus Gentilem. Ait ergo de Gentibus.

Accusatio aduersus Gentes.

Quid ab omnibus sciri debeat de Deo.

Quia quod notum est Dei manifestum est in illis. Hoc notum est Dei, seu noscibile de Deo, quod ipse est prima causa, principium omnium, summum potens, summum sapiens, summum bonus, summum iustus, summum perfectus, non mutabilis, sed absque ulla mutabilitate sempiternus: et alia quæ huiusmodi sunt, de quibus facile elicitur, quod ipse solus erat dignus summo cultu ac ueneratione. Ne autem hanc manifestam de Deo notitiam arbitraretur quisque uenire a lumine tantum naturali, sine aliquo diuino afflatu, et auxilio superaddito, statim adiecit: Deus enim illis manifestauit. Licet enim ex his quæ poterant ex hoc creaturarum libro uidere, potuissent (qui ingenio perspicaces erant) ea coniectare de Deo quæ diximus, non tamen firmiter his herere tanquam rei manifestæ, nisi intus per Angelos adiuti fuissent. Nam omnis nostra cognitio, circa eius in nos prouidentiam ex his quæ uidentur, non est eousque firma, quin posset nonnullis apparitionibus e contrario rationibus, et Demone adiuuante labefactari, si Deus omnino relinqueret nosmetipsos nobis ipsis. Apostolus ergo declarans modum, quo nouerunt: & ut hinc etiam acciperes quid de illo potuerunt nosse, ait, quod Deus lucis sue beneficio ac participatione, qua participatur omnis intellectus naturaliter, & per media obiecta, quæ sunt ipsius creaturæ, illis manifestauit ea, quæ de ipso naturaliter noscibiles erant,

Quod philosophi etiam habere cognitionem de Deo sufficientem ad querendum illum.

Etiam philosophos non reliquit Deus in puris naturalibus sine auxilio speciali.

Psalm. 13.

erant, adiuuando naturæ lumen intrinsecus eo modo, quem ipse nouit. Alioquin si sibi ipsis, & suarum tantum solertiam dimissi fuissent sæculi sapientes, nec sic Deum cognouissent. Nam de cunctis filiis Adæ, si sibi ipsis relictis fuerint, merito dicitur: Non est intelligens, non est requirens Deum. Homo enim si in ueteri peccato relinquitur, nec speciali auxilio adiuuetur a Deo, etiam ex his creaturis, & cunctis quæ uidentur, non poterit constanter colligere, quæ sunt debita erga Deum pietatis officia: cui sententiæ ex doctrina B. Augustini consentit D. Anselmus hoc in loco, cuius uerba sunt hæc: Deus, inquit, illis manifestauit, id est, non solum naturalis ratio profuit, sed Deus quoti die adiuuit, ne sola natura sufficere uideretur. Iudæis autem multa etiam supra sensus captum ostendit Deus, in quo exultare poterat præ Gentibus, & cantare. Notus in Iudæa Deus: etc.

Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Vocat inuisibilia Dei, quæ cunctis sunt illi intima. Nam quodcumque Dei est, Deus est. Unde sicut ipse est inuisibilis, ita & inuisibilia sunt, quæ sunt eius. Inuisibilia autem dico nobis: alioquin suapte natura ipse Deus, qui summa lux est, summum est uisibilis. Et ideo quæ sunt illi intima, summum sunt uisibilia: sed propter imbecillitatem uisus nostri, ipse, & quæ sunt eius, ut sapientia, bonitas, potentia, & reliqua omnia, nobis inuisibilia sunt. Habitat enim ipse lucem inaccessibilem. Nam cum ipse sit lux, & summa lux, consequentissimè uisibilis est, & summum uisibilis. In eo uero quod nostri intellectus acies est tenuissima ac debilissima, & infirmissima ad sustinendam tantam lucem, inaccessibilis, & inuisibilis nobis est, & in luce sua quodam modo, quasi in tenebris obuolutus, nobis delitescit. Sapienter autem plurali numero dicit Apostolus. Inuisibilia Dei. Quamquam enim omnia quæ Dei sunt, sunt ipse Deus, & consequenter res una sunt, eaque simplicissima: quia tamen hæc una res æquipollet multis, & eminentissimè, Deus est omnia: ideo rectè Apostolus plurali numero dixit. Inuisibilia. Quod uero addit: a creatura mundi, uel expone, ab ipsa creatione (nam hanc expositionem etiam fert græca litera) uel melius, ab ipso homine, qui mundi creatura dicitur: quoniam ipse est finis omnis creaturæ, & in eo etiam quodam modo omnis creatura continetur. Hic est enim, nempe solus homo, qui per ea quæ facta sunt intellecta, intelligere potuit quæ Dei sunt, & non alia creatura. Licet enim inuisibilis sit Deus ipse in se, non tamen ut in creaturis relucet, aut resplendet aliquo modo: sicut Sol qui directò non potest a nobis his oculis cerni, sed ex resplendentia cernitur, tamen si hæc cõparatio sit debilissima. Et bene dicit. Per ea quæ facta sunt intellecta. Quoniam si bene intelliguntur quæ facta sunt, quod tunc est, quando causæ cognoscuntur, non dico tantum materiam & formam, sed efficientem quoque & finem, tunc uenitur in aliquam Dei cognitionem: & inuisibilia Dei, non quid sint, sed quod sunt, conspiciuntur in ipsis creaturis quasi in speculo, & in ænigmatibus: neque quod sint eo modo quo apprehēdi-

Creatura mundi quid est potissimum in scripturis.

mus, sed quod sunt quodam modo eminentissimè. Siquidem nihil eorum quæ nouimus, & per quæ Deum noscimus, repræsentare potest illum nobis uti est, cum quicquid est extra illum, in imensum excedatur ab illo. Non est uero nouum in scripturis, creaturæ appellatione hominem intelligi, sicut dixit Dominus: Prædicite euangelium omni creaturæ. Nam & homo quodam modo omnis creatura est, qui de omni creatura aliquid participat, & (ut diximus) propter illum sunt omnia mundi huius.

Marci uel.

Sempiterna quoque eius uirtus, id est, ipsa omnipotentia sempiterna, quæ de cælis maxime agnoscitur, qui infatigabiliter mouentur: ut hinc infinitum Dei uigorem Philosophus collegit. & diuinitas, hoc est, superexcellencia. Unde & cælum dicitur diuum & diuinum, et heroes multi diui et diuini: quoniam longè alios superexcellunt uirtute.

Ita ut sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Hic ostendit Apostolus mundum miserum & infelicem: primum per hoc, quod Gentes non profecerunt in suo naturæ libro, etiam Dei auxilio confirmati in notitia ueritatis: quoniam magni philosophi defecerunt, qui minime probarunt ipso opere, quod probabant intelligentia, ac sermone. Si igitur illi magis illustrati a Deo, et electi ut illustrarent alios, prolapsi sunt, quid putandum est de imperita multitudine, & uulgo reliquorum hominum, qui per illos ducebantur? Nam ut ex illis coniciamus reliquos: Cum enim ipsi nouissent Deum, id est, eum in se summum pulchrum et excellentem, cuius prouidentia, ac sapientia cuncta sunt condita, & gubernantur (hoc est enim uerè nosse Deum, nam scripturæ, ut alibi sæpius declaro, in hac notitia, quod est Deus, concludi uolunt & notitiam prouidentie eius) Cum ipsi, inquam, hanc Dei haberent notitiam, ac propterea intelligerent illum esse colendum, & glorificandum cum omni laude, sancto timore, debita quoque gratiarum actione, nec tamen id præstiterunt, redditi sunt inexcusabiles, & merito. Qui enim cognouerunt ab eo esse omnia bona, & dona, quæ hominibus euenire possunt, & quæ ipsi metaceperant, ac de his insuper longè meliora atque felicitiora sperare poterant, non egerunt tamen gratias, ut debuerant, profecto sese inexcusabiles prorsus constituerunt. Neque enim parua peccata plebuntur minores, qui non ita cognoscunt, sicut maiores. Nemo igitur dicat. Satis est nosse, ut operemur. Ecce philosophi nouerunt, et non fecerunt quod bonum erat. Nihil enim prohibet intellectum capere quidem ueritatem, uoluntatem uero ob arbitrii libertatem, quæ in ea est, & propter imperium, quo cæteris imperat animæ potentis, non sequi agnitam ueritatem. Potest etenim non probare ut finem, quod ei ut finis ab intellectu proponitur. Potest item non probare ut bonum ad finem, id quod sit tantum uerè bonum ad finem: quamquam ipsum finem iam notum, & adeptum non possit spernere, aut reiicere. Voluntas autem hominis, quæ naturaliter erga carnem afficitur, etiam naturaliter ipsius petulantis succumbit dominante peccato,

Quare philosophi inexcusabiles.

Sola notitia ueritatis non satis est ad bene agendum.

MINUS . 311



donec homo Dei gratia non illustratur. Accedente autem gratia peccatum non dominatur, nisi illi nosmetiplos subiiciamus.

Qua uia poterant philosophi eternam salutem consequi.

Sed hoc in loco dubium oritur. Si enim homo sine gratia Dei nihil boni agere ex uiliberi arbitrii potest, & philosophi gratiam non haberunt, nec illam ullo suo facto promereri poterant: quomodo sunt ex hoc solo inexcusabiles, quod non ignorauerunt ueritatem, cum etsi illam scirent, facere tamen non potuissent? Licebit ne dicere, quod ex uiliberi arbitrii poterant facere, idest, glorificare Deum, & gratias illi agere, ac propterea implere legem naturae? Hoc non uidetur catholicum. Dicere autem, potuisse eos uitare singula, licet non collectim; nihil est. Ecce quero de hoc: Aut poterant sine gratia glorificare Deum, & dignas ei gratias agere (quae res continet totam iustitiam) Aut non. Si annuas, in eum incidis errorem, qui creditur ab ecclesia reprobatus: quoniam hoc per solam naturae uim, absque gratia Dei, fieri nequaquam potest. Si neges: Quomodo ergo redditi sunt inexcusabiles? An forte uerum erit, quod isti noui haeretici blasphemantes asseuerant, uidelicet, Deum a nobis exigere impossibilia, ut si non fecerimus, puniat nos aeternis supplicijs? At hoc non est diuinæ clementiae & aequitatis. Credimus ergo nec philosophos fuisse Dei auxilio destitutos, si agnoscentes debilitatem suam, petissent a Deo fortitudinem operandi per gratiam suam, quam ut supplices postularēt, ipsa ratio, & angelicæ inspirationes proculdubio (ut par est credere) deposcebant. Sicut enim Deus illuminauit eos, ut intelligerent quid esset eis faciendum ad salutem, ita non defuisset in præbendo opportunum (quo ea facere poterant) auxilium, si poposcissent. Quapropter id quod insequitur est explicat, aiens.

Sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum. Vanitas est, quod non est finis, neque conducit ad finem. Eorum igitur cogitationes, tanquam hominum cogitationes quae uanae sunt, in hominum gloria suam ipsorum felicitatem constituerunt. Ideo uani redditi sunt a fine, idest, ab ea gloria, quae a solo Deo est, exciderunt: unde meruit insipientis cor eorum obscurari. Obscuratur autem cor prauo & indebito affectu, quo prohibetur, ne ad uerum finem possit aspicere. Et quia obtinuerunt gloriam ab hominibus, etiam sapientiam sibi falsa persuasionem arrogarunt, in quo pariter turpissimè desipuerunt. Nam honor propter uirtutem esse debet. Neque enim uerus reputatur honor, nisi ipsa uirtus, cui iure debetur, praesens adsit. Sed ipsi honorem propter se appetentes, non curarunt de uera uirtute ac sapientia: Imò quod ab alijs honore afficiebantur, ex eo se sapientes esse arbitrati sunt, non perspicientes uerum sapientiae probatorem non esse hominem, qui falli potest, sed Deum, qui neque falli, neque fallere nouit: Vnde addit.

Summum stultitiae.

Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Nam hoc summum est stultitiae, putare te, cum uehementer desipias, plurimum sapere: & contra, ini-

rium sapientiae est agnitio propriae insipientiae, & insipientiae. Non est autem remedium ei qui se putat sapere, nisi primum discat se desipere, ut ait Apostolus. Si quis, ait, uidetur sibi esse sapiens, stultus fiat, idest, stultum in primis se agnoscat, ut sit sapiens. Hoc peccatum fuit Angeli, praesumere se sapere supra Deum suum; unde stultissimum se reddidit, & obscuratum est aurum, & color optimus immutatus. Hic ergo philosophorum summus error, de sapientiae, scilicet, ac scientiae persuasionem gloriari. Licet enim quidam illorum essent ironici & dissimulatores, & contra humanam gloriam disputantes, tamen (ut uerè quodam in loco Cicero ait) uel eo ipso eam quaerebant, quod illius contemptores uideri studebant: cuius rei perspicuum ostendebant inde argumentum, quum de industria suis in libris et nomen proprium inscriberent, ut uel sic clari & illustres redderentur.

1. Cor. 3.

Peccatum Angeli.

Et quam facile, & miserè (Bone Deus) in hoc genere insipientiae peccat homo, & non uno modo. Nam quidam sibi arrogat quod non habent, & plusquam habeant ostendunt, & semper augent. Quidam uerò & si quid habeant, ipsi tamen quid, & quantum eis desit, nec agnoscunt, nec cogitant: & non metiuntur se ipsos ex re ipsa & ueritate, sed comparatione sola imperitorum. Non secus atque illi solent facere, qui in aliqua turri excelsa collocati, si deorsum deiciant oculos, celsi admodum, praesens his qui repunt in terra, esse sibi uidentur. Qui si sursum uersa uice spectarent, & cum his se conferrent qui sunt longe superiores, quicquid cogitatione atque auditate in supernis habitant, profecto nanos sese & pygmaeos, quin & formicarum simillimos magnitudine ipsa estimarent. In utroque ergo errarunt philosophi. Primum enim sibi, quod non habebant, arrogarunt: deinde se ipsos in eo quod habebant, non uera regula metientes, ut dictum est. Et ideo suo merito nesciunt, quid sibi ad ueram sapientiam deesset, quam a re ipsa debebant metiri in seipsis, non in comparatione ad uulgos, & inde serio de uero fine suo cogitare, & de his quae ad illum ducunt, quem cum per se non potuissent cognoscere, petissent a Deo, & ipse ostendisset eis. Sunt autem qui uerè accipiunt, sed perinde ac si non acceperint, gloriantur, nullas Deo gratias agentes, sicut Diabolus: quo errore etiam philosophi lapsi sunt. Hæc autem licet proculdubio ita se habeant, sicut testatur Apostolus, non eò tamen usque seuerè mihi intelligenda uidentur, quae penitus omnes philosophos concludant ita succubuisse, ut nullus eorum sit adeptus salutem, sintque facti prorsus omnes rei secundae atque aeternae mortis. Durum nimis hoc, atque acerbum uidetur. Quare ob istam causam hic locus fortè intelligendus est de maiori illorum parte, quemadmodum ea quae in seq. cap. cum aduersus Iudæos inuehitur. Nam de Socrate & Platone meliora fortassis dignum est opinari, quam quae Apostolus generaliter hic in philosophos obijcit. Verum cum uenitur ad hæc particularia, solius Dei esto iudicium, uel eorum qui a Deo certam reuelationem habuerint.

Facilis est frequens error hominibus in estimatione suorum.

Miranda caecitas, atque insania philosophorum, & gentium

Isa. 40 Sap. 4.

Calumniosa reprehensio haereticorum circa uenerationem imaginum.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Voluit Apostolus hic a scelere stultissimo, eorum probare insipientiam, tanquam a fructu ipsius. Omnis enim arbor a fructu cognoscitur. Scelus autem fuit mutare gloriam Dei, idest, gloriam quae Deo debetur, aut, quae in ipso Deo est, qui solus est incorruptibilis ex se ipso, & eam ponere in similitudine imaginis, idest, in simulacro, ubi erat similitudo, uel imago corruptibilis hominis, & nedom hominis, sed & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Nam horum omnium imagines colebant etiam diuinis honoribus: quo facto nihil certè poterat excogitari stultius. Et de huiusmodi imaginibus certum est: quoniam & adhuc Iouis, Saturni, Iunonis, Veneris, & aliorum idola extant. Nec tamè id satis erat eorum stultitiae, nisi & bestiarum adderent adorationem, & eorum imaginum, ut de Aesculapii serpente tradunt historiae. Babylonij serpentem draconem adorabant: Aegyptij appem bestiam uaccae similem, & columbam, & turturam. Alij idola coracina, alij ouem, nonnulli hircum, quidam arietem. Romani idola omnium gentium, quas bello superabant, recipiebant in cultum. Et hæc erat illa Graecorum magna sapientia, pariter & Romanorum, quae nihilominus tantis praecognitionibus excogitari, qua nihil stultius (ut iam dixi) poterat excogitari. Queritur enim Dominus aduersus hanc gentem ad eò insipientem per Isaiam dicens: Cui assimilastis me? Et alibi: Incommunicabile nomen, lignis & lapidibus imposuerunt.

Sed nostra aetate è sepulcris redierunt hypocritae quidam, & falsi magistri, qui hoc sacrilegium idolatrie Christianis impingunt, quasi illi adorent & uenerentur imagines, & ligna, & opera tantè manuum hominum. Qua in parte egregios se syncophantas produnt. Etenim Christiani utuntur imaginibus & figuris non ut eas colant, aut ullo modo uenerentur sistentes in eis, sed ut quod uerè colendum est & adorandum, per illas recolatur, & ad illas adoratio eiusmodi fiat. Hoc autè non est colere simulachra, sicut illi faciebant, quorum error in duobus consistebat, uidelicet, & in colendo ipsas imagines, & similiter quod putarent Deos esse, qui illis imaginibus representabantur. Nam & in eis esse uim diuinam putabant, fallentibus ita Daemonijs, dum responsa per eas redderent: quamuis non dubitem, idolorum sacerdotes multoties in reddendis oraculis sefellisse miserum uulgos. Quare & ipsas imagines uerè colebant, & in ipsis uim esse diuinam existimabant, quorum neutrum ullus uerè Catholicus facit. Obijciunt, prohibitum esse omnino, ne qua sculperetur, aut pingetur imago. Sed hæc prohibitio finem habet adiuturum, uidelicet, ad colendum illam & adorandum. Non enim ex se peccatum erat fingere quicquam, aut sculperè simulachrum: alioqui cur erant sculti Cherub super propitiatorio? Et cur alias imagines licebat iussu legis effingere? Adde, tunc ista fuisse prohibita, quoniam merito poterat de idololatria oriri facilis suspitio in illa caecitate mundi, quum

salforum Deorum ubique cultus uigeat. At nunc iam mundi oculos aperuit CHRISTI lux, nisi excœcauerimus nosmetiplos. Nec est contumeliosum Deo, si illum colamus in imagine, ut falsò nos arguit Calvinus quidam, qui se in haereticam huiusmodi maledictijs extulit, eò quod per eam crasse (inquit) maiestatem imaginamur. Nà uerè ipse crasse imaginatur, & calumniosè obiectat. Non enim adeò crassi sumus, ut putat, sed ex imagine qualis qualis est, uenimus in cognitionem, seu recordationem Dei, & operum suorum, quae frequenter ostendunt picturæ, ut glorificemus eum, & agamus, & habeamus illi gratias pro modulo nostro. Neque uerò putamus talem esse Deum secundum diuinitatem, qualis in imagine apparet. Et tamè si crasse imaginari Deum piaculum est: quero ego ab hoc sapienti uiro, ac censore, An non & ipse crasse Deum imaginatur, si quado de illo cogitat? Imò in scripturis ipse, nonne assimilatur multoties Deus creaturis sensibilibus? Recolat infelix homo, quomodo apud Daniele describitur Pater, & apud Ezechielem, & alios prophetas, & dicat nobis homo blasphemus, utrum illi Angeli crasse Dei maiestatem reuelabatur? O uerè miseros, qui Ecclesiam matrem suam docere praesumunt. Praeterea, CHRISTVS secundum humanitatem talis pingitur, qualis erat, nimirum uerus homo: quamobrem omni ex parte peccat calumniator iste & reprehensor. Sed ad rem nostram, ut uideatur sacrilegio dignos fructus, quos philosophi illi, & mundi sapientes ex caecitate mentis reportarunt:

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Qui commutauerunt ueritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & seruiuerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula, Amen. Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiae. Nam feminae eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.

Propter quod etc. Tradidit autem illos in immunditiam, dimittendo eos in suis immundis cogitationibus, & concupiscentijs, propter flagitium tam infandè abominationis, idest, idololatriæ. Scriptum est enim: Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium, & finis. Sic Deus dicitur facere malum & peccatum, cum dimittit hominem suomet se regendum arbitrio, qui non potest ex se solo ullum bonum patrare. Deus enim qui potest prohibere peccatum, ne fiat, & adiuuare hominem ut caueat, & non prohibet, nec adiuuat ad cauendum: imò permittit, imò & interdum ponit (ut sancti doctores dicunt) offendicula

Qua poena seculi cum seruat contemptus Dei, et idololatria.

Et mutauerunt

dicula, occasiones peccatorū, incitationesq; per angelos malos ad scelera, ut admittant ea, nōnulo modo uidetur posse dici causa peccati, sed nō ut est peccatum, sed ut est pōna peccati. Hoc n. pacto peccatum à Deo est, & bonum est: quia ut pōna consideratur, quæ à iustitia est. Cum ergo peccatum pariat peccatum, facile conficitur restis, & funis fortissimus, quo homo strangulatur, & in barathrum inferni precipitur. Vocat aut̃ immunditiā, forte specialem lapsum carnis, quem mollitiem uocant. Vnde ait.

*Vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Verè enim afficitur contumelia corpus nostrum in nobis ipsis, cum illud per hæc feculenta ita foedamus, ut dedignetur illuc habitare Spiritus sanctus. Hoc enim uno peccato corpus coinquinatur: quia quod est membrum CHRISTI, obligatur meretrici, ut alio in loco Apostolus nobis manifestè declarat.*

1. Cor. 6.

*Qui commutauerūt ueritatē Dei in mendaciū. Rectè legitur græcè: in mendacio; non in mendacium. Quomodo enim ueritas Dei uerti potest in mendacio: Commutatur autem ueritas Dei in mendacio, quando quod propriè Deo debetur, trās fertur arrogando illud creaturæ, quæ coram Deo mēdaciū est, ut legitur: Omnishomo mēdaciū: & iterum. Vt quid diligitis uanitatē, & queritis mendaciū? Sic ergo fecerunt illi, quia coluerunt, & seruiuerunt creaturæ, potius quàm creatori, qui est benedictus in secula, Amen. Et uide dignam peccato pōnam, ut qui spreuerunt Deum, etiā seipso spernerent, & insuper afficerent contumelia, bel-luarum uitam agentes immundam. Exprimat autem contemptum Dei in hoc, quòd cultum & la-triam, ab ipsa creatura Creatori debitam, qui solus est, & ideò benedictus in secula, ipsi creaturæ reddiderunt, quæ nihil est ex seipsa. Benedictum Deum uocat in secula, id est, gloriosum in æternum, quod omne sæculū ambit, cui omnis creatura dat gloriam. Et si enim multi, dum in uia sunt, blasphemant illum, certè de hoc sumitur gloria Dei: qui longanimis, & bonus in sustinēdo illos, per hoc interim agnoscitur. Qui autē iā damnati sunt in inferno, dum illū blasphemant, laudem illi suo modo dicunt: quia iustitiam ipsius commendant. Credendum uerò, non esse exiguā eis tormentorum partem, dum rabiem suam ne quicquam sic exercent, Deo interim ridente, & irridente illos ineffabiliter. Sæculum autē significat certā durationis periodū, & maxime illam quæ summa est, siue huius, siue alterius uitæ. Itaq; sæculum, uitæ durationem significat. Et quia duratio uitæ huius finita est, etiam sæculum finitum est. Alterius autem uitæ sæculum, infinitum est: quia & uita sine fine. Hoc igitur modo sæculum intelligitur, ubi Dominus dixit: Non dimittetur neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Dicitur & sæculum sæculi, & secula seculorum, quæ sunt præstantiora, ut æuum respectu temporis, & æternitas etiam respectu æui: sicut dicitur cœlum cœli, cœli cœlorum, Deus deorum, canticum canticorum, tropo hebraico. Nonnulli sæculum mille*

Pf. 115. & 4.

Nota cōuenientia pœnæ cum peccato

Damnati blasphemantes Deū laudant illū, et seipso macerant.

Sæculum quid

Matth. 22.

annis finiunt: alij centum annis, quæ præsumitur uita hominis longæua. Vnde dictum est carmen sæculare, quod canebatur in sacrificijs centesimo quoq; anno. Astrologi, qui multa suo ingenio fingunt, scilicet hoc illis dāte suo Mercurio, aut stella fixa, triginta annis sæculum clauerunt.

*Amen, uox hebraica, significans cōfirmationē: quæ & optantis est, ut hic apud Apostolum. Est item promissionis, & ueritatis nota, & attestantis illam summam & primam Veritatem. Et sic usus est frequenter CHRISTVS, qui & ea uoce significatus est, Dilecto dicente: Hoc dicit Amen, qui est testis fidelis. Et in eius honorem māsit hæc uox in sua lingua.*

Amen quid

Apoc. 3.

*Propterā tradidit illos Deus i passionē ignominie etc. Specialiter nunc declarat, quod in genere dixerat de immunditia. Et primò ponit ignominiosissimum scelus, & infandum cōtra naturam, id est, non modo contra rationem hominis naturalem, sed contra uniuersalis instinctum naturæ: Alioquin si ratio attenditur, omne peccatum est contra naturā. Et bene uocat passionē ignominie: quia per has etiā infra bruta animantia sese deijcit miser homo. Et uide iustitiam congruam dignamq; peccato. Tu homo infelix, qui Deo prætulisti creaturam, nonne cōgruè fit, si etiam infra bruta te ipsum in tantā ignominia præcipites: Et hinc patere potest, quibus tenebris obuoluantur Turcæ, qui sub lege illa Mahumetis spurcissima uiuunt, & hoc insigne flagitium (ut fertur) nō habent pro scelere, ut sint inexcusabiles: quos etiam uel animalia bruta damnabūt. Illud porrò ad cōmendationem diuinæ iustitiæ notandum, quòd plerumq; homines qui sunt elati & superbi, & impij, & secularibus imbuti disciplinis, hoc spurcissimo & immanissimo scelere tenentur captiui, atq; foedatur. Verū quidē est, foeminas primū (ut aiunt quidam) dedisse huic nephādē operationi initiū: postmodum creuit audacia, & mares similiter fecerunt, ut Apostolus hic uidetur innuere. Et ut de clararet hoc peccatum esse pōnam suūpsius cōgruam, adiecit.*

Peccatum contra naturam.

Nota hæc omnino.

*Et mercedem, quam oportuit etc. hæc est merces, ut inhonorantes propriū corpus, exturbent Spiritum sanctum inhabitantem in seipsis. Congruentia uerò talis pœnæ magis exprimitur, per id quod subsequitur.*

*Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciāt ea quæ nō cōueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, Deos odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuētores malorum parentibus non obediētes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absq; foedere, sine misericordia. Qui cum iustitiā Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt digni sunt mortē, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Et sicut

Et, pro quia, sepe numero in scripturis.

*Et sicut non etc. Dicitio; et; frequēter in scriptura tropo hebraico capitur pro; quia; & ita puto hoc in loco accipiendam, ut sit sensus. Quia non probauerunt, scilicet factō ipso, se nosse Deum, quē tamen intellectu conceperant & nouerāt, ob eam causam sunt dimissi & traditi in reprobum sensū. Sic enim græcè legitur, ut propterea Deus similiter dicatur non probare se nosse illos, & dignitatem illorum quam fecit ipse, excellentius eis ingenium, & animam meliorem donans, dū post modo propter eorum tanta scelera permitit tale eorum ingenium & intellectum, tenebris adō densis, per subtractionem lucis, & auxiliij sui, obscurari, ut perpetrarent tanta ac tam uehementer absurda. Et propriè reproba mens est, quæ tātos fecit in malo progressus, ut mala uelut bona probe, unde omnis conflat iniquitas: quia si lux, quæ in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantè? Repletos omni iniquitate Græcè, iniustitia, quæ est omne peccatum; sicut econtrariò iustitia est omnis uirtus.*

Iniquitas et iniustitia idem.

Fornicatio

Malitia

Auaritia

Ecclesi. 10.

Nequitia

Inuidia

*Fornicatione. Hæc omnem ueneri delicti specie complectitur. Thobias enim Dixit filio suo: Attende tibi ab omni fornicatione. Et hoc uitiū primò nominat, uel quia cōmune pluribus, uel quia indignum sapiente.*

*Malitia, πονηρία: Quæ est inueteratū uitium, & cōnaturale factum, cū quis de industria exquirat etiam laborans, male agere, ita delectatur in malo. Et est proprium Diaboli epitheton, à quo in oratione Dominica petimus liberari, dicentes. Sed libera nos à malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.*

*Auaritia, Vitiū est, quo quis sibi de bonis terræ plus æquo concupiscit: magnū sanè uitiū & capitale. Nam omnium malorum radix est, teste B. Paulo. Et scriptura ait: Auaro nihil scelestius. Est .n. quoddā idololatriæ genus ipsa auaritia, qua se homo indignissime subijcit uili metallo. Vnde rectè post malitiam sequitur auaritia: quia tota malitia in auaritia est. Eleganter enim dixit quidam. Quid non mortalia pectora cogis, auri facra fames?*

*Nequitia, Græcè: κακία; id est ignauia, aut desidia, ἀβέλεια; quod est deficere, & lassari, uidelicet, à bono: huius oppositum; ἀρετή; id est, uirtus, quæ fortiter & cum delectatione operatur honestum. Conclufit autē perfectam iniustitiam in his, uidelicet in malitia, & nequitia: sicut contrā, omnis bonitas in faciendo bonum, & declinando à malo consistit. Per nequitiam enim declinamus à bono: per malitiam uerò etiam operamur malū. Sed hæc indiuiduæ sorores sunt. Omnis enim nequam & ociosus, malus est.*

*Plenos inuidia. Rectè sequitur ad nequitiam inuidia: unde oculus nequam. Ei qui frugi, est inuidet ignauus, cum se illi comparat, quasi bono illius opprimatur. Est enim inuidia uitium angusti animi, unde scriptum est: Paruum occidit inuidia. Magnanimus autem, ut ait Philosophus, nō inuidet, quia parui æstimat ea, quæ multi magni faciunt, & ipse sibi sufficiens est. Hæc à Philosopho dicitur quidē, & ex parte uerè, si modo ma-*

*gnanimū dare posset humana philolophia: sed illum non dat nisi sola gratia. Qui autem ex philolophia magnanimus est, inflatus est, & intumescit. Præterea, homo nunq; sufficiens erit sibi sine gratia Dei: quia ea sunt uerè bona, quæ sunt spiritualia, & sola hæc magni sunt æstimanda. Ac uerè spiritualis non inuidebit illa alteri, cum sciat se participare de illis: potius congaudebit sicut mēbrū eiuldē corporis alteri mēbro. Si igitur fueris spiritualis, o pie lector, non habebis ullā inuidēdi causam. Aut enim non erunt uerè bona, & hoc nosces, nec erit cur inuideas; Aut uerè bona, & erunt similiter tua: quia charitas facit omnia cōmunia. Et ideò nec sic poteris inuidere.*

7. no. 1

*Homicidio, Quod ex inuidia sæpè sequitur. Tale fuit homicidium primum Demonis. Tale & illud Caím. Tale quo in Ioseph fratres eius flagrabant. Tale quod principes Iudæorum in CHRISTO admiserunt. Sciebat enim Pilatus (ait Euangelista) quòd per inuidiam tradidissent eum. Magnū itaq; peccatū inuidia, & diabolicum, unde odia non rarò & homicidia nascuntur.*

Homicidiū sæpe ab inuidia.

*Contentione. Hæc fit uerbis inuicem altercando, dum quisq; pertinaciter uult & mordicus suas partes defendere. Est tamen quædam studio sa contentio, quæ si moderata fuerit, potest esse sine culpa, cum utilitas scilicet, aut necessitas id exigat; & dum quilibet putat se, quod uerum est, tueri. Sic contendebar B. Paulus reuincens Iudæos, ut in Act. legitur. At ubi nulla necessitas, utilitas nulla, & præsertim cum non adest ueritas, omnis contentio uitiosa est, qualis est illa Sophistarum, qui comparandæ inanis gloriolæ gratia contendunt: aut etiam perfidorum, qua ueritatem conantur opprimere. Et ab hac nos, qui uerè Christiani & haberi & esse uolumus, debemus omni studio cauere. Nam in magnā Domini laudem scriptum est: Non clamabit, neq; contendet. Quoniam uerò hæc contentiones maxime ab eodem inuidiæ fonte descendunt, post inuidiæ commemorationem sunt positæ. Nam ob hoc de fratribus Ioseph scriptum est, quòd non poterant ei quicq; pacificè loqui.*

Contentio

*Dolo. Dolus est, cum aliud agitur, & aliud agi simulatur: quod est eorum, qui apertè nocere aut non audent, aut non ualent.*

Dolus.

*Malignitate. Græcè: κακονδέα; quæ est quædam morum peruersitas: quia non possunt, qui ea tenentur, pacificè & mansuetè cum proximis loqui, agere, & conuersari. Et quia horum uaria sunt & pessima officia, declarans ea, subdit.*

Malignitas.

*Susurrone. Hi sunt qui maledictis, & tacitis accusationibus separāt amicos, dum ea de uno deferunt ad alterum, quæ nata sunt inuicem parere dissidia, addit.*

Susurratio.

*Detractores. Hi sunt qui improbè de absente loquantur, ut eius famam obscurant, aut etiam infamem illum reddant: quales sunt qui in silentio mordent ut serpentes. Ut autem detestetur eiusmodi peccata, quæ societatem lædunt humanam, & contra amicitiam & charitatem militant, addit.*

Detractio.

Deo odibiles.

**Odiū Dei.** Deo odibiles. Græcè tamen legitur; Θεοσυγῆς; Quod significat etiam Dei ocores: & hoc magis placet. Faciebat enim catalogum delictorum, inter quæ hoc insigne flagitium collocat, uidelicet, odisse Deum, quod non potest esse, nisi à mente corruptissimum. Qui enim malè agit, idest, malitia & electione constanti probat malum quasi bonum, hic est qui odit lucem: quia ab illa arguuntur mala eius opera, unde Dominus. Me odit mundus: quia testimonium illi perhibeo, quòd eius opera mala sunt. Nemo enim qui peccatum diligit, facile patitur lumen, à quo manifestatur atq; arguitur.

**Ioan. 7.**

**Cōtumelia.** Contumeliosos. Græcè; ὑβριστὰς; idest, iniuriosos. Nam contumelia propriè, est iniuria quæ fit uerbis, à contemnendo dicta, ut uolūt Iurifconsulti.

**Superbia.** Superbos. Hi sunt superbi, qui appetunt ex scelere alijs supereminere quouis modo. Græca uox; ὑπερηφάνους; iactantiam quandam significat, & ostentationem, quæ propriè superbiorum est, unde sequitur.

**Elatio.** Elatos. Hi sunt qui sese efferunt, efferrique ab alijs gaudet, & in cœlum laudibus extolli: quod à superbia deriuat.

**Inuentio scelerum.** Inuentores malorum. Fuerunt qui nouos cruciatus, & horribilia omnium crudelitatum genera adinuerunt. Alij inauditas blasphemiarū species protulerunt. Nonnulli etiam in tantam fœdarū cogitationum lapsi sunt turpitudinem, ut nouos libidinem exercendi modos, libris etiam editis, excogitauerint. Quos qui imitantur, Dei benignitatem, qui ad pœnitentiam expectat, sibi in iracūdiam uertunt. At ipsi hanc dissimulationem arbitrantur infirmitatem, perinde ac si nesciat Deus, uel nequeat uindicare. Et ignorant infelicissimi, quòd si ad inuenienda noua scelera fuerunt ipsi ingeniosi, multò minus sit Deo defuturū ingeniū ad exquirenda noua & spectatu digna supplicia.

**Inobediētia erga maiores.** Parentibus non obediētes. Quod est graue crimē, contra primū secundæ tabulæ præceptū, quod habet promissionem uitæ non solum præsentis, sed & futuræ, ut scriptura testatur. Huic delicto capitalis pœna, idest, præcisio uitæ adijcitur; ut quale est præmium seruanti hoc mandatum, par sit econuersò & æqualis pœna nō seruanti. Qui enim eum à quo uitam accepit, spernit: uitam iure amittere debet.

**Inspiciētia.** Inspiciētes. Qui nesciūt quò tendāt, nec prouidēt nouissima: cōtra quos Propheta: Utinā, inquit, saperēt, & intelligerēt, ac nouissima prouiderēt.

**Incōpositio.** Incompositos, mente uidelicet, & corpore: qui temerè, & inordinatè, prætermissa omni rationis lege, beluarū more atq; impetu feruntur. Hoc uirtutum ei opponitur uirtuti, quam Græci, εὐταξία elegantè uocant, nostri modestiam ac temperantiam, à qua & habitus, & status, & incessus, & deniq; omnes corporis gestus & actus (ut D. Ambrosio placet) moderationem accipiunt.

**Crudelitas.** Sine affectione. Hinc omne malum, omnis impietas, & crudelitas. Sunt enim tales, qui solum seipfos amant, unde ait.

**Fœdisfragium.** Sine fœdere. Aut quia nolunt cuiq; ullo fœdere

iungi: aut quia fœdera uel pacto inita, uel natura inrita, frangunt.

*Sine misericordia.* Quod est innaturale. Nam homo ex alterius miseria & calamitate naturaliter mouetur ad misericordiā: quāq; Tetrici, & Stoici, uitio potius dent hanc affectionem, quasi sit mollities quædam animi. Verum hæc non humana est hæresis, sed ferarum atrocitas. Nam qui se hominem agnoscit, nihil à se humani alienum putat, & non potest hunc recipere spiritū. Est ergo eorum qui cum nolint esse homines (quorū est his affectionibus permoueri) feras hac parte (si non quid peius) se constituunt. Porro duplex est miseria, uel pœne, uel culpæ: & utriq; debetur misericordia in hoc mūdo, ut qui eam, dum uiuit, non fecerit proximo, non sit illam post obitum cōsequutus à Deo. Sicut enim misericordes à Deo dicuntur beati: quoniam misericordiam consequentur. Ita infelices, qui non fecerint misericordiā: quoniam nec ipsi eam, qua summopere indigebunt, consequentur. Deniq; ait.

*Qui cū iustitiam Dei cognouissent &c.* Vulgata lectio habet quæstionem, quia supponit quòd ij cognouerint Dei iustitiam, & tamen non intellexerint, eos, qui talia agunt, dignos esse morte. At hæc pugnare inuicem uidentur, nisi exponas: Nō intellexerunt, idest, uoluntate ac factō ipso non probauerunt se intelligere, quod tamen intellectu cōceperant. Dicitur enim rectè is non nouisse, qui quod nouit, nō probat. Hoc in loco iustitia Dei non intelligitur, ut supra, pro dono quo iustificamur, sed pro illa Dei uoluntate, qua unicuiq; ius suum tribuit. Ne quid autem dissimulem, longè magis mihi placet græca lectio, quæ sic habet. *Qui cum iustitiam Dei cognouissent, quòd qui talia agūt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus.* Facile autem procedit sic litera, & sine ullo scrupulo: ut rectè cōclusum esse probet, quòd sint inexcusabiles, qui Dei iustitia cognita, & ipsi malum perpetrant, & facientibus etiam consentiunt, quos tamen ipsi ut maiores, & consilio, & exemplo debebāt erudire. Vbi notandum, Quod cum maiores consentiunt peccatoribus, uidentur quodā modo probare peccatum, & ita dicere malum bonum, quod Væ æternum meretur.

Cap. II.



**P**ropter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudiciū Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis cōtemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor-

Seuitas.

Cōtra stoicos.

Accusatio in Iudeos.

Matth. 15. Act. 10.

Attendant doctores & prædicatores, qui dicunt & non faciunt.

thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius. Iis quidem qui secundū patientiam bonis operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, uitam æternā. Iis autem qui sunt ex contentione, qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Iudæi primū & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primū & Græco. Non enim est acceptio personarū apud Deum. Quicūq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

**P**ropter quod &c. Hic proculdubio nacta occasione ab increpatione, qua superius usus est in Gentes, conuertitur nunc ad Iudæos. Apostolus, quorum proprium erat hoc, nimirum Gentes iudicare ob earum impietatem, & iniustitiam, uolens ostendere, illos minime esse idoneos, qui possent iudicare & damnare Gentes ob earum impietatem (ut dixi) & se illis ea ratione præferre, quæ ipsi acceperint à Deo legem. Eò quippe damnabiliores se, quàm illas ostendebant, quòd cum legem bonam, & sanctam recepissent, eius tamē legis erant præuaricatores, ait ergo: O homo, idest, o Iudæe, qui te hominē putas, & præ ceteris tete effers, tanq; Gentes sint belluæ extra Dei prouidentiam reiectæ. Vocabantur. n. gentes in scripturis, bestiarum nominibus, quæ erant immundæ: & his notis solebant nos Iudæi designare. Vnde & ipsemet Dominus nos canes uocauit, dicens: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Ostendit etiam B. Petro linteam bestijs immundis plenum, per quas uoluit gentes significare. Iudæi uerò in lege frequenter hoc nomine; homo; designabātur, ut passim in Leuitico patet. Ergo in Iudæos sermonem suum conuertens Apostolus, sicut superius Gentes arguendo, maiores eorum, idest, philosophos increpauit: sic nunc aduersus maiores Iudæorum dirigit hanc reprehensionem, ut ex illis coniectaremus quales erant reliqui. In hos igitur tanq; in unum inuehitur, cum omnes, aut ferè omnes, iisdem uitijs rei tenerentur. Tu (ait) homo, idest, o tu, qui saltem homo ob legis doctrinam esse debueras, & ab alijs tanq; a belluis differre: Tu, inquā, alios iudicans, condemnandus ipse es, nec ullam honestam potes præterelegere legitime excusationis rationem: quia multò clarius quàm illi, nouisti ueritatem Dei, & nihilominus eam in iniustitia detines. Quare tãtò etiā magis inexcusabilis es, quòd cum in eodem crimine uerferis, alios tamen non uereres iudicare. At reuera eò ipso quòd alterum iudicas, temetipsum condemnas: cuius subdit ra-

tionem, aiens: Eadē enim agis quæ iudicas, uel potius, qui iudicas. Sic enim rectè habet, ut qui; non quæ; legamus: quod perspicuè in græca lectione patet. Non enim peccata tantum, quæ (cum nota sunt) iudicare licet, sed etiam ipsos homines iudicabāt Iudæi, quod non licet. Hoc enim solius Dei iudicio est reseruandum. Vnde optimè sequitur.

*Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum ueritatem in eos qui talia agūt.* Videlicet nos Iudæi, qui ex lege sapimus, per ipsam nimirum legem instructi, scimus, quòd Deus iudicat secundum ueritatem in eos qui talia agunt, personas in iudiciò non accipiens, sed ut res ipsa, & factum cuiusq; postulat, sicut scriptum est: Reddet unicuiq; secundum opera sua. Gentes autē hoc nō ita dilucidè norant. Vnde amplius ugens in Iudæos, adiecit.

*Existimas autem o homo, qui iudicas &c.* Rursus hominē appellat. Efficacissima sanè cōfutatō aduersus impudentiam, & iniquitatem huiusmodi hominum, qui alios eorundem criminum reos agunt, quibus ipsi implicantur, atq; tenentur: ac si dixerit. Quod tu in alijs tam acutum cernens perspicis, & iudicas: cum idem in te fit, id non uidebit Deus: Quòd si uidebit, nō etiam iudicabit? An fortè tu Deo perspicaciō, aut tu illo iustior? Ergo qui plantauit aurem nō audiet? aut qui finxit oculum non confiderat? Dices: Quæ ergo patitur Deus, cur non confestim uindictam? Audi,

*An diuitias bonitatis eius &c.* In illos uim ista habent, qui ab impunitate animantur ad peccandum, & aiunt: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Et non considerant diuinæ bonitatis diuitias, nec id quod sequitur, quod tamen maximo cum tremore esset ponderandum, ait.

*Secundum autem duritiam tuam &c.* idest, Quæ admodum auarus, qui paulatim thesaurum congregat, ut tandem multis congestis ad summum diuitiarum perueniat: Ita tu paulatim tibi ab asiduitate peccandi per duritiam, congregas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei: quia tunc omnibus apparebit in maiestate. Interim tamen erit particulare de singulis iudicium in animam cuiusq;, qui ex hac uita excedat. Iustū uerò uocat iudicium ex eo quod sequitur.

*Qui reddet unicuique secundum opera eius.* Declarat autem quomodo secundum opera cuiusq; futurum sit iudicium, eò quòd his qui in patientia boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, id reddetur quod quæserunt, idest, uita æterna, quæ his tribus concluditur, uidelicet, gloria primū, quæ est animæ & corporis claritas ab ipsa Dei uisione procedens, in cuius lumine uidebimus lumen: Fulgebunt enim iusti sicut Sol. Deinde honor aderit: quia ab impijs segregati, computabimur inter filios Dei uiui: & sicut angelis Dei, ita erit nobis honor coram discumbentibus angelis. Aderit & incorruptio, idest, impassibilitas, & omninò immortalitas ab omni noxiō. Et hæc erit bonorum operum retributio. Et contrā in prauos, idest, in eos qui sunt ex contentione, nec acquiescunt ueritati, uel non recipientes illam, aut illa recepta præuaricantes. Vnde additur

Patientia & longanimitas Dei nō est contemnenda, quia irascitur & exasperatur nimis.

Vita æterna queritur & redditur bonis operibus. Audiant Lutheran.



additur: *credunt*, seu potius obediunt, *iniquitate*: redditur similiter iusta retributio, quæ est indignatio, & ira Dei. Hæc prima biga diuinæ iustitiæ. Primum enim Deus quasi secum fremens animo, indignatur in hominem qui illum contemnit: tum irascitur, id est, animo meditaturo uindictæ. Et quia non in uanum cogitat quicquid Deus, ecce exequutio præsto adest, tanquam secunda biga, quæ primam sequitur, uidelicet tribulatio & angustia. De tribulatione quidem Sophonias propheta ait: Vox Dei domini amara: tribulabitur ibi fortis. De angustia autem loquitur, quæ significat nullum fugæ relinquendum locum ab ipsa pressura, nec ullam euasione. Apud B. Iacobum legitur: Nunquid clamorem illius audiet Dominus, cum uenerit super eum angustia? Adiecit autem.

Soph. 1.

In omnem animam operantis malum, Iudæi primum & Græci. Ne sibi blandiretur Iudæi, primos illos nominat. Sicut enim primi uocandi erant ad præmiū, si fideles fuissent, propter gratiam Dei olim in illos profusiorum: ita contra, abundantiore supplicio afficiendi quam Gætes, si tantam gratiam recusarent. Et sic non est personarum acceptio apud Deum. Nam quod illi nobis in præmio prælati erant, ex iustitia erat, iam posita illorum prærogatiua ex Dei gratia. Et similiter quod in poenis primi sint, ex iustitia est: quia magis ingrati sunt inuenti, cum magis fuissent honorati. Quod autem à principio priores electi fuerunt, non facit acceptio personarum: quia acceptio personarum in iudicio reprehenditur; & ubi iustitiæ debitum reddendum est, uituperatur, non autem in donis: quia principi licet præponere quem uoluerit, aut cui uoluerit honorē exhibere. Ideo scriptum est: In iudicio non accipies personam: unde sequitur.

Deut. 10.

Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Gentes istæ erant sine lege, quæ sine lege dicuntur peccasse, & sine lege perire: & hoc intelligitur de lege scripta. Perierunt autem sine lege, quoniam nec lex scripta, nec Moses accusauit, aut damnauit eas, sicut Iudæos qui per ipsam legem iudicantur, quoniam legem Dei per Mosen audierunt. Unde Dominus dixit: Nolite putare quod ego uos accusaturus sim apud Patrem: est qui uos accuset Moses, in quo uos speratis. Moses enim remittebat eos ad CHRISTVM, ut audirent eum: quod ipsi non fecerunt. Sunt uero quidam, qui ex hoc Apostoli dicto putant mitius esse agendum cum Iudæis, quia iudicandi dicuntur, quam Gentibus, quæ perire dicuntur. Sed hoc primum contra Apostolum uidetur, qui primos constituit Iudæos in iudicio, siue ad præmia, siue ad supplicia. Deinde pro hoc facit ratio: quia idem peccatum propter maiorem notitiam, magis erit imputabile Iudæo, quam Græco. Et ridiculum est ex eis uerbis, uidelicet: perire; & iudicari; capere illam differentiam, quia idem est hic iudicari quod condemnari, & sic perire. Quare & B. Augustinus meritò reprobatur illa opinio, & expositio.

Ioan. 5.

Hac uero declaratione illius triæ sententiæ: Quod redditurus est Dominus unicuique iuxta

opera sua, inuictissimè expugnantur ab Apostolo hæretici, qui negant bonis operibus, aut bonorum operum meritis, reddi uitam æternam. Nam contra hoc manifesta est ipsius Apostoli expositio huius sententiæ, qui per patientiam boni operis quæri uitam æternam declarat. Aiunt, non dicere Apostolum quod eam uitam opera mereantur. Sed non animaduertunt uim illam uerbi, quod est: reddere; in qua includitur uis meriti. Id enim propriè redditur, quod debetur: tamen non desint alia loca, ubi merces exprimitur operum. Quod si merces, ergo debitum, ac meritum. Quæcum ita sint & adeo clara, miror hominum impudentiam & arrogantiam, qui hæc uolunt suis fucis obtegere. Adde, quod etiam in alio dogmate retunduntur, quo negant hominem posse intendere ad præmiū operando, cum hic dicat Apostulus de iustis, eos per patientiam boni operis quære uitam æternam. Nemo enim quicquid quærit, ad quod non intendit. Dominus item dixit: Primum quærite regnum Dei. Quod si dicat (ut quidam eorum à ueritate coacti eadem dicunt) principaliter quærendam esse Dei gloriam, non bonum nostrum, nihil aduersus nos dicunt. Sed cum bonum nostrum coniunctum sit cum gloria Dei, cuius uoluntas est ut sancti & beati simus, non est inhonestum id quære, id sperare, & ad illud anhelare, quod nobis proposuit pro præmio Deus ad gloriam suam.

Cauillus hereticorum.

Error hereticorum cōfutat.

Occurrunt tamen plura contra istam ueritatē: Quod Dominus reddet unicuique secundum opera sua. Primo enim uidetur contra illam Isaia sententiam: Vniuersæ iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatus. Secundo quod idem Apostolus ait: Non sunt condignæ pæssiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tertio. Pueris non redditur secundum eorum opera. His enim datur uita æterna, qui cum sacro decesserunt: alij uero qui sine sacramento supplicium æternum, qui tamen nihil mali egerunt. Quarto, Accidit esse nonnullos, qui plurima bona egerunt, & quia in ultimo uitæ spiritu lapsi sunt, condemnantur. Contra uero alij, qui semper mala perpetrarunt in uita, & in ultimo uitæ spiritu conuersi, recipiunt uitam æternam, ut de latrone legitur: quorum si computarentur bona opera, inueniretur plura esse eius qui damnatur, quam qui sit saluus. Quinto, Si proponatur aliquis multo tempore in bonis operibus insudasse, & alius pauciore, pares tamen fiunt in præmio & mercede, ut probatur ex parabola operariorum apud B. Mattheum. Quinimò qui breuiore tempore laborarunt, nec tantos subtrulerunt agones, nonnunquam maiore præmio donantur. Sexto, Videtur quibusdam incōgruum, ut qui momento temporis transgressi fuerint, puniantur æterno supplicio. Non enim hoc uidetur fieri secundum opera, eodēque momentaneo ferè sunt. Quæ autem comparatio æterni cum momentaneo? Tu uero, syncere lector, ut hæc profundius intelligas, audi primò ueritatē: quia ea intellecta, uidebis omnia hæc argumēta per se facile solui, atque euanescere. Sciendū

Argumenta quod non reddat Deus unicuique secundum opera sua.

Resolutio argumentorum, & doctrina de meritis, & ualore operum.

Rom. 8.

Matth. 20.

Matth. 25.

2. Tim. 2.

2. Tim. 4.

Sciendum est ergo ualorem operum estimari uel ab ea utilitate, quam ipsa opera afferunt ei cui operamur, uel alioqui à sui (ut ita dicam) pretiositate, uel à pacto, quia sic est constitutum & placitum, uel à gratia personæ, uel à principio unde fiunt, & propter quod fiunt. Si igitur operum pensemus utilitatem, certè opera nostra coram Deo, nullius sunt ualoris. Quid enim dedimus illi, & retribuatur? ut ait scriptura. Et iterum: Cum feceritis hæc omnia, dicite serui inutiles sumus. Si uero pensentur opera ut pretiosa de se, & secundum sui substantiam, certè nec possunt sic æquare æternum gloriæ pondus, à quo in immensum exceduntur. Et secundum hanc considerationem ait Apostolus. Non sunt condignæ pæssiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et iuxta hanc inspectionem, dicimus beatitudinem non esse purè mercedem operum, sed etiam donum. Si uero consideretur pactum, quo æstimantur ipsa opera à Deo, rectè dicitur merces ipsa beatitudo, & reddita operi, quod opus æquiualeat illi est, non quidem ex se, suique substantia, sed ex pacto (gratioso tamen & liberali) quo tanti est æstimatum. Unde quod tale pactum fecerit nobiscum Deus, gratiæ fuit et munificentia. Quod autem post pactum retribuatur secundum illud ipsis operibus, iustitiæ est. Et secundum hanc considerationem habes parabolam de operarijs, qui conducuntur in uineam ut operentur. Neque enim aliud ibi consideratur, quod faciat mercedis debitum, nisi pactum ipsum. Unde dicitur: Nonne ex diurno denario conuenisti mecum? Hoc tamen insuper aduertendū est circa utilitatem: quia Dominus accepta habet ea, quæ in uicem exhibemus, misericordiae & charitatis officia, perinde ac si essent sibi facta, iuxta pollicitationem eius: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; possumus etiam audacter dicere, quod nostra opera ex charitate facta proximo propter Deum, etiam æstimantur tanquam utilia Domino, et sic meritoria mercedis, & retributionis magnæ, & Deo dignæ, propter quem illa fecimus, et cui primum facimus, cum in alios propter illum aliquid impendimus. Nam magni est & excellentis Domini, pro paruis magna retribuere. Et apud hunc ipsum nostrum Apostolum, qui seruit Deo, & abstinet se ab omni immunditia, uocatur uas utile ipsi Domino.

Si autem consideretur gratia personæ, & uis spiritus mouentis ac perficientis opera, etiam ipsa opera æquant beatitudinem: quia filij Dei sumus in CHRISTO, & ut filij Dei agimur à Spiritu sancto. Æquant autem non æstimatione, quasi tantum ualeant, sed uirtute: quemadmodum est uis in semine ad producendum arborem. Et secundum hoc dicit Apostolus: Si filij, ergo hæredes. Nam filijs ipso iure debetur hereditas; si modo compatimur, ut et conglorificemur. Consideratur ergo sic opera à sacris doctoribus, ex principio unde fiunt, & propter quod fiunt: quia principium est charitas & gratia, qua Deo iungimur,

Deus enim est charitas, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et ob eam potissimum causam dicimus, bona opera esse æquiualentia præmio, & æternæ mercedi: quoniam habent quodammodo principium Deum ipsum: quia donum gratiæ participatio quædam est Spiritus. Hoc non agnoscunt hæretici: unde illis dona Dei in nobis inhærentia nihil sunt. In qua re plurimum aberrant. Ex his tamen facile licet solvere omnia, quæ superius contra producta sunt.

1. Ioan. 4.

Nam ad primū, Quod omnes iustitiæ nostræ sint tanquam pannus menstruatus. Respondetur paucis (licet uarijs modis possemus aliter respondere, attamen solutionē non legi promptiorem) locū Isaia loqui de operibus iniusti hominis, & adhuc in natura lapsa existentis. Si quis minus hoc mihi credat, repetat superiora non ita remota prophetæ uerba, quæ clarè hoc innumerat. Ecce, inquit, tu iratus es Domine, & peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatus uniuersæ iustitiæ nostræ. Et cecidimus quasi folium uniuersæ, & iniquitates nostræ quasi uentus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Hæc profectò non nisi de hominibus extra gratiam (nisi magnauis adferatur literæ) possunt intelligi.

Isa. 64.

Ad secundum uero: Non sunt condignæ pæssiones etc. Dicimus uerū esse, etiam de filijs Dei, secundum tamen operum ipsorum utilitatem, & substantiam; non autem secundum pacti tenorem, et (quod magis est considerandū) secundum Dei gratiam, qua sunt informata ipsa opera.

Et ad tertium, Quod pueri nihil sint operati, factemur: sed de his non loquitur Apostolus (quia isti non ueniunt ad iudicium discussionis) uerum de his tantum, qui operari potuerunt. Et tamen CHRISTVS pro illis supplet opera, ut nec illi sine operibus uitam æternam obtineant. Prætereà, si uerum amamus, nec illi sine suis passionibus consummantur. De quo alibi locutus sum fusius. Nec putamus æterno igni tradendos pueros, qui sine sacramento discesserint: quod est impium, & crudele dogma, licet hoc inueniatur à quibusdam doctoribus dictum, coactis tamen sic dicere, magis in obsequium scripturarum, quæ id porrigere uidebantur, quam ex proprijs, & ulla urgenti ratione. Scripturæ autem si non exactè considerentur, frequenter porrigere quædam uidentur, à quibus spiritus ueritatis longè abest. Et ideò non ab re dixit Dñs: Scrutamini scripturas, De qua re etiā particularem tractatū edidimus.

Matth.

10. 1.

Ad quartum dicimus, Ex pacto sic iuste fieri contra illum qui destitit operari: quia dixit Dñs. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et per Ezech. Si iustus auersus fuerit à iustitia sua, omnium iustitiarum eius non recordabor. Et similiter de impio, et iniquo dicitur. Quod si auersus fuerit ab impietate et iniquitate, omnium impietatum et iniquitatum non recordabitur Dñs. Ecce igitur quō iuxta pactum suum facit Dñs in proposito casu. Perseuerantia coronatur, & finis ago

Pro pueris absque baptismo decedentibus.

10. m. 5.

Matth. 24. Ezech. 18.



**Ezech. 18.** nis consideratur, ut reddatur corona: non. n. sufficit bene incipere. Nā et sic est in cursu ad metam: sic est et in cerramine campestri, qui tandē superauerit, in fine ille coronatur. Vnde per Ezech. conqueritur Dñs, quod hęc uia non diceretur æqua, cum sit æquissima, cui et iustitia, et misericordia admiscetur. Adde similiter pro illo qui cepit in fine uitę: quia est illi animus bene operandi, etiā perpetuō, imputatur hoc illi quasi factum. Neq; ille latro sine operibus excessit. Non. n. sine opere fuisse dicendus est, qui in cruce confessus est CHRISTVM, tam ignominioso mortis genere à principibus condemnatum. Item adde, q̄ tantō magis ingratus ille inuenitur, qui diu bene operatus est, si non persistit: quia ex gratia Dei bene antea operatus est, et ex propria malitia recessit à bono, & à Deo.

**Matth. 20.** Ad quintum dicimus. Si qui minus laborāt, et tantundē accipiunt, quantum multū laborantes, id ex gratia Dei est et bonitate, qui potest aliq̄, quē magis diligat, supererogare, modō alius non fraudetur de pacto. Vnde ait: An oculus tuus nequam, quia ego bonus sum? Et dicitur ei facere se cundum opera: quia eadē prorsus opera, facta ab eo qui gratiosior fuerit, sūt ponderosiora ad præmiū. Sic. n. dabit unicuiq; secundū suum laborem, ut ceteris paribus ratio de labore habeatur. Quanc̄ in euangelio illo potius illud est positum, ut intelligantur omnes pares, quantū attinet ad beatitudinem. Omnes. n. beati aliquo modo pares sunt: quia oēs similiter Deum uident, licet aliq̄ intensius, aliq̄ remissius uideant. Vnde ceteris paribus, qui plus laborauit, plus accipiet, ut ait Apłs.

**1. Cor. 3.** Ad sextum dicitur, q̄ pœna non debet commensurari secundū durationem actus delicti, sed cum persona offensi, et cum uoluntate ipsius qui offendit. Deus ergo cū sit immensus, & infinitę bonitatis, offensus est: & qui offendit (quod ex se fuit) per suam impotentiam in illud se coniecit, ut perpetuam haberet uoluntatē auersam à Deo, meritō ad æternam duratione pœnā iustę se trusit, ut potē æterni reus delicti. Deniq; qui spreuerunt æternum bonū, nonne etiam æterno digni sunt malo? Si quidem prætulerunt momentanea æternis, & caduca immortalibus.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cū enim gentes quę legem non habent, naturaliter ea quę legis sunt, faciunt, eiusmodi legē non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum euangelium meum, per IESVM CHRISTVM.

Magna illa Iudæorum præsumptio, quam de lege conceperant, primū frangitur hac sententia. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum. Gloria

bantur enim mirum in modum Iudæi ob datam sibi à Deo legem, qui & in populum peculiarem eos adoptauerat, magnisq; prerogatiuis, & donis ornauerat: nihili aut parum cogitantes, an grati legem implendo fuissent, perinde ac si audire legem satis esset. Tales existunt hac nostra ætate Lutherani, qui rotam suam gloriam in CHRISTO reponunt (ad subterfugiendos operum labores) cuius se dicunt apprehendisse iustitiam sola fide, et ut filij iam suę salutis & hæreditatis certi, habere pacem, nec ulterius esse sub illa lege. Apostolus ergo & Iudæos tunc, & Lutheranos nunc, simul redarguens, ait.

*Hic damnantur Iudæi manifeste, & Lutherani opera bona spernentes.*  
Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum. hoc est, Non in eo q̄ auditur lex, ac fide recipitur, continuo est inde apud Deum iustificatio: sed in eo q̄ opere completur lex, inde uenit uera iustificatio: quod uerbis ita claris exprimit, ut clarioribus explicari non potuerit, subiungens: Sed factores legis iustificabuntur. Et tamen insurgūt in nos Lutherani, & dicunt. Si factores legis iustificabuntur, quid est ergo q̄ ipsemet Apostolus econuerso, ac tantopere contendit, omnē carnem non iustificari corā illo? Vnde & omninō legem operum despicit. Itaq; (aiunt) quod hęc ait; iustificabuntur; non de uera iustificatione intelligi necesse est, sed de apparenti, idest, iusti reputabuntur apud homines. At hoc non est exponere, sed destruerē. Dicitur enim hęc apertissimē, habentibus aures, q̄ iustificabuntur apud Deū. Hoc autem quo pacto, si nō in ueritate? Alij ergo dicunt; Iustificabuntur, idest, iustitiam aliquam exercebunt, non tamen per quam sint grati coram Deo. Et ad eum sensum parabolam de Publicano intelligunt, qui præ Phariseo legitur reuersus in domum suam iustificatus. Quę expositio minime placet: quia etiā uim affert literę. Et primō quidem, quia in scripturis nusquam legitur, quenc̄ pronunciarī iustum absolutē, quin de uera coram Deo iustitia intelligatur: si secus, aliquid additur. Secundo, quia hoc in loco ex ui ipsa sermo nis, uera, & quę apud Deum est, exprimitur iustificatio: dum dicitur.

*Legem solum audire non iustificat, sed facere.*  
Non enim auditores legis iustificabuntur apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quod. n. ait, sed factores legis etc. cum, ly, sed; sit aduersatiua particula, ut officium suum faciat, & aduersetur dicto superiori, necesse est retineat omnem ipsius dicti conditionē. Quia ergo superius habetur: Auditores legis non iustificabuntur apud Deū, oportet sequens dictum aduersatiuum, quod est, Sed factores legis iustificabuntur, similiter intelligere, apud Deum. Etenim hunc sermonē. Non. n. auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iusti sunt apud homines, quis probaret ut cōgruum? Id enim non aduersatur superiori dicto, contra quod est uis aduersantis particulę. Porro iustificari apud Deum, quid est aliud quam haberi, & pronunciarī iustū ab eo, qui iudicat secundum ueritatem? Non leges in uniuersa scriptura, aliquem dici iustum apud Deum, & non intelligi hoc de uera iustitia, cui redditur æterna uita. Tercio, ipse

Matth. 19.

Luc. 18.

Resolutio quęstionis.

Apoc. 22.

Iustificatio tribus modis accipitur in scripturis.

tio, ipse Dñs hoc expressē uidetur probare, vcz, q̄ factores legis iustificabuntur apud Deum, & ad uitam æternam, quia dixit: Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Et cum diceretur ei. Quę respondens, in ea quę in lege scripta erant, commemorauit. Et alibi, homini scribę roganti eum: Magister quid faciendo uitam æternā possidebo? respondit: In lege quid scriptum est? quō legis? et cum respondisset. Diliges dñm Deum tuum, &c. dixit ei Dominus. Hoc fac, & uiues. Atqui ridiculum esset dicere, ut aiunt hæretici, q̄ nemo possit seruare mandata legis cū gratia Dei. Nam si hoc esset, decessisset ergo CHRISTVS homines rogantes, quid faciemus, & uitam æternā possidebimus: eo modo respondens, ut scz faceret, quę scripta essent in lege, si ea facere non possent. Quod absit, ut de tanto Magistro suspicemur. Non me latent hæreticorū ad hęc loca cauillationes, & fugę ridiculę, indignę equidem quę in disceptationem uenire debeant: præsertim uerō hoc in loco, postq̄ alibi de his copiosissimē scriptum est. Ergo factores legis uerē iustificabuntur, & apud Deū, et ad uitam æternam promerendā.

Quomodo autem respondeatur ad ea quę ex opposito adducuntur, q̄ ex operibus nemo iustificatur, audi. Si rem subtiliter (ut oportet) consideres, longē aliud est dicere: Factores legis iustificabuntur apud Deū, & aliud: Ex ipsius legis operibus, aut, ex ipsa lege, et ui legis iustificari sine fide. Illud enim prius ait Apłs, & uerum est. Posterius uerō falsum est, quod & ipsemet Apostolus reprobatur. Non. n. erat illis antiquis præcisa uia salutis, quę ueniebat primū ex fide CHRISTI uenturi, in quo, & per quem iustificabuntur (sicut & nos) coram Deo. Deinde ex operatione eorū, quę in lege scripta erant. Quę quidē opera qui uerē erāt iusti, non ex ui legis faciebant: quia uis ipsa legis timor erat, non amor: sed ex ipsa fide, quę per dilectionem operabatur, ipsa vcz dilectione faciente opera, et sic ipsis etiā data erat perfecta iustificatio. Nā si pueri circumcisi saluabantur sine operibus ullis proprijs, quō non etiā multō magis maiores, adiungentes opera legis, idest, opera in lege scripta, quę ex fide, et per dilectionem facta salutē afferebant, & iam non legis opera, sed fidei dici poterāt: Sed hęc latius sunt explicanda suo loco inferius.

Verum aliud est quod mouere potest, et urget acrius. Si enim non potest facere legē homo, nisi iam iustificatus fuerit apud Deum, cur (quæso) dicit Apłs: Factores legis iustificabuntur, cū iam fuerint iustificati? Quod si de illa iustificatione, quę fit per opera, intelligitur, de qua scriptū est: Qui iustus est, iustificetur adhuc, cur saltem non dixit: Factores legis iustificantur, & non; iustificabuntur; reseruando hoc in futurum?

Respondēdo. Tripliciter accipitur iustificatio in sacris scripturis. Vno modo pro illa, qua quis ex non iusto fit iustus. Alio modo pro illa, qua quis ex iusto fit magis iustus. Et neutro istorū modorum hęc, meo iudicio, accipitur. Est ergo tertius modus, cum quis sententiā iudicis absoluitur ab

obiectis, et pronunciat iustus. Et quia hoc fiet aliquando à summo Deo, et dño nostro IESU CHRISTO, de hac proculdubio iustificatione intelligendū est, quod ait hęc Doctor noster: Factores legis iustificabuntur, hoc est, qui iustificati sunt, & assidue operantur bene, tandem aliquando, postq̄ perseuerauerint usq; in finem, pronunciantur iusti, et tales apud Deum coram omnibus gentibus magna cum eorū gloria apparebunt in ueritate: quia sententiā Dei erit in ueritate.

Non præteribo hoc in loco aduersus hæreticos, qui despiciunt legem et opera, qui ex hoc Apłi loco conuincuntur irrefragabiliter: ait enim exertē Apłs. Factores legis iustificabuntur apud Deum. Quid ad hoc respondeat? Audi (rogo te) bone lector, unum ex illis Caluinū, ut rhetoricē agit nobiscum. Habent. n. huiusmodi regulas, ut cū se premi ueritate persenserint, tunc maxime ostētent se bene ualere, et nos desipere. Audi, inquam, hominem sua uerba resonantem. Qui hoc loco (inquit) abutuntur ad erigendam operū iustificationē, etiam puerorū cachinnis sunt dignissimi. Proinde ineptum est, et extra locū, hęc longas de iustificatione quæstiones ingerere ad soluendum tam futile cauillum. Tātum enim urget apud Iudęos Apłs illud, de quo meminerat, legis iudicium, q̄ non possent per legem iustificari, nisi legem impleant: si transgrediatur, paratam mox esse in illos maledictionē. Nos uerō nō negamus præscribi in lege absolutam iustitiā, sed quia omnes transgressionis conuincuntur, quęrendā esse dicimus aliam iustitiā. Quin ex hoc loco argumentari licet, neminem operibus iustificari. Si. n. soli ij qui legē implent, per legem iustificantur, sequitur nullū iustificari, quia nullus reperitur, qui iactare queat legis complementū: hęc ille. Tu autem uide ut conatus est illudere, et uim nostrij argumenti, quā ueram sentiebat, uasfrē præterire. B. Paulus ait: Factores legis iustificabuntur. Hęc autē est assertiua oratio, non habens conditionem: et continet duo, inueniri nimirum qui fecerint legem, et hos esse iustificandos. Si enim nulli possent facere legem, nunquam dixisset: Factores legis iustificabuntur. Imō uerō ne illum sensum à ueritate alienissimum quis acciperet, statim probat dari factores legis, aiens.

Cum enim gentes quę legem non habent, naturaliter quę legis sunt, faciunt etc. Hic. n. uult manifestē ostendere, q̄ gentes poterant adhuc iustificari coram Deo, & facere quę legis erant, ne quis diceret, q̄ solum perire poterant, si naturę legem transgrediebantur, non autē saluari, si facerent legem. Incongruū omninō id esset, nec secundū eam equitatem, qua clementissimus Deus & Pater misericordiarū uti & abundare prædicatur. Ait ergo, q̄ & ipsę gentes non erant penitus sine lege, quam faciendo merebantur salutem. Probat autē hoc dicens: Quod cū illa gentes operabatur naturaliter quę legis erant, idest, quę scripta erant in lege, ipse profectō sibi ipsis erant lex: quia ostendebant opus legis scriptū in cordibus suis. Id enim opus est legis, præcipere bonum ut fiat, et uerare malū

Caluini cauillus.

107. 2  
101. 1

Quomodo gentes iustificari poterant apud Deum.

ne fiat, & hoc propter Deum. Loquitur ergo de moralibus legis, id est, de decalogo, & ijs quæ ad illud explendum pertinent. Hoc uero legis opus impressum erat, et est, in cordibus omnium, quod tunc non obscure legitur, et tunc ostenditur, quum sit per ipsa opera. Qui, n. ex gentibus iusta facit et recta, confidens quod deus beneficiens afficiet premio, indicat se habere hanc notitiam, et legem cordi impressam naturaliter. Legem dico iusti & iniusti, boni et mali. Non placet autem quod dicamus (ut ait B. Ambrosius) opus legis, id est, ipsam fidem: quoniam fides non est opus legis, sed opus Dei, ut ait Dominus. Hoc est opus Dei, ut credatis. Alioqui recte diceretur, quod ex operibus legis homo iustificatur, si inter legis opera admisceretur fides. Quod si quaeras: Vnde probas, in gentibus hoc opus legis, quod est præcipere bona, et uetare mala, esse scriptum natura in cordibus earum? Nam quidam putarunt bonos mores non tam à natura esse, quam ex hominum placitis, et consuetudine, ut Protagoras, & alij ex contentiosis quidam, in quos & alij philosophi disputarunt, & Cicero ipse in lib. offic. B. autem Paulus ut hoc probet, unum & maximum argumentum profert, aiens.

1. Tim. 6.

Quomodo in cordibus gentium fuerit scriptum legis opus

2. Cor. 1.

Iob. 2. 7. 1. Iob. 3.

Testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Verum est, n. tritum illud prouerbiū. Conscientia mille testis. Est, n. conscientia cognata quadam scientia, cuius assistens de operibus proprijs, ob inditum naturale lumen, à quo uel probatur, uel reprobatur quodcumque agimus. Vnde Apostolus noster in ea confidens, aiebat: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostrae. Et Iob ait: Non reprehendit me cor meum in omni uita mea. et Dilectus: Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, et nouit omnia. Si non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Quia tamen in hoc mundo potest offuscari conscientia nostra passionibus, sed aliquando clara fiet, addidit, et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Hic uim synderesis ostendit et conscientiae ex naturali lumine, quo uelimus nolimus, accusamus mala, defendimus bona: quæ uis conscientiae (quæ perturbata est dum peccatum admittitur) post modo illa passione remota, confurgit, accusat, et damnat factum. Hac primus homo reprehensus, cognouit se nudum. Hac Iudas correptus dixit: Peccauit tradens sanguinem iustum. Et Caim: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Sequitur.

In die, cum iudicabit Deus occulta hominum. Videtur hoc totum referri ad diem iudicij. Tunc enim accusabit, uel defendet hominem sua conscientia. Quamuis Origenes id ad præsens hoc tempus trahat: & uerum est. Nec, n. si diligenter homo sua interiora scrutetur, poterit seipsum latere.

Secundum euangelium meum. Euangelium suum uocat, tanquam sibi creditum ad dispensandum, idque per IESVM CHRISTVM: quia non ab homine, neque per hominem accepit, sed per IESVM CHRISTVM. Aut si mauis, referas ad id quod scriptum erat. Cum iudicabit Deus occulta hominum, scilicet, per IESVM CHRISTVM, cui omne iudicium datum est.

Gal. 3.

Sed nunc quaestio adhuc uiget: Quomodo

gentes potuerunt naturaliter non solum bonum nosse & malum, uerum etiam ipsam legem facere, et ita saluari, ut hic textus satis clare uideatur innuere, ubi ait: Cum, n. gentes naturaliter quæ legis sunt, faciunt: etc. At hoc Pelagianum est, qui stituebat naturam, et CHRISTI gratiam destruebat, quam etsi prodesse diceret, negabat tamen esse necessariam. Contra quem arguit B. Augustinus, quam felicissimè illum expugnans. Nam primò: Si lex Moseos non adducebat quemque ad perfectum, ut ait Apostolus, multò minus lex naturæ. Secundo scriptum est: Non est aliud nomen datum sub caelo, in quo nos oporteat saluos fieri. Et Apostolus. Sine fide impossibile est placere Deo. Respondemus primùm, quod gentes, etsi naturaliter haberent notitiam Dei, et boni & mali, concurrente tamen auxilio Dei, qui per Angelos confirmat prædicationem naturæ in nobis, attamen non poterant legem naturæ implere naturaliter, id est, in sua natura corrupta per uim naturæ: quia licet naturæ lex ostenderet quid esset bonum, et quid esset malum, & ipsi apprehenderent fauente Deo, hoc tamen non satis erat, cum uis liberi arbitrii non posset ad bonum etiam ostensum, nisi informatum esset gratia. In quo errarunt Pelagiani, et ex scholasticis nonnulli, qui non animaduertunt, quod homo interior in natura lapsa et corrupta, carni subditus est, & concupiscentiæ, quæ dominatur (ut Paulus testatur) et à qua opprimitur, eiusque dominationi seruit, et mundi illecebris et blandimentis obsequitur, à quibus distrahitur, et Dæmonis tyrannidi subiicitur, à quo ducitur quod ille uult: et consequenter non potest uelle operari bonum, dum uult potius gratificari carni et mundo, totus auiditate et affectione ipse caro existens, quo fit ut nolit intelligere ut bene agat. Neque, n. uis illa naturæ potest uestigando reperire, et quiescere in discretionem boni et mali. Et de concupiscentia, quæ nobis innata est, non poterat homo, nisi prius edoctus à Deo, certò statuerè, an esset peccatum, quemadmodum cap. 7. uberiori suo loco dicturi sumus. Falsa est ergo, et admodum detestanda hæresis pelagiana, & perniciofa opinio, considerescilicet in naturæ uiribus, ipsaque sperare etiam legem naturalem seruari posse sine alia superinfusa gratia, et ita consequi regnum æternum, ut inueniatur CHRISTVS gratis crucifixus.

Heb. 7.

Actuum. 4.

Heb. 11.

Quare ob istam obiectionem uariè exponitur istud quod ait hic Apostolus, quod gentes facerent naturaliter quæ legis erant. Nam hoc supponere uidetur. Itaque aliqui intelligunt, gentes aliqua legis præscripta fecisse, sed non omnia, cum lex nequaquam possit impleri naturaliter, hoc est, ex naturalibus uiribus. Sed hoc minime placet: quia qui tales existunt, nulla sunt uera laude digni, nec uerè dici possunt facere quæ sunt legis. Qui enim unius præuaricator est mandati, uniuersæ legis (teste B. Iacobo) præuaricator censetur. Quamobrem B. Augustinus & Ambrosius aiunt, hic Apostolum de gentibus loqui, quæ ad fidem CHRISTI peruenerunt. Verum, quomodo de his rebus dici potest, eas naturaliter quæ sunt legis, facere,

cere, cum ex fide & gratia faciant, euangelio nimirum ipso monstrante quæ sunt legis: Scio ab eis exponi; naturaliter; id est, ex uis liberi arbitrii, sanati tamen gratia CHRISTI. His ego tantis uiris non libenter contradico. Potest fortassis, & congruentius intelligi; Apostolum de ijs gentibus habere sermonem, de quibus ceperat ab initio loqui, quibus nondum erat euangelium promulgatum. Nam eas demum cum Iudæis comparabat: & de his uerum esse poterat, quod naturaliter, quæ legis erant, faciebant, id est, natura ipsa dictante atque monstrante loco legis scriptæ, non tamen sine lumine diuino internè infuso, & doctrina per Angelos ministrata, & confirmata, cui si credatur, fides insuper & gratia licet occulta, desuper infunditur. Et propterea de huiusmodi dicitur, quod faciebant, quæ legis erant. Faciebant autem ex fide & charitate superueniente, cum obtemperabant (Deo semper iuuante) ijs, quæ uice legis scriptæ natura monstrabat.

Quod si dicat quis, quomodo erat fides in gentibus, cum scriptum sit: Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei, uidelicet reuelatum & prædicatum? Tu ergo qui id rescire cupis, audi. Dominus Deus, qui cogitat cogitationes pacis, et non afflictionis, prouidit de remedio ab initio, quo mundus saluus fieri posset. Hoc autem remedium fuit in CHRISTO benedicto: unde uerissimum est, non esse ullum aliud sub caelo nomen, in quo nos oporteat saluos fieri. Nec uerò putandum est, in eorum tamen gratiam, qui post CHRISTI aduentum extiterunt, paratum fuisse & propositum remedium, cum scriptum sit: Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et quod Deus, est omnium Deus, non Iudæorum tantum (ut falsò illi sibi persuaserant) sed et Gentium. Neque etiam dicendum, quod huius nominis, in quo est salus, notitia explicata exhiberetur omnibus, cum non esset adhuc reuelatum. Duo tamen tenenda sunt catholicè. Primùm est, quod Deus uult omnem hominem saluum fieri, cum nulli unquam præcluserit uiam salutis. Præcluserat autem, si non proposuisset remedium omnibus applicabile. Illud ergo proposuit. Secundum, quod remedium est fides æternorum, & charitas Dei, ut ex charitate fiant opera bona. Et de fide quidè clara est Apostoli sententia. Sine fide impossibile est placere Deo: qui prius dixerat, Fide aptata esse sæcula tantum intelligeres, sed omnia huius temporis sæcula. Vnde cepit ab initio mundi enumerare sanctos, dicens: Fide, plurimam hostiam præ Cain obtulit Abel Deo, per quam testimonium consequutus est esse iustus. Fide Enoch translatus est. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Postmodo descendit ad Noe, deinde ad Abraham, & Saram, & alios usque ad David, et Samuel. Ergo et Gentibus Deus quæ credenda necessario illis erat, prædicauit. Quomodo autem? Audi. Oportet, n. accipi, quod non omnia quæ sunt modo fidei, tenebatur olim omnis ætas credere: quia quæ fidei sunt, paulatim sunt reuelata, sunt

Gentes potuissent salutem adipisci, non tamè sine fide.

1. Tim. 2.

enim quidam certi articuli principales, qui fidei summam continent, & in quibus cæteri omnes continentur implicite. Et ij duo sunt, qui olim gentibus satis erant, à quibus Deus non aliud exigebat: quia non aliud reuelabat. Hos autem duos fidei articulos uigilanter Apostolus explicat dicens, Credere enim oportet accedentem ad Deum, quod est, & quod inquiribus se remunerator sit, id est, quod habet & seruat in alia uita remunerationem, & talem, ut remuneret eos qui inquirunt eum, uidelicet optimis studijs, & operibus bonis charitatis. Hi autem articuli prædicantur intus à natura, per hæc quæ uisibilia sunt. Nam ex hoc creaturarum libro elicitur, nonnullam Dei de nobis esse curam, & prouidentiam. Confirmatur autem sic à natura prædicata, intus ab Angelis. Vnde & B. Dionysius ait, Quod plurimi gentilium per Angelorum illuminationes salui facti sunt: quoniam illam naturæ prædicationem secreto & interno lumine comprobando confirmarunt. Vnde recipientes illi à Deo fidem, quæ certos illis eos articulos reddidit, & consequenter spem, & charitatem (quantum poterant) legis mandata etiam ex charitate seruauerunt. Quæ certè sententia & pietate innititur, & ratione: quam multi capientes, à multa animi anxietate liberantur, in quem profectò se alij coniungunt, qui mordicus tenent, explicitam de CHRISTO fidem ab omnibus exigunt, omnique tempore exactam esse. Verum hac de re proptio tractatu fufius egimus.

Heb. 11.

Nota, fidem uariè apud Paulum accipi.

Act. 10.

Quod uerò ab initio obijciebatur. Fides ex auditu: auditus autem per uerbum Dei. Et iterum: Quomodo audient sine prædicante? Intelligendum est de fide explicita de CHRISTO, & pro eo tempore, quo eam exigere uolebat à nobis Deus. Tunc enim oportuit eam prædicari, et prædicatam recipi. Sed antequam prædicaretur, non exigebatur. Vnde & Cornelius ante agnitionem & confessionem CHRISTI, pronüciatur à scriptura iustus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper, cui & Angelus tam præclarum præbet testimonium, ut ei dicat. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Quomodo autem hoc, nisi & ipsa persona fuisset Deo grata? Et quomodo potuisset esse grata, nisi fidelis fuisset coram illo? Quoniam sine fide impossibile est placere Deo. Vnde B. Petrus eo in loco ait: In ueritate comperio, quod non est acceptor personarum Deus: sed in omni gente qui timet eum, & facit iustitiam, acceptus est illi. Et ijs omnibus est illud adiucium, quod qui fidem habet illoꝝ duorum articuloꝝ explicitam, etiam de cæteris omnibus habet implicitam fidem, ut docet B. Thomas: quia in eo quod quis credit remunerationem bonoꝝ operum apud Deum, implicite etiam credit mediatorum, per quem Deus remunerat. Vide acute & pie lector, quo pacto quæ uideri poterant ob quandam falsam persuasionem difficilia, & obscura, illa persuasionem postposita, reddita sunt adeò facilia & clara, ut sit euidentis signum competentis ueritatis, quæ facit hominem quiescere.

C. ij. Si autem

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probas utiliora instructus per legem: confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorū qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege, qui ergo aliū doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandam, mœcharis? Qui abominaris Idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuarcationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. Circūcisio quidem prodest, si legem obserues: si autē præuarcator legis sis, circūcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nonne præputium illius in circūcisione reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem cōsummans, te qui per literam & circūcisionem præuarcator legis es. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circūcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circūcisio cordis in spiritu, non litera, cui laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Jerem. 10. et Dan. 13. Dicendum est ergo, ut mihi uideatur, quod à tempore captiuitatis babiloni cæcepit esse ista cognominatio, ut staret gloria Iudæ, & firmaretur prophetia illa. Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius. Stabat ergo regnum Iuda etiam in captiuitatibus illis prioribus, & honor illius, usque ad Herodē Ascalonitam: cuius rei signum est, quod ab eo sunt denominati, qui erant ex alijs tribubus. Addit.

Et requiescis in lege. Quia lex à Deo est, & explicat tibi finem tuum, qui est CHRISTVS. Finis enim legis CHRISTVS ad iustitiam omni credenti. Non enim quiescit homo, donec inueniat suipsum finem, quem lex naturæ non certò monstrabat, sicut illa Moyses, ut dixerit Dñs: Scrutimini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere. Illa enim uerè est finis.

Et gloriaris in Deo, tanquam tibi peculiariter fauente, & tecum loquente, ut posses dicere. Non est alia tam grandis natio, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Et iterum: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Et nosti uoluntatem eius, scilicet quoad mores, et ad ea quæ faciendæ sunt, utpotè magis ad finem conferentia.

Et probas utiliora instructus per legem. Legis enim in prophetis: Ego Dominus docēs te utilia. Hæc igitur non ita scire poterant, qui in solo lumine naturali ambulabāt. Quare circa mores rãta erat inter eos controuersia, ut penè in principijs ipsis dissentirent. Nam eximij morum magistri Socrates et Plato, etiam in nonnullis turpiter errarunt. Volebat enim hic communes esse uixores & de incestis non benè docebant. Vsuras uerò communiter concedebant. Et diuortium improba licentia laxatum, non coerceretur: Quamquæ et hoc quoque permetteret lex Moyses, sed ad eorū duritiam. Debes & inter hæc reponere, quæ ad cultum diuinum pertinebant, in qua re gentes superstitiosissimè agebant.

Confidis te esse ducem cæcorum. Distinctè loquitur. Quia enim sunt quos oportet magis ducere, quam docere, ut ipsi per se ambulent: quoniam naturæ prauè ad hoc dispositi sunt, & ideò sunt indociles, propterea de ijs ait. Confidis te esse ducem cæcorum. Et sunt qui possunt uidere ad ambulandum, modo admoueat lucerna, ut recedant tenebræ, et uideant. Et ex his quidam sunt insipientes, qui & finem ignorant, & uia qua tenditur ad illum, quos oportet erudiri. Quidam uerò debiles, & non apti continuò ad solidum cibum. Et hi ueluti infantes lacte primùm alendi sunt, ut quasi per elementorum traditionem inducantur in arcanam sapiētiam. Erant ergo illi Rabbinī, qui tales se esse præsumebant, ut cæcos ducere possent, & tenebrosos illuminare, & insipientes erudire, & infantes docere, utpotè habentes formam in lege, id est, rationem, siue modum ad formandum alios in scientia ac ueritate legis. His igitur Rabbinis dicitur sub numero singulari, ut intelligantur omnes,

est omnes, quasi unus.

Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Pronuncianda sunt hæc omnia cū assertionem, ac despectum. Qui prædicas non furandum, furaris? Furti appellatio in scripturis omnē fraudem significat, qua quis cum aliena iactura fit iniuste locupletior. Et mœchia similiter ad omne fornicationis genus extenditur. Sacrilegiū uerò propriè compilationē rei sacræ significat: quod græca uox manifestius indicat, ἱεροσυλῆς. Extendunt tamē scholastici hoc uocabulum ad significandū quoties quid iniuria in sacrum & dicatum Deo infertur, siue in personam, siue in rem, siue in locum: unde affinitatem quandam habet cum peccato idololatriæ. Utrobique enim cōtemnitur Deus, & Dei cultus: quamquæ & auaritia, qua hæc sacrilegia admittent, quædam erat idolorū seruitus. Concludit ergo Apostolus tandem id quod uolebat, scilicet, quod uana erat Iudæorum gloriatio ex lege, cum legis essent præuarcatores, & consequenter magis Dei contemptores, quem talibus præuarcationibus inhonorabant. Et addit (ut grauaret illos acerbius) quod propterea apud gentes blasphemabatur nomen Domini, ut ait scriptura apud Ezech. Et uerè sic accidit, ut uulgi peccata hominum etiam in leges ipsas transferat. Sic enim nunc per monachos, & sacerdotes, & Christianos malos, qui suo exemplo cæteros deprauant, blasphemantur religiosorum ordinum patriarchæ, & institutiones ipsorum Patrū: & similiter sacerdotium, & ipsemet CHRISTVS. Quod licet iniquè fiat, tamen gratiè est peccatum eorū, qui præbent occasionem, sicut hic Apostolus cū tanta detestatione exprimit.

Circūcisio quidem prodest, si legem obserues. Quia poterant se iactare de circūcisione, quæ olim fuit data Abrahæ, per quam segregabantur à cæteris, ut essent populus Dei peculiaris, etiam secundum spiritum, eò quod haberent promissionem uitæ factam Abrahæ, qui credidit Deo dicenti: Noli timere, ego protector tuus, & merces tua multa nimis: ita ut uiderentur omnes incircūcisii, à gratia & salute exclusi, etiam ad hoc responderet Apostolus duabus rationibus. Prima quod nec propterea poterant gloriari, cum essent præuarcatores legis. Quia circūcisio illa tum demum proderat, cum seruabatur lex, cum lex solum ad circūcisios pertineret, tamen si ueniret circūcisio ex Patribus, ut ait Dominus, apud Ioan. Altera, quod neque hoc ualebat ad excludendos omnes alios à salute, seu à potentia adipiscendæ salutis, ob id quod non essent filij circūcisionis. Quis in loco primùm aduerte, Apostolū loqui secundum priorem statum, quando uigebat lex, & circūcisio. Quicumque enim circūcidebantur, statim uniuersæ legis faciendæ debitores constituebantur, alias subdebantur maledicto legis, ut testatur ad Galatas Apostolus noster. Et credibile est in ipsis conceptis uerbis, & in solemnitate circūcisionis hoc ipsum exprimi consueuisse: sicut & nos in baptismo nomen damnus, & fidem profitemur, & renuntiamus satanæ, & omnibus pom-

pis eius, & accipimus donū iustitiæ (quod in ueste candida significatur) ad quod conseruandum obligamur. Quicumque igitur soluebat legem, quomodo poterat in circūcisione confidere, in qua inibatur pactum seruandæ legis? Vnde rectè ait, quod circūcisio illa non seruanti legem, in præputium conuertitur. Præputium uerò significat obtusionem auris, & obturationē. Græce ἀποβυστία, à βίω. i. sepio & obturo aures, unde cōtumacia & inobediētia significatur, & ignoratio diuine legis ac præcepti: in quo statu erant Gentes naturaliter ob antiquum peccatum. Vnde et ipsæ præputium uocabantur, ut sic à circūcisione (qua uoce Iudæi appellabantur) distinguerentur: Addit.

Quod si præputium iustitias legis custodiat etc. Vide ut in manu nostra est immutare id, quod natura sumus. Ecce ergo, sicut circūcisio in præputiū euadit, si circūcisus legem non seruet; ita quod est natura præputiū in circūcisionem computatur, si legis iustitias faciat. Appellatur natura præputiū, qui non erat Iudæus. Nam qui ex illo populo erant, natura Iudæi dicebantur. Sic dixit Apostolus: Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Et hinc adipiscitur etiam quandā iudicij auctoritatem, si id quod est natura præputiū legis iustitias obseruet, qua potest Iudæum præuarcatorē legis cōdemnare. Est enim quoddam iudiciū non quidem potestatis (nam hoc solius Dei est & CHRISTI) sed, ut uocant, iudiciū comparationis. Hoc autem tunc locum habet, cū nō qui minus tenentur aliquid facere, eò minus donorū acceperint, nihilominus tamen faciunt. Tales enim quodā modo suo facto, & sua adepta gloria, iudicabunt eos, qui magis tenebantur facere, cū plus donorū accepissent, nec fecerunt tamen. Hoc iudicij genere regina Austri, & Niniuitæ cōdemnabūt Iudæos, ut ait Dominus. Vocat autē præuarcatores illos legis per literam & circūcisionem, quia litera legis eos obligabat ad sui obseruantiam, qui sponte ipsimet, Mose pronunciante, se subdiderunt legi, eaque omnia se facturos astrinxerunt, quæ legis erant, & dixerunt, Amen, super benedictionibus, & maledictionibus. Vnde non facientes quæ legis erant, ex ipsa uel legis præuarcatores constituebantur, & proinde sub maledicto. Et similiter per circūcisionem, in qua (ut diximus) legis ipsius obseruantiam promittebant. Vnde idem Apostolus ait: Testificor omni circūcidenti se, quod debitor est uniuersæ legis faciendæ. Nam inde accipiebant à Deo, unde possent custodire. Verū quoniam multi crassi erant, & manebant in carne, solum quæ carnis erant considerantes, quæ autem spiritus nō uidebant, nec adhuc hodie uident, idcirco eos docet Apostolus (si uelint capere) quinam essent uerè Iudæi, & quæ uera circūcisio, & ait.

Non enim qui in manifesto Iudæus est etc. Quod sic interpretari oportet. Cum enim dupliciter intelligatur Iudæus, & secundum carnem in manifesto, id est, descendens ex illo Iuda, uel fratribus eius,

Iudæi uocabuntur unde, & cur honorificum.

Gen. 49.

Ioan. 10.

Gen. 49.

Rom. 10.

Ioan. 1.

Psal. 147.

Iudæi propter legem & prophetas multo præstabant gentibus.

Nota peccatū & errorē uulgi.

Audiant mali Christiani et sacerdotes.

De uel circūcisionis. Gen. 15.

Gal. 5.





Nota qui uere Iudæi erant, et quæ uera circūcisio.

Marc. 14.

eius, qui fuit filius Iacob: etiam secundū spiritū in occulto, idest, descendens ex uero Iuda, idest, confessore CHRISTO, qui bonam confessionem fecit coram Pilato, & Anna & Caypha, ut patiens se innocentē ab iniquis iudicari, mereretur acipere iudiciū: propter quod dixit. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis Dei. Cum (inquam) hoc pacto dupliciter Iudæi intelligantur, qui secundum carnem sunt, ij sunt qui ex Abraham uenerūt per carnem. Quī autem secundum spiritum, hi sunt qui uerē credunt sicut Abraham fidelis, & ipso opere obediētes, sicut ille, cōfitentur Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Cōfiteri enim solū uerbo, nō autem etiam opere & facto, non est confiteri uerē & acceptabiliter coram Deo. Modo si queramus quinam uerē, idest, coram Deo, Iudæus reputabitur, an qui in manifesto tantum Iudæus fuerit, hoc est, secundum carnem tantum: An qui in occulto secundum spiritum? Audacter Apostolus docet (si uellent capere) non eum, qui carne tantum Iudæus est, Iudæum esse, scilicet, uerē & coram Deo: neque eam quæ tantum in carne est, uel in litera (quod idē est) circūcisio, circūcisionem esse, ut similiter intelligas coram Deo: Sed qui in occulto, idest, in spiritu, in interiori homine Iudæus est, quicquid ille sit secundum carnem, hic uerē Iudæus est coram Deo. Et quæ in spiritu est, scilicet, ipsius cordis, non præputij carnalis, circūcisio: hæc circūcisio uera est, quoniam habet laudem à Domino, illa uerō ab hominibus: quia homines uident quæ foris sunt & apparent, Dominus autē intuetur cor. Et ipse quidē Deus spiritus est, & idē quæ sunt spiritus diligit, & colit uult & adorari in spiritu & ueritate. Caro autem non prodest quicquid, nec apud Deum consideratur, nec regnum Dei possidere potest, nec subijci legi Dei. Sed ò miseri Iudæi, qui adhuc hæc in tot annorum curriculum non percipiunt, sed gloriantur in carne, circūcisionem suam efferentes, cum secundum spiritum ipsi sit merum præputiū, habentes clausas aures ad uerbum fidei, quod est spiritus initium. Sed quoties, obsecro, exprobratum est in eos hoc uitium, quod essent incircūcisi corde, & auribus: Vnde Moses. Circūcidite (inquit) præputiū cordis uestri. Et Ieremias similiter ait: Circūcidimini Domino, & auferte præputia cordium uestrorum, uiri Iuda. Quocirca conqueritur Dominus apud eundem prophetam, omnem domum Israel incircūcisam esse corde. Et alibi idem: Incircūcisæ sunt aures eorum, & audire non possunt. Sed & Ezechiel hanc duplicem circūcisionem notat, uidelicet cordis, & carnis. Vnde & B. Stephanus hoc in illos obiecit, aiens: Dura ceruice & incircūcisi corde & auribus, semper Spiritui sancto resististis. Sed utinam hic esset Iudæorum error tantum, & non etiam Christianorum, cum plerique baptismum solum secundum literam gerant, & in eo confidunt, contemnentes uerum baptismum cordis. Vnde nescio an uerendum sit, ne multi paganorum magis tali

In Iudæorum duritiam.

Deut. 10.

Iere. 4-9-6.

Act. 7.

baptismo baptizati sint, quàm multi Christianorum, eò quod illi magis euangelica præcepta custodiant, & euangelij iustitias, ita ut eos sint iudicaturi, cum patebit ueritas. De qua re ego alibi proprio tractatu. Neque tamen putandum est, propterea antiquam illam carnis circūcisionem inane fuisse atque superfluum, sicut nec est superfluum baptismus secundum literam. Homines, n. quia carnales sunt, indiguerunt etiam sacramentis, quæ secundum literam & carnem aptata, declararent nobis ea quæ Dominus spiritualiter operari dignatur in cordibus nostris. Et ut ait B. Augustinus, necessaria sunt ad unum religionis cultum ab omnibus obseruandum.

Cap. III.

**V**id ergo amplius Iudæo est: aut quæ utilitas circūcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem: quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuit? Absit. Est autem Deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Si autē iniquitas nostra iustitiā Dei commēdat, quid dicemus? Nūquid iniquus est Deus qui infert iram? (Secundum hominem dico) Absit: Alioquin quomodo iudicabit Deus hūc mundum? Si enim ueritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ergo tanquā peccator iudicor, & nō (sicut blasphemantur: & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, ut ueniant bonæ quorum damnatio iusta est.

**Q**uoniam ex dicitis uidebatur (male tamen colligentibus) sequi, nullam esse præcellentiam Iudæi respectu gentilis, si solum obseruatio mandatorum beatum faciebat, & ita gentilis sicut Iudæus poterat illa seruare natura dictate, ostendit id perperam colligi: quoniam multa erat utilitas & circūcisionis, & à lege, per omnem modum, idest, omnino multo præcellerat Iudæus. Et id quod erat præcipuū declarat, dicēs.

Primum, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quæ sunt autem eloquia Dei, nisi beneplaciti sui de CHRISTO uenturo cælestis reuelatio: in quo benedicendi essent omnes, & instaurandi in amicitiam Dei. Vbi nota, quod eloquia Dei uocat ea, quæ promissionem habebant uitæ æternæ. Vnde scriptum est. Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatum terræ, probatum septuplum. Dixerunt Israelitæ ad Moysen. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur: loquere tu nobis, & audiemus. Et Dominus iterū dixit Moysi: Hæc dices filijs Israel. Vos uidistis quod de cælo locutus sum uobis. Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis &c. Et sequitur: In omni loco, in quo fuerit

Que sint eloquia Dei, & quō differant a uerbis & litera Moyses. Nota

Ioan. 5.

Psal. 105.

Deus fidelis

Homo mendax

memoria nominis mei, ueniam ad te, & benedicam tibi. Hæc igitur erant de cælo eloquia secundum sapientiam spiritus intellecta. Non aliud, n. annunciabant quàm CHRISTVM, & uerū Dei cultum, non in Iudæa solum, sed in omni loco, in quo esset sacrificium, & holocaustum, & pacificum acceptabile. CHRISTVS etiam aliquando dixit: Si literis Moyses non creditis, quomodo uerbis meis credetis? Et alibi ipsemet declarat, quod uerba sua erant spiritus & uita, & non promissiones carnales. Et discipulis ait: Vos mūdi estis propter sermonem meum. Hoc igitur est summum, quod habuerunt Iudæi ex eis eloquijs præ Genibus, uidelicet, promissionē CHRISTI, & dona consequentia Spiritus sancti: propter quod & filij uocati sunt, si modo crederent, ut scriptū fuit. Ego dixi dñi estis, & filij excelsi omnes. Et ad incredulos: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Vnde Apostolus inferius: Quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequium, quorum patres, ex quibus est CHRISTVS &c. Gentes ergo cum in suo naturæ libro essent relicte, ut per uisibilia uestigarent inuisibilia, & inde CHRISTVM quærerent (si fortē ualerent atrectare) multo inferioris erant conditionis quàm Iudæi, qui ex Dei eloquijs proficere & facilius & ualidius poterant: quod tamen multi eorum non faciebant. Sequitur.

Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Commendat Apostolus diuinam tanti beneplaciti firmitatem, quæ non retraxit manum gratiæ suæ propter quorundam infidelitatem, in quos conuerteritur Dominus per prophetas, ut in incredulos & subuersores, unde scriptum est. Non crediderunt uerbis eius, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Propriè enim uerba Dei (ut diximus) sunt, quæ de CHRISTO loquebantur, & salutem ueram ostendebant. His uerbis nō crediderunt, sed Dominum ad iracundiam prouocauerunt, & occiderunt prophetas, & omnes qui annunciabant de aduentu Iusti. Nec tamen Deus est ita irritatus, ut desineret esse fidelis in uerbis suis, sed misit Filium suum sicut promiserat: quia ipse est uerax, omnis autē homo mendax, scilicet ut homo est. Si autem uerax est, hominis id excidit conditionem, & tunc ex gratia habet. Græcè legitur sic:

Esto autem Deus uerax, ac si dixerit: Id sentiamus & statuamus de Deo, & de nobis, nempe quod nos mendaces sumus, & ipse fidelis est, ut iustificetur ipse in sermonibus suis, quos implet ex parte sua: & ut uincat cum iudicatur, aut cum iudicat, sicut aiunt haberi in hebræo. Sed B. Paulus sequutus Septuaginta, dicit. Cum iudicatur, ipse nimirum Deus. Erasmus tamen hebraicam uocem ait esse ambiguam ad passiuam, & actiuam significationem: quod uerius esse existimo. Iudicatur autem à perfidis, qui à propria iniquitate metiuntur illius immensam bonitatem, dicentes. Non faciet: Non parcat: Non curat. Tunc ergo uincit, cum ostendit diuitias bonitatis suæ,

pluens dona abundè, & seruans promissa fideliter. Et hæc uictoria patebit in iudicio æterno, quod faciet in nouissimo die. Sequitur.

Si autem iniquitas nostra iustitiā Dei commendat etc. Erant qui ex B. Pauli prædicatione magnificantis bonitatem Dei, qui ex peccatis hominum natus erat occasionem suæ gloriæ, falsam conclusionem eliciebant, uidelicet, esse peccandum, ut inde maior Dei gloria sequeretur, qui non contineret uel offensus misericordias suas: & ipsa Dei iustitia, qua uidelicet ipse iustus erat, commendabatur, eò quod appareret mundo. Ex quo etiam uidebatur sequi, quod esset iniquus iram, idest, uindictam inferens in perfidos & malos, quorum perfidia resultabat in gloriam eius. Pro testatur tamen Apostolus hæc se dicere secundum hominem, idest, secundum cogitationem mendacis & corrupti hominis, & rem iudicantis secundum carnem materialiter, non formaliter, & nesciētis separare quod est per se, ab eo quod est per accidens. Vnde primò tanquā exhorrescens dictum nephandissimum, ait: Absit. Et interimens illam ipsorum conclusionem, addit.

Alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Vis argumenti est in hoc, Mundi iudicium extremum, summum esse iudicium. Ergo est summi iudicis. Ergo est eius, in quem cadere iniquitas non potest. Alioqui quis emendaret? Non potest enim error in summa Veritate inueniri, sicut nec in Ente summo quicquam passiuæ potentiæ, aut accidentis, ita nec in summo iudice iniustitia. Porro quia ex interempta eorum conclusione, nondum data erat ad eorum argumentum responsio, iterum recolligit argumentum, ut planius soluat, & ait.

Si autem ueritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius etc. idest, si fidelitas Dei, qua se uera cō ostendit seruando promissa, in meo mendacio, idest, per meum mendacium, idest, infidelitatem. Induit enim hic Apostolus personam peccantis, & infidelis Deo. Si ergo, ait, ipsa Dei fidelitas abundauit, idest, excelsit, ob id quod poterat sine iniquitate non seruare infideli datā fidem, iuxta commune dictum. Frangenti fidem, fides frangatur eidem: & si hæc abundantia bonitatis eius, qui reddidit non promerentibus quod promissit, resultauit in gloriam eius, Quid adhuc ego tanquā peccator iudicor, supple tu, & non potius uerum sit illud, quod quidam aiunt (blasphemantes tamen) nos dicere: Faciamus mala, ut ueniat bona? Et subdit: Quorum damnatio iusta est, idest, damnatio eorum qui faciunt mala, ut eueniant bona, non solum si hac mente non facerent, sed etiā si illa mente facerent, idest, ut bona inde peruenirent, iusta tamen esset. Vbi nota quod licet nō uideatur Apostolus adhuc resolvere argumentum, in ipsa tamen ui uerborum implicitè continetur resolutio: quoniam ut manifestè falsum dimittit id, in quo sustentabatur conclusio hæc, nempe, facienda esse mala, ut eueniāt bona. Sustentabatur enim in hoc, quasi ex malo possit procedere bonum: quod est impossibile, nisi per accidens.

Calūnia in Apostolum.

Deus iudex nō potest esse iniquus, quia sumus.

Nō sunt factenda mala ut eueniant bona.

Ex malo



Ex malo enim per se, non nisi malum procedit. Quod autem per accidens est, non consideratur à legislatore, sed id quod per se est. Non intelligas ergo hanc sententiam: *Quorum damnatio iusta est, in eos dictam esse, qui blasphemabant Apostolum, calumniam in eum iacentes.* Disputabat enim Apostolus de ueritate morum, non de meritis calumniantium, idèd potius paralogizantes redarguit, quàm minetur calumniantibus. Adde quòd blasphemia in scripturis propriè est, quæ à creatura in Deum est; & ab inferiore in superiorem, cum derogatur illius gloriæ, & maiestati. Quoniã uerò Apostoli fungebantur legatione pro Deo (ut B. Paulus ait) omnis contemptus, & iniuria in eos, tanquàm in Deum facta computabatur: & idèd erat penè blasphemia.

2. Cor. 5.

De mendacio officioso.

Nec illud omninò prætereundum est, Si non sunt faciendæ mala, ut eueniant bona, nec officiosum mendacium dicendum esse ob quodcunquè bonum. Vnde non excusarentur à peccato, nec Iacob, nequè costetrices illæ ægyptiæ, nec Iudith, & alij, qui cum sancti essent, & commendationem habeant à scripturis, in hæc tamen mendacia & prudenter, & consultò uenerunt. Sed hæc questio alium sibi proprium locum postulat. Fuerunt enim qui officiosum mendacium nõ esse peccatum existimarunt ex doctrina Platonis, in quam sententiam B. Hieronymus inclinare uidetur, & B. Chrysostomus in illo pulcherrimo lib. de sacerdotio. Interim ad solatium piorum illud animaduertendum est, non defuisse calumniatores tanto Apostolo etiam in doctrina: ut discamus & nos pati, si quando etiam cum calumnia obrectatores nostri, nos de doctrina reprehenderint, ne hac in parte simus Apostolis fœliciores.

Quid ergo præcellimus eos? Nequaquã. Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: *Quia non est iustus quisquam: non est intelligens: non est requirens Deum.* Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, uenenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum.

In Christo, nõ præcellunt Iudæi, ut minus egeant saluari per fidem quàm Gentes.

Ostensa prærogatiua Iudæorum per legem, et eloquia Dei olim illis credita, & circumcisionem mandatam, ut esset populus Dei peculiaris, Nunc uult ostendere, quòd in CHRISTO & in euangelio non præcellunt, scilicet, ut illi putabant, qui iudicabant gentes, putantes non posse illas salutem assequi, nisi & ipsæ herent sub Mose & lege, & transfrent in eorum coloniam, non cogitantes quòd in CHRISTO non est Iudæus, nequè Græcus, sed noua creatura. Incipit ergo post

questionem positam, cum ait: *Quid ergo præcellimus eos?* Et postquam respondit, nequaquam, probare respõsum ratione: quoniã respectu CHRISTI, omnes inueniuntur sub peccato, tam Iudæi quàm Græci, & aliquo modo etiam magis Iudæi. Esse autem sub peccato, idem est quòd habere peccatum, idèd, concupiscentiam dominantem, à qua indigebat liberari per CHRISTVM omnes, & sic pares erant. Quòd autem omnes essent sub peccato, inde accipit, uidelicet, ab effectu: quia maiores tam in lege naturæ, quàm Moyses, non resisterunt illi peccato, sed in profundum malorum uenerunt, sicut superius primo & secundo cap. præcausatus est Apostolus utrunquè populum, uidelicet, Iudæos & Græcos in maioribus eorum, ut inde minores colligere liceat. Nã accusando maiores, & minores simul accusantur. Si enim lex naturæ, aut Moyses, fuisset satis ad tollendum peccatum, profectò non inuenta fuisset (saltem in maioribus eorum) tanta transgressio & contumacia, ut supponit Apostolus. Supponit autem, illos qui seruarunt legem naturæ & Moyses (quales fuerunt quos commendat scriptura) nec ad naturam attinuisse, nec ad Moysen, sed ad CHRISTVM & gratiam: non enim erant sub lege, sed sub gratia. Nequè uerò in hoc erant inexcusabiles, quòd peccauerint sub eis legibus existentes, sed in hoc, quòd cum illis uia esset ad sanitatem per CHRISTVM, uiam tamen illam non curarunt: idèd, inexcusabiles redditi sunt. Non enim iniustus est Deus, qui exigit impossibilia ab homine. Nam quòd erat impossibile homini per legem, reddebatur illi possibile per CHRISTVM, quem lex ipsa & prophetæ Iudæis ostendebant. A gentibus autem non exigebatur explicita fides de CHRISTO, sed satis erat implicita, ad quam poterant peruenire natura intus prædicante, & Angelis bonis cõfirmantibus Dei prouidentiam, quòd inquirentibus se remunerator esset futurus, sicut superius diximus. Post hoc autem subiicit probationem à scriptura sumptam, & subdit,

*Non est iustus quisquam etc.* In psalmo autem, ad quem respicere uidetur Apostolus, non sunt hæc uerba in litera, sed in sententia, legitur enim: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, idèd, Adam pater noster, in corde suo, idèd, in uoluntate sua contumaci, & operante malum, dixit: Non est Deus.* Est enim idololatria quodam modo non obedire: factò siquidè ipso negatur Deus & bonus, & iustus: dicit enim qui peccat. Nõ puniet Deus, non uindicabit: quòd est quodam modo negare Deum, cui iustitia negatur, & ueritas. Ex eo autem Adæ insipientis peccato declarat Psalmista quid insequutum sit, nimirum quòd sequitur.

*Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studijs suis, idèd, ex eo peccato id consequutum est, ut omnes homines corrupti, & abominabiles facti sint in studijs suis.* Et inducitur Deus tanquàm prospiciens de cælo, ut uideret, esset ne aliquis intelligens, aut requirens Deum: & responderetur.

Omnes

Isa. 64.

De impotentia natura.

Vis peccati orig.

*Omnes declinauerunt etc.* Et hoc non est aliud, quàm non esse iustum quenquè, nec intelligentem, aut requirentem Deum. Quancquè & hoc ab Isaia, prædictum fuit. Non est, inquit, qui inuocet nomen tuum, qui confurgat & teneat te. Nam cum duo essent dona, quibus honorauit nos Deus in patre nostro Adam, Primum, iustitia illa originalis, qua & inferiores animæ uires reprimebatur à parte superiori, idèd, à ratione, ne contumaciter rebellaret, & ipsa ratio Deo subdebatur: Alterum uerò Gratia, qua ad cœlestia promouebatur ut filius, & spem hereditatis habebat: nato peccato, & subtractis illis donis, factum est ut omnis iniustitia uigeret in nobis: quoniã & mens alienata est à Deo, & à mentis imperio inferior sensitua pars rebellauit, ut ad se illã attraheret, idèd, meritisimè. Qui enim superiori non paret, dignum se constituit ut inferiori subdatur: quòd est sanè innaturale, si naturam rectam cõsideremus. Hoc enim nunquè fecit Deus, cuius opera sunt perfecta. Ergo hoc tam peruersum atquè præposterum, à peccato uenit. Vnde benè sequitur.

*Non est intelligens, aut requirens Deum, idèd, ex eo quòd corrupti inuenti sunt omnes homines propter peccatum, ipso iustitiæ dono amisso, & abominabiles redditi amissa gratia, hinc est quòd nõ poterat inueniri faciens bonum, nec unus quidè.* Quòd autem dicit, non esse qui Deum intelligeret, sic oportet accipi: quia ex puris naturalibus (Deo non auxiliante) nõ poterat homo assequi talem de prouidentia Dei cognitionem, uidelicet ipsum Deum esse finem hominis, & fœlicitatem eius, sicut reuera est. Et idèd nullus poterat Deum inquirere ut eo potiretur: quia non erat pactum Dei ullum tale manifestum cum hominibus. Quis enim unquè inquisiuit, quòd ignoraret? Sola autem fide hanc de Deo notitiam consequimur, uidelicet & Deum esse, & remuneratorem inquirentium se, ut docet Apostolus: Et hinc sequitur.

*Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Fieri. nõ potest, quin homo amet aliquid. Extincta autem fide & spe cœlestium, oportuit terrenum esse quòd amaret, & sic declinare oculos, & statuere in terram propter concupiscentiæ pondus, quò trahitur anima ad inferiora, & crescit pondus indies, etiam hoc pacto inutiles omnes constituti sunt: quia nec sibi, nec proximo utilitatem afferre ualebant ullam ueram, quæ ad ueram salutem faceret. Nec item Deo: quancquè Deus in se nihil utilitatis ab homine consequi potest, qui nullius boni indiget. Et sic iterum rectè cõcluditur. *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Et quoniã non operantes bonum, necesse est corruere in barathrum iniquitatis, iccirco additur.

*Sepulchrum patens est guttur eorum.* Hoc autem ad intemperantiam pertinet. Per guttur enim omnè carnis libidinem intelligimus, quæ appositè comparatur patenti sepulchro, quòd seculètam carnem quodam modo concupiscat, & uoret. Vnde & græcè sarcophagon dicitur. Sunt qui per guttur intelligunt internas cogitationes prauas,

quæ si proferantur, quasi sepulchrum patens, fœtorem emittunt foras intolerabilem: quæ intelligentia non mihi uidetur esse reprobada. Quòd uerò ait.

*Linguis suis dolosè agebant.* Ad iniustitiam eleganter refertur, per quã nocemus proximo, & tum maxime id lingua agimus, dũ promittimus fraudulenter, aut promissa negamus, aut falsò accusamus, testificamur, iudicamus, & alijs multis modis decipimus in cõmercijs, & distributionibus.

*Venenum aspidum sub labijs eorum.* Hoc ad malam doctrinam pertinere uidetur. Nam aspidum uenenum est insanabile, cuius contactu tabescit caro, & obstupescens homo in stuporem lætiferum conijcitur. Hoc diligenter attendant, qui cum hereticis conuersantur: tales enim sunt. Remediũ est ergo præsentaneum, ut protinus fugiãt. Vel potest hoc aptari ad odium, quo alter alterum plusquam hostiliter insectatur & diabolicè ad perniciem: unde sequitur.

*Quorum os maledictione plenum est.* Est enim iraquædam potes, omniumquè irarum pessima, quæ maledici fiunt & amari, qui ea inuadunt. Quæ autem hætenus citauit Apostolus, ex. 5. & 9. & 13. Psalmo accepta sunt.

*Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Ex Isaia citatum est. Et euidenter homicidij peccatum exprimitur. Et quòd ait: pedes ad effundendum, nõ solum corporis, sed etiam anime pedes intelligas, idèd, affectus cordis, quibus etiam homicidium completur coram Deo, licet non sequatur factum, si modo perfectus consensus adfit: & pulchre sequitur,

*Contritio et infœlicitas in uis eorum.* Quicunquè, n. finem quemlibet sibi præsticiunt in rebus humanis, antequm illum assequantur, sepius in medio cursu conteruntur, & deficiunt. Vnde conueri tandem coguntur, & cum gemitu dicere: *Ambulaui mus uias difficiles.* Quòd si etiam assequantur, et infœlices sunt: quia falso bono delectantur, quo uelociter priuantur, & miserè. Opponit autem uis eorum, quas ambulabant, & in quibus erat cõtritio & infœlicitas, uiam pacis, quam nõ cognouerunt. Pax enim sequitur fœlicitatem. Nõ cognouerunt autem (inquit) quia nec ex se ipsis poterant cognoscere. Via enim ad pacem & fœlicitatem, erat CHRISTVS & ipse pax nostra, à cuius notitia longè aberant, in eiusmodi & delictis & miserijs persistentes, tanquàm sedentes in tenebris & umbra mortis.

*Non est timor Dei ante oculos eorum.* Hoc ex nono psalmo acceptum est: quòd ad omnem Dei timorem aptari potest, scilicet, quo timetur ut potens inferre malum, aut auferre bonum. Sed hi timores ex proprio procedunt amore, quo homo malum suum exhorret, & bonum suum concupiscit. Nã homo in puris naturalibus nõ potest inferni penas metuere, quas ignorat: aut amissionem paradisi, de quo non cogitat. Nec potest timere aliquam pœnam temporalem à Deo, quem non curare nostra existimat. Non est autem dubium, quòd timorem illum sanctum, qui permanet in sæculum

Consortium cum hereticis fugiendum.

Anima suos pedes habet.

Sap. 1.

De timore Dei

saeculum saeculi, qui ex amore Dei oritur, quo timore timetur Deus ut pater, ut bonus, ut iustus, ut dignus omni cultu, & obsequio, & reuerentia, nullus poterat tunc habere, cum nullus illum ut patrem nosceret, & adhuc nullus esset bonus & sapiens, ut quae Dei sunt, non quae hominum, diligeret: & de hoc timore praecipue uerum est hoc. Non est timor Dei ante oculos eorum. Hic timor consummatio est sapientiae, ut inquit scriptura, & in hoc est uerus Dei cultus, quo meretur homo exaudiri, ut ait Apostolus de CHRISTO, quod exauditus est pro sua reuerentia, id est, quia timore Domini repletus est, & reueritus est Deum.

Ecclesi. 2. 1.

Heb. 5.

Quaestio quo pacto sit uerum neminem esse iustum.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Verum circa praedicta incidit quaestio, uidelicet, quonam modo uerum sit nullum esse iustum, cum multi in scripturis de iustitia commendentur: Ad hoc facile respondetur: quoniam scripturae illae manifeste loquuntur de filiis hominum, id est, de natura hominis, qualis esset, si sibi relinqueretur, quae satis apparet in his, qui adhuc homines manent, id est, in statu naturae amissa iustitia, & non recuperata gratia per CHRISTVM. Quod ut intelligeremus, introducitur Deus respexisse super filios hominum, ut uideret num ullus esset eorum, qui intelligeret, aut requireret Deum: & nullus prorsus inuentus est. Qui autem tales non fuerunt (fuerunt enim multi non tales) uel ex Iudaeis uel ex gentibus, ex gratia Dei assequuti sunt ut tales non essent, non ex seipsis: & ideo non putandi sunt cum alijs secundum naturam, ut filij hominum. Itaque secundum gratiam non iam filij hominum, sed filij Dei censendi sunt. Nam omnes homines proculdubio tales fuissent, quales describuntur a scriptura uisi ab ipso Deo, qui uidet omnia futura ut sunt in causis, quum certae & determinatae sunt causae ipsae ad futurum certum. Iudicium enim datur secundum naturam rei: sicut medicus recte dicit aegrotum sanandum, si hoc uidet in causis: licet forte ex alio accidente non sanetur. Sic omnes homines dicuntur uisum se iniusti, ex eo quod tales ex sui natura fuissent, nisi gratia prouenisset. Nec aliter intelligi potest haec scriptura, & multae similes, quas (quia non intelligunt haeretici) longe aberrant a ueritate: & similes nonnulli ex nostris, qui hoc in loco etiam haerent: ideo uarie exponitur, & non apte. Verum tribus uerbis cuncta dissoluit B. Augustinus dicens. Hic uerus est intellectus: quia nemo intelligitur bonum fecisse, nisi ille monstrauerit. Ideoque recte dicitur, nullum fecisse bonum: quia quod fecit quisque bonum, non ipse, sed gratia Dei secum fecit. Ipse autem ex se, non nisi malum fecisset.

Scimus autem quoniam quaecunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem. n. cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem IESV

SV CHRISTI, in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in CHRISTO IESV, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est IESV CHRISTI. Vbi est ergo gloria tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudaeorum Deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium. Quoniam quidem unus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & praepitium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

Scimus etc. Occurrit Iudaeo, qui forte diceret haec scripturam, quae omnes sub peccato ponit, non attinere ad Iudaeos, sed ad gentes tantum. Ut autem contra hoc probet, sumit: Quod quaecunque scriptura loquitur, non ad gentes, sed ad Iudaeos loquitur, qui sunt in lege. Cui propositioni si & hoc adiunxeris, quod scriptura eos, ad quos loquitur, constituit sub peccato (quod Apostolus qui alloquebatur Iudaeos instructos in lege, ut per se manifestum tacet) planissime sequitur, & ipsos sub peccato existere. Nam illis promissus fuit Redemptor, & Saluator a seruitute Diaboli & peccati, ut omnes prophetae, & praesertim Isaias, testificantur. Hic tamen nota, legis appellationem ad totam ueterem scripturam significandam extendi. Nam quandoque pro sola scriptura Moyses accipitur, & quandoque pro ea sola parte, quae legem continet, ut prudens lector ex uarijs scripturae locis potest addiscere: quod & diligenter in loco est obseruandum. Sequitur.

Ut omne os obstruatur, id est, Ex hoc consequitur, neminem posse mutire coram Deo, & de sua iustitia se iactare. Et subditus fiat, graece uerbum uerbum, id est, obnoxius, aut reus, omnis mundus, seu potius, totus mundus (Non enim sunt plures mundi) Deo, id est, non solum gentes, sed etiam Iudaei: quia omnes caro facti sumus, absque uerbo Dei & spiritu: Vnde ait.

Quia ex operibus legis, non solum caeremonialibus, uerum etiam quibuscunque operibus (tametsi quidam ex nostris aliter exponant, sed non exacte considerantes, sicut fecit postmodo B. Augustinus) non iustificabitur omnis caro coram illo, id est, nulla caro iustificabitur, id est, nullus homo ut est in puris naturalibus, ex operibus legis. Caro enim appellatur homo natura: quoniam natura quae sunt carnis diligit. Hic igitur existens iniustus, nullo erga Deum tenetur affectu propter carnem, unde legimus: Qui in carne sunt, Deo placere

B. Aug. de sp. lit.

Rom. 8.

placere non possunt. Spiritus enim est qui uiuificat. Et ideo per spiritum uiuificatur homo, id est, per gratiam & charitatem, quae dicitur lex spiritus, non per opera quaecunque, quasi meritoria primae iustificationis quae fit in baptismo: quia primam gratiam nullus potest mereri. Alioquin si per opera acciperetur spiritus, gloriari posset homo in semetipso, & non inueniretur reus & subditus Deo, & misericordiae illius non indigeret: contra quod Apostolus uehementer disputat, & inuehitur. Et doctè ea loquitur, quae caro non potest intelligere, quia caro est. Intelligat ergo spiritualis homo, quod non iustificatur caro per legem, sed per fidem: quia spiritus est qui iustificat. Spiritus autem ex fide est, non ex lege: quia nec lex est ex fide, ut ait Apostolus. Quid est non esse ex fide, nisi quod non sequitur, sed praecedat fidem? Ab ipso tamen spiritu caro mortificatur, ut qui accipit spiritum, non sit iam ulterius caro, sed sit spiritus coram Deo, ut docet ipse. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Et Dominus. Qui natus est ex carne, caro est. Et qui natus est ex spiritu, spiritus est. Qui ergo manet in carne, non est iustitia Dei in illo, ut coram Deo iustificetur, nec facultas ulla ad promerendum spiritum. Vnde Dominus ait. Non permanebit, seu non iudicabit, aut non rixabitur spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Homo igitur qui non est iustificatus spiritu, caro est. Quamobrem non ista caro iustificetur, & in spiritum euadat, Deo superno adiutore eget. Deus autem non mouetur carnis operibus: quamuis opera illa carnis essent etiam opera legis. Vocat autem legis opera non ex eo tantum quod in lege praecipiantur, sed potius quod fierent uirtute legis, animo scilicet mercenario, & timore seruili, non ingenuo liberaliter, & ex amore diuino. Nam haec demum sunt opera quae Deo grata sunt, ut hic sit in opere iustificationis rectus ordo. Primum audit homo quae proponit Deus de CHRISTO suo: tum de nostro statu & conditione. Cui auditui si credit, gratis Dei iustitiam, hoc est, charitatem ex fide adipiscitur, per quam charitatem, siue iustitiam, ipsa fides post modo amanter operatur ac liberaliter (sicut oportet) ad perfectam & absolutam iustificationem. Ut intelligas, quod illa solummodo opera, quae post acceptam fidem facta fuerint, iustificanc amplius iam iustificatum ex fide. Qui enim iustificatus est, ad cursum iustificatus est: ut sicut iustificatur ex fide ad cursum, sic ex ipso cursu iustificetur ad coronam, hoc est, ex operibus bonis perueniat ad requiem. Non igitur excluduntur hoc in loco bona iustificati hominis opera, quae ex spiritu procedunt et ex fide, ad augendam iustificationem, & tandem promerendam uitam aeternam, quae opera Deo summo opere placent: sed excluduntur opera hominis adhuc in carne existentis, & in proprijs uiribus unitatem illam Iudaeorum, & perniciosam eorum praesumptionem, qui confidunt in operibus legis.

Nota, et cape haec, acute lector, et a multis quaestioibus explicaberis.

1. Cor. 6. Ioan. 3.

gis abiecta fide: ac simul docet ueram hominis conditionem, quod suapte natura caro sit. Et hoc est quod primum agnoscere debemus & fateri, uidelicet, nos esse reos, et sub peccato & morbo, indigentes misericordia Dei, & sanitate: ut sic deinde nobis commodè medicus, & medela monstraretur, ac propinquetur. Haec est IESVS CHRISTVS, in quem credentes iustificamur primum ex fide, quia ex hac fidei nostrae professione inclinatur ille ad sanandum nos per Spiritum sanctum, infundens in corda nostra in lauacro uitae, gratiam & charitatem suam, qua a macula et contagione peccati mundamur, grati facti Deo, ut sic deinde inuocantes eum per bona opera, perfectè iustificemur ad meritum uitae aeternae, et sic tandem obtineamus salutem. Haec sunt quae nolunt capere haeretici, ad quae tamen si non perturbato animo attendere, & diligenter magis ueritatem, quam gloriam sophisticam, proculdubio nobiscum sentirent: quia res iam patefacta est, & iungeremus dexteras. Sequitur.

Nota quoniam sint opera quae iustificanc, et quae non.

Per legem enim cognitio peccati, aut potius (ut graeca uox significat) agnitio peccati. Arguit potenter Apostolus, quod lex non induceret iustificationem, quia non tollebat peccatum, sed magis hoc faciebat, ut agnosceretur. Et dixit agnitio; Quia quod ab initio cognoscebatur, recognoscitur: & quod ex tot & tantis miseris nostris poterat quodam modo coniectari, aut suaderi, per ipsam legem a Mose traditam clare agnoscutur. Neque uero erat possibile hominem habentem peccatum, & consequenter odium Dei super se, sic odiosum Deo existentem, posse se iustificare. Et peccatum uoco concupiscentiam carnis dominantem, quae ex peccato naturaliter inest homini, & ad peccatum trahit illum. Dico naturaliter, significans non bonam & integram, quae fuit a Deo ab initio, sed malam & corruptam naturam, quae a peccato nostro consecuta est. Lex autem solum hoc efficiebat, ut peccatum agnosceretur, id est, uitium nobis inherens & dominans. Agnoscebatur autem hoc ipso, quod prohibebat lex homines concupiscere. Prohibebat enim hoc tanquam malum, & peccatum ex se, & consequenter tanquam innaturale. Et cum homo sentiat uim concupiscendi in semetipso insitam atque innatam, ita ut non ualeat non concupiscere, manifestè comprehendit, hoc uitium natura in se inesse, unde haec necessitas uenit. Quoniam uero Deus & natura, quae a Deo est, non potest esse autor uitij, cognoscit hoc uitium esse naturale, non quidem secundum naturam a Deo constitutam, sed ad quam per peccatum decidimus. Deus enim neminem coniecit unquam in necessitatem peccati. Ipse enim condidit hominem rectum, sed is qui plus uoluit sapere, quam oporteret, immiscuit se infinitis quaestioibus, ut testatur scriptura sancta. Videns igitur hanc malam naturam homo in seipso, Quare uocetur peccatum non a Deo. Et ideo ipsa uocatur peccatum: quia defectus est, & a peccato est, & ad peccatum cogitatur. D. Et adhuc

De utilitate legis Moyses, et sine.

Quare uocetur peccatum non a Deo. Et ideo ipsa uocatur peccatum: quia defectus est, & a peccato est, & ad peccatum cogitatur.

Et adhuc habere illam, non renatis peccatum est: quia tenentur non habere ex primo pacto in Adam, quo tenebantur retinere iustitiam illam primæuam. Quicunque igitur fomitem habet (quilibet autem naturaliter habet) in peccato est assidue. Vnde scriptum est: Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Verum quia ab hoc debito liberamur per gratiam Dei, iam non imputatur ad peccatum homini in gratia existenti: quia illi non est peccatum, sed conuertitur christiano in exercitium ad meritum, ut pugnet & superet. Quod autem ipsa caro concupiscat, si eius concupiscentias non sequimur, nihil habet damnationis, propter Agnum Dei CHRISTVM, qui assidue mundat sanctificatos aqua sua per iuge sacrificium in sanguine, quo tollit assidue peccatum mundi.

Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, id est, nunc autem iustitia Dei, id est, CHRISTVS, qui est iustitia nostra: Aut iustitia Dei, id est, ipsum iustitiæ donum, quod nobis obtinuit CHRISTVS, & nobis offertur sine lege, hoc est, absque Mosaicæ legis obseruantia. Hæc inquam iustitia, manifestata est, uidelicet, à seipsa, & à prædicatione Apostolica, sine lege, id est, ut non conferat quicquam legem, id est, legis obseruatio, ad hanc iustitiam agnoscendam, & accipiendam. Non enim dicebant Apostoli, neque CHRISTVS prædicantes. Facite legem, & iustificabimini: sed dicebant. Credite euangelio, & induemini iustitia ex alto, & sic intrabitis sub lege, non Moseos, sed CHRISTI: & tunc facietis legem, & ampliore facietis iustificationem uestram. Quod ergo ait: Iustitia Dei sine lege manifestata est, quantum attinet ad gentes, haud dubium est, quod sine lege hæc iustitia illis est manifestata, cum legem non haberent. Quoad Iudæos autem etiam uerum est: quia lex iam cessauerat, legitime functa officio suo: quod fuit ostendere morbum, & medicum, & medicinam, quæ erat hæc ipsa Dei iustitia. Manifestata autem fuit miraculis, & prodigijs, & admirabili ac subita conuersione gentium.

Error hereticorum.

Hæretici per Dei iustitiam intelligunt CHRISTI iustitiam, id est, qua ipse CHRISTVS iustus fuit, & quam se apprehendere putant fide, & aiunt uocari iustitiā Dei, uel quia sola illa placet Deo: uel quia Deus illam ipsis largitur credentibus. Sed mirum quod hæc iustitia nunquam dicatur iustitia CHRISTI, sicut dici debuisset in eum sensum, sed solummodo dicitur iustitia Dei. Insuper nouum est atque inauditum à sæculo, quod homo alterius iustitia, non sua sibi inhærente, denominetur iustus.

Hæc igitur uia iustificationis aperta est omni carni sine ope legis, ut lege postposita, quæ non medebatur, sed potius extimulabat uulnus & irritabat, fide primum inmitteretur: quæ iam aperte nobis & morbum, & medicinam insinuat, unde sanemur, indicans nobis totum mysterium in homine, qui descendens de Ierusalem in Ieri-

co, incidit in latrones: & cum exspoliatus, ac penè confectus esset, ab omnibus præteritur, præterquam a Samaritano nostro, cuius uentulo fouetur, & cuius humeris portatur ad hospitium, ut ibi perfecte curetur. In eo homine nos omnes contineri, & significari perspicuum est, qui in primo parente Adam prostrati, spoliati, & uulnerati sumus. Qui nos præterierunt, fuerunt patriarchæ & prophetæ, & Moses & Aaron, qui non poterant nos sanare. Nam & ipsimet nobiscum pariter fuerunt uulnerati, & sanari indigebant. Samaritanus autem CHRISTVS est, qui solus misericordia motus, factus est nobis proximus. Hic uinum infundit, & oleum, id est, charitatem & fidem: & alligat uulnera nostra suis sacramentis, & imponit super se in humeros suos, portans et delens in carne sua peccata & onera nostra, & debita, & facit nos quiescere in diuersorio. Hæc est ecclesia, in quam uelut uiatores diuertimus. Ibi est stabularius, cui cura de nobis committitur, in quo ecclesiæ significatur prælati. Si igitur tales nos esse, nobis ipsa fides monstret, uidelicet, ægrotos, & sanari indigentes, & per illam non ignoremus proximum nostrum Samaritanum, id consentiens obtinemus proculdubio uinum, & oleum, quo sanamur absque ipsa lege, illa nimirum iam cessante, ac cedente uero medico, qui etiam dixit: Lex & prophetæ usque ad Ioannem. Nam hic est CHRISTVS noster, & usque ad illum duratura erat lex illa: non dico lex absolutè, sed lex illa Moseos. Et bene dixit Apostolus, manifestata: quia licet prius etiam esset talis iustitia, occulta tamen erat, & paucis agnita. Nondum enim erant dociles Deo, testificata à lege, & prophetis, in figuris tamen & enigmatibus: & multis item locis satis aperte, nisi oculos clauerimus.

Iustitia autem per Dei fidem IESV CHRISTI. Nam hoc solum nomen est sub cælo datum hominibus, in quo nobis est salus constituta. Et bene dicit: per fidem IESV CHRISTI; uidelicet, qua illi creditur. Non est enim satis ad hanc iustitiam assequendam, credere Deo, & Mosei seruo eius, nisi credatur Deo, & CHRISTO filio eius. Aut per fidem IESV CHRISTI, id est, de IESV CHRISTO, ut sit ipse materia quæ proponitur credenda, uidelicet ipsum esse Redemptorem, Mediatorem, & Saluatorem nostrum, Nam in illo est summa & uera benedictio, quæ speramus: unde sequitur.

In omnes, & super omnes, qui credunt in eum. In omnes, inquit, id est, erga omnes, non Iudæos tantum, sed etiam gentes, Nam omnibus offertur CHRISTVS. Et super omnes, ac si dixerit: Et si in omnes hæc Dei iustitia sit manifestata, qui uult omnes homines saluos fieri (quia prompta est ex parte sua omnibus exhiberi) his tamen solis cum efficacia obuenit, qui credunt in eum; unde sequitur.

Non enim est distinctio, uidelicet Iudæi & Græci, sicut olim erat quantum ad legem, quæ erat sola Iudæorum. Et reddit causam. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, uidelicet, quantum est ex seipsis,

Expositio parabolæ Samaritani.

Matth. 11.

Quomodo gratis iustificamur.

Nota congruentia redemptionis ac redemptionis nostræ.

Ierem. 31.

ex seipsis, & eorum natura: Alioquin multi iam erant in gloria, nec ea indigebant. Peccauerunt autem omnes in Adam peccante: quod & apparuit ex proprijs cuiuslibet peccatis, quæ ex illo primo exoriebantur, ut radice omnium.

Iustificati gratis. Si iustificati gratis, quomodo indigent gloria Dei, quam (in spe saltem) sunt assequuti iam iustificati? Respondebit aliquis: In spe sunt assequuti, non in re, ut etiam indigere dicatur, quicunque nondum sit eam re ipsa assequutus. Nos autem potius per eam uocem græcam; διακαίμενοι; quæ est participium præsentis temporis, interpretamur dispositos ad iustificationem, ut dicamus quod acceperunt eam facultatem posse iustificari gratis absque ullis prorsus operibus. Ne etiam dicas: quomodo uerum est, quod omnes qui peccauerunt, & egent gloria Dei, gratis iustificati sint de facto, cum multi non iustificentur? Poterat ergo sic uerti. Qui gratis iustificantur, hoc est, illi indigentes gloria Dei, id quod habent capacitatis ad iustificationem, gratis habent. Et intellige gratis respectu ipsorum: quia cum adhuc impij essent, in hanc gratiam uenerunt per fidem absque operibus. Non tamen omnino gratis respectu CHRISTI, qui meruit pro illis, ut eos redimeret, & conciliaret Deo sua gratia, & operibus, & condignis meritis: unde ait.

Per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in CHRISTO IESU etc. Aptentur singula propriè. Primo enim redemit nos à seruitute Diaboli, & peccati, & mortis. Secundò propitiatus nos (ut ita dixerim) Deo, & hoc in sanguine suo, seu per sanguinem suum, modò credamus: quia solum credentibus applicatur hoc beneficium, nobis sanguinis sui pretio comparatum. Ille enim sanguis satisfecit Diabolo sitiienti illi iniuste, ut iuste prædam suam amitteret. Satisfecit & peccato: quoniam à peccatoribus, qui erat sine peccato, iniustissime punitus est: ut sicut ipsum peccatum assum est ius accipere in innocetem, ita meritò ius quod habebat super nocentes, hoc ipsa iustitia poscente amitteret. Satisfecit & morti, cum per eius sanguinis effusionem, innocenter defecit ipsa uita, & mortua est pro nobis, ut hunc tantum mortis aufum iure uindicaret: ut quia causa est in illum, in quem non habebat ius, irruere, meritò illud amitteret imperium, quod iure in alios habebat. Denique satisfecit & Patri, cuius etiam nos serui eramus, ut est apud Ieremiam. Quia fecerunt (ait) irritum pactum meum, ego dominatus sum eorum. Et iam dictum est, quod subditus factus est totus mūdus Deo. Satisfecit autem Filius Patri pro nobis, quum obedienter in eius gloriam effudit sanguinem suum, ut sic sua obedientia inobedientia nostræ reatum, quem in patre nostro Adam contraxeramus, dimitteret. Meritò ergo sanguinis efficacia ostensa est, cum simul cum ipso sanguine, aqua munda effluxit à latere. Vnde sanctificata est Ecclesia, quam redemit: ut sic dignè exhiberetur Deo immaculata, non habens rugam, aut quid tale.

Hæc autem sic ordinata sunt, ad ostensionem in-

nitie suæ, id est, ipsius Dei, qua ipse iustus est. Sic enim exigebat iustitia nato peccato, ut esset qui pro peccato satisfaceret Deo uolenti facere misericordiam. Et hoc uoluit nobis Deus ostendere, ut appareret iustus, simul & bonus. Tunc enim uerum factum est, quod ait Psalmista. Misericordia & ueritas obuauerunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt.

Propter remissionem præcedentium delictorum. Nota hoc prudens lector. Vocat præcedentia delicta, quæ præcedunt fidem, & hanc Dei iustitiam, quæ donatur nobis: & præcedunt propitiationem, & primam conciliationem. Nam peccata quæ hanc iustificationem sequuntur, non eodem modo purgantur. Semel enim habemus crucifixum CHRISTVM ad delendum penitus cuncta, sicut ipse semel est mortuus. Postmodum uerò, hoc est, pro delictis factis iam suscepta iustificatione, habemus eundem aduocatum apud Patrem, ut remittantur illa nobis, non sine supplicio tamen aliquo nostro. Non enim uoluntariè peccantibus relinquitur ulterius talis hostia pro peccato, sicut à principio. Qua de re tamen fusius suo loco dicemus. Et aduerte, quod simili modo potest intelligi de delictis præcedentibus aduentum CHRISTI. Et ne quis conturbaretur quærens, quomodo CHRISTVS fuerit propitiatio pro ijs, qui præcesserunt aduentum eius, cum uideantur mortui in peccatis, nec potuisse participare de pretio sanguinis nondum effusi: Respondet Apostolus.

In sustentatione Dei, ut ostenderet iustitiam suam in hoc tempore. Et sensus est, quod Deus sustentauit delicta priora, & præcedentia propitiationis effectum, in hoc quod in iudicium illa non adduxit. Sustentauit autem illa, donec uenit plenitudo temporis, & fieret propitiatio extendens se ad anteriora quoque tempora: quia CHRISTI memorata à Deo prædestinata ac præuisa, quadam (ut ita dicam) retrotractione etiam antiquioribus profuerunt. Propterea scriptum est, quod Agnus patitur ab origine mundi: & non sicut habet quædam phanatica illusio, qua nescio qui demones docent, quod CHRISTVS realiter existens, non secundum carnem tamen, sed secundum animam, siue mentem passus est: quæ heresis magis est contemnenda & obuoluenda silentio, quam argumentis refellenda. Ostensa est autem iustitia Dei in eo tempore, quando uenit & uerè passus est: quia tunc apparuit deletum peccatum, & sic satisfactum fuit Deo, ut & iusti qui præcesserunt, interim donec pro illis, et omnibus cum effectu pretium solueretur, detinerentur extra paradysum, ne possent uidere gloriam & regnū Dei, antequam ipsius gloriæ Autor intraret in suam. Seruabantur enim in limbo, nullis tamen doloribus afflicti, sed in maxima spe uenturi ad eos Redemptoris. Sequitur.

Ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est IESV CHRISTI. Tropus est, ac si diceret planius. Hæc sic ordinata sunt, ut sit ipse iustus, id est, ut talis cunctis appareat, qualis reuera est, uidelicet,

Dij ipse

Nota hæc.

Quomodo purgantur peccata post primam iustificationem.

Act.

Apoç. 31.



ipse Deus iustus: quoniam ex iustitia puniuit peccatum in carne CHRISTI, quæ data est pro mundi uita. Et *iustificans*. Deus enim est qui iustificat, sed non absq; iustitia: quia enim puniuit delictum in Filio, ideo iuste uoluit iustificare credentem, unde ait. *Eum qui est ex fide* IESV CHRISTI. Et hic est tropus. Dicitur enim ille esse ex fide, qui quodam modo sic renatus, nouam essentiam nactus est: & nouus homo effectus, iã peccato mortuus est, et uiuit Deo, siue Iudæus fuerit, siue Græcus: unde subdit.

*Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est.* Concludit ergo in Iudæum id quod uolebat, & iam dixerat, uidelicet, in CHRISTO Iudæum non præcellere, ut excludat eum, qui tamen in lege & Mose præcellerat: quoniam illi soli populo lata erat. Quia igitur fide aduentante cessauit lex, exclusa est gloriatio Iudæi: quoniam successit lex fidei, quæ ad omnes pertinet: ideo ait.

*Per quam legem? exclusa est gloriatio tua, o Iudæus? Factorum? siue operum, & respondet, Non, sed per legem fidei.* Opponit (ne erres o lector) legem operum, legi fidei in hoc, quod lex operum (quæ erat Moseos) solum opera iubebat, sed non adiuuabat ut fierent; & tamen nisi fierent, constituebant homines sub maledicto. Lex aut fidei ea est, quæ licet ipsa etiam exigat opera, attamen illa ipsa opera per dilectionem operatur, et facit ea. Nam per legem fidei datum est homini, ut ualeat iuste operari. Sensus ergo Apostolicus est, Iudæi gloriationem exclusam esse, non propter legem, quæ edicebat opera nihil mandans de fide, tanquam illam perfecisset gentilis absq; gratia, & non Iudæus, cum æquæ essent & Iudæi sub peccato, nec possent facere legem: sed gloriatio Iudæi exclusam iam erat per ipsam legem fidei, quæ non ad eos tantum pertinebat, uerum etiam ad gentiles, et potens erat ipsa facere ut perficeretur, ut propterea dixerit Apostolus: In CHRISTO IESV neq; circumcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Et alibi alijs uerbis idem Apostolus dixit: Circumcisio nihil est, et præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Hæc ergo perfectio de CHRISTO fides, quæ communiter ab Iudæo & à Græco exigitur ad iustificationem, fecit excludi gloriacionem Iudæi, qui omnem (quam habebat) gloriam ex lege habebat, ignorans quod neminem unquam ad perfectionem adduxit lex illa, cum non daret spiritum in corde. Spiritus autem est qui uiuificat, qui non datur nisi ex fide. Ergo lex fidei, quæ etiam lex spiritus, & lex charitatis, & perfectæ libertatis dicitur, quæ completitur eloquia Dei salutaria, et non lex operum (tametsi etiam essent eius legis præuicariotes Iudæi) excludit gloriacionem Iudæorum: quia lex fidei infunditur, & sculpsit in corde; lex operum manet in tabulis lapideis. Ideo lex fidei facit opera per dilectionem, quæ res implet iustitiam, & facit hominem Deo gratum, & dignum uita æterna. Hoc autem impossibile fuit legi operum. Non enim spiritus uiuificans, et potentiam donans ad operandum, ex lege Moseos

accipiebatur, quæ solum carnali populo præcipiebatur opera, sed ex lege fidei, ut merito dicatur lex spiritus uitæ: quia per eum spiritum oritur uirtus ad operandum. Lex enim operum, quæ in tabulis lapideis extrinsecus scripta est, non immutabat hominem natura corruptum, & ideo non operabatur quicquam boni in eo, sed magis excullerabat uulnus: & eareus operabantur qui sub lege erant, quatenus habebant uirgam incutientem timorem: & quatenus continebat promissiones bonorum temporalium, aut minas pœnarum. Unde quæcunq; opera ex lege proficiscebatur, inueniebantur uestita dilectione propria, & sine dilectione Dei. Quamobrem habebant fortè aliquid gloriæ, sed coram hominibus. At coram Deo, erant uelut pannus menstruatæ: quia debita pietate carebant, & debita iustitia, quæ ex charitate sola est, ut sit merito acceptabilis coram Deo. Hoc igitur in loco impegnerunt Iudæi, quia uiribus proprijs quæsiuerunt iustitiam, & non inueniunt portam iustitiæ, quæ est fides, per quam ingredimur in CHRISTVM omnes. Ideo exclusa est maxima eorum gloriatio: imò maxima confusione aspersi sunt. Superati enim sunt à gentibus hac parte: quia promptiores fuerunt ad fidem, quod tamen minus debuit esse. Unde Dominus Centurionem illum admiratus, dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Et ad Cananæam. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Concludit ergo Apostolus, & ait.

*Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis.* De primo ingressu in CHRISTVM manifestè loquitur, qui est per primam gratiam, qua conciliamur Deo, & renascimur. Hæc gratia, quæ donum Dei eximium est & supernaturale, non potest quouis modo operibus ullis tribui, nò solum illis quæ lux naturæ indicabat, sed neq; illis, quæ iussit Deus per Mosen. Nec distinguendum est, ut dicamus hinc solum de cærimonialibus loqui Apostolum, ut quidam uolunt. Loquitur enim & de moralibus, imò de illis maxime, ut rectè docet B. Augustinus: quoniam opera legis etiam moralia, non sunt uia ad iustificationem primam, sed humilitas fidei. Per hanc enim intramus in portam iustitiæ, quæ est CHRISTVS, ut insiti in eo per spiritum, operari possimus, & operemur. Non ergo ait, quod iã fide suscepta, & per fidem accepto dono spiritus, hoc est, gratia & iustitia, non sit postmodo operandum, & impleatur fides ad iustificationem perfectam (ut ait Frater Domini) cui debetur salus & uita æterna. Hoc, inquam, nullibi dixit Apostolus, aut ulla scriptura; quod tamen nunc hæretici blaterant. Est enim falsum, erroneum, & improbabilissimum dogma, cui refragatur uniuersa scriptura. Nam lex fidei iubet opera, sed opera fidei, non opera legis, id est, iubet opera iustitiæ Dei, non opera humanæ iustitiæ. Hæc enim opera (ut sæpe dictum est, & necessariò sæpius adhuc repetendum) sunt uel timore illius pœnæ, quam lex minatur, uel amore temporalis præmij, quod illa pollicebatur

*Gentes promptitudine fidei Iudæos antea uerterunt.*

*Nota.*

*Que differentia inter opera fidei, et opera legis: & legem operum, & legem fidei.*

pollicebatur, seu mundanæ gloriæ. At fidei opera à charitate ueniunt, quæ est Spiritus sancti quædam participatio, & fiunt amore Dei Patris, & CHRISTI Redemptoris nostri, in spe cœlestium bonorum, non autem temporalium. Hæc sæpissimè inculcanda ueniunt propter hæreticos. Si quidem & ipsemet Apostolus crebrò repetit, animaduertens magnam in his (cum rectè intelliguntur) & fructuosam doctrinam consistere. Ob eam ergo rationem distinxit B. Paulus legem fidei à lege operum, per has notas: *fidei: & operum;* non quia in utraq; lege non similiter edicantur opera, sed quia per utraq; legem non similiter fiebant opera. Nam lex operum, ut B. Augustinus declarat, dictabat tantum, & mandabat ea fieri. Lex autem fidei etiam impetrabat ut fierent. Lex operum præmissa erat, ut indicaretur homini morbus suus, & expertò cognosceret quod non poterat ea facere (ut oportebat) dignè Deo, quia infirmus. Lex fidei uenit, ut agnita infirmitate, homo conuerteret se ad medicum & medelam, & sic sanaretur per fidem: quia per eam uenit charitas desuper (ut diximus) sanans, & robur habens ad operandum, sicut oportet, amore Dei, ut sit uerum Domini dictum. Credenti, omnia sunt possibilis. Quod uerò dixerat, *arbitramur;* notandum est, quod eo uerbo autoritatè apostolicam indicabat, & in ea sententiã suam statuebat. Erat enim Apostolus CHRISTI, cui tenebantur credere propter ingentia signa ac testimonia Apostolatus sui in uirtutibus, & prodigijs. Nec enim se solum adducit, sed etiam coapostolos, qui erant eius sententiæ, dicens: *Arbitramur,* ac si expressus dixerit. Non ego arbitror, ut priuatus homo, sed ut Apostolus edoctus à Deo. Non sum enim solus, sed alij idem docent. Noluit tamen propter duriores, hoc dictum carcere rationibus, & argumentis: adiunxit ergo.

*Nunquid Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Imò & gentium: quoniam quidem unus est Deus qui iustificat circumcisioem ex fide, & præputium per fidem.* Probat quod non est iustificatio ex lege, sed ex fide: quia lex ad solos Iudæos pertinebat, & sic illis solis Dñs Deus salutem procurasset. Et sic Iudæos tantum esset Deus, & non Gætium: quod est manifestè falsum, cum æquæ crearet omnes, et misit redemptionem pro omnibus. Nec hinc dicat aliquis, Gentes potuisse iustificari per legem naturæ inditam menti. Nam hoc Iudæi non admittebant, contra quos disputabat B. Paulus: imò uolebant sola illa lege, quæ complectebatur etiã cærimonias, fieri iustificationem, & sine obseruatione cærimoniarum non esse iustificationem, et ideo excludi Gentes ab illa. At quænam, rogo, fuisset Dei prouidentia tam coangustata in unam gentem solummodo? cuius tota terra in longitudinem uix ad centum sexaginta miliaria extendebatur: in latitudinem autem ab Ioppe ad Bethleem usq; ad quadraginta sex, cui & eremus eorum barbarorum, qui Barcæi dicebantur, uastissima iungebatur, ut testatur B. Hieronymus. Cui igitur Deus non Iudæorum tantum esset Deus,

sed etiam Gentium, Gentibus quoq; ad salutem prouidere debuit, & sic prouidit: ut sicut est Deus, omnium prorsus ipse conditor, ita esset similiter omnium absq; exceptione Redemptor. Unus igitur existens Iudæorum Deus pariter & Gentium, & non plures dñi ac diuersi, unus nimirum Iudæorum, et alter Gentium, sed unus omnium, ipse idem uolens salutem omnium (quemadmodum par et æqualis omnium conditio deposcebat) *iustificat circumcisioem,* id est, circumcisos, ex fide, nempe explicita de CHRISTO. Quædam enim de CHRISTO fides circumcisioem præcedebat, cum illa esset fidei signaculum. Addit, *& præputium per fidem,* quæ similiter erat de CHRISTO. Itaq; cum primum quis credit, circumciditur spiritu, et desinit esse præputium: & sic præputium præcedit fidem, & iustificatur ex fide solum, seu per fidem aduenientem. Circumcisio autem fidem aliquam sequebatur: unde Dominus de illa dixit, quod nò erat ex Mose, sed ex patribus: quia Abraham data fuit, qui multos ante Mosen annos fuerat, ac si expressè dixerit, quod ex fide erat, nimirum data Abraham iam fideli, & de fide commendato. Lex autem Moseos non erat ex fide. Non enim habebat æternorum bonorum promissionem. Fides uerò est sperandarum substantia rerum. Ar quæ sperantur, æterna sunt. Cum igitur lex non esset ex fide, uidelicet CHRISTI, quæ habet promissiones æternas, ideo non poterat coram Deo iustificare. Abraham autem ex fide æternorum iustificatus est, cum illi sit dictum. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Hoc argumento utitur Apostolus ad Galubis ait, *Legem non esse ex fide.* Non sum nescius alibi Apostolum (ut rectè notat B. Augustinus) uti huiusmodi particulis: ex fide, et; per fidem; in eum sensum, ut dixerit Gentes ex fide, & Iudæos per fidem iustificari. Sequitur.

*Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem stultimus.* Poterat uideri indoctis, & malè Apostolica uerba interpretantibus (ut hæretici faciunt) quod per eius doctrinam, quæ ad eò fidem commendabat, & legem operum deprimebat, destrueretur lex Dei, quæ iubebat ea quæ erant sancta, & secundum spiritum Dei: ita ut si hæc non fierent, sed solummodo crederetur Deo, saluus fieret homo. Sed non ita est. Tm enim abest (ait) ut destruamus diuinam legem per fidem, ut etiã statuamus eã. Dominus quoq; eandem sententiam dixit, cum ait: Non ueni soluere legem, sed adimplere: quoniam zelus Iudæorum erat pro lege. Et uiri inuidiosi et maligni captabant hinc ex industria occasionem ad mouendum in CHRISTVM rudis plebis animos & furorem. Nam et hoc mouerunt in B. Stephanum: idem in B. Paulum. Verum quoniam hoc longiore indiget declaratione, & in hoc articulo magna continetur doctrina, diligenter animaduertere debet prudens lector. Primum circa ipsam legem de tenore eius, ut uideamus utrum destruat, an uerò potius statuatur, ac impleatur per CHRISTVM, et euangelium, & fidem eius.

*Nota uerã intelligentiã legis operum, et legis fidei.*

*Gal. 5.*

*1. Cor. 7.*

*1. Cor. 7.*

*B. Aug. de sp. & lit. c. 29.*

*Matth. 5.*

Attende lector  
hanc doctrinā,  
quomodo lex  
non destruitur  
sed statuitur  
per fidem.

Officia legis  
tria.

Matth. 22.

Prophetia legis.

Tota ergo lex illa duo faciebat, nemp̄, prophetabat, & imperabat. Vnde Dominus de lege inquit, Prophetæ & lex usq̄ ad Ioannem prophetauerunt. Summa autē totius legis hæc erat. Audi Israel: Dñs Deus noster, Deus unus est. et: Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota mente, & fortitudine tua: et proximum tuū sicut teipsum. Nam ad hoc mandatum perficiendum, tendit quodcūq̄ scriptum fuit in lege, & à prophetis. Quapropter Dominus hoc nos docens ait. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & prophetæ. Et apud B. Marcum legimus, ipsum Dominū post præmissam doctrinā unius Dei & sanctæ Trinitatis, hæc duo præcepta commendasse. Primum uidelicet, quod est dilectio Dei: & huic proximum, quod est dilectio proximi. Scriba quidam probans doctrinam hanc, respondit. Magister, bene in ueritate dixisti: quia unus est Deus, & non est aliud præter eum, & ut diligatur ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum suum, sicut seipsum, magis est omnibus hominibus, et sacrificiis: hæc Scriba. Et subdit euangelista. Iesus autem uidens quod bene respondisset, dixit. Non longe es à regno Dei. Et nemo audebat eum amplius interrogare: hæc B. Marcus. Quare autem non audebant eū amplius interrogare? nisi quia uidebant, quod manifestè probabat legem, & non destruebat, sed sua etiam doctrina statuebat eam, ut non possent quicq̄ aduersus eum causari.

Summa autē eius quod prophetabat lex, erat ipse CHRISTVS, cui prophetia erat adiunctū mandatum, ut ipsum audirent. Sic enim legimus dictum illi populo à Mose. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, ut petisti à Domino Deo tuo in Oreb, quando concio congregata est, & dixisti. Ultra non audiam uocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum non amplius uidebo, ne moriar. Et ait Dominus: Bene omnia loquuti sunt. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tibi, & ponā uerba mea in ore eius, loqueturq̄ ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Hæc est summa prophetici sermonis ipsius legis: quam utinam miseri Iudæi uellent capere, aut possent.

Discutiamus ergo nunc singula: et uideamus primum, nunquid CHRISTVS destruxerit legem, quoad doctrinam propheticam de unitate & trinitate Dei, quæ illis uerbis probabatur, ut alibi latius declaratum est, et nunc sumo pro explorato atq̄ comperto. Et certè Dominus hanc ipsam doctrinam stabiluit, ostendens se esse Deū cum Patre & Spiritu sancto, & Deū esse unum, habentem de omnibus curā: & ideò non esse tantum Iudæorum, sed etiam gentium, Vnde declarauit, se non missum pro salute illius populi tm̄, sed pro salute omnium: primò tamen pro salute illius populi. Quare hæc doctrina legis non de-

struebatur per CHRISTVM, sed confirmabatur, declarabatur, & opere complebatur. Quocirca cum purabant Iudæi ad se tantum pertinere salutē, & non extendi ad omnes gentes, error erat, inuidia erat, contra doctrinā legis erat. Quapropter in Isaiā Pater introducit sic ad Filium loquens. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertēdas: dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq̄ ad fines terræ. Non tūc ergo destruitur lex, sed statuitur, cum salus(iuxta legis doctrinam) extenditur ad omnes fines terræ. Et cū per prophetas prænucciasset etiam legem ipsam cessaturam, & nouo testamento per CHRISTVM subintranti locum daturam, non hoc fuit destruere legem, sed ueracem illam reddere, & implere. Sic enim per Ieremiam scriptum erat. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel etc.

Sed nūc de summa eius, quod imperabat lex, uideamus, Nunquid Dominus destruxerit, an uerò potius eam statuerit, atq̄ impleuerit. Legislator enim duobus modis statuit legem: Primum quidem factō & exemplo: Secundo autem dicto ac iussu. Et circa primum haud dubiū, quod Dominus factus sub lege, per omnia legem seruauit: quia non est inuentus dolus in ore eius. Vnde ipse aiebat. Quis ex uobis arguet me de peccato? Et iterum: Quia quæ Dei placita sunt facio semper. De secundo autē etiam patet: quoniam ipse interrogatus. Quid faciendo, uitam æternā possidebo: in hunc modum respondit: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Et cum ille respondisset: Diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuū sicut teipsum, dixit ei Dominus: Hoc fac, & uiues. Ecce quomodo non destruit, sed confirmat legē et statuit. Primum quidem exemplo, deinde uerbo: propterea, quia quod dictum erat prius per famulum Mosen, nunc dicitur per ipsum Dominū ore suo proprio. Moses enim famulus erat, tamen et fidelis in domo. IESVS autem filius patrisfamilias, & Dominus domus: quia & ipse cum Patre suo fabricauit eam. Quare firmius oportet esse uerbum per os Filij & Domini annūcciatum, quam per os famuli. Et ideò lex non destruitur, sed statuitur CHRISTI uerbo.

Quoad summam uerò legis, quæ est mandatum dilectionis, tantum abest ut destruat lex, ut etiam omni ex parte maxime roboretur, ac stabiliat. Et primò quidem circa mandatum dilectionis Dei considerandū est, per CHRISTVM nos ad hoc perficiendum latius atq̄ intensius obligari. Cum enim charitatis nostræ ratio sit charitas Dei, ut ait Dilectus: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos: charitas autem Dei erga nos à beneficijs eius metienda sit, & in ipso CHRISTO iam nobis explicato atq̄ extenso in cruce, comperita sit illa charitas omnino immensa, & nulli comparanda dilectioni: quia misit Filium suum propitiatorem pro peccatis nostris, Cum hæc in-

Isa. 49.

Ierem. 31.

Iussiones legi.

Ioan. 8.

Ioan. 15.

1. Ioan. 4.

Matth. 5.

quam, ita sese habeant, roboratur profectò maxime & perficitur hoc charitatis præceptum, quoad ipsum CHRISTVM, in quo exercuit Pater summum charitatis suæ, qui dedit nobis Filium dilectionis suæ, ut suis uulneribus nostra uulnera sanarentur, sua morte restitueremur in uitam: & (ut ait Dilectus) in hoc apparuit charitas Dei in nobis. Ob eam causam tantò nunc amplius charitatis erga se à nobis exigit: & sic perficitur lex quantum ad hoc primum & maximum mandatum pertinet. Perficitur autem ad summum per ipsum CHRISTVM, qui mandatum Patris expleuit in cruce, animam reddens pro nobis.

Adhæc lex ista, quoad mandatū de proximi dilectione, perfectionem accepit. Nam & illud etiam magis confirmatū est, & declaratum, & impletū: quoniam Iudæi ex lege Moseos, ut Moseos erat, nō cognoscebāt ullū sibi proximum, nisi esset illius gētis Iudaicæ. Vnde Dñs hoc præceptum qua tenus à Deo datum est, & facit ad regnū cœlestē, uolens extendere, dixit: Audistis quod dictū est. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico uobis: Diligite inimicos uestros &c. Hoc enim per IESV CHRISTI morem & passionem factum est, ut inimici nostri in illo constituti sint proximi nostri: quoniam pro illis passus est CHRISTVS. Passus est enim pro omnibus, cum omnes inimici essemus. Præterea illum scribam, qui uolens iustificare se ipsum rogauit: Quis est meus proximus? eleganti & admirabili quadam parabola docuit ipsemet CHRISTVS, se esse omnium hominū proximum, & cōsequenter omnes nos inuicem proximos, in quibus ipse est aliquo modo, siue per dilectionē, siue per fidē. Deniq̄ per hoc quod est paratus omnibus in salutem, facti sunt nobis proximi omnes homines: & hoc fuit legem statuere, & legem implere suo exemplo & factō. Siquidem in ipso lex ipsa perfecta conspicitur: & secundum quod ipse fecit nobis, etiam ut nos inuicem faciamus, mandatum, quod est, ut (si sit opus) ponamus animā nostram pro mutua salute. Hoc est, inquit, mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos.

Ad hæc. Quicquid aliud erat mandatū in lege, erat quodammodo accessoriū ad eorum duorū mandatorū principalium obseruantiam, Vnde patet in huiusmodi, à Domini decretis superari decreta legis: quoniam Dominus ea præcipit, quæ maxime faciunt ad perfectam Dei & proximi dilectionem. Scimus enim, nos à Deo tantò magis disiungi charitate, quanto arctius cum istis inferioribus coniungimur, Sunt autem tria natura, quæ nos à Deo uehementer seiungunt, quia non sunt à Patre, sed à mundo, & à peccato, nimium concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Ad tria autem hæc mitiganda & restringenda, multò magis incomparabiliter conducunt noua CHRISTI siue consilia, siue præcepta, quam illa uetera Moseos. Ecce quæ attinet ad concupiscentiam carnis, audiimus ab eo uocem nunq̄ in ea ueteri lege expressam. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabun-

tur. Luctus enim concupiscentiæ carnis aduersus est. Et alibi: Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnū Dei. In ea uerò lege dictum erat. Nō erit infœcunda & sterilis in terra tua: & quod in gaudio & læticia, & in rerum temporalium abundantia seruirent Domino Deo ipsorum. Et circa concupiscentiam oculorum Dominus intonuit: Beati pauperes, siue mendici, spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorū. et: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia que habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Illis autem dictum fuit. Omnino mendicus & indigens non erit inter uos. Et circa superbiam uitæ; inimicorum persequitio & uindicta mādabatur. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Dominus autem ait nobis: Si quis te percusserit in unam maxillam, porrige ei & alteram. &: Quicunq̄ te angariauerit mille passus, uade cū eo duo millia. Mirtimus autē nō nulla, quæ licenter Iudæi sibi uendicabant in illa lege: ut erat uxoris pluralitas, & diuortia, & cōcubinatus, & alia multa, quæ in lege perfecta debuerunt uetari, nec ullo modo permitti.

Verum illud potissimum considerandū, quomodo lex maxime per CHRISTVM impleta fuit. Ecce cū lex illa esset spiritualis, & præciperet carni, id est, homini (in quo erat dominatus peccati & carnis) ea quæ sunt spiritualia, impossibilia homini reddebatur implere illam: quia illa lex nō iprimebatur in cordibus. At lex fidei, quæ est charitas, infusa est cordibus per Spiritū sanctū, & ideò reddit mandatum non solum possibile homini, sed etiam facile: quicquid dicant hæretici, qui fingunt laborem in præcepto, & crudelitatem atq̄ iniustitiam ponunt in Deo, quasi in lege gratiæ præceperit impossibilia, ut misericorditer condonaret peccata. At nos id, quod maxime pertinet ad laudem diuinæ gratiæ, & ad gloriam Dei, asserimus, quod ille regenerauit nos in spe uiua, & sic fortes reddidit, ut possemus nobis comparare salutem: in quo magna est medici gloria. Finis enim legis erat charitas, quam ipsa lex præstare non poterat.

Cum ergo data sit nobis charitas, necesse est credere non frustrā datam esse: esset autē frustrā, si legem non posset implere, ac per hoc odiū Dei potius parere, & CHRISTVS hoc pacto sit peccati minister, sicut erat lex, ut oporteat quæ destruximus, iterum ædificare: quod ut est absurdū dictū, ita & summopere detestandum. Hoc enim uehementer detestatur Apostolus ad Gal. Igitur cum uerè lex fidei præster, quod lex illa non poterat, hoc non est aliud, q̄ stabilire atq̄ implere legem: quia illud maximum, quod illi legi decrat, supplet, uidelicet, ut posset impleri, quemadmodum iam superius dictum est, & sæpius dicitur inferius propter hæreticos. Nam lex illa morbum tantum ostendebat, & indicabat medelam. Fidei autem lex etiam sanat à morbo, asserens secum medicinam.

Verum dicit quis. Et si uideam legem (quantum attinet ad moralia præcepta) non solum nō destrui, sed statui atq̄ impleri: quantum tamē attinet

Ibid. c. 19.

Exod. 23.

Matth. 5.

Ibid. c. 19.

Deut. 15.

Exod. 21.

Matth. 5.

Quomodo lex potest impleri, cuius mandata Christiano non sunt grauiora.

De caerimonijs  
legis quomo-  
do non destrua-  
tur.

tinet ad caerimonias & iudicia, solui uidetur atq; destrui: Nec tamen est uerum. Nam quum quid decretum est ad tempus & cautum, post illud tempus magis cessare dicendum est, quam destrui. Et quum loco eius quod cessat, aliquid melius substituitur, non tam dicitur solui, quam impleri. Quam rem ut exemplis ostendamus, illud sciendum, caerimoniae praecipua esse propter obseruantiam moralium condita, & propter illa prima dilectionis mandata: nam fundamentum in eis habet. Quia enim diligendus est Deus, ideo & colendus debito cultu. Exigit autem ratio, ut in colendo obseruetur modi peculiare, quales sunt personae, loca, & tempora, & res siue instrumenta ad cultum apta: quae omnia debent a prophanis esse remota. Quae caerimoniae semper, ratione ipsa docente, multis de causis existimatae sunt ab omnibus sapientibus necessariae. Nunc autem si quaeramus, Sit ne lex soluta circa caerimoniae, possumus respondere: Si consideremus caerimoniae in genere, & non in particulari aut has, aut illas, manifestum est, legem Moyses non esse solutam per legem fidei: quoniam lex fidei non respuit caerimoniae, imo admittit, imo etiam praecipit per euangelium, partim per id quod cum esset iam adulta ecclesia, CHRISTVS hoc negotium tradendi caerimoniae commisit summo Praefuli. Vnde multa de his ab Apostolis per traditiones accepimus, & postmodo a successoribus prodite sunt. Patefactis enim mysterijs, & instructa melius ecclesia, facilius fuit inuenire aptas cultui diuino caerimoniae secundum tempus. Nam & Spiritus sanctus iuxta promissa CHRISTI, illuminat, & assidue suggerit ecclesiae suae, quae conueniant, & necessariae sint. Quare non soluitur lex circa caerimoniae, si caerimoniae in genere considerentur.

Si uero considerentur caerimoniae, & earum rationes in illis certis & particularibus caerimonijs, neque sic (si proprie loqui uolumus) destructae esse legem dicemus, sed impletam potius. Nam multas & duras admodum fuisse caerimoniae illas, quibus ille populus grauabatur, illud erat in causa, ut per eas, cum adhuc puer esset, quasi qui busdam uinculis contineretur, ne se ad lasciuos, & nefandos gentium ritus conuerteret, & ad idolorum culturam. Quae ratio cum cessauerit adueniente illo, qui dirupit imperium Diaboli, & ad eius lucem tenebrae euauerunt, non mirum si cessauit etiam illa tanta caerimoniae multitudo, tanquam reddita inutilis illi populo eo tempore, qui iam creuerat, & a pueritia excesserat, nec indigebat uinculis illis & pedagogo, ut contineretur in officio, cum apparuit benignitas et humanitas Saluatoris nostri Dei. Nam & usque ad tempus illud datae sunt, ut B. Paulus ad Gal. eleganter declarat. Itaque cum uenit signatum, cessasse potius illas, quam destructas esse, dicendum est. Quinimo paulo adhuc subtilius considerantes, etiam impletam fuisse legem, quoad haec, asserimus: quoniam loco seruitutis, libertas accessit: & loco duritiae, lenitas. Sicut adueniente perfecto doctore, & facto docili discipulo, qui iam adoleuit, cessare debet

duritia pedagogi, & uirga eius. Legis enim perfectio in libertate est, non in seruitute, scilicet cum nostra sponte aptamur disciplinae, non autem quum potius metu & formidine. Adde quod spiritus a multitudine caerimoniae obruitur potius, quam iuuatur.

Adhaec, illae caerimoniae (inquantum tales erant) significationem quandam habebant ad doctrinam spiritualem de CHRISTO. Nam haec est principalissima caerimoniae utilitas, uidelicet significatio. Significatio autem illa erat futurorum, quae de CHRISTO promissa erant, ita ut omnes illae caerimoniae figurae essent CHRISTI uenturi. Veritate igitur adueniente, quae erat CHRISTVS, debuerunt omnino cessare. Nam figura debet cedere ueritati: ac per hoc non destruitur lex, sed impletur ipsa quidem. Et quod in ea reperitur uacare, non destruitur, sed cessat. Adde, si quae significabant, uenturum CHRISTVM caerimoniae, adhuc mansissent in obseruantia, manifestum mendacium (quod praesertim in cultu Dei abominandum est) continerent. Et ideo cessauerunt suapte sponte, & non sunt solutae, aut destructae: imo per hoc lex impleta recte dicitur, cum quod promissum fuit a Deo, exhibitum est. Qui enim fidei legem habet impressam in corde: iam CHRISTVM ipsum uenisse, & uigere in semetipso sentit, & dicere potest cum Apostolo. Viuo ego, iam non ego; uiuit autem in me CHRISTVS. Non igitur oportet eum, qui iam rem tenet, respicere ad figuram, quae enunciat quod promissum est: neque umbram sequi, qui tenet corpus. Et haec quoad caerimoniae attinet.

De iudicijs autem, quoniam illa iudicia magis respiciebant negotia secularia, & unum illum Iudaeorum populum, ut metu iudiciorum, & promissione terrenorum bonorum abstinere ab iniuria in proximum, & seruare pacta inuicem, ut & illa eorum respublica saluaretur, cum dominante peccato nulla congregatio possit diutius stare absque iudicijs. Ratio manifesta est, cur debuerunt cessare iudicia. Lex enim perfecta amoris non indiget iudicijs, si modo seruetur. Quod autem seruari ualeat, iam datum est ipsa uel legis, quae est ipsamet charitas. Si uero dixeris. Inueniuntur non pauci, qui excidunt a charitate. Verum est hoc quidem: sed hic prouisum est per charitatem, & correctionem fraternam usque ad iudicium excommunicationis. Hoc non satis esse asseuerabis: quia adhuc debacchantur homines, si eis impune liceat peccare. Respondetur, a lege ista charitatis dimitti eos, qui huiusmodi sunt, ad iudicia secularia. Nam indignum erat, legem Dei, quae habebat suum finem uitam aeternam, & quae non uni populo, sed orbi dabatur uniuerso, tractare de secularibus, & uniformiter sub unius gentis legibus astringere omnes gentes. Hoc certe neque ex dignitate legis erat, neque ex prudentia legislatoris. Deus igitur qui dedit per Moysen iudicia illi genti, succurrit eo tempore eorum imperitiae & ignorantiae, qui nesciissent se regere, neque ualuerunt sine iudicijs durare. At cum mundus coepit

De iudicijs legis quomodo non destruitur

Luc. 12.

104. 8.

magis sapere, & per CHRISTI lucem facti sunt homines longe prudentiores, hoc negotium statuendi moderandique iudicia terrena reiecit in illos, & illa etiam sua doctrina probauit. Vnde dixit: Quae sunt Caesaris Caesaris. Et cuidam dicenti: Magister dic fratri, ut mecum diuidat haereditatem, respondit: O homo quis me constituit arbitrum inter uos? Et adulteram non liberauit, nisi per aequitatem legis. Non enim dixit, lapidibus illam non esse obruendam, sed confirmauit hoc quidem illam mereri, quod erat legis, iniquum tamen esse, ut peccatrix a peccatoribus lapidaretur, & ab iis qui longe magis erant legis praeuaricatores. Absolum enim erat, ut tales in alios legis seueritatem exercerent. Lex ergo Dei uiuentis, & fidei, non habet iudicia in hoc tempore, sed seruantur in futuro, quando ueniet consummatio saeculi: licet quilibet cum ex hoc saeculo eripitur, sentiat particulare iudicium ex parte, & iam noscat certum futurum. Et in hac lege, eiusque iudicijs uere impletur iudicia huius saeculi, quae sunt saepe numero falsa, certe semper imperfecta. Falsa, inquam, quia saepe homines falluntur in iudicando, qui ea tantum respiciunt quae apparent: non autem respiciunt neque intueri ualent secreta cordis. Et saepe insuper fallunt: quia etiam nonnunquam se corrumpi sinunt uel muneribus, uel gratia, uel acceptance personarum, uel odio, aut quauis alia de causa. Ideo lex fidei suo iudicio emendabat cuncta falsa iudicia. Dixi ite imperfecta illa iudicia, etiam si uera fuerint: quoniam nec est puniatio, nec remuneratio pro meritis. Nam peccatum quod est contra Dei maiestatem, & ipsius charitatis praecipuum, non satis punitur ab homine in hac uita, cum sit dignum aeterno ignis supplicio. Ideo suppletur iudicium per legem fidei, & sic perficitur lex, quod attinet etiam ad iudicia. Mitto, fuisse in illis iudicijs similiter significationem futuri, quae adueniente ueritate cessare debuit. Sed haec de figuris, consideratio, ad illud legis officium pertinebat, quod debuit prophetare de CHRISTO. Nam tota lex & in doctrina, & praecipis, & in rerum gestis, erat prophetia futuri status, qui erat creatus per CHRISTVM, & sub illo. Nam omnia in figuris contingebant illis, ut ait Apostolus.


Summa doctrinae, quod lex non destruitur, sed perficitur per fidem.


Quocirca (ut in uniuersum colligamus) concludimus, quod ex omni parte per CHRISTVM lex illa Dei statuebatur, & implebatur, cum quae lex in obscuro docebat, patefacta sunt in conspectu. Et cum illud quod a patrefam, edicebatur per famulum, edictum est postmodo per filium & dominum domus. Et cum quod edictum fuit uni populo, edicitur uniuerso mundo. Et cum ipsa lex, quae scripta erat in tabulis, non dans efficaciam qua perfici posset, scribitur in cordibus, ut ualeat impleri: ut quod timore fortasse (& uix) fiebat, possit amore fieri. Et quod amore terrenorum, amore caelestium. Et cum multa imperfecta quae tolerabantur, & conuenientia quadam Dei licebant, nec imputabantur, emendata sunt. Et cum quae ad perfectionem dilectionis faciunt, sunt introducta, & cum quae erant, seruilis status subla-

ta sunt, & quae libertati conueniunt, restituta. Denique cum quae promissa erant, exhibita sunt: & quae significata figuris, ipsa praesente ueritate conspicua facta sunt. Ut sic famulus cedat filio & Domino, & orbis particula uniuerso, & impotentia potentiae, & perfecto imperfectum, timor amoris, terrena caelestibus, seruitus libertati, figura denique ueritati, et umbra corpori. Quid amplius, obsecro te acute lector, desideras? Error autem haereticorum ubique in hoc deprehenditur, qui nunquam discernunt legem a lege, opera ab operibus, iustificationem a iustificatione: quam tamen discretionem necessario uarij status admittunt: de quibus etiam passim dicitur.

Haereticorum proprium nihil distinguere, sed permiscere omnia.

### Cap. IIII.

 Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae Dei, sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo haec in circuncisione tantum manet, an etiam in praepotio? Dicimus enim quia reputata est Abraham fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in praepotio? Non in circuncisione, sed in praepotio. Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in praepotio, ut sit pater omnium credentium per praepotium, ut reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circuncisionis, non iis tantum qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur uestigia fidei, quae est in praepotio patris nostri Abraham.

 Vid ergo dicemus etc. Exclufa gloriatioe Iudaeorum, quam a lege & Mose sibi arrogabant, qua sibi solis uiam iustificationis uendicabant, nunc eam quoque molitur Apostolus excludere, quae ab Abraham ueniebat, qui eorum pater dicebatur, & meruit accipere circuncisionem ac benedictionem sibi, ac semini suo. Ait igitur: Si exclufa est gloriatioe Iudaeorum, ut non praecedant gentes, quid ergo inuenit pater noster Abram secundum carnem, id est, qui fuit pater noster secundum carnem: Aut, Quid inuenit secundum carnem, id est, peculiariter pro suis filijs, sua iustitia & circuncisione & obedientia? Respondet ergo Apostolus, eo supposito, quod Abraham

ham



ham propositus fuit quasi typus & exemplum iustificationis, ut inde in cæteris ratio iustificationis acciperetur. At ergo subtilissimè respondens. *Si enim ex operibus etc.* Manifestè loquitur de initio iustificationis Abrahæ, & primùm excludit uiam, quam humana superbia sibi præsumit, unde putabatur uenire prima iustificatio, qua ex iniusto fit quis iustus, nimirum ab operibus, negas Abraham ab operibus iustificatum fuisse coram Deo, licet coram hominibus fortè propter aliqua speciosa opera iustus fuerit habitus.

*Iustitia duplex humana, & diuina.*

Est igitur iustitia humana, & iustitia Dei. Illa ex humanis uiribus est, & est tanquæ pannus menstruatus: hæc ex Dei dono desuper, quæ infunditur, & donatur gratis, quam nemo potest sibi ullis operibus ac meritis comparare. Quòd igitur non fuerit Abraham ex operibus iustificatus, probat à scriptura, quæ ait: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Sensus scripturæ est, quòd illa fides, qua credidit Abraham Deo dicenti sibi: Egredere de terra tua &c. et: Ego protector tuus, & merces multa nimis. Illa, inquam, fides, non autem præcedentia ulla bona opera, fecit ut Abraham acciperet donum iustitiæ à Deo, quo esset uerè iustus coram eo, & operari posset iustitiam. Nec illud fecit fides, quasi illud ipsa mereretur: sed reputata est ei illa fides, idest, acceptata à Deo gratiosè ad iustitiam, hoc est, ad hunc effectum, ut iustitiæ donum consequeretur. Vis autem argumenti in hoc est: Homo qui suis operibus meretur, non indiget ut reputetur ei quicquid gratiosè, ad id consequendū quod meruit. Abrahæ autem illa fides ex gratia reputata est in hunc finem. Ergo non ex operibus meritorie iustificatus, sed ex fide gratiosè: & hoc est quod ait. *Ei autem qui operatur etc.* ac si dixerit. Hæc est reïnatura, ut homini operanti, ex debito reddatur merces, non autem imputetur ex gratia. At illa Abrahæ fides impurata est ei ex gratia: non ergo ex debito, & consequenter non ex operibus. Vnde ait.

*Nota uim argumenti, pro imputatione iustitiæ.*

*Ei autem qui non operatur*, idest, qui non habet opera meritoria: aut cuius opera non considerantur ad meritū, *credenti autem in eum qui iustificat impiū*, hic est Deus, qui iustificat impiū, & hoc absque meritis: quia impius non habet merita, *imputatur fides eius ad iustitiam*, idest, illa ipsius impij fides acceptatur à Deo quasi opus iusti, & promerentis illam ueram iustitiam, qua uerè iustificatur: cum reuera fides illa non sit iusti opus, ac propterea nec promerentis quicquid. Ideò dicit, imputari; quia si sit iusti, secundum propositum gratiæ Dei, seu beneplacitum, hoc est, ex gratia, quæ ex beneplacito Dei uenit, non ex merito: quoniam illa fides non est opus meritorium, cum sit adhuc hominis impij. Si autem iam iustificatus quis fuerit, etiã actus fidei, qui ex iustitia & charitate postmodo procedunt, sunt meritorij, ut propter eos augeatur iustitia: quemadmodū B. Augustinus, & omnes theologi docent. Quod ergo dicit hic, *credenti in eum*, non sic accipitur, tanquæ ille actus fidei ex charitate infusa descenderit. Non enim sic semper intelligimus in scripturis, ut patet de principibus qui

dicuntur & ipsi credidisse in CHRISTVM: & tamen non confitebantur, diligentes magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. Quod autem dicit de imputatione ex gratia, & non ex debito, probat ex psalmo Davidis beatificantis hominē, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus, idest, à quo posset Dominus exigere iustitiā, quā tenebatur habere, & tamen non exigit, sed accepto fert, dimittens illi peccatum: & ideò perinde ac si non peccasset, non imputat ei quòd non habeat illam iustitiam, cuius erat debitor (sicut & omnes debitores eramus) & propterea iustificat eum gratis superna iustitia indignū, quasi dignū. Et hæc est una hominis beatitudo, idest, unus modus, quo beatur homo in spe tamen, non in re. Et ponit uerba psalmi.

*Nota.*

*Beati quorum remissa sunt iniquitates etc.* Beatitudinum duo genera inducit ex Propheta Apostolus ut diuersa. Et primum est, quum remittuntur iniquitates: quo dicto uidetur significari gratiā, quæ ex pœnitentia & confessione uenit ad remissionem peccatorum: quæ peccata sunt præuariationes, quæ hominem extra Dei gratiam mittunt, unde iniquitates uocauit Propheta. Propterea Dominus apud B. Marth. Vt sciatis, inquit, quia Filius hominis habet potestatem remittendi peccata &c. Et apud Ioa. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Et accedit etiam huic beatitudini, quum teguntur peccata, quæ sunt errata minora, per opera charitatis assidue. Aut etiam (si magis placet) quia in remissione peccatorum, ubi semper culpa remittitur, non remittitur tamē semper pœna, sed manet, nisi per operam satisfactionis, quæ sunt opera charitatis, operiatur, iuxta illud: Charitas operit multitudinē peccatorum. Ideò adiecit: *et quorum tecta sunt peccata.* Hactenus ergo de actualibus peccatis loquutus est, & non ad rem nostram.

*Nota pro intelligentia uerborum psalmi.*

*Matth. 5.*

*Ioa. 20.*

Verum alia est beatitudo, qua homo beatur in hoc, quòd non imputatur ei peccatū. Et hoc proculdubio de originali intelligitur, quod simpliciter in scripturis uocatur peccatum: quia unū est, quo omnes tenemur. Et hanc beatitudinem ex Propheta assertit Apostolus, ut doceat, hominem ab imputatione illius peccati tum liberari atque absolui, cum incipit credere per CHRISTVM deletum esse, & hoc acceptat, sibiq; applicat. Vnde mirificè loquitur ibi Psalmista dicens. Beati homo, siue Adam, idest, qui adhuc in Adam est peccator, beatus si fide sua hoc sibi comparet, ut nascatur Deo. Quod ipse idem apostolus declarans ait.

*Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio?* hoc est, Beatitudo ista, qua fides ad iustitiam imputatur, utrum ad existentes in præputio spectat, an uerò ad circuncisos? Et ut determinaret quæstionem & solueret, conuertit se ad typum & exemplum Abraham, & subdit.

*Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiā. Quomodo ergo reputata est?* idest, in quo statu erat Abraham, quum illi imputata est fides ad iustitiā?

*Ioa. 1. 1.*

*In hereticos.*

*tiam: in circuncisione?* idest, nunquid tunc demum quando fuit circuncisus, ut sic possis aliquid prærendere ob circuncisionem tu, qui ex circuncisione es: an in præputio? idest, an tunc, quum existeret adhuc in carne & præputio, nondum factus pater circuncisorum, cum ipsemet non esset circuncisus, ut relinquatur spes iustificationis etiam in circuncisus? Et respondet, negans in circuncisione fidem illi imputatam fuisse ad iustitiā: affirmat autem in præputio. Qui locus maxime iugulat hereticos, eorumq; dictum, quo nolunt imputari peccata post baptismum propter fidem, non aduertentes quòd hæc beatitudo, qua non imputatur peccatum, est proprie de peccato originis, & nis quæ primam iustificationem præcedunt: quæ beatitudo accipitur in præputio, & non post iustificationem, ad quæ postmodo pertinet alia beatitudo, qua remittantur nis peccata per clauēs, & per opera charitatis, qui post primam iustificationem, & acceptam gratiam præuariati sunt.

Præterea notandum, quòd non sufficit impio, ut sic iustificetur per primam iustificationem, nuda fides, sed oportet insuper, non esse dolum in spiritu eius, si uelit non imputari sibi, idest, oportet ut ingrediatur in pactum bona fide, cum pœnitentia antea uitæ, & animo obtemperandi Deo, & ita permanere, quò sit perpetuò beatus. Ille enim uerus est Israelita, in quo dolum non est. Et David dixit. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Hic est CHRISTVS, tabernaculum Dei uerum & uiuum. Et respondet. Qui ingreditur sine macula, idest, qui fide pura in CHRISTVM ingreditur, non habens dolum. Et qui (postq; scilicet ingressus est) operatur iustitiā: quia nihil est damnationis nis, qui sunt in CHRISTO IESV, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. In nis enim dolum non est, & nis prodest hæc beatitudo. Et hoc i hereticos, qui docent etiam beatos esse qui sunt in peccato, modo credant, cum habeant in seipsis dolum, & non donum Dei. Probat autem eo tempore quo adhuc erat in circuncisus Abram, iustificatum illum fuisse, dicens.

*Et signum accepit circuncisionis*, idest, quia accepit circuncisionem in signum. Frequenter (ut superius iam monuimus) in scripturis, et capitur pro; quia, *signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio.* Græcè, σφραγίδα, hoc est, ut ipsa circuncisio esset nota quædam illius iustitiæ, quam ex fide acceperat. Sicut enim in circuncisione illa amputabatur petriño cultro, quod in illo membro uidebatur esse superfluum in carne: ita illa iustitia, quæ uenit ex fide, est ueluti quoddam CHRISTI cultum, per quæ deciditur ille fomitis fluxus, qui est in præputio, idest, in homine carnali. Quod uerò ait: *Quæ est in præputio, refertur ad fidem*, idest, ad illum fidei actum, siue illam credulitatem, quæ fuerat in præputio. Sic enim græca uox sonat. Illum enim actum fidei nondum circuncisus, hoc est, nondum iusti, Deus imputat ad iustitiā. Quod ergo ait. *Et signum accepit etc.* manifestè sic exponit

dum est: quia accepit, & pro quia: ut palam fiat, eum ante circuncisionem iam fuisse iustificatum per fidem, quam postmodo circuncisio significauit. Sequitur.

*Vt sit pater omnium credentium per præputium*, idest, ex hoc quòd ipse credidit in præputio, & iustificatus est in illo, insequentum est, ut sit propositus pater omnium credentium per præputium, idest, credentium in statu præputij, ut norint qui in tali existunt statu, se illuminari atq; adiuuari à Deo posse sine lege, ut credant: & hanc suam ipsorum fidem etiam illis imputatam iri ad iustitiā, sicut Abrahæ. Sic enim ostendere uoluit Deus, quòd ex lapidibus poterat facere filios Abrahæ. Credere autem illi dicuntur per præputium, qui non adiuui lege & circuncisione, sola persuasione prædicationis euangelij CHRISTI adducuntur ad fidem: quoniam (ut eleganter hic ait B. Anselmus) fides præcedit isto casu iustitiā, non iustitia fidem: ita ut ex hac fide donetur iustitia, & non ex iustitia fides.

*Et sit pater circuncisionis etc.* idest, circuncisorū, non tamen omnium, idest, non eorum qui circuncisi tantum fuerint carne, quos uocat Apostolus suo tropo; ex circuncisione: dicens iuxta ueritatem græcæ lectionis, quæ longè melius sic se habet, *His qui non sunt ex circuncisione tantum, sed qui etiã incedunt per uestigia fidei*, hoc est, non nis qui solum sunt circuncisi carne, sed qui, cum sint circuncisi carne, incedunt etiam per uestigia fidei, idest, sic ambulant ut fides monstrat, & iubet. Et hæc est obedientia fidei, abū dare scilicet in operibus bonis. Siquidem hæc iam iustificati hominis opera, perficiunt iustificationem ad æternam salutem. Et de hac secunda iustificatione, qua homo perficitur ad meritum uitæ æternæ, loquutus est B. Iacobus dicens, *Quòd Abraham iustificatus est ex operibus offerens Isaac filium suum super altare.* Tunc enim manifestè iam iustificatus erat Abraham ex fide, & signaculum fidei circuncisionem acceperat: & tamen non profuisset illi sua fides, nisi ipso opere obediens Deo, suam fidem perfecisset. Quare non nobis est typus tantum Abraham in eo, quòd credidit à principio, ut ex iniusto fieret iustus, sed multò magis in eo quòd operatus est post adeptam iustitiā, ut ex iam iusto fieret amplius iustus: ut similiter & nos simus perfectè filij eius non solum credentes, uerum etiam post fidem ac per fidem operātes, sicut dixit Dominus, *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Qui enim dicit se in CHRISTO manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Non enim satis est hoc in se recipere, & dicere: Ego uado, nisi quod promissum fuerit, re ipsa fiat: sicut docet Dominus in parabola. Talis fuit Abraham qui opere impleuit fidem: & non quia credidit solum accepit repromissionē hæreditatis, sed quia cum fide, ea quæ lex & uerbum fidei imperauit, est exequutus, ideò repromissione potitus est. Vnde ipsemet Apostolus de Abraham ait, *Quòd Ioganimenter ferens adeptus est repromissionem.* Quapropter hortatur Hebræos ut ad eius, et alio

*Iac. 3.*

*Ioa. 8.*

*1. Ioa. 2.*

*Heb. 2.*

rum imitationem se ipsos compararent, qui fide & patientia, non fide tantum, sed fide & patientia, hæreditarunt promissiones, Vbi (quæso te bene lector) uide quod perpetuo, uel hoc in loco, iugulenter hæretici, in quo tamen ipsi maximè innitentur. Et idem est de cæteris scripturæ testimonijs iudicium, quæ sibi fauere arbitrantur. Ipsæmet enim præcipue refelluntur, quæ tamen illi ad stabilendam suæ opinionis rationem afferre solent. Est autem operæpretium infans eorum & positiones & expositiones ad hunc locum aduigere, ut dispiceat pius lector & iudicet.

Lutheranorū errores circa iustificationē deteguntur, et refelluntur.

Primum, dicunt nullum hominem uerè iustificari, & istum esse apud Deum, dici tamen in scripturis nos iustificari in hunc sensum, hoc est, nos reputari iustos, non autem uerè esse, reputari autem solum per CHRISTI iustitiam nobis imputatam ac donatam, modo credamus: quia fides illam iustitiam apprehendit, & facit nobis eam imputari. Negant ergo iustitiam inhærentem, qua uerè iustificamur coram Deo: qua ualeamus etiam promereri ampliorem iustitiam, & tandem salutem. Et hunc sensum hauriunt ex hoc Apostoli, loco ubi ait, quod fides reputata est Abrahamæ ad iustitiam, id est, fides apprehendit iustitiam CHRISTI, qua una reputamur iusti coram Deo. At huic tam absurde expositioni plurima repugnant. Primum hæc Apostoli uerba, quæ manifestè requentur in eum sensum accepta. Non enim idem est, fidem reputari ad iustitiam, quod est, fide apprehendere iustitiam, qua reputeris iustus, licet iustus non existas. Deinde repugnat proprietates uerbum. Iustificari enim proprie, est fieri iustum, non reputari. Et similiter esse iustum, non significat reputari, & tamen non esse. Tertio repugnant scripturæ, quæ nulla tergiversatione eludi possunt, quæ & bona opera, & merita operum, iustificationem & salutem testantur operari, ut planè pateat doctrina hæreticorum plena (ut antea diximus) confusione, non distinguentiū statum impij à statu iusti: nec legem Moyses, quæ erat iniusto tradita, à lege CHRISTI, quæ data est iusto. Et cõsequenter confundunt opera iustificati cõ operibus impij. In his eorum omnis fallacia. Impius, n. nullis suis operibus iustificari potest, sed mera gratia: ut de Abrahamæ ab initio dicitur. Quod credidit, & imputata est ei fides ad iustitiam. Iusto autem dicitur, ut iustificetur adhuc: sicut dictum est Abrahamæ. Ambula mecum, & esto perfectus. Vnde et iustificatus est ex illo insigni opere: quia postquam est iustus factus, obrulit filiū suum in altari. Fuit, n. opus illud iam iusti opus. Tunc, n. acceperat iustitiā Dei corde, ut posset operari fortia ac mereri. Sic dictū fuit Apostolis, nimirum iam iustis: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum.

Mitto quod hæc eorum doctrina repugnat spiritui ecclesiæ, & sanctorū sententijs, & præcipue B. Augustini, quod nec ipsi inficiantur. Illud maxime est, quod eiusmodi doctrina perspicue exrenuat bonitatem, & gratiam CHRISTI, quam

tamen ipsi fingunt se amplificare. Siquidem longè maius est, eius beneficio obtinere & esse iustum, & posse operari iusta ac mereri, quam id solummodo, uidelicet, reputari iustum, & non esse, sed solum alienis inniti meritis. Verum de his in opusculis nostris latius egimus. Duximus enim hic habendam esse commentariorū rationē, quæ fuffiorem interpretationem non ferunt.

Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini eius, ut hæres esset mudi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahamæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti: qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli, & arena maris. Et non est infirmatus in fide: nec considerauit corpus suum emortuum (cum iam ferè centum esset annorum,) & emortuam uulnam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promissit Deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tatum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus reputabitur creditibus in eum, qui suscitauit IESVM CHRISTVM dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Non enim per legem &c. Post iustificationem facta est promissio Abrahamæ terræ peregrinationis suæ, ut haberet eam in sempiternum, dicente illi Domino: Dabo tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuæ, & omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. Hæc terræ promissio, nisi spiritualiter intelligatur (ut Iudæis declarauit B. Stephanus) uana inuenietur. Vnde & Apostolus ad Hebr. de Abrahamæ, & alijs prophetis ait: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed alongè eas aspicientes, & cõsidentes: quia peregrini sunt & hospites super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Ergo ne uana sit illa promissio facta Abrahamæ, ac propterea ne mendax sit scriptura, cum ipse nihil bonorum carnalium obtinuerit in uita, cogimur intelligere per illam terram CHRISTVM nostrum cum toto suo corpore, quod est ecclesia, quæ & mundi nomine

Act. 7.  
Heb. 11.

mine uocatur, cuius hæres designatus fuit Abraham, et semen eius, id est, CHRISTVS, et qui sunt in CHRISTO. Et hæc terra est, quæ merito terra peregrinationis nostræ dicitur: quia in eo uiatores cõsemur tanquam in typo et exemplo, quod reliquit nobis imitandū, & in quo debemus ambulare. In illo, n. ambulauit Abraham secundum uestigia, quæ fide accepit, id est, uestigia bonorū operum, et patientiæ CHRISTI. Vidit enim passionem eius in spiritu, & conformatus est illi. Rectè ergo dicitur, promissam illi fuisse hanc hæreditatē, non ex lege, id est, si faceret legem (quæ non fuit data legi Abrahamæ) sed per iustitiā fidei. Audi hæretice, per iustitiā fidei, hoc est, si faceret uerè opera bona, quæ fiunt solummodo per iustitiam, quæ dicitur fidei: quia obuenit nobis ex fide. Fuit, n. illi dictū. Ambula corā me, & esto perfectus. Hæc nimirum sunt edicta fidei, ambulare coram Deo & CHRISTO per bona opera sicut ille ambulauit, & nobis sequēdi se reliquit exēplum, & adiecit: Custodi pactum meū: quod erat acceptæ circūcisionis. Et significabat debitum conseruandæ atque augendæ iustitiæ, quæ fide acceperat, & circūcisione significata fuit: quod sit ambulando corā illo bonis operibus obediētiæ, quibus crescit iustitia Dei in nobis, & sit meritoria salutis, unde dixit Dñs: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & pharisæorū, non intrabitis in regnum celorum, ut paulo ante citauimus. Hæc hæreticus cautè præterit, gaudens de sua semel apprehensa per fidem iustitia, quæ illi non inhæret tñ. Sequitur.

Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides &c. Esse aliquem ex lege (ex tropo dicendi) est esse in statu, in quem lex potest aliquem collocare. Qui autē tales sunt, non possunt esse hæredes promissionis factæ Abrahamæ: quoniam lex habuit suas promissiones carnales. Quod si ij qui sunt ex lege, uenirēt ad hæreditatē Abrahamæ promissam, exinanita esset fides. Nam si lex satis erat ad hoc, quid faceret fides? At fide iustificatus est Abrā: et fide postmodo p̄fecit opera, et placuit et ambulauit coram Deo. Vnde Apl̄s de illo: Fide, ait, qui uocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, et exijt nesciens quod irer. Fide demoratus est in terra p̄missionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, et Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat, n. fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex et cõditor Deus. Ecce quomodo fide ipse tanquam pater ecclesiæ, cognouit futura ciuitatis Dei bona, cuius artificem et conditorem Deum ipsum per IESVM CHRISTVM oculis fidei uidebat. Vnde & per obediētiā fidei meruit eius obtinere possessionem. Probatur est igitur satis, semini Abrahamæ, cui fuit facta repromissio hæreditatis unā cū ipso Abraham sub eadē conditione, uerè, ex fide, non potuisse contingere hæreditatē ex lege, quæ non erat ex fide, eo quod si ex lege (quæ ex fide non erat) fides exinanita intelligeretur, et consequenter etiā fuisset abolita illa promissio facta Abrahamæ, et semini eius, si ex lege tñ penderet: quæ nulli posset obuenire, cum nullus faceret legem.

Heb. 11.

gem, nec posset facere absque fide: et hoc noluit ea p̄re heretici. Ipsi, n. intelligunt absolutè, neminem posse facere legem. Et nos dicimus, neminem posse facere legem absque fide iustificante. Sic B. Augustinus et uniuersa ecclesia semper sensit.

Lex enim iram operatur, eo quod d operatur præuaricationem perfectam, quæ præsupponit expresse mandatum, et eius notitiā, quapropter subdit: Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Si, n. lex non fuisset, peccatum internæ concupiscentiæ non fuisset consideratum tanquam transgressio imputabilis, ac propterea non constituisset hominē coram Deo præuaricatorem: quoniam lex naturalis, quæ cum hominis natura corrupta oritur, non potest docere concupiscentiā esse peccatum, cum illam uideat esse naturalem, ut potè ex ipsius carnis natura uenientē. Et nemo potuisset diuinare, hoc nature uitium uenisse ex peccato antiquo, ac propterea habere imputationem. Lege autē adueniente, et edicente. Non concupisces, et non obtēperante per ullā uim legis hominē, lex quidē ipsa constituebatur operatrix iræ, propter mandatum, et propter doctrinam peccati: quoniam inueniens hominē non obtemperantē, conuincebat eum præuaricatorem, cum ei per legem innotuisset esse malum concupiscere, sicut latius declarabitur. Et propterea concludit.

Ideo ex fide, ut subaudias, non ex lege, uenit hereditas. Et adijcitur: ut secundum gratiam, id est, ut ex gratia fieret hominis instauratio ad merita cõparanda, non ex meritis. Quoniam iustificatio ex mera gratia promissa erat, et non ex operibus, fidē aut ipsam iustificationem præcedentibus, firma sit promissio. Non, n. firma fuisset promissio, si p̄mium hereditatis ueniret à lege sine fide prius iustificatē: quia (ut dictū est) sine fide lex non poterat impleri. Lex autē ut iustificet, sui implemētum deposcit. Cape ista, pie lector, et cognosces hereticos in his locis mirificè allucinari: omni semini, melius, toti semini, ne contra Apl̄i doctrinam plura semina intellegamus. Vnum est, n. semen CHRISTVS, in quo oēs concludunt, qui sunt ex fide, siue sint ex gentibus, siue ex Iudæis. In CHRISTO enim neque circūcisio consideratur, neque præputium, sed noua creatura. Vnde bene sequitur.

Gal. 3.

Non ei qui ex lege est solum. Quod ait; ei; noli referre ad semē: quia non sunt plura semina (ut dixi) sed ad hominē, ut sit sensus. Non tñ homini Iudæo, sed et ei qui ex fide est Abrahamæ, id est, et illi qui licet non sit Iudæus, sit tamen fidelis, sicut fuit Abraham: ut sic benedictio respiciat totū semen, & non partem seminis tñ, quæ pars erant Iudæi: quoniam Abraham cõstitutus fuit omnium gentium pater, non solummodo Iudæorū: quare addit.

Qui est pater omnium nostrorū &c. Inde enim probatur pater omnium tam Iudæorum, quam gentium, quia scriptura dicit. Quia patrem multarum gentium posui te. Si pater multarum gentium, non ergo tantum Iudæorum, qui erant tñ una gens. Quod autem sequitur: ante Deum, siue corā Deo, cui credidisti, adiunctum est ab Apostolo illi antiquæ scripturæ, ita suggerente illi Spiritu sancto. Est autem sensus, quod hæc paternitas Abrahamæ erat

erat decreta ab ipso Patre æterno coram Filio suo, cui ipse credidit, id est, coram Domino IESV CHRISTO. Nam uerba illa. Noli timere Abrã: ego protector tuus, & merces tua magna nimis: uerba filij Dei sunt. Et secundũ hanc literam probatur CHRISTVS esse Deus. Græcè legitur; cui credidit, & tunc sunt uerba ipsius Apostoli, quæ interposuit quasi sua. Sed uereor ne corrupti sint codices græci ab hæreticis: quoniam secundum aliam literam CHRISTVS probatur Deus. Quia uerò dicit constitutum esse Abraham patrẽ multarum gentium ante Deum, cui ipse credidit, ne quis miraretur, quoniam eo tempore (quoad uixit Abraham) hoc non uidebatur, & durum uideri poterat, quòd sobolem generaret extraneam defunctus: ad hoc resoluendum tendunt ea uerba, quòd hæc coram Deo facta sunt, id est, in mente Dei ac prædestinatione, & eius uirtute, qui uiuificat mortuos, ut possit illos excitare filios ipsi Abraham, faciẽdo imitatores eius, ac per hoc imitatione filios. Quod ergo ait, *Qui uiuificat mortuos*, intelligit ipsas gentes, quæ erant mortuæ Deo, sine illius prouidentia notitia erga seipsas. Eos enim uiuificauit Dominus per fidem, & fecit Abraham filios, qui imitati sunt illum in fide, et in operibus fidei. *Et uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Et hoc item ad ipsas gentes pertinet, quæ Dei uocatione excitantur, ut sint quæ non erant prius. Dicebãtur autem non esse, quia non respiciebantur à Deo sicut Iudæi, qui dicebãtur esse, eò quòd sub peculiari Dei prouidentia detinebantur. Sed Deus Pater per CHRISTVM facit omnes dociles Deo; & ita uocauit ea quæ nõ erant, id est, gentes, potens illas statuere, sicut ea quæ erant, id est, Iudæos, quorũ bonam partem eorum perfidia fecit ut non essent. Vnde Apostolus ad Corinth. Deus, inquit, elegit infirma, stulta, & ignobilia mundi, & ea quæ non sunt, id est, ipsas gentes, ut quæ erant fortia, et nobilia, & habentia sapientiam mundi, deniq; illa quæ erant, id est, ipsos Iudæos perfidos, confunderet, atq; fermè ad nihilum redigeret. Sequitur.

*Qui contra spem in spem credidit*, id est, illud credidit, & sperauit posse fieri à Deo, quod erat extra omnem spem ex ui nature. Et hic laudatur Abraham fides, per quã dignus factus est apud Deum fieri pater multarum gentium. Dixerat enim illi iam centenariò Deus: *Sic erit semen tuum sicut stelle caeli, & harena maris: & non est infirmatus in fide &c.* Nota historiam, cum illi dictum esset, ex Sara futurum illi semẽ, non debilitatus est fide, nec à spe ista deiectus est, tametsi ad centum fermè annorum ætatem peruenisset, & Sara uxor duplici de causa infœcunda esset: quoniam & natura sterilis erat, & insuper ætate confecta. Desierãt enim in ea fieri muliebria, & nonagenaria erat, et quando concepit, erat propemodum centenaria. Et uide (quæso) miram congruentiam. Nam meritò, & iure optimo factum est, ut sicut ille credidit, sperans quod per naturam sperari non licebat circa filios carnis, quos acquisiuit non ex ui carnis, sed diuina, propter fidem: ita etiam contra rei natu-

ram haberet eos filios secundum spiritum, qui secundum spiritum mortui, nihil erãt coram Deo.

*In repromissione etiã Dei non hesitauit diffidentia etc.* Hæc promissio illa est, qua dixit explicite: In Isaac erit tibi semen. Et commendatur, quòd non hæsi- tauerit diffidentia, uel (ut græcè legitur) non dis- quisituit perfidia & incredulitate, cũ fuit illi post- modo mandatũ, ut immolaret filium. Non enim ratiocinatus est secum dicens: Quomodo hoc fie- ri potest, ut de Isaac, quem modo immolare iu- beor, ueniat populus Dei? Sed dans gloriã Deo, confitendo in animo omnipotentiam eius, obedi- uit illi, in tam grandi præcepto, *plenissimè sciens*, hoc est, certa fidei persuasione, q; Deus esset sum- mè potens, qui faceret quæcunq; promisit. Vnde & reputatum est illi ad iustitiam, hoc est, isto fa- cto corroborauit, & confirmauit primam iustifi- cationem, qua fides reputata est ei ad iustitiam. Per opera enim impletur fides: & fide imple- tur opera, ut & ipsa aliquo modo imputen- tur ad iustitiam: quoniam propter gratiam ua- lent, & meritoria sunt. Quæ tamen gratia aduenit nobis propter fidem, quæ est imputata ad iusti- tiam: ita ut propter radicem gratiæ, quæ est ex fide, cuncta dici possint aduenire nobis gratiosè et imputatiuè: quia à principio fides imputata est ad iustitiam. Hanc confessionem si facerent hæ- retici, non esset (hac parte dumtaxat) ulla cum eis contentio ratio.

*Non autem scriptum est propter ipsum &c.* Hic ap- paret quod diximus, uidelicet, propositum nobis fuisse Abraham exemplum, ut modum inde iustificationis nostræ intelligeremus: quia scri- ptura non propter ipsum solum ea narrauit de il- lo, sed etiam propter nos, ut simili modo intelliga- mus, reputatum nobis iri ad iustitiam, si credide- rimus in eũ, qui suscitauit IESVM CHRISTVM dñm nostrum à mortuis, *qui traditus est propter delicta nostra*, id est, ex eius morte consequuti sumus extinctionem peccatorum nostrorum: nam & il- le ob hoc mortuus est: *resurrexit propter iustifi- cationem nostram*. Sicut enim mors eius fuit mors peccati, quo grauabamur, ita resurrectio eius & uita noua, fuit resurrectio nostra, et noua uita no- stra: ut quodam modo resurgentes à peccato, & iustificati per ipsum, uiuamus Deo in operibus bonis. Est enim iustificatio in nobis, quædam re- surrectio secundum spiritum, & præcedit eam, quæ (etiam secundũ carnem) erit gloriosa in cœ- lis: sed hæc interim per gratiã est. Vnde bene ca- nit ecclesia sancta. Qui mortem nostram morien- do destruxit, & uitam resurgendo reparauit.

Cap. V.



Iustificati ergo ex fide, pacem ha- beamus ad Deum per dominum nostrum IESVM CHRISTVM, per quẽ habemus accessum per fidem in gratiam istã, in qua stamus, & glo- riamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non so- lum autem, sed & gloriamur in tribulatio- nibus,

nibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò spem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordi- bus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ut quid enim CHRISTVS, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iu- lto quis moritur: Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem cha- ritatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tem- pus CHRISTVS pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in san- guine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati fu- mus Deo per mortem Filii eius: multo ma- gis reconciliati, salui erimus in uita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum IESVM CHRI- STVM, per quem nunc reconciliationem accepimus.

**R**epetens iterum de modo iustificationis, in- cipit manifestare statum iustificati. Modus enim iustificationis fuit gratis, ex fide tamen. Sta- tus autem iustificati, est status pacis cum Deo. Ex iustitia enim pax uenit, quæ est fructus spiritus: propter quod ait.

*Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum.* Sic enim græcè legitur, *habemus, & non, habeamus*, ut habet pleriq; codices, quod mihi magis placuit: quanquam audio esse & antiquos codices græ- cos, ubi legitur, *habeamus*. Hic non pugnabo: utraq; enim lectio potest sustineri. Hæc autem omninò mihi magis probatur. Primum quidem, quia uera est sententia, iustificatos pacem habe- re ad Deum. Nec ab hæreticis est nobis metuen- dum, qui hoc in loco quasi uictores gestiunt, ob eam, quam sibi falso fingunt, salutis à pace sua cer- titudinem, non considerantes miserã aliã esse atq; aliã in scripturis pacem, perfectam, scz, et imperfe- ctam. Perfecta est, quam res ipsa largitur. Imper- fecta uerò, quam res pollicetur, quemadmodum mox dedabitur. Secundò placet græca lectio, cum hoc in loco Apl's adhuc suo more doceat, nec dum ad hortationes descenderit: quod tamẽ postea facturus est. Et docet quidem à iustifica- tione uenire pacẽ: quia homo ingressus in CHRI- STVM, nouit Deum sibi ob remissionem pec- catorum esse placatum, & pacatum: cum etiam dona ab eo perceperit, quibus gratiosus effectus, potest in uia mandatorũ incedere, ad perfectum tendere, ac tandem perfecta pace potiri sua die. Est enim pax uia, & est quoq; pax patriæ. Hæc firma, secuta, atq; perfecta est. At illa eiusmodi est, quæ possit excidere, imò uerò quæ non raro excidat: nec securitatem habet de futuro, nec in se perfectionem hoc tempore, quo uiuimus. Con- tra quam ueritatem pessimè docet hæretici, Ad- *firmam*

dit autem Mediatorem pacis huius, dominũ no- strum IESVM CHRISTVM, per quem ha- buimus accessum per fidem in gratiam istam, in qua fide, siue gratia, stamus. Fides enim est radix gratiæ, per quam erecti stamus coram Deo. Iccir- co rectè dicimur & uerè, stare in fide, sicut alibi B. Paulus: Tu fide, inquit, stas, uide ne cadas. Neq; minus uerè dicitur, nos etiam gratia stare. Hoc & B. Petrus contestatur, dicẽs hanc esse ue- rè Dei gratiam: in qua & stas, inquit. Itaq; uo- lens Apostolus huius celsitudinem status osten- dere, subiunxit.

*Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Ecce quid ex iustificatione actum, quam uic inde utilitatem consequuti sumus & honorem, nempe ut ualea- mus tanq; filij Dei gloriari, ius habentes in heredi- tate ipsius CHRISTI. Magna profectò hæc & singularis gloriatio, quòd simus filij Dei, & ob id sperare possimus hæreditatem filiorum unã cum ipso Filio suo unigenito. Magna, inquam, hæc gloriatio, modo sit sobria, modo eas condi- tiones habeat, quas ipsa requirit: non autem sit nu- da & destituta, & talis, qualem porrigit noui hæretici (quos lubet fiduciaris appellare) qui so- lam extollunt fidem, quam & fiduciam uocant, qua una & sola putant se Dei gloriam apprehendere: qui quidem aduertere nolunt, nos per fi- dem saluos esse interim in spe, & nondum in re. Grandis enim nobis adhuc & laboriosa uia su- pèrest, multis exposita periculis, in quæ facile in- cidimus, si cum timore magno & tremore salu- tem nostram negligimus operari, inuocato sem- per Dei auxilio, unde subdit.

*Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationi- bus &c.* Et hic pergit ijs obuiam, qui stultè in sua fide & fiducia gloriantur, non intelligentes quid sit illa spes, per quam inceditur usq; ad interiora uelaminis, & quonam modo oriatur in cordibus nostris, & coalescat: ac si dixerit manifestius. Ne- mo existimet nostram hanc de spe gloriæ filio- rum Dei inanem esse & uanam gloriatiõem, quia filij eius facti sumus. Siquidem & Angeli, qui corruerunt, aliquando filij Dei fuerunt, & item pleriq; alij, qui tamen præuaricati sunt, & à spe sua exciderunt: quoniam nos non in hac una re gloriam nostrã collocamus, quòd ad sublimem illum filiorum Dei honorem et gradum conscen- derimus, uerum in hoc potius gloriamur, q; hanc nostram spem firmam tenemus & solidam, & per opera bona in perseuerantia usq; in finem, facimus illam nobis certam: unde ait.

*In tribulationibus.* Tribulatio est uelut materia, super qua homo patiens exercetur. Porrò si nulla extaret tribulatio, quæ nam relucere posset patien- tiæ uirtus? Patientia uerò probationem per mo- dum meriti operatur. Nam is qui patitur, mere- tur probari à Domino, qui cum sit iustissimus, non potest id, quod uerè probandum est, non probare, præsertim quia ipse sic ordinauit, ut probaretur. Est enim tentatio, & quasi quædam militia, uita hominis super terram. Vnde & Fra- ter Dñi. Beatus uir, qui suffert tẽtationem, quo- *Idc. 1.*



riam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Oportet ergo (ut B. Petrus confirmat) contristari nos in hoc mundo uarijs tentationibus, ut probatio fidei nostrae multo sit pretiosior auro, quod per ignem probatur. Sic sic, inquam, probatur fides, & illa est quae uere exit in fiduciam, nimirum quae ex patientia consequuta est probationem: haec est enim non uulgaris, sed apostolica praedictio. Oportet per multas tribulationes intrare in regnum Dei.

1. Pet. 1.

Actu. 14.

De uera ac uia spe.

Verum hic occurrit scrupulus: quoniam B. Iacobus uidetur dicere oppositum, uidelicet, quod probatio fidei patientiam operetur, non patientia probatione. Sed ibi manifeste probatio fidei pro ea tribulatione capitur, qua probatur fides. Quamquam & illud dici possit, quod etiam probatio patientiam operatur. Nam homo patiens, qui se uidet probari a Deo, magis ad patientiam animatur. Nec est nouum, idem esse alterius & causam & effectum, secundum aliud atque aliud genus uel modum causae, ut dilucide philosophi declarant. Probatio autem haec diuina, operatur spem: quia Dominus in eo quem probat, ex patientia creat spem uiuam. Vt hic plane uideas qualis sit, & unde oriatur spes nostra, scilicet, non ex sola fide, sed quae ex patientia in tribulationibus, & perseverantia boni operis uenit. Et haec est uera spes & uia, quam commendant scripturae. Vbi ergo sunt isti fiduciae, qui in sola fide nituntur? & nihilominus contra ueram fidem docent, nihil minus habentes quam fidem, qui a doctrina ecclesiae recedunt, uolentes suam statuere, quae etiam ratione, & iudicio prorsus casta est. Quis enim nec arans, nec ferens, nec trituras, poterit ex terra fructum cum ratione & prudentia sperare? Quid enim est quod legimus. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent? Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Haec est igitur uia spes, quae non confundit, id est, non suffundit hominem pudore: sicut accidit ei, qui frustratur de concepta spe, cum id quod sperat, non uenit. At nostra spes non est talis: & ratio est.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Charitatem Dei intelligit B. Augustinus, qua nos Deum ipsum diligimus, & recte: quamquam aliter haeretici (ut Caluinus) qui aiunt B. Augustinum in hac expositione esse allucinatum. Et non uidet miser & infelix Caluinus, in hac expositione B. Augustini etiam illorum expositionem, qua intelligunt de dilectione Dei erga nos, eleganter comprehendit. Nam ipsa Dei charitas, nimirum qua illum diligimus, quia fundata est in charitate sua, qua ipse diligit nos, certa fidei luce respicit immensam illam Dei benignitatem, qua adeo dilexit nos, ut etiam cum inimici essemus, dederit pro illo tempore Filium suum noxae pro nobis. Arguit ergo homo dilector Dei in hac luce fidei, & dicit. Si hoc fecit mihi Deus cum non essem filius, sed ini-

micus illi, quid mihi faciat modo, cum sim iam filius dilectionis, & dilector? Quam uim argumenti ipse Apostolus declarans, adiecit.

Vt quid enim cum adhuc infirmi essemus etc. pro eo quod nos legimus: ut quid enim; graece legitur; Adhuc enim, nec redditur alius sensus. Significat namque Apostolus, quod si CHRISTVS mortuus est pro nobis cum essemus infirmi, hoc est, aegroti, & impii, quales sumus natura omnes propter antiquum peccatum, licet ad tempus (propterea quod hoc malum decreto Dei futurum erat temporale, donec ueniret medicina) multo meliora de salute nunc sperare possimus, quam sumus facti, & reconciliati, & facti pii. Quod ut magis declarat, adiungit.

Vix enim pro iusto quis moritur etc. Non me latet quosdam aliter exponere, quos non reprehendo: sed non uisi mihi sunt in mentem Apoli penetrasse. In hoc est uis argumenti ad cognoscendam immensam & incomparabilem Dei bonitatem, quod ipse mortuus est pro inimicis & impijs, cum uix reperitur qui uel pro iusto uelit mori, id est, pro homine innocente, & reddente ius suum uicij. Hic est enim iustus secundum iustitiam quae est uirtus quaedam particularis, & in commercijs requiritur. Vix ergo quisquam moritur pro huiusmodi iusto, licet inueniatur, qui pro bono forsitan uelit mori, id est, pro eo, a quo beneficium accepit. Bonum enim hic pro liberali accipitur. Unde dixit Dominus: Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Consideretur ergo CHRISTI erga nos charitas: quoniam ille non pro bonis mortuus est, a quibus beneficium receperit, quod aliquis forte ausit: nec pro iustis, quod uix ullus: sed pro iniustis (quod certe superat omnem creatam bonitatem) non dubitauit mortem oppetere. Si hoc igitur iam fecit, ut mortuis uitam sua morte daret, & eos saluaret, ab ira iam concepta, quo non multo facilius superaddet nobis uitam sua uita, ipse in aeternum uiuens, ut salui simus ab ira futura? Nam quid est facilius? Non enim oportet eum assidue mori. Vna siquidem morte sanctificat nos in aeternum, nisi denuo sponte ac uoluntate prolabamur. Sequitur.

Non solum autem, sed gloriamur in Deo etc. Ne quis autem insipienter, & uane gloriaretur in spe gloriae filiorum, & similiter in tribulationibus suis, unde spes illa coalescit, addit, Non solum autem etc. Nam origo bonorum, de quibus possimus gloriari, Deus est, qui per Mediatorem Filium recepit nos in sinu gratiae suae, sibi per eum reconciliatos: ut sic, quicumque gloriatur, in Domino gloriatur, ut sit illi laus & gloria. Vbi est aduertendum, quod etsi quaecumque sunt bona siue naturalia, siue supernaturalia, ea cuncta acceperimus a Deo, non tamen aequae omnia quae habemus, dona dicuntur, & aequae nostra. Nam quae naturaliter nobis insunt, uix dicemus dona. Non enim sic loquuntur scripturae, & haec magis nostra dici possunt, tanquam quodam modo naturae nostrae debita. Et accirco si quis bene uteremur, non male

Inter iustum bonum quid intersit.

104. 15.

Nota de uera gloria.

Nota propter Pelagianos.

male gloriari possemus in nobis, quod bene illo, quod erat nostrum, uis essemus. At quae superueniunt, & accesserunt nobis supra naturam gratiosae & ex dono ab ipso Deo, haec minus nostra dicuntur, & uerius dona sunt. Et ideo si quis bene utimur, & per illa quaedam meliora meremur, non debemus gloriari ex nobis, quasi a nobis haec uenerint. In qua re multum aberrant Pharisaei & Pelagiani, qui gloriabantur, quasi ex uiribus naturae potentes. Unde suum arbitrabantur opus, si quod facerent bonum. Illis igitur dicitur. Quid gloriaris, quasi non gratiosae acceperis? Lutheranis autem, qui nihil omnino nobis tribuunt, nisi malum, dicitur. Cur non permittis, Lutherane, me in Domino gloriari? Ego enim non mihi ascribo, quod non est meum. Scio quod non ego ex me, sed gratia, quae est in me, operatur: quae tamen mihi dono data, effecta est mea, & per illam operans ego operor, & opus meum est: quamquam ex gratia sentio auxilium Dei assiduum & externum. Quare cum ex gratia mihi inhærente, & ipso Deo adiuuante, bonum aliquod operor, gaudeo, & congratulor mihi: quia uere illud ego operor ex meo libero arbitrio, gratia tamen informato. At quia gratia, & insuper adiutorium habui a Deo, sine quo nihil potuissem operari boni, confiteor ingenuè, & glorior, non in me tantum, sed in Deo, qui haec omnia operatus est in me: & qui uelle bonum, et perficere pro bona uoluntate dedit mihi per donum gratiae & auxilium, quod ipsa gratia suo iure deposcit. Qui enim diligitur, dignus est fauore ab eo qui diligit, ad finem ad quem diligit. Quapropter dictum est B. Paulo. Sufficit tibi gratia mea. Haec est catholica doctrina de libero arbitrio, & operibus bonis: ut gratia liberum arbitrium non auferat, sed statuatur, & perficiat, & ad omne opus bonum promptum, ac paratum reddat.

In Lutheranos.

De gratia & libero arbitrio breuis doctrina.

2. Cor. 12.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudine prauaricationis Adae, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis IESV CHRISTI in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiae et donationis & iustitiae accipientes, in uita regnabunt per unum IESVM CHRISTVM. Igitur sicut per unius delictum in omnes

homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem uita. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obedientiam, iusti constituentur multi. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia: ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam, per IESVM CHRISTVM dominum nostrum.

Quoniam uero dixerat reconciliationem factam cum Deo, & per IESVM CHRISTVM, quod supponebat iram, & indignationem Dei aduersum nos, nec irae causam satis declarauerat, hic ostendit peccatum omnium nostrum, et modum liberationis ab eo peccato congruentissimum: ait ergo.

Propterea sicut per unum hominem etc. Dura quidem constructio literae, & quiddam necessario splendidi esse uidetur. A sensus ipse non ita obscurus est. Ego enim sic ordinarem. Propterea, ut hic sistat, et fiat punctus (ut graeci codices habent) & referatur ad superiora, ac si dixerit. Propterea reconciliationem accepimus per IESVM CHRISTVM, quia (supple tu) erat conueniens per unum hominem instaurari eos, qui per unum hominem perditum sunt: unde ut id exprimeret, subdidit.

Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt etc. Ita uerbo debuit intrare iustitia per unum, & per iustitiam uita, et ita intrare uita in omnes homines, in quo omnes iusti & obediens fuisse intelligimur, qui fide in illum ingredimur. Sed expendantur singula diligenter.

Per unum hominem, id est, Adam, peccatum intrauit in mundum. Quodnam peccatum fuit hoc, quod intrauit in mundum? Certè illud quod admisit ipse Adam: quoniam in ipso quodam modo continebatur uniuersus mundus, & ab ipso penderent accepturi, congruum erat ut & quae naturae quodam modo debebantur, per illum acciperent. Illo igitur peccante intrauit peccatum, & per peccatum mors, uerè, debita illi delicto: quae mors pertinet ad mortem tum corporis (cuius debitum tunc incurrimus) tum etiam animae, quae fuit priuatio gratiae & iustitiae. Intrauit autem & peccatum & mors in mundum, quasi in unam massam, ut sic in singulos homines, qui ex illa educerentur, ipsum peccatum penetraret. Nam (ut rectè Theologi docent) in Adam primum intelligitur corrupta natura: ita ut particulares homines eam naturam participantes, inueniantur peccatores, eò quod in mundum, id est, in illam massam intrauit peccatum, & inquinata est uniuersa. Quicquid ergo de illa accipit, etiam inquinatus inuenitur.

Nunquid autem de hoc contaminato mundo Eius esset

esset speciali quadam gratia subducta beatissima VIRGO, ut mundi appellatio (ob singularē pręseruationem) minime illam contingat, ac propterea non inuoluatur cum cęteris in peccato antiquo, nequaquam erat in primis fidei nostrę cubulis tractandū. Ideo sermonem suum ita temperauit Apostolus, ut nihil prorsus afferat pręiudicij aduersus ueritatem illam, quam de immaculatā eius conceptione unā cum ecclesia sancta tenemus: nec uerbis quidem eius (si rectē intelligatur) ualeamus argui. Dicit enim B. Paulus, intrasse peccatum in mundū. Nos autem dicimus, hac mundi appellatione non comprehendī illam B. VIRGINEM, iuxta intellectū scripturarum, in quibus frequentissimē uox ista, mundus; significat gratia Dei uacuos. Vnde Dominus de discipulis suis ait: Mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego et non sum de mundo. Quod ergo dedit discipulis Dominus ex tempore, ut eos de mūdo subduceret, hoc non dedit dilectissimę Matri suę, ac Sponsę, ut nunquam cum ihs, ab initio creationis illius, qui essent de mundo computaretur? Nec illud obstat, quod addunt. Peccatum & mors pari passu incedunt, ut quem apprehendit mors, etiam peccatum apprehendit: quia per peccatum mors, & ita mors intrauit in omnes, in quo omnes peccauerunt. Respondetur enim nō esse huiusmodi ordinem in ipso Apostolo, uidelicet. In quem mors intrauit, in eum quoque intrauisse peccatum, sed e conuerso: In quem peccatum, in eum & mors. Alio qui & CHRISTVS mortuus est, & tamen non intrauit in eum peccatum. Et qui liberantur ab eo peccato, nihilominus moriuntur. Quid ergo mirum si & illam mori oportuit, quę pręseruata fuit à peccato? Non enim placuit Deo (sicut nec erat decens) illam pręseruari à morte, quā pręseruauit à peccato: quemadmodū nec ullum eorum quos liberauit à peccato, uoluit liberare à morte. Pręseruatio autem quędam liberatio est. Si enim mortuum est caput, etiam mori membra decentissimum fuit. Verū quoniam quęstionem hanc copiosē in nostris opusculis & accurate tractauimus, ad ea remittendum lectorem noscendę ueritatis cupidum, duximus: quam certe ueritatem illic (solutis in contrarium argumentis) sententijs, & rationibus, atque autoritate ecclesię ita corroborauimus, ut ij soli minimē persuadeantur, qui persuaderi dedita opera nolunt. Hęc habenda fuit instituti nostri ratio, ut ipsa breuitate, quoad fieri posset, lectorem ab omni fastidio liberaremus.

Sed quęstio est, quonam pacto illud peccatū intrasse dicatur in mūdum, cū fuerit actus quidam, qui statim transiit? Respondemus, quod licet peccatum illud trāsferit actu, manebat tamen semper reatu ante oculos Dei respicientis Adam ut peccati autorem & reum, in quo cōtinebatur mundus. Ipse enim Adam qui peccauit (quātum in eo fuit) non destitit à peccato: & ita mundus, qui fuit in illo, sub eo peccato inuoluitur. Vnde & peccatum illud Adę, peccatum mundi dicitur.

Sicut B. Ioannes baptista dixit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.

Verū aliter hunc locum interpretati sunt Pelagiani, qui negarūt originale peccatum, non ualentes penetrare sapientiam Dei, nec acquiescere diuinis sententijs, & communi ecclesię sensui à maiorum traditionibus accepto. Aiebant enim: Quo pacto fieri potest, ut illud peccatum in posteros transeat, aut posteris noceat? Nam anima quę uenit à Deo, & ab illo in corpora nostra infunditur, quomodo non innocēs uenit? Cum igitur non peccet qui generatur, nec qui generatur, nec Deus qui generationi dat incrementum, unde, & per quas (aiebant) rimulas potest intrare istud peccatum inter tot innocentię pręsidia? Illud in super uehementer obijciabant de paruulis, tanquā uehementer absurdum, ipsos innocentes non debere ob patris peccatum æternę flammę plecti supplicijs. Addebant, hunc locum de peccato illo originali non posse intelligi: quoniam non per unum, sed per duos potius, & primò quidem per mulierem exordium habuit peccatum. Quapropter ita hunc textum intellexerunt, ut dicerent, per unum hominem peccatū intrasse in mundum, non contagione & natura, sed exemplo & imitatione: quoniam omnes ferē homines imitati sunt illum, actualiter peccando. Sicut & diabolus dicitur pater pręuaricantium eorū, qui imitati sunt illum: & Abraham pater credentium. Vnde Dominus: Vos ex patre diabolo estis. Et quod sequitur; *Et per peccatum mors*; de morte gratię tantum interpretati sunt, non de morte corporis.

At quoniam hęc hęresis merito iam damnata est atque explosa, non esset ad disceptationem iterum reuocanda, nisi Erasmus eam (sicut & pleręque alia) subdolē suscitasset. Et nihilominus utile est semper scire solutionem eorum, quę illi obijciabant: quoniam & in aliorum mentem cadere possunt quā facillimē, quę huiusmodi sunt. Nā quędam ab illis in nos obiecta & magni ponderis & momenti uisa sunt B. Augustino, ut penē sit factus nescire se illa soluere. Nos igitur hęc strictim nonnulla attingemus.

Et primum quātum ad illud attinet, quod ipsi aiunt circa sensum Apłi, illum sensisse nō de peccato quod contagione contrahimus, sed quod imitatione uolūtate nostra cōmittimus: utrunque irrationabiliter asserūt. Quod enim aduersus nos primū pro ratione asserunt, illud est, quod si de trāsfusionem peccati per contagionem sensisset Apłs, non dixisset: Per unum hominem, sed per duos homines. Nā prior fuit mulier in peccando. Sed id commēti ipsos prius iugulat. Etenim si de peccati trāsfusionem per imitationem loquebatur, pari (imo maiori ratione) de peccato mulieris loqui debebat, quę prior, & grauius peccauit, & fuit occasio peccati Adę, qui illam est imitatus. Vnde rectē scriptura ait. A muliere initium peccati, & per illum omnes morimur. Cū igitur hoc eorum argumentum retorqueatur in illos, ut non possint hęcere: nostrum nunc est per illud ipsum confirmare nostra.

Dicimus

Error Pelagianorum.

Nota hæc acute lector.

Ioan. 8.

De pena originalis peccati.

De statu puerorū qui absque gratia et sacramento decedūt

Resolutio argumentorum Pelagij.

Ecclesi. 17.

Dicimus ergo peccatum illud, quod est trās-fusum & nocuit mundo, fuisse ipsius Adę peccatum, & non Heuę. Si enim peccasset tantum Heua, nō corruisset uniuersa posteritas, nec ipsa quidem Heua amisisset illam originalem iustitiam. Eatenus autem nocuit nobis, ut naturę & gratię dona amitteremus, quatenus illa suo peccato adduxit uirum ad peccatum: imò ipsamet Heua in Adam peccante inuenta est peccatrix. Quare rectē dicitur, per unum hominem peccatū intrasse in mundum, sub quo mundo & Heua conclusa est, cum & ipsum uiri peccatum illi nocuerit, ut ipsa quoque amitteret iustitiā illam, qua nostra natura rectē constabat & integrē: licet antea proprio peccato personalem gratiam amisisset. Hoc autem erat ratione pacti, quod in solo Adā positum erat, nec absque ratione: sicut ego latius in opusculis declarauit. Quare euanescit hæc aduersum nos argutio, ut patet in eiusdem B. Augustini epistola ad B. Hieronymum.

Verū argumentum de pueris quod obiecta bant, quo etiam multis & magnis angustijs agebatur B. Augustinus, & fatebatur se non habere quicquid certi in promptu, quod responderet, maioris esset ponderis, si nos etiam admitteremus (quod nimis facile aliquando ipse B. Augustinus sibi persuasit) uidelicet, à solo Adę peccato debere filijs supplicium secundę atque æternę mortis. Quod ut est horribilissimum dictu, si ad immensam Dei bonitatem respiciamus & summā æquitatem, ita certē falsissimum. Nos ergo cum omni scholā respondemus, summum æternę & secundę mortis supplicium, quod est sulphur & ignis, non manere eos, qui solum cum originali peccato decedunt: quorum poenam tantummodo esse caritiam diuinę uisionis Innocentius tertius docet, & eleganter declarauit. De qua re & nos particulari tractatu disseruimus. Nunc satis sit hoc inde sumpsisse, quod pueri non plectantur illa crudelissima poena, imò ab omni poena sensus immunes sunt. Hoc tantū ferēt (sed æquo animo) quod non uidebunt gloriam Dei: nec tamen carebunt sua foelicitate, quę deceat hanc nostram naturā, qua homines sumus, pollentes ingenio, & ratione. Et hæc satis quantum ad argumentum de pueris. Nam & hoc ipsum de pueris reiectatur in illos. Certum est enim quod pueri baptizantur in remissionem peccatorum: & hoc ex apostolica traditione est compertissimū, quod & usus perpetuus ecclesię semper habuit, cui qui resistit, semetipsum condemnat. Cum igitur imitatione nō habeant peccatum pueri ullum, hoc necessariò superest, ut illud habeant ex contagione.

Quod uerò cum tanta derisione proferebant, inquirentes per quas rimulas hoc peccatum ingrederetur cum tot innocentię pręsidijs, facile resolutum patet habenti aures. Scimus enim, & cōstanter credimus, animarum creatorem esse Deū, qui animas creando non peccat. Et scimus illum etiā qui generatur, non peccare dum generatur, aut quia generatur. Et concedimus, patrem cum genuerit, concumbendo fortē nō peccasse: quia

rem nō illicitam, imò etiam à Deo imperatam fecit, & cum omni debita circumstantia. Et mater si militer non peccauit concipiens puerum, & pariens: quāquā etiam si peccarent, non noceret animę filiorum ad mortem: quia proximorum peccata parentum in sobolem non transeunt, sed illud primū patris nostri peccatum duntaxat. Et cū his omnibus, quę facile fatemur, nihilominus dicimus, quod qui concipitur & nascitur, peccator concipitur & nascitur coram Deo: non propter nouum aliquod peccatum, sed propter illud antiquum, quod quilibet nostrum peccauit in patre Adam, existens in illo peccante, & comedente. Vnde & creditur cum illo comedisse, & peccasse quilibet nostrum, secundū pactū, & intellectum Dei. Neque uerò id mirum est (si hæc sanē capiantur, & considerentur) ita euenire, propter rationale pactum quod inijt nobiscū Deus, ipso Adā pro nobis pacifcente ac recipiente: ut simul accipiamus, eatenus in illo nos dici peccasse, quatenus filij peccatoris per naturam, quam ab eo accepimus, constituimur, ut tantum modo ea per illud peccatum amiserimus: quę cōueniebant naturę integrę, quam ab eo (si stetit) eramus accepturi. Illo igitur non stante, sed pręuaricante & cadente, non possumus iure cōqueri, si & nos tanquā filij inobedientis patris, ac per hoc inobedientes, in illo & cū illo cecidimus, & eo caremus, quod per illum & propter illū, si fuisset obediēs, erat nobis obuenturum. Eo igitur ipso quod sumus filij pręuaricatoris, qui promisit retinere accepta dona pro se, & filijs suis, nec retinuit tamē, peccatores & odio digni constituimur coram Deo. Sed ihs donis duntaxat fraudamur excissi à pacto, quę dona nobis per illum obueniebant. Sicut e conuerso, si ipse obediens fuisset, constituti fuisset iusti coram Deo per illum, & dilecti ad accipiendū omne donū in ipso nobis decretū. Quid igitur habet incongrui, si nos qui eius obediētia obediētes & iusti cęsti fuissetus ad acquisitionem donorum, per hoc solum quod patris iusti & obediētes fuissetus inuenti filij, modo nunc conuerso, inobedientes & iniusti cęseamur ad ea dona amittenda, cum nascamur & concipiamur patris iniusti & inobediētes filij?

Sed dicit aliquis: Ego generor à patre Christiano, qui liberatus est ab ipso peccato, & inuenitur in CHRISTO filius Dei, & non amplius filius Adę, ac propterea nec irę filius: Quomodo ergo ex eo nasci potest filius irę, & filius Adę? Respondemus, quod qui est Christianus, ut homo generat, & non ut Christianus: & secundum illam partē generat, quę uenit ab Adam, & adhuc uitium habet, & est quodam modo odiosa Deo: quia in illa est malū, sicut ait Apostolus inferius. Scio enim (inquit) non habitare in me, hoc est, in carne mea bonum. Et ipse Dominus hoc ipsum docens, dixit: Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: ut intelligamus homines secundum illam partem generare, secundum quā sunt filij huius sæculi, id est, secundum carnem. Et ideo tanquā filij Adę, & non tanquā filij Dei generant.

Quid sit uere peccatū originale.

Quomodo pater Christianus transfundit peccatū originale in sobolem.

Ioan. 7.

De immaculata conceptione B. uirginis.

Peccatum Adę transfijt actu, remansit reatu.

generant. Et sic tanq̄ irā filij, & non filij reconcilationis habētur. Donec enim uiuimus, filij Adę fumus secundum istum hominem, qui foris est, donec corrumpatur, & penitus moriatur: & sic efferbuerit atq; exarserit ira Dei.

Nota, Quomodo dicamur omnes in Adam peccasse.

Sed aiunt. Quomodo peccasse in Adam intelligimur, cum non essemus tunc, quum ipse peccauit. Et nos dicimus: Quomodo decimatus fuit Leui in lumbis Abrahę, qui pro illo dedit decimas Melchisedech, cum Leui tunc nondum esset. Erasmus ergo in lumbis Adę cum illud peccatū peccauit, & peccante illo etiam nos peccasse censiti sumus, quatenus in ipso, & in pacto donorū, continebamur. Et hæc satis nunc ad ea, quę Pelagianī mouebant contra peccatum originale. Non possunt item ipsi se defendere in eo, quod aiunt hęc loqui Apostolum de peccato imitationis, etiam alia ratione. Nō enim dixisset: Per unū hominem peccatum intraſſe in mūdum, & in omnes homines: quoniam (ut ipsimet fatentur) multi uixerunt absq; peccato, quos de iustitia commendat scriptura. Et de pueris, citra controuersiam eos imitatione non peccasse, conceditur. Quomodo igitur ipsi inueniuntur peccatores? Nam B. Paulus (ut mox uidebimus) asseuerat & peccatū & mortem regnasse etiam in eos qui non peccauerunt (quales sunt ipsi pueri) in similitudine præuicationis Adę. Insuper cum dicat pertransiſſe peccatum & mortem, de certo quodam peccato, & certa morte loquitur, ut & ipsi articuli gręci indicant. Non ergo potest de imitationis peccato intelligi. Non enim proprię peccatum illud & mors à primo parente pertransiſit, si nos imitatione peccaremus: sed nouum est nostrū peccatū, & mors, quę singulis peccatoribus ob propria delicta aduenit.

q̄ obomne

Præterea, dicit inferius Apostolus, iudicium fuisse ex uno peccato in condemnationem. & iterum: Quod unius delicto mors regnauit per unū. At si imitatione multi peccarent, non ueniret iudicium ex uno peccato, sed ex multis: neq; regnaret mors delicto unius, sed multorū. Adde, multos fuisse qui peccato nec de Adę peccato quicquam intellexerunt, neq; de ipso quidem Adam cogitauerunt, qui minime dici potest suggerere peccatum, sicut de diabolo dicitur. Quamobrem non proprię dicuntur imitatione peccasse, aut suggestione. Non deessent pleraq; alia argumenta aduersus hunc dicendi modum efficacissima, sed cum per se sit ineptissimus, satis superq; ex superioribus confutatur: præsertim cum uigeat in Pelagianos ecclesię sanctę definitio, quę confitetur originale peccatum propagatione transfundi, & negat imitatione contrahi: & ex hoc potissimum loco damnat aliter opinantes, quemadmodū in concilio Mileuitano constat, à sum. Pōtifficibus hac in parte cōprobato. Quare nos iam superius dictis contenti simus. Quosdam tamen esse non ignoramus, qui ista floccifaciūt, & qui mendacijs adinuentis etiam defendere hæreticorum partes conantur, ut & ipsi aliquid esse uideantur. Erasmus enim huic temeritati dedit initium,

Pelagianī ab ecclesia damnati

contra quem satis in nostro tractatu diximus.

Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo: sed peccatum non imputabatur, cum lex non esset. Locum hūc uariē interpretantur tractatores, & reuera diffcultatibus non uidetur carere. Nam si de actuali peccato est sermo, & Apostolus dicat illud fuisse in mundo usq; ad legem datam, primō non est admodū peruium, quid ad rem propositam hoc attineat: neq; satis est aperta non imputationis ratio ex eo tantum, quod nondum extaret lex illa Moseos. Erat quippe naturę lex, ex qua poterant & agnoscere peccatū, & quod improbē agētibz imputabatur peccatum. An non docuit ipsemet Apostolus superius, eos qui sine lege peccauerunt, sine lege perire? Sed aiūt quidam, quod non imputabatur ab ijs qui erāt insipientes: quāuis Deus ipse, quem nihil latere potest, imputaret. Verū nec hoc quidē satisfacere debet: quia etiam post promulgatam Moseos legem non defuerunt insipientes, qui non imputabāt peccatum. Præterea, non propter paucos, eosq; insipientes, dixisset Apostolus absolute, quod peccatū non imputabatur. Adde quod gręcē legitur absolute, tanquam regula. Sed peccatum non imputatur, cū lex nō est: quę lectio (ut ita dixerim) magis alior est, ut sic indicet rei naturam & cōuenientiam, quę est, nō debere imputari peccatum non existente lege, quę illud prohibeat: quod & superius dixerat. Vbi non est lex, nec præuicatio.

Locus diffilis, et attentius ne dignus.

De originali ergo peccato loquitur hęc B. Paulus, in quo totus mundus ignarus inuoluebatur. Et de hoc planius dicitur, quod erat usq; ad legē. Non enim ex illa lege uenit, cum ex Adam processerit, sed potius ex illa lege manifestatum est. Erat autem, & debacchabatur per uarias concupiscentias ante legem, absq; imputatione tamen. Nam quodcunq; ueniebat ex eo peccato ex necessitate fomitis impellentis, non erat æquum ut imputaretur tanq; nouum peccatum, quod parit secundam & æternam mortem. Erat tamen illa prima mors super homines ex ueteri peccato: unde ait.

Sed regnabat mors ab Adam usq; ad Moſen, etiam in eos qui non peccauerunt &c. Ne autem putares, peccatum illud penitus non fuisse imputatum, adiecit, quod regnabat illa mors (de qua iā dixerat) quę ab illo peccato uenerat. Regnauit autē usq; ad Moſen, ex eo quod tunc apparuit peccatum, & significata est medela peccati: ut inciperet illa mors amittere regnum. Nam tunc populus ille accepit legem, qua dictum est: Nō concupisces. Non enim poterat homo ex lumine quod habebat à natura, satis coniectare concupiscentię esse peccatum, ut inferius docet ipse Apostolus, dicens: Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Quid est dicere, nesciebam concupiscentiam, nisi nesciebam eius rei malitiam: Cum enim concupiscere carni, sit ei naturale, nec possit homo frenare illam ne concupiscat: imō nec possit absq; gratia, & gratiæ auxilio non consentire illi concupiscenti, proculdubio non poterat diuinare hoc esse malum, quod sibi

Nota

sibi à natura inesse perspiciebat. Quod enim naturale est, neq; laude, neq; uituperio dignum esse Philosophus docuit, & ratio uidebatur confirmare. Tamen si alia parte, cum ad superiorem hominis partem respiciebat, rei indignitatem cogebatur agnoscere: si tamen poterat in his tenebris cerere concupiscentię legem esse improbam, & in decoram tantę creaturę, quanta est homo. Sed qui poterat scire unde uenisset? Et ideō miser homo non ualebat agnoscere peccatum, nisi doceretur per legem, & a Deo desuper. Et cum non posset agnoscere esse peccatum, non poterat nec quidem cogitare (necdum optare) remedium. Et sic regnabat in eum peccatum, & eius mors usq; ad Moſen: quo tēpore & nosci, & simul coeptū est illi obuiari.

Nota de prouidentia Dei.

Verū hęc magnum exoritur dubium: dicit enim mihi quis. Ergo Deus usq; ad Moſen dimisit in eo peccato mūdum absq; remedio, ut propterea nullus potuerit habere salutem, & liberationē ab ea morte? Absit. Sed dicimus, quod quę erant remedia, non ueniebant ex lege naturę, nisi in eis qui per eam legem ira proficerent, ut per Angelos internam huius rei illuminationem mererentur, & uenirent usq; ad eam, quā lex Moseos dabat, notitiā. Nam tūc sibiipsis erāt lex: quancūq; uix etiam poterāt uenire ad limpidam originem cognoscendę mortis & uitij naturę, nisi uel traditione maiorum, uel certa reuelatio illius peccati uenisset a Deo, quę per paucorum erat. Cum igitur nō esset publicē datum remediū, neq; publicē illius peccati reſecta notitiā, rectē dictū est, quod mors regnabat etiam in eos qui non peccauerūt, in similitudine præuicationis Adę, idest, in eos qui non peccauerunt actualiter per seipſos, sicut fecit Adam, quales sunt habēdi ipsi pueri. Itaq; mūdus usq; ad legem passus est grassationem illius peccati: quāuis multi ab illo fuerint liberati, qui pertinuerunt potius ad legem gratiæ, quā ad legem corruptę naturę.

Sunt tamen qui sic exponunt. Regnauit peccatū in eos qui non peccauerunt, nimirum peccatum Adę. Redditur autem ratio, quare in eos regnauerit, cū ipsi non peccauerint: quoniam in similitudine præuicationis Adę, idest, in ea præuicatione similes inuenti sunt ipsi Adę, tanq; in quo omnes continebamur, & similes illi facti sumus, eius præuicationis participes. Hęc expositio uera est in se. An uerō eam ferat litera, ipse lector iudicet. Siue autē hæc, siue superior expositio eligatur (nam utraq; in idem recidit) notabis hęc differentiam temporū: hanc etenim Apostolus indicare uolebat. Ante legem derelictus est mundus sine doctrina illius peccati, ne fieret imputabile, cum nō esset tempus adhuc indicandi remedium. Postmodo per legem indicatum est peccatū, simul & remedium. Deniq; uerō per euangelium omnibus ultrō propinatum est. Non me latet B. Ambrosium legere hunc locum absq; negatione, & hoc magis probare. Dicit enim regnasse mortem etiā in eos qui peccauerunt in similitudine præuicationis Adę. Sed quis dubitare poterat, quod in

illos qui actualiter peccauerunt, sicut Adam, regnauerit mors? Cur autem dixisset Apostolus etiam in eos qui peccauerunt? cur dixisset etiam tanq; esset magis dubitabile, & minor ratio, ut debuerit mors regnare in illos? Quare prior lectio melior ueriorq; uidetur, nisi fortē illud, etiam; abundet, & non sit in textu.

Quod autem dicitur Adam esse forma futuri, sic intelligitur, uel quod in illo figurati sunt posterī, qui censentur cum illo peccasse: Vei (quod magis placet) quia ille fuit quodam modo typus, ad quem Deus futurum Adam, idest, ipsum CHRISTVM redemptorem nostrum aptauit, sed conuerso modo, nempe: Vt sicut ille perdidit, Ira CHRISTVS saluos faceret. Ille inobedientia & peccato: CHRISTVS obedientia & iustitia. Ille gustando dulcem fructiferi ligni cibum: CHRISTVS gustando ligni sterilis amarum. Et sic facile est inuenire alias huius antidoti admirabiles congruentias. Addit tamen.

Sed non sicut delictum, ita & donum &c. ne putaremus per omnia conuenire typum: ideō hic declarat excludi Adam priorem à secundo Adam: quoniam non tantum nocuit ille, quantum profuit iste. Vnde ait.

Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis IESV CHRISTI in plures abundauit. Græcē uerius legitur, in multos, nō in plures. Est ergo dictum Apostoli, quod licet unius delicto multi mortui, tamen gratia Dei, idest, donum illud iustitię, propter gratiam unius hominis IESV CHRISTI, abundauit in illos multos, hoc est, uis gratiæ in bonū excessit uim delicti, quod erat in malum. Hęc uerō nota quod non audet asserere omnes mortuos per Adam, sed dixit, multos: fortē uolens seruare se ab immaculatissima VIRGINE Dei Matre. Nec alienū uideri debet, si ita (Spiritus sancto autore) prospectum esse futuris quęstionibus existimaremus. Porro declarans in quo excesserit gratia, ait:

Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Credo hoc in loco, et; (sicut solet) accipi pro; quia; ut declarentur dicta superius, & sit hic sensus. Quod enim gratia & donum multo magis abundauerit, hinc probatur: Quia non sicut per unum peccatum (supple tu) meritō ueniebat iudicium in omnes, ita per CHRISTVM ab eo tantū peccato uenit meritū iustificationis in omnes. Nos .n. a multis delictis illi peccato superadditis meruit CHRISTVS iustificare. De merito enim hęc loqui uidetur Apostolus, & non de facto, cū seipsum declarans dicat.

Nā iudicium quidem ex uno in condemnationem. Nō audet dicere fuisse pronunciatam damnationē, sed quod secundum meritum iudicium erat sic dispositum ad condemnationem, propter illud unum tantum delictum. Donum autem ex multis delictis ad iustificationem, hoc est, donum Dei per CHRISTVM dispositum fuit ut daretur, nō ad iustificationem tantū ab illo delicto, sed à multis delictis. Et sic patet quō meritū CHRISTI ad bonum,

Nota de gratia Christi, si conferatur cū peccato Adę.



bonum, extendat se ad plura peccata, cum demeritum fuerit tantum ex uno peccato. Non me la- tuit græcè hūc locum aliter legi, uidelicet: Et nō sicut per unum peccatorem. Sed nostra lectio mihi uidetur uerior, ut sit sensus, Magis etiam de facto profuisse, quod habuit CHRISTVS in meritis pro nobis, quā obfuerit quod ex demeritis Adæ de facto contigit aduersum nos: quod & probat subdens.

Si enim unius delicto mors regnauit per unum &c. Ecce quomodo obfuit peccatum illud: quia mors regnauit per illud peccatum in multos. Sed econuerso, uide quomodo qui acceperunt abundantiam gratiæ & iustitiæ, habeant uitam, in qua multo magis regnant per unum. Ecce, expendamus conditionem mortis illius, & regni eius, quæ mors accidit ob peccatum: & conferamus cum illius uitæ conditionibus, & regni eius uitæ, quæ nobis confertur per CHRISTVM. Mors enim illa non erat perfecta mors, nimirum secunda illa, quæ aufert omnem uitam, id est, uitam gratiæ beatam, & uitam hominis foelicem, ut homo est. Illa enim mors quæ ex illo peccato nobis accidit, & si amputat uitam gratiæ, non tamen uitæ humanæ suæ aufert foelicitatē. Ideo pueri (ut iam diximus) etiam si in eo peccato moriantur, ac propterea non sit illis aditus ad uitam æternam, tamē non carebunt humana foelicitate, sicut credibile est. At uita beatorum perfectissima erit, omnem concludens foelicitatem. Adhæc regnum illius mortis fuit temporale regnum. Regnauit, n. usq; ad Moſen (sicut declaratum est) & cœpit destrui ostenso morbo, & indicato remedio, & hoc magis in aduentu CHRISTI. Quod si etiam regnauit in multis, in eos, in quos regnauit, habuit temporale regnum, scilicet, usq; ad iudicium. Nam tunc mors ex illo peccato ueniens eliminabitur in sempiternum: nec erunt tunc ulli filij iræ, nisi qui ex nouo & proprio peccato rei inuenientur æterni delicti, Nam pueri qui decesserint absq; gratia Dei, & ipsi quoq; instaurabuntur: & si non ad gloriam in cœlis, ad suam tamen foelicitatem in terris, ut nonnulli Theologorum non temerè crediderunt, & sic non penitus filij iræ inuenientur. Possumus autem hoc in loco (cum de accipientibus abundantiam gratiæ, & donationis iustitiæ sermo est) intelligere de his, qui præcipui sunt acceptores donorum secundum Spiritus abundantiam, qui & prædestinati sunt coram Deo: qui bus ita dispositum est regnum, ut nullo modo ab eo diuelli possint ob eximiam gratiam, quam de creuit eis impartiri Deus per IESVM CHRISTVM. Sequitur.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Postq; declarauit in quo typus excidatur, nunc in quo conueniat exponitur. Et primo quoad meritum: Secundo quoad effectum. Et de merito quidē ait, Quod sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Ecce hîc manifestè deest uerbum (quia de merito loquebatur, non de facto) quia condemnatione illius peccati suspensa est propter decretam repa-

rationem. Erat autem huius delicti meritum, ut sententia in omnes homines procederet ad condemnationem: nec propterea sequitur, quod ita de facto fuerit. Vnde quidam ex hoc loco ineptè inferunt, Beatissimā VIRGINEM subiaccuisse illi peccato. Ineptè inq; si quidem nō aliud hîc probatur, nisi quod meruit subiaccere, ut Adæ filia: quod nemo negat. Sicut econuerso, cum dicitur: Sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem. Apparet enim de facto per CHRISTI iustitiam non omnes fuisse iustificatos. Ergo de merito loquitur Apostolus, ut sit uerus sermo ipsius. Nam si quod dicitur, in omnes homines, cum de Adæ peccato est sermo, simpliciter (ut uis uerborum significat) intelligitur: sic profectò debet pariter intelligi, cum est sermo de CHRISTI iustitia, illud idem quod dicitur, In omnes homines. Nam hoc restringere ad regeneratos tantum, siue ad prædestinatos, aperte uiolat literam, & destruit conuenientiam typi. Apostolus enim æqua lance ista disponit, uidelicet delictum Adæ cū iustitia CHRISTI, quod sicut illud delictum in omnes homines, ita hæc iustitia in omnes homines. Sed iustitia nō de facto in omnes homines, sed de merito: ergo & delictum de merito, ut similiter de utraq; dictum uerificetur. Quia sicut meritum Adæ per delictum extendebatur in omnes, ita CHRISTI meritum per iustitiam extendebatur in omnes, modo in omnes applicaretur. Quod si non applicetur omnibus, per ipsum non stetit: sicut nec per Adam stetit, quo minus applicaretur sui delicti meritum in omnes. At nos cū omnibus pñs credimus, sanctissimam Dei Matrem per eximiam CHRISTI filij eius Domini nostri gratiam fuisse exemptam. Per gratiam, inquam, non per naturam: ne quis calumniatur, nos illam facere CHRISTO filio parem, qui ex sui ipsius natura hoc habuit, ne ulli prorsus peccato posset subiaccere: Mater uerò ex gratiæ dono in gratiam Filij, ut decentissimum erat. Sed nos de hac re alibi. Nam cum de efficacia peccati Adæ, & iustitiæ CHRISTI loqui uoluit Apostolus, addiecit.

Sicut enim per inobedientiam unius hominis etc. Ecce hîc, quō multos opponit multis. Non enim dixit, omnes constitutos peccatores per Adam, sed multos. Et similiter per CHRISTVM, non omnes constitutos iustos, sed multos. Loquitur enim manifestè de ijs, qui effectū ipso constituti sunt tales, hoc est, uel peccatores per Adam, uel iusti per CHRISTVM. Nam de CHRISTO Iſaias palam ait: Iustificabit ipse iustus seruos meos multos. Sequitur.

Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Quoniam dixerat, legem non solum nō iustificare coram Deo, sed iram etiam operari: & hoc uidebatur pertinere ad suggillationem Dei, qui rem nō inuult, sed in super noxiā per seruum suum Moſen introduxerit: hîc aperiens Dei prouidentiam, diuinum cogitatum plenum misericordiæ & æquitatis detexit. Ait ergo: lex autem subintravit, id est, quasi latenter & obiter irrepſit, tanquā non ad rem faciens, hoc est, ad ipsam iustificationem,

Nota hæc, quō Apostolus nō de facto loquitur, sed de merito.

Iſa. 53.

Nota ad quā data fuerit la-

nem, quod tamen erat intentum Dei principale, sed hoc fuit, ut abundaret delictum. Ad talem. n. finem ualuit illa, & hoc Dei ordinatione factum est, non ut huiusmodi esset finis legis, uidelicet, peccatum, sed abundantia gratiæ, quæ superabundaret, ubi abundasset delictum: quod accidit Iudeis, quibus data est lex. Ipsi enim supra modum ob acceptā legem constituti sunt peccatores: ideo abundauit in eis delictum.

Quo Deus uelit peccatum.

Nec metuendum est cōfiteri Deum uelle peccatū, ut & B. Augustinus ait. Non quia ipse uelit peccatum, ut est peccatum & malum, sed ut bonum est, puta, ut est uel pœna peccati, & uindicta in reprobos (sic enim intenditur à Deo, & bonum est, non malum) aut ut ipsum peccatum est occasio ad bonum in dilectis & electis suis, ut ce-dat in gloriam suam. Et sic Deus uult interdum, atq; intendit peccatum hoc pacto, dum id præcipit, quod uidet hominem non facturum, qui tamen putat sua superbia se posse facere, ut agnoscat miseriam suam, & certò compertum habeat se non posse facere, & sic humilietur, & confiteatur, & deprecetur, ut consequatur misericordiā, & facultatem faciendi. Sic non solum permisit negare Petrum, sed etiam uoluit, & hoc intendit, derelinquens eum propriæ fortitudini & uiribus ob præsumptionem eius, idq; meritissimè. Sed factum fuit misericorditer, quo ille sese, & infirmitatem suam agnosceret, & humiliaretur, & cōfiteretur, & conuerteretur, & sanaretur, & disceret erga alios esse misericors. Et hac prouidentia usus est Dominus erga mundum ad domandam eius superbiā. Dimisit enim illum ingredi uias suas, ut re ipsa uideret, se nihil boni posse facere sine illo, sed plurimum mali. Et Iudeorum populo, quem peculiariter dilexit, etiam ut magis abundaret delictum, per legem prouidit, ut peccatum concupiscentiæ agnosceret, id est, morbum suum: ut miser homo nolens transgredi, & nihilominus transgrediens, uerè recognosceret suam in foelicitatem, & curreret ad medicū & medelam: & tunc abundaret misericordia Dei.

Attamen sunt qui exhorrent confiteri, Deum quouis modo intendere peccatum, & uolunt ly; ut; consecutiue, non causaliter accipi. Et non uident quod si Deus præcipiat alicui quicquā quod ille non potest efficere, ex ipso præcepto consequenter peccatum uult, & intendit. Non dico quod ipsa lex intendat hoc: quia non est legis intendere malum, sed bonum: quāq; lex ipsa nō intendat quicq; sed legis auror. Non autem poterat lex impleri, sine gratia CHRISTI: gratia autē non ueniebat sine confessione peccati. Confessio autem non exculpebatur absq; cognitione ipsius peccati. Cognitione autem propter superbiam hominis, non poterat prouenire absq; præuaricatione & transgressionem. Præuaricatio autem & transgressio non erat absq; lege. Ergo de industria data est lex, ut peccatū inualesceret, & hoc homo agnosceret, & humiliaretur. Ergo non intēdit peccatum Deus, ut peccatum, & ut deordinatio est, sed in remedium propter conditionem hominis

Nota hæc diligenter.

malam & proteruam, ut constitueretur in dispositione ad accipiendam misericordiam: quod sola facit agnitio, & confessio peccati, & humilis prostratio sui ipsius coram Deo. Tūc enim accipit, & effundit ille misericordiam suam, ut est in parabola de filio prodigo. Neq; tamen sic usus esset peccato nostro Deus ad bonum, nisi in eum statum homo semetipsum cōiecisset, ut iam esset necessarium ad salutem apparere peccatum, & consequenter peccare, ut per hoc magis pateret infirmitas: & nos aliquando agnosceremus nos ipsos infirmos, & (sicut diximus) curremus ad medicum & medelam. Nam (ut rectè inquit B. Thomas) etsi morbus corporalis medelam possit suscipere etiā ipso ægroto nesciente, aut etiā inuito, non sic tamen est de morbo animæ spirituali, qui uenit ex culpa propria contra Deum. Nisi enim homo infirmus morbum animæ suæ agnoscat, & pœniteat, & oblatam recipiat: imò etiam petat medelam, honorans medicum, non saluabitur. Sic ergo necessarium fuit ut abundaret delictum, & sic legem dari, qua lata fierent transgressiones, & agnosceretur status morbi: & ita desideraretur medicus & medela, & consequenter sic legitime obueniret ægrotantibus salus. At ab initio, cū esset homo in statu integro, nequaquā necessarium erat peccatum, nec à Deo fuit ulla de causa intentum, ut rectè docet B. Augustinus. Vnde quod canitur in ecclesia. O uerè necessarium Adæ peccatum, Non est absolute intelligendum, sed ex suppositione, id est necessarium ad ostensionem diuini illius excellentis erga nos amoris, quæ ostensio non fuisset, nisi Adam peccasset. Sed ostensio illa non erat conueniens, nisi peccato posito, & peccatum illud nullo modo tūc erat desiderabile, nec dignum ut à Deo quouis modo intenderetur, ad ostensionem illam suæ misericordiæ. Quis enim sapiens pater intendat filij existens in iustitia, & non proterui, cōtumaciā, ut ostēdat suā erga illū misericordiā? Aut quis intendat periculum ullum eius qui bene habeat, ut liberet eum ab illo: Proculdubio inconuenienter talia & cogitantur, & dicuntur. At iam facto filio rebelli, & contumace & proteruo, & hoc non ex patris prouidentia & deliberatione, sed mala illius uoluntate, potest quidem pater consultò, & de industria, nec sine prudentia, talem filium dimittere ut incidat in pericula, & miseras: imò & occasio nes honestas ea ratione præbere, ut sese tandem cognoscat, & reuertatur, & respiscat, & imploret ueniā, & indulgentiam paternam, & obtineat. Hoc igitur fuit consilium diuinum (exortò iam à culpa nostra peccato) ut per legem cresceret, ut sic agnosceretur, & ueniam mereretur, & gratiæ abundantiam. Vnde ait.

Vt sicut regnauit peccatū in mortem, ita et gratia, etc. Non est dicendum, in mortem, sed, in morte: quia peccatum & infirmitas illa non erat ad mortem iam parato Redēptore: sed dicit, in morte, id est, in illa priore morte, quæ non erat perfecta, sicut declarauimus. Regnum enim illius peccati erat in ipsa morte gratiæ, usq; ad aduentum medici. Moses enim

Differētia inter morbum corporis & animæ, & hominē medicū, & Deū medicum.

Ad peccatum quomodo necessarium.

enim non fuit medicus, sed fecit potius ut per legem inualesceret peccatum, & morbus peccati. Solum in lege prophetauit de illo, per quem mundum erat peccatum, & ipsa mors, & loco peccati & mortis, restituenda iustitia, & uita gratiae, quae regnaret ad uitam aeternam per ipsam iustitiam, & per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum. Quo in loco considera statum, in quo positi sumus per CHRISTVM: quia prius regnabat peccatum in morte, ut non possemus non peccare. Nunc regnat gratia per iustitiam, ut non cogamur peccare, nisi dederimus nostra sponte manum peccato. Et quidam etiam propter eximiam gratiam Dei, peccare non possint ad mortem.

## Cap. VI.



Vid ergo dicemus? Manebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuimus in illo? An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in CHRISTO IESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo CHRISTVS surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum CHRISTO, credimus quia simul etiam uiuimus cum illo: scientes quod CHRISTVS resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & uos existimate, uos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo in CHRISTO IESU.

Quoniam ex Apostoli doctrina male accepta, quidam prauas consequentias colligebant, & aiebant. Si commendatur gratia Dei ex abundantia peccati, ergo peccandum est, & non est suscipienda medicina, sed manendum est in peccato, ut abundet gratia. Respondens B. Paulus, primum abominans talem conclusionem, ait: Absit. Tum affert rationem, ut inualidum argumentum ostendat, dicens.

Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuimus in illo? ut sit sensus. Qui in bono statu existunt, non debent intendere in malum, sed quiescere a malo: nec debent sperare uitam in eo, unde est per se mors. Prius enim quam reciperet homo gratiam Dei, cum esset in aegritudine, & uiueret peccato (quod super eum iuste dominabatur) Dei benignitas interim procurabat illi uitam, licet peristeret in illo peccato, quin & peccatum peccato

adderet, nec aliter facere posset. Subsistentabat autem illud peccatum Deus, ne in suum effectum (qui est mors secunda) erumperet, usque ad exhibitionem medicinae in mente diuina iam preparatae, & usque ad recuperationem sanitatis, tanquam conuiuens inderim, & dissimulas delicta. Nam coram Deo quodam modo uiuebat adhuc homo (quanquam infirmus) quia positus erat in eo statu, ut acciperet medelam sua die, paratam sibi ab ipso Deo. Ergo ubi iam uenit gratia, & reddita est sanitas per medicum & medicina, minimè peccandum est, ut gratia abundet: sicut nec ab initio, cum esset natura integra intendit Deus peccatum hominis, ut ostenderet abundantiam gratiae. An ullus unquam peritus & fidelis medicus confuleret homini prospera corporis ualitudine utenti, sese ut crapulae dedat. Egri tudinemque incurrat, quod suae in eum artis exercenda postmodo habeat occasionem? Hoc sane uir prudens nunquam committeret. At postquam is qui sanus erat, in grauem aliquem morbum propria culpa incidit, quaedam ei de industria indulget, imò etiam praebet (quae aliàs per se ipsa essent noxia) eò quod nouit per medicinam, quam parauit, illa omnino uomitanda, seu eicienda quocumque alio modo: nec posse aliter euacuari, nisi plura sic fuissent simul congesta. Recepta uero iam sanitate per medelam, sapiens medicus non iam permittit aegrotum ut quicquam tentet, quod ad distemperantiam humorum faciat, ac denuò aegritudinem inducat: imò hoc ipsum instantissimè prohibet, ne forte etiam in peiorem conditionem recidat. Et hanc prudentiam CHRISTVS nobis ad huius rei doctrinam manifestauit, quum hominem illum, quem sanauerat ab infirmitate, offendens in templo, dixit. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat: quoniam recidiui grauius ac periculosius postmodo laborant. Hanc doctrinam noui haeretici omnino ignorant: sed perinde docent, ac si semper homo in priori statu maneret, nihil sanitatis in baptismo recipiens, nec ullum Spiritus donum. Sequitur.

An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus etc. Mirabili doctrina hoc ipsum nobis Apostolus ex typo ostendit, in quo ut id cernas, aduerte diligenter, eos qui baptizantur CHRISTI Baptismo, in CHRISTVM IESVM baptizari, id est, quodam modo induere illum, ut in eo maneat, sicut de illo nobis mystica significatione declarat scriptura. Cum igitur baptizamur in illum, non nisi in illum crucifixum, & mortuum baptizamur: quoniam in mortem ipsius baptizamur, hoc est, ipsam eius mortem, ac sepulturam illa immersione commemorantes & significantes. Hoc autem non aliud est, nisi profiteri effectum suae mortis in nobis, qui est mors peccati. Ergo quicumque baptizamur sic in CHRISTVM intrantes, ita morimur peccato, sicut ille mortuus est ad delendum illud. Et sicut a corruptibili uita illa, quae erat quaedam mors, liberatus fuit moriendo: sic & qui in illum ingreditur, debet effici liber a priore conuersatione, qua satisfacerebat peccato. Et sicut sepultus est ille post mortem, & tres dies mansit usque ad resurrectionem,

Nota pulcherrimum typum in baptismo conditionis Christianae.

ad resurrectionem: sic & sepultum oportet manere corpus peccati, quod est caro haec nostra putida, condita tamen aromatibus, id est, odore bonorum operum, & spe resurrectionis futurae, donec appareat illa perfecta resurrectio: & interim reliquum temporis, abiectis prioribus desideriis, uiuamus Deo. Unde declarans haec, ipsemet ait.

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut sicut idem CHRISTVS resurrexit per gloriam Patris, non ad ueterem uitam, ut ulterius satisfaciatur peccato (quod fecit semel) sed in uitam nouam, incorruptibilem, gloriosam, ut uiuat Deo in sempiternum, nunquam moriturus. Sic & nos post extinctionem peccati, debemus in uitam nouam resurgere, sine corruptione peccati ambulantes cum illo inculpabiliter & innocenter, quadraginta dies, id est, perpetuum uitae nostrae tempus, usque ad ascensionem cum illo, sicut post resurrectionem ille fecit cum discipulis suis. Tantundem enim temporis nobiscum manet Dominus, ut nobis illuceat.

Quonia si complantati (melius coinstituti, ut habet graeca uox) facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Nam perinde ac si infereremur in corpore CHRISTI ad nouam uitam, in ipso baptismo commemoratur praeterita uitae, quae fuit in peccato: ut sicut ille resurrexit in gloria, sic & nos aliquando cum illo. Nam, quod institutum est, & manet in eo in quo est institutum, ab eo accipit uigorem uitae, & eius uitam merito consequitur. Et amplius declarans, addit.

Hoc scientes, id est, hoc scire debentes, quod uetus homo noster, ipse Adam, in quo eramus omnes, crucifixus est nimirum cum CHRISTO in eo corpore. Et propterea nos extincti sumus, quatenus peccatores eramus cum illo, & in illo: quia CHRISTVS illum hominem, & nos omnes posuit in carne sua, ut sic cum illa destrueretur totum corpus peccati, & omnis eius uis, ita ut non sit nobis necesse ulterius seruire peccato: quoniam regnum suum perdidit.

Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato, id est, CHRISTVS qui se peccatorem constituit pro nobis, & reum, soluto debito per mortem, & unam sui ipsius hostiam, iustificatus est a peccato, scilicet, ut non teneatur amplius ad soluendum, & sic moriendum pro illo, quod semel fecit. Unde iustus est factus, ut uiuat Deo. Sic & omnis qui in illo est baptizatus, inuenitur mortuus cum illo, & sic iustificatus est a peccato: quoniam peccatum nullum ius in eo habet, ut iure ualeat dominari, cum sit solum illud debitum.

Ubi nota, peccatum habuisse ius in ipsum CHRISTVM, & in nos, sed uario modo. In CHRISTVM quidem uolente illo habuit ius afficiendi eum morte, ut pro peccatis nostris satisfaceret. Hoc enim ille in se recepit uoluntarie mandante Patre. In nos autem uelimus nolimus, habuit ius ut teneret obnoxios sibi ad fructificandum, donec sibi satisficeret. Et sicut CHRISTVS moriens semel, iustificatus est a peccato: quia satisfecit illi, nec rediit rursus in priorem conditionem.

nem, ut amplius esset moriturus, sed excitatus est ut uiuat Deo: sic qui in illo semel iustificatus est, in eandem conditionem transfertur, tanquam iustificatus a peccato, ut non debeat ulterius seruire peccato, sed Deo, & in gloriam eius: cum in eius gloria excitatus fuerit. Sicut CHRISTVS, qui ut resurrexit ex mortuis, iam non fuit amplius morti obnoxios: quia semel soluit (ut diximus) quod peccato quodammodo debebatur. Ergo in hoc typo similiter considerandi sumus, ut tales inueniamur, quales esse debemus, uidelicet, in CHRISTO propter peccatum moriente, mortui peccato: & in CHRISTO resurgente & uiuente propter Deum, similiter & nos ex resurrectione a peccati, mortisque dominio liberati, uiuamus seruientes Deo, & uiuentes illi.

Si autem mortui sumus cum CHRISTO, credimus, id est, fide tenemus, quod simul uiuemus cum illo. Hic uita gratiae: in caelis uita gloriae, de qua uita hic intelligit. Scientes quod CHRISTVS resurgens ex mortuis, iam non moritur etc. Ostendit typum commutationis nostri status ipsum Dominum, ut in qua conditione simus, intelligamus. Ille enim semel mortuus est pro peccato: Sic & nos debemus semel mori pro peccato in baptismo: & ita non amplius peccare, sed Deo uiuere, sicut ille. Quod ipsemet aperte declarat, subdens.

Sic & uos existimate etc. Clara est litera. Illud solum notandum, quod ubi nos legimus: Quod mortuus est peccato, mortuus est semel. Graecè melius legitur. Quod mortuum est peccato: & intelligitur de corpore CHRISTI. Nam illud uerè mortuum est peccato, ad extinguendum illud. Sed sensus idem est. Hanc eandem doctrinam nobis tradit B. Petrus. CHRISTO igitur, inquit, passo in carne pro nobis, & uos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desit a peccatis, ut iam non desideris hominum, sed uoluntati Dei, quod reliquum est uiuat temporis. Ecce ut CHRISTVS proponit nobis tanquam peccatorem, & peccatorum typum gerentem: qui postquam passus est in carne pro peccatis, desit a peccatis, id est, desit esse mortalis & passibilis, seruens illo modo peccato, quod satisfeceret ei. Factus est autem postquam peccato satisfecit, impassibilis, & immortalis ut Deo seruiat, non ulterius peccato, propter quod semel est mortuus. Eadem igitur cogitatione armandi sunt omnes qui baptizantur, uidelicet, ut intelligant se fuisse peccato obnoxios: qui et seruiebant concupiscentiis eius, usque ad mortem illam, quam profiterentur in baptismo cum CHRISTO. Postquam uero iam satisfecerunt debito, quo seruire peccato cogebantur, & ad nouam uitam promoti sunt, permanere debent in ea, & non implicari denuò sub eadem miserima seruitute: sed diligentissimè praestantiam noui status considerare, & in eo permanere. Unde Magnus ille et sanctissimus Pontifex Leo. Agnosce o homo dignitatem tuam, & diuinae consors factus naturae, noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione redire.

1. Pet. 4.

Quodnam ius habuit peccatum in homines.

Non ergo regnet peccatū in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sed neq; exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete uos Deo, tanquā ex mortuis uiuentes: & mēbra uestra, arma iustitiæ Deo. Peccatū enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendū, serui estis eius? cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediōnis ad iustitiā? Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructū habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrū in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei uita æterna, in CHRISTO IESU domino nostro.

Exhortatio ad perseverantiam in noua uita.

Hæreticorū dolus, cum prementur claris scripturæ testimonijs.

Non ergo regnet peccatum &c. Hactenus hic locus confundit aduersarios, qui negant sublatum baptismo originale peccatum: & aiunt nobis adhuc dominari, ut non ualeamus non peccare damnabiliter, sed solum non imputari nobis peccatum. At ex apostolica istius loci doctrina nouus colligitur Christiani hominis status, à quo uita pura & immaculata in CHRISTO exigitur: quā si renatus homo prestare minime posset, longè sit status iste deterior priore, in quo peccati abundantia superabundantiam gratiæ inuenit. Hęc autem gratiæ abundantia nedum præuarianti in hoc nouo statu non promittitur, sed contrā, peccatorum potius abundantia. Non eouq; stupidi sunt hæretici, ut hæc absurdissima non uideant. Itaq; nescio qua fronte, eandem cum nostra interpretationem ad hunc locū afferunt (nec enim tergiuersatione ulla potest hic locus in alium sensum torqueri) sed quasi non inde iugulentur, calidè dissimulant. Sed ijs missis, rem nostram prosequamur.

Postquam nos de statu, in quo per gratiam sumus, erudiuit Apostolus, uidelicet, insiti in CHRISTO, in morte & sepultura peccati, & in resurrectione nouæ uitæ: unde sequitur quod iā excitati à mortuis, & secundū uitam gratiæ facti famini, non debemus ulterius relabātes sperare abundantiam gratiæ, ad hoc ita nos hortatur.

Non ergo regnet peccatum, &c. idest, fomes &

concupiscentia, quam uocat peccatum: quia ex peccato descendit, & in ea peccatum agnoscitur. Non enim omnino extinguitur per baptismum, & communem gratiam: nec tamen uerè est peccatum, nec ullam peccati rationem habet cum adest gratia, quæ non potest esse simul cum peccato, licet peccati nomen hæc concupiscentia retineat: quia ex peccato uenit, & ad peccatum urget, & omnino morbus est & uitium, in quo antiquum peccatum conspicitur. Non autem uerè est peccatum, quia est in carne, non in mente: nec imputabile est ijs qui sunt sub gratia, qui illi non consentiunt uoluntate. Sublatū est enim debitum habendi primam iustitiā: sublatum, inquam, per CHRISTVM.

Quod concupiscentia que est in carne naturalis, uerè non est peccatum.

Hęc diligenter animaduertere debet prudens lector, propter nouā et insanam hèresim, quæ docet per baptismum non esse sublatum peccatum. Prudentissimè igitur hortatur Apostolus dicens. Non ergo regnet peccatum: et non dixit. Non habeatis illud, idest, talem fomitem & concupiscentiam, ut noui fatui dogmatizant, qui ponunt in baptizato hoc peccatum etiam imputabile, quāquam non imputetur. At B. Paulus ait: Non regnet, idest, & si pugnet, & ualeat, non tamen præualeat aduersus spiritum. Nam ne sit, & ne pugnet (secundum communem gratiæ statum) impossibile est. Vnde dixit dilectus, Si dixerimus quod peccatū non habemus, nosipso seducimus, & ueritas in nobis non est: proculdubio de hoc comedite et concupiscentia intelligens, ut planè procedat illa sententia. Non ergo in uolūtate nostra est ne sit, aut ne pugnet, sed ne superet: hoc in nostra est potestate, per gratiam CHRISTI tamen, quā Dominus nulli negat, nisi ijs qui proprio delicto illa sese indignos constituerūt, et excisi sunt à CHRISTO. Sed qui manet in Deo non peccat, licet habeat peccatū, ut ait idem Dilectus. Aliud est enim peccare: aliud peccatū habere: et aliud reum peccati teneri. Habere enim potest quis peccatum, & non peccare, nec peccati reum teneri: quoniam habere peccatū, est esse in ea conditione concupiscenti: cui si non consentimus, non peccamus, nec ulli damnationi subiicimur. Vnde Apłs declarat ubi non debeat regnare peccatum, nimirum.

Lutherana heresis.

Nota.

In uestro mortali corpore: quia in corpore, & in carne proprie hoc malū est, quod repugnat menti: ut apertè ipsemet docet seq. c. ubi ait habitare hoc malum in carne. Et declarat quomodo regnet peccatum hoc, scilicet concupiscentiis eius obediendo per consensum mentis. Vnde B. Iacobus. Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum uerò cum consummatum fuerit, generat mortem. Vnde B. Paulus cauens ne concipiat concupiscentia hæc, & tandem pariat, ait.

lac. 1.

Neq; exhibeatis membra uestra arma, idest, instrumenta iniquitatis peccato, idest, ipsi concupiscentiæ. Et per membra intelligit omnia organa siue animæ, siue corporis, quibus utitur anima ad aliquid agendum, aut faciendum: Sed exhibeatis uos, idest,

idest, uoluntatem uestram, Deo tanquā ex mortuis uiuentes, idest, sicut dignum est eos facere, qui ex mortuis surrexerunt, ne ulterius moriantur. Hoc enim facere summa diligentia debent, nimirum, cauere postmodo periculum mortis, à quo semel euasere, cum, ne in illud iterum incidant, potestatem acceperint, imò & obligationem contraxerint. Quo in loco nota, quod uoluntas censetur totus homo: quia est regina & domina. Et qualis illa est, talis homo censetur, siue bonus, siue malus. Ideò primum dicit. Exhibete uos, idest (sicut diximus) uoluntatem uestram. Nam cæteræ potentia et uires hominis obsequuntur illi: ideò addit. Et membra uestra arma iustitiæ Deo. Eleganter arma iustitiæ armis iniquitatis opposuit. Nam per iustitiā, omnem uirtutem intelligit, quæ Deo, & proximo suum ius tribuitur, uidelicet, pietas & æquitas. Et contrā, per iniquitatem, intelligit omnem uitium. Sic & Deum, cui seruiendū est, opponit peccato, idest, concupiscentiæ, cui seruiunt inimici Dei: quia sapientia carnis est inimicitia in Deum. Ne quis uerò pugnantem laborem frustra suscipi ob uictoriæ adipiscendæ difficultatē, obijcere posset, hoc remouet Apostolus, & militis christiani animum certa superandi pollicitatione erigit: dicens.

Peccatum enim uobis non dominabitur. Loquitur autem hic de isto malo & peccato, tanquā sit aliquid extra nos, & aduersarium nobis: quoniam est in carne, non in mēte. Caro autem (quæ homo exterior dicitur) aliter quidam homo cēsetur à mente, quæ dicitur homo interior apud B. Paulū, qui renouatur de die in diem. Exterior autem homo de die in diem corrumpitur: quia secum uitium habet, quo semper pugnat aduersus interiorem hominem. Non enim quandiu istius uitæ mortalis cursum tenemus, etiā in baptizatis, extinguitur. Quamobrem non dixit; non erit; quia in baptismo non tollitur: nec dixit; non imputabitur, tanquā sit imputabile post adeptam gratiam homini humiliato, & cōfidenti miseriam suam: sed dixit, non dominabitur: quia per gratiam & auxiliū Dei poteritis ei resistere ne præualeat, quod satis est militanti sub CHRISTO: unde adiecit.

Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Est homo sub lege, cum ita ei peccatum dominatur, ut nequeat resistere concupiscentiis eius: & nisi minis, ac terroribus legis terreretur, omnino etiam in exteriora facta erumperet. Sub gratia uerò est, qui spiritu Dei actus, eius amore frangit has improbæ concupiscentiæ uires, ne in actum prodeat: quia charitas Dei foras mittit timorem. Rursum Apostolus ne quis ignauus audiēs se esse sub gratia, hinc ad peccandum caperet occasionem, tanquā indulgentiam facile consecuturus, hoc argumentū adducit, quo excitari poterant ignaui ad nequitiam, aieni.

Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? quod abominans respondet.

Absit. An nescitis, quoniam cui exhibebis uos seruos ad obediendum &c. Directò hæc Apłi doctrina confundit nouorum hèresicorū dogma, qui Dei gra-

Nota cōtra nouum hæreticorū dogma.

tiam cū peccato posse constare prædicant: quoniam, secundū Apostolicam doctrinam, qui peccant in gratia Dei existentes, amittunt eam, et rursus fiunt serui peccati. Quisquis enim se exhibet ad obediendū alicui, eius seruus fit, siue peccati, idest, ipsius concupiscentiæ, per quam peccauit, cuius finis est mors, siue obediōnis, idest, præcepti diuini, cui obediuit: cuius finis est iustitia: quoniam in ea obediētia iustificatio perficitur. Nam in hoc apparuit gratia Dei (ut idem ait) omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iuste, & piè uiuamus in hoc sæculo. Quæ si non facimus, in deteriorem nos statum conijcimus, sicut B. Petrus testatur. Melius erat illis, inquit, non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitā retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Sequitur.

Ad Tit. 2.

2. Pet. 2.

Gratia autem Deo, supple tu, est, aut debetur, quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Clarus est sensus. Non enim agit gratias Deo, quod fuerint serui peccati, sed quod cum prius essent serui peccati, illa turpissima seruitute repudiata, obediuerūt ex corde in eam formam, siue in eum typum doctrinæ, qui fuerat illis ostensus, et is accipitur in CHRISTO. Ipse enim exemplū dedit nobis, ut quemadmodū fecit, ita & nos faciamus. In quem typū traditi iam erant Romani per B. Petri prædicationem & Barnabæ, qui autem B. Paulum Romā iam peruenerant: etsi impudētissimi quidam hæretici negent hoc tam constans, totq; sæculis iam receptum, totq; ac tantis ueterum autorum testimonijs confirmatum, atq; eorū reliquijs, quæ perpetua obseruantia custoditæ sunt, cunctis hominibus persuasum. Sed audi eorū rationem: quia hoc, inquit, non habetur in scripturis: quasi scripturis debuerint omnia committi. Quo argumento quid frigidius? Probatur enim illo argumento, nullibi mortuum esse B. Petrum: quoniam scripturæ non dicunt nobis quod sit in loco mortuus, licet dicant illum moriturū. O ceruices maleo dignas. Sed redeundo ad rem. Dicit obediuisse eos in eam formam doctrinæ, in quā erant traditi: quia sincera fide illam susceperāt, et moribus post inceperunt profiteri. Gratias autem agit Deo de tātō accepto beneficio: quia à Deo uenit salutaris hæc status mutatio: unde ait.

104. 13.

Nota confidentiam impudentissimam hæreticorum.

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Ac si dixerit. Non uobis hoc accidit ex uobis. Non enim liberafastis uosmetipsos à peccato, sed libera ti estis per CHRISTVM ab hac indigna seruitute peccati (propter quod gratias agimus) et intra stis in statum ingenue libertatis, ut seruiatis iustitiæ longe maiori alacritate, quàm hactenus peccato seruiertis: sequitur.

Humanum dico propter infirmitatem, seu, propter ægritudinē carnis uestræ. Potest hoc referri simul & ad superiora, & ad inferiora. Ne enim uidetur B. Paulus in eorum proprium uituperiū hæc obiectare, rem humanam uocat: non quin sit in se turpis, sed quod communis ex naturæ uitio, et



contigit omni homini. Nam cui non contigit, supra hominem & ex gratia fuit. Quod autem hominis est, non uidetur ferè culpabile, nisi in parente nostro, ideò excusatione habet: quia hæc seruitus accidit propter infirmitatem, idest, ægrotationem carnis uestræ, quæ trahit uoluntatem in obsequium sui. Vnde ait,

*Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire etc.* Instrumenta uoluntatis, quibus illa operatur malum uel bonum, uocat mancipia: sed cum ad malum exercentur, sunt mancipia peccati, siue iniquitatis: & hoc prohibet fieri Apostolus. Contra autem, iubet ut exhibeant ea mancipia iustitiæ ad sanctificationem. Et per iustitiam intelligit infusum desuper Dei donum, per cuius exercitiū adijcitur cordi sanctificatio, idest, mundificatio, quæ dignus homo constituitur uisionis diuinæ.

*Cum enim serui eratis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem ergo fructum etc.* Exponit eorum priorem statum, qui erat seruitus peccati: & consequenter libertas ab imperio iustitiæ. Et sceditatē illius status indicat à fructu: quia arbor à fructu cognoscitur. Et fructum quidem tacet propter honorem aurium: signo tamen satis ostendit turpitudinem eius, subiungens.

*In quibus nunc erubescitis.* Erubescimus enim de turpitudine. Et dicit, *nunc*, idest, in statu respicientiæ & gratiæ: ut indicaret quanta olim licentia, & sine ullo pudore peccabant, ut qui indignitatem peccati non agnoscerent: & hoc miserrimum erat: sequitur.

*Nam finis illorum mors est. Nunc uero liberati à peccato etc.* Mortem dicit finem eorum, qui immunditiæ & iniquitati seruiunt, quod de secunda morte intelligitur: et fructus peccati est ipsa iniquitas completa. Et eorum contra qui seruiunt iustitiæ, fructum ait esse sanctificatione: quia assidue per bona opera mundantur, ut fiant digni conspectu Dei, sicut ille dixit: Beati mudo corde: quoniam ipsi Deū uidebunt. Propter quod ait Apłs: *Finem uero uitam æternam*, hæc est autem uita æterna, uidere Deum patrē, et quæ misit IESVM CHRISTVM.

*Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei uita æterna.* Differentia est inter præmium peccati, & præmium uirtutis. Nam peccato aliud præmiū non est, nisi stipendiū: uirtuti uero etiam donum: quia uirtutis donū est. Stipendium autem hic uocat, græcè obsonium, quod est uilissima merces. Nam olim solis obsonijs contenti erant milites, quæ pro uictu dabantur, & stipendia dicebant. Eleganter autem dixit, peccati obsonium esse mortem. Nam cum obsonium paratum sit ad uitam hic sustinendam: e contrario illi pro merito peccati mors obsonium erit. Hoc in lenticula Esau signatum est, propter quam ipse irreuocabiler statum & prerogatiuam dignitatis amisit: sic est mors in olla. Sed conuerso, donū Dei, quod manet seruientes iustitiæ, est uita æterna, quæ est in CHRISTO IE SV Dño nostro, ut sit, & et, & principium et finis, uia et uita, gratia et gloria.

Porro hic est locus, in quo nituntur hæretici, & dicunt, quod gratia Dei est uita æterna, idest,

per gratiam habemus uitam æternam. Aut ipsa uita æterna, gratia est. Quod si est gratia, ergo non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia, iuxta doctrinā Apostoli. Sed ad hoc respondet B. Augustinus, quod uerè bonis operibus redditur uita æterna, sicut euidentissimè dicunt scripturæ. Et tamen quia & ipsa bona opera pertinent ad gratiam, rectè dicitur & ipsa uita æterna esse gratia: quod est uerissimum. Sed hoc in loco legitur, donum Dei, & declaratur, donum illud quod ihs datur qui iustitiæ seruiunt, esse ipsam uitam æternam, ut per antithesin respondeat stipendio peccati, quod est mors æterna. Nec prohibet uitam æternam, & donum esse simul & stipendium, & mercedem, cum & reddatur operibus, & nihilominus in immensum excedat ualorem operū, si secundum sui substantiam considerentur. Nam tanti opera nostra æstimari, ex gratia est. Quare idem gloriosus doctor Augustinus doctè concedit, quod si Apostolus uitam æternam uocasset stipendium, non errasset: tamen si donum uocans, lectorem admoneat, omnia tandem ad gratiam Dei debere referri.

### Cap. VII.



**A**N ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit? Nā quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro, uocabitur adultera, si fuerit cū alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio uiro. Itaque fratres mei, & uos mortificati estis legi per corpus CHRISTI, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis Deo. Cū enim essemus in carne, passionibus peccatorū, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscētiā nesciebam, nisi lex diceret? Non concupiscēs. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscētiā. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta: & mandatum sanctum, & iustum, & bonū. Quod ergo bonum est, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum,

*Argumentum hæreticorum, quod soluit B. Augustinus in lib. de lib. arb. et gratia.*

peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatū. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Nō enim quod uolo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod uolo bonū, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonū, quoniam mihi malū adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM CHRISTVM dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruius legi Dei: carne autem legi peccati.

**A**N ignoratis etc. Etsi locus hic difficilis uideatur, sicut reuera est. Neque enim ullius interpretis expositio ad satisfactionē quadrare uideatur. Attamen cum Dei gratia explicare illum tentabimus. Putamus enim (si liceat aliquando insipienter loqui) nos, per Dei gratiā, sensum Apostoli penetrasse. Primum autem ut explicemus, statuere oportet, quid hic probare intendat Apostolus. Et certè non aliud, quam statum eius, qui est sub gratia, esse nouum, et longe diuersum ab illo statu, qui dicitur sub lege, et alia huic statui conuenire: ut non miremur, si qua alteratio conspiciatur facta de lege. Supponit autem primum, esse tunc quempiam sub dominatu legis, quando ille præuaricator eius est. Et hoc erat necesse obseruare, dū homo inueniebatur sub dominatu peccati. Oportebat enim uel erūpere contra legem, uel solis minis et terroribus legis in officio contineri: quod non erat implere legem, quæ ex Dei amore dilectione præcipiebatur. Quapropter qui à malo abstinet solo pœnæ metu, seruiliter operatur, non secundum uirtutem: quia reuera malus est adhuc, & ideò sub lege. Nam (ut rectè ait Philosophus, et experientia probat) qui iam prauus est ac turpis, non bonis ac placidis sermonibus facile amouetur à prosecutione mali et turpitudinis, sed uerberibus magis, tanquam iā brutum animal effectum: seruit ergo legi. Sub gratia uero esse, non est aliud, quam liberatum esse à peccato per legem: charitatis internam, & sic habere facultatem seruendi Deo de corde puro, &

consciētia bona, & fide non ficta. In primum statum uentum est per legem, qua cognoscitur peccatum, nec sanatur uoluntas, quæ ob peccatum Adæ carens freno iustitiæ, non potest liberaliter seruire Deo. In secundum uero statum redacti sumus per CHRISTVM, in quo sanata uoluntas libenter se exercet in operibus iustitiæ. Et præterea, iuxta primum statum dicimur esse in Adam, qui dicitur uetus homo. Et iuxta secundum statum dicimur esse in CHRISTO, utpote exspoliati ueteri homine Adam, & induti hominem nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate ueritatis. Ex his fiebat, ut quando peccatum in homine dominabatur, lex etiā (quæ data erat homini talem peccati dominatū patienti) dominaretur illi. Tunc, n. lex dicitur dominari homini, cum illū deprehendit transgressorem: aut saltem cum illum uiolenter cogit ad officia legis. Et hoc non est uerè facere legem. Nemo, n. potest duobus dominis seruire seruitute liberali. Nā oportet aut unū diligere, et alterum odio habere: aut unū hærere, et alterum contemnere, quemadmodum in euāgelio testatur summa Veritas. Postmodo uero cum per nouum hominem liberatur seruus peccati à peccati seruitute, consequenter à seruitute talis legis eripitur, ita ut lex illi ulterius (nisi propria et noua culpa) non dominetur. Nā quodcumque erat legis ad seruitutē pertinens et ad dominatū, extinctum est et euauit, scz, impotentia illa seruandi legem, et ipsius legis odium.

Quod autem hoc sit conueniēs, & adhuc probetur ex doctrina ipsius legis, Apostolus doctè & subtiliter incipit manifestare. Et primum quidem sumit hoc tanquā per se notum ex lege. Quod in homine dominatur, quanto tempore uiuit ipse homo, cui datur lex. Nulla siquidē est in mortuū dominatio. Vt autem ad rem nostram aptè accommodetur eiusmodi sententia, aduertendū est, hominis appellatione in scripturis, plerumque eum hominē intelligi, qui seruus est peccati, et sua sponte succumbit libidini, talem agens uitam, qua libenter uiuit peccato: quia citra ullam repugnantiam mouetur ad omnem nutum concupiscētiæ, cum sit carnalis et caro. Huic ergo merito est data lex iubens illi contraria, idest, quæ sunt sancta, et spiritualia, quæ ille nō potest perficere, ut sic merito dominetur ei lex: quæ tunc dominari (ut diximus) censetur, quū inuenit hominem peccatorem. At postquam talis homo legis præuaricator, aut saltē ingratus et seruiliter operans, mortuus fuerit, non amplius uiuens peccato, sed liberatus fuerit ab illo: continuo et liberatur à legis iugo et dominatu. Moritur autem homo, et extinguitur uita hominis (uita nimirum peccato libenter seruiens) cum quis renascitur in CHRISTO, ueteri homine crucifixo in illo: quia per Spiritum sanctum innouatur, ut iam ei placeant quæ sunt legis bona, et sancta, et spiritualia. Et ob id liberatur, ut ea libenter ac liberaliter facere ualeat. Hæc præmisit Apostolus, quæ et cupit non nesciri, maxime ab ihs qui cognitionē legis profitebantur. Vnde ait,

F ij An ignoratis

*Quid sit esse sub lege, et sub gratia.*

*An ignoratis fratres, Scientibus enim legē loquor etc.* Fratres eos appellat, ad parandos sibi in re difficili animos beniuolos. Iudæi enim uix ullis rationibus adduci poterant, ut crederent Mosaicā legem, in qua maximā suam præ cæteris nationibus gloriam reposuerāt, locum aliquando alteri legi, idest, euangelicæ daturam. Quod Apostolus exemplo ab ipsa lege petito nunc illis persuadere conatur, aienis.

Nota totā expositionē pro intelligentiā scripturarum.

Nam quæ alligata est uiro mulier etc. Oportet autē sic aptare hæc ad propositum, ut agnoscamus et uirum & mulierē, & uiri legem. Attende, lector, quia hæc subtilia sunt. Vir est interior homo, superior pars: mulier est caro, & dicitur apud B. Paulū homo exterior. Lex uiri super illa, est quæ conuenit ei, ut scz, honestē se habeat, & operetur quæ bona sunt, & iusta, & multa quidē alia, quæ ad affligendam carnem dura sunt nimis & onerosa. Hæc erat lex Moseos in primo statu peccati; quæ lex imperabat contraria carni, & consequenter contraria homini, qui afficiebatur carni, cum esset adhuc in Adā, imponens multa onera feruilia, & insupportabilia. Venit ergo uir iste ad CHRISTVM, & per baptismū mortuus est ille homo interior, crucifixus in carne CHRISTI, & euasit in nouam creaturam: uiua tamen remansit mulier, idest, homo ille exterior. Sic uocemus eam carnem, quæ non inuenitur mortua cum uiro in baptismo: quia non aufertur ab illa fomes, qui uita quædam est ad peccatū. Inuenitur ergo mulier libera à primo uiro defuncto, & consequenter ab illa lege illius uiri: & inuenitur copulata alteri uiro, qui est ille homo interior, cuius uita est CHRISTVS, & ita inuenitur subiecta legi noui uiri, cui non dominatur lex, sicut dominabatur priori uiro. Hoc autem, uidelicet, quod mulier liberetur à lege primi uiri, non potest dici factum cum adulterio, cum sit mortuus uir ille prior. Et ideo suscipit legem alterius uiri, idest, alteri uiro conuenientem: ita ut inueniatur nouus homo mortificatus legi, & eius dominationi, quemadmodum superius erat sumptū. Licet autem non uideatur conuenire hæc aptatio superiori dicto: siquidem in eo à morte eius cui dominatur lex, arguitur & concluditur extinctio dominationis. Hoc autem exemplo contrā. Nā à morte uiri, qui dominatur mulieri, concluditur liberatio mulieris à lege eius. Si hoc tamen rectē intelligatur, in idem recidit: solum aliud quiddam nunc adiungitur, quod minus erat superiore dicto declaratum. Erat enim ibi consideratus homo cui dominabatur lex, secundum partem tantum superiorem, quæ moritur. Et nunc hic additur mulier, idest, caro, quæ nō moritur, ut seruiat Deo per baptismū, sed uiuit. Vnde uidebatur (saltem quantum ad illam) legem illam antiquā debere adhuc uiuere. Sed non ita se ueritas habet: quoniam mulier per ipsum uirū recipit eius medio illam legem. Itaq; si uir mortuus est, & consequenter mortuus legi, ita ut dominatū lex non habeat in uirum mortuum, nec habebit etiam in mulierem eius: quia illa mulier mediante uiro le-

gem accepit, quo mortuo, libera facta est à lege illa uiri. Et qm legitime coniuncta est alteri uiro sine ullo prorsus adulterio, illius quoq; alterius uiri, cui iungitur, legem recipere debet: quæ quidem lex nouo uiro minime dominatur, qui uolens ipsi legi se subijcit. Est enim lex spiritus uiræ, lex amoris ac libertatis. Vnde ipse potius per illam legem dominatur mulieri, idest, carni suæ, ut æquum est. Hoc enim totum declarans doctor noster in ipsis Christianis, tanquam in exēplo et figura, adiecit.

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorū etc. Homo erat in carne, quando mens & ratio superior erat addicta carni, subtracta illa iustitia originali & gratia, tanquam uir qui male suadæ, ac blandicæ mulieri auscultat. Hoc. n. merito fuit ob illud peccatum, quo cecidit primus homo, uoci uxoris obediens magis quam uoci Dei. In membris igitur talis hominis per carnē corrupti, idest, in omnibus instrumentis eius, quibus ipse operatur: passiones ipsæ peccatorum, idest, passiones concupiscentiarum, quas lex ipsa excitabat, inueniens carnem contumacem, operabantur omnem efficaciam, ita ut homo ea instrumenta haberet promptissima in omnem lapsum concupiscentiæ, unde fructificabant morti, et propterea lex mortis nuncupabatur. Quanquam græcè legitur, morientes, aut mortui, non mortis: ut sit sensus. Quod morientes, siue mortui, uidelicet, in CHRISTI morte, soluti sumus à lege. At nunc (inquit) idest, postquam homo uetus in CHRISTI corpore extincto, simul etiā extinctus est: soluti sumus à lege illa dominante, sub qua detinebamur: quia lex dominatur homini donec uiuit. Et in hunc finē soluti sumus ab ea lege, ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ. Audiant hæretici, minime nos absolutē liberos à legis seruitute, sed à modo seruiēdi. Sub lege enim euangelica constituti, etiam seruire tenemur, sed in nouitate spiritus. Vocat autem uetustatem literæ, quæ iam inde debuit interire. Nā quod ueterascit, prope interitum est. Et dicimus debuisse interire, quoad ea scilicet quæ sunt poenarum, et præmiorum carnalium in lege ueteri, & cærimoniarum, & figurarum, quæ iam adueniente charitate spiritus, qui aspicit æterna: & ueritate CHRISTI, qui apparuit mūdo, cessare debuerunt atq; euanescere. Nam perfecta charitas expellit timorem: & ueniens ueritas iam non admittit figuras. Item libertas spiritus soluit illiberalia uincula. Et hoc est seruire in nouitate spiritus.

Nunc esset uidendum, quomodo uerum sit, quod mulier sit alligata uiro secundum legem, quandiu uiuit uir. Quid enim si tempore legis factum esset diuortium? Et præterea: Nonne liberatur à lege uiri mulier, si uir commiserit adulterium, saltem ne teneatur uiro circa debitū coniugij? Sed Apostolus hic quid esset ex regula cōsiderauit (ut rectē ait Caietanus) non exceptiones: quanquam sunt quidam exactores nimis duri, ita ut ex pumice succum uelint exprimere. Certē hic locus nihil stringit contra diuortium, & præsertim

Christianos esse à lege liberos, sed à modo seruiēdi, in hereticos.

præsertim quia Apostolus loquebatur secundum legem, quando etiam quoad uinculum per mittebatur diuortium. Sequitur.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Mouet sibi quæstionem Apostolus: An lex sit peccatum. Appellauerat enim illam legem Moseos, legem mortis: quoniam operabatur transgressiones, quæ fructificabant morti. Quare uidebatur, legem esse peccatum, & ipsum legislatorem Deum peccasse dando illam. Quoniam uero blasphemū hoc erat, mox cū horrore respondit: Absit. Et ut ostēderet, quod Deus, & lex non intendebant ultima intentione transgressiones illas, quæ occasionaliter proueniebant à lege Iudæo carnali data, sed illud potius, ut ex transgressionibus illis homo peccatū suum, idest, naturæ uitium agnosceret, ut cognito morbo, de medico CHRISTO, & de medicina (quæ erat eius gratia) cogitaret, quæ per fidem accipiebatur, adiecit.

De effectu legis Mosaicæ.

Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam etc. Hic primū absq; controversia apparet, Apostolum Iudæi carnalis sub lege, & nondum in gratia existentis, personā induere: cui data fuit lex ad agnoscendum naturæ morbum, qui apud Apostolum concupiscentia, & peccatum uocatur. Ait ergo: Concupiscentiam nesciebam, idest, non cognoscebam istam uim, quæ est in carne rationi contrariam, uenisse ex peccato, & ita esse rem uitiosam: neq; id unquam potuissem extirpare, cum sentirem esse naturalem, & de uentre matris exire, & comitari usq; ad mortē. Hanc igitur concupiscentiam uitium esse nunq; coniectassem, nisi lex diceret: Non concupisces. Hoc enim illa dicēte, ego qui uidebā me non posse nō concupiscere, & interim doctus ex lege, qua nouerā Deum fidelē esse, & absq; ulla iniquitate, iustū & rectum, coactus sum intra me dicere: cur ergo hæc lex mihi illud imperat, quod non possum efficere? Hem, deprehensa causa est. Malum ergo in me est, non in lege, nec in Deo. Lex enim iusta, & sancta, quæ prohibet quod est malum, uidelicet, concupiscere. Consentire enim necessariō per ipsam legem hoc ipsum me docentem compellebar, malum scilicet & turpe esse, & aduersarium Deo, concupiscere. Et expertus in me hanc inesse malitiam, quia caro dominabatur menti cogens illam ad concupiscendum, confestim deprehendi uitium in natura mea, & rem indignam, & innaturalem, & præter diuinæ prouidentiae ordinem, ut quod natura superius est atq; longè nobilior, ordine immurato subdatur inferiori. Cernimus. n. (ut quidam eleganter dixit) cuiq; optimo dominatum ab ipsa natura cū utilitate infimorū datū.

Cicero.

Nota diuersos status hominis existentis sine lege, in lege Moseos, et in lege Christi

Hactenus Apostolus, ut doceret quid conferret illa lex Iudæis, nimirum, cognitionem peccati. Qua in parte melioris erat conditionis Iudæus, quam paganus, qui cum non esset de primo peccato (unde manat ista inordinatio) à lege instructus, cogebatur uel ignorare turpitudinem concupiscentiæ suæ, & fateri non esse indecoram homini: Vel si meliore rationis luce illustraretur, inculare naturam. In quam audaciam nonnulli

uenire ausi sunt. Quidam uerò naturam inculare ueriti, somniarunt in homine sanitatem, & ipsius nostræ naturæ potentiam ita extulerunt, ut ea ab homine in hoc statu corrupto effici posse defendere, quæ ad dignitatem tantæ creaturæ iudicant pertinere. At Iudæus instructus à lege, ueniens in hanc meditationem, ab ipso Deo uetari hanc concupiscentiam, & uerari eam tanquam malum & peccatū, & cum uideret (si seipsum decipere nollet) quod non poterat, propter innatā carnis malitiam, non concupiscere, subito cognouit peccatum, idest, uitium in natura. Dicere enim homini fomitem dominantem habenti. Non concupisces, perinde est ac dicere. Noli habere istū fomitem ad concupiscendum cogentem, uidelicet, ipsam radicem peccati, & perfectæ concupiscentiæ: quoniam malum est. Ecce quomodo illa, quæ ab historia, & prophetis habebat Iudæus de peccato originis, & de isto morbo naturæ lapsæ, poterat accipere melius in semetipso per experientiam: & agnoscere, si se ad hoc præceptum, Non concupisces, aptasset. Apostolus enim quia rei naturam docebat, indutus Iudæi personam, dixit se per hoc præceptum legis cognouisse peccatum, & per illud præuaricatore se esse constitutum. Quo in loco (ut penetres mentem Apostoli) non intelligas illum narrare de se historiam, & hæc dicere de seipso, quasi ita fuerit, sed propter id quod ex natura rei debebat esse ex rerum causis. Ecce igitur quomodo lex non erat peccatum. Non enim ipsa faciebat, sed inueniebat peccatū in homine. Et ad hoc data erat, ut uel si homo superbus id agnosceret experiendo, quod nunquā audiendo recepisset. Itaq; non erat is legis finis, ut hominem ad ea facienda, quæ minime poterat, astringeret: sed ut superbus tandem agnosceret rectum illud & integrum, quod naturæ optimè a deo ab initio conditæ conueniebat. Et sic certa & (ut ita dicam) palpabili experientia, hanc in sua natura lapsa impotentiam persentiret, & confiteretur tantum uitium nequaquā ex Deo esse, cuius omnia sunt opera perfecta, sed ab aliquo nouo peccato nostro. Hoc autem nunq; superbus homo audiendo solum, & non etiam in se experiendo, credidisset. Quare de ipso secundum carnem Iudæo loquens, & eo qui Iudæus manere uellet, ostēdit Apostolus legis effectum ex se, cuius erat iram inducere atq; mortem: quia lex dedit uitam peccato, ut ex peccato posset mortem immittere. Vita peccati ad inducendam mortem, est peccati per legem Dei cognitio. Quicunq; enim uoluntatis domini sui ignarus, contra illam quippiam admittit, non perficit peccatum dignum quo uapulare debeat multis. Cum ergo ea lege promulgata, uenisset iam peccati agnitio, qui legis non parebat præceptis, præuaricator proculdubio conuincebatur, & ita coram Deo moriebatur: quia peccatum illud (quod dum ignoraretur, morsuū erat) exuscitauit & reuiuiscere fecit. Et ob eā causam lex illa homini in ea persistere uolenti, iram operabatur & mortem. Et hoc est quod ipsemet Apostolus subiicit, aienis.

Nota huius ca-  
pitis uniuersa  
expositionem,  
ex qua magna  
doctrina.

Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem ui-  
uebam sine lege aliquando. Ecce uides quomodo Apo-  
stolus induit nunc personam Gentilis, & in natu-  
ra lapsa existentis, cum tamen illud ipsi Apo-  
stolo minime conueniret, qui nunquam fuit sine lege: sed  
seipsum more suo, modo in Iudæo, modo in Ge-  
ntilem doctrinae gratia transferens, dixit, Quod in  
se sine lege existente, peccatum erat mortuum:  
quia non habebat homo sine lege existens, huius  
uitae notitiam. Non enim excitabatur ad concu-  
piscendum per legem prohibentem, que illi dice-  
ret: Non concupisces. Et ideo hoc peccatum non  
habebat in eo, qui sine lege erat, suam ad parien-  
dam mortem efficaciam, & iram Dei perfectam.  
Non enim imputabatur, cum nulla esset lata lex,  
quæ illud indicaret. Et ideo homo uiuere diceba-  
tur, qui non incurrebat quasi nouus præuarica-  
tor secundam mortem, propter ignorantiam. Ideo  
superius dixit: Lex iram operatur. Vbi autem non  
est lex, nec præuaricatio, scilicet perfecta. Et post  
modo: Usque ad legem peccatum erat in mundo.  
Peccatum autem non imputabatur, cum lex non  
esset, uidelicet ista: Non concupisces. Ecce ergo  
quomodo in persona Gentilis ait Apostolus. Ego  
uiuebam sine lege aliquando: & (ut sæpe dixi) ui-  
ta hæc erat respectu secundæ mortis, quæ uenit  
à peccato actuali, quæ mors adueniente lege &  
mandato accidit: quia & ipsum peccatum reui-  
xit. Quam doctè dixit: reuixit; Respectu enim initij  
eius in Adam, cum ipsum peccatum natum est, &  
quandiu eius notitia mansit, peccatum uiuebat.  
Sed cum uideret ipsemet Dominus Deus gentes  
omnes ingredi uias pessimas, & eas de suo malo  
desideraret erudire, huius peccati tantisper pas-  
sus est subintrare ignorantiam: & sic mortuum ui-  
debatur peccatum, in ipsa ignorantia tanquam tumu-  
lo quodam usque ad legem sepultum. Lege autem  
adueniente & illud patefaciente, reuixit. Vnde ait.

Ego autem mortuus sum (scilicet ego Iudæus) &  
inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse  
ad mortem. Mihi, ait, nempe Iudæo carnali & uolē-  
ti manere in meo iudaismo, & sub ipsa lege, inuen-  
tum est (tanquam de improviso) inferens mihi mor-  
tem, non ex ipsius mandati natura quod erat bo-  
num, & intēdebat uitam. Quamobrem igitur? Au-  
di Apostolū. Nam peccatum occasione accepta per mā-  
datum &c. hæc uerba facile ex superioribus dictis  
possunt intelligi, ut concludatur, uitium non fuisse  
in lege, sed in homine: & quod lex ipsa præcipien-  
do extimulans uitium, & mēti dans ipsius uitij in-  
tellectum, hæc in Iudæo operabatur, iram uideli-  
cet, & mortem secundam. Nec tamen hoc inten-  
debat lex, cuius finis bonus erat: quoniam lex  
Moseos præcipiens ex intentione Dei, erat data,  
ut hac experientia (sicut sæpissime dictum est) pa-  
refaceret uitium Iudæi carnalis, ut cognosceret  
per carnis uim erumpentem contra mandatum,  
animæ morbum, quo reddebatur inualida ad per-  
ficiendam legem. Hac autem notitia accepta, iret  
ad medicum: & medicinam, quæ illi ostendeba-  
tur, ut ex carnali Iudæo, Iudæus efficeretur spiri-  
tualis per uerum Iudam. Postquam uero hoc edocuis-

set lex ipsa, uidelicet, morbum & medicum, fun-  
cta erat abunde suo officio, ut quod illa (ut potè in  
tabulis scripta) præstare non poterat, illam et ipsa  
CHRISTI lex, lex, inquam, spiritus uitæ superue-  
niens in corde impressa efficeret. Itaque lex ipsa qui-  
dem sancta erat, id est, illibata, & munda, ut ab eius  
mandatis conspici licet. Ipsa enim primùm pro-  
hibebat concupiscentiam: deinde habebat man-  
datum dilectionis Dei, quod sanctum est. Purifi-  
cat enim cor hominis cum ibi imprimitur: & in  
ea dilectione consistit omnis iustitia. Qui enim di-  
ligit, implet legem. Et ideo mandatum iustum:  
quia iusta præcipit, ut exsoluantur quæ alteri de-  
bentur. Et ideo bonum: quia non uult quæri quæ  
sua cuiusque sunt, sed quæ alterius. Bonum enim est  
diffusiuum sui ipsius. Quare lex præcipiens dile-  
ctionem (nam ad hoc referuntur omnia in lege scri-  
pta) non est ex prudentia carnis, sed spiritus. Et  
hoc est quod ait.

Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carna-  
lis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor non in-  
telligo. Non enim quod uolo &c. Hæc si cum superio-  
ribus coniungantur, manifestè indicant hactenus  
Apostolum Iudæi personam retinuisse, cum ni-  
hil appareat, quo uideri possit eam mutasse. Cui  
ueritati etiam fauet quod nunc addit. Scimus quia  
lex spiritualis est. Hoc enim dixit plurali numero,  
tanquam Iudæus sciens hæc ex lege, modestè defe-  
rens alijs, qui idem ex lege poterant scire, & inde  
probare utiliora, utpote instructi per legem. Instrue-  
batur ergo per legem Iudæus, primò ipsam legem  
esse spiritualem. Erat enim scriptum: Lex Domini  
immaculata, conuertēs animas. Deinde instrue-  
batur, quod ipse erat carnalis, uenundatus sub pec-  
cato. Hoc Isaias dicit: Gratis uenundati estis, & si  
ne argēto redimemini. Et iterum: omnis caro foenū  
uerè foenū est populus. Quis iste populus, nisi Iu-  
dæus ille populus sub lege & Mose carnalis, do-  
nec pueniret ad CHRISTVM: Hoc & Ieremias  
cōfirmat: Omnes gētes (inquit) habēt præputiū.  
Omnis autem domus Israel incircumcisi sunt cor-  
de. Et illi miseri gloriabantur in circumcissione  
carnali. Et ideo scrutatores legis poterant illud re-  
scire, quod lex ipsa quidem erat spiritualis, spiri-  
tualia præcipiens, & contra carnem dicens: Non  
concupisces. Et quod ipse Iudæus necessariò con-  
cupisceret, etiam nolens. Et cum ad summum effi-  
caciæ legis peruenisset, inueniebatur adhuc car-  
nalis: quia uoluntatem habebat subiectam magis  
carni, quam Deo, nondum redemptus, sed in pro-  
missione redemptionis existens: quia charitas  
nondum ei diffusa erat in corde. Vnde respectu  
Gentilis, erat tanquam incontinens respectu in-  
temperati, ut declarat Philosophus in ethicis. Et  
ideo dixit.

Quod enim operor non intelligo. Talis est inconti-  
nens, qui nescit in genere, & in uniuersali quod  
decet, & tanquam bonum uellet ipsum decens. At  
postmodum in particulari à concupiscentia sedu-  
ctus, non applicat uniuersale, ut intelligat id quod  
agit non esse bonum. Si enim attenderet, nunquam il-  
lud operaretur, sicut rectè dicitur. Nemo atten-  
dens

dens ad malum, operatur. Ideo non intelligit quod  
operatur: quia in ipsa praxi decipitur, obnubila-  
tus mente à concupiscentia quasi blanditica pelli-  
ce, & succumbit. Et hoc pacto non intelligens ope-  
ratur. Aliqui exponunt: Non agnosco, id est, non  
probo secundum rationem: & ferè in idem reci-  
dit. Vnde subdit.

Non enim quod uolo bonum, hoc ago: sed quod odi ma-  
lum, illud facio, Absque dubio consentiens est abstra-  
ctus (ut dictum est) à concupiscentia & deceptus,  
cum sim carnalis, & carni subiectus, tanquam non in-  
telligens: quia quod odi in uniuersali per intelle-  
ctum, perpetro seductus in particulari per affe-  
ctum: quia caro non permittit me rectè syllogizare  
practicè. Et bene adiecit.

Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam  
bona est. Ecce quousque tēditur Iudaica perfectione,  
quæ ex lege, nimirum, quod homo carnalis secun-  
dum intellectum illustratus, & eruditus per legem,  
noscat quæ bona sunt, & ad uerum bonum con-  
ferentia (Verum autem bonum est adherere Deo)  
& tamen illa bona, & conferentia non faciat, ut  
possit quidem docere, non tamen facere, & ideo  
inconuenienter imò impudenter docere. Et pro-  
pterea superius dixerat Iudæo etiā erudito & do-  
cto. Ecce tu Iudæus cognominaris, & requiescis  
in lege, & gloriaris in Deo, probans utiliora in-  
structus per legem &c. Hactenus non puto quen-  
quam posse dubitare circa hanc expositionem,  
qua & Gentilis, & Iudæi status diligentissimè si-  
mul ac doctissimè ab Apostolo (paucis tamen)  
declaratur.

Sed quia refrabat ut declararet statum gratiæ, ad  
hoc descendit sumens Christiani personam, quæ  
ipse uerè per baptismum induerat: non tamen uo-  
luit de se ipso loqui, sed de statu ipso Christiani  
hominis. Hoc non animaduertit plerique, & ta-  
men ex eius uerbis poterat facillimè colligi: Di-  
xit enim.

Nunc autem non adhuc ego operor illud. Nunc, id est,  
in tempore gratiæ, quædo statum gratiæ sum as-  
sequutus. Hoc importat illud aduerbium tempo-  
ris: Nunc, sicut egregiè quodam in loco animadu-  
erit, & notauit B. Augustinus. Est autem apud B.  
Paulum; Nunc; nota certa temporis, & status gra-  
tiæ: unde ipse idem superius. Nunc sine lege iusti-  
tia Dei manifestata est. Et iterum: Multo magis nunc  
iustificati in sanguine ipsius &c. Et iterum: Nunc  
exhibere membra uestra. Et iterum: Nunc soluti  
sumus à lege mortis in qua detinebamur. Et se-  
quēti cap. Nihil nunc damnationis est ihs qui sunt  
in CHRISTO IESU. Et iterum: Nunc autem mi-  
sericordiam cōsequuti estis. Sunt & alia plurima  
loca in alijs eiusdem epistolis, quibus hoc quod  
dixi facile comprobatur. Et uide consequentiam  
textus. Prius dixerat indutus Iudæi personam.  
Sed cum uenisset mandatum, scilicet, legis, quod  
olim uenerat per Mosen, peccatum, id est, uis illa  
concupiscentiæ reuixit. Et hinc ait. Nunc ego non  
iam operor, id est, cum uenit tempus gratiæ, et si  
concupiscentia carnis suum officium faciat, ego  
tamen non ulterius operor illud, id est, cū sim ipi-

ritualis, mēte non consentio. Et sic si quid caro ip-  
sa operatur, ego non adhuc, seu non amplius, ope-  
ror illud sicut prius, cum carnalis eram dilector  
carnis plusquam Dei. Ideo autem non operor: quia non  
uolo, non consentio. Spiritualis. n. homo non solū  
non cōsentit, sed nec potest cōsentire peccato, ut  
spiritualis. Qui enim huiusmodi est, ex Deo geni-  
tus est, & non peccat, nec potest peccare, ut ait Di-  
lectus. Est enim arbor bona, quæ non potest face-  
re fructus malos. Potest bene fructificando frige-  
scere, & non reddere bonos fructus, si minus cur-  
retur, ac nutriatur. Sed malum inde uenire, est im-  
possibile: quia ibi nec quicquam est uitij, nec eius est  
susceptibile. Quod enim supra naturam est, ex Deo  
est, & quædam eius participatio. Et ideo si fiat  
malum, non facit ipse, quia nunquam concordat. Qui  
autem carnalis est, consentit ille quidem in parti-  
culari (ut iam dixi) sed spiritualis nequaquam. Et ideo  
hanc differentiam primū constituit inter Iudæum  
& Christianum, illum qui est sub lege, & illū qui  
est sub gratia. Carnalis faciens quæ sunt carnis, ip-  
se facit ea: quia carnalis consentit. Spiritualis ue-  
rò dum spiritualis est, non consentit: & ideo non  
facit ea. Vnde & totus homo censetur secundum  
eam partem, quæ superat. Quo fit ut spiritualis  
non dicatur esse in carne, sed in spiritu. Vnde  
Apostolus dixit. Qui in carne sunt, Deo placere  
non possunt.

Quod si roges. Vnde ergo uenit peccatum &  
malū, quod ex me progreditur, si spiritualis sum?  
Respondeo. Ex peccato quod habitat in te, hoc  
est, ex fomite in carne tua, & concupiscentia car-  
nis. Hanc uoco peccatum: quia uitium est à pec-  
cato originem trahens, & ad peccatum extimulans.  
Hoc igitur uitium, est id quod in homine spiri-  
tuali operatur malum, cum operatur. Spiritus. n.  
ipse nunquam cōsentit, sed mens, quæ deprauari se si-  
nit à concupiscentia mala, quæ est in carne: ut ait  
Apostolus.

Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea,  
bonum. Quid est bonū? Ipse Deus, & quicquid par-  
ticipat de Deo. Et ipse Spiritus est Deus. Ergo quod  
cunquam participat de Spiritu Dei, bonū est. Et Spi-  
ritus Dei est amor, & appetitus Dei. Qui ergo hu-  
ius appetitus particeps est, habet bonum habitas  
in se: sed in carne hominis etiam spiritualis, in hac  
uita, non est talis appetitus. Non est enim illa ad-  
huc spiritualis, ut uelle possit quæ sunt Dei, sed  
uult quæ sua sunt, & quæ sunt mundi huius, quæ  
nec placent Deo. Vnde ipse dicit seq. c. Istam car-  
nis prudentiam esse inimicitiam quandam inter  
nos & Deum: quoniam ipsa inimicitia radix est.  
Et hinc dicit: scio; superius autem dixerat: scimus; mo-  
re suo, cum de carnali seipso, tanquam personam Iu-  
dæi sustinente, loqueretur: & non dixit: scio; quia  
quod sciebat, ex lege in chartis scripta (quæ &  
alijs cōmunis erat) sciebat. Nunc uerò, quia quod  
sciebat, ex lege Dei scripta in corde suo sciebat, et  
in seipso experiebatur, dixit: scio; quia homo spiri-  
tualis, cuius personam sustinebat, habet in se sta-  
tim istam cognitionem, quod in carne sua non  
habitat bonū, id est, participatio Spiritus sancti,  
ut illa

1. Ioan. 3.

3307  
i. 10  
100  
100

psal. 118.

isa. 52.

ierem. 9.

BIBLIOTHECA  
UNIVERSITATIS  
PAULI



ut illa etiam bonum appetat: quia statim ut mens est imbuta Spiritu & iustitia, sentit in semetipsa discordiam inter spiritum & carnem: ideo Apostolus in persona talis ait.

*Velle quidem mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio*, hoc est. Cum sim spiritualis, uideo quod uelle bonum, quod mihi non est innatum natura, sed est à superueniente Spiritu superadictum in uoluntate mea, adiacet quidem mihi: quod tamē dum uolo perficere externis bonis operibus (sic enim perficitur charitas quæ uult bonum) nō inuenio. Nam cum uenitur ad particularem operationem, ad quam requiruntur organa & instrumenta corporis, quibus bonum quod uolo possit perfici, experientia comprobo nullo pacto me esse idoneū ad perficiendum. Nam tunc perficitur bonum, cum quod uult uolūtas, & ipsa membra pari alacritate ut id exequatur, concurrūt. In hac autem exequutione superior quidem spiritum promptū, carnem autem infirmā. Et hoc est quod aliās ipse dixit. Spiritus & caro sibi inuicē aduersantur, ut non quæcunq; uultis illa faciatis. Multū enim per hoc certamen de bono (quod alioqui fieret) minuitur, si hoc bellum non intercederet. Vult enim plerunq; orare spiritus, & caro uult dormire, aut quiescere, aut comedere & bibere. Vult ille feriari à carne, & excedere Deo: At illa tristatur, quæ uellet ludere, & spectaculis ad sensū paratis oblectari. Indicit spiritus silentium carni, ieiunium, iustum; & illa protinus murmurat, quæ in risum, & uoluptates uarias magis erūpere gestit, & in defensionem & uindictā salit. Quod si uerberes & castiges, ex alia parte fit infirma ad bonū, ut nec sic perficere queas illud κατὰ νόμον, id est, rectum illud ac decorum, quod homini in illo statu integro, in quo cum Deo collo carat, conueniebat. Et hoc propter hanc inter spiritum & carnem inextinguibile (nisi morte) pugnam. Neq; uerò sic erat à principio: quoniam in carne erat bonū, quæ nullo modo rebellasset spiritui, sed fuisset tunc illa metaphorica iustitia, quæ uiderunt quidem philosophi, sed ad eam non attingerunt, quia uires animæ ita componebantur, ut inferiores essent expeditæ & aptatæ obtemperare superiori parti, id est, menti & rationi. Sed hæc iustitiam & tranquillitatem, in qua primus noster parens Adam fuit conditus, cuius & nos hæredes ordinati eramus, illo suo antiquo peccato irrecuperabiliter amissimus. Nec enim in baptismo nobis restituitur, solum renouamur in parte superiore mentis: quia ibi Spiritus adueniens recipitur. Mens aut ipsa purificatur, quia Deo coniungitur: & consequenter à carne abstrahitur, ut semper meminerimus peccati antiqui, & humilemur coram Deo, & in hac infirmitate proficiamus, qui in multitudine fortitudinis non profecimus, sed defecimus ac cecidimus. Nam & per hanc infirmitatem & pugnam coacti sumus ad Deum suspirare, poscentes eius auxilium in tanto dissidio, & intestino malo, & prælio, ne succubamus, ut ipse Apostolus desuper admonitus faciebat.

Hanc uerò pugnam inter spiritum & carnem,

nō possunt nosse, nisi qui spirituales sunt; quia in eis est Spiritus qui penetrat sensum Apostoli: quoniam in se ipsis experiuntur, quæ ille docet. Carnalis quidē aliquid fortē suspicari potest, sed uix sentire atq; probare: quia & facile carni consentit, & dat manus. Vnde & qui magis spirituales sunt (quia unaquæq; pars magis conatur propter antiperistasin) magis etiam cognoscunt: Et cum perficere summopere appetant illud, ἀγαθόν, id est, bonum egregium, & absolutum, non autem perficiunt: quia diligunt maximè, etiam plurimum dolent. Non autem dico, nullū eos opus bonum facere (ut hæretici aiunt) sed non illud bonum absolutum, sicut uellet Spiritus, ut etiam sæpe quod nolunt malum, illud faciant, non tamē lætale, si sancti fuerint & confirmati. Ideo non dicit Apostolus, πονηρόν, sed, κακόν, uolēs magis defectum, ac uiriositatem, quàm malitiam, aut malignitatē denotare. Nam illud propriè sonat uox, sicut clarissimus oratorum aduertit. Spiritualis ergo etiā malū, quod nō uult, facit sicut & carnalis. Sed in hoc à carnali differt, primū circa latitudinem. Carnalis enim complebit homicidium, adulterium, & huiusmodi, saltem corde. At hæc facere non est uiri spiritualis. Nam cum primū hæc agit homo spiritualis, desinit esse spiritualis. Fit enim seruus peccati, & diaboli. Porro quæ cōiunctio CHRISTO cum Belial: & quæ societas lucis ad tenebras: Itaq; anathematizandum est dogma illud, quod noui hæretici suscitauerunt, esse in homine peccatore & criminoso gratiam Dei: contra quos Dilectus clarissimè ait. Si quis diligit mūdum, non est charitas Dei in eo: quia nec diligit Deum, nec diligitur à Deo. Iniquos enim odio habet Deus. Spiritualis ergo manens spiritualis, non facit hæc: quia concupiscētiæ malæ non consentit: ideo peccatum non perficit. Facit autem aliud quod malum: quia deficit à perfecto, & offendit in multis, nisi extrinsecus adiuuetur a Deo. Quin & ulterius dico, si dimittatur tentationi, non erit potens resistere, quominus & ipse quoq; grandia admittat crimina. Ideo dulcissimus, & nostræ salutis cupidissimus Magister prouidit, ut quilibet oraret, & diceret. Et ne nos inducas in tentationem. Nam satis inducit in tentationē, quū permittit hostes inuadere, & suas omnes artes intendere, nec adiuuat.

Spiritualis ergo sic deficiens in bono propter certamen carnis & contumaciam, si ad malum, quod caro facit, non consentiat, ipse illud nō operatur qui resistit, & non exhibet ad iniquitatem arma iniquitati. Ideo hæc petulātia carnis, & hoc eius malum non imputatur ei in culpam: quia illud facit caro mulier, non uir: nisi fortē quid negligentæ ei poterit imputari, quod minus prouiderit. Potest enim in homine sua fœcordia hoc donū Spiritus esse segne, & frigescere. Vnde cuidā dictum est. Suadeo tibi emere aurum ignitum. At homini carnali bene imputatur: quia non potest excusare se, & dicere. Ego non operor illud. Si, n. carnalis est, succumbit carni. Et iccirco cum illa cōcordans, & instrumenta permittēs ad malum atq; exhibens,

*Amor Dei in homine, & itē amor sui*

exhibens, operatur illud. Spiritualis autem non: quia non consentit, sed cohibet arma corporis, ne perficiat caro quod uult. Non est tamen sine culpa homo, qui suo libero arbitrio gratia Dei adiuto, facere quæ sunt suæ partis negligit. Est enim in homine spiritali mens informata spiritu, sed non perfectè contenta ab illo. Inuenitur quippe in uoluntate & amor Dei, quo homo spiritualis est: & adhuc nonnullus amor naturalis carnis, quo uoluntas æquè prona inuenietur in illam, si parū per auertatur à spiritu. Nec solum carnis inuenitur amor, sed amor sui ipsius etiam naturalis, qui si in officio non continetur per charitatem Dei, reddit hominem fermè dæmonem & Satanā. Nā & si spoliatur anima carne, adhuc tamen amabit seipsam: sicut & dæmones sine carnis appetentia peccauerunt: quia seipsos dilexerunt magis quā Deum. Et licet amor Dei in homine qui est sub gratia, sit potentior (quanuis imperfectus) quàm carnis amor, & quā ille amor sui proprius, si charitas suas uires exercent: attamen si per carnem excitetur uolūtas ad malum, & à propria superbia diabolo instigante & urgēte, & ille amor Dei non excitetur, & currat ad arma sua, quæ sunt humilis ac deuota oratio, ac deprecatio assidua, proculdubio succumbet homo sub carne consentiens illi: & tunc operabitur illud malum, qua parte spiritalis est & mente, & uoluntate. Non tamen hoc faciet ipse spiritus, & sic non ille homo spiritalis, ut est spiritalis, qui sic persistens, aut potius qui sic consideratus, peccare non potest. Mens igitur posita quodam modo inter spiritū & carnem, si carni consentiat in crimen moritur, & Spiritus Dei recedit ab illa: quia Deus indignatur, & subtrahit ab illo gratiam & donum. Spiritus, per quod est uita, & uera uita. Si uerò consentit non in crimen, sed in aliud leue peccatum, patietur detrimentum aliquod: & licet non moriatur, indignabitur tamē ex parte Deus: quia nō sic adiuuabit negligentem, & fœcordem uoluntatem non sic proteget: & fortē etiam mittet in tentationem, & derelinquet, & erit casus. Tunc ergo nō immunis erit homo Christianus à peccato cōcupiscētiæ carnis, uel quū cōsenserit, uel quū plus æquo illi indulserit, uel nō uigilans fuerit super illam castigando & cohibendo, & aduertendo ne uires accipiat fortiores, & intumescat. Et hinc uide quomodo bene de homine carnali, iudæo tamen, non dicit Apostolus, quod ipse non operaretur illud malum, quod oderat etiā faciēs: sed dicit, quod nō intelligebat quod operabatur. Operabatur enim, sed non intelligens. Non intelligere autem quod operaris, non est non operari, sed est operari: non tamen ex malitia, sed ex errore & infirmitate. Spiritualis autem dum in hoc statu persistit, talis est ut non operetur ipse malū. Dilectio enim malum nō operatur. Et sic uerum est, quod qui diligit, seruat mādāta. Quamobrem concludens tandem Apostolus, dixit.

*Inuenio igitur legem mihi uolenti facere bonum, quod malum mihi adiacet.* Et si enim spiritualis ego sum, in formatus gratia in parte meliore, quæ est super-

rior hominis: habeo tamē inferiorem, in qua malum inest, quod illi quidem innatum est. Mihi uerò, licet iā spiritali adiacet, & obturbat me, quod minus ualeam intendere ijs quæ Dei sunt, ut oportet, ac totis uiribus illi inferuire.

*Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, qui est mens.* Cum autem eram olim in carne, non poteram condelectari legi Dei, licet eam accepissem, & cognouissem bonam. Eram inquam in carne: quia non liberatus ab eius dominatu, & illecebris, cui magis seruire libebat: quoniam nondum mihi aderat spiritus uitæ. Nunc autem quando mens mea aspersa est charitate Dei, condelector cum ipso Spiritu sancto in hac lege sua, quæ est lex amoris & charitatis. Congaudet enim charitas ueritati. Charitas ergo quæ in me infusa est, facit me amantem suæ legis, & desiderantem eius implementum: quia sic uideo me lucrari perfectionem meam, quæ est adhærere Deo meo. Vnde surgit delectatio de ipsa lege, quæ est medium ad perfectionem obtinendam. Et quamuis ita sit:

*Video tamen aliam legem in membris meis etc.* Haud dubium talē esse legem in mēbris, id est, in instrumentis carnis, quæ data sunt ut obediant menti: quæ lex repugnat legi spiritus, que est in mente. Omnis homo spiritalis hæc in seipso sentit, & assidue experientia probat.

*Et captiuantem me in lege peccati.* Hæc uerba magnum habent dubium, unde pauci sese ab eo explicauerunt. Dubium autem est, quomodo conueniant huic homini spiritali, cui (Apostolo teste) non dominatur peccatum. Et nūc uidetur de seipso dicere, qui erat uas electionis, quod captiuabatur à lege carnis in legem peccati: quod non est aliud quàm dominari peccatum, & hoc contingere etiam tanto Apostolo.

Hic locus hæreticis uidetur in speciem quidē ualdè fauere, ut adhuc in gratia existentes, capti ui teneantur à peccato. Tu uerò benigne lector audi. Primū reuera nihil loquebatur de se ipso Apostolus, nisi quatenus sub illa spiritalis hominis communi persona cōprehendebatur: & quod erat proprium status illius, tanq; doctor ac magister, non quid in se, aut in quouis particulari homine esset, enunciauit. Non enim historiam (ut diximus) tradebat, sed doctrinā. Et ideo nō quid de facto efficeret lex mēbrorum in quolibet, manifestabat, sed quid esset innata efficere, nisi obuiā iretur. Nec superius dicitur, non dominari peccatum, quasi non ualeat uincere, & sic dominari: sed dixit exhortans iam CHRISTI spiritū adeptos. Exhibete uos Deo tanq; ex mortuis uiuentes; & membra uestra arma iustitiæ Deo. Peccatū enim uobis non dominabitur. Vide quomodo non dixerit: Non est tale, ut non ualeat dominari. Nam per CHRISTVM reuera non sic liberati sumus à potentia carnis, quin possimus denuo captiui fieri, sed dixit: Non dominabitur, retinens conditionem prædictam, uidelicet, si exhibueritis uos Deo tanq; ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ Deo: quod possunt, qui sub gratia sunt constituti. Alioqui periculum est, ne denuo

*Nota dissidium etiā in homine qui est sub gratia.*

1. Cor. 13.

*In hæreticos qui gratia à crimine ponit*

*An Christianus dici possit captiuus peccati in lege non*

Rom. 13.

Apoc. 3.

eis

eis dominetur peccatum. Et similiter non dixit, quod ista caro haberet subiectam mentem: quod esset non solum repugnare illi, sed dominari. Sed dixit, nos habere legem membrorum, atque carnis repugnantem legi mentis: ut sint quasi duo hostes inuicem ad certamen instructi, nondum tamen alter sub altero. Adhuc enim istam legem carnis sentimus (quia bellua est) esse tantæ temeritatis ut uelit: & tantæ fortitudinis, ut etiam ualeat captiuare non spiritum quidem ipsum, sed mentem, & hominem etiam afflatum spiritu, in lege peccati & mortis. Etenim denuò dominaretur, nisi legitime certet homo in illam, & opponat sese illi per arma spiritus. Et ideo admonerat Apostolus: Exhibete uos Deo, tanquam ex mortuis uiuentes. Quid est dicere, tanquam ex mortuis uiuentes: nisi tanquam illi, qui semel à morte liberati, debent fieri cautiore, & diligentiores, ne iterum incidant in eandem mortem: cum sit nunc in nostra potestate non succumbere, si tamē caueamus. Caueamus autem timore, & præparatione, & medelis conseruatiuis sanitatis, & à morbo præseruatiuis. Et ideo addidit.

Et membra uestra arma iustitiæ Deo. Membra nostra sunt, quæ cuncta sunt instrumenta in corpore, ut sensus interni, & externi, oculi, aures &c. Sunt igitur hæc omnia arma iustitiæ legendo, audiendo, loquendo, meditando, orando, & reliqua denique faciendo, quæ imperat charitas. Sic enim faciendo, peccatum, id est, concupiscentia, quæ alioqui captiuum redderet, non dominabitur. Et ideo hic dicit, captiuantē; quia (quod in se est) hoc facit: & potēs est etiam efficere, eò quod semper est in pugnam parata, & semper stimulat, semper excitat, nisi magna cum attentione & uiolentia opprimatur, retundatur, castigetur. Et ideo dicit ueritatis saluberrimæ Magister: Oportet semper orare, & nunquam deficere. & iterum: Orate ne intretis in tentationem. Similiter & alijs remedijs est utendum. Vnde & ipse Apostolus in exemplum nostrum ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte qui alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et B. Petrus cum ad iustitiæ opera cohortaretur: Hæc, ait, facientes, non peccabitis aliquando: aut, non labascetis. Verè magna est hæc miseria, esse in hoc statu bellum tam aspiduum, tamque intestinum: ut non frustra dixerit sæpe Dominus, Vigilate. Propterea adiecit Apostolus.

In felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? infelix, aut potius, miser ego homo, qui non possum perficere in hac uita bonum illud perfectum & absolutum, quod in alio statu naturæ integræ potuissimus. Nunc uerò nos impedit ipsa conditio status nostri: quia habemus hostes admodum fortes, mundum, carnem, Diabolum, qui conualuerunt supra modum in nos, Et ideo dixit: Ego; scilicet spiritualis. Et adiecit; homo; ut significaret quod ita est homo spiritualis, ut in hac nostra uita etiam adhuc sit homo, id est, in carne existens, & in iugi cum illa dissidio, eiusque ferens pondus. Quamobrem adest periculum, ne denuò in captiuitatem adducatur, ut etiam sanctorum sit

in bello superari metuentium uox ista.

Quis me liberabit de corpore mortis huius? Omnia membra carnis conficiunt corpus mortis: quoniam si quodlibet consideremus, undique intrant per ea in animum quæ inferunt mortem. Ecce scriptum est: Ascendit mors per fenestras uestras. Videt homo mulierem, & subrepat concupiscentia: cui si consentitur, gignitur mors. Audit auris uerbum sursum, & detractionis: & hinc etiam conflatur mors. Gustat homo, & bibit in uino luxuriam; & hoc est mors. Denique quoduis obiectum mundi huius secum mortis habet fomenta. Et ideo periculum est undique, & ubique: quia semper inimici sunt præstati: semper sunt parati & accincti domi, non tantum foris. Et inimici hominis domestici eius, ait Dominus noster. Apostolus igitur talis hominis personam adhuc retinens, & tot periculorum occasiones uitare cupiens, quibus mortem incurri intelligebat, in illam exclamationem erupit, tanquam qui in hac uita nullum à quouis homine posset expectare alicuius remedij solatium. Infelix (inquit) ego homo, quis me liberare poterit de isto corpore mortis: Et mox declarat quis sit uerus & solus tantarum ærumnarum liberator: non naturæ lex, non ipsius Moseos. Quid igitur?

Gratia Dei per IESVM CHRISTVM. Dices: An non recipisti iam gratiam? Recepi: Cur igitur non es liberatus à principio? Quia nondum (inquam) est tempus perfectæ liberationis. Non enim est hoc præsentaneum remedium, licet sit certum. Hæc enim gratia medicina morbi, quasi fermentum est in massa positum, & indiget tempore ad fermentandum totam massam. Oportet ergo ut fermentetur & ipsa caro: sed non potest hoc fieri, nisi & ipsa prius corrumpatur, ut sic totus homo liberetur. Et ideo uerè ipsa gratia liberabit nos perfectè, quæ iam incepit: quoniam gratia est quæ sumus in Deo. Gratia quoque est quod maneamus in illo. Et ipsa denique est, in qua Spiritus deprecatur pro nobis gemitibus inenarrabilibus: & orat redemptionem corporis nostri, ut perficiatur inchoatum erga nos suum opus in CHRISTO. Neque uerò potest non exaudiri Spiritus CHRISTI in bonis in bonis, ac tremantibus eum, & expectantibus aduentum eius, & regnum Patris.

Scio quod & aliter legitur locus iste in grecis, uidelicet: Gratias ago Deo meo per IESVM CHRISTVM. Nec inde alienus sensus colligitur. Nam uerè ita conueniebat Apostolo, ut ageret gratias peculiaris gratiæ suæ memor, qua certus erat futuræ liberationis, nullo modo dubitans se esse charissimum Deo per CHRISTVM, & quod mundus erat sibi crucifixus, & ipse mundo. Gratias igitur agebat in spiritu, tanquam qui iam illud recepisset, quod spe certissima se recepturum sperabat. Et in ea gratiarum actione uoluit subintelligi responsum, tanquam in actu exercito (ut dicunt logici) iuxta illum sensum quem porrigit latina lectio, id est, quod omnis homo qui est in CHRISTO, debet agere gratias per CHRISTVM: quia hoc malum ad tempus est, & interim Spiritum habet suæ spei arrationem: quoniam liberabitur tandem aliquando

aliquando ab isto corpore mortis, si modo sentiat gratiam eius in se, quam uerè ille sentit, quem Deus dignum fecit aliquid pati pro CHRISTO iniuste, ut habeat fortio rem illam spem quæ non confundit, quam sentiebat in semetipso tantus Apostolus: unde & assiduas agebat gratias. Sed ad rem rediens, conclusit ille tandem statum spiritualis hominis manentis in gratia, his paucis.

Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. Homo materialis, qui non intelligit modum doctrinæ, dicit. Qui fieri potest ut idem homo seruiat legi Dei, & legi peccati? cum ueritatis Magister dixerit. Nemo potest duobus dominis seruire. et: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Sed non attendit illis uerbis (ut iam dixi, et sapiens inculcandum est) conditionem hominis significare uoluisse Apostolum, ut intelligeret prudens lector, quod homo etiam spiritualis in CHRISTO, secundum inchoatam iustitiam ita se habet, ut secundum mentem sit paratus ac dispositus seruire legi Dei, id est, Spiritui, & imperio charitatis. Secundum carnem uerò sit dispositus ad seruiendum legi peccati. Non autem quod ita ei de facto contingat. Non est enim possibile eundem de facto posse hæc officia partiri, ut ex parte seruiat legi Dei, & ex parte legi peccati: stultissimum est hæc putare. Homo enim in CHRISTO existens, nulli peccato debet seruire: cum hæc sibi inuicem aduersentur, sicut superioris capite declaratum est. Nam qui mortuus est, peccato mortuus est: & ita iustificatus à peccato, ut non sit ulterius sub illo. Destruum enim debet corpus peccati, ut non ultra seruiatur illi.

Hæc Apostolus, quantum ad hoc caput pertinet, cuius egregiam doctrinam, si (ut mihi uisus sum) apprehendi, Benedictus Deus: sin autem cogitent alij meliora, paratus sum libenter audire.

Summa doctrinae ualde pulchra & necessaria ex hoc capite.

Interim summabo uarias conditiones, & proprietates uariorum statuum, quas Doctor noster Apostolus gentium doctè, ac paucis perstrinxit, in quibus post peccatum inuentus est homo miser, & infelix. Verum hoc non satis sciri potest, nisi primi quoque status conditio sciatur, in qua erat homo ante peccatum. Nam hinc melius cognosceretur illius status conditio, ad quem redactus est homo post peccatum, sequestrata omnino lege, & speciali auxilio Dei, quem dicimus statum naturæ lapsæ. In statu igitur primæuo ante peccatum inueniebatur homo in magna diuinorum notitia, & indutus ueste gratiæ, & ueste iustitiæ, qua mens erat sub Deo composita, caro sub mente, corpus sub anima; & consequenter exigebatur ab eo perfectio iustitiæ, quam proculdubio potuisset facile præstare in eo statu existens. Nihil enim erat ei repugnans, quo minus hoc posset, propter eminentem scientiam, & elaram diuinorum notitiam, & expeditam membrorum facultatem, quæ erant arma ad perficiendam omnem iustitiam promptissima. Neque enim in mentem hominis rectè de summo & optimo officio Deo sentientis uenire debet tam iniqua

cogitatio, ut ab initio creaturam ad imaginem & similitudinem suam conditam reliquerit in tanta ad uirtutes comparandas difficultate, quantum nunc uel Christiani experimur. Et utinam omnes ueram illius status cognitionem habemus, & eius qui post est insequutus per peccatum. Illa enim nihil efficacius puto ad efficiendum nos uerè erga Deum gratos, & humiles, & ad confitendum illum summè bonum in omnibus uis suis, & sanctum in omnibus operibus suis. Neque enim pereuntium delectatur multitudinem, qui cogitat cogitationes pacis, & non afflictionis. At nos sumus admodum ad submurmurandum propensi, qui natura fugimus laborem, & delicias sectamur, quæ fuissent in hoc primo statu.

Verum cecidit miser homo, & amisit scientiæ dona, & iustitiam illam & gratiam: & redditus est non iam carnalis, sed omnino caro ipsa, sicut uocant eum scripturæ. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Non intelligens, non requirens Deum: ita ut possit comparari homini intemperato, qui malum omnino ignorans faciat quasi bonum, corruptamente. Porro hoc iam non imputetur ei: quia beatus est: ita ut uiuat non respectu primæ, sed secundæ mortis, quæ solum à proprio actuali peccato procedit. Vnde existimo propter hoc dixisse Apostolum de his, qui dimissi sunt à Deo huic statui, tanquam sine ulla sua speciali prouidentia. Qui, inquit, in præteritis generationibus dimisit gentes ingredi uias suas, uidelicet, ut pareret status ille, in quem post peccatum redacti sumus. Nam illæ merito dictæ sunt gentium uis, quæ pessimæ erant, & ducentes in baratrum profundum malorum, propter naturalem omnium pronitatem ad malum, iuxta cuiuslibet desideria. Et ideo dictum est. Non permanebit: aut potius, non iudicabit, uel (ut quidam non irrationabiliter uolunt) non irritabitur Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Quod idem uidetur esse, ac si dixisset. Non imputabo eis peccatum, nec in æternum illos propter hoc puniam, quia caro sunt: quod est dicere, sunt plusquam carnales. Ideo maluit punire temporaliter, ut uel sic aliquam exculperet ab his poenitentiam, qui non absque aliqua sua culpa dimissi sunt: & hoc ex magna misericordia, ne eos in æternum damnet. Et sic exponit eum locum eleganter B. Hieronymus in heb. quæst.

Alius autem legis status qui post statum naturæ corruptæ est insequutus, fuit ille, in quem euectus est populus hæbreus, in quo longè clariorem de prouidentia Dei acceperunt notitiam, ita ut magna cum gloriatione canerent: Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius. & iterum: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifesta uis eis. Erat enim status notitiæ, respectu tamen gentium: quoniam Iudæi erant illuminati de bono & malo, & de prouidentia & uoluntate Dei, sicut dixit Apostolus de Iudæo. Et nostri uoluntatem eius, probans utiliora instruitus per legem. Ex qua notitia inuocabatur ad faciendum

ciendum bonum, & ad fugiendum malum. In eo ergo statu existens homo, factus est melioris conditionis, quam si fuisset dimissus sibi ipsi: & hoc propter notitiam à lege acceptam. Ignorantia enim pars erat peccati non minima, ita ut homo lapsus diceretur caro & bellua: quia id faciebat, & id probabat, quod placeret carni. Iudæus autem iam non caro (carnalis homo tamen) quia secundum rationem & legem instructus, id probabat quod erat bonum, licet non faceret, cum esset uoluntate carnalis, propter inhabitans in eius carne peccatum, & dominans menti nondum compositæ per iustitiam, & gratiam. Peccare enim cogebatur obnubilato per carnem intellectu, cum ad obiectum particulare, quod placeret carni, descenderetur: & sic etiam ipse per facile intemperatus efficiebatur.

Erat ergo Iudæus in deteriore statu ex parte, quam esset homo in natura lapsa: quia accepto mandato ne concupisceret, magis irritabatur caro ad concupiscendum: & concupiscens actu, grauius efficiebatur peccator. Quod sanè factum est à Deo non in eius malum, sed bonum, uidelicet, ut per legem noscens se carnalem, & natura iniustum, & incontinentem, non maneret in lege, ne præuaricator fieret, sed curreret ad CHRISTVM, quem ipsa lex indicabat, ut spiritu uiuificaretur, & lex illa imprimeretur in corde, quæ erat scripta in tabulis, cum sciret ex ipsa lege (sicut scriptum reliquit Sapiens) Quod nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc per CHRISTVM. Testificatur enim lex iustitiæ Dei, quæ scribitur in cordibus nostris per CHRISTVM: sicut idem Apostolus dixit. In hunc autem statum poterant uenire etiam gentes, quibus ipsa natura prædicabat bonum, & malum: Deum prouisorum, & remuneratorem mortalium, si prædicationem naturæ recepissent, sicut & nonnulli receperunt. Verum gentes non tam facile accessum habebant ad CHRISTI notitiam, sicut Iudæi legis beneficio instructi. Non ergo datus est Iudæis ille status, ut in illo manerent: sed ut cognito morbo ad medicum currerent, & uenirent in statum gratiæ, qui est nouissimus status ab omnibus alijs differens.

A statu autem primæuo hic noster status differt: quia in illo erat clarior diuinorum notitia. Nos autem ambulamus uidentes quasi per speculum in enygmate. Amplius in illo statu fuissimus in ea iustitia, qua continebatur pars inferior sub superiore, & superior sub Deo. Nunc uero habemus eam contumacem, ut sæpius declaratum est. Et ob eam causam non tenemur ad illud omnino rectum ac perfectum, ad quod eramus obligati in primo pacto, cum eramus innocentes: modo confiteamur obligationem. Non enim exigit à nobis Deus impossibilia.

Differt & hic status à statu Iudæi, sicut differt status continentis à statu incontinentis. Est quidem & in nobis peccatum, sicut in Iudæo, id est, concupiscentia in carne: sed non dominatur menti nisi uelimus, & demus ultrò manus, non repu-

gnantes cum armis gratiæ, quæ sunt, uigilantia, oratio, sacramenta, castigatio corporis, & alia huiusmodi. Si autem resistamus legitime, non dominatur. Præualeat enim quæ est in mente lex charitatis, ita ut possimus continere. Non autem in eam uenimus temperantiam & moderationem, ut æquemur statui illi, qui fuisset ante peccatum. Nam tunc non solum erat in mente gratia iungens Deo superiorem partem: uerum & aduisset illa iustitia, qua iungebatur pars inferior superiori, ne esset contumax, sed quadam impressione sileret obtemperando edicenti.

Et ideo quod ad hoc pertinet, uidelicet, quantum ad consummationem iustitiæ, in deteriore statu modo sumus, quam fuissimus ante peccatum. Sumus enim in difficiliore propter peccatum menti repugnans in bono & optimo, ut periculum etiam sit expugnationis non negligendum. Multi enim expugnantur & pereunt, eundo post concupiscentias suas. Deinde uix est in hoc mundo, propter tam grauem carnis sarcinam, mundi & diaboli pugnam, qui perfectè (ut par esset) insistat in bono, & perficiat illud, & auertatur à necessitatibus, & irrupentibus cogitationibus, & malis, & morbis, & innumerabilibus uitæ huius incommodis. Maiorem præterea habet potestatem in nos Diabolus, quam in primæuo statu habuisset. Itaque peccatum reddidit difficiliorem uirtutis uiam, & minus certam quæ antea fuisset.

Attamen in hoc melioris sumus conditionis, quod hunc magis arduum agonem magisque acrem superantes, etiam maiora promeremur in cælis gaudia, sicut promptum est credere. Nam & ipsemet Dominus noster & caput IESVS CHRISTVS, propter mortis acerbissimæ cruciatum gloria maiore, & corona potitus est. Maior ergo uictoria, & illustrioris triumphus dignior est futura ratio, si frangantur ac superentur unà cum suo rabido exercitu numerosiores hostium copiarum, quam si pauciores ac infirmiores leuiori pugna fugarentur & prosternerentur. Hoc non ignorat ipsi demones, quibus maximum est studium, ut suadeant nos semper esse infirmos, & ea fortitudine per nouum statum minime esse roboratos, qua possimus tantis (quantæ nos circumstant) tentationum fluctibus resistere. Et ad huius rei fidem faciendam armarunt suos milites novos nostræ ætatis hæreticos, qui prædicant hominem etiam in CHRISTO existentem, peccatorem adhuc inueniri, & non qualicumque peccato, sed lætali, & ad mortem imputabili. Quod iniquissimum, & contra CHRISTI gratiam excogitatum dogma, Apostolus seq. cap. initio clarissima sententia damnabit.

#### Cap. VIII.

**N**ihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in CHRISTO IESU, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus uitæ in CHRISTO IESU, liberauit me à lege peccati

cati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui uero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus uita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt.

*Hæretici noui hoc loco proferuntur.*

**N**ihil ergo etc. Quod primum ait: Nihil, hoc uerbo iugulauit hæreticos: quod ut planè perspicias, attende. Stet igitur B. Pauli hæc iniuncta sententia, quæ uelut sagitta coniecta, oculos istorum excœcet. Loquens de ijs qui sunt in CHRISTO per fidem, ait: Nihil ergo. Quid est quod ait. Ergo? Unde (quæso) educitur ista conclusio, nisi ex proxima sententia, quam dixerat describens spirituales uirum in CHRISTO, quem figurauit in semetipso dicens. Igitur mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati: Ac si diceret, ut uerè dicit. Quia mente seruo legi Dei, id est, quia sic sum per gratiam dispositus ad seruandum legi Dei, nihil nunc damnationis habeo, id est, nullam damnationem: quia peccatum non est in me ullum, id est, in mente mea, ubi iam nulla est macula: quia ex fide mihi cor est purificatum, & gratis iustificatus sum dono Dei. Itaque factus est mente purificatus esse ad iustificationem meam: coram Deo, qui mentem respicit, & dicit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Non enim obstat sibi in hoc statu seruam legi peccati, id est, ita sim dispositus secundum carnem ad peccandum: quia dispositio hæc mala iam purgata est, & non est ipsa peccatum, cum peccatum sit actus. Item non ex carne procedit peccatum, sed ex uoluntate. Modo ergo uoluntas per spiritum resistat carni, & non sequatur concupiscentias eius, nihil mihi erit damnationis. Et ideo bene sequitur: *is qui sunt in CHRISTO IESU, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum, id est, qui incedendo in hac uita mortali, affectibus & operibus non obtemperant appetitui carnis, sed ambulant ut boni æmulatores. Abrahæ per uestigia fidei, obediendo legi ut filii Dei, qui spiritu Dei aguntur, & mouentur ad fructus ipsius Spiritus perficiendos, qui sunt charitas, gaudiū, pax, etc. quæ qui agunt, non habent legem aduersam, & minitatem, ut ipsemet B. Paulus testatur. Nā qui sunt CHRISTI, carnem suam crucifigunt, cum uitijs & concupiscentijs suis. Et ideo nihil damnationis est ijs qui eiusmodi sunt. Nam unde potest, prouenire in eos tali dispositione præditos damnatio? Non equidem ex antiquo delicto, quod audit p...*

*Gal. 5.*

damnatum est, & interemptum in carne CHRISTI data pro noxa. Nec ex uile legis: quia aduersus huiusmodi qui faciunt legem, & non ambulat in concupiscentijs carnis facientes eius desideria, non est (inquit Apłs) lex, scz, damnans eos, sed potius commendans: quia inuenit illos facientes quæ sunt legis. Et hoc est quod ait:

*Lex enim Spiritus uitæ in CHRISTO IESU liberauit me à lege peccati et mortis.* Lex Spiritus, est lex charitatis, quæ est infusa per Spiritum sanctum in cordibus nostris, unde anima nostra uiuit coram Deo: quia uitam accepit, ut seruire possit Deo. Hæc ergo lex Spiritus, unde est uita, liberauit me (ait Apłs in persona Christiani) à lege peccati et mortis, id est, ab antiqua lege, quæ cum esset in tabulis, & iuberet mihi existenti carnali spiritualia, non ualentia ea perficere propter carnis imperium, erat isto modo mihi ministra peccati, & mortis. Itaque ab ea liberati sumus per hanc legem Spiritus uitæ nobis infusam, modo maneat hæc lex in nobis: quod erit si nos maneamus in CHRISTO IESU. Manebimus autem in illo, si dilexerimus illum, in quo sumus omnes: & circūdebimus nos ipsos in illo inuicè diligere. Ipse enim est uitis nostra, de qua hic Spiritus uitæ tanquam de radice dimanat in nos: de cuius uitali humore tanquam palmites haurimus, si modo in ea uite permaneamus. Permanebimus autem, si non contulerimus carni, sed fecerimus mandata Dei. Ut ostendat autem quomodo per hanc legem Spiritus uitæ liberemur à lege peccati & mortis, adiecit:

*Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.* Sensus est, quod lex quæ posita erat homini animali & carnali, & contumaci, & inuito, cum ipsa iuberet spiritualia, & ea quæ carni molesta sunt, non poterat efficere per se ipsam quod suæ intentionis erat, uidelicet, ut homo perficeretur in actibus iustitiæ. Homo enim malus, & sentiens legis uim & iustum, & non ualens obedire, imò per legem tantò magis excitatus ad resistendum (quoniam semper ob innatam malitiam & superbiam nitimur in uictum) transgrediens legem, supra modum fiebat peccator & præuaricator: quoniam esset lex ipsa ex se esset fortis, & fortia iubens, infirmabatur tamen per carnem. Nam caro quæ legem recipiebat, non tamen in se ipsa scriptam, sed in tabulis lapideis, inueniebatur ipsa mente fortior: ita ut lex suo iustitiam frustraretur, qui erat, ut homo esset perfectus in iustitia, faciens iusta coram Deo. Hoc est ergo quod dicit legi fuisse impossibile, nimirum, uel faceret hominem iustum coram Deo, & operatorem bona, scz, obstat peccato, quod erat in carne, & dominabatur homini ne posset etiam uolens, iusta legis perficere, quæ reddebatur infirma: hæc parte propter carnem, id est, propter illum dominatum carnem. Quomodo ergo quod erat impossibile legi, perfectum sit, explicat, & ait:

*Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, suppletis, hoc efficit.* Frequens enim est Apostolo omittere uerba, quæ possunt facile subaudiri. Et uita (quæso) Dei consilium, in quo



maxima misericordia & iustitia illius elucet. Ipse enim perspicuus non esse legis defectum, si ei non obtemperaretur, sed hominis, idque propter ius quod habebat peccatum in hominem cui dominabatur, secundum illam diuinæ legis regulam: Qui facit peccatum, seruus est peccati: uoluit homini succurrere, & illum liberare ab hoc peccati dominatu. Noluit autem hoc facere cum aliqua ipsius legis iniuria, idest, noluit à sua possessione peccatum expellere, nisi rursus aliquod ius nasceretur aduersus ipsum. Ergo ad hoc misit Filium suum, scilicet, ad tollenda peccati iura: quoniam misit illum in similitudine carnis peccati. Misit autem tunc dicitur Pater Filium, quando decreto illius ipse Filius assumpsit humanam carnem, infirmam, corruptibilem, caducam. Nam sic dicitur ipse exiisse à Patre: quoniam sic exinanitus, gloriam, quæ decebat illum (utpote Filium Dei unigenitum) abiecit à se. Vnde & rediisse ad Patrem postmodo dictus est, cum gloriam suam accepit, & indutus est uirtute, ut sedere dicatur ad dexteram Patris.

104. 16.

Quid est uenisse CHRISTVM in similitudine carnis peccati.

Venit ergo in similitudine carnis peccati: non quia non uenerit in uera carnis nostræ substantia, sed quia cum carnem acciperet, noluit accipere infitum in carne nostra peccatum, & in uersa massa naturæ. Accipiens tamen conditiones poenales in carne sua, quæ nobis à peccato uenerunt, ut erat corruptibilitas, & passibilitas, & mortalitas, uerè habuisse dicitur & assumpsisse carnem similem carni peccati. Sic dicitur uenisse in similitudine hominum, et habitu inuentus ut homo. Quo genere dicendi non negatur uera in eo hominis substantia, quæ ex tali forma & materia resultat, idest, anima, & corpore talis: sed declaratur illum non fuisse hominem secundum conditiones illas, quæ humanæ naturæ propter peccatum debebantur, inter quas erat dominatus peccati.

Philip. 2.

Fuit autem similis alijs hominibus: quia miserias & poenas peccati (sine peccato tamen) in se assumpsit, & ideo habitu inuētus est ut homo. Et sic in seipso cepit dissoluere iura peccati, cum ipse iniuria, quod ad se attinebat, in sua carne poenas antiquo peccato debitas cepit luere, & Deo restituere suam gloriam, quam nos rapuimus. Nos enim diuinum illud nescio quid rapuimus, quum parentes nostri ab initio appetuerunt dñs esse similes. At IESVS tum hoc debitum Patri restituit, quum diuinas conditiones sibi conuenientes, idest, illam gloriam quasi unigeniti à Patre, à seipso abiecit, & se exinaniuit, atque formam serui immerito substinuit, ut hoc efficeret, quod lex non poterat, uel iustificationem nostram. Nam & hoc pacto effectum est quod sequitur.

Et de peccato damnauit peccatum in carne. Veniens IESVS in hunc mundum absque peccato (ut dictum est) sed assumptis poenis peccati debitis, cepit habere hostem ipsum peccatum, cum quo & confixit, & de quo triumphauit. Mundus enim ab eo peccato impulsus restitit euangelio & ueritati, quam CHRISTVS prædicabat: & sic ab illo ipso peccato fuit indignissime summaque iniuria

crucifixus. Peccatum igitur (à quo iste tantus ausus fuit) quia extendit iura sua in eum, in quem nullum prorsus ius habebat, merito perdidit sua iura, quæ in uniuersum mundum merito habebat. Nam illud CHRISTI opprobrium, quod passus est à peccato, longè præponderauit illi debito, quod ipse mundus peccato debebat. Sic igitur Deus benedictus, & per omnia iustus, hanc iniuriam à peccato uenientem cernens in Filio suo, & in illa benedicta suæ carnis hostia, quam ipse obtulit pro peccato in ipsa carne Filij sui summa iniuria damnata, summo iure damnauit peccatum, ut hoc pacto, de ipso peccato damnatio ipsius peccati mirifica æquitate processerit.

Quicumque igitur inuenitur in CHRISTVM regeneratus, et per baptismum in illo configuratus morti eius, gerit quidem in se, hoc est, in carne sua peccatum, sed damnatum: quoniam non dominatur ulterius. Non enim inuenit ulterius hominem peccatorem, in quem ius habeat: quia mortuus est homo uetus in carne CHRISTI, & nouus excitatus est, qui non agnouit peccatum, sed est conditus in iustitia & sanctificatione ad seruiendum Deo, & gloriæ eius. Tales sunt qui renati sunt, effecti noui & in spiritu & in carne: quoniam membra sumus corporis CHRISTI de carne eius, & ossibus eius. Non quod in carne nostra non sit malum adhuc, cum & in carne CHRISTI fuerit malum, licet non peccatum: sed quod hoc malum non est nobis ulterius in poenam & peccatum, sed in exercitium ac meritum. Sicut fuit CHRISTO suum malum carnis, factum propter nos maledictum, quem oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam. Tales & nos, qui hanc carnem in hoc penè similem suæ carni habemus, quam oportet à nobis castigari, tanquam inimicam, donec perfecte moriatur, ut fiat quasi semen futuræ incorruptionis & gloriæ.

Hactenus pro huius loci explanatione: Est si me non lateat alios aliter exponere, sed ego illud protuli, quod magis placuit. Videat lector alios si libeat, & semotis (quæ rectum iudicium impediunt) prauis affectionibus diiudicet. Non est enim mihi in animo cuncta quæ ab alijs dicuntur uel improbare, uel saltem recensere. Quod & si facere cuperem, citra magnum animi tædium fieri non posset, qui à contentione libenter abhorreo.

Ad rem igitur nostram redeundo, Dicimus hoc Dei consilium fuisse, ut isto pacto iustificatio legis impleteretur, uidelicet, damnato peccato, & omni eius iure ab illo sublato, & consequenter illius tyrānide. Dicit autem legis iustificationem, idest, illam quam imperabat, & intendebat lex, cum diceret homini: Non concupisces. Et hinc uides, acute lector, satis redargui nouos hæreticos, qui nolunt posse impleri à nobis iustificationem. Et attende in quibus dicat impleri, & quomodo: ait.

In nobis, hoc est in Christianis iustificatis spiritu & fide. Sed quia hoc non satis erat aduersus hæreticos, adiecit: Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Hi enim demum sunt, in quibus

In hereticos, quomodo potest impleri lex.

in quibus impletur desiderata legis iustificatio, uidelicet, qui ambulant secundum spiritum, non secundum carnem, idest, qui non quæ carni placent, cuius opera manifesta sunt, ut immunditia, auaritia, libido, superbia, & huiusmodi alia, sed quæ sunt spiritualia agunt, facientes fructus spiritus, qui sunt opera charitatis, & patientiæ, & reliquarum uirtutum, quæ inde, hoc est, à Spiritu sancto proficiuntur, per media tamen ipsius Spiritus dona: sequitur.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapient. Ostendit hoc in loco Apostolus, CHRISTVM ambulantes secundum carnem nihil prodesse. Ratio uerò est: quia in se, scilicet, sunt secundum carnem. Hoc enim supponit: quia esse secundum carnem, est esse carnalem, idest, habere in se principium ducens uolentem ad ea quæ sunt carnis. Vide usitato in scripturis more loquendi, dicuntur esse carnales, uel ex carne, uel secundum carnem: Et qui tales sunt, sapiunt quæ sunt carnis, idest, ea iudicant bona, & his afficiuntur, & hæc eligunt, quæ sunt carnis, idest, quæ carni placent, ut obiecta propria. Hæc autem sunt carnis, quæ temporalia sunt, & morti subiecta, ut sic mortem afferant, merito digna morte in illo, qui illa elegit, & contempsit immortalia & cœlestia: unde subdit.

Nam prudentia carnis mors est. Idest, mortem affert. Ut hic sit absolutus. Apostoli sensus. Qui secundum carnem ambulant, non iustificatur per CHRISTVM. Probat: Quia si secundum carnem ambulant, secundum carnem sunt. Et qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Et cum cuique merito id reddendum sit, quod sapit, idest, quod elegit (quæ autem sunt carnis sunt mortalia) Concludendum igitur est, huius prudentiæ meritum esse ipsam mortem: ut illi amittantur cœlestia, & simul priuentur terrenis, qui ita sapiunt. Et hoc inde est: Quia prudentia ista carnis est inimicitia aduersus Deum, idest, causa, qua nos illam sequentes, inimici constituimur, eo quod ista caro non est subiecta legi Dei, sed odit illam. Nec enim potest subiecta esse: quia huius naturæ est caro. Caro enim, ut caro est, ex seipsa semper concupiscet quæ sunt carnis, nisi reprimatur à spiritu. Uerò ergo non concupiscat, mortificare illam oportet. E diuerso autem cuncta contingunt secundum Spiritum ambulantes: quia isti ex Spiritu sunt, & ex Deo: & ita sapiunt quæ sunt Spiritus, & quæ sunt Dei. Spiritus enim est Deus, & charitas, quæ non potest amare quæ sunt mundit: quos qui uult amicus fieri, Dei inimicus (ut testatur Dilectus) constituitur.

Prudentia autem Spiritus, uita & pax etc. In his qui non sequuntur uoluntatem carnis, prudentia Spiritus est uita, quæ est gratia Dei, à qua gloria est, & perfecta uita & æterna. Inde enim uenit pax, quæ superat omnem sensum.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Esse in carne (ut iam dictum est) non est aliud, quam ipsi carni ita affici, ut homo in omnibus ei consentiat, & finem suum in ea ponat. Et idem uideatur esse secundum carnem. Talis ergo existens in

carne, siue secundum carnem, cum illi consentit, & iam non moleste tolerat eius petulantiam, imò ea libenter delectatur, Deo placere non potest: quia caro inimicitia est in Deum. Nec potest subijci legi Dei, ea quæ carnis naturæ repugnant, præcipienti.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem Spiritum CHRISTI non habet, hic non est eius. Si autem CHRISTVS in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si Spiritus eius qui suscitauit IESVM à mortuis, habitat in uobis: qui suscitauit IESVM CHRISTVM à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem Spiritum eius in uobis. Ergo fratres, debitores sumus, non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uiueritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumque Spiritu Dei aguntur, ii filii Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem CHRISTI: Si tamen cōpatimur, ut & conglorificemur.

Vos autem etc. Ostendit Apłs, quod qui erant iam candidati in CHRISTO per fidem, non erant amplius in carne, idest, subiecti & addicti carni, sed in Spiritu hærentes illi, si modo Spiritus habitaret in eis, idest, si non fuisset exturbatus è templo suo, propter obedientiam carni rursus datam. Quod & notandum est aduersus eos qui aiunt stare gratiam Dei etiam in criminosis: sed B. Paulus opposita in tales sententia ait.

Si quis autem Spiritum CHRISTI non habet, hic non est eius, uidelicet CHRISTI, seu ipsius Spiritus, qui non possidetur ab eo, nec regitur: Possent fortè se excusare, & dicere se intelligere de gratia prædestinationis, quæ quouis prædestinati peccato non tollitur. Sed quia isti aliam gratiam non agnoscunt, imò etiam floccifaciunt: ideo merito repræhéduntur, nec se defendere ulla excusatione possunt.

Si autem CHRISTVS in uobis est, corpus quidem, scilicet ipsius CHRISTI, mortuum est, idest, est res mortua: νεκρὸν græcè, idest, cadauer, propter peccatum, idest ad destructionem peccati. Et ideo per hoc simul caro nostra mortificata est peccato. Spiritus autem uiuit propter iustificationem. Spiritus enim noster iustificatur propter adhærentiam ipsi Spiritui Dei, & CHRISTI. Quid autem est hic Spiritus Dei, & CHRISTI, nisi Dei charitas, & amor, qui nostro spiritui iungitur nexu indissolubili, nisi per nosmetipsos illum à nobis dissoluerimus:

Si ergo Spiritus eius, id est, Dei Patris, qui Pater, suscitauit IESVM à mortuis, habitat in uobis. Ipse enim Deus & Pater qui à mortuis suscitauit IESVM Dilectum suum & Vnctū oleo, de cuius plenitudine et nos oportet accipere. Suscitauit autem respectu corporis ipsius, secundum quod erat ipse mortuus; Ipse, inquam, idem Deus Pater uiuificabit et mortalia corpora uestra propter inhabitantem Spiritum eius in uobis. Spiritus enim Dei ille bonus qui habitabat in corpore illo CHRISTI mortuo, & non dereliquit illud in infernis, sed suscitauit, si in nobis habitet, uiuificabit etiam mortalia corpora nostra aliquando. Corpus enim nostrum nunc quasi cadauer ad tempus relinquitur, suo die suscitandum à Spiritu, sicut accidit corpori CHRISTI: eius enim membra sumus. Faciet igitur hoc Deus Pater per Spiritum suum, cum apparuerit CHRISTVS uita nostra. Tunc enim & nos integri apparebimus cum illo in gloria. Hoc uero in loco agnosce eundem Spiritum dici Spiritum Dei, & CHRISTI, ut CHRISTVM agnoscas Deum. Et similiter Patris & Filij Spiritum, ut ab utroque processionem eius intelligas.

Ergo fratres debitores sumus non carni etc. Concludit Apostolus id quod uolebat, post ortam nobis & datam CHRISTI gratiam, per quam mortuum est peccati regnum, debitores nos esse non carni, ubi est regnum peccati & mortis, sed Spiritui, per quem liberati sumus à lege carnis, & redempti à captiuitate peccati, & erepti à seruitute diaboli. Nam qui redemptus est, eius qui redemit seruus est. CHRISTVS autem & Spiritus eius nos redemit à dominatu carnis. Illius igitur serui sumus, & illi seruire debemus in Spiritu nostro. Vnde merito nos si rursus seruiuerimus carni, & dereliquerimus fontem uitæ, moriemur, scilicet secunda, & eterna morte. Sicut econtrario, retinentes Spiritum, per quem facta carnis mortificatur (quia fortis est ut mors dilectio) uiuemus, scilicet æterna & perfecta uita. Ipse enim Spiritus, cui hæremus amore, uita est. Ecce rursum ut probatur, quod per peccatum exturbatur & eliminat à nobis Spiritus & gratia Dei. Simul quippe peccatum, & gratia stare nequeunt: quæ admodum nec simul stant mors, & uita. Et ideo non sola fides potest saluum reddere, nisi per dilectionem operetur quæ præcepit Dominus Deus in sua noua lege. Nam cum fide fiat ut seruiamus carni: licet hoc aduersarij uel negent, uel cauillis & tergiuersationibus suis excusent, dum fidem aliam secundum substantiam asserunt esse iusti, aliam cum à iustitia recedit. Sed nec sic sibi constant, sed nec constare possunt, qui sunt ueritate uacui. Ideo difficile est ualdè illos modo hæc, modo illæc elabètes, neque curantes an secum pugnent, apud uulgus ostendere redargutos. Et tamē conuincit hoc idem Apostolus docet, aiens.

Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ij filij Dei sunt. Probat ijs tantum fore uitam, qui Spiritu Dei facta carnis mortificauerint: quoniam tales Spiritu Dei ad hoc faciendū aguntur. Illi autem qui Spiritu Dei aguntur, filij Dei sunt: qui præceptis

paternis libētissimè obtēperant, liberati à terrore legis, & minis assiduīs. Et hoc declarat, subdens.

Non enim accepistis iterum spiritum seruitutis in timore. Spiritus seruitutis erat in lege antiqua, quo pœnæ formidine inducebatur odium peccati. Eleganter enim dixit quidam. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Sed alio spiritu nos afflati sumus, qui est spiritus adoptionis filiorum Dei, spiritus libertatis filijs conueniens, qui efficit ut amore, non timore obsequamur: et ob pietatem, non proprij commodi gratia. Hoc uero patet, quoniam hoc Spiritu acti,

Clamamus Abba, Pater. Tres linguas duobus his uocabulis complexus est. Nam Abba, hebræum: Pater, græcum atque latinum. Ut ostendat hanc adoptionem non ad Hebræos tantum pertinere, sed ad omnes gentes. Nam & CHRISTVS sic orauit ad Patrem. Abba Pater, ut ostenderet illum omnium esse Patrem: & seipsum pro omnibus constitutum à Deo Patre clementissimo omnium Mediatorem. Pro omnibus, inquam, non pro solis tantum Iudæis, sed etiam pro gentibus. Ob hoc mysterium his tribus linguis cōscriptus fuit titulus crucifixi. IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM, id est, eorum qui secundum spiritum sunt Iudæi. Et ne quis uanum putaret somnium, quod sumus Filij Dei, adiecit.

Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui uostro, quod sumus filij Dei, id est, contestat spiritui nostro, & confirmat hanc persuasionem spiritui nostro.

Ex hoc loco ortæ sunt etiā inter Catholicos nouæ disputationes. Nam si contestatur Spiritus sanctus spiritui nostro, quod sumus filij Dei (quod proculdubio est per acceptam & inhærentē gratiam & charitatem) consequenter testatur, quia per charitatem filij Dei sumus, ut ait Dilectus: Videte, inquit, qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur & simus. Testatur hoc ergo nobis Spiritus sanctus. Quod si attestationi eius habemus fidem, certi ergo erimus de accepta gratia, & hoc certitudine fidei. Quod tamen dum nonnulli uerbo inficiantur, multa hoc disputatione discutientes, ut tamen ueritatis (ut mihi quidem uidetur) coacti, re ipsa consentiant. Fatentur Spiritum sanctum attestari filijs, quod sunt filij: & necesse est fateri illos, quod qui sunt filij, hanc attestationem, ne sit frustrā, recipiant.

Verū tamen hic est quæstio, utrū qui eam Spiritus attestationem recipiunt, fidēne an uerō opinionem recipiant, uel etiam euidentia. Euidentiam autem nullus ponit. Præter fidem uerō, & opinionem, & euidentiam, non uideo quicquam aliud fingi posse. Et quidem non arbitror ullos qui ferri cogitauerint, dicturos opinionem ex attestatione Spiritus gigni, sed fidem: ut non ineleganter ibi docet Caietanus. Quid prohibet ergo dici hanc certitudinem fidei, quæ à testimonio Spiritus conflatur?

Respondet quidā, Primum non posse dici certitudinem: quia etsi certū sit per scripturā, quod ipse Spiritus sanctus id testatur filijs suis, attamen non est certum illis quibus testatur, quod ipse sit Spiritus

Spiritus qui testetur. Nō enim se illis insinuat esse se testem. Quod certè dictum suam secum fert ab surditatem. Cur enim testetur, nisi ut testimonio suo fides habeatur? Et quomodo haberetur testimonio fides, nisi declararetur simul persona testificantis fide digna, cum ueritas testimonij ab ipsa testis conditione accipiatur? Itaque Spiritus sanctus cōtestificans, nisi se testantem insinuet, iam non testatur. Insinuat ergo, & in ipso testimonio semetipsum ostendit loquentem: quod totum fide capi oportet, non opinione: Alioquin iniuria testimonio fieret ac testi. Inauditum quippe est, quæ diuino testimonio suggeruntur, ea non esse accipiēda fide, sed opinione, ut super his dubitare oporteat, ac formidare.

Dicunt: Insinuat se quidē Spiritus, sed per cōiecturas, in quibus potest esse fallacia. At nūquid (rogo) est hoc se insinuare, ac uerè testificari? Certe miror posse hoc uiros doctos admittere: nisi quod subintelligat iā coguntur quod excidit semel.

Sed ut hanc nimis ineptam tergiuersationem et fugam prorsus excludamus, oppono illis B. Ambrosium, qui tanquā illam præuidisset, docuit Spiritum sanctum non solum testari quod sumus filij Dei, uerum etiam quod ipse idem Spiritus sanctus est qui hoc testatur. Eius uerba hæc sunt. Qui spiritu, inquit, facta carnis mortificat, uiuet. Nec mirum si uiuat, cum filius Dei fiat, qui habet Spiritum Dei. Adeo filius Dei, ut non accipiat spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis filiorum, eousque ut testimonium spiritui nostro sanctus Spiritus reddat, quod sumus filij Dei. Testimonium autem hoc, est Spiritus sancti, quod ipse est qui clamat in cordibus nostris Abba Pater, sicut ad Galatas scriptum est. Sed & illud grande testimonium quod filij sumus Dei: quia sumus hæredes Dei, cohæredes autem CHRISTI. Hæc ille.

Possem & plerisque alias sanctorum Doctorum sententias ad hoc corroborandum proferre, quas prudens in re clara prætermitto. Ecce idem prorsus docet gloriosus Doctor Augustinus in ser. de uerb. Apostoli. Nō spiritus noster, inquit, reddit testimonium spiritui nostro, quia sumus filij Dei: sed Spiritus Dei, arra, reddit testimonium pro ea re quæ nobis promissa est &c.

Quare nullius est momenti quorūdam euasio dicentium. Admittimus esse fidem huic testimonio, sed dicimus humanā fidem, nō diuinam. Hic quæso, quam obrem? Date nobis distinctionis humanæ notam. Aiunt: Fides humana est eorum, quæ constat humana autoritate. Et fides diuina est eorum, quæ constat autoritate diuina. Si ergo ita est, & uolunt ij sibijpsis cōstare, nec loqui pugnātia, hac sua ipsorum doctrina cōuincuntur. Impossibile est enim ulla humana autoritate cuiusque esse persuasum, & constare se esse filium Dei: quoniam hoc obiectum est eorum, quæ humanam excedūt cognitionem: & sine fidei lumine certa esse nequaquam possunt.

Præterea, hoc in loco Apostolus ipse manifestè dicit, nos Spiritus sancti testimonio inniti in huiusmodi cognitione. Credo autem in Spiritus

sancti testimonio inesse non humanam, sed diuinā autoritatem. Itaque profectō nō uideo quomodo, aut qua uia elabi possunt, qui secus docent. Caietanus hanc notitiā, fidei esse notitiā eleganter docet. Puto autem de fide diuina illum intellexisse, non de humana. Sic enim Theologi intelligunt, cum simpliciter & absolute loquuntur de fide. Quin etiam alibi idē Caietanus declarat expressè, se de notitia fidei infusæ intellexisse in re proposita. B. Bernardus hoc idem multis in locis docet. Verū hanc totam materiam alibi tractauimus uberioribus uerbis.

Vnū hinc addam, quod cum iubeatur filij Dei dicere Abba, Pater, & ita quilibet in oratione profiteatur. In oratione autem (ut aiunt sancti Doctores) contineatur fidei nostræ protestatio: & (ut quidam summus Pontifex eleganter dixit) legē credendi lex statuit supplicandi, durissimum esset Christianos omnes iustos orare, & dicere. Pater noster, & hoc, quod sit eorum pater, neminem penitus ex fide nosse, sed opinione. Erat ergo protestatio, & professio in oratione omnium Christianorum, & nō ex fide, sed opinione. Quod est absurdissimum, & contra ipsum uerum ecclesiæ spiritum. Redeamus ad Apostolum nostrum, qui colligit ex testimonio Spiritus nos esse filios Dei Patris & hæredes, & CHRISTI cohæredes. Sed illius uerba audiamus, ait.

Si autē filij & hæredes, scilicet uitæ æternæ. Hæc est enim hæreditas, quæ CHRISTVS moriens nobis reliquit ut Deus: & ipse eam primus accepit post mortem suscitatus ut uerus hæres, cui suo iure debebatur. Nos uerō adoptione hæredes, & ita cohæredes CHRISTI: Si tamen simul patimur, ut & simul regnemus. Hoc dicit propter multos, & ferè omnes, qui libenter uolunt regnare cum CHRISTO: pati autem cum illo minime gentiunt. Et hic est locus in hæreticos, qui sola fide apprehēdi regnum cœlorum prædicant: & nihil tribuunt hac in parte patientiæ propter CHRISTVM, & bonis operibus, argumentātes ex B. Paulo. Si filij, ergo hæredes. Et quod subiecit, de industria omittētes. Si modo, ait Apostolus, compatimur, ut & conglorificemur. Nota modum loquendi, quo omnes eorum glossæ franguntur. Ipsi aiunt. Nos non negamus oportere sequi fidē bona opera, & crucem. Verū neque operibus, neque cruci reddi gloriam uitæ æternæ. At hoc profectō à uerbis ipsis Apostoli confutatur. Non enim dixit tantum. Si modo cōpatimur, sed adiecit, Ut cōglorificemur: manifestè uolens compensationem reddi conglorificationem. Quare cum ad hæc loca uenit hæretici, aut dissimulant, aut suis quibusdam trophis ac prestigijs, quæ illos Diabolus docet, lectorem nō uigilantem abducunt. Sciunt enim quod hæc adiectio B. Pauli. Si modo compatimur, cōturbat carnē, cui ipsi eius iam mancipia facti, placere, & morē gerere studēt. Etenim oēs sumus natura tales, ut uelit quilibet sedere in regno Dei, & hoc sœminea auaritate flagitat à CHRISTO. Sed quid ait iller? Potestis bibere calicē, quæ ego bibiturus sum? Hæc est locū suspitionis, quæ hæretici fugiunt.

Nota in hæreticos.

Existimo

Per peccatum Spūs Dei expellitur, et gratia aufertur à nobis.

Horatius.

B. Ambrosius  
epistola 22.  
lib. 5.

Nota,

Gal. 4.

B. Aug. in ser.  
23. de uerb.  
Apostoli.

Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa: sed & nos ipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos geminus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus (sicut oportet) nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.

Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis. Probat quod dixerat, uidelicet, quod ut filij accipimus hereditatem Dei: ne quis putaret per suam passionum tolerantiam, se illam lucrari condigne, ex illa conditione posita: Si tamen conpatimur, ut & conglorificemur: quasi passionibus nostris tanta gloria debeat. ait ergo: Existimo. Est sermo fiducia, id est, confidenter asserentis ob patentem ueritatem, ut ultra hanc existimationem non sit aliud exquirendum probationis testimonium. Dicitur enim quodam tropo. Existimo Deum hominem esse maiorem: Aut coelum maius terra, & quae huiusmodi sunt. Cum igitur non sint condignae passiones nostrae ad futuram gloriam per se, quibus hereditatem obtineamus, iam sequitur quod illa ut filij accipimus, adoptati per gratiam CHRISTI, ut hac ratione forma tales passiones formatae (quoniam a filijs proficiuntur & ex amore CHRISTI) iam efficiantur condignae gloria illa coelesti.

Ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis, aut in nos, ut legitur graece: Quoniam nunc tecta manet, sicut mansit in CHRISTO quoad carnem, cum esset in hoc mortali corpore. Accipimus enim eam nunc fide: tunc uidebimus facie ad faciem. Interim hoc momentaneum & leue tribulationis nostrae operatur nobis immensum aeternae gloriae pondus, ut testatur alibi Apostolus: Et quod omnino hoc futurum sit, ostendit dicens.

Nam expectatio creaturae etc. Graeca uox anxiam quandam expectationem significat, ut ingens desiderium, & appetitus creaturae significaretur. Unde colligitur, talem expectationem, cum sit ex desiderio coelitus indito, frustra non futuram. Profunde uero loquitur Apostolus, & proponit de creatura

id, quod absque dubio cerni potest, eam uide licet uehementi coelestis gloriae desiderio angere. Et nunc se habet tanquam parturientis mulier, quae cum acerbis partus doloribus audissimè expectat futuram prolem, tantisper se macerans & affligens, donec nato puero masculo possit laetari. Declaremus haec omnia.

Appellatione creaturae hic intelligo hominem, nec hominem nudam gratia, sicut uox quoadque significat, ut quum dixit Dominus: Praedicate euangelium omni creaturae, sed hoc in loco hominem significat in CHRISTO regeneratum, qui dicitur noua creatura. Quare & graeca lectio ipso articulo certam creaturam notare uidetur, & certam quandam anxiam expectationem: sic enim legitur. *ἡ γὰρ ἀπροσποδοσία τῆς κτίσεως*, ac si dixerit, Illa anxiosa expectatio illius creaturae, quam scilicet genuit CHRISTVS Dominus creans illam, & ipse in sua dolorosa parturitione & nimia anxietate Crucis parturiuit, non aliud expectat, quam illam futuram gloriam, quae est filiorum. Expectat autem eam quae si sibi, qui filius effectus est, debitam.

Sensus ergo est (ut etiam latius manifestetur) quod noua creatura per CHRISTVM, quia facta est Dei filius renatus in CHRISTO, cum non sit liberata a passionibus in hoc mundo, sed subiecta illis, in spe est, & uiuit. Non absque expectatione, inquam, sicut reliqui qui patiuntur, sed non expectant, utpote non existentes in CHRISTO: In illis enim non est spes. Et ideo anxietas eorum non includit expectationem futurorum bonorum, sed desperationem magis. Habent enim poenas quasi arram inferni, ut possint etiam sperare deteriora. Sed creatura Dei in CHRISTO non sic. Quas enim patitur poenas uelut expectans, patitur propter futurum fructum. Hoc ergo creaturae nomine hic Apostolus utitur ad significandam nouam creaturam, quae per CHRISTVM generata est. Nam & alibi hoc declarans, ait: Si qua ergo noua creatura, ut sit sensus, quod quicumque inuenitur in CHRISTO, noua est creatura: quia genitus est per resurrectionem in eo. Et alibi ait: In CHRISTO IESU neque circumcisio, neque praeputium, sed noua creatura. B. Iacobus etiam amplius audeat, dicens. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut firmus initium (aut significantius) primitiae quaedam creaturae ipsius. Et in Apoc. de CHRISTO dicitur, Quod ipse principium est creaturae Dei.

Et licet omnis creatura, Dei creatura sit (quia a Deo creata & condita) tamen magis proprie Dei creaturam dicimus hominem, qui creatus est ad Deum, ut Deo uacare possit & debeat. Tales sumus nos (Deo gratia sit) qui creati sumus ad imaginem & similitudinem Dei CHRISTI in operibus bonis, ut & nos similiter ambulantes in illis, reddamur conformes illi, qui creauit nos in semetipso. Haec enim creatura uocatur homo nouus, qui creatus est in iustitia & sanctitate. Et hic deum est in quo reponitur spes, & expectatio reuelationis gloriae filiorum Dei. Quod & magis probare intendens, ait.

Quae sit expectatio nouae creaturae.

Gal. 6.

Luc. 1.

Vanitati enim creatura subiecta est non uolens. Ex hoc enim, quod ista creatura, id est, hic nouus homo, subiectus est uanitati non uolens, probatur quod expectat reuelationem filiorum Dei. Et si enim liberatus sit per CHRISTI gratiam a seruitute peccati & Diaboli, non tamen a seruitute corruptionis, & mutabilitatis. Quamdiu enim in ista fragili carne sumus, multis indignis, quae ad rem non pertinent, subdimur: imò quae nos a ueri contemplatione plurimum auocant, & in seipsis nihil praeter uanitatem habent. Unde magnus Ecclesiastes merito conqueritur, & aperiens os congeminat: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Cuius pater dixerat: Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertransiuit homo, seu, uir: sed & frustra conturbat. Theaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quae est mea expectatio? nonne Dominus? Ac si dixerit: Haec mutabilitas & corruptibilitas circa hominem dum in hac uita est, facit ipsum uniuersam esse uanitatem. Sed uir qui in CHRISTO est, ambulans in his uanitatibus, pertransit: quia in umbra & imagine, & in multis tumultuatur frustra, & congregat ignorans cui congreget. Et quia ab ista uanitate liber nullus est, nec ille quidem qui est in CHRISTO (quia non in re consequutus est salutem dum hic agit, sed in spe) ideo creatura Dei subicitur huic uanitati non uolens, in ipsa tamen spe, quae habet expectationem certam bonorum. Quapropter Psaltes aiebat: Et nunc quae est expectatio mea? nonne Dominus? Et substantia mea apud te est, id est, quod expectabile est & sperandum, in te est: quia tu uita es incommutabilis & aeterna.

Ecl. 1.

Psal. 38.

Nota haec subtilis.

Matth. 17.

Luc. 12.

Itaque rem ita se habere, id est, esse istam creaturam cum tali expectatione, quae non frustrabitur eam, probat Apostolus mirè subtiliter ex hoc, quod homo in CHRISTO subditur huic uanitati non uolens. Cur enim non uolens? nisi quia haec uanitas non est ei conueniens, utpote iam factio filio Dei: Si non illi conueniens, sed est quodammodo uiolenta, non poterit ergo durare: quia nullum uiolentum perpetuum. Quod autem non uolens creatura Dei subdatur corruptioni huic & mutabilitati, potest ostendi in B. Petro in transfiguratione Domini. Ipse enim quasi ex hoc mundo & eius uanitatibus liber, ait: Bonum est nos hic esse. Tales omnes sumus, qui uolentes patriam, nollemus uiuere: Nec hoc pacto peregrinari, id est, tam dure tantisque sudoribus, placet. Unde & idem Psaltes ibi hoc recognoscens, dixit. Exaudi Domine orationem meam, auribus percipe lacrimas meas: quoniam adueni ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Itaque peregrini est durare donec uiam consummet, & expectare ut perueniat ad metam: et interim sufferre multa, quae inferuntur aduenis. Creatura enim Dei uiuator est in terra, & peregrinus. Hoc significauit illud dictum Helise ad Domino: Surge, comedes: grandis enim adhuc tibi restat uia. Unde & Dominus uigilantiam suadens, dixit: Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptijs. Verum quia uideri poterat

perperam factum, talem ac tantam Dei creaturam uanitati esse subiectam, cum iam confessi simus & docuerimus, id eius non conuenire dignitati, & esse rem quodam modo uiolentam, quam & ipsa recusat non uolens; Respondet huic tacitae obiectioni Apostolus dicens.

Sed propter eum qui subiecit eam in spe, hoc est, Licet hoc simpliciter aequum non sit, uidelicet, ut tota uanitatibus subiciatur creatura Dei non uolens, tamen rem totam consideranti, non est iniquum, sed rationale. Hoc enim sic ordinatum est propter eum qui subiecit eam, id est, propter CHRISTVM, qui subiecit eam in spe: quoniam nos etiam ipsum ad egimus ad humanas miseras, ut quod suum erat in re, fieret in spe. Gloriam enim suam per passiones obtinuit, & lucratus est: sic illi statuente Patre propter nos, ut nos eximeret a peccato. Itaque non est mirum, nec inconueniens, si nos propter CHRISTVM haec ad tempus patimur, ut conformemur illi, qui propter nos etiam decidit ipse a sua gloria ad tempus, ut conformaretur nobis. Nec est nouum ut ex uno inconuenienti dato plura sequantur. Nam ille fuit in causa horum inconuenientium, qui primo inconuenienter agens, primum inconueniens introduxit. Hic autem non fuit Dominus, sed Diabolus instigator, & homo illi obtemperans. Igitur CHRISTVS, siue Deus Pater per ipsum, subiecit nos istae uanitati, in spe tamen: ut sicut corruptioni & mutabilitati subiectus ipse Dominus obtinuit gloriam suam, sic & nos obtineremus nostram. Nulla enim ratione decebat, seruum & famulum melioris esse conditionis, quam fuerat Magister & Dominus. Fuit ergo conueniens ista subiectio, sed ad tempus, non autem in perpetuum. Et ob eam causam certa est haec nostra expectatio. Cur autem certa est? Audi plenam solatijs rationem.

Quia et ipsa liberabitur a seruitute corruptionis. Nota copulata; et; ac si dixerit. Sicut ipsius creaturae Creator CHRISTVS liberatus est ab ea seruitute corruptionis, cui subiecerat illum Deus Pater propter ipsam creaturam: ita & ipsa creatura, quae ad similitudinem eius ab eo subiecta est uanitati, etiam ad similitudinem eius liberabitur ab ista seruitute corruptionis, & ascendet in libertatem gloriae filiorum Dei. Quod ut facilius crederemus, protinus adiunxit.

Scimus enim quod omnis (melius, tota, uel uniuersa) creatura ingemiscit & parturit etc. Melius (ut graece legitur) congemiscit & conparturit, uidelicet simul cum creatura Dei, quae est homo genitus in CHRISTO, effundit gemitus suos in hac uanitate, & necessitate corruptionis. Et reuera nihil uanius esset uisibili creatura, si coeli, & qui coelos mouent, essent solummodo propter ista inferiora, ut nascantur & moriantur, sicque uoluantur res in aeternum. Etenim hoc quasi ludus quidam esset puerilium exercitorum simillimus. Quare statuendum est, a Dei sapientia esse alienissimum tale factum. Nam et homo, cuius gratia sunt cuncta quae uidentur, cui omnia seruiunt, miserrime esset creaturatum: & illi ante omnes qui sunt in ipso CHRISTO, & Christum

1. Cor. 15.



CHRISTVM arctiori vitæ coniunctione sequitur. Vnde ipsemet Apostolus dicebat: Si in hac vita tantum in CHRISTO sperantes essemus, sumus miserabiliores omnibus hominibus.

Hæc ergo uanitas & corruptio (qualis est modo in uniuersa creatura) accidit propter peccatū hominis. Dignus enim fuit ut omnis creatura post illum, multo magis quam prius in uanitatem & corruptionem ueniret. Est enim omnino probabile, quod longè compositius se habuisset in alio statu reliqua creatura, si homo in sua innocentia, in qua conditus fuit, permansisset: licet ignoremus quo modo. Porro, scimus quod hanc uanitatem & corruptionem excutiet tandem a se cuncta uisibilis creatura: ita ut futuri sint cœli noui, & terra noua, & nihil ulterius nec orietur, nec occidet: sed omnis creatura seruiet Deo perpetuò, & quælibet suo modo. Nam impij atq; iniusti habebunt suas parturiones, non à gemitibus tamen, sed à risibus quos elegerunt. Vnde & ipsi liberabuntur ab ista corruptione, & quodam modo innouabuntur, sed in deterius: & quod parturierunt suo risu, parient sibi, uidelicet extremum fletum perpetuò duraturum, iuxta uerbū Veritatis. Væ uobis qui ridetis, quoniam flebitis. Ignorarunt enim aliud illud uerbum: Beati qui lugent, quoniam & ipsi consolabuntur. Et item illud: Qui seminant in lacrimis, in exultatione merent. Et nota acutè lector, quam pulchrè in gemitu afflictiones minime de se diligibiles, & in parturitione effectum partus desideratum significauit. Quo exemplo etiam Dominus usus est ad discipulos suos, aiens. Mulier cū parit tristitia habet: cum autè pepererit, iam nō meminit præssuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundo. Sequitur.

Non solum autem illa: sed nos ipsi primitias Spiritus habentes etc. Ne quis putaret Apostolum, & alios eius ordinis uiros, qui erant maiores in CHRISTO, minime sub hac uanitate comprehendendi, tanq; excedentes conditionem creaturæ Dei, ait. Non solum autem sic Græcè legitur: & deest, illa, ut sit sensus. Non solum autem hoc dico de creatura Dei, quæ est in CHRISTO secundum quandam communem gratiam & effusionem Spiritus, quæ est super omnem carnē: sed & de nobis ipsis idem assero, qui habuimus primitias Spiritus, ut scilicet per nos in alios effunderetur. Nos inquam, etiam interius sumus gementes & flentes in uale hac lachrymarum, & miseriarū. Geminus enim quasi parturientes adoptionem filiorum Dei, quæ nondum consummata est, nec cōsummari potest in hoc tempore. Vnde illa uox. Nō quod iam acceperim, aut perfectus sim. Ego me nondum arbitrator comprehendisse. Sequor autem si quo modo comprehendam. Et interim alia eius uox quæ si partus & gemitus: Cupio dissolui, & esse cum CHRISTO. Et alibi: Non cupimus exspoliari, sed superuestiri. Et hoc est habere redemptionē corporis, quod erit in extrema die. Interim autē ea ratione expectare oportet: quoniam non adhuc re salui facti sumus, sed spe, quæ sollicitam expectationem secum habet. Huius autem tanq; an-

xietatis causa & ratio inde accipitur, quia in rem magnoperè arduam tendit. Vera nanq; & theologica spes, de qua loquimur, non est eorū quæ uidentur. Porro omnis creatura eleuatur in finem sibi destinatum à Deo iuxta modum suum, id est, secundum quod extendi potest. Intellectualis autem creatura inuenitur eleuabilis in altissimum finem, qui est supra fines naturæ suæ. At cum talis finis iam non sit aliquod debitum, tanq; natura exigente illum, sed sit donum: conueniens fuit ut hoc sapientissimo ordine res componeretur. Primum quidem ut crederet, licet non uideret. Si enim uideret, iam esset finem suum consequutus: quia in uisione consistit gloria, quæ expectatur. Sed quia non erat conueniens haberi sine aliquo merito: idè interim debuit credi ut absconditū. Debuit etiam desiderari ut desiderabile, ac sperari ut tale arduum, ad quod tamen liceat pertingere expectando in desiderio multo ac gemitu. Nō enim danda erant hæc tam sublimia dona non credenti, aut non speranti, id est, uehemēter ac magnoperè desideranti, & in multa patientia expectanti. Propter quod ipsemet Apostolus in epistola ad Heb. dixit. Cupimus autem unūquemq; uestrum eandem ostētare sollicitudinem ad expletionē spei usq; in finem, ut non segnes efficiamini: sed imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditant promissiones. Talis enim est qui sperat: siquidem spes non est absq; desiderio, cum id quod speratur, magnum quiddam est & summè optandum. Nec est sine expectatione ac gemitu cum patientia, ut iam diximus. Quod etiam probat dicens.

Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidetur, quis, quid sperat? Spem hic accipit pro obiecto sperato, sicut & aliàs dixit. Expectātes beatam spem, & sensus est. Cum uera spes sit inuisibilium, & cōsequenter eorum quæ maximè bona sunt, & ita uerè ardua, dignum est ut per gemitum ea & patientiā expectemus: quia quæ huiusmodi sunt, sub spe includuntur. Nam quæ uidentur, quomodo sperari possunt, cum non sint ardua sed temporalia (ut ipsemet Apostolus declarat) quæ autem non uidentur sunt æterna. Vnde dixit: Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nō uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: Quæ autem nō uidentur, sunt æterna. Propterea in hæc proprie cadit spes propter sui magnitudinem: quia excedunt mensuram naturæ nostræ, ut sic uerè sint ardua, & ipsius propria spei quam Apostolus alibi hortatur retinendam quasi anchorā animæ tutā ac firmam, et incedentē usq; ad interiora uelaminis. Vnde non dicitur anima, quæ iā est beata, sperare sui corporis cōiunctionē (teste B. Thoma) iam enim uidet hoc non ut arduū, sed ut sibi debitum apprehendit: nec potest ingemiscere & parturire. Spes igitur exigitur à nobis, ut obtineamus. Nam cum excedant nostram infirmitatem, exigunt à nobis desiderium, suspiriū, expectationem, orationem, obsecrationem, patientiam, ut uel sic etiam digni aliquo modo efficiamur potiri. Hæc enim docemur orando postulare:

Heb. 6.

Quæ sit spes uerè, & quomodo

2. Cor. 5.

Heb. 6.

lære. Sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum. Et ad nostrā singularem ADVOCATAM profitemur hanc expectationem & desiderium plenum gemitu, & clamore, & suspirijs, dicentes. Ad te clamamus exules filij Heuæ. De hac spe nō possunt habere sermonem hæretici, quia scilicet iam certò possident, & sola illis fides satis est. Dignantur autem operari in spe præmij, quod non agnoscunt, imò etiam uilipendunt.

Similiter autem, & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Vidimus quod ad rationē spei exigebatur, rem quæ speratur, esse arduam nobis, & consequenter inuisibilem & æternam. Hæc enim sunt nobis ardua, non quæ uidentur, & temporalia sunt. Et uidimus quod & Deus, ut aliquo hæc merito obtineremus, exigit à nobis horum bonorū desiderium, quæ supra nos sunt. Sed in hoc est defectus ex parte nostra: quoniam non possumus desiderare bona illa (ut dignum esset) secundum sui ipsorum excellentiam, nec etiam rectè & congruè orare. Nam cōgruè oramus & petimus, quæ nobis sunt nota. Tantum enim appetimus, quantum uerè noscimus. Nam appetitus sequitur cognitionem. Cum igitur ignoremus quod oramus & petimus, uidelicet, cœlestem patriam, quam tamen scire conueniret, ad hoc ut congruo desiderio in tātum ferremur bonū. Idè adiecit Apostolus, quod huic defectui subuenit supplens pro nobis Spiritus bonus, qui adiuuat infirmitatem nostram, ut postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus, & ait.

Similiter & Spiritus, id est, sicut Spiritus sanctus contestatur spiritui nostro, quod sumus filij Dei, similiter etiam ut (ita dicam) orat nobiscū, ut obtineamus plenam adoptionem filiorum Dei. Nos enim non sumus fortes cum Deo, ut possimus expugnare illum, & de sua manu tanq; eripere hæc adeò grandia, scilicet, per conueniens rei desiderium, & congruum: idè succurrit ille Spiritus benignus & misericors, qui fertur super aquas benignitate, & charitate immensa, satagens consummare & perficere opera, ad quæ creatura per se metipsam eleuari non potest. Idè & adiuuat suppens per gemitus suos inenarrabiles, & inuisibiles pro nobis, id quod nobis deest, ad obtinendū illa bona inenarrabilia & inuisibilia, quæ sunt filiorum Dei. Neq; turbetur quisq; (obsecro) cum audit Spiritum sanctum gemere. Nā ad hoc excludendum adiecit Apostolus, quod nō gemitus erant inenarrabiles. Gemit enim suo modo, non nostro. Sic & dicitur contristari. Nolite, inquit, contristare Spiritum sanctum. Sic dicitur quod est tactus dolore cordis intrinsecus Deus: quæ omnia castè & sanctè interpretanda sunt, & non ut hæretici negantes Spiritum sanctum Deum, aut asserentes Deum ueteris testamēti malū esse.

Non me latet aliter ab alijs communiter totū hunc locum exponi, sed parum (ut mihi uidetur) illustri sensu: imò & cui litera ipsa minime congruit. Volunt enim significare Apostolum, quod homo orans nesciat quid debeat petere: sed ipse Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, intus do-

lens quid petere debeamus, & faciens etiam ut nos petamus illud gemitibus inenarrabilibus. Primum hic sensus parum uidetur aptari ad id quod ait Apostolus: imò cum de spe & expectatione creaturæ, quæ est in CHRISTO sermonem habeat, & ita de filijs Dei, qui eius Spiritu aguntur, manifestè de ijs qui id nouerunt quod est petendum, loquitur. Istos enim proponit in uehementi regni cœlestis desiderio. At hoc est quod petendum est, & quod ipsum desiderium docet eos cum gemitu & seruoere petere.

Præterà, nimium esset etiā sic in genere de omnibus, qui huiusmodi sunt, dicere, eos nescire quid orandum sit. Nonne ipsi sancti admoniti à CHRISTO, sciunt quid debeant petere, & quomodo, cum & ipsi alios modum orandi doceat?

2. Cor. Co. 1. 2.

At ipse Apostolus (aiunt) errauit, petens amoueri à se stimulum carnis, qui tamen illi datus erat ad uirtutum custodiam, ne se extolleret. Sed nūquid et Dominus ipse errauit, qui petijt ut à se trāfret calix ille, quem tamen illi propinabat Pater ad eius maiorem gloriam? Absit. Dices: At CHRISTVS reposuit illud in Patris uoluntate. Rectè id quidem: Sed putamus Doctorem gentium non omnia similiter reposuisse in uoluntatem Dei?

Adde nō fuisse dicēdū, quod Spiritus coadiuuat infirmitatibus nostris (sic enim Græcè legitur) sed dicere potius debuisset, spiritus nostri ab eo corrigi in orando errorem. Neq; diceret simpliciter, Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: sed addidisset, quid nā illud sit aliud quod postulat, unde nostri erroris appareat correctio. Itaq; non placuit hæc intelligentia, quam tamen si quis uelit defendere, non ero contentiosus. Planior autem mihi est sensus, quem iam exposui, & ad id de quo agebatur, longè accommodatior.

Cum enim cerneret Apostolus in spe & expectatione filiorum Dei, contineri debitum orandi ut necessarium (quoniam non est conueniens obtineri tam excellens donum, si non fuerit summè desideratum, & orationibus seruetissimis postulatum) Et quia planè cognoscebat, qui uiderat arcana Dei, quantum ad desiderij uehementiam, & consequenter ad intētionem orationis faciat, scire quid sit, & quātum donum illud in cœlis repositum: quoniam nemo alacriter currit propter brauium, quo dignoratur, & nemo fortiter certat pro corona, quam non uidit. Cum enim uidit, & considerat donum propositum esse pretiosissimum, tunc proculdubio uehemēter agitur, & impellit seipsum in cursum & in agonem. Quia ergo sciebat Doctor noster quod illud pro quo certamus, nemo scit donec accipiat, quia ambulamus in fide, non in specie, & abstracti sumus à cogitatione cœlestium propter multas carnis infirmitates, idè propter hanc rei ignorantiam, & miserias atq; infirmitates corporis (corpus enim corrumpitur, & aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem) minus ardentem, quā oporteret, aduentum regni Dei desideramus, & sic minus quoq; frequenter oramus, ut adueniat: Ideo ait, quod ipse Spiritus di-

uinus

104. 1. 6.

Phil. 1.

2. Co. 5.

uinus supplet, coadiuuans infirmitatibus istis, postulans (ut dictum est) gemitibus inenarrabilibus pro nobis. Græcè legitur, *ὑπερβύχον*, quod significat quandam superintendentiam & principalem in oratione, ut oratio nostra per illum perfecta, exaudiatur à Patrē, qui scrutatur corda, & nouit quid Spiritus in eis existens pro eis desideret. Ipse enim Spiritus est quasi mater apud illum postcens pro filijs, qui potest omnia superabundanter facere, & amplius etiam (ut alibi docet Apostolus) quàm petimus, aut intelligimus, secundum uirtutem quæ operatur in nobis. Hæc est Spiritus sancti uirtus, quæ tacite operatur in nobis supra id quod petimus, & quod intelligimus. Qui ergo scrutatur corda Deus, scit quid desideret Spiritus pro nobis, qui nimirum Spiritus latet in corde nostro, & iungitur media charitate Deo. Scit autem desiderium Spiritus: quia unum est cū illo. Aut (quod magis placet) scit quid desideret Spiritus, hoc est, noscitur approbas & exaudiens eius petitionem: quoniam ipsa eius petitio est secundum Deum pro sanctis, ut sit exaudibilis. Nam tunc exaudimur, cum secundum Deum postulamus, ut fiat illa eius bona uoluntas, beneplacens & perfecta, de nominis eius sanctificatione in nobis, quo nos inuocato quotidie sanctificamur orantes.

Eph. 3.

Nec turbetur quis, cum audit Spiritum sanctum postulare & intercedere, aut interpellare pro nobis, cum & hoc habeamus de ipso CHRISTO: quanquam dici potest quod hoc facit CHRISTVS secundum quod homo est. Nec tamen absurdum est dicere, quod illa bona & optima uoluntas Dei quodam ineffabili modo interpellat se ipsam pro sua creatura, uelut mater. Sicut & antequam essent res, educat in suas naturas, dicitur Spiritus sanctus circumferens super aquas ad modum gallinæ cubantis: quia uolebat (ut diximus) participem facere creaturam suæ bonitatis, quod erat quodam ineffabili modo tantum eniti & parere, aut orare se ipsam, & exorare à sua bonitate, ut rerum fines & perfectiones produceret. Sed ista capere non est omnium.

Gen. 1.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? CHRISTVS IESVS qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpel-

lat pro nobis? Quis ergo nos separabit à charitate CHRISTI? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas an periculum, an persecutio, an gladius: sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in CHRISTO IESU domino nostro.

Scimus enim etc. Vult Apostolus ostendere hoc in loco Electorum prerogatiuam, quæ est, nihil mali eis nocere posse: sed omnia cooperantur eis in bonum. Quid est quod ait, omnia nisi istam corruptibilitatem & infirmitates: Ita ut & ipse B. Paulus libenter gloriaretur in eis, & in tribulationibus, & persecutionibus. Ut sit sensus, Quod filijs Dei relictae sunt huiusmodi infirmitates: non tamen relictae sunt ab re, sed ad consummationem spei, ut sit expectatio eorum probata coram Deo, & sic omnia cooperentur eis ad bonum, id est, ad salutem, sicut triticum à zizanijs adiuuatur.

Veniunt heretici, & impugnant fideles: et hoc faciunt ad manifestationem probatorum. Veniunt pseudoprophetae: & hi eos qui sunt ueraces commendat. Tyrannorum persecutio quid aliud fuit, quam Martyrum probatio, & exaltatio: Philosophorum argumentationes fuerunt ad gloriam doctrinae Piscatorum. Magorum ars diuinam probauit uirtutem in sanctis Dei, & eorum miraculis, ut fateri cogantur. Digitus Dei est hic. Sic illustratur fides nostra in persecutionibus & angustijs. Et hoc pacto omnia cooperantur in bonum, etiam quæ aduersa uidentur: non omnibus tamen, sed his tantum qui diligunt. Neque tamen ad eum omnibus qui diligunt Deum, cum hæc multis officiant, & cedant in malum: quoniam non persistunt in dilectione. Sed his proculdubio qui per Dei propositum uocati sunt sancti, id est, quos Deus propria deliberatione, & speciali quadam uocatione uocauit ad hoc, ut sint sancti, id est, firmi & perfecti. Quodcumque enim uocat Deus huiusmodi proposito, illud sit quod uocatione uult fieri. Vocat autem non sanctos, sanctos. Ecce ergo sanctos illos esse oportet, quia uocauit. Ipse est enim de quo dicitur: Dixit & facta sunt. Qui ergo ex proposito uocati sunt sancti à Deo, erunt absque ulla dubitatione sancti: quoniam Dei propositum inefficax esse non potest. Et hos certe non conturbabit quicquid eis acciderit: sed omnia cooperantur eis in bonum, id est, ipsæ etiam persecutiones, & tentationes. Quidam dicunt, etiam peccata. Sed non inueni in scripturis sanctis hac nota; omnia; comprehendit peccatum, quod nihil est. Apostolus dixit, Omnia mihi licent, & non existimo sub eo quod ait; omnia; uoluisse peccatum includere. Peccatum enim propriè

Quibus, et quomodo, omnia cooperantur in bonum.

Electorum prerogatiua.

1. Cor. 9.

perit & per se non operatur ad bonum, sed ad malum. Ex malo enim per se, non potest nisi malum procedere.

Non inficior tamen Deum ipsum hoc operari in Electis suis, ut illi etiam ex peccatis proficiant, id est, occasione accepta à peccatis reddantur humiliores, prudentiores, cautiores. Exemplum possemus assignare apertissimum in B. Petro, qui ante lapsum longè erat ad magnifica quædam de suis uiribus sibi promittendum ardentior, quam factò periculo postea fuerit. Ita ut non solum peccatum illud ei profuerit, sed & multis quoque alijs, qui eo admoniti summissius de se senserunt, quam sensissent nullo tali casu proposito. Et ille insuper didicit (iuxta uerbum CHRISTI) confirmatus, etiam fratrum corda nutantia confirmare. Idem accidit B. Thomæ, cuius in credendo duritia de peccatoribus nostris duritiam sustulit. Quare rectè B. Gregorius ait, sibi plus Thomam qui tardè credidit, profuisse, quam Magdalenam, quæ facile & citò credidit.

Quod uerò prædicarunt quidam nostri sæculi pseudoprophetae, prædestinatorum peccata esse uirtutes, & præscitorum uirtutes uitia esse, nescio an sit magis pernitiosum, quam stultum: cum pernitiosum esse non possit tale dogma, nisi apud stultissimos, quibus hoc placeret. Et est indignum prorsus confutatione.

Hic tamen annotandum, in græcis qui nunc circunferuntur codicibus, desiderari uocabulum istud; sancti; in quibus simpliciter legitur. Qui secundum propositum uocati sunt: sed parum aut nihil interest. Hoc admittet. Apostolus; ut differentes esse uocationes cognoscas, uidelicet, prædestinatorum, quæ uocatio secundum propositum dicitur, quia firma & sine penitentia, ut inferius declaraturus est: Sine penitentia enim sunt dona Dei & uocatio. Est uerò alia communis uocatio, & hæc non talis est. Ut autem late pateat hæc differentia, pergit.

De uocatione speciali Electorum & prædestinatorum.

Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Probat omnia cooperari in bonum huiusmodi uocatis sanctis ex proposito, ex eo quod tales Deus præsciuerit. Quid est præsciuerit, nisi prædilexerit? Hoc enim sæpe est in scripturis, præscire Dei, seu prænoscere. Ita B. Petrus uocat Electos secundum præscientiam, seu præcognitionem Dei Patris: quoniam quos eligit, diligit, & ante alios diligit. Unde & præscitum, seu præcognitum uocat Dei Filium ante mundi constitutionem: quoniam eximia dilectione Deus illi prætulit omni creaturæ. Quod ergo scire & nosse, significet diligere, & probare: sicut nescire, & non nosse, e contrario significat reprobare, & odio habere, frequens est in scripturis. Legimus n. in psalmis. Nouit Dominus uiam iustorum. Et iterum: Nouit Dominus dies impii. Et de Electis Apostolus ait, Nouit Dominus qui sunt sui. Et ipse Dominus in die iudicaturus est quibusdam: Nescio uos. Discedite à me operarii iniquitatis.

1. Pet. 1.

Quid sit præscire Dei scripturis.

Luc. 13.

Probatum est ergo satis superius dictum, Ex-

proposito uocatis sanctis omnia cooperari in bonum, quandoquidem isti tales præsciti sunt, id est, prædilecti, uerè, ante alios, & ante quolibet eorum opera: quia in hoc prædilecti, ut faciant opera, & omnia eis cooperentur in bonum. Nam eorum prædilectio non est ad tempus, nec ad certum quodlibet bonum, sed usque in finem, sicut Dilectus testatur de CHRISTO IESU, qui cum dilexisset suos, id est, eos quos elegerat cum Patre ante mundi constitutionem in semetipso, usque in finem dilexit eos, id est, perpetua dilectione ad beatitudinem perfectam. Unde & hic ait Apostolus.

1. Ioan. 13.

Quos prædilexit, eos & prædestinavit, id est, ad hoc prædilexit ut prædestinaret eos, firma scilicet & immobili prædeterminatione, ut essent conformes imaginis Filii sui, hoc est, ipsi Filio similes, qui est perfecta Dei Patris imago. Hæc uerò Electorum ad hanc cum illo conformitatem prædestinatio, complectitur non solum conformitatem, quæ erit in patria, uerum etiam illam quæ præuia debet esse in uia (quod nolunt hæretici intelligere) ut qui primò secundum finem destinantur ad gloriam, etiam primò secundum tempus destinentur ad laborum tolerantiam & mundi ignominiam: ut qui magis configuratus illi in angustijs, etiam magis configuretur illi in delictijs et gaudijs, ut alibi idem Apostolus declarat, ubi ait. Si fuerimus socij tribulationum, erimus et consolationum. Si susceperimus et corregebimus. Et passim in euangelio commendatur ista cum capite nostro conformitas in uia, si uelimus cum illo afflui delictijs in patria. Hæc sunt crebro ob Hæreticos uersutiam, & temporum præsentium nequitiam inculcanda. Clara est n. Redemptoris nostri sententia. Quicumque uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Addit euangelista Lucas; quotidie; & hanc uiam sequendi caput optimè Apostoli intellexerunt, qui apertissimis uerbis, & nulla interpretatione egentibus prædicabant. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

1. Ioan. 13.

Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Fratres primum uocat hos immobiliter prædestinatos, sicut dicit Dominus. Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Et Magdalene dixit. Vade ad fratres meos. Et ipse est primogenitus secundum spiritum sancti ratis, qui est ex resurrectione mortuorum IESVS secundum spiritum sancti, sicut scriptum est. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut etiam hunc locum nobis exposuit Ap[osto]lus dicens. Et nos uobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est. Ipsam hanc Deus adimplebit filijs uestris, resuscitans IESVM, sicut & in psalmo. Scriptum est. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sic ergo secum hunc spiritum est primogenitus, propter quem etiam nos similiter generabimur. in illo; alioqui unigenitus est secundum diuinam naturam.

Quo CHRISTVS sit primogenitus in multis fratribus.

Non me latet apud Scholasticos aliter & contraria prorsus significatione accipi, præsciri, ita ut præscitum eum uocent, qui sit reprobus propter mala opera. Sed hoc improprie ualde, &

H præter

Pelagianorum error refellitur.

præter scripturarum sensum. Nec etiam me fugit aliquos sic hunc locum exponere, ut faueant Pelagianis, qui à præscientia bonorum operum diuinam dixerunt oriri prædestinationem, ut illos prædestinauerit Deus, quos præsciuerit bona opera facturos, accepturos scilicet gratiam, & bene illa usuros: ita ut & gratiâ secundum bona opera dispensari prædicarent. Quod est absurdum, & contra Apostolum passim, & contra ipsam rei euidentiâ: quia multis dari uidemus gratiam, qui tamen non bene ea utuntur. Et contra multis negari, qui fortè bene usi essent: ut sunt pueri qui abiq; baptismo decedunt. Quis enim nouit utrum illi bene essent acturi? Et quis præsumeret dicere, quod nulli eorum accepissent gratiam, nec bene illa usuri fuissent si uixissent, & oblata illis fuisset gratia, & facultas eam retinendi? Commenta sunt profectò ista phantastica, & cerebroforum hominum.

Addo, quod nec ipsa Apostoli oratio hanc intelligentiam patitur. Non enim per id quod ait: Quos præsciuit, possumus hoc accipere, idest, quorum opera fore bona præsciuit: non magis quàm si alius econuersò exponeret: Quos præsciuit, idest, quorum opera præsciuit fore mala. Nam præscire aliquem, non significat præsciri eius opera: imò (ut iam dixi) esse à Deo præscitum, Scholastici potius in malam partem accipiunt. Itaq; nullo pacto est ferenda hæc opinio, quæ iam non est opinio, sed hæresis: quam in proprio tractatu fusius sum profecutus. Nam B. Paulus abhorret ubiq; ab hoc dicto, gratiam uidelicet ex meritis dari, aut propter opera quàmuis præuisa. At collatio gratiæ sub ipsius prædestinationis proposito continetur. Itaq; uniuersaliter dicendum est, gratiam siue prædestinati, siue non prædestinati, nulli ex operibus, aut meritis etiam præuisis conferri: Alioqui gratia iam non erit gratia. Ratio igitur prædestinationis est prædilectio. Et prædilectionis ratio, est beneplacitum Dei: quia sibi in eis complacuit. Quia igitur prædilexit hos Deus, idèò prædestinauit. Et quia prædestinauit, idèò & uocauit. Disponit enim sua sapientia suauiter omnia. Liberè quippe trahendi sunt homines ad cœlestia, & modo illoz naturæ conuenienti, qui libero potiuntur arbitrio. Et iccirco uocandi prius erant proposita eis fide, ut per eam ingrederentur in militiam, & opera charitatis exercentes, contendant ad brauium fœlicitatis æternæ. Et hæc est uocatio, de qua hic loquitur.

Prædestinationis ratio et ordo.

Sunt tñ aliæ uocationes ad officia et ministeria, ut ad aplatum, ad sacerdotium, ad episcopatum, & huiusmodi. Vocationem aut istam (de qua est sermo) sequitur iustificatio: quia prædestinatori uocatio certa est, & efficax: & huic generi uocationis nullus resistit. Apostolus de illa tali uocatione tanquàm experientia edocuit, alibi dixit: Qui uocatione sancta uocauit nos: ita ut iustificatio necessariò consequatur uocationem. Iustificatio uerò sequitur magnificatio, quæ est eorū maximè, qui ex proposito uocati sunt san-

Eph. 1.

cti: iuxta quod dixit Dominus. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Sic & magnus uocatus est B. Ioannes ab angelo priusquam nasceretur. Græca tamen uox habet, glorificauit.

Matth. 5.

Sed sunt qui cum talem uocationem audiunt, huiusmodi esse, cui non possit resisti: & talem iustificationem, à qua tandem non ualeat excidere qui prædestinati sunt, putant per hoc liberum aut ferri arbitrium, cum potius statuatur, & ualidius fiat per certitudinem luminis, et per adiectum robur fortitudinis. Etenim certius, ac longè libētius (qui electi sunt) respondent uocationi, & accipiunt gratiam: & potentius iustificati, liberrima & firmissima atq; constantissima uoluntate absq; ulla penitus coactione tendunt in gloriam. Falsa est enim quorundam persuasio, putantium liberi arbitrii essentia in hoc consistere, uidelicet, ut possit quodlibet bonum refutare, quantumuis bonum appareat: & eligere ac prosequi malū. Sed non ita se res habet. Non enim liberū arbitrium est posse tendere in malum. Siquidem istud est creaturæ defectus. Nullus enim malum unquam eligeret, nisi haberet speciem boni. Deus ergo eorum quos prædiligit, mentem sic illuminat, eorumq; uoluntatem ita sanat, ut rectè iudicent quod est bonum, bonum: & quod malum, malum. Igitur ante oculos posito illis aliquo obiecto ad salutem, quanto uehementius mouentur, tantò èr liberius: quoniam promptissima uoluntate bonum suum quisq; prosequitur. Deus est enim qui hoc in illis magna prouidentia, & cura effecit. Vnde concludens nihil posse obsistere his prædilectis, quò minus assequantur, quod pro illis intendit Deus, ait:

De natura liberi arbitrii.

Quid ergo dicemus? idest, Quid proferemus, quod ob stare possit huic ualidæ prædestinationi? Et ut ostendat cunctas uires humanas minimè posse, adicit. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et ut etiam probet ipsum Deum hoc facere, & esse pro illis, addit signum & argumentum grande: Quoniam prædestinatio istoz fundatur in prædestinatione CHRISTI, & meritis eius. Nam (ut alibi dixit) in CHRISTO prædestinati sunt. Et licet ob stare uideretur prædestinationi peccatum, proponit mortem Filij ad hoc expiandum, & restituendam omnem gratiam, & omne donum perditum: unde ait.

Persuasio prædestinationis.

Qui proprio Filio suo non pepercit, Dicit, proprio Filio suo, idest, uero & naturali. Nos. n. non sumus ueri filij præ illo: quia adoptio est imitatio quædam ueritatis. Idèò fictionem eam uocant Legulei. Quapropter & B. Ioannes uerum Filium uocat IESVM. Declarat autem quomodo non pepercit proprio Filio suo Deus, utpote quem tradidit pro nobis omnibus: Hic ait, pro nobis omnibus indifferenter: sed & multò magis pro talibus Electis. Et idèò sequitur.

Quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Sensus est. Si tradidit illum pro nobis, nulla est ratio, ut putemus aliquod doni genus excogitabile (deces tamen) non esse donatum nobis cum illo.

Isa. 50.

Quomòdrem hoc quod ait: omnia comprehendit proculdubio hunc Spiritū sanctitatis præcipuum, unde certa salus contingit, qui erat eximie in CHRISTO, ut ex illo plenè multi acciperent, idest, secundum illam immutabilem prædestinationem, iuxta CHRISTVM: sicut scriptum erat. Stemus simul, & quis est aduersarius meus? Si enim hoc non fecisset, certè non donasset nobis omnia, idest, omne genus donorum, quæ donare poterat, & erant decentia in ueritate, iuxta Dei summam bonitatē. Arguit ergo Apostolus à re difficiliore, quam pro nobis fecit Deus etiā inimicis, ut quod est facilius credamus. Nā cum tradiderit Filium in necem, & eum dimiserit cruce necandū, in quo erant omnia, & hoc fecit pro toto mundo: quomodo non libentius etiam donorum omnium illius participauerit ipsum mundum, in Electis saltem? Siquidem Deo molestius esse debuit (ut ita loquamur) tradere Filium pro nobis, quàm cum illo donare nobis omnia quæ filij sunt, cum ex dono nihil sibi depereat. Intelligo autem omnia, quorum tamen capaces essemus ex decentia. Ne quis dicat. Cur ergo non fecit quælibet esse uerè Deum, sicut fecit illum? Respondetur, quoniam hoc indecens erat. Vnum enim oportuit esse Solē, non plures: nos autem ex eo Sole participare, secundum mensuram in illo unicuiq; nostrum destinata, ut sit corpus, suis membris rectè dispositum, & proportionatum, ne sint plura capita, & plura colla, aut nimis multæ manus, & ita de cæteris. Et sic respondetur dicenti. Cur non prædestinauit omnes? Non enim decebat, & satis est, quod omnes gaudent prædestinatione: quoniam prædestinati profunt alijs. Maiorum namq; gloria redundat etiam in minores: quia unum corpus omnes sumus in CHRISTO. Sequitur.

Quis accusabit aduersus electos Dei? Possunt hæc omnia legi interrogari, ut probet istos electos & immobiliter prædestinatos, non posse à gloria excidere. Sumit enim quodcumq; possit in eos torqueri, siue peccata eorū, siue accusatores, aut iudex, condemnans. Vnde supponens peccata, rogat. Sed quis erit accusator? Deus qui iustificat? ac si dixerit, minimè credendum est, ut qui iustificet, accusare uelit. Rursum interrogat.

Quis est qui cōdemnet? Nunquid CHRISTVS eto, ac si item dixerit. Nequaquam ille condemnaturus est, qui mortuus est ob peccatum nostrum, ut ipsum extingueret ne cōdemnaremur: & qui resurrexit propter iustificationem nostram, & qui sedet ad dexteram Dei, ut possit alijs dare uitam, & facere illos secum cōsedere in cœlestibus. Deniq; et qui interpellat pro nobis, sicut et alibi Apostolus dicit: Introiuit in ipsum cœlum, ut appareret nūc uultui Dei pro nobis, idest, maxime pro prædestinatis. Vnde primo pro illis (ut testatur B. Ioannes) rogauit, sed non pro illis tantum, sed & pro his qui credituri erant per illos.

Heb. 9.

Ioan. 16.

Potest et alio modo legi, ut quasi per ironiā respondeatur. Et primo interrogans. Quis est accusator aduersus Electos Dei? Respondeat ironicè, ac si diceret.

Deus qui iustificat: ac si dixerit. Ille, scz, accusabit (si credere dignū est) qui confert iustificationem, ut idem qui iustificat, accuset: Et ita interroganti: Quis est qui condemnet? Respondeat, CHRISTVS qui mortuus est: similiter per ironiam, vcz, condemnabit: Sed hic modus mihi non placet.

Est et tertius modus intelligendi, & hic magis placet, ut non sint interrogationes, neq; responsiones interrogationum, id quod sequitur. Deus qui iustificat. Et item illud: CHRISTVS IESVS, sed sint positiones, unde colligatur impossibilitas damnationis hoc pacto. Deus est qui iustificat Electos suos, quis ergo accusabit, Deo uidelicet iustificante? Item: CHRISTVS IESVS est qui mortuus est pro nobis &c. quis ergo condemnabit? Ipse enim est iudex. Quod si quis dixerit. Nonne possunt ij excidere à gratia, & charitate Dei, ut per hoc condemnentur? Respondet: Nequaquam. Et ostendit inefficaciam omnium causarum, quæ possent putari idoneæ, quibus homo à gratia separari posset. Et ait.

Quis ergo nos separabit à charitate CHRISTI? tribulatio, an angustia? etc. Quia multi abalienantur à charitate CHRISTI propter tribulationes, idest, pressuras & puncturas quaslibet, siue in animam, siue in corpus, siue etiā in bona externa: & præsertim cum non uideretur esse inde exitus, aut effugium, quin incurratur malum aliquod, ut sic tribulationem sequatur angustia: quemadmodum illa sancta mulier dicebat. Angustia mihi sunt undiq;: & elegit potius turpiter mori, quàm incidere in manus Dei uiuentis. Sic Elias, et Apostolus noster in tales uenerunt angustias, ut eorum uitæ suæ tæderet. Et unicuiq; responsum est à Deo uerbum consolationis plenum. Idèò non proficiunt angustia, nec tribulationes aduersus Electos Dei, & qui eò adducuntur, ut cupiant anathemata esse à CHRISTO propter fratres.

Dan. 13.

Adiecit & particulares ex omni parte tribulationes. Et primo famem, deinde nuditatem, quæ sunt miseriæ in corpus à paupertate. Deinde quæ ab inimicis inferuntur, ut persecutio, gladius, periculum: quanquàm & periculum aliunde ueniat, ut à mari, à tempestate, & alijs casibus. Profert & de scriptura pro his testimonium.

Quoniam propter te mortificamur tota die, idest, assidue acerbos mortis dolores propter te, idest, propter iustitiam, & eius amore, iustitia autem CHRISTVS est. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Bene dixit, oues occisionis: ut & ipsorum mansuetudinem declararet (Nam ouis est animal mansuetum, & mansueta ad uictimam ducitur) & aliorum simul opinionem de illis, quàm uili eos facerent, qui putarent aræ destinandos ueluti nocentes, & quos Deus abominaretur uiuos. Verum ait B. Paulus.

Sed in his omnibus superamus. Ecce certitudo uictoria: quoniam qui tales sunt à Deo prædilecti, nulli succumbunt periculo, sed lucram & uictoriam reportant illustriorem ex pressuris, & persecutionibus, quas libentissimè tolerant. Sed cuius amore hoc faciunt? propter eum qui dilexit nos: Hic idest,

38.

39.



ideft, propter Dei charitatem. Potest enim intel- ligi Deus diligens, ut causa huius uictoriae: sicut aliàs Apostolus gratias agit Deo, qui dedit uictoriam per IESVM CHRISTVM dominum nostrum. Potest etiam Deus ipse & diligens & dilectus, significari ut causa finis agonis et uictoriae. Et post hæc in spiritu exultans procedit.

Certus sum quod neq; mors, neq; uita etc. Græcè, cōfido, aut, persuasus sum. Et ponit mortem ut omnium terribiliū ultimum: & uitam, ut præcipuū appetibilem, quæ maximè possunt hūc atq; illūc mentem mouere. Quid enim non faciunt homines timore mortis, & amore huius uitæ? Adiecit & Angelos, qui sunt chorus ultimus ultimæ hierarchiæ, qui mittuntur: & fortè complectitur Archangelos, chorum proximè superiorem eiusdem hierarchiæ, iuxta B. Dionysii doctrinā. Non tamen ascendit superius: quia nō sunt maximè qui intendunt super nos, particulariter exequētes superiorum scita atq; decreta.

Hic posset rogare aliquis. Quomodo uerò pos- sunt nō beati Angeli studere, ut separent electos à CHRISTO? Respondetur, non perinde loqui Apostolū quasi ita uerè sit, ut id curēt, sed ad exprimēdam rem illis, etiam si conarentur, impos- sibilem. Quanquā nihil absurdi, si fortè Ange- lus curans alterius salutem, per accidens aduer- sus alterum ex nobis militet. Quilibet enim dum suum ex Domini mandato curat, potest per acci- dens & per occasionem, esse detrimento salutis al- terius. Inueniuntur enim apud Danielem ob istam gratiam certasse inuicem. Quid (quæso) mirum, si quidam Angelorū quando B. Paulus perseque- batur ecclesiam, ut tuerentur suos, consequen- ter in ipsū B. Paulum militarent: sed quia ipse erat de electis, tandem emerfit. Adiecit.

Neq; instantia, neq; futura, uidelicet, uel aduersa, uel prospera. Instans enim quod inuadet si sit ad- uersum, potest abundantiore tristitia hominem su- perare. Instans uerò prosperum, in locordiam & superbiam adducere. Futurum aduersum, metu- afficere & deterere. Futurum autem prosperum ad se allicere, & ita dimouere à charitate Dei. Aut fortè (ut existimo) per instantia intelligit, quæ ac- cidunt in hoc sæculo, siue secunda sint, seu aduer- sa. Per futura autem, ea quæ prædicantur, de alio sæculo, quæ aut sperantur, aut metuuntur: adiecit: Neq; fortitudo, sed hoc deest in græcis cōdicibus.

Neq; altitudo, neq; profundum. Per altitudinem spi- rituales creaturas intelligit Deo propinquiores. Et per profundum, illas de paradiso Dei eiectas, idest, dæmones. Nulla igitur tādē creatura (in- quit) poterit nos separare à charitate Dei, qua sci- licet ipse dilexit nos, ut nos uersa uice eum perse- uerando diligeremus. Hæc, n. est in CHRISTO IESV domino nostro: quia, ut alibi de huiusmo- di electis ait. Elegit nos in ipso ante mundi consti- tutionē. Est enim optimè collocatus ordo in hoc edificio, ut qui propinquiores sunt Deo in CHRI- STO IESV, constituti sint immediatè tanquā in proximo fundamento, ut et ipsi sint fundamen- ta aliorum, in quibus aliī superædificentur. Vn-

Eph. 1. et. 2.

de ipsemet de nobis aiebat. Superædificati super fundamentum Apostolorū & prophetarum, ipso summo angulari lapide CHRISTO IESV. Et apud B. Petrum. Et ipsi tanquā lapides uiui su- perædificamini &c. Hi enim in tunica CHRISTI quæ non scinditur, mihi uidentur significari. Vnde Dilectus de ijs, qui abscindebantur, ait. Ex nobis exierūt, sed non erant ex nobis. Si enim fuisset ex nobis, utiq; mansissent nobiscum. Sed ut manifesti sint, quod non sunt omnes ex nobis, ut sit sensus. Quidam qui conuersi erant, & spiritua- les uidebantur et doctores in ecclesia, & defece- runt apostatantes à CHRISTO (nam de ijs lo- quebatur) prodierunt ex nobis: quanquā græcè legamus, ἐξήλθον, idest, exierunt, quod potest dupliciter intelligi, uel ut significet, prodierunt: quia à doctrina Apōstolorum uenerant in fidē: uel ut significet qd ab ipsa doctrina, quam semel imbe- rāt, et consequēter à Christianorū consortio exie- rūt, cuius rei causam manifestat, dicens. Sed non erant ex nobis, hoc est, non erant immobiliter præ- destinati, sicut nos. Si .n. tales fuissent, utiq; nobis cum mansissent. Quare Deus uoluit, perpetrato prius peccato, eorum casum permittere, ut cog- nosceretur, quod non omnes sunt electi: ut dis- scamus & nos cauere, & non omnibus credere, sed probare diligenter spiritus, utrum ex Deo sint. Nam à fructibus sæpe cognoscuntur.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 2.

Cap. IX.



Veritatem dico in CHRISTO IESV, non mētor, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à CHRISTO pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israēlita: quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres ex quibus est CHRISTVS secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen.

Intentio Apostoli, ut mihi uideatur, est decla- rare statum Iudæorum & Gentium ex meritis peccatorum, & gratiæ CHRISTI, hoc est, re- probationem & excoecationem Iudæorū ex parte iam factam à Deo ob eorum incredulitatem, & ob istud, tantò magis electas esse Gētes per gratiam Dei, ne ipsi ultra uanè gloriarentur aduersus illas. Neq; ob hoc Deum fuisse reprehēdendum, tanquā non fidelem in promissis, aut quasi acceptorem personarum, & quicquā agētem iniquē. Et incipit (ut rem molliat) à dolore proprio suo ex hac re accepto. Id uerò testificatur pro- testando se ueritatem dicere in CHRISTO, & non mentiri: quia contestificatur illi etiam con- scientia in Spiritu sancto. Dicere autē ueritatem in CHRISTO IESV est dicere secundum sapi- entiam & in charitate, secundum circumstantias

debitas.

Maxima chari- tas B. Pauli erga Iudæos.

Pror. 14.

Anathema quid proprie signi- ficet.

debitas. Non enim semper necessarium est & bo- num uera loqui. Vnde pleriq; loquuntur uerita- tem, sed non in CHRISTO, ut cum proximi sce- lus reuelant propter odium, ad infamiam, ad sedi- tionem, et huiusmodi. Contestificatur etiam tunc conscientia in Spiritu sancto, quando non obsc- rata prauis affectionibus, sed in lumine Spiritus, uerum ostendit. Quod certè norunt, qui habent animam depuratam, & ab huiusmodi prauis af- fectionibus liberam.

Protestatur autem non solum tristitiam & do- lorem, uerum etiam tristitiæ dolorisq; magnitu- dinem et alliduitatē: ita ut optaret esse anathema à CHRISTO. Et dicit, cordi meo. Quia tristitia et dolor est à constrictione cordis: sicut econtrariò, lætitia & delectatio cor dilatare solent. Sileant ergo Stoici, qui in hominem perfectum non cade- re tristitiā somniabant. Non uiderūt istud unq; neq; in hoc statu habere potest ueritatem: quia tantò est ob ea mala & flagitia tristior, quæ uidet in mundo contra honorem Dei à peruersis admit- ti. Tali tristitia penè absorbebatur Apostolus, nisi quieuisset tandem in prouidentia Dei, eius boni- tatem considerās, qui de maximis malis summa bona nouit elicere. Talis tristitia erat illa Iere- miæ, qui oprat dari capiti suo aquā, ut fleat die ac nocte interfectos populi sui. Non enim est tri- stitia hæc desiccans ossa: quia uenit à charitate.

Neq; uerò per hoc quod oprat se anathema à CHRI TO pro fratribus, putare debes id fuisse contra charitatem, tanquā optauerit separari à gratia CHRISTI propter aliquod peccatū. Ab- sit hoc omnino: sed solummodo renūciabat bo- no proprio, quod consistit in uisione Dei ac frui- tione, ut sic cōplures animæ fratrū saluæ fierent, & illud ad maiorem Dei honorem pertinere exi- stimabat, iuxta illud: In multitudine populi digni- tas regis. Neq; est contra charitatē, quæ non (ut uulgus temerè ait) incipit à seipso. Non enim à seipso incipit uera charitas, sed à Deo, qui præfe- rendus est omnibus. In Deo igitur Apostolus pu- tabat hoc esse multò dignius, ut multos lucrifa- ceret Deo, etiam cum sui abiectione, qui non fa- ciebat animam suam sibi præ Deo pretiosam. Et in hoc erat pretiosior, qui tanto feruore stude- bat gloriæ Dei. Sic & Moses optabat, imò & hoc petebat, se deleri de libro uiuentiū propter illum populum, nisi ei remitteretur peccatum: qua de causa indulsit ei Dominus. Sed nō auditus est B. Paulus, & exauditus est Moses: non quia Moses maior B. Paulo, sed quia grauius facinus admise- rūt negantes CHRISTVM sub B. Paulo, qd qui in idololatriæ crimen incurrerunt sub Moise. O miserī & infœlices Iudæi, qui spreuerunt, & ad- huc hodie spernunt sanguinem testamenti.

Hic annotandum apud Hebræos (B. Hierony- mo teste) anathema significari extremam detesta- tionem, proprie tamen suspensionem ac separa- tionem quandam. Et in malam partem hæc uox plerunq; accipitur, quanquā & in bonā: ut per anathemata significentur suspensa tēplis & sacel-

lis donaria, aut quæuis dicata & sacrata Deo. Sic & sacer & sacrum in malam partem interdū ac- cipiuntur pro execrando et derestabili, iuxta quā significationem dixit quidam. Auri sacra fames. Et alius. Instabilis & sacer esto. Idem huius uo- cis usus apud Hebræos, quæ maledictionem & benedictionem sonat. Ideò latinus interpres hone- sti sermonis causa, sic uertit uerba uxoris Iob exe- crabilia. Benedic Deo & morere, pro maledic- Similiter & in. 3. Reg. in literis Iezabel inuenitur. Benedixit Deo & regi, pro maledixit.

Vergilius. Iuuenalis

Non sum nescius à quibusdā locum hunc mi- nimè sic exponi, qui negant se induci posse ut cre- dāt, in eam uenisse cogitationem Apostolum, cui unicum erat illud desiderium: Cupio dissolui, & esse cum CHRISTO. Et non considerant, quod Moses etiam in eam cogitationem manifestè uenit, qui tamen maximo desiderio petebat osten- di sibi gloriam Dei. Et enim non erat contra cha- ritatem ista cogitatio, sed ex summa charitate, si fieri potuisset. Et licet esset desiderium contra bo- num proprium, tamen non contra charitatem, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ IESV CHRISTI, à quo uidebat infinitam gentem se- gregari. Sed intellexit quod Deus in locum se- gregatorum Iudæorū in zelo suo uocabat alias gentes multas, & quieuit. Nam & ad hoc ministe- rium ipse uocatus fuit, ut esset Apōstolus ad gentes.

Pro fratribus meis, ut Iudæus loquitur secundum carnem, uocans fratres more scripturæ, in qua pe- culiariter Iudæi inuicem fratres uocabantur: Si- cut & post CHRISTVM, fratres dicuntur inui- cem Christiani. Vocat & cognatos secundū car- nem, ut magis declarat: quia ex Abrahā omnes. Item Israelitas: quia ex Iacob, qui & Israel appel- latus est. Addit.

Quorum adoptio est filiorum. Non dicit, est filio- rum ex parte ipsorū, quum exciderint ab ea pro- pter perfidiam: quoniam qui crediderunt, nō soli nacti sunt potestatem filios Dei fieri. Erat ergo adoptio eorum præcipua ex parte Dei in desti- natione quadam eius, si uidelicet crederent, & in- de uera illius adoptionis sequebatur gloria.

Prærogatiua Iudæorum.

Et testamentum. Græcè legitur testamēta, ut in- telligamus duo testamenta. Primum erat carna- le testamentum bonorum præsentium in terra car- nali: Alterum spirituale futurum in CHRISTO, qui est terra uiuētium. Et de hoc scriptum erat: Feriam Israel pactum nouum: addit.

Ierem. 31.

Et legislatio. Legē Moyses intelligit, ob quam non parum gloriari solebant Iudæi. Et reuera iu- re ac meritò præ cæteris populis gloriari pote- rant, si tamen eam perficere uoluissent, aut po- tuissent. unde exprobrans in eos Dominus, aie- bat. Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem?

Ioan. 7.

Et obsequium, aut cultus potius, quod ad diui- num cultū pertinet in omnibus cærimonijs, quæ data illis fuerunt, non autem gentibus, ut uerum Deum uero cultu & religione recognoscerent.

Et promissa. Multa erant promissa particularia, si legem seruari, si obedirent parentibus, & hu- H iij iusmodi

iusmodi. Et erāt promissa carnalia sub eis tamen etiam spiritalia intelligebantur dona, ut idem Apostolus declarat, promissionem utriusq; uitæ intelligens ihs esse factam, qui suos parentes honorarent. Demum ponit honorabilissimum Iudæorum, propter quod fuerunt electi primi ad hæc tanta bona, uidelicet, quod ex eorum patribus descendit CHRISTVS secundum carnem, qui est Deus benedictus in sæcula: dixit.

Quorum patres ex quibus est CHRISTVS. Quia principaliter patribus fuit hoc datū, Abraham maximè & Davidi, ob singulares illis factas promissiones. Et in hoc fuit magna eorum prærogatiua, qua tamen ipsi abusi sunt, ut per Malachiam conqueratur Dominus. Dilexi uos dicit Dominus, & dicitis. In quo dilexisti nos? Nonne Esau frater erat Iacob &c. Et in Deuteronomio ait. Dilexi Patres tuos, inquit, et elegi eorum semen, qui est CHRISTVS. Et per Oseam. Quasi poma ficulne eius uidi patres eorum. Quantum autem hoc fuerit, quod CHRISTVS ex eis descendit, continenter declarat, dicens.

Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen. Quid clarius ut audias CHRISTVM Deum? Et tñ uenerunt diabolici uiri qui interpretati sunt, hic esse doxologiã, & peruertunt hunc locū mutatis punctis, in suam ipsorum perniciem. De qua re, quia latius particulari libello scripsi, & hic locus adeò clarus est, ut nequeat obscurari, non libet differere. Si de quo loquor nescit lector, palā nomino, Erasmus est, diuinitatis CHRISTI non obscurus, ihs qui pueros oculos habet, hostis; licet subdole suo more studeat perfidiam contegere.

Non autem quod exciderit uerbum Dei, Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ: neq; qui semē sunt Abraham, omnes filii. Sed in Isaac uocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, ii filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim uerbum hoc est: Secundum hoc tempus ueniam, et erit Saræ filius. Non solum autē illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionē propositum Dei maneret: non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei. Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Ex dictis poterat ab imperitis colligi, excidisse uerbum Dei, hoc est, ueritate caruisse eas promissiones salutis, & iustificationes à peccato, quæ ore prophetarum certò erant pronuntiatæ Iudæis. Hoc enim fuit promissum filiis Abraham, & Israelitis quasi electis Dei. Nā de Israel scriptum fuit per Moysen hoc egregium benedictionis genus. Beatus es tu Israel. Quis similis tui popule, qui saluaris in Domino: scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. Et per Ieremiam, Domi-

nus ait ad Israel. In charitate perpetua dilexi te. Igitur ex pluribus scripturarum locis habebant Iudæi laudes filiorum Abraham & Israelitarum, ut canerent. Semen Abraham serui eius: filij Iacob electi eius. Ita quod Abraham semen (qui fuit seruus, id est, cultor Dei) uidebatur esse solū, cui promissum erat. Et filij Iacob, qui fuit electus eius, uidebantur soli ad electorum numerum pertinere. Sed errauerunt miseri Iudæi, oculo carnis cogitantes, quotquot nascerentur ex Abraham secundum carnem, eos omnes in semine computandos, & sic fore amicos Dei, non intelligentes quare in re uera cum Deo amicitia conciliaretur: quod postmodo CHRISTVS declarauit aiens. Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Rursum etiam sibi persuaserant esse omnes Israelitas secundum spiritum scripturas, qui uenirent ab Israel secundum carnem: similiter non intelligentes notam à CHRISTO datam uero Israelitæ, cum dixit de Nathanaele. Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Oportet enim hoc ex dono Dei uenire, non ex carne. Electio enim meræ est gratiæ, non ex acceptione personarum. Hunc ergo locum uolens Iudæis declarare B. Paulus, in quem etiam usq; in hodiernum diem impingunt, postquam negauit excidisse uerbum Dei, cum hoc sit impossibile, quia Deus ipse est uerax; omnis autem homo mendax, doctè ac sapienter (quod etiam multū facit ad intelligendas scripturas) adiecit,

Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ, siue Israel, ut Græcè legitur, neq; qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semen, etc. Cum enim audimus, sed in Isaac uocabitur tibi semen, debemus intelligere exclusum esse Ismaelē cum filiis suis, ut non intelligatur filius Abraham, nec pertinere ad promissiones, cum tamen filius esset secundum carnem. Hoc autem fuit ut agnosceremus istam filiationem non debere secundum carnem, sed secundum Dei uoluntatem intelligi, qui non complacet sibi in carne, sed in spiritu. Spiritus enim est Deus, & tales adoratores querit, qui Spiritus sint: quoniam ii filij eius sunt. In Ismaele igitur & filiis designati fuerunt omnes ex Abraham descendentes etiam per Isaac, qui tamen secundum carnem fuerunt filij, non secundum spiritum. Hi autem non inueniuntur filij Dei: quia filij Dei non sunt ex uoluntate carnis, sed ex Deo per fidem. Quotquot enim CHRISTVM recipiunt per fidem, ii filij Dei efficiuntur: & ii solum computantur in semine, hoc est, in Isaac, in quo CHRISTVS uerum Dei semē significatus est: quia in eo continentur omnes qui sunt eius. Et ii sunt qui nascuntur ex libera. Qui autem ex Ismaele sunt, ex ancilla ducunt originem, id est, ex synagoga, quæ generat in seruitutem, quibus non debetur hereditas. Cum enim sint filij carnis, carnalibus sunt donis contēti. Sed hereditas debetur Isaac & filiis eius, qui ex libera ueniunt, id est, ex Ecclesia, quæ in libertatem filiorum generat nos per legem spiritus, fidei, et gratiæ, siue charitatis & iustitiæ Dei. Quæ lex Spiritus (ut iam

Iere. 31.

Docet Apostolus in quo saluatur Iudæi, non intelligentes scripturas.

Nota pro uera intelligentia scripturarum.

iam dictum est) liberat nos à lege peccati, & mortis. Et quàm pulchrè hoc mysterium significatur in litera, ut filij Dei significetur in Isaac: ut & eorū origo originem imiteretur ipsius Isaac, qui non uenit ex uoluntate carnis, sed ex promissione, & uoluntate Dei. Sara enim sterilis erat ne nagenaria, imò penè centenaria (ut uolunt quidam) cum peperit, & desierat ei fieri muliebria. Vnde & risit occultè, cū audiuit promissionem, dicens: Postq; consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo. Quare nō carnis filius Isaac, sed promissionis censetur: ac per hoc datus fuit fidei. Credidit enim Abraham Deo promittenti illum. Sed & Sara, in qua in primis significata est Beatissima VIRGO, & ecclesia, credidit. Vnde & idē Apostolus: Fide Sara sterilis uirtutem in conceptione feminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quia fidelem credidit eum qui repromiserat. Et hic ait.

Gen. 18.

Hebr. 11.

Promissionis enim uerbum est hoc. Secundum hoc tempus ueniam, et erit Saræ filius. Agnosce (quæso te acute lector) totum typum: quoniam Isaac significat omnes qui in CHRISTO, aut in quibus CHRISTVS fuerit per gratiam. Hi autem nascuntur ex Sara, id est, Domina, seu principe ac matre multarum gentium. Hæc est enim MARIA uerè mater nostra benedicta. Venit enim Deus, id est, Spiritus sanctus super eam secundum tempus illud. Rectè græca lectio tēpus aptū notatur, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, id est, ut locus citatus habet, in feruore diei inualescente sole, nimirū in Spiritu sancti feruore, quo & illa correpta est, & conceptus est Isaac CHRISTVS mysticus, risus Patris: & non ita dudum parturiuit, & post enixa est eum sub cruce: & ibi facta est uerè Mater multarum gentium, quæ sub ligno inueniuntur fideles. Sed specialiter assignatus est ei filius Ioannes Dilectus, qui est typus Electorum. Tunc fuit illud tempus, quando Dei benignitas in feruorem uenit, quo feruore & incaluit Domina nostra, & princeps nostra VIRGO MATER, & concepit & peperit uerū Isaac IESVM CHRISTVM, risum nostrum. Et hæc est etiam Ecclesia gentium illorū, qui ex fide sunt IESV CHRISTI. Et hæc eligitur tandem ut libera, eiecta Agar ancilla cū filio suo. Agar enim est illa ancilla synagoga, quæ habet uirum Moysen & legem, & seruit in carne, & carni: quæ cum uidet partū suam, intumescit, & gloriatur, & superbit aduersus sterilem, eamq; contemnit. Ob eam causam meruit expelli cum filio suo, ut sit peregrina & aduena, sicut nomen; Agar; hebraicè sonat. Dico autem aduenam, seu peregrinam à domo Domini, ab ecclesia separatam, sicut scriptum est. Lætare sterilis, quæ non parit: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum. Hoc autē meruit: quia gloriosa nimis & superba in plenitudine uteri sui, id est, in patribus, patriarchis, & prophetis, quos conceperat & pepererat, facta est insolēs aduersus Dominam suā, id est, Virginem benedictam Ecclesiam, spernens etiam partū eius benedictū, id est, CHRISTVM.

& eos qui in illo. Quocirca eius filius Ismael serus homo, intractabilis, duræ ceruicis, eiecit foras cū ancilla ut peregrinetur, id est, Ille populus Iudæorum alienatus est interim à conuersatione Israel, & factus est hospes testamentorum, ut ait Apostolus: pro quo tamen orans Abraham tandem exauditur. Nam & ipsi [aliquando] charissimi futuri sunt propter patres. Ecce igitur ut ex primo typo probati sunt ueri filij Abraham, non qui secundum carnem, sed qui ex promissione. Promissio autem est duntaxat creditibus: ut sic uideas eos demum ueros Abraham filios, qui ex fide fuerint, & non solum iuxta carnem. Nūc superest ut declaret uerè Israelitas (id est, electos, qui in Israel significati sunt) similiter non esse attendēdos secundum opera, aut secundum quāuis aliā causam, sed secundum merum Dei beneplacitum per alium typum: ait ergo.

Eph. 2.

Non solum autem, sed & Rebecca &c. id est, Non solum autem in Sara nascuntur filij Dei, quia ex ea demum nascentes computantur in semine: uerum etiam in Rebecca possunt intelligi, qui sunt electi. Et declarat typum: Quia cum Rebecca in utero ex uno patre Isaac haberet binos Esau & Iacob, cum nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, dictum est. Maior seruiet minori. Quod certè iuxta literam significat (ut ipsamet docet) quod in utero Rebeccæ inueniebantur duo filij, unde duo populi erant oriundi, quorum maior, qui Esau Idumæus, seruiturus erat minori, id est, populo Israeli, ad certum tempus. Quod uerificatum est tempore David. Hoc autem in mysterio fuit, ut agnosceretur propositum excellentis gratiæ non ex operibus cuiusquam, sed ex electione Dei & uocatione procedere. Siquidem nullus eorum operatus erat quicq; boni aut mali, ut per hoc posset uel eligi, uel reprobari. Electus est autem Iacob, ut ex eo CHRISTVS prodiret Deus noster: unde populus eius maioribus debuit gaudere prærogatiuis, cum ipse tamen non esset maior, sed Esau. Vnde si carni dādum erat illud, non minus, imò magis ad Esau pertinebat ius illud, quod erat primogenituræ, si caro fuisset consulenda. Ergo Israelitæ, siue, Electi illi uerè sunt, qui intelliguntur in Iacob, qui fuit Israel secundū electionem Dei, non secundum carnem. Iacob, n. ex illa electione nactus est illud, ut sit Electorum typus. Nec tamen antea Israel uocatus est, quàm emarcuerit illi neruus. Et hoc significauit propria rū uiriū mortificationem & ipsius carnis, in qua fidebant Hebræi, ut ex tunc fieret fortis cū Deo. Vnde ueri Israel filij de neruo non comedunt: quoniam qui uerè sunt Israelitæ non fidunt in semetipsis, id est, in neruo & robore proprio, sed in uirtute Dei: & tunc uincunt Deum, & sunt fortes luctando cum illo.

Acceperunt autē quidam ex hoc loco occasio nem ad cogitandum ualdè iniqua. Putarunt enim hinc educi, sic se habere prædestinationis causam ac reprobationis, ut dicerent, Deum ab initio in mente sua quosdam elegisse, ut potirentur tandē aliquando secum regno suo, idq; nullis bonis eorum

Hic resellere incipit Autor opinionem de massa perditionis

rum operibus consideratis aut meritis. Nō quod non sint futura eorum bona opera, sed quod nō propter illa prędestinavit: imō quia prędestinavit, & opera consequuntur & merita, tanq̄ prędestinationis effectus. Alios uerō, idest, reliquos non sic electos, Deum ab eo regno reprobasse, similiter absq̄ consideratione ac merito operum ipsorum. Hanc uerō hęresim ex hoc pręcipuē loco accipiunt: quoniam sicut hic dicitur de Iacob, qui est electorū typus, quod ex Dei proposito & mera gratia fuit dilectus ex mero beneplacito, non ex operibus, sed ex uocante: sic oportet statuere de Esau, fuisse illum odio habitum & reprobatum a Deo, destinatumq̄ ad æternam mortem, anteq̄ quicq̄ mali ageret: ideōq̄ similiter nō ex operibus, sed ex mero Dei beneplacito. Nam pariter de utroq̄ dicitur: Anteq̄ quicq̄ boni egissent, aut mali: ut intelligeremus ita reprobatum Esau, sicut electū Iacob. At Iacob electus fuit absque ulla operū cōsideratione: ergo similiter & de Esau dicēdū. Quod adiuuatur ex eo, quoniam ipsemet Apostolus uolēs in hoc facto iustificare Deū ab iniquitate, & defendere, producit omnipotentiam, & superexcellētissimam dominationem Dei dicens. O homo, Tu quis es, qui respondeas Deo? An nō habet figulus potestatem facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerō in contumeliam? Sicut inferius explicabimus.

Verū quoniam hęc opinio, quam excitant Lutherani & prędicant, dira est supra modum, & manifestē impia, quę Deum constituit punientem antequam appareat quouis modo ullū coram eo peccatum: ut eam tuerentur illi, retulerunt hoc totum in originale peccatum, per quod omnes constituti sumus peccatores. Nam cum omnes inueniamur in Adam tanq̄ una massa perditionis & iniquitatis, nulla est apud Deum iniquitas, si ex illa massa quosdam eripit, & euehit in salutem, reliquos autem dimittit. Non enim punit quenq̄ sine peccato, saltē illo antiquo. Verū hanc opinionem proprio tractatu ita idoneē à me esse confutatam existimo, ut nihil ex aduerso, quod appareat alicuius momenti, responderi possit. Hic solum capita colligam.

Primum argumentum dissertationis contra opinionem de Massa perditionis.

Primum est, illud peccatum (nisi uelimus nos nobis ipsis crudelitatem ultrō accersere) erat dignum miseratione in omnibus, ac pręsertim in posteritate: quoniam non propria uoluntate peccauimus nos, sed uoluntate parentum: quod peccatum illi instigatione Diaboli patrauerunt. Si autem (ut Dominus dixit) omne peccatum & blasphemia remittetur, cur non multo magis peccatum hoc, quod uix habet rationem in nobis peccati?

Arg. 2.

Secundo, Si Deus uoluit & in iustitia laudari & in misericordia, cur non magis in parte misericordię? Ac pręterea, cur tam paucos eripuit ab ea perditione, & non longē plures ihs quos dimisit? Ipsimet enim fatentur, quod reprobi sunt multo innumerabiliter plures, quā electi. Nunquid igitur Deus uoluit magis laudari in parte iustitię, quā in parte misericordię? Sed ubi erit illa eius

tantoperē decantata in scripturis misericordię? Et miserationes eius (aiunt scripturę) super omnia opera eius.

Arg. 3.

Tertio, Quas pœnas (rogo) dabimus pro illo peccato? Si ignē perpetuum, qui paratus est Diabolo & angelis eius, ut isti noui dogmatistę aiūt, nonne hoc durum ualdē & impium, & contra scripturam, quę ait: Filius non portabit iniquitatem patris? Anima quę peccauerit ipsa morietur. Sin autem pœna peccati originalis in nobis, est carentia uisionis diuinę, & ab hac pœna non uult Deus plures eripere: cur ergo finit eos uenire in hanc uitam? Nunquid solum ut peccent, & habeat unde puniat eos acerbius, uidelicet, illa ignis gehennę? Si enim non sunt eruti ab eo peccato, profecto ueniunt in hunc mundum non nisi ad peccatum finaliter, certi de ampliore damnatione sua, & sine ulla spe melioris conditionis. Hoc autem quā sit equum, qui non fuerit prorsus amens, facile discernet.

Arg. 4.

Quarto, Natura illius peccati repugnat isti diuisioni massę. Est enim unum illud peccatum, & est naturę potius quā personarū. Nō ergo debuit eius peccati redemptio diuidi in personas.

Arg. 5.

Quinto, Et si nos iure per illud peccatum eramus sub potestate Diaboli, tamen nos ille non iure ex parte sua possidebat. Vnde dignus erat, a quo auferretur omnino quoad omnes dominatio, & nō quo ad paucos tantum.

Arg. 6.

Sexto, Quod uehementer considerandum est, nos a corpore cātrahimus hoc peccatum, ut etiā propterea coinquinetur anima: quia secundum corpus descēdimus ab Adam, unde uenit ipsum corpus. At cur respectus animę, quę uenit à Deo, non magis ualeat ad deprecandum Deum pro liberatione corporis? An magis ualebit pars indignior carnis, quę uenit ab Adam, ad coinquinandum totum hominem, quā pars illa animę superior, quę uenit à Deo, ut non respiciatur saltē ad redemptionem, ne intereat opus Dei propter opus hominis, sed potius opus hominis propter opus Dei? An non hoc sibi Dabit Deus? Hęc sentis ne lector argumentum? Si sentis, bene est.

Arg. 7.

Septimo, Si Adam radix peccati, qui fuit causa ruinę omnium, reparatus est, & ab eo peccato saluus factus, & à cæteris etiam, si quę postmodo ipse contraxit, ut dicit scriptura: Nonne multo magis debuerunt ab ipso peccato liberari, qui fuerunt in ipso peccato propter ipsum? Si enim radix peccati accepit redemptionē, cur non & rami, qui à radice sunt peccatores?

Arg. 8.

Octauo, Respiciamus ad summum Patrē Deū, patrē misericordiarum, & Deum totius consolationis, & quę de illius misericordia in scripturis sanctis dicuntur. An nō de illo dicitur, quod omnium miseretur? Et quod nihil odit eorum quę fecit? Et non uult aliquem perire? Et patiens est, longanimis, expectans ad pœnitentiam, & innumeris ingratis, sceleratis, & immanissimis tribuit misericordiam & uitā, & iussit parci indistinctē omnibus, non solum septies, sed etiam septuagesies septies, hoc est, toties quoties? Et nunc

nunc dicemus illum multis & innumerabilibus non remittere unum peccatum, quod tamen nullus posterorum sua uoluntate admisit? Quis hoc ferat dici de Patre, supra quā possit quisquā cogitare, clementissimo? Et cū hoc ira sit, isti tamen sunt qui se iactant prędicare misericordiam Dei, & gratiam. Saltem facerent in hac Dei prouidentia, ut essent numero uasa misericordię plura. At ipsi econtrario, multo plura faciunt uasa irę, quę absq̄ proprio ipsorum peccato sed solum alieno, damnationi subiecta sint.

Arg. 9.

Nono, Respiciamus ad Filium Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & consideremus quod VERBUM caro factum est. Si caro factū est, & de carne nostra & ossibus nostris, profecto cōsanguinitas contracta est cum carne nostra tota, nō cū illo, aut cū illo. Id autē quare? nisi ut tota caro sanctificaretur? Eleganter enim dixit sanctissimus Leo Papa. Communem naturam assumpsit, ut communem omnium causam susciperet & adiuuaret. Et hoc est certē quod tam luculenter dixit Apostolus, unum esse Deum, & unū mediatorem Dei & hominum hominem CHRISTVM IESVM, qui dedit semetipsum redemptionē pro omnibus. Dixit mediatorē Dei & hominū, nō illorū aut illorū, sed hominū: ut per hoc quod homo erat, communem hominum causam ab illo susceptā declararet. Vnde & adiunxit de illo Apostolus: Qui, ait, dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.

1. Tim. 2.

Arg. 10.

Decimo, Consideremus eius merita. Aut enim in meritis habuit satis ad omnium redemptionē, autem non. Si quis dicat: Non satis habuisse, blasphemāt. Sin ergo habuit satis, cur igitur noluit ea merita expendi in omnes, & cunctis applicari? Nunquid inuidit sibi ipsi, ne benignitate uteretur erga omnes, ut impensum pretiū sanguinis, quod satis erat ad soluendum pro omnibus, noluerit nisi pro paucis esse impensum? Nunquid hoc faceremus nos qui sumus mali? Equidem nō puto. Quātō igitur minus ille qui est optimus, & ipsamet bonitas? Sed dicit q̄s. Voluit laudari Deus in iustitia: Quasi uerō non hoc iuste deberetur ipsi CHRISTO, quod merita eius etiam superabundanter, & in immensum promeruerant. Satis ergo hac parte de iustitia laudatur Deus, quod miseretur nobis propter CHRISTVM. Quanquā friuolum est omnino quod affertur, nimirum uoluisse Deum in ostensione iustitię suę laudem sibi tribui: quasi hac posita sententiā, Ab ipso CHRISTO omnes redemptos esse, defuturus esset omnipotēti Deo modus exercēdi istam iustitiam, cū non omnes credant euangelio; & eorum qui credunt, multi (non sicut credunt) operantur, sed cōtra Deū uoluntatē, ut dignos sese constituent æternā morte. Itaq̄ nō defuisset laus iustitię Dei, si tamen illam Deus cōcupisceret. Sed uerē non uult Deus uindicatiuam iustitię, nisi pręcedant digna merita: Neq̄ attinet ad gloriam eius, uelle habere quos puniat. Sed hoc ad laudem eius attinet, ut tunc demum puniat, cum homo sese punibile reddiderit. Nec sic tamen adhuc punit, ut non

multa utatur misericordia in substinendo, in parcendo, donec inueniat in homine pertinaciam, & fixam mundi dilectionem, & cœlestium bonorū contemptum. In hoc est enim iudicium, ait, quia uenit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quā lucem.

104. 3.

Arg. 11.

Vndecimo, Si ille Adā est forma futuri, idest, CHRISTI: & ille Adam (quātum ex se fuit) perdidit omnes: cur non etiam CHRISTVS (quātum ex se fuit) non dederit semetipsum pro omnibus? Apostolus enim est qui dixit. Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationē. Et hoc diceremus, si non expressum fuisset clarius in scripturis. Sed quid latius, quā quod ipse est propitiator (ut ait Dilectus) pro peccatis nostris, non solum pro nostris, uerum etiam pro totius mundi? Ipse. n. est Agnus Dei, qui tolit peccatum mundi. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, & per eum restitueret uitam mundo. Alioqui quomodo dicitur abstulisse peccatum mundi, si tam paucis uitam restituit, & tam multos reliquit in ea massa perditionis? Et quomodo dicitur quod deleuit chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & affixit cruci (ut ait Apostolus) si cātū de chyrographo illo deleuit aliqua nomina relictis alijs innumerabilibus?

1. 104. 2.

1. 104. 2.

1. 104. 2.

Arg. 12.

Duodecimo, Si CHRISTVS non pro omnibus mortuus est, ergo non erit omnium resurrectio. Si enim peccatum illud manet adhuc in multis, etiā mors eis dominabitur. Sed hoc repugnat Apostoli doctrinę, qui dixit. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in CHRISTO omnes uiuificabuntur.

Arg. 13.

Decimotertio, Respiciamus ad dona Spiritus. Primo enim non est dubium, quod Dominus uocat passim omnes. Et certum est, quod quos uocat, non sunt omnes prędestinati, cum sint pauci electi, & multi uocati. Ad quid ergo uocat illos non prędestinatos? Certē ad nuptias uocat, ut ueniant, & fruantur nuptijs, sicut est in parabola. Et tamen (ut habet hęc opinio) reliquit eos in massa perditionis: & sic non uult ut nuptijs. potiantur, ad quas tamen uocauit eos. Deceptor igitur esset Deus, quod horreo uel cogitare.

Arg. 14.

Quartodecimo, Queritur etiam Deus aduersus illos, qui uocati non responderūt, iuxta quod scriptum est. Quia uocauit, & renouistis: extēdi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consiliū meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoq̄ in interitu uestro ridebo. Quomodo autem hoc faciat Deus aduersus eos, quos ipse prius relinquēdo in massa perditionis, neglexit?

Proph. 1.

Arg. 15.

Quintodecimo, Quomodo potest Deus eis nolle salutem, quorum tamen salutem magno desiderio scire describitur? Vtinam, inquit, saperēt, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Et Dominus ad Israel. Vtinā attendissetis mādāta mea, facta fuisset sicut flumē pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.

Deut. 27.

Isa. 48.

1. 104. 2.

Decimosexto,



Arg. 16. Decimosexto, Veniunt & multi uocati, & sciunt baptismum, & confertur in eo gratia, & intrant in CHRISTVM. Si hoc est uerum, ergo liberati sunt ab originali peccato. Quomodo ergo derelicti in massa perditionis?

Arg. 17. Decimosextimo, Si confert gratia Deus ijs non predestinatis: aut confert eam ita ut uelit eos posse in ea manere si uelint, aut non. Si primum, non sunt ergo relictus in massa perditionis. Si alterum, An non est hæc mera derisio, & elusio sine causa, quod Deus quibusdam conferat gratiam, & nolit eos permanere in illa?

Addam & hic liberè, gratia ueritatis, & ad instruendum lectorem, non ad eleuandam auctoritatem sanctissimi & doctissimi uiri B. Augustini, quem multum ueneror, & cui tantum tribuo, quantum ulli ex doctoribus, & tractatoribus scripturarum ausim concedere: qui tamen primus & unus istud de massa perditionis commentum induxit, & suadere conatus est. Ipse enim sentiens se dicere dura nimis, inducens contra se argumentum quod modo diximus: fatetur se solutionem nescire. Hæc enim eius sunt uerba. Hic autem, si à me queritur, cur eis Deus perseverantiam non dedit, qui eam, qua christianè uiuerent, dilectionem dedit, me ignorare respondeo. Sed cur ignorabat tantus uir causam: nisi quia esse effectum supposebat, qui uerè non erat: & consequenter habere causam non poterat, quam tamen ille quærebat. Supposebat enim quod Deus nollet hominem non predestinatum, cui dederat gratiam, posse perseverare: quod est incredibilissimum. Et ideo ipsemet sibi ipsi minime constans, in eodem libro, de eo loquens qui accepit gratiam, quod in ea non perseverauit, illi imputat, & non Deo: quia potuisset (inquit) perseverare si uoluisset. Ergo non fuisset relictus in massa perditionis: hæc eius uerba sunt. Iustior uidetur excusatio dicentium. Non accepimus audientiam, quam dicentium, non accepimus perseverantiam: quoniam dici potest homini, In eo quod audieras & tenueras, in eo perseveras: si uelles. hæc ille. Agnosce, bone lector, quanta sit uis ueritatis.

Cæteram, si ea sit quæstio. Quare non omni homini dedit Deus perseverantiam, uidelicet, illam, qua omnino sint perseveraturi, ita ut excidere non ualeant: In promptu est ratio: quia non est debitum, imò etiam nec esset pulchrum, si omnibus æqualis daretur gratia. Quisque tollat quod suum est, & uadat. Satis est hoc, quod nemini Deus deest ad salutem, ut eam ualeat assequi. An oculi noster nequam, quoniam ille est in alios ualde bonus, modo sit etiam nobis bonus est: Quod enim ad maiores gratiæ gradus & summos non omnes perueniant, non est absurdum. Imò absurdum, si omnes essemus pares in tanto corpore, quod est ecclesia. Vnde quidam rectè: Æqualitate nihil in æqualibus. Et ipse Apostolus hanc litem dirimit, aiens. In magna domo sunt non solum uasa aurea, & argentea: sed & lignea, & fictilia. Itaque quisque timeat, & seruet seipsum in sua sorte cum potest, & audiat dictum à Domino: Tene quod ha-

bes, ne alius accipiat coronam tuam. Et dum hoc audit, certò sciat quod potest tenere, cui iubetur ut teneat. Nam gratia & charitas infusa, est arra & pignus uitæ æternæ, ut ait Apostolus. Dabit ergo Deus arram & pignus, & non quod sub arra & pignore repromittitur: Absit.

Decimo octauo, Habemus & à Spiritu sancto Eucharistiæ sacramentum, quod multi accipiunt, & promittitur eis indistinctè per illud uita æterna. Qui manducat me, & ipse uiuet propter me, & non morietur in æternum. Hoc autè quomodo uerum esset in ijs, qui sunt relictus in massa perditionis? Ad hæc, & de sacramento poenitentiae nonne habemus, quod absoluuntur indistinctè quicumque confitentur peccata sua, & non ponunt obicem absolutioni: At quomodo possunt absolui, qui in illa massa perditionis permanent, non absoluti à peccato originali?

Decimonono, Nonne Angeli singulis hominibus (ut habet catholica ueritas, & pietas) assignantur: Et hoc quam obrem, nisi ut sint ministri salutis, sicut scriptum est: Nonne sunt omnes administratores spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? At hoc minime congruit cum massa perditionis, si Deus scilicet nollet salutem his, quos inde noluit liberare.

Vigesimo, Pugnat hæc opinio cum alijs multis diuinis beneficijs, & prouidentijs, quas Dominus pro omnium salute indistinctè prouidit. Cur enim proponuntur pastores indifferenter omnibus: Et cur requirit Deus sanguinem perditorum de manu ipsorum? Si enim Deus uult illos perditos, imò iam illos esse perditos, quid amplius curari etiam uult ne perdantur? Quod si Dei deliberatione perdantur, quomodo exigit eorum sanguinem ab alijs, quasi illorum culpa perditus fuerint, qui tamen salui esse illorum cura non poterant? Inconstantissima sunt hæc, & apud rectè cogitantè absurdissima. Adde, quod pastores, qui proponuntur ouibus, possunt esse de non predestinatis, & sic non attinere ad regnum Dei. Et quam (obscuro) prouidè factum esset, ut per hos curarentur oues, qui in scientia & prouidentia Dei ipsi sint extra gregem? Et hinc uenit quorundam meritò damnata opinio, qui dixerunt, non esse uerè pastores & prælatos, qui non fuerunt in numero predestinatorum.

Vigesimo primo, Dominus omnes astrinxit ad præceptum dilectionis & charitatis, quod est (ut rectè B. Thomas exponit) teneri nos atque obligari diligere Deum ut datorem gratiæ, & beatificatorem. At non predestinati ad hoc minime obligati essent, ad quos pertinere non posset gloriæ promissio.

Vigesimo secundo, Si tam multi sunt relictus in massa illa perditionis, profectò non possunt dici uiatores. Non est enim uiator, qui non est destinatus ad patriam, & ad terram promissionis: Quod nescio an quisquam concedere ausit.

Vigesimo tertio, Si consideremus rationem iudicij futuri: in omni loco scripturarum inuenimus quoslibet, qui damnatur, non propter originale peccatum

peccatum damnari, sed propter actualia peccata: quoniam ab originali omnes (si uoluerint) liberati sunt per CHRISTVM. Quod si noluerint, ipsorum peccatum fit actuale, propter quod pereunt. Mitto hic pueros, qui non concluduntur in futuro iudicio. Nam iam factum est de his iudicium, quemadmodum alibi copiosè probaui.

Ad hæc, Nulli qui essent in inferno, essent ibi reuera ob proprium actuale peccatum, sed propter originale, à quo non fuerunt liberati, utpote relictus in massa perditionis. Sed originale non satis est ad æternam geennam cruciatus infligendos: quoniam igne inferni & uerme non possunt torqueri, qui uidebunt se non ob suam malitiam perdidisse regnum Dei, quod adipisci nunquam ualuerunt, cum ad illud nunquam aptari fuerint.

Arg. 24. Vigesimo quarto, Magna consequuntur hanc opinionem absurda. Et primum, quia angustat nimium gratiam Dei, & misericordiam efficacem ex parte ipsius: & rem ita constituit, ut unus gradus eorum qui possunt cogitari, desit in prouidentia Dei. Cum enim ponant primum gradum predestinatorum, id est, eorum qui per prouidentiam Dei non poterunt non saluari: Et deinde eorum qui reprobari sunt, & saluari non possunt. Ille modo gradus deest, nimirum eorum qui & saluari si multum ac damnari possunt, quorum aliqui saluentur, aliqui damnentur. Sed non est bonum ut iste gradus desit, quæ in Angelis fuisse B. Augustinus ponit.

Aliud est absurdum, & quidem magnum, quod dum omnes bonæ mentes audiunt, rem iam actam esse uident, & exitum iam determinatum unicuique, uidelicet, Quosdam predestinatos ad uitam, reliquos autem relictos in massa perditionis. Si, n. res se ita haberet, iam nec salus nec perditio penderet ex futuro, & ex nobis, sed ex decreta olim apud Deum sententia: Dicet enim quis non imprudens ratiocinator? Aut ego inter predestinatos sum? Aut inter eos qui non sunt predestinati? Si inter primos, iam non possum deficere, saluus ero omnino. Si autem non in eo numero sum, actum est de me. Et cum sit in promptu prudenti uiro, non se temerè in eo numero ponere: quantum hæc cogitatio afferat bonis mentibus anxietatem & amaritudinem, non queunt nosse, qui ueniunt in hæc cogitationem, quæ profectò (cum sic prædicatur predestinatio) confestim exoritur, & conturbat multorum animos, ac præfertim piorum. Quam obrem B. Prosper & Hilarius non ab re datis epistolis admonuerunt B. Augustinum de hac opinioe; quæ iudicabatur scadalosa: & quæ prædicata perturbauerat omnes Galliæ præfules, eum propter eruditatem, quæ mox continere uidebatur, tum etiam quod noua esset, & nunquam à sanctis Patribus antea cogitata.

Neque obstat quod à quibusdam responderetur, & (ne quid dissimulem) etiam ab ipsomet B. Augustino, idè uidelicet absurdum sequi ex Dei præscientia, quam tamen nemo negat. Si enim præsciuit Deus (aiunt) aliquem damnandum, & alium saluandum: ergo aliter non potest euenire, quam præsciuit. Sed multum profectò interest inter præ-

scientiam, & prædestinationem, & similiter reprobationem. Nam præscientia nihil ponit in rebus: sed uidet Deus ut sese res habet, & eo modo quo sese res habet. Ideò, n. uidet Deus, quia ita res est: non autè ita est, quia Deus uidet, ut Origenes inquit: ita quod non sequatur ita esse ad uidere Dei, sed ita ipsum uidere sequitur ad ita esse. Vnde illius præscientia nullam ponit in rebus necessitatem. Contra autem est de prædestinatione, & reprobatione. Nam quia predestinatus ponitur quisquam, ideo saluabitur. Et quia immobiliter predestinatus, ideo etiam & immobiliter saluabitur. Similiter de reprobo: quia enim reprobus, ideo non saluabitur, nec poterit saluari. Itaque facile retunditur hæc instantia de præscientia, si quis rectè capiat, & illud bene intelligat quod ait B. Thomas, uidelicet, Ea quæ præsciuntur à Deo contingetia futura, non præsciuntur in causis, ac propterea non præsciuntur ut futura. Sed de his in nostris opusculis fusius disputaui.

Tertium ex tali opinione sequitur absurdum hoc. Nam malè mentis homines, & qui sunt ad malum dispositi, uehementer ac incredibiliter gaudent de hac hæresi: & ita facillimè argumuntur. Si ad hunc modum se habet prædestinationis ratio, bonum est pro nobis, præclare nobiscum agitur. Nam si sumus ex illis qui sunt predestinati, quicquid egerimus, salui erimus: quia Deus id iam decreuit. Voluntati autem eius quid est quod resistat? Possumus ergo interim gaudere & lætari. Lætari similiter & gaudere oportet, etiam si in aliorum numero sumus relictus in massa: quoniam non est bonum, si reprobari sumus, ut in hac uita insuper maceremur. Satis superque macerandi sumus in alia uita sempiterna. Vnde concludunt. Comedamus ergo & bibamus interim, & fruamur bonis quæ uidemus, nec nos prætereant flos temporis: coronemus nos rosas, antequam marcescant &c. Eiusmodi nos hisce auribus audiuius ex ore perditorum, cum tales prædicationes spargentur in uulgus. Illam ergo opinionem quæ pios quidem conturbat, impios autem exhilarat, poterit quisquam pius probare? Autem.

Arg. 25. Vigesimo quinto, Si nihil aliud esset quam quod B. Paulus tam expressè dixit, & ratione eorum usque potentè uallauit, opinor posset satis esse ijs, qui non affectatè iurarint in uerba magistri. Ait enim B. Paulus. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni castitate, & pietate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim Deus, unus & Mediator Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: hæc Apostolus. Quid quæso te ueritatis amator? quid inquam dici poterat clarius ac manifestius? Non hoc in loco dicit, sufficere meritum CHRISTI pro omnibus, sed de facto tractatum

Differentia inter præscientiam & prædestinationem.

Verba Apostoli clara, quibus tamè uim aliqui inferunt.

1. Tim. 2.

In libr. de cor. & gr.

Plinius iunior

2. Tim. 2.

Apoc. 3.

Prædicatione Massæ conturbatas quondam omnes Galliæ ecclesias.

Arg. 18.

104.6.

Arg. 19.

Arg. 20.

Arg. 21.

Arg. 22.

Arg. 23.

ditū illum pro omnibus. Et uidē ut bene congruit ratio ipsi præcepto. Præcipit ut fiant orationes pro omnibus. Et subditur ratio: Quoniam Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et huius uoluntatis subdit rationem ualidissimam dicens: Et unus Mediador Dei & hominum, id est, inter Deum & homines, homo. CHRISTVS IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Verē nescio si quid plenius dici poterat, ad id quod defendimus comprobāndum. Cum enim audis Mediatorem, debes meminisse inimicitiae, quæ erat inter Deum & inter homines, non illos aut illos, sed inter omnes homines, quasi unum: quoniam contra uniuersam naturam nostrā iratus erat Deus: & ideō non erat faciēda diuisio personarum. Vnus autē dicitur fuisse Mediador, ut ab eo causa omnīū suscepta declararetur. Et adijcitur, hūc Mediatorem hominem esse, ut intelligeres quod stabat pro tota natura, & sic pro omnibus hominibus, & non pro parte hominum. Quod ut amplius etiam declararet, adiunxit. Qui dedit semetipsum pro omnibus. Nunc tēdetur p̄iget̄ commemorare ad hunc locū agglutinatā glossā, quibus profectō nedum exponitur, sed laceratur, sed destruitur. Si cui forte uidere libeat, requirat in Opusculis nostris.

Hactenus autem arbitror satis dictum ad euerendam hanc opinionem satis quidem duram & diram, sed nunc respondēdum his Apostolicis sententijs. Sunt enim qui rectē quidem sentiunt de re ipsa, & facile cōfitentur prædestinationē nō esse ex meritis bonis, sed à gratia. Reprobationē autem non posse esse nisi ex meritis malis. Sed ipsi interim ad hunc locum non respondent, ubi sicut de Iacob dicitur, illum non quia fecerit aliquid boni, electum fuisse: Ita de Esau, non quia fecerit ipse aliquid mali, esse odio habitum, ac per hoc reprobatum.

Nos ergo pro explanatione loci huius, cū ijs agentem, qui ita hunc textum exponūt, ut reprobationem probeant uenire non ex proprijs demeritis (& si primo auditu ita est absurdum, ut etiā quolibet proferente, & quanuis magnæ auctoritatis, non reddatur credibile) Querimus tamē ab eis primū, utrum scripturam istam proferāt ad hoc propositum iuxta sensum literæ, an iuxta allegoriam. Si enim hunc sensum ex litera accipiūt, ut plurimi nō aduertentes ad scripturam faciūt, & uolunt quod Esau ex illis uerbis iuxta literam fuerit reprobatus à Deo reprobatione æterna, anteq̄ quicquam mali fecisse intelligeretur, ut notitia peccati sequatur huiusmodi reprobationē, propterea quia scriptum est: Esau odio habui, & Apostolus adiūgit: Antequā quicq̄ boni aut mali egissent. Falluntur iij proculdubio & aberrant q̄ longissimē, & contra id quod hñt expositū aperitūq̄ in locis proprijs. Etenim in hoc fuit odium Dei aduersus Esau, quod licet ipse esset primogenitus, debereturq̄ illi secundum carnem ius primogenituræ, etiā uideri poterat, quod & hoc ei magis deberetur, uidelicet, ut ex eo CHRISTVS

*Nota quodnā odium ac reprobatio fuerit Esau*

nasceretur, & consequenter ex eo prodire deberet populus dignior, qui potius imperaret, quam seruiret. Mero tñ Dei beneplacito, et iuxta propositum electionis suæ, electus est Iacob, & alter ab hoc dono reprobatus. Et sic uerissimū fuit quod ista electio Iacob non ex meritis suis, nec reprobatio Esau ex demeritis eius processit, sed ex mero Dei beneplacito, qui non astringebatur carnali iuri in huiusmodi: imō ne fideremus in carne, plerūq̄ id egit Dñs, ut minor eligeretur. Sic placuit Abel præ Cain, ut loco Abel sufficeret Seth, ex quo CHRISTVS. Sic Ismael electus est, & electus Isaac. Sic Iacob electus repulso Esau. Nā & Iudas filius Iacob non fuit maior inter fratres. Et nihilominus de illo propheta est: Iuda te laudabunt fratres tui. Sic & Ephraim benedicitur à Iacob benedictione dexteræ. Vide igit̄ dictū illud: Maior seruiet minori, nō esse dictum propriē de persona ipsius Esau, qui certē nunq̄ seruiuit Iacob in mundo iuxta literam. Sed sicut respondit Dominus consulenti Rebeckæ matri, quod duæ gentes erant in utero eius, & duo populi ex eius uentre diuidendi, & populus alter alterum superaturus erat, ita quod maior seruiurus erat minori. Quod certē fuit, quia populus Idumæus, qui de Esau uenit, seruiuit Israelitis, sicut scriptū fuit. In Idumeam extendam calciamentum meum. Et hoc est quod propheta Malachias dixit. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quod manifestissimè me his uerbis exprimit. Onus uerbi Domini ad Israel in manu Malachiæ prophetæ. Dilixi uos dixit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater Esau erat Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? Vide igitur quod non loquitur de dilectione, aut odio personarum æterno, sed de illa electione Iacob, qua significati sunt Israelitæ secundum carnem, & facti sunt Domini alterius gentis. Vnde sequitur. Et posui Sciram in solitudine, & hæreditatē eius in uacantes deserti. Itaq̄ in huiusmodi, quia sunt gratiosa, & nullum præsupponunt debitum, non expēduntur merita uel demerita. Potuit enim Deus absq̄ iniuria Esau, nolle prodire ex eius semine, tamē si maior esset. Hoc enim ius carnale non erat in consideratione apud Deum quoad gratias spirituales, sed apud homines. Erat enim spirituale donum hoc, uidelicet quod CHRISTVS ex illo descēderet, nequaquā debitum carni, sed super omne debitum. Et si enim primogenitus esset Esau respectu Isaac, qui carnalis erat pater, non tamē respectu Dei, qui quos prædiligit, etiam eligit in filios; & iij sunt illius primogeniti. Vnde legimus: Primogenitus meus Israel dicit Dominus. Sensus igitur literalis minime fauet ijs, qui hanc tam sæuam reprobationem inde commenti sunt.

*Gen. 45  
Ibid. 48.*

*Malach. 1.*

Hic dicent forte, quod mysticē, & secundū typum hoc accipitur, uidelicet, quod sicut in Iacob intelliguntur uocati secundum propositum ipsius gratiæ ad uitam, ita quidem ut non ex meritis eius hoc factum intelligatur: sic & similiter in Esau intelligatur destituti à uocatione ipsius gratiæ ad uitam, ac per hoc odio habitū in hñe usq̄,

non

*Quomodo Deus, talentorum similitudine, omnibus prouiderit ad salutē.*

non consideratis eorum demeritis. Sed non ad hoc extenditur hic typus iuxta sensum Apostoli & scripturæ, sed duntaxat circa ea, quæ sunt amplioris gratiæ: quia non omnes similiter uocati sunt & electi, sicut ij, qui intelliguntur sub Iacob. v.g. (ut planè hæc accipiantur) Dominus per CHRISTVM subuenit omnibus, sed ijs quidem magis, ijs autem minus: ut quosdam reliquerit in talento uno, alijs dederit duo, alijs quinque, ut unusquisq̄ potuerit operari per hæc ad uitā æternam. Absit enim ut quæquam sine demeritis in hoc reprobet, ut omnino illi præcludatur aditus ad uitam.

Sed accidit, ut qui unum duntaxat talentum habuit, id est, qui non est seminatus uerbi semine, sed relictus est tantū in lumine naturali, conqueri ualeat, & dicat se esse habitum odio à Domino, tanquā se uero & auctero, qui uelit etiam metere ubi non seminauit: atq̄ addat: Cur seminasti illic, uidelicet, in his qui acceperunt duo talenta, & quinque: in me autem non iecisti semen, quod est seruum me facere quodā modo aliorum, qui plura acceperūt, à quibus ego mendicare cogor. Nā qui minus sapiunt, naturaliter sapientiores serui sunt ut rectē ait Philosophus.

Sed Dominus ei respondebit dicens. Non quia tu quicquā mali merueris: et similiter non quia ille quicquā boni egerit, ideō tu dignus es habitus hoc odio præ illo (si tamen est odium uerè) sed quia mihi ita placuit, uidelicet, illi dare amplius supra merita sua, & tibi non dare. Neq̄ te tamen omnino deserui, cui talentū dedi, ut poneres illud ad mensam sub usuris, ut ego ueniēs exigerem illud & usuras, et tu saluus quoq̄ fieres.

Vide ut rectē respondet typus: neq̄ tamen cogimur intelligere æternā reprobationem. Consideramus solum uarietatem eorū qui saluari possunt. Nam cum omnes aliquo modo uocentur ad uitam: Alij quidē sunt quibus natura prædicat quædam, unde ualeant ad ea quæ sunt gratiæ (Deo illustrante ac fauente) peruenire: Alij uerò prædicante illis lege Moseos: Alij uerò euangelio CHRISTI. Sicut à lege Moseos multi prohibiti sunt, ita à lege CHRISTI, ut maneat in pura lege naturæ, & absq̄ iacto semine. Et tamen ab eis exigitur ut producant fructum; hoc est, ut & semen ipsum sibi querāt, quod possent (ut diximus) iuuante Deo. Adiuuaret autem & illos Deus, qui nulli deest ad salutem, cum uelit omnes homines saluos fieri: licet non æquē prouiderit omnibus, ut dictum est. Non enim omnes stigmata IESV in corpore suo portant, mortui & crucifixi penitus mundo, ut clauis charitatis habeant infixos omnes humanos affectus.

Et hæc dicta sunt ab Apostolo ut doceret, non esse propterea increpandum Spiritum Dei bonum, quoniam nonnullos elegerit hac summa dilectione, ut nihil posset eos separare à charitate Dei, quæ est in CHRISTO: ut præ ijs cæteri uideantur (quadam loquendi consuetudine) derelicti, & tanq̄ odio habitū. Solemus enim si quem ab amico nobis præferri cōspicimus, tacitè sub-

indignari, et quasi inde nos odio haberi colligere: præsertim ubi illius amoris peculiaris nulla nobis causa apparet. Sic & eiusdem patris filij dicere solent, Pater me odit, cū erga minimum natu ostēdit maiora amoris indicia. Sic conquestus est seruus ille nequā in euangelio, quod Dominus fuisset austerus in illum. Nec est nouū etiam in euangelio sic accipi odio haberi. Dominus enim dixit. Si quis uenit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Hic certē odium non accipitur pro odio uero, nisi ut postponatur pater & mater Deo. Sic & alibi, ubi ait. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit. Non est enim necesse si alterum diligat, ut alterum contemneret, & odio habeat: nisi hoc pacto, quod promptitudine & amore in seruiēdo præfert eum, quem plus diligit.

*Odium uariè accipi in scripturis.*

Non me latet alia de causa Esau tenuisse reprobatorum typum: non quidem ex natiuitate, sed ex improbitate sua, & prauitate: eo quod ius primogenituræ commutauit, quam pro lenticula, & ruffa ossa repudiavit, ut merito dictus sit Edon, conuersus in terrenum Adam. Nam qualis terrenus, tales & terreni. Itaq̄ reprobatio simpliciter cuicunq̄ contigit ex proprio peccato: sicut & primogenituræ amissio contigit Esau ob impatientiam suam, & contemptum. Dixit enim: En morior, quid mihi proderunt primogenita? Sic procedunt qui peccant contra Deum, spem cœlestis hæreditatis recusantes pro terrenorum possessione. Et tamen secundum carnem semper Iacob detulit illi, & adorauit eum, & uocauit Dominum suum. Et ideō oportet spiritualiter ea uerba, & prophetiā interpretari. Verūm prosequamur rem nostram.

*Quo Esau sit reprobatorum typus.*

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyse enim dicit: Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Igitur non uolētis, neq̄ currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cui uult miseretur, & quem uult indurat. Dicis itaq̄ mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati. n. eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respōdeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? An non habet potestatem quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadē massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerò in contumeliam? Quod si Deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patiētia uasa iræ aptata in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam? Quos & uocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus: sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam.

I meam:

meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea uos, ibi uocabuntur filii Dei uiui. Isaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Verbum enim consummans & abbrevians in aequitate: quia uerbum breuiatum faciet Dominus super terram. Et sicut praedixit Isaias, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodomam facti essemus, & sicut Gomorraha similes fuisset.

Quia uidebat Apostolus humanam sapientiam non quiescere, sed iniquissimè iudicare Deum quasi iniquum, proponit hoc, & exhorret more suo. Et scripturam profert uindicantem illum ab iniquitate, ostendētemque primò, quòd Deus hoc facit: quia quorundam miseretur, & quorundam non. Secundo, quòd hoc habet in sua potestate, scilicet, gratiam absque ulla iniquitate facere cui uoluerit. Ait ergo primò, dixisse Dominum Mosi.

Miserebor, cuius misereor; Graecè sic legitur. Miserebor, cui misereor: & commiserabor cui commiserabor, ut sit sensus. Cuius animo proposuero misereri ac benefacere, illius de facto miserebor, & illi benefaciam. Hoc est enim misereri, animo affici erga indigentem ad conferendum beneficia & dona. Et cui proposuero commiserari, uidelicet dimittendo peccata, illi commiserabor.

Vide hinc ergo, quòd suam uult esse Deus electionem misericordiae & miserationis, tam in conferendo dona, quam in dimittendo peccata. Nam & hoc, id est, peccata dimittere, est conferre donum. Quamobrem in ueteri scriptura dicitur. Miserebor cui uolero, & clemens ero in quem placuerit: Quamquam & alij aliter transferat ex hebreo, ut tamen sit idem sensus. Et loquebatur de magna Dei misericordia, quae est Electorum perfecta usque in finem, quando noscit eos Dominus ex nomine, sicut ibi dicitur Mosi eam precanti. Et hanc poscebat David, uel, remissionem peccati, ac perfectam perseverantiae gratiam. Non quòd Deus uolum sine culpa sua derelinquat: sed quòd non omnes aequali, & illa potenti manu sua ducat in finem, ut nequeant excidere. Et hinc rectè sequitur.

Non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei. De gratia igitur hac excellentis electionis, loquitur quam nullus mereri potest neque uolendo, neque curriendo, id est, neque uoluntati, neque operibus nostris debetur: quia Deus nemini obligatur. Obligatio enim supponit iustum, aut distributiuum, aut commutatum. Verum quae iustitia cogit Deum dare nobis seruis & miseris, & nihili in conspectu suo: Nunquid in seruum & hostem, cadit obligatio distributivae iustitiae? Et quid commercij inter nos & illum? Ergo eligere ad hanc sublimem gratiam, neque uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Brauium tamen quod promittitur currenti & superanti: & donum quod similiter ago-

nizanti proponitur, dici potest etiam uolentis et currentis, aut superantis: quia in potestate sua est, si uicerit, postquam sic est in pactis transactum. At inter Deum & hominem pactum nullum est, antequam ingrediatur homo per fidem, & fiat candidatus miles. Hoc autem ex mera gratia est, & Dei proposito: & hoc nulli prorsus negatur, modo exerceat quod dabitur illi talentum, aut talenta. Non enim per hoc negatur, non esse hominis sese disponere & praeparare ad gratiam, ut prouocet eam sibi, & misericordiam, non tamen ut debitam cuius praeparationi ac dispositioni: quamquam & in hac dispositione adiuuatur à Deo, si ne quo nec id posset.

Amplius non est absurdum (nam & hoc esse uerum non dubito) quòd nonnulli bene utentes Dei donis, etsi non sint de illis certa & firma electione ac uocatione electis & uocatis, possunt tamen sibi suam electionem facere certam ac firmam bonis operibus, sicut testatur Princeps Apostolorum, ubi dicit. Quapropter fratres magis fatagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Haec enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter administrabitur uobis introitus in aeternum regnum Domini & Saluatoris nostri IESU CHRISTI.

Sunt qui exponunt. Non est uolentis, scilicet uelle, neque currentis, scilicet, currere: quae expositio mihi quidem nimis torta uidetur, nec satis attingere ad quaestionem hic propositam, ubi non agitur quatenus homo ualeat suis uiribus, sed quòd quicquid ualet (si etiam faciat) non promeretur cum Deo, priusquam sit pactum in initium & statutum. Certum est autem quòd alibi dicitur: Deus operatur in nobis uelle ac perficere pro bona uoluntate, et iterum: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et CHRISTVS: Si ne me nihil potestis facere. Et alibi: Nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Quae omnia intelligenda sunt secundum efficaciam, & circa particularia, quae nos mouent ac promouent in ipsum Deum, & sunt opera quae à nobis fieri uult Deus.

Haec certè nos sine illo non possumus operari. Et certissimum in huiusmodi esse debet, quòd nisi intellectus illustretur desuper, lippus erit in hoc per se, nesciens finem quò sit eundem, nec uiam quam. Et similiter nisi uoluntas, quae trahitur atque premitur ab obiectis praesentibus, quae sunt temporalia, fortior fiat per gratiam & charitatem, et alia adminicula: nihil poterimus à nobis ipsis uel mouere, uel promouere ad salutem. Et nihilominus cum ijs omnibus est in nobis principium uolendi bonum, sed in uniuersali & consule: ad quòd semper spiritus deprecatur & tenderet, si particulariter noscet atque probaret, et fortior factus esset per fidem, & uirtutem gratiae Dei, quae purificat corda. Sed ad rem propositam redeundo.

Cum ostenderit Apostolus Deum impendere misericordiam illam electionis insignem cui uoluerit: ut aliud similiter ostendat, uel, quòd Deus etiam non uult interdum quibusdam peccatoribus parcere,

Est hois praeparare se ad gratiam, sed non absque auxilio et motioe Dei

Nota.

2. Pet. 1.

Philip. 2.

2. Cor. 3.

104. 15.

Ierem. 10.

Nota.

parcere, inducit scripturam dicentem Pharaoni.

In hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te uirtutem meam etc. Quo in loco nota, non absque causa hoc exemplum positum in eum, qui ob duritiam suam promeruerit quoque eam à Domino obduratiorem, quae fuit in negando illi lumen, & fortitudinem gratiae, qua poterat sine dubio cor illius immutari & frangi, & de lapideo carneum reddi: & amplius in excitando per occasiones oblatas ad saeuam & impiam. Sunt uero quidam scioli, qui hunc modum loquendi non capientes, non sine tacito reprehensionis aculeo, ut incongruum annotat, quòd scriptura dicat Pharaoni, cum illud non scriptura, sed Deus dixit antequam scriberetur, ignorantibus elegantiam, ut per scripturam intelligamus Dei uocem scripturis commendatam, per quas etiam assidue loquitur Deus. Non enim unus est tantum Pharaon: sed omnes qui illum imitantur, adeo ut Dominus contemnat eos atque induret, Pharaones sunt; quibus loquitur Deus talia per scripturam. Sed qui uirtutem scripturarum ac mysteria ignorant, quae non intelligunt, saepe damnant. Verum audiamus terribilia Dei uerba in Pharaonem: ait.

In hoc ipsum excitauit te, ut intelligamus quòd non solum dimisit illum sibi, uerum etiam ea proponerebat, quae illum ad peiora prouocabant: idque praedebat Deus & uolebat: imò & hoc intendebat, uel, ut magis obduraretur. Qua de re sequebatur ostensio potentiae & uirtutis Dei in illum, ut sic glorificaretur ipse Deus in uniuersa terra. Neque hoc iniquum, cum tot peccatis, tantaque contumacia praecedente, hoc ipsum abunde promeruisse. Ingrauauerat enim semetipsum prius Pharaon multa inobedientia et contumacia, antequam Dominus id proponeret firmiter aduersus illum. Lege scripturam, & cognosces quòd usque ad plagam ulcerum non est dictum: Indurauit Dominus cor Pharaonis. Verum id tunc demum fecit, postquam iam multoties erat spretus ab illo. Porerat enim non facere, sed conuertere illum si uoluisset. Noluisset autem: quia iam plus nimium meritis erat ille, cui non esset parcendum: & ideo elegit potius in illum ostendere magnificentiam maiestatis suae, & regio iure uti. Quare bene sequitur.

Ergo cuius uult miseretur, uel, summa miseratione: quem uult indurat, scilicet extrema reprobatione. Hoc autem non nisi praecedentibus demeritis. Sic & pro Iudaeis reprobatis Isaias: Quare, ait, errare nos fecisti Domine de uis tuis? Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Unde orauit ad Deum tanquam ab ipsis auersum. Conuertere propter seruos tuos, et iterum: Conuertere Domine, & conuertemur. Iis autem à quibus non est adhuc auersus Deus, ipse potius dulce uerbum profert, dicens. Conuertimini ad me, & salui eritis. Rursum etiam hos inuitat: Quaeuite Dominum, & salui eritis. Quaeuite faciem eius semper. Quaeuite eum dum propè est. In alios uero: Quaeuertis me, & non inuenietis. Et alibi ad priores: Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Unde & conqueratur: Si ueritatem di-

De induratione Pharaonis.

Isa. 63.

104. 8.

co uobis, quare non creditis mihi? In alios uero, Excœca cor populi huius, & aures eius aggraua &c. Et de quibusdam legimus, quòd non poterat credere, quia scriptum est per Isaiam, hoc est, ita à Domino destinatum, ob eorum peccata & duritiam. De quibusdam uero alijs scriptum est: Et crediderunt quotquot erant praedeterminati ad uitam aeternam. Haec uero diximus, ut diuersos diuersorum hominum status agnosceremus eorum qui adhuc uidentur esse in uia, sed ex parte non sunt: quia iam sunt in Dei discretionem iudicati, siue misericorditer et benignè ut uiuant, siue iuste ac seuerè praecedentibus delictis, ut in aeternum moriantur & pereant: Licet possit Deus non obstantibus illis demeritis, eos conuertere. Nam & misericordiam facit aliquando etiam persequentibus se, & in ipso persequutionis articulo, ut contigit B. Paulo. Sed quia carnales homines indignè de Deo cogitantes atque censentes, putant absurda: Ideo introducit hominem tanquam aduersus haec garrientem, & ait.

Dicis itaque mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Et sensus est. Si Deus obdurat, quid adhuc conqueritur in eos qui prauè agunt, quos ipse uolens obdurauit, & nemo est qui possit eius uoluntati resistere? Videtur scriptura frequenter admirari huiusmodi obduratos, nec id sine querela, ut est illud: Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem mihi. Verum ad hoc respondet Apostolus, & primò quidem non resoluendo, sed interrimendo quaestionem ob altitudinem ac maiestatem Dei, aiens.

O homo. Tu quis es ut respondeas Deo? Nunquid dicitur Pulchra similitudine primò obstruit os audentis in Deum, eundem figulo assimilans: nos autem luto, iuxta Isaiam conceptum, qui ait, c. 64. Et nunc Domine pater noster es: nos uero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Iterum alibi idem dicit, quòd hinc Apst. Vt qui contradicit factori suo, testa de famis terrae. Nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? & opus tuum sine manibus est? Et appositè subiunxit.

Ex eadem massa, ostendens nos omnes, qui ex Adam descendimus, unam esse peccati & irae massam, atque ideo lutum: ut figulus ex eo possit facere quodcumque uelit. Propter quod et apud Ieremiam Dominus. Sicut lutum in manu figuli; sic uos in manu mea domus Israel. Neque tamen haec assimilatio attingit ueritatè. Siquidem Deus magis est dominus figmenti, quam figulus luti incomparabiliter. Non enim figulus facit lutum, sed ex luto tantum figurat, ut materia creata. At quicquid est in nobis, à Deo est, & Dei uerè. Sensus ergo Apostoli est, non quòd Deus ita faciat, sicut figulus facit nemine reprehendete, qui aliud quiddam uas facit in honorem, & aliud in contumeliam ex mera eius uoluntate, ac beneplacito. Absit ut ita de Deo existimemus, sicut plerique hunc locum acceperunt: quoniam nullum contumeliam uas ipse facit, sed nosmetipsi nos facimus.

Isa. 6.

Act. 13.

Pro uera intelligentia Apostolicae disputationis.

Isa. 45.



Hic igitur uerior est sensus, ut B. Chrysoſtomus late declarat, & nonnulli doctorum græcorum, uoluisse Apſt̄m hoc exemplo hominis temeritatem compescere, supponendo quod si etiam Deus ita faceret, qui est dominus omnium, non habens supra se dominum, aut legem ullam, nullus posset iure contradicere, cum nullum ius sit inter figurum & lutum. Quia uero non ita facit Deus, sed uoluit nobiscum agere, tanquam ille cum quo possit contendere iudicio: postquam Apostolus ostendit quod Dominus non teneretur respondere nobis interrogantibus, sed nos teneremur filere, dignatur respondere pro Deo, ut ipsum uindictæ ab omni uel apparenti iniquitate, & subdit.

Quod si Deus uolens ostendere iram etc. Ne quis ergo putaret ipsum Dominum facere, sicut facit figurulus, uasa contumeliæ, seu iræ, ut sic uelit ostendere iram aduersus illa, hoc in loco uult indicare, quolibet peccando facere se uas iræ: & cum adhuc non est plenum, id est, perfectum, & ita perfecte aptatum in interitum, Dominus sustinet ipsum in multa patientia, id est, longanimitate. Græcè legitur, μακροθυμία, ut tandem in eum qui spernit illius benignitatem, iram ostendat: & sic tanquam iustus glorificetur, cum tandem punit hominem, qui tandiu expectatus noluit se auertere ab iniustitia & impietate. Illud etiam alia ratione facit, nimirum ut ostendat diuitias gloriæ suæ ac magnificentiæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Nam ex opposito melius oppositum agnoscitur. Gaudebunt, n. ualde uasa misericordiæ, quæ uidebunt quod poterat illis contingere, imò quod debebat ex peccato suo: & simul considerantes iram Dei in eos, quibus noluit parcere, sed obdurauit potius ex meritis tamen eorum propriis. Collige igitur ex uerbis sensum, quo Deus ab omni iniquitate merito uindictatur: ait enim.

Quod si Deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, supple tu, quæ mira benignitate expectabat ad poenitentiam, iuxta illud. An ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit: Et addit, aptata in interitum. B. Augustinus legit, perfecta in interitum: non quia ipse Deus aptauerit, seu perfecit: neque quod in Adam fuerint sic aptata & perfecta, quoniam nec de eo peccato loquitur, nec illud peccatum aptauit nos, nec perfecit ad interitum secundæ mortis; de qua est hic sermo. Nec enim de talibus dicitur, quod sustentati sint in multa patientia: sed ipsamet uasa ad hunc interitum sese aptauerunt, & perfecerunt. Si ergo (inquit) Deus illa sustinuit in multa patientia, uolens (supple tu, si non conuerterentur) ostendere in illa iram suam: & in uasa misericordiæ diuitias gloriæ suæ, quæ præparauit ad gloriam. Et est splendendum quippiam, ab ipso Apſt̄o quadam indignatione sancta ob zelum Dei prætermissum. v. g. Quid potes respondere, o homo, ut arguas Deum?

Et nota quam congruè de uasis misericordiæ, & quam sapienter dixit: Quæ præparauit in gloriam. De uasis autem iræ, non dixit: Quæ præparauit in interitum, sed dicit, aptata in interitum;

& quod Dominus ea sustinuit in multa patientia: non ergo ipse aptauit. Græcè legitur, κατηχησμένον, id est, quæ adduxit seu attulit, ut legit B. Augustinus, ut sit sensus pro iustificatione Dei super his, Quod Dominus sustinendo patienter, protulit illa tanquam ad ostensionem atque exemplum: quoniam sua malitia obduruerunt. At ipse tandem obduratos ostentauit in gloriam suam, & in aliorum doctrinam, ut perditio sua ipsorum sit ex illis ipsis: auxilium uero à Deo, quemadmodum scriptum est. Superat autem misericordia semper iram Dei: ut ob hoc legamus puniri peccata parentum in tertiam & quartam generationem, misericordiam autem extendi in multa milia. Vasa autem misericordiæ electa dicit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, ne putarent Iudæi se solos habere Deum.

Et pro gentibus affert prophetiam Osee. Desunt tamen in græcis uerba illa: *Et non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.* Ego uero puto sic omnia rectè habere, quemadmodum habent latini codices: quia ex propheta cap. 2. et 3. hæc omnia eliciuntur. Nam. c. 2. post multa pulchra ad gentium uocationem attinetia, ita legitur. Et miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. Et dicam non populo meo: Populus meus es tu. Et. c. 3. Et dixit Dominus ad me. Adhuc uade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit Dominus filios Israel. Ecce ut eleganter et misericordia Dei, & dilectio in gentes ab eodem propheta exprimitur. Apostolus autem rectè præmittit dilectionem ante misericordiam: quia natura præcedit dilectio misericordiam. Eorum enim miseremur, quos dilectione prosequimur. Quod autem addit.

Et erit in loco ubi dictum est eis: *Non plebs mea uos etc.* accipitur ex eodem propheta. c. 1. Et post testimonium redditum de uocatione gentium, redditur etiam de Iudæis per Isaiam, qui ait.

Si fuerit numerus filiorum etc. Sed hic dubium. Nam Isaias uidetur asserere numerum grandem filiorum Israel, tanquam per hoc faciens difficultatem salutis in paucis, qui reliquiæ dicti sunt: forte quia fuerunt iuxta oculos humanæ sapientiæ ignobiliores, & infirmiores alij. Maiores, n. id est, principes sacerdotum, et scribæ, et pharisæi, penè omnes in perfidia permanserunt. Sed hoc, uerè, numerum esse magnum, magis uidebatur inducere misericordiam Dei, saltè erga quosdam, ne tota gens pereat. Sed hic mihi uidetur sensus: tametsi numerus esset grãdis, tamen solas reliquias esse saluandas, id est, paucis de innumerabilibus. Quod uix credibile uideri poterat, ut tam multi relinquerentur: sed reddit causam paucitatis, dicens.

Verbum enim consummans et abbrevians in iustitia etc. id est, Deus consummans uerbum, id est, perficiens illud per Spiritum suum per fidem, ac spem, & charitatem perfectam, ac ueritatem, etiam abbreviauit ipsum, ut pauciores contineret, cum requireret iustitiam hanc perfectam: quia pauci sunt qui perfectionem iustitiæ uelint assequi. Ideò breuiat Deus uerbum, quod est CHRISTVS: quia in eo pauci

Contra Iudeos, qui noluerunt intrare per angustam portam.

eo pauci remanserunt ex illis Iudæis tantisper reliquiæ, ut prædictum erat, ita ut puer paruulus posset numerare.

Quoniam faciet Dominus uerbum abbreviatum super terram, illam uidelicet terram Iudæam. Nec melius et euangelium dici uerbum abbreviatum etiam respectu legis: quia in eo amputata sunt multa superflua, quæ data erant illi populo uelut puero, & elementis indigenti, quibus ad CHRISTVM uenire posset. Nam & consummata iustitia constitit in paucis. Et hoc etiã fuit in causa, quod pauci remanserunt in uerbo. In omnibus enim passi sunt scãdalum. Et primo, in cærimonijs & decretis, quæ erant sine numero, à quibus non poterant desuescere, ut à sabbato, à circuncisione, à baptismatibus, abstinentijs, & alijs multis. Secundo à fide, & auditu CHRISTI. Abhorruerunt enim à Crucifixo. Tertio à spe æternorum: Ipsi enim magis ad carnalia, & tẽporalia aspirabãt. Quarto à charitate: Non enim potuerunt suscipere dilectionem inimicorum in CHRISTO, & christianam mansuetudinem, & ueram cordis humilitatem, ac patientiam. Quia ergo uerbum istud tantè erat perfectionis ut paucos admitteret, ideò adiectum est.

Nisi Dominus Sabaoth, id est, exercituum, uel uirtutum, reliquisset nobis semen, uidelicet, ex abundantia misericordiam suam, sicut Sodoma facti essemus etc. quæ penitus absumptæ sunt igni. Semen autem de quo ait Isaias, quod relictum est à Deo, fuit Senatus Apostolicus, de quo apud eundem dicitur: Semen sanctum erit, quod steterit in ea. Eam uero uocem; Sabaoth; noluit transferre Apostolus. Fortasse quia quiddam habebat in propria lingua natium, quod non facile in aliam transferri poterat. Verba autem Isaiæ aliquantò habent aliter, cum apud nostram uulgatam æditionem, tum uero apud alios, qui (ut aiunt) iuxta ueritatem hebraicam interpretati sunt. Veruntamen sensum accepit Apostolus, quem egregiè in uerbis illis planè cernunt, qui beatos habent oculos.

Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est. Israel uero sectando legem iustitiæ: in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidè offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scãdali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

Concludit ex supradictis Iudæorum errorem, quos ipse lugebat, & pro quibus optabat fieri anathema: ac simul prudentiam gentium, quæ ubi ostensam sibi ueritatis uiam uiderunt, in uiam salutis intrarunt. Ait enim de illis, quod non sectabantur iustitiam, uidelicet, illam quæ erat ex fide, eò quod non esset eis data lex quasi pedagogus ad sectandum illam: & item lege naturali, in qua erant, abusi erant. Ideò in eos apparuit Dei misericordia uocantis illos, ut & Iudæos: Sed illi apprehen-

derunt iustitiam: Israel uero non apprehendit eam, tametsi illam sectaretur. Et ratio fuit: quia eam sectabantur iustitiam, quam lex non dabat, sed tamen indicabat. Nam lex, cui studebant, erat ut pedagogus ducens ad CHRISTVM, & ita ad legem iustitiæ. Ipsi autem uolentes semper manere sub pedagogo, non peruenierunt ad ipsam ueram libertatem: quia non ex fide, id est, non contenderunt apprehendere hanc iustitiam ex fide, sed contempserunt Redemptorẽ ac Mediatorem, per quem eruebantur à peccato, & conciliabantur Deo, ut ita liberati possent ei inseruire. Innitebantur autem in meris operibus, & propria iustitia, id est, quæ ex uiribus proprijs assequiebantur. Non hic enim damnatur opera, & fiducia in operibus, nisi in ijs operibus quæ absque fide sunt. Ideò rectè subsequitur.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, non recipiendo illum, sed negando: cum tamen unicum esset fundamentum, in quo omnia aptari debuerunt, ut peruenirent ad iustificationem. Aptamur enim per fidem, & consummamur per eam, quæ per dilectionem operatur. De hoc lapide Isaias clamat: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularẽ, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Apostolus dicit: *et omnis qui credit in eo, siue super eo (ut græcè legitur) fundatus & manens, non confundetur.* Sic. n. Septuaginta interpretati sunt. Sed hebraica ueritas habet: Non festinet, & est idem sensus: ac si dixerit. Non prætereat hunc lapidem sine honore, nequando incidat in illum, & offendatur, & confundatur: sed expectet per spem, quæ (ut diximus) habet patientiam operum.

At Iudæi festinabant uolentes subitam redemptionem suam: et de Cruce non poterant suspicari bonum, sed dicebant. Quis ostendit nobis bona? Hoc euenit duobus illis in Emmaus euntibus discipulis, festinantibus in hac redemptione. Putabamus, aientes, quod esset redempturus Israel. Nonne hic agnoscis Iudaicam festinationem? Ergo consilium prophetae est ibi, illos qui credunt, non debere festinare, sed in spe patienter expectare: quoniam spes non confundit. Ideò hunc egregium sensum acceperunt Septuaginta ex eo dicto: Non festinet, id est, credens permaneat perseverando in spe, quæ intrat in interiora uelaminis, & ita non confundetur: spes enim expectantium non confundit. Quidam uero aliunde sumptam hanc Apostoli sententiam arbitrantur, ex eodem tamen propheta, qui alibi ait. Dominum exercituum ipsum sanctificare: & ipse pauor ueritatis, & erit uobis in sanctificationem: ac si dixerit. Qui crediderit, non confundetur. In lapidem autem offensionis, & petram scãdali duobus domibus Israel: in laqueum et in ruinam habitantibus Ierusalem, ut offendent ex eis plurimi, & conterentur, & irretientur, & capientur. Hæc ex illo Propheta, quæ sunt uerba terribilia, & æternæ confusionis plena, quam à nobis auertat Dominus Deus per IESVM CHRISTVM in fide, & spe, & dilectione. Amen.

Isa. 28.

Isa. 8.

Cap. X.



Ratres, uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimoniū enim perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis, CHRISTVS, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit: quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cœlum? id est CHRISTVM deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est CHRISTVM à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus: Quia si confitearis in ore tuo dominū IESVM, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Ratres etc. Apostolus uolens hoc in loco monere Hebræos qua in parte peccarent, uerz, in IESVM Saluatorem, præmissa bona sua erga illos uoluntate (quoniam orabat pro eorum salute) incipit lenius radicem peccati manifestare, quæ erat error, uerum perniciosus, nisi homo ab eo deflecteret, ait ergo.

Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem, (siue zelum) Dei habent, sed non secundum scientiam, sicut & ipse Apostolus olim habuerat. Vnde & id poterat de illis testari, quòd hac in re sibi similes essent. Quòd uerò ostendit se existimare, & benignius de fratribus cogitare (ut solent amici Dei misericordes in fratres) ad eorum conuersionem procurandam ualebat plurimum. Tribuit ergo Apostolus hoc peccatum huic illorum radici, uidelicet, zelo Dei, sed non recto: quia uera scientia defuit. Non enim ibi timere debuerunt, ubi non erat timor: nec illud damnare, quod erat ad salutem. Hanc illorum ignorantiam expressit Dominus dicens: Putabunt se obsequium præstare Deo. Apostolus igitur hoc illis testatur, ut uerus testis, qui fuit in eodem errore. Vnde ab illo ereptus poterat efficacissimè testari, sicut est in pro uerbio uulgi: Erutus è sepulchro nouit quid sit esse mortuum.

Pandit ergo errorem illorum hunc fuisse, nimirum ignorare iustitiam Dei, id est, ueram illā iustitiam, qua corā Deo iustificamur. Hæc est. CHRIS

STVS iustus noster, receptus per fidem, & dilectionem. Ipsa dilectio & charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, est donum illud iustitiæ, per quod formaliter iustificamur liberati à peccato. Ignorantes igitur hanc iustitiam conati sunt statuere propriam, id est, à proprijs uiribus prodeuntem. Nam suis factis, et operibus à lege mandatis, putauerunt se posse placere Deo, & ita quasi ex debito mercedem reposcere absq; fide Mediatoris. Hic fuit error, & in hunc impigerunt confidentes in propria iustitia, quam & Pelagius uoluit reuocare iam mortuam, & in inferis conditam, & destruere gratiam CHRISTI: quæ tamē iustitia si fiat, nihil habet præmiij apud Deum. Quoniam tales in hac sua iustitia confidentes, id est, in ui operum ex nudo libero arbitrio factorū, non sunt subiecti iustitiæ Dei, id est, illi iustitiæ quæ uenit à Deo per CHRISTVM, per quem tantum iustificamur coram illo: & non ex operibus legis Mosaicæ, sed ex fide, & ex operibus fidei. Sed dicūt. Si parebo Moyfi satis erit mihi, putantes continuo se Moyfi paruissè, si fortè facerent opera quæ ille iussit: non aduertentes legem & Mosen fuisse pedagogum ad CHRISTVM, & ad iustitiā perfectam, ut CHRISTVS finis sit legis, qui à lege indicatus est, & à prophetis testificatus. Vnde est iustitia uera, credenti tamen in illum, per quem uera est illa iustificatio.

Probat autem hanc duplicem iustitiam à mercede ualdè diuersam. Nam quid mercedis acciperent à lege, si fortè facerent opera legis, Moses ipse dixit. Erat enim duplex merces facienti legem, Vna quæ per Mosen & ex ui legis, & ex ipsa ui operum proueniebat. Et hæc erat uita temporalis, & prosperitas in illa, & gloria ex hominibus, quæ cōpetit in eos qui apparēt iusti, & sine quærela in tribunalibus. Et hæc expressit Moses dicēs,

Iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea: Ac si dixerit, eam uitam habebit, quam lex continet in ipsa litera. Hæc autem temporalis est. Aut iuxta græcam ueritatem & hebraicam: Faciens ea uiuet in illis; ut sit sensus, quòd uiuet ea uita, quam debent ipsa mandata dare, si fuerint obseruata. Hæc autem uita non aliud est quàm uita temporalis cum prosperitate, & gloria, quæ in quauis repub. debetur bono ciui, & de illa benemerito.

Sed altera erat uita, quæ non ex potentia legis scriptæ, sed ex gratia per ipsum CHRISTVM uenit: & ideo hæc non sine fide CHRISTI continebat. Erat enim à Deo qui iustificabat, & gloriam, et uitam reddebat æternam operanti in spe futurorum bonorum, propter CHRISTVM. Hoc erat præmium seruantium legem in fide. Et huiusmodi mercedem lex ipsa quodāmodo continebat intus per spiritum latētem sub litera, non autem dabat ui sua. Verba autē Moseos de mercede iustitiæ, quam dabat lex, sumuntur ex Leuit. ubi legitur: Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo, uiuet in eis. Similis sententia est apud Ezech. 20. cap.

At iustitia quæ est ex fide, aliter loquitur, id est, aliter admonet. Sic enim dicit: Ne dixeris in corde tuo quis

Quid habebat præmiij iustitiæ legis Mosaicæ.

Præmium iustitiæ fidei est lucrari CHRISTVM.

Leuit. 28.

tuo, quis ascendet in cœlū: id est, ad deducendū CHRISTVM inde nobis, qui saluet nos: Aut quis descendet in abyssum, id est, ad deducendū illum ab inferis: Quod ut planius intelligamus, duo sunt articuli præcipui. Primus scilicet & ultimus, in quibus cæteri continentur. Primus est incarnationis CHRISTI, quòd uerbum descēderit ad nos, & factum fuerit homo. Et circa hūc increduli homines, qui ignorant immensam Dei bonitatem, & benignitatem, metientes eam ex semetipsis, qui habēt uiscera ferrea & sine amore, imò plena amore suipforum, in derisionem hanc incidentes, & blasphemantes dicunt. Quis ascendit in cœlum, ut rogaret & excitaret Deum, & inde nobis deduceret CHRISTVM? Ac si opus fuisset aliquem nostrum illūc accessisse, qui Deum de nostra miseria certiore faceret, ut sic adduceretur ad mittendum Filium suum. Sic enim irridebant sapientes, qui & corde impio siniftra quædam de Deo, meditabatur, quasi circa cardines cœli tantū ambularet, nihil nostra considerans.

Est & ultimus articulus resurrectionis CHRISTI, in quo omnes etiam subintelliguntur resurrectioni. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in CHRISTO omnes uiuificabuntur. Hūc autem articulum sic irrident irrisores, qui & irridebuntur, & cum quadam ironia & incredulitate rogabant: Quis descendit in infernum, id est, ut ad hoc illum inde reuocauerit? Tales enim non credunt resurrectionē, qui dicunt. Non est agnitus, qui sit reuersus ab inferis. Propterea admonet iustitia Dei, quæ est ex fide, hominem fidelem, & de Deo rectè sentientem, aiens:

Ne dixeris in corde tuo etc. hoc est. Esto fidelis, & uis uera uita Verbi æterni: quoniam prope te est uerbum in ore tuo, et in corde tuo. Hoc est uerbum fidei, id est, ipse CHRISTVS prope te est: quia appropinquauit tibi ut agnoscas, & credas in corde tuo, & lucreris illum. Appropinquauit autem ostendens quanta fecerit eius & Patris amor, cum oblatus fuerit ab eo, & ipse ultrò ac lubens sese obtulerit ad crucem pro tua salute. Appropinquauit, inquam, ipse docens ueritatem euangelicam, & cōfirmans nō solū sermonis efficacia, uerū etiā signis maximis, & prodigijs atq; portentis. Appropinquauit autem cordi tuo per lumen fidei, per gratiam & charitatem, ut inde posset exprimi ipsius oris confessio, uidelicet, per opera: quia ipse sua gratia, animæ uires non solū ad intelligendum, uerū etiam ad faciendū & operandum secundum iustitiā fidei, reddidit fortiores, ut omnes essent dociles Deo, & mererentur æternū præmium. Dixit autem primo: in ore tuo; quanquā secundum ordinem naturæ, primò debuerit dicere: in corde; quia ex corde procedunt quæ ex ore emittuntur. Hoc autem fecit, ut intelligamus quid ipse præcipuè uelit ex nobis, nimirum ut inuocemus eum bene operātes: cui rei ipse adest adiuuās nos Spiritu suo. In his duobus est tota lex, crede re, uidelicet, & confiteri. Vnde & sequitur.

Hoc est uerbum fidei quod prædicamus (uidelicet nos Apostoli) quia si confitearis in ore tuo Dominum IESVM,

scilicet inuocans illum, & faciēs opera. Nā hoc est plenè confiteri in ore quòd IESVS est Dominus, ut mox ostendemus. Alioqui si intelligas in ore, uidelicet lingua tantum, habes cōtrariam Dilecti discipuli præceptionem dicentis. Filioli, nō diligamus uerbo, neq; lingua: sed opere, & ueritate.

Et si corde credideris, quòd Deus suscitauit illum à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam etc. Hic locus maximè pertinet ad expugnationem hæreticorum, ubi clarè probatur, iustitiam fidei, quæ coram Deo iustificamur, esse illam quæ implet legem charitatis, quæ est inscripta in cordibus nostris. Et hoc est dicere, Prope est uerbum in ore tuo etc. Moses apertè hoc explicat, cuius uerba hæc sunt. Mandatum hoc quod ego tibi præcipio hodie, nō supra te est, neq; procul positum, nec in cœlo situm, ut possis dicere. Quis nostrum ualeat in cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, & opere compleamus? Neq; trans mare positum, ut causeris & dicas. Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usq; deferre, ut possimus audire, & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illū. Hæc Moses aduersus istam hæresim, quæ dicit mandatum supra nos esse, ut nequeamus illud complere. At Moses ait. Nō supra te est, neq; procul positum: ita ut nō possint causari, & dicere. Non audiuius, non ualemus complere: Sed uerbum & sermo Dei, id est, sermo & præceptum dilectionis, est prope in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Nota uerbum hæretice: Est prope in ore tuo, & in corde tuo (inquit Apostolus) ut facias illud, id est, ut operibus exequaris, quæ complent iustitiam coram Deo. Vnde bene sequitur.

Corde enim creditur ad iustitiam etc. Duo ergo manifestè exigit Apostolus, ut quis saluus fiat. Primum, cordis fidem: Alterum, oris confessionem. Cuiusuis autem horum effectum declarat: quia cordis fides ad iustitiam, id est, ut quis primum iustificetur coram Deo, requiritur. Non enim esset iustus ex operibus, si nō essent facta ex fide. Oris uerò confessio ad salutem conducit: quia iustificatus & operans, & in iustitia existens, salutem sibi tandem parat. Alioqui si sola cordis fides satis sit homini etiam operari ualenti, ad plenam iustificationē cui debeat salus, ut isti blatterāt. Quid igitur oris cōfessio insuper exigitur ad cōsequendā salutem? Et si intelligas oris tantū cōfessionē, quæ exigitur ad salutem, ut uerba sonant, quòd quis debeat ore exprimere, quod corde credit: hoc uerè parum est, imò nihil. Nam scriptum est: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. Neq; adhuc talis confessio semper exigitur, sed (ut ait B. Thomas) pro loco, & tempore. Operari autem quæ iusta sunt, omni tempore exigitur. Et hoc est quod ait:

Ore autem confessio fit ad salutem. Quia ore confitetur homo quod credit, quando exterius per opera fidem implet. Ideo B. Iacobus in eum qui gloriabatur de sola fide sine operibus, uolens ostendere

Quid est i scriptura confiteri in ore.

Deut. 30.

Contra hereticos.

104. 15.

Matth. 7.

ostendere necessitatem huius confessionis, quæ est per opera quæ apparent, aiebat. Tu fidem habes: ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Fidei autem fructus sunt opera, quæ dicuntur confessiones oris. Sic enim scriptum est. Credidi, propter quod loquutus sum. Si enim in lege fidei constituta atque indicta sunt charitatis opera, quomodo poterit homo ostendere se credidisse, qui contempsit secundum fidem operari? At contra, Qui fecerit opera fidei, id est, ea quæ fides iubet, hoc ipso, id est, ex his operibus ostendet fidem suam.

Nota

Et quæpulschre (obsecro) per oris confessionem significata sunt charitatis opera, quæ manant extrinsecus. Quonia enim os uultus naturaliter datum est ad exprimendos conceptus, qui intus latent, quo ore maxime utimur ad manifestandum homini quod sentimus in corde circa ueritatem & falsitatem: etiam debuit dari suum os uoluntati, & amor interius latenti, ut sese per opera ipsa ipsi amor attestantia, manifestare posset: & hæc sunt opera charitatis. Ideo & hæc uoluntas & amor habet os suum, unde exprimitur, uidelicet, ipsa opera, quæ fiunt aperte per arma corporis: quia lingua non satis exprimit, neque satis ostendit affectus, qui sunt intus (cum simus sæpe mendaces) nisi comitentur opera in necessitatibus, ut optime B. Iacobus declarauit dicens. Si frater, aut soror, nudi sint, & indigeant uictu cotidiano, dicat autem aliquis ex uobis illis: Ite in pace, calefacimini, & saturemini: non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori, quid proderit? Ac si dixerit. Non est hæc illa oris confessio, quæ requiritur ad salutem. Vnde & dixit: Ostende mihi fidem tuam sine operibus, ut necessitatem operum requirat: quoniam ex illis uenit salus. Et in hunc sensum dixit Dominus. Quæ ex ore procedunt, de corde exeunt, id est, cordis affectu, ut sunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria &c. Vide ergo ut ea plane, quæ alijs membris exercentur, quam ore & lingua, ut sunt furta, & fornicationes, & adulteria, dixit tamen ex ore prodire. In hunc sensum (ut opinor) intelligenda est illa sententia. Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Et item illud: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Etenim per labia intelliguntur opera quælibet exteriora: quæ quia non habebant charitatis influxum (non enim fiebant amore Dei, sed ex propriæ gloriæ & commoditatis affectu) ideo non placebant Deo: quoniam cor eorum longè erat per absentiam charitatis.

Nec quæquæ turbare debet, quod uerba Moyses uidentur discrepare ab Apostoli uerbis secundum literam: idem prorsus est utriusque sensus. Commendans enim Iudæis Moses, ut declarat Apostolus noster, hanc fidei iustitiam, dicit. Mandatum quod ego tibi præcipio hodie, non super te est: aut (ut quidam uolunt) non occultum est à te, neque procul positum &c. Hic annotare debes quod mandatum illud de quo ait, & sermo fidei de quo dicit, B. Paulo explicante, non est aliud nisi

si Dominus IESVS, qui est nostra iustitia. Et ipse dicitur sermo, & mandatum, & lex, & pactum in cordibus nostris scriptum digito Dei, quod seruari & implere debemus facièdo, quod in illo clauditur, charitatis præceptum. Hoc est quod dicit conformiter ad ea quæ iam exposita sunt, quod ille sermo est ualde in ore, & in corde nostro, ut faciamus illum, id est, ut opere compleamus, & ex fide. Nam sic in nobis nascitur & formatur CHRISTVS. Item annotandum quod more heretico, dicitur illud esse trans mare, quod est apud inferos. Cætera exposita sunt. Quod autem fides iuncta confessioni oris, salutem pariat, asserturam dicentem.

Omnis qui credit in eum non confundetur. Propheta dixit, Non festinet, quod (ut diximus) idem est, ac si dixisset: Perseueret in opere iustitiæ, sperans quod Dominus implebit illud, & ita non confundetur: quia fidei iuncta confessio inuenietur ad salutem. Et cum dicat scriptura: Omnis qui credit in eum &c. patet neminem à salute excludi: unde ait.

Non enim est distinctio: quod & ratione potèntissima probat, Nam idem Dominus omnium. Hic est CHRISTVS, qui pro omnibus uenit, & pro omnibus passus, factus est omnium Dominus. Et ne diceret, non posse, aut nolle eum tandem omnibus dare salutem, etiam qui inuocant illum, præoccupat dicens: Diues in omnes qui inuocant illum, ut intelligas per merita sua ita illum abundasse, ut posset omnibus salutem præbere: & per uoluntatem suam id potius uelle. Vnde ait: Diues in omnes superius dixerat. Nunquid Iudæorum Deus tantum? Imò & Gentium, ut summi Patris prouidentiam quoad salutem, non defuisse etiam Gentibus intelligeres. Nunc IESVM dicit similiter omnium Dominum: quia sanguinis sui pretio redemit omnes, exequutus scilicet Dei Patris prouidentiam, quæ respiciebat omnes. Hoc enim erat opus Patris, quod Filius uenit perficere, uidelicet, salus omnium: si modo uoluerimus per inuocationem ipsius eam obtinere. Vnde & scripturam adiecit:

Omnis enim quicumque innocauerit nomen Domini saluus erit. Nomen enim Domini, IESVS est: IESVS autem salus est. Si ergo IESVM inuocas salutem tuam, saluus eris. Non enim datum est aliud nomen sub cælo hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. Sed non inuocatur (ut sæpe propter hereticos dicendum est) dicendo tantum Domine, Domine, ut stulti putant, sed operando, sustinendo in patientia multa, & usque in finem perseuerando, sicut scriptum est: Expecta Dominum uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Aut quomodo credet ei quem non audierunt? Quomodo autem audiet sine prædicante? Quomodo uero prædicabit, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt Euangelio

Pro benigna Dei prouidentia erga uniuersos

Quo reuera inuocetur Dominus.

Pf. 16.

euangelio Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum CHRISTI. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem uos adducam in gentem, in gentem insipientem: in iram uos mitam. Isaias autem audet & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

Quomodo ergo &c. Apostolus hoc in loco persuadere uult, Dominum non defuisse ex parte sua, quominus inuocari posset hoc nomen Domini IESV explicitè, ut per hoc constituat contumaces Iudæos, qui non inuocarunt, ait ergo. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Impossibile est enim inuocare ut IESVM, id est, ut Saluatorem, quem non credas afferre salutem. Fides ergo præcedit inuocationem, ut inuocatio post possit inuenire salutem. Quia uero fides ex auditu est, subdit.

Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? In grecis non legitur, ei, sed subintelligitur: quia fides innititur uerbo CHRISTI, sicut mox dicit. Fides ex auditu: auditus per uerbum Dei. Nam satis dicitur audiri CHRISTVS, cum auditur prædicator CHRISTI nomine euangelium explicans. Etenim CHRISTVS in eo loqui censetur, ut qui prædicatorem illius audierit, & CHRISTVM audisse dicatur. Qui uos audit (ait) me audit. Et B. Paulus ait. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS? Quia ergo auditus est à CHRISTO, uel ab eo, qui CHRISTI nomine annunciat, ideo adijcitur.

2. Cor. 13. Luc. 10.

De necessitate prædicationis.

Quomodo autem audiet sine prædicante? Sed uidetur quod sine prædicante posset quis credere. Nam quomodo crediderunt patriarchæ & prophætæ? Item de Petro dictum est. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Adhæc multi gentilium salui facti sunt per reuelationes Angelorum, ut ait B. Dionysius. Et præter hoc, potest quis audire quæ sunt fidei sermone priuato absque prædicante, & ita credere.

Respondeo (attende lector) Dominus Deus omnipotens licet idem multis modis operari ualeat per omnipotentiam suam, pro sapientia tamen sua operatur in creaturis suauiter, id est, iuxta ipsarum naturam: neque hunc ordinem uult prætermittere, nisi ex magna necessitate. Vidit igitur naturale homini esse per auditum doceri. Auditum autem dico, qui est à uoce hominis: quia hic est sensus disciplinæ, ut rectè ait Philosophus. Ideo ea quæ sunt fidei uoluit hoc modo accipi Dominus, uidelicet, per auditum, & ab homine. Id uero quod deest ad formandam interius lucem, qua quis assentiat auditis, quia hoc ab homine fieri non potest, ipse Deus tacitis Angelorum inspirationi

bus, et illuminationibus supplet: aut si sit opus per Spiritum suum, & ita formatur fides in homine. Sicut enim uult hominem plantare, & rigare terram, si inde fructum capere uelit, ipse autem per solis radium & siderum calores cum cæteris influxibus facit coalescere: sic & in fructu fidei, uult quod homo uel plantet docendo, uel riget exhortando, & utrumque pertinet ad docentis officium. Lux autem ueri solis, qui est Spiritus sanctus, cum astrorum, id est, Angelorum ministerijs interius influentibus, faciunt incrementum, ut & inde proueniat dignus fructus. Fuit autem necessesse patriarchis olim, & prophetis per Angelos hæc, quæ sunt fidei, manifestari, ut ipsi cæteris pro ratione temporis reuelarent: sicut et postea reuelatum fuit Apostolis per ipsum Deum in carne, ut & ipsi cæteris prædicarent. Sic enim necessarium fuit: quia quæ sunt fidei homo ex se ipso nosse non poterat.

Hæc sunt diligenter notanda.

Ergo hic ordo debuit esse egregius & mirabilis, ut ante CHRISTI aduentum Deus loqueretur per Angelos in aures patriarcharum & prophetarum, ut ipsi sibi ipsis tenerent, & literis commendarent posteris. Non enim adhuc erat capax mundus integræ fidei, de qua hic Apostolus: ideo nondum instituta fuit uera & clara fidei prædicatione. Adueniente uero CHRISTO, decuit ipsum per semetipsum explicare legem, & euangelium Apostolis & discipulis, ut & post modo discipuli prædicarent iactis iam ecclesiæ fundamentis. Vnde B. Petrus licet à Patre reuelationem accepisset, hoc tamen fuit media CHRISTI prædicatione: quoniam Pater luminem ea, quæ à CHRISTO audiuit Petrus, lumine superinfuso in eius corde stabiluit: & hoc fuit reuelare. Quod & fecit cæteris omnibus, qui CHRISTVM suscipere per fidem: quanquam non æquè lucidè & perspicuè.

Quod uero olim multi salutem consequerentur etiam ex gentibus absque prædicante, & ideo non sine fide, non mirum est: quia fides illa erat duorum articulorum tantum, quos explicat Apostolus, & natura ipsa quasi intus clamans prædicat omnibus, uidelicet, quod Deus est, habens prouidentiam creaturarum: Et quod inquirentibus se remunerator sit. Illa ergo fides horum articulorum, quæ etiam intus confirmatur per Angelos, pro eo tempore satis erat: quia non ultra reuelatum erat. Quare neque necessaria fuit prædicatione. At ubi ueniente temporis maturitate placuit Deo multa de CHRISTO iustitia nostra, & pace manifestare, redditis nobis docilibus diuinorum, reuelata illa sunt ad omnium salutem, ut propterea fides horum plenior merito requiratur. Et quia naturaliter homo ad horum notitiam peruenire non poterat, oportuit esse huiusmodi prædicationem, ut iuxta suam modum naturæ disceret, & ad Deum accederet, id est, per fidem, quæ ex auditu est à uoce hominum: ut & ob hoc ipse homo primum illam prædicauerit.

Quod si quidam quasi priuatim absque prædicatione publica audierunt, & crediderunt, non hic tamen



tamen communis modus esse debuit: sed decuit rem tātā ueritatis & dignitatis publicē, & publico modo, idest, solemniter per prædicationem manifestari. Quoniam CHRISTVS hæc loqui debet in cathedra sua, & ibi annūtiare, & docere, & exhortari. Loco enim CHRISTI (ut iam diximus) est prædicator. Quapropter statuta est eouſq; horrenda pœna non audieris præconem CHRISTI, ut tolerabili futurum testetur Dominus Sodomæ peccatum in die iudicij: quia CHRISTVS ipse spernitur in prædicante, qui CHRISTI uerbis annūtiat ueritatem, & uice eius legatione fungitur, ut ait Apostolus. Ideo quod annūtiat, debet esse in publico, & certo atq; eximio modo (ut est dictum) uidelicet per prædicationē. Sed quis adeo temerarius, qui nomine CHRISTI annūtiare aufit, nisi CHRISTVS miserit illum? Ideo rectē sequitur.

Luc. 10.  
2. Cor. 5.

Cōtra hoc audi si sit, & audēt oēs heretici.

Quomodo autem prædicabunt, nisi mittantur? uidelicet à Domino, aut qui eius loco fungitur in terris. Vide igitur ut hæc sese ordine subsequuntur. Primò enim exigitur fides. Et quia hæc ex auditu est, prædicatore opus est sedēte in CHRISTI cathedra. Et quia nemo potest se constituere prædicatorem, & nomine ac uice CHRISTI prædicantem, nisi ab eo mittatur, ideò necessaria ostenditur esse missio. Quod certè nouos istius sæculi blatteratores percutit, & prosternit. Ostendant (quæso) quisnam miserit eos? Nemo enim à se ipso mittitur. Quòd si Deus inuisibiliter illos mittit, ostēdant nobis signū: quanq; erit darent signum, nulla fides est habenda signo. Etenim certū iam sumus illos à spiritu contentionis prodijisse, qui se ab ecclesia segregarunt, & uias Domini rectas non cessant peruertere, atq; euangeliū Dei: quanuis impudenter se iactent euangelicos. Sic enim oportuit, ut qui sese ipsos mittunt, etiam sese effarent in cœlum, ut in profundum lapsu grauiore ruant. Sed quia pudebat eos, & uidebant se committere in scripturas, quæ per spicue prohibent sine missione neminem legitime prædicare posse, docuerunt, ad plebes & magistratus sæculares pertinere ius mittendi. Quam potestatem illi libenter usurparunt: quo factum est, ut sic falsi prædicatores securè seminarint scelus, & sacra prophanis commiscuerint. Ostendit autem Apostolus necessariam missionem à sequenti dicto prophætæ.

Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Isaiæ sunt hæc uerba. Quam pulchri super montes pedes euangelizantis pacem, euangelizantis bona. Et Naum primo cap. Ecce super montes euangelizantis & annunciantis pacem. Hæc loca ad CHRISTVM primò & præcipue spectare non est dubium, cui speciosissimi fuere pedes in mōtib; uidelicet Thabor, & Siō, & Oliueti. Quare speciosi eius pedes: quia scilicet non propriam gloriam prædicabat: neque quod suum erat, sed quod erat Patris quærebat. Non enim sponte sua, sed à Patre missus uenit, ut operetur salutem nostram per purissimam nouam legem, quam tradidit in monte Thabor ipse purissimus, & summa puritas. Item per ueritatem do-

Notēt prædicatores qui uolunt esse uerè euangelici.

ctrinæ, quam uidebat in monte Sion, ut speculator summus. Deniq; per misericordiā, quam meditabatur in monte Oliueti. Tales ergo sunt pedes eius, qui excellenter missus, & solum quæ à Patre audit, hæc profert. Apostolus ergo ea quæ primò & maximè de CHRISTO dicuntur, etiam secundum spiritū ad eos pertinere perspexit, qui missi à CHRISTO, & purgati affectibus, solum quæ audiunt IESV CHRISTI, ea proferunt: & tales sunt in quibus ipse CHRISTVS loquitur. Nam de Apostolis dixit. Sicut misit me uiuens Pater, & ego mitto uos. Hi sunt qui in monte Thabor ascenderunt cum illo, ut purgarentur: & in montem Sion, ut specularentur super Ierusalem sanctam: & in montem Oliueti, quia fuerunt uiri misericordiæ. Nam ipse IESVS summa dignatione lauit eorum pedes, & absterxit linteo suo, ut pulchri essent, & speciosi in præparatione euangelij pacis, non quærentes quæ sua sunt, hoc est, mūdandum honorem, gloriam, & stipendia pinguiora, & honoratiores cathedras, sed solum Dei & CHRISTI gloriam, & animarū salutem. At horum nouorum magistrorum qui non sunt missi à Deo: imò qui sunt missi ab ipso Diabolo, & quæ ab eo audiunt illa proferunt, quam lutei pedes, quam seculenti, quam putidi sunt, qui sola inanis gloriolæ cupiditate allecti, ut uideātur esse aliquid, currūt non missi: & quò tandem currunt non uident, uidelicet, in barathrum confusionis æternæ, quò & unā secum multos pertrahunt.

104. ult.

Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit etc. Sēsus est, quòd iustificatus est Deus ex parte sua: quia prouidit prædicatores Iudæis, signis, prodigijs, & uirtutibus magnis. Quòd si eorum plurimi non crediderunt, nec obediunt euangelio, ipsis imputandum est, non Deo: sicut cōqueritur Isaias dicens in persona Apostolorum contra gentem illam plenam perfidiæ.

Quis credidit auditui nostro? tanq; diceret, ferè nemo, & (ut quidā dixit) Vel duo uel nemo, idest, paucissimi comparatione tantæ multitudinis. Et dicit, auditui nostro, idest, nō scilicet quæ audiuiimus, nimirum à Deo.

Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbum CHRISTI. Ex dictis hoc sequitur, quòd fides exigit auditum, & auditus uerbum Dei expressum. Hic est CHRISTVS IESVS, qui per se & suos Apostolos prædicauit euangelium. Quare ut omnem illis excusationem auferret, subdidit.

Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram etc. Declarat Apostolus contumaciam Iudæorum qui audierunt, & noluerunt obedire: quia iam apparebat impleri prophætia illa. In omnem terram exiuit sonus eorū. Cuius intellectus proculdubio (ni fallor) hic est. Quia enim Dominus ita ordinauerat, ut prius prædicaretur uerbum in Iudæa, & deinde in Gentibus, & ita factū fuit: ostendit iam prædicatum fuisse in Iudæa, cū iam in fines terræ protenderetur, ut quod prius dicitur: In omnem terram exiuit sonus eorum, pertineat ad Iudæam terram tantū. Ideò græcè, ut hæc certa terra significaretur, legitur: τῆς γῆς; quòd si de

Pro intelligentia, in omnem terram exiuit sonus eorum.

si de tota terra loquutus fuisset, quòd sonus eorū exiuit in omnem terram, quid oportebat etiam addere: *Et in fines orbis terræ uerba eorū*: Sed hoc factis fuit Apostolo, obstruere Iudæorum os: & ostēdere uerificatum utriusq; prophætæ uerbum, & Dauid in primis dicentis: In omnem terram exiuit sonus eorum, uidelicet, in Iudæam sonum eorum exiuisse, prædicante B. Petro, & alijs (ut testatur Lucas in A. &.) per totam Iudæam & Gallileā, & Samariam. Et deinde Isaiæ, qui declarauit non fore fidem auditui, ut sic tandem excœcari mererentur.

Superflua igitur est ea quæstio ex illis uerbis: Vtrum per uniuersum terrarum orbem extēsa tunc fuerit euangelica prædicatio. Hic enim nō de tota terra (ut diximus) sermo est, sed de Iudæa, in prioribus uerbis. Post hæc uerò nō aliud dicit, nisi quòd Apostolorum uerba protensa erāt usq; ad fines orbis terræ: quòd & uerum erat uel tunc. Neq; enim dixit, ad omnes fines, uel in quenuis terrarum locum: Quòd tamen aliquādo completum iri tandem speramus. Sed sunt quidā qui penè ausi sunt Apostolum hic reprehendere, quòd scripturam de cœlis loquentem, & de eorum cursu & linea, ad apostolicam prædicationem detorserit. Dixi, penè: quoniam subtacitè ipso facto id possumus interpretari. Sed nō habuerunt Spiritum Dei, qui non ualuerunt intelligere, nō esse prophetarum, aut spiritus prophetici propriū, docere nos cœlorum itinera, ac nō potius ipsius salutis uias, quas monstrat apostolica doctrina, Nam uerè ipsi Apostoli fuere cœli, qui enarrarūt gloriam Dei. Nam quantò ipsi maiorem gloriam Dei annunciando enarrarunt, tantò & conuenientius dicti sunt cœli: ac de illis magis loqui uoluit Spiritus per ea uerba prophetæ, quam de istis cœlis, quos oculis corporis cernimus assidue suos motus & circulos perficere. Sequitur.

Cōtra proteruiā Iudæorum.

Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses etc. Hic proponit quæstionē Apostolus pro Israelitis, quòd fortasse non cognouerunt ueritatem euangelij, & propterea non crediderunt, ut sic reddātur excusabiles. Et loquitur de principibus ac maioribus, quos nomine Israel uult intelligi. Sed ad hoc contrā, obijcit testimonium prophetarum, primò Moseos, deinde Isaiæ, & ait.

Primus Moyses, uidelicet respectu Isaiæ qui fuit posterior, dicit: Ego ad emulationem uos adducam in non gentem. Hic locus ex Deut. c. 32. accipitur, ubi legitur: Ipsi me prouocauerunt in eo qui nō erat Deus, & irritauerunt in uanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Quòd ergo Apostolus dicit: Ego uos ad emulationem adducam, Moyses dixit eo uerbo. Ego prouocabo illos. Nā hic est mos amantium proprius, prouocare in zelum, et sic irritare: ut quando is quise deserit animaduertit, ipse quoq; ab amato ad alium trāsferat amorem suum, & seipsum ab illo primo amore explicet. Et tunc demum magna fit & acris irritatio, quando nō qui antea amabantur, in rerum inopia constituti, non uulgarijs ab amore beneficij afficieban-

tur, quæ cum amittunt, ad uehementem emulationem prouocantur. Et in hoc magnus exoritur cruciatus, quū uident ad alios transferri bonū, quòd ipsorum erat: præsertim si non sit recuperandi locus. Hinc ille eiulatus Esau, cum amisit primogenita: neq; post ualuit cōsolari, quia erāt absq; reuocatiōe amissa. Et ideò scriptura ait: *Dura sicut infernus æmulatio*. Hic est uerus malorū spirituum infernus, qui uident summum ipsorum cœlum ubi erant creati, translatum in possessionem nostram. Item quòd Moyses dixit: In eo qui non est populus. B. Paulus dicit: In non gentem: Vide ut nō dignat populi & gētis nomine eos, qui uidebantur a Dño derelicti sicut feræ bestię.

Cant. 9.

RA.

Benigna etiam irati Dei consilia.

Et licet ita fuerint irritatores Dei, ut Deus ad aliam gentem, quæ non erat gens, sese transtulerit, tamen clemētissimus Pater hoc fecit ad prouocandum eos ad emulationem, si quo modo saltem ita irritati ad pristinum amorem reuertentur, & supplices ab eo aliquam saltem benedictionem, uel secundo post alios loco, acciperent: sicut Esau qui tandem impetrauit illam à Patre. Adiecerunt: *In gentem insipientem*, quales erant gentiles, qui nec suum finem, nec uiam ad illum cognoscebant. Hæc autem emulationis & zeli pœna uerè congrua est, & digna peccato dimittentis amantem. Vnde quidam secundum carnis prudentiam consulēs misero, aiebat: Si illa Phedriā, & tu Pamphilam continuo. Ex hac ergo prima autoritate probatur, quòd Israel cognouit Dominum, & stultissimè irritauit spernendo illum, & prouocando in Dijs falsis, ut ob istam causam etiam & sperni mereretur, quemadmodū scriptū est. *Væ qui spernis: nonne & tu spernēris?*

Isa. 33.

Verūm quæstio esse potest, quoniam Moyses hæc uidetur dixisse de peccato idololatrię quòd admiserunt, non autem de peccato quo reprobarunt CHRISTVM. Sed & ibi fuit idololatriæ peccatum: quia reprobo CHRISTO dixerūt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Hūc sibi optarunt pro Deo, & consequenter omnes Romanorum Deos. Tales hodie multi non desunt, etiā in mundo præstantes, qui hæc Idola sibi præstituerūt, ut habeāt pro uerò Domino reges terræ, & præponant eos CHRISTO: quòd uehementer Deo displicet. Quid est enim aliud hoc quam idololatria uera? Vnde additur: *Et irritauerunt eum in uanitatibus suis, præferentes scilicet temporalia æternis*. Quanq; nihil prohibet etiam illud (tamen si præteritum) idololatriæ peccatum uenisse in recordationem tunc: quoniam Deus admonuerat aduersus relabentem, dicens: Omnium peccatorum eius recordabor. Vt sic & peccatum idololatriæ illius populi, & omnia alia peccata rememorata sint coram Deo. Attulit & secundò Isaiā, qui gentium uocationem prædixerat ob zelum illum, & efficaciam uocationis: quoniam inuentus est ab ijs qui non quærebant illum, & palam apparuit his qui non interrogabant. Hoc autem non potuit esse, nisi quia reprobatū fuit à suis: quòd & ostendit per eundem Isaiam, qui ait.

Tota die expandi manus meas ad populum etc. Expansio hæc

fitio hæc manuum licet intelligatur ad literam de ea quæ facta est in Cruce, ubi summa perfidia cõ traditum est ei, & amaritudine fellis potauerunt eum blasphemantes crudeliter, & horribiliter in eum dicentes: Si filius Dei es, descende de cruce, significat tamen principaliter beneficentiam Dei, quam per signa & miracula, & uirtutes, quas operabatur, ostendit sanando omnes non solum corpore, sed anima, si apprehendissent eum fide. Et hoc prædicauit B. Petrus dicens. Deus Pater unxit IESVM Spiritu sancto, qui pertransiit benefaciendo, & sanando oēs oppressos à Diabolo.

Patet autem ex historia euangelica, quod cognouerunt principes resurrectionem CHRISTI à militum testimonio, quos subornarunt, & multa pecunia corruperunt, ne ueritatem manifestarent. Et à signo quod fecit B. Petrus, quando sanauit claudum in porta templi in nomine IESV CHRISTI, ut ipse in eos constanter obiecit, aiens: Et in fide nominis IESV, hunc quem uidetis & nostis, confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum est. Vnde dicebant inuicem: Quid faciemus hominibus istis? quoniam notum factum est signum omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare. Verum audi, quæso, consilium quod capiunt. Sed (aiunt) ne amplius diuulgetur in populū, comminemur eis ne ultra loquatur in nomine hoc ulli hominum: Ecce consilium. O cœcam perfidiam, quæ in tantam dementiam inducit homines, ut prudenter cõstituant se *θεομάχους*. Sed ad rem. Per has igitur manus suas ita extensas, quibus & potentiam diuinam ostendit, & benignitatem immensam, demonstrauit illos hæc nouisse, & spreuisse.

Cap. XI.

**D**ico ergo: Nunquid Deus repulit populū suum? Absit. Nā & ego Israelita sum, ex semine Abrahamæ, de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura? quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel? Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquias secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel hoc non est consecutus, electio autem consecuta est: cæteri uero excœcati sunt, sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retri-

butionem illis. Obscuratur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.

**D**igo ergo etc. Hoc in loco Apostolus, ne quis putaret ob illud insigne nefas, prorsus abiectum à Deo totum illum populū Israeliticum, quod uidebatur contra scripturas, quæ certam illi populo salutem promittere uidentur, manifestat benignam Dei prouidentiam: & docet primū non fuisse repulsos à Deo illos, qui præsciti erant, idest, præcogniti dilectione ac prædestinatione. Hoc enim est quod ait.

*Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit*, hoc est, prædilexit, ac propterea prædestinauit. Et hoc etiā in seipso ostendit, dicens. *Nā et ego Israelita sum ex semine Abrahamæ, de tribu Benjamin.* Ac si dixerit: Etiam ego inter alios multos non sum repulsus, qui tamē sum Israelita, & filius Abrahamæ, & ex tribu Benjamin, quæ post Iudam erat nobilis. Et uere quod & seipsum dedit in exemplum, ualde quadrat: Quoniam illius uocatio manifestū fuit argumentum, ipsum de electis fuisse, qui in ipso persequutionis feruore prostratus est, & uocatus.

*An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat etc.* Hic primò nota dicendi modum: In Elia quid dicit scriptura. Nam scriptura non est istud loquuta in Elia, seu per Eliam, sed potius de Elia. Quare quidam exponunt. In Elia, idest, de Elia. Alij: In Elia, idest, in libro de Elia scripto, qui est liber regum, præcipuè de rebus Eliæ gestis et prophetarum tractas. Potest dici, & fortè melius (ut mihi quidem uidetur) quod scriptura illa, quæ narrat illam Eliæ cogitationem, in ipso Elia tanquam in exemplo loquebatur nobis, ostenditque sæpè fallatur quicumque tales sunt, qualis tunc erat ille, putantes Dominum reliquisse totum Israel. Sed Eliam à scelerum magnitudine persuadebatur. Nam magnum fuit Domini prophetas occidisse, de quibus tamen ipse dixerat: Nolite tangere CHRISTOS meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et iterum: Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Maius etiā scelus commemorat, uidelicet. *Altaria tua suffoderunt*, quorum loco suffecerunt aras idolorum. Sic & Iudei qui reprobarunt CHRISTVM uerum altare, & sacrificiū, & Sacerdotem, & Prophetam summum. Vnde credi satis facile poterat, Dominum Deum totū illum populū reprobasse. Audētius autem paulo uerbum illud loquutus est Elias.

*Et ego relictus sum solus.* Excusatur tamen inde, quia cæteri non apparebant. Non enim omnium idem erat spiritus, ut sese in zelo manifestarent, ueritatemque palam defenderent. Quare hinc inde in huiusmodi iudicijs erratur: Primū ab ijs qui sese præ cæteris suo zelo ostentant. Iudicant enim alios, qui taciturnitate & patientia quasi probare sceleratorum flagitiosa facta uidentur: quia non simili zelo rapiuntur, ut opponant sese tyrannis, & uiris magnis, contra iustitiam, & Dei honorem agentibus, ut uel in faciem resistent eis. Et non cõsiderant, non esse omnium ardorem illum, ut ualeant dicere: Zelus domus tuæ comedit me. Tum uerò

Ps. 104

Zach. 1.

Magni prophete in suis cogitationibus decipiuntur aliquando.

uero econuerso erratur ab ijs, qui in hunc zelum non rapiuntur à Spiritu. Nam et hi eos qui rapiuntur, iudicant fortè temeritatis nomine. Sed priores excusabilius errant. Illud hinc nota, quod Apłs ipse ait, Eliam interpellasse Dñm aduersum Israel. At hæc uerba in loco citato non leguntur. Sed id satis dici uidetur, quod ex uerbis facile elici potest. Sancti enim uiri cum in zelum et ardore rapiuntur propter iustitiam, scelera et flagitia mundi commemorantes, uindictam tacite satis flagitant. Cum igitur in hoc suo iudicio deciperetur Elias: audiuit à Deo responsum hoc ad mitigandum talem querimoniam.

*Reliqui mihi septem millia uirorum etc.* Reliqui ait: Vnde et reliquias dicitur. Nā relinquere sibi, idem est quod non permittere quosdam perire, et à sua protectione et gratia exire in peccatū & scelus, sicut alios: et sic excipere de multis paucos propria sui ipsius contemplatione. Quod uerò quidam dicunt, per septem millia uirorum intelligi numerum indeterminate: quia septennarius hic numerus perfectionis est, non improbo. Non tñ puero maiorem populi partem seruatum exceptam à Deo, sed paucos de innumerabilibus.

*Ante Baal.* Erat autē Baal idolum, quod sibi proponebant colendum, sed ueluti p̄dicatione pseudo-prophetarum, à quibus cõmendabatur. Hic notandū ubi scriptura dicit: relinquas; futurum tēpus significans: Apłs in præteritum uertit aieis: *Reliqui mihi*: ut imobilitas propositi Dei gratiosi declaratur: quod eo tempore apparebat iam factum uerum. Concludit ergo, Quæadmodum scriptura tēpore Eliæ declarauit seruatos fuisse multos præter ipsius existimationem: sic & B. Pauli tēpore similiter factū fuisse præter multorum opinionem. Vnde reliquias esse factas à Deo secundū electionem gratiosam, & iccirco non ex opibus, declarat aiens.

*Si autem gratia iam non ex operibus: alioqui gratia, iam non est gratia.* Vide igitur illam electionē gratiosam fuisse, non propter opera præcedentia.

*Quid ergo? Quod quærebat Israel etc.* Hic, n. uidetur satis manifestè (quod & B. Ambrosius uidit) ab Apło distributum in tres partes illum populū, imò à Deo ita esse diuisum. Vna igitur illius pars dicatur, quæ non est assequuta quod quærebat, uelut iustificationem, eo quod suo eam igenio quæret et industria quasi per opera, non sese humilians CHRISTO, nec uolens agnoscere gratiam per illum necessariam. Hanc autē partem non electam omnino fuisse satis innuit Apłs. Poterat. n. si uellet, respicere ad Deum, et ad CHRISTVM eius conuerti, et salutem cõsequi. Nam propter hoc erat et p̄dicationis, ut uenirent saltē ad amulationem Gentilium, quos uidebant continuè in CHRISTVM intrare, ac tāta uelocitate. Altera pars pertinuit ad reliquias, idest, ad eos quos prænouit Dñs gratiosè in hoc, ut non permiserit eos excidere. Tertia uerò pars eorum fuit qui manserunt in numero excœcatorum, quibus dedit Deus spiritū compunctionis. Apud Isaiam legitur: Misui uobis spiritum soporis. Alius autē uidetur spiritus soporis, qui sepelit in quiete: et alius spi-

Populum Iudeum in tres partes diuisum

ritus compunctionis, qui extimulat in dolorem quieti contrariū. Sed à compunctione uehementi fit torpor tandem: sicut quum obstupescunt sensus à superexcellenti sensibili. Tales sunt excœcati et stupidi, qui iam non sentiunt. Ideò declarans hunc spiritum compunctionis, subdit.

*Oculos ut non uideant, et aures ut non audiant*, oculos & aures cordis intelligit, usque in hodiernū diem. Hoc amplius addit de suo, innuens esse aliquando ab hoc sopore liberandum illum populū: non tamen nunc aperit quando, sed mox dicit, uidelicet postquam intrauerit plenitudo gentium. Producit et Dauid testimonium dicentis.

*Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* Mensa eorum fuit CHRISTVS, Phasæ eorum, Agnus igne Spūs sancti torridus in ligno crucis. Fuit autem coram illis: quia ipsi uiderunt in quæ compunxerunt. Hæc illis parata mensa in salutē, conuersa est in laqueum: quia illa infirmitas decepit eos, et illaqueauit tanquam nodum faciens pedibus eorum, idest, malis affectibus, quibus astringeretur increduli.

*Et in captionem*, seu uenationē. Hoc de suo addidit Apłs. Nam apud Psal. non est uox ista, sed sensus erat, et rei ueritas manifesta. Sic. n. Diabolus uenatus est, et cœpit eos proponens indigna erudis, ut non possent ea uia agnoscere Saluatorem.

*Et in scandalum.* CHRISTVS etiā dixit discipulis. Vos omnes scandalum patiemini in me in ista nocte. Sed non fuit eorum scandalum ad casum perfectum, sicut Iudæis, quibus uerè Petra hæc percussa & perforata, scandalo fuit perfectè.

*Et in retributionem illis.* Et hoc erit summum eorum supplicium, cum uiderint omnium deliciarum sibi primò paratā mensam ad alios trāslatam esse: atque seipso, quos magis oportebat recipere et uesci, ab ea turpiter et suo merito reiectos, ut sic eis sit in ignem perpetuum & uermem. Hæc est illa mensa, quam parauit paterfamilias, filio prodigo. Et illa quæ uocata est cœna magna, & prandium magnum, quod primores eorum spreuerunt.

*Obscurentur oculi eorum etc.* Non est hæc mala imprecatio et dira deuotio, sed enunciatio eius quod erat futurum. Prophetat. n. Dauid, quod uiderat in decretis Dei iam sancitum propter iustitiam: cui quasi præbens assensum in modū optantis illud exprimit. Dorsum eorum semper incuruandum prophetat: quia hoc futurum erat, ut ab oneribus legis ac terrenorum non essent in libertatem christianam subleuandi atque erigendi.

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt, ut caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est gentibus: ut illos æmuletur. Quod si delictum illorum diuitiarum sunt mundi, & diminutio eorum diuitiarum gentium, quāto magis plenitudo eorum? Vobis. n. dico gentibus: Quādiu quidem ego sum gentium Apostolus ministrum meum honorificabo, si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si. n. amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Quod si delibatio san-

De reprobatione partis Iudeorum.

Et sic dicitur...

ta est, & massa. Et si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt: tu autē cū oleaster esses, infertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos, Quod si gloriaris: non tu radicē portas, sed radix te. Dicis ergo. Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene, propter incredulitatē fracti sunt: Tu autem fide stas. Noli altū sapere: sed time. Si enim Deus naturalibus ramis nō pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, et seueritatem: in te autē bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permāserint in incredulitate, inferentur. Potens est. n. Deus iterum inferere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturam infertus es in bonam oliuam, quantō magis ii qui secundum naturam inferentur suæ oliuæ?

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt etc. Agnosce homo benignitatem Dei admirabilem. Multi ex Iudeis & gentibus populo offenderunt in hunc lapidē IESVM CHRISTVM. Sed quidam imprudēter, uel per ignorantia, sectantes quidem legem iustitiæ. At cum in operibus proprijs eā arbitrarentur consistere, tñ in eis posuerunt confidentiæ, ut nullam aliam legem expectarent ad salutem parandā esse necessariā. Et ob eam causam nō agnouerunt uia ueræ iustitiæ, & sic non intrauerūt in nouam sub CHRISTO legem euāgelicam. Et hi quidem sic offendētes, non meruerunt casum perfectū, id est, ut perfectē exciderent ab hac gratia, uel, ut non possent intrare. Meruerunt autem ut eorum delicto, expeditior uia fieret Gētibus ad intrandū: & ipsi interim ad æmulationem posito ante oculos tali exemplo prouocarentur. Deus. n. Opt. Max. per hanc eorum offensionem, se ad Gentes uertēdi occasionem accepit, & ut conuertēret ratio prouidentia suæ: ita q̄ qui maior erat, efficeretur minor, et haberet acriores stimulos ad æmulandū. Sequitur.

Quod si delictum eorum delicta sunt mundi etc. Hæc quæ dicebat in Iudæos, pertinebant ad gloriam Gentium non modicā. Ideo ipsis Gentibus protestatur se hoc dicere, & quidem conuenienter, cum esset constitutus Gētiū Ap̄s. Quare pertinebat et ad illum ministeriū suum honorare. Honorabat uerō exaltationem Gētiū prædicando, & ita proficiendo, ut interim hac oportunitate ad æmulationem posset prouocare carnem suā, uel, Iudæos, ac per hoc aliquos ex illis (et eos saltem, qui non omninō ceciderāt) in salutem reducere. Et ad hoc inducit suasionem, qua duo supponit. Primum, q̄ delictum illorum factū est delictum mundi. Delictum autē illud est, quo crucifixus est CHRISTVM: unde datus est sanguis pro mundo in redemptionem. Hoc namq̄ pretio locupletatus est mūdus pauper et debitor, qui non habebat unde solueret. Secundō, Supponit ex diminutione eorum factas esse diuitias Gētiū, ex

De prouidentia Dei.

eo q̄ Dñs irritatus ab eis minorauit eos, id est, minores fecit, ut essent sub ipsis Gentibus, quibus propensior magisq̄ beneuolus factus est. Hoc autem non fuisset, si Iudæi stetitissent, qui primi semper fuissent in donis. His igitur suppositis, q̄ eorum minoratio facta est amplitudo ac diuitiæ Gentium. Quantō (inquit) magis eorum plenitudo, uel delictet, si occasione accepta æmulationis in gentes, uenirent et ipsi ad fidem? Nonne & hoc pertineret magis ad gloriā Gentium? Vnde ait.

Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, Quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Si amissio eorum, ut dictum est, per occasionem fuit reconciliatio mundi: quia Dominus irritatus conuertit se ad Gētes, quid erit assumptio, uel, eorum, nisi uita ex mortuis? Multō minus est reconciliari, quā reuiuiscere. Mūdus autem dicitur reconciliatus ab ira antiqua per CHRISTVM, qui non offenderat sicut Iudæi in CHRISTVM, sed uiuebat adhuc aliquo modo: licet in Adam inueniretur sub ira, id est, sub inimicitia Dei. Iudæi autē qui insigni scelere offenderunt, non iā nō reconciliari, sed reuiuiscere dicētur, si rursus assumantur: quia peccatū illud tam grande meruit perfectam mortem.

Vide ergo ut egregiē loquit. Si (inquit) perditio Israel facta est reconciliatio mūdi, quid futurū putamus ex assumptione ipsius Israel? Certē non tā reconciliatio dicēda erit, quā uita ex mortuis. Hoc uerū est gaudium illud magnū, & symphonia in domo patriſſam. quādo dicit. Oportet diē festum agere, et gaudere: quia qui perierat, inuentus est: et qui mortuus erat, resurrexit.

Quod si delibatio sancta est etc. Nunc nacta occasione admonere uult Gentes, ne iniquē gloriantur aduersus Iudæos. Et ostendit magnum hac in parte instare periculum. Primō quidē non ita reprobatos esse Iudæos, ut non possent reassumi: qm̄ ipsa massa, uel, totus ille populus Iudæorum, sanctus adhuc erat. Et sanctum uocat, non prophanum coram Deo, hoc est, non omninō reprobatum, nisi ex parte, ut dicit. Hoc autē sic probat. Nam si quod à Domino delibatū fuit ex eo, id est, electum inde summa dilectione, & tanquā delibatū, id est, suo gustu probatū, fuit sanctum, uel, ipsi Apostoli, et cæteri qui crediderunt Spiritu sancto pleni, qui tamen ex ea massa excepti fuerunt ad certissimā gratiam: Ergo & ipsa massa erat sancta, unde delibatio hæc deprompta est. Alioquin nō delibasset ipse Deus de massa immun-da. Secundō ad idē probādum, arguit q̄ radice sancta, id est, Patriarchæ, unde iste populus tanq̄ ex radice propagatus est. Sic igitur radix sancta, Ergo & rami sancti: quia continētur in radice, & adhuc a radice non sunt exsecti, ut igni destinent.

Tum ostendit, q̄ ob fractionem aliquorum ramorum, qui defecti sunt ex Iudæis ab ipsa radice (& loquitur de omninō perditis, ac reprobatis) non debent uanam Gentes de hoc gloriationem captare, sed doctrinam timoris potius: quia meminisse debent, se esse tanq̄ oleastrum infertum ramis bonæ oliuæ, & ita socios factos radicis & pinguedinis ipsius oleæ, in qua sunt inserti. Itaq̄ animaduertant

Doctrina ad Gentes ab exemplo Iudæorum.

animaduertant diligenter non esse sibi propterea gloriandum aduersus ramos, qui adhuc sustinentur in oliua naturales: quia si pergat quis gloriari, metuendum est illi ne radix amplius non influat in eum de pinguedine sua. Nō enim ramus radicem, sed radix ramos portat.

Dicis ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar etc. Occurrit tacitæ obiectioni quorundam insolentiū hominum, qui modum tenere nesciunt, cum illis aliquid melioris conditionis arripserit: quod Agar ancillæ Abrahamæ contigit, quæ ex nouo fructu cepit aduersus Dominam suam inflari. Potuisset. n. facile in mētem uenire huiusmodi cogitatio, fractos ad eum finem Iudæos, ut in eorum locum Gentes infererentur, & propterea gloriari posse aduersus Iudæos repudiatos. Hanc uerō noxiā persuasionem excludit Ap̄s: qui etsi non neget Gentes propter incredulitatem Hebræorū ad fidem fuisse uocatas, & quale tñ minatur imminere periculum nisi cū magno metu consideret Gentes se simili à Deo sententia fractum iri, si insolentat in socios, ut uice uersa qui insitus est, abrum-patur: et qui abscisus, iterum inseratur. Ac si dixerit. Quare fracti sunt illi, nisi ob incredulitatem? Et tu quare infertus es & manes, nisi fide, quæ fuit à Deo, & Dei donum est? Ergo noli altum sapere, hoc est, Noli gloriari aduersus illos, tanq̄ ipse tua uirtute stes (Hoc est enim altum sapere) Sed time, ne & tu similiter excideris: quia si naturalibus ramis non pepercit, multō minus tibi qui syluestris eras, parcat æquissimus Deus.

Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei etc. Apostolus ab eo quod Dominus consueuit facere, uel, & benignitatē, et seueritatē inferre in quos uoluerit ex peccatoribus: sollicitē curat continere Gentes in timore: qm̄ Deus nō solum exercet benignitatem erga immerentes, uerum et seueritatem in eos qui demerentur, si forte in bonitate non permanserint. Consideranda est namq̄ simul Dei bonitas, & seueritas, nō altera sine altera: quia periculosa est talis seiunctio. Vtrāq̄ autē hoc in loco ostendit. Primum quidem in Iudæis, qui meritis experti sunt, seueritatem: Et in gentibus, qui nullis meritis, benignitatem. Et subinde ipsius Dei potentiam insinuat, qui non solum poterit. facere excisionem gentiū: uerū etiam poterit est efficere ut denuo inserantur rami fracti, si tñ non permanserint in incredulitate. Idq̄ sic probat. Hoc iam fecit in gentibus Deus, ut quæ non erāt naturaliter de oliua, sed de oleastro, insererentur in bonam oliuam, Quantō igitur magis hoc face-re poterit in ramis naturalibus, qui sunt Iudæi? qm̄ ut et philosophi, et iurisperiti inquirunt, Res de facili redit ad naturam suam. Comparat Gentes oleastro: quoniā non uerus charitatis liquor ex eis procedebat, cū essent natura filij iræ. Qui autem natura Iudæi erant, mūdificari erant ab eo contagio. Quam obrem quasi natura uidebantur esse oliua bona, propterea quod CHRISTVS ex eis prodijt uera oliua secundum naturam. Vnde alibi Apostolus. Nos natura Iudæi, et non ex gentibus peccatores.

Gal. 2.

Uerū hinc occurrere dubium potest. Quō re-ctē dicitur de his ramis, qui iam excisi sunt, illos iterum inferendos, cum impossibile hoc factu uideatur? Facillimē hæc quæstio solui potest: imō iam est in euāgelio soluta ab ipso Dño, cum mirarentur discipuli, putarentq̄ ex uerbis illius, diuitem in regnum cælorū intrare non posse. Quibus hæsitantibus ipsemet satisfecit, aiens. Quæ sunt hominibus impossibilia, Deo sunt possibilis: quem admodū orans in horto ut transiret à se calix passionis, testificatus est. Pater, inquit, omnia apud te sunt possibilis. Et has solutiones facile de scripturis licet colligere.

Nolo. n. uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobis ipsis sapiētes: quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiū intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, et auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentū, cum abstulero peccata eorum. Secundum euāgelium quidem inimici propter uos: secundum electionem autē charissimi propter patres. Sine pœnitentia. n. sunt dona Dei & uocatio. Sicut. n. ali-quādo & uos non credidistis Deo, nunc autē misericordiā consecuti estis propter incredulitatem illorū: ita et isti nunc non crediderunt in uestram misericordiā, ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclufit. n. Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarū sapientiæ et scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uia eius. Quis. n. cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor et gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Nolo enim uos etc. Reuelat hinc Apostolus mysterium, id est, diuini consilij arcana, ne sibiipsis sint sapientes, id est, ne sibiipsis temerē Magistri sint, putantes se penetrare Dei consilia & iudicia, quæ nemo potest intelligere, nisi ab eo instruetus fuerit. Mysterium autem hoc fuit, quod illa cæcitas, siue stupiditas, & quædam insensibilitas (græcè enim legitur ἀσέβεια) ex parte contigit in Israel, hoc est, non omnibus, neq̄ perpetuō: sed donec intraret gentium plenitudo, uidelicet, in CHRISTVM. Vnde patet nondum intrasse omnes gentes. Nam si iam intrassent, etiam Iudæi ad fidem uenirent. Sic & ad Corinth. pronunciat, tandem aliquando conuertendos esse Iudæos, & auferendum uelamen. Affert autem ad hoc probandum scripturam Isaiæ.

Iudæi ad fidem aliquando conuertendi.

Veniet ex Sion qui eripiat, et auertat impietatem à Iacob. At nos in nostra æditione ita legimus. Et timebunt qui ab occidentem nomen Domini: et qui ab ortu solis, gloriam eius, cum uenerit quasi fluius, quæ Spiritus Domini cogit. Et uenerit Sion K. ij Redemptor



Redemptor, & his qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc foedus meum cum eis. Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, a modo usque in sempiternum. Ex his autem uerbis colligit eum sensum Apostolus. Porro dubitatio est, quomodo dixerit: Et ueniet ex Sion, cum scriptura dicat, illum potius ad Sion esse uenturum. Et quomodo dixerit testamentum, cum ibi dicatur foedus. Sed hoc ultimum nihil est: quonia hebraica uox; Berith; communis est ad foedus, & ad testamentum. Illud uero quod ait: Ex Sion, declaratio est (ut existimo) animi uenientis: quoniam ex Sion, pro ipsa Sion uenturus est, qui ueniet. Et Eliam forte innuit, aut potius Dominum IESVM in Elia, & alijs: quia hoc testamentum est cum Iudaeis. Spiritus meus qui est in te, uidelicet, in ipso Domino IESV, non recedet de ore tuo, & de ore seminis tui &c. Hoc autem non uerificaretur quoad Iudaeos, si omnino fuissent a salute excisi. Recessisset enim penitus ab eis Spiritus Dei, & IESV CHRISTI: sed contra hoc praenunciat propheta. Et licet iuxta euangelium, cui non crediderunt, fieri debuerint omnes inimici Dei propter ipsas gentes, ut locum primum gentes acciperent: quia ipsae gentes fuerunt in credendo promptiores, quae minus promptae esse debebant. Iuxta electionem tamen, id est, iuxta praenotitiam Dei & gratiam, illa gens debet reuocari: quia sunt charissimi propter patres. Ut huiusmodi electionis rationem consideremus: ut ueniam patrum merita filijs in hoc profunt. Et ne quis dicat, quod peccata eorum potuerunt hanc Dei benignitatem extinguere, postquam credere euangelio recuserunt, cuius talis lex est. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit condemnabitur: Respondet Apostolus dicens.

*Sine poenitentia enim sunt dona Dei, & uocatio*, hoc est, Non poenitet Deum circa ea quae benignè disponit donare: nec in ijs irritatur a peccatis nostris, sed irruocabiliter obseruat. Semper autem poenitet rigoris sui & seueritatis, si emendemur. Ideo dicit: *dona* (id est, quae merè dona sunt) *& uocatio*; sunt sine poenitentia. Vocatio enim non potest esse nisi ex dono, non autem ex merito. Ergo sensus est, ac si dixerit. Non ita econuerso cogitationes uindictae, uel cogitationes remunerationum sunt sine poenitentia, donec uiatores sumus: quoniam poenitet Deum de malo quod cogitauit facere in peccatore, si conuertatur peccator. Et similiter poenitet de bono, quod cogitauit facere iusto remunerationis gratia, si iustus a iustitia (ut Ieremias & Ezechiel testatur) recesserit.

Quod autem Deus sic faciat in donis, quae Iudaeis ex proposito deliberauit conferre, et non ex merito (nam illa sunt magis proprie dona) ostendit ex ipso facto, quod erga gentes fecit. Nam misericordiae illae sunt consequutae, non ex aliquo illarum proprio merito, sed ex mero Dei beneplacito: quoniam ad hoc beneplacitum etiam per occasionem inductus sit ab incredulitate Iu-

daeorum, ob quam sunt repudiati: unde ait.

*Sicut enim & uos aliquando non credidistis Deo &c.* Et hic agnosce (quae) benignam Dei clementiam, qui ex omni malo semper bonum aliquod solet elicere. Ex incredulitate enim Iudaeorum electae sunt gentes olim incredulae, ut fide statuerentur in CHRISTO. A Iudaeis autem tantisper recessit Dominus, dum aemulatione in gentes prouocati, recognoscant quem deseruerunt, & supplices ueniam postulent, misericordiamque sicut et illae, tandem aliquando consequantur. Et tunc fiet unum ouile & unus pastor. Quod clarissima sententia probat Apostolus, subiungens.

*Conclisit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium miseretur.* Omnes, inquit, conclisit, non singulos: sed omnes, id est, utramque gentem. Conclisit autem, non quia ipse ad incredulitatem induxerit, sed quia potes obuiare, non obuiauit, sed permisit. Vnde aliquo modo dicitur fecisse Dominus, sed ex merito nostro, & ad bonum, uel, ut ostenderet diuitias misericordiae suae in eos, quos seruare uoluit. Et quia super huiusmodi possent morosi facere numerosas quaestiones, sicut illi dicebant de Lazaro. Non poterat qui aperuit oculos caeci nati, facere ut hic non moreretur? Respondet Apostolus, atque obstruit os hominis impudentis atque arrogantis, exclamans.

*O altitudo diuitiarum etc.* Non hic agit Ap[osto]lus, ut ostendat nullas esse beneplacitorum Dei rationes, cum iam attulerit nonnullas: sed in hominem superfluè disquirentem, & de omnibus etiam particularibus sibi causam reddi exigentem, quasi destomachans prouocat ad abyssum diuinorum consiliorum. Si enim humana lex de humanis ita praescribit. Non omnium quae a maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest: non quidem negans (ut quidam falso putant) esse rationem, sed rationem non posse reddi. Quanto magis eorum quae Dominus ipse excelsus cogitat & statuit? Cum exaltate adeo sint uiae eius a uis nostris, & cogitationes eius a cogitationibus nostris: ut non tam distet coelum a terra, quam uis et cogitationes illius a nostris. Quapropter nihil mirum si non comprehendat mortalium quisque uias eius & iudicia, quae tamen sunt summæ aequitatis plenissima, quae et iocunda appellat Psalmista. Probat quae dicit, ex eo quod uidemus, aieni.

*Quis enim cognouit sensum Domini? etc.* Duo dicit. Primum, Dei consilia neminem nouisse. Alterum, Deum nulli esse obligatum, ut debeat quicquam retribuere: quia nullus prior dedit ei, ut possit quicquam pretendere, Deum cogi ad retribuendum, & non habere in manu liberrime cui uoluerit plus donare. Et concludit ex ratione.

*Quoniam ex ipso*, tanquam ex principio efficiente, ueniunt omnia. Et per ipsum, ut sustentante permanent. Et in ipsum, ut in fine uertuntur, id est, in eius gloriam. Ideo pro sua gloria potest ea tanquam dispensare ut lubet. Neque ulli tamen facit iniuriam creaturae, aut naturae: quia non ex hoc gloriam suam quaerit, qui est clementissimus & misericentissimus erga nos: cum econtrario nos ingrati-

Ex malo boni elicit clementiam Dei.

Quomodo Deus omnes sub incredulitate concluderit.

mi & saeuissimi sumus in illum. Ut obstruatur omne os impium & blasphemum, & sit ei gloria, cuius iudicia sunt praecipua cordis exultatio & laetitia in saecula, Amen.

Cap. XII.



Bsecro itaque uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic saeculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

Dico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & unicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in CHRISTO, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, in exhortando. Qui tribuit, in simplicitate. Qui praestit, in sollicitudine. Qui miseretur, in hilaritate.

**B**secro &c. Postquam abundè satis de doctrina fidei, & mysterijs omnes instruxit Apostolus, nunc exhortationis negotium apposuisti loco sibi sumit: & non ut plerique faciunt, qui ante persuasionem, concitare animos student in affectus. Quod si fortassis faciat, parum id tamen durat. Tale quid a comedijs solet accidere, quarum personas dum audiunt spectatores, in uarios mouentur affectus. At ubi discessit. Valete, Plaudite: qualis quisque domo accessit, talis domum reuertitur. Itaque cum Dei iudicia ad misericordiam & gratiam tandem reduci praedicauerit, ut concluderet idèdè permitti incredulitatem omnium ab ipso Deo, ut omnium miseretur: Nunc per hanc Dei misericordiam, imò per eius miserationes, quae sunt misericordiae effectus, incipit exhortari tam Iudaeos quam Graecos, qui has miserationes iam acceperant, rogando.

*Ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem &c.* Corporis uoce, solet Apostolus nonnunquam intelligere totum quod est hominis, quod est tanquam corpus quoddam habens multa organa quasi membra, quae sunt animae potentiae exeuntes in actus uarios: & inter ea est caput, uidelicet, ipsa ratio, quae debet mouere caetera. Cum igitur homo sit sui ipsius Deo debitor, debet totum corpus suum exhibere huiusmodi hostiam, sibi quidem mortuam Deo autem uiuentem, id est, sacrificare seipsum, suamque uoluntatem, in qua ipse maxime est, & qua regitur: et holocaustum Domino

reddere. Hoc autem tum demum praestat, quando se totum Deo, & propter Deum, sincera, prompta, atque hilari uoluntate deuouet. Et tunc est hostia uiuens, quando fides, & ipsa Dei charitas uitam dat illi uoluntati. Nam tunc est sancta, id est, munda, & idèdè bene placens Deo. Sanctus enim ipse est eminentissime, & sancta diligit, qui ait. Sancti estote: quoniam ego sanctus sum.

Et ut declarat quid sit hostia haec, exponatque quod dixit, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, addit appositiuè, *rationabile obsequium uestrum*, seu rationale seruitium, siue latrariam uestram. Est autem latraria cultus, quo soli Deo seruimus, recipientes eum ut summum Dominum: cui soli excelsus honor, & filialis timor, & prompta debetur obediètia. Nam caeteris inferioribus personis post illum, & propter illum, haec debentur.

*Et nolite conformari huic saeculo &c.* Quia sapientia saeculi contraria est Deo. Et accipit saeculum, pro hominibus huius saeculi, qui manent in operibus ueteris hominis, diligentes hoc saeculum. sicut alibi dixit. Demas me reliquit, diligens hoc saeculum, id est uitam carnalem.

*Sed reformamini in nouitate sensus uestri &c.* seu mentis uestrae. Homo enim, omnis renatus in CHRISTO, exiit ueterem hominem, & indutus est nouum: ad cuius exemplum se debet reformare omni studio ac diligentia, & non abuti gratia Dei, quae nunquam deest uolenti illam, atque petenti. Oportet enim serio considerare, nouum hominem creatum esse in iustitia, & sanctitate, hoc est, ad hoc ut sit sanctus, & iustus: sicut ille (ad cuius typum formatus est) sanctus est & iustus, qui & iustitias diligit, & cum puris & mundis est requies eius. Bene autem sequitur.

*Ut probetis quae sit uoluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta.* Non potest probare homo bonam Dei uoluntatem, id est, benignam & beneplacentem ac perfectam, quae est iustificatio & sanctificatio nostra per fidem de CHRISTO, & subsequentiā fidem opera (quam uoluntatem fieri petimus in oratione Dominica) nisi se totum deuouens Deo, spernat quae terrena sunt. Probat enim tunc homo hanc Dei uoluntatem, quando consensu & iudicio approbat, gustum accipiendo & solatium suauissimum: quod norunt soli qui gustant, & illud ex spiritu possunt proferre. Quam bonus Israel Deus ijs qui recto sunt corde. Adest enim talibus mirifica intus consolatio solidae spei, & potissimum in tribulationibus et persequutionibus.

Non desunt aliqui, apud quos aliter legatur hic locus, nempe in hunc modum: *Ut probetis quae sit uoluntas Dei, quod bonum, quod beneplacens, quod perfectum.* Et reperiuntur qui interpretati sunt de bono & perfecto, quod beneplacet Deo, referentes ad mandatum legis nouae comparatum ad ueteris legis iudicia, & caerimonias, praecipua non bona, utpote in quibus non erat uita. Quis sensus minime est reprehendendus: & ipsa graeca litera (ut notant eruditi) portigit hanc lectionem. Porro quacumque lectione utaris, ipsa littera potest eundem sensum recipere.

Execl. 33.

Quid per corpus soleat Apostolus intelligere.

Leuit. 20.

Saeculum, pro uita carnali.

2 Tim. 2.

Psal. 72.

Dico enim per gratiam quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos: Non plus sapere quam oportet sapere: aut praeter quam oportet. Sapit autem homo praeter necessitatem, cum officium non suum, sed alterius audet exercere. Ut si quis est subditus, praelati auctoritatem sibi usurpet ac praeripiat. Aut si doctoris, aut prophetae munus, cum non sit iustus docere aut missus, uelit obire: & ita de alijs. Sapiat ergo unusquisque ad sobrietatem, id est, temperanter: ut quisque se contineat intra suos fines & terminos, quos sibi praestituit mensura fidei, suo modo. Nam fides est fundamentum & basis totius aedificij spiritualis, super quam fides & alia dona Spiritus fundantur. Non autem effunditur Spiritus in singulos absque mensura. Solum **CHRISTVS** est, cui non ad mensuram datus est Spiritus. Mensura igitur fidei nihil aliud esse uideatur, quam quod cuique datum est charismatum diuinitus ad fidei complementum in uniuerso, ut consummetur totum corpus ecclesiae. Haec uero mensuram nemo debet sua auctoritate supergredi. Et hoc est optimum praecipuum ad seruandam unitatem, & pacem in ecclesia Dei.

Fidei mensura in quo consistit.

Neque uero intelligas, dona unicuique data esse secundum proportionem fidei suae, id est, ut qui magis credat, etiam magis loquatur linguis, aut exhortetur, uel prophetet, uel tandem praecellat in quouis alio ministerio: sed sicut iam diximus.

Sunt enim qui multa fide pollent, quibus tamen non est data auctoritas aliqua, aut potestas. Ut sic frustra uideas insulari nouos haereticos, qui sibi sumunt officia docendi & exhortandi: quia dicunt se praestare fide & spiritu, dantes testimonium sibi metipsis. Id autem ut uerbis claris ac magnificis, ita factis turpissimis atque nequissimis. Quasi uero hoc de semetipso testificari non sit in potestate cuiuslibet. Et item quasi non ipsi soli et elati atque inflati hoc sibi ausint usurpare.

Et ne quis diceret ipsum Apostolum in primis hoc praecipuum non seruare, qui audeat alios ut superior monere, non existens superior, praecipuum cupauit hoc ab initio & sui facti rationem reddit:

Dico autem per gratiam quae data est mihi, ac si dixerit. Ego fidei mensuram mihi tributam non excedo. Hoc enim talentum accepi uerus Apostolus per gratiam Dei, ut docere possem omnes, & exhortari.

Sicut enim in uno corpore multa membra &c. Pulchro & accommodatissimo exemplo tandem ostendit quod praemonuerat, proponens ecclesiam quasi quoddam humanum & organicum corpus, in quo turpe esset, si pes uellet manus officium exercere, aut oculus aurium, aut naris os, &c. e conuerso. Sic ergo existimare debet homo, ecclesiam **CHRISTVS** quasi unum corpus: singulos autem quasi membrum membro iunctum, ita ut unum uiuetur ab alio. Quandoquidem cum sint uarij actus corporis, non omnes actus sunt unius membri: sed quodlibet habet suum proprium ab alijs distinctum. Sic etiam est in membris ecclesiae: donationes sunt differentes, ut est prophetia, quae datur iuxta mensuram fidei, id est, secundum pro-

portionem fidei, scilicet, ut id non excedat, quod attinet ad communem utilitatem: quia debent omnes contineri in fide propter meritum. v. g.

Sunt quaedam quae Deus continet in pectore suo, ne pandat ea, quia non est utile: ut futura restitutio Israel, dies iudicij, olim et incarnationis mysterium. Horum enim ignorantia conducit ad robur fidei, & fructum: quia in oratione robustior efficitur, ut Abraham fides, qui ignorauit cum filium Dei, cum iussus esset immolare filium suum. Sicut ergo prophetiae est non excedere proportionem fidei, id est, ut per eam innotescant quae seruaui sibi Deus, nolens reuelare: ita nec in alienis a fide, & aedificatione ecclesiae uagari. Addit.

Sive ministerium in ministrando. Ministerium uocatur, quod ex officio incumbit: ut cibum quis & uictum siue corporalem, siue spiritualem egentibus subministrat, in quod opus B. Stephanus, & alij sex diaconi electi sunt. Hoc autem opus exercere debet actu, ut qui ministerium habet, ministret: alioqui reprehensione dignus erit. Contra illos qui irrationabiliter putant sacerdotem non obligari ad sacrificandum: ut sic frustra ad hoc sacro sanctum ministerium se uoluerint consecrari, quod euidens ipsa ratio minime patitur. Addit.

In sacerdotibus non celebrantur.

Sive qui docet in doctrina, id est: qui praefecti sunt ad docendum, in docendo. Et propterea Apostoli, noluerunt ministrare mensis, ut ait scriptura. Non enim erat aequum propter cibum corporis deferri cibum mentis.

Act. 6.

Qui exhortatur in exhortando. Similiter intelligit praepositos ad exhortandum. Docemur enim quae nescimus, ut ea sciamus. Exhortamur uero scientes, ut quod iam scimus, opere compleamus.

Qui tribuit in simplicitate. Tribuit uero in simplicitate, qui quodcumque officium, dum commembro suo exhibet, gratis exhibet, & hilariter: ita ut oculus gratiam retributionis temporalem non respiciat, sed aeternam.

Qui praest in sollicitudine. Hoc proprium pastoris, ut summa cura de suis ouibus sit sollicitus ne quid illis desit: neque uagentur, aut caulas exeant: ne lupo ueniat & carpat ouem: aut aliqua inter sit morbida, cuius contagione perdantur caeterae, ut mox remedium adhibeat praesentaneum.

In hoc anxie debet uigilare pastor: & non solum de lana, lacte, corio, & carnibus, & sanguine, ut faciunt hodie plurimi. At harum rerum prohibetur sollicitudo, quae tamen apud plerosque est potissima. Ait enim Apostolus, Nihil solliciti sitis. Ex de seipso cum plurimis intenderet, & pressus esset, ait. Praeter ea quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? etc.

Et hoc in loco debemus considerare nos pastores tales ne simus, an uero ab his conditionibus distemus quam longissime, neque expectare ut incidamus in manus Dei uiuentis, qui sanguinem animarum de manu nostra, quibus commissae sunt, seuerè requiret.

Admonitio ad praelatos.

Qui miseretur in hilaritate. Homo per eleemosinam miseretur: quod non debet facere in tristitia, & animo aegro

mo aegro: sed cum dulci aliqua commiserationis significatione ipso uultu & uerbis: sicut alias monet idem Apostolus. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et cui multum fuerit, multum tribuat. Cui minus, hoc ipsum libenter impartiat. Et ita instruebat Thobias filium suum.

Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem praeuinentes. Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruentes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persecuentibus uos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes.

Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum irae. Scriptum est enim: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo, sed uince in bono malum.

Dilectio sine simulatione &c. Postquam instituere cepit hominem Dei Apostolus secundum priuata officia, & peculiare actiones, ne quis proprios fines transiens labefactare posset ordinem donorum particularium, quae minime passim omnibus conferuntur: Nunc illum pariter uult instruere circa communia officia, quae propter charitatis communicationem & nexum, quo in **CHRISTO** colligati sumus, ad omnes pertinent. Dilectio enim seu charitas omnium uirtutum regina est, & in omni nostra actione prima & potissima tanquam dux esse debet. Nam dilectione copaginamur, & efficitur unius corporis membra, membrum de membro sub uno capite nostro **CHRISTO**: & conseruamur impensis mutuo officijs. Et ob eam gratiam a dilectione primum incipit B. Paulus, quam nullo pacto uult esse simulatam aut fictam: Sed synceram, integram, apertam de corde puro, & fide non ficta. Haec enim dilectio in nobis efficit, ut malum odio prosequamur, id est, peccatum. Efficit autem ut haereamus bono, id est, uirtuti, quae una nos bonos potest reddere, ut secundum eam uere dicamur boni. Haec efficit ut diligamus nos inuicem dilectione fraternitatis, id est, tanquam fratres non carne, sed in **CHRISTO**. Omnes enim fratres sumus in illo, & sub illo capite nostro.

Neque definit quis esse frater, si ad aliquem praeter ceteris gradum sublimiorem conscenderit. Hoc

nos docuit magnus ille patriarcha Ioseph, qui in amplissimo honore fastigio collocatus, non est ueritus fratres suos (alioqui de se pessimè meritos) hoc dulcissimo nomine ad amorem prouocare. Ego sum, inquit, Ioseph frater uester. An non & Dominus **IESVS** Deus uerus dignatus est seruos suos, quos pretio sanguinis redemit, uocare fratres? Et non eo quidem tempore, quando uariarum laborum & tentationum habebat socios, ipse in rerum omnium egestate constitutus (Tunc enim leui pudore possumus omnes appellare fratres & amicos) sed eo tempore, cum iam per crucis passionem gloria & honore erata Patre coronatus, & omni in caelo & in terra potestate donatus, tunc fratris nomen dedit. Vade (ait Magdalanæ) ad fratres meos, & dic eis &c. Hoc in eos dictum sit, quibus si quid nouae dignitatis siue ecclesiasticae seu saecularis accesserit, mox inflati caeteros spernunt, uel eos quibuscum tamen fuit illis aliquando non uulgaris necessitudo. Hoc facere non nouit charitatis, quae suum possessorem ita instituit, ut sit sollicitus praeuinire fratrem honorando, in quo recognoscit & reueretur Dominum nostrum & Redemptorem **IESVM CHRISTVM**, & Patrem omnium. Haec sollicitudine parit, & pigritiam omnem expellit, ut omnibus prodesse ualeat. Res est (ait quidam) solliciti plena timoris amor, ut sic pro dilecto impigre operetur. Haec facit hominem seruire spiritu, id est, charitate Dei. Haec denique efficit ut amara sint dulcia, labor sit requies, tribulatio solatiu, luctus gaudium: graua omnia facit dilectio leuia & suauiua. Quare Micheas propheta: Indicabo tibi (inquit) o homo, quid sit bonum, & quid Deus querat a te: Sollicitè ambulare cum Deo tuo. Dilectio mundi habet quidem & suum seruorem, sed inuidiae, irae, ambitionis, avaritiae, libidinis. At nostra ignem ueri zeli secum portat propter honorem Dei accensum, & ad salutem proximi, ut possit fidenti animo dicere: Quis scandalizatur, & ego non uror? Haec praeterea facit nos uere seruire Domino, id est, non ad oculum & coactè, sed seruitio patriae, ut intelligit B. Thomas, quod debemus ipsi Deo. Et tamen graecè legitur hic: δσλίωσθητε; ut potius, δσλίωται, quam λατρεύετε significet.

Gen. 25.

Ioan. 20.

Mich. 6.

B. Hieronimus ad Marcellam.

Ioan. 11.

Hic notandum, etsi communiter latini codices habeant: Domino seruentes; quam lectionem sequitur B. Hieronimus: in graecis tamen legitur. Tempori seruentes; Et hanc lectionem amplectitur B. Ambrosius. Neque uero paruè est uirtutis, posse tempori sese accommodare, & inde occasiones capere ad ea faciendā, uel intermittendā quae expediunt. Sic enim didicimus factu & uerbo fuisse a Domino obseruatum, & Discipulis in exemplum relictum. Nam secessit aliquando, seque abdidit. Interdum uero contra, apparuit coram, & ultro se obtulit. Quod cum mirarentur discipuli, rogarentque: Modo, inquiunt, quarebant te Iudaei lapidare, & tu iterum uadis illuc? Quibus ipse respondit: Nonne duodecim sunt horae diei? Sic & alias dixit eis. Nunc qui habet sacculum tollat, & pergram &c. Varia enim tunc erant tempora, & ab anterioribus

De praecipuo dilectionis, & eius laudibus.

anterioribus differentia, & aliud exigentia: iuxta illud. Hęc etas aliam uitam, alios mores postulat. Vnde tempus nubendi, & tempus abstinendi ab amplexibus. Nec solùm differebant ab anterioribus, uerùm etiam à futuris. Vnde in primitiua ecclesia quaedam tolerabantur, uel obseruabantur, quæ minime nunc conuenirent. Quia uerò tempus Dominici aduentus maiorem exigebat lectum, & tolerantiam tribulationum, ideo subdit.

*Spe gaudentes.* Non est enim bonum interim re gaudere: quia hæc præsentia bona non sunt uerè bona, sed ad futura oportet se præparare: quod fit lectu & imitatione capitis nostri per uiam crucis. Hoc nolunt intelligere hæretici, & homines mundi huius, qui uolunt ducere in bono dies suos. Et ignorant miseri, quòd in puncto ad inferna descendunt, ut testatur B. Iob. Impossibile est (ait B. Hieronimus) hinc gaudere cum mundo, & postea in cœlis regnare cum CHRISTO. Beati dicuntur qui lugent: Væ autem denunciatur ijs qui habent suas in hac uita cōsolationes, & qui ridet. At ueri Christiani habent gaudium suum non in re, sed in spe propter certitudinem futurorū bonorum. Quòd fit ut æquo animo tolerant præsentia incommoda: nec perturbantur admodum ob persecutiones huius sæculi, quibus sciunt faciliorem sterni uiam ad beatam requiem: propterea ad hoc eos exhortans, addit.

*In tribulatione patientes.* Quod facit & spes. Hęc autem sese (ut dictum est) consequuntur. Spes, probatio, patientia, tribulatio. Si enim non sit tribulatio, ubi patientia? Et si non sit patientia, ubi probatio? Et si non probatio, ubi spes? Et in his omnibus oratio semper instare debet: quoniam debet esse sine intermissione, quantum patitur humana fragilitas, & ideo adiecit.

*Orationi instantes.* Verùm quia tunc erant inter Christianos, qui omnibus renuntiauerant quæ possidebant, & ideo indigebant humanis administrandis ad hanc uitam mortalem sustinendam, & hoc erat non exiguum pietatis opus, ideo & ad hoc hortatur.

*Necessitatibus sanctorum communicantes.* Nō superfluitatibus, & ad uoluptatem. Nescio uerò unde B. Ambrosius legat: Memor ijs sanctorū, pro eo quod nos legimus, necessitatibus sanctorum.

*Hospitalitatem sectantes.* Hospitalitatis officium & in ueteri & in nouo testamento fuit maximo in usu, & commendatissimum. Nam CHRISTVS in se recipit collatum, quod hospitibus impenditur. Abraham meruit Angelos hospitio excipere.

Non tamen careret periculo si nullus adhiberetur delectus. Itaque erga fratres exerceri debet, & domesticos fidei potissimum. Nam B. Hieronymus fidei defensor acerrimus, cauebat ne ullos exciperet hospitio, qui hæreticorum partes fouerent. Talibus, in. nec Auæ, nec Vale dicendum est.

*Benedicite persecutibus uos. benedicite etc.* Opportune hortatur Apostolus quoniam iam atrocissimi erant, & futuros nouerat, aduersus ecclesiam persecutores, ne quis maledicat, idest, mala imprecetur, sed bona etiam optet persecutibus, ac maledi-

cetibus. Et uehementer hoc admonet iterando: quia uidebat rem homini ualde difficilem, & proprie Christiana magnanimitate dignam, ut etiã quis benedicat persecutoribus, & maledicentibus. Et quod ad societatem retinendam ualde pertinet, commēdat studium conformandi sese alteri perquam necessarium. Vnde ait.

*Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.* Sicut enim qui in CHRISTO gaudent: quia ipse adhuc sponsus cum eis est. Et sunt qui flent, utpote à quibus est ablatus sponsus. Nos ergo docet ut ijs cōformemur in cōuersatione, ut omnibus simus omnia, sicut CHRISTVS descendit ad infirmitates nostras. Hoc ergo quod dictum est. *Gaudere cū gaudentibus*, intelligitur per obsequium, & celsionem in mores aliorum, quantum fas est, ut non simus alijs austeri & tetrici, sicut nobis ipsis. Nam & CHRISTVS in hoc nostris se infirmitatibus accommodans, manducauit & bibit cum peccatoribus, & publicanis. Hoc tamen fecit ut eos lucrificaret, non ex uoluptate, sed potius grauitate & molestie, quod ad se pertinebat. Sic & nos debemus facere, nostrum scilicet rigorē aliquando in gratiā aliorum relaxātes. Quod autem sequitur.

*Flere cum flentibus*, non sociabiliter solum, sed etiam promptē, & ex corde faciendum est. Sed qui non potest ex corde, faciat saltem societatis iure ob charitatem subleuatur enim afflictus, si compatiētem sibi amicū inuenierit. Hoc enim iudicio, amicum quasi molestiæ partem in se suscipientem iudicat, & consolationem inde accipit. Quilibet enim gaudet amari, præsertim ab amico: quod tunc ostenditur maximè, cum afflictio unius sit alteri communis. Iecirco B. Iob ait: *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat.* Et quia super huiusmodi quæ ad uitam bene beateque duendam conducunt, idem sentire ad concordiam stabilitatem ualet plurimum, addit.

*Hoc ipsum inuicem sentientes.* Nimirum cum gustu & approbatione, quæ opere fit, cum inuicem impendimus, & inuicem adiuuamus, & subleuamur. Sed sunt plerique qui nolunt cum alijs conuenire in sententijs, ut aliquid esse uideatur, & spernant alios humiliores. Id uetat Apostolus dicens.

*Non alta sapientes.* Ille enim altum sapit, qui uult alijs supereminere & superexcellere, uel propter opes, aut potentiam, uel nobilitatem, aut sapientiam, uel scientiæ præsumptionem, ideo adiecit.

*Sed humilibus consentientes,* idest, infirmioris atque infimioris sortis hominibus sese accommodātes. Græcè enim, *συνταπεινωμένοι*. Et hoc intellige, quantum fas est, & circa ea quæ non concernunt pietatem. Non intelligo autem (ut nonnulli exponunt) de rebus uilibus, ut scilicet tunc intelligatur quis consentire humilibus, quando ad humiliā opera se inclinatur. Nam Græca uox, *ταπεινωσις*, hominem abiectum & humilē significat, uel ob paupertatem, uel genus, uel conditionē quoquo modo. Sunt & qui altum sapiunt: quia sibi ipsis uidentur prudentes; & hoc prohibet aiens.

*Nolite esse prudentes apud uosmetipsos.* & addit: *Nullo malo pro malo reddentes.* Quod est iniustum in lege

lege CHRISTI. *Proidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* In græcis desiderantur ea uerba; Non tantum coram Deo, attamē non malè suppleuntur. Sunt enim interdum similitates inter homines, qui uix ostendunt serenam faciem, sed quodam tumore animi seipso decipientes, dicent in fratrem suum: Valeat. Ego qui dem coram Deo illi parco: non autem libet eum alloqui, aut signa amicitie ulla ostendere. Verùm oportuit apud homines etiam prouideri bona, ut in exterioribus quoque mutua nostra charitas appareat, ne qua detur occasio iudicij mali, & similitatibus. Vnde sequitur.

*Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Ait ergo, si fieri potest: quoniam nam plerique homines ex malignitate id fieri non permittunt, eò quòd aduersus Dei gloriam, & ecclesiæ ædificationem pugnant: & peruersè conantur obscurare fidei ueritatem, & probos mores corrumpere. Cum ijs ergo non est habenda pax, quandiu tales esse perseuerant: sed illis resistendum est constantissimè, & uehementissimè. Cum cæteris uerò quauis iniurijs & malis, quantum est ex nobis, quærenda est omni modo pax, non tamen amicitia & familiaritas: sed pax, idest, concordia. Et quia unus est modus magnus ineundi, aut seruandi hanc pacem, scilicet, quando ab iniurijs & probris minime nos ipsos defendimus, ideo subiungit.

*Non uos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Dat autem locum iræ homo, quando non resistit. Sui enim impetu ipsa ira nihil resistentiæ inueniens, euanescit. Sicut uidemus fulgura & tormenta bellica, quum nihil forte offendunt, in quod ualeant exercere uires, nullam faciunt impressionem. Et hinc nota prohiberi etiam defensionem (cuius est propellere quod ex aduerso intenditur malum) ab Apostolo: quancumque ultionem (cuius est malum pro illato malo inferre, & quod aiunt, retaliare) magis uox græca, quam defensionem uidetur sonare, cui consonat id quod sequitur.

*Mihi uindictam & ego retribuam.* Sed quia in defensione animus est plerumque ad uindictam, eadem uox, & ad defensionem extenditur, & ideo dixit: Sed date locum iræ, ut etiam ipsa defensio non consideretur. Est uerò duplex defensionis genus.

Alterum mera cautio, & custodia sui absque ullo proximi damno. Et hæc nunquam existimata est simpliciter illicita. Alterum uerò cum ita te defendis, ut noceas: quod interdum ipso facto euitari non potest. Et tamen Christianus reuera omnem etiam propriam sui defensionem abijcere debet, si uelit christianè agere. Neque uerò propterea improbat defensio, quæ uallatur debitis circumstantijs. Sed, ut ait Apostolus, Cum liceant omnia, non tamen omnia expediunt. Quare illud coniectandum, quid magis conducat ad finem, qui est charitas, quæ ecclesiæ ædificationem deponit, & illud eligatur & fiat. Qua de re uberius apud B. Mathæum proprio loco disserui.

*Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum.* Perpède hinc quantum in homine uerè Christiano uult Apo-

stolus abundare charitatem, ut non solum ultionem & defensionem, quæ ultionis habeat speciē, prohibeat: sed insuper erga inimicos beneficentiā impendendam præcipiat, qua mirabilem effectum ad edificationem productum iri asseuerat, subiungens.

*Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Caput enim hominis iniuria afficientis, est superba mens, & iniuriosa: quæ si contra beneficijs afficiatur, quasi carbonibus uastatorijs consumitur. Hęc sententia est ad literam Salomonis Pro. uerb. 25. Est enim ignis quidam charitas, omnem malum tumorem comburēs & uastans: & ita uincit, ut qui hostis erat & inimicus, in amicum euadat & fratrem, per charitatem comparatum. Quæ si resistendo uoluisset alter prouocare, fratris animam amisisset. Inter superbos enim semper sunt iurgia. Vnde rectè sequitur.

*Noli uinci à malo.* Vincitur homo à malo, qui propter illud irritatus amittit patientiam charitatis, & benignitatem. Charitas enim patiens est, quæ nec agit perperam. Ergo concludit.

*Sed uince in bono malum,* idest, per bonum uince malum. Bonum enim est sui ipsius diffusiuum. Sic uincitur malum frequenter. Nam & humilitas superbiam deprimit: & patientia iram frangit: & benignitas odium extinguit: & misericordia crudelitatem emollit. Et ita de reliquis, quæ sese ad alterum habent, uirtutibus sentiendum.

### Cap. XIII.



Mnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitati subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Reddite ergo omnibus debita: Cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debetis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc, scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra



est nostra salus,quam cum credidimus.No-  
præcessit,dies autem appropinquauit. Abi-  
cianus ergo opera tenebrarū, & induamur  
arma lucis.Sicut in die honestè ambulemus:  
non in comestationibus, & ebrietatibus: nō  
in cubilibus, & impudicitis: non in conten-  
tione & æmulatione. Sed induimini Domi-  
num IESVM CHRISTVM, & carnis curā  
ne feceritis in desideriis,

nis:Aliud uerò forū Dei qui expectat sua die ad  
iudicandū. Itaq; non ueratur huius sæculi princi-  
pes per euangelium non uti gladio suo in tempo-  
re suo, sed admonentur Dei zelatores, ne immo-  
dico, & non secundum scientiam zelo, nimis præ-  
properè diuinam expectant uindictam ante suum  
tempus: quoniam aliud est Dei iudicium, aliud  
hominum. Qua de re & alibi fusius. Interim satis  
est, quòd hîc Apostoli gladio iugulantur hæreti-  
ci, cum ait.

*Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.*  
Cum enim dicit; *omnis anima;* nullam excipit: Ita  
ut uelit etiam Christianos subdi externis domina-  
tionibus, quando Dominus Deus tales potesta-  
tes dederit. Nam per omnem animam, intelligi-  
mus omnem hominem. Scimus autè quòd quæ-  
cunq; euangelium loquitur, hîs qui sub euangelio  
sunt, loquitur. Dicit: *omnem animam;* potius quàm,  
omnem hominem, fortè quia in anima spiritus est  
superbiæ, qui eleuatur aduersus potestates. Et di-  
cit: *animam;* quia homo subditus est potestati in eo  
quòd animalis. Spiritus enim non est sub hac  
lege, quæ est timoris, sed sub amore. Homo er-  
go spiritualis liber est, ut eiusmodi est, & Spiritu  
Dei agitur. Et tamen quia potest effici carnalis &  
animalis, idè nullus homo potest seipsum exi-  
mere à potestate, sed ab executione potestatis.

Igitur ipsa anima comprimi debet ac subdi, ut be-  
ne agès eximatur à uî & timore legis. Et hoc in lo-  
co agnosce ordinem ab Apostolo feruatū. Pri-  
mò enim eos docet qui maiora aut sunt, aut esse  
uidentur membra in ecclesia, uidelicet, aliorum  
ministros, dispensatores uerbi Dei, & sacramento-  
rum, ut ordinatè quisq; se habeat, non egrediens  
sines suos, & nihil sibi ipsi arrogans non uocatus.  
Secundo ordinauit omnes iuxta communia cha-  
ritatis præcepta. Hic ergo tertio ordinat subie-  
ctos erga superiores in potestate, & de seculari  
potestate est sermo.

Quare Principes nostri tēporis heretici in duo-  
bus perniciosissimè peccant: Tum quòd causas  
spirituales sibi arrogant, quod est detestandum:  
Tum uerò quòd sibi uiros in sortem Domini ascī-  
tos, idest, clericos, suæ subdunt iurisdictioni: quia  
hîc legitur. *Omnis anima potestatibus sublimiori-  
bus subdita sit:* & non uident ex his uerbis nequa-  
quam concludi, quod uolunt. Oportebat enim  
prius eos probare, quòd respectu clericorum illi  
sint potestates, & tunc eorum subiectionem cō-  
cludere. Alioquin, Si *omnis anima* debeat subdi  
cuilibet potestatem habenti, cur ergo rex Angliæ  
non imperat Francis & Germanis: nisi quia non  
est potestas uniuersalis, neq; locorum, neq; perso-  
narum. Ergo quod dicitur, *Omnis anima subda-  
tur potestatibus,* hoc intelligendum est cum prou-  
dētia: ut quæuis anima illi obediat, quæ sibi agno-  
scit, uel agnoscere debeat, habere super se legitimā  
potestatem. Quòd autem in clericos potestatem  
habeat secularis princeps, hoc proculdubio ne-  
gatur: neq; ex hoc loco educitur quouis modo.

Illud item propter importunos considerandū  
est, An possint ecclesiastici uiri, idest, qui altari  
seruiunt

In hereticorū  
libertatem

1. Cor. 9.

Quid est, legē  
non esse posita  
tam iusto.

Duo pernitiosissimi  
hereticorū erro-  
res et quæ-

An possint ec-  
clesiastici gla-  
dio uti.

seruiunt, huiusmodi iurisdictiones salua & integra  
Christiana lege habere, & exercere sanguinis effu-  
sionem. Qua in parte, etsi apostolicæ sedis hostes  
pertinacissimè contendant, non posse concurre-  
re in eundem hominem utranq; potestatem. Nos  
tamen si consulimus, quòd iam dudum factum ui-  
demus, & rectè factum censemus, certè plurimos  
sanctos summos Pontifices dominatum hunc, &  
terrenam habuisse & exercuisse potestatem per-  
spiciemus. Hoc autem contra euangelicam legem  
ab eis factum asseuerare, durum sanè est uel cogi-  
tare, cum inter hos summos Pontifices numeretur  
qui honestè, & inculpabiliter sanctam uitam duxe-  
runt. Non desunt tamen pleriq; quibus non suffi-  
cit quòd satis est, ne dicam nimium. Sunt enim  
qui (ut dixi) magno in ecclesiam odio, uel Ponti-  
ficum moribus irritati, hunc gladium omninò ne-  
gant, & auferunt ab ecclesiasticis. Et sunt con-  
trà, qui siue id per adulationem faciant, siue per  
nimiam simplicitatem, aiunt ad summum Pon-  
tificem de iure pertinere omnem totius orbis ter-  
ræ dominationē, etiā temporalem: cum sit sum-  
mus CHRISTI in terris Vicarius. Domini autè  
est terra, & plenitudo eius; orbis terrarum, & qui  
habitant in eo. Addunt CHRISTVM dixisse:  
*Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.*

Verum ridicula hæc profectò, quæ neq; ipsi  
met Pontifices auderēt asserere. Si enim ita esset,  
nulli ergo uerè terrarum Domini esset in tempò-  
ralibus, sed solus Pontifex dominus esset, & cæte-  
ri (etiam quoad temporalia) sub illo stribi uerbū  
illud CHRISTI: Regnum meum non est de hoc  
mundo: Et iterum: Filius hominis non habet ubi  
caput suum reclinet. Quòd si regnum hoc terrenū  
ad ipsum attinebat: uel homo erat, cur igitur fugit  
ne regem illum cōstituerent? Et cur unè duobus  
fratribus litigantibus petenti ut iuberet fratri, se-  
cum uellet diuidere hæreditatem, respondit: Ho-  
mo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem in  
ter uos? Hic enim locus maximè uideretur cogere,  
ut fateamur non fuisse illi datam rerum humana-  
rum & secularium quæstionum iuridicam co-  
gnitionem, & iurisdictionem.

Quòd autem Papa sit Vicarius CHRISTI,  
quid habet momenti, ut credamus data esse illi  
ad regendum omnia regna mundi in temporalibus:  
Imò id potius efficit, ut persuadeamur ei. nō  
data: quoniā CHRISTVS abiecit ea, & ut homo  
erat, in mundo non habuit. Post resurrectionem  
enim dicitur, datam illi fuisse omnem potestatem.  
Ipse autem in hoc mūdo subiectus fuit seculari-  
bus potestatibus. Sui ergo illius regni Vicariū re-  
liquit Papam, quod sibi à Patre datum fuit, cum  
in terris nobiscum ageret, nempe, regnum spiri-  
tuale super oues, quæ illum sequerentur, atq; illi  
semetipsum propria uoluntate subicerent. Cuius  
regni finis est uita æterna. Alioqui si absolutè sit  
Vicarius CHRISTI secundum omnem potesta-  
tem, quam CHRISTVS habet, erit etiam pote-  
statem habēs in cœlis super Angelos & Beatos:  
quod est ridiculum.

Ergo in pastura ouium consistit hic uicariatus

104. 18.  
Luc. 9.

Ibid. 12.

Papæ, qui ecclesiasticam iurisdictionē super oues  
habet, quæ tamen se illi subdiderunt baptismi  
professione. Non est autem eius iudicare de ijs  
quæ foris sunt, sicut ait Apostolus: quoniam de  
his quæ foris sunt iudicare, Domini est. Hoc per-  
petui usus ratio satis probat. Nunquàm enim Pa-  
pa possedit orbem terrarum. Nec propterea ne-  
gatur quin summus Pontifex possit esse rerum  
temporalium Dominus: sed hoc tātum asseritur,  
hoc illi dominium minime datum quasi Pontifici  
immediate à CHRISTO, sed illud habet quasi  
unus quilibet hominum, ad quem humano ali-  
quo iure obueniat talis potestas: nec alio iure ip-  
se Pontifex præterdit. Nam cum rogatur quo  
iure possideat illam uel illam ciuitatem, aut pro-  
uinciam, ostendit iura, idest, titulos locorum legi-  
timos quæ possidet, & quibus dominatur. Non  
ergo negamus has ambas potestates in unum ho-  
minem posse concurrere.

At qui hoc in loco nobis obstitunt, obijciunt.  
CHRISTVS noluit eam, sed sponte abiecit: imò  
etiam oblatam sibi ab hominibus, fugiendo recu-  
sauerit. Igitur si quis debeat imitari CHRISTVM,  
quis magis quàm eius Vicarius? Respondemus,  
CHRISTVM hac parte (sicut nec i plerisq; alijs)  
non fuisse omnibus exemplo. Alioqui non esset  
ullum iustum regnum, si ad sui exemplum cogere  
omnes uoluisset abijcere dominationem.

Aiunt. Sed exemplum dedit saltem clericis,  
qui dicunt: Dominus pars hæreditatis meæ & ca-  
licis mei. Mihi autem potius uidetur dedisse exē-  
plum illius status, quem ipse uita & moribus pro-  
fessus est, ut in paupertate & abiectione sui ip-  
sius in hoc mundo, multi expeditius seruiāt Deo.

Quamobrem quod obijciunt de B. Petro, penes  
illum neq; aurum neq; argentum fuisse, perinde  
ac si ille præscripsisset successoribus, illis similiter  
non licere aurum & argentum possidere, ne-  
dum habere dominationem ac potestatem in po-  
pulos, simili modo eliditur B. Petrus nō ex eo  
quòd CHRISTI Vicarius, fuit pauper in hoc  
mundo, sed ex eo quòd omnibus quæ erāt mū-  
di huius, renunciarat prius, tanq; CHRISTI pe-  
culiaris discipulus, quòd propius Dominum seque-  
retur, idq; propter regnum cœlorum, & melio-  
rem resurrectionem.

Si quis autem dixerit (sicut sunt non pauci qui  
assidue dicunt) tales debere esse summos Ponti-  
fices. Non inficior, saltem in uoto. Et nihilomi-  
nus interest ecclesiæ habere hæc dominia tem-  
poralia propter maximas causas. Vna est, ut  
melius regantur populi, & iustius, & tranquillius  
sub eis, quàm sub hominibus huius sæculi. Verifi-  
mile est enim Vicarium CHRISTI, ut ecclesia-  
sticum uirum, maiore sapientia & clementia re-  
cturum, quàm homines sæculares. Et reuera ma-  
gis credita est illi dispensatio, & requisita cura &  
gubernatio, quàm sit oblata dominatio: ut essent  
potius administratores, quàm Domini. Nō quòd  
non habeant gladij potestatem, si opus fuerit, ut  
cæteri Domini: sed quoniam non animum domi-  
nandi gerere debent, sed seruiendi, sicut dictum est  
illis.

1. Cor. 5.

Ecclesia ob ma-  
gnas causas ha-  
bet temporalia  
dominia.

1309

Luc. 22.

illis. Scitis quod reges gentium dominantur eorū, & qui exercent potestatem in eos, benefici uocantur. Vos autem nō sic, sed qui maior est uestrum, fiat sicut minor: & qui præcessor, sicut ministrator. Quo in loco non regimen aut potestas, uel superioritas negatur, sed potestatis abusus: quoniam reuera qui ad regendum uocantur, ut patresfamilias & ut pastores & ministri Dei esse deberent, non sicut Domini & Tyranni.

Alia causa (nec priore fortassis minor) cur Pontifices acceperunt huiusmodi regnum temporale, fuit particularis prouidentia Dei, cui placuit ut hic dominatus suffragaretur spirituali potestati, quæ illo maxime indiguit nostris sæculis, quoniam creuit insolentia Dominorum, ac Principum huius sæculi; atque refriguit obedientia & reuerentia in CHRISTVM, quem principes sæculi raro recognoscunt in illo qui uices eius gerit in terris. Nisi enim fuisset hæc temporalis potestas, profecto & hoc spirituale regnum extinctum esset. Nisi uero Dominus condianis illud & nouis miraculis fulciri uoluisset, sed non uult cogi Deus ad assidua miracula. Quamquam non me latet grandi illum miraculo & sustentasse: & nunc etiam in tanta hominum cœcitate, & prælatorum incuria, sustentare hoc spirituale regnum. Et speramus ab eo adhuc sustentatū iri usque ad sæculi cōsummationem.

De usu & potestate gladij.

Non me item latet, his piæ & catholicæ positis, uidelicet, in unâ & eandem personâ posse utraq; potestatem concurrere, spiritualem & temporalem, hanc tamen superesse quæstionem: An scilicet hæc recte ualeant ab uno exerceri. Quo in loco (fator) audire alios malim. Video enim pericula hic esse magna & grauiora: nec ualde decere Petrum educere alterum gladium e uagina. Ex altera parte incidunt sæpe tempora, quando & hoc forte sit opportunum. Aberratum esse tamen in hanc partem plurimum à plerisque, inficiari non ualeo. Sed non hic locus tractandi quæ huiusmodi sunt. Illud tantum dicam, esse absque dubio profusus pestiferum, intolerabile, atque omnino improbandū dogma, putare in homine sæculari esse ecclesiasticam spiritualem potestatem, idque posse legitime defendi. Sunt enim hæc potestates inuicem separatae: & nemo sibi quanlibet potest ad nutum usurpare. Et aliud sentire ac docere, seditionisissimum est & horribilissimum. Quod tamen præsumptum fuisse scelerosissimè nostro sæculo à crudelissimo rege his nostris oculis perspeximus. Deus & Dominus uidebit: imò iam animaduertit in illum mortuum. Sequitur.

Notatur Henricus. 6. rex Angliæ.

Pro germano sensu apostoli cæsentiæ circa quâ utraq; potestatem.

Quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Sic legitur in latinis. At melius in græcis sic habetur: Quæ autem sunt potestates à Deo, ordinatae sunt. Duæ igitur sunt potestates, sicut & duo regna, quæ duos habent fines: & unus inferior ad alterum superiorem est ordinatus. Est enim terrena potestas & animalis. Est cœlestis ac spiritualis: quia & regnū terrenum est, ac cœlestis. Finis cœlestis, est uita cœlestis ac æterna. Finis autem terreni, est uita terrena ac pacifica. Istæ ergo potestates sunt à Deo hoc pacto ordinatae, ut altera alteri deseriuiat, & suam

quæque originem habeat. Si enim terrena, sit de terra: si cœlestis, à cœlo. Ideo Papæ potestas de cœlo est à Spiritu CHRISTI. At regum terræ potestas est ab hominibus, Domino tamen approbante quod homines rectè ac legitime faciunt. Et sicut dignius est cœlum terra: ita cœlestis potestas dignior terrena. Cum igitur ita sit, omnem potestatem à Deo esse, non ex permissione tantum, sed ex eius ordinatione, rectè concluditur.

Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt &c. ni mirum æternam. Et ut intelligamus nō esse eis resistendum, adiecit optimam rationem, cum scilicet hæc potestas sit rectè à Deo ordinata, nempe ad compescendū deterrendumque homines ab operibus malis, non autem à bonis. Et propter eam nemo bonus (ut ipse egregie declarat) & iustus potestati: quia nullus iustus subditur potestati: quin laudem potius habet ex illa. Etenim leges flagitiosis hominibus pœnas solummodo constituunt, & operibus malis. Principes autem legum exequutores sunt, ut ipsarum ministri, uindices in male agentes. Ergo nō sub lege erit, nec sub principe quidem homo iustus, sed laudem referet potius rectè operans, & præmium. Quod si nullum aliud, certè illud non paruam homini probo comparat gloriam, quod nulla in eum animaduersio, nulla ex lege sæuit ira, ut sic probetur iustus. Et hoc est quod Apostolus uiuis uerbis explicat. Unde iustificatur Deus in prouidentia sua, & corripuntur impij, qui ut malè ac turpiter agant, quæ sitis coloribus subtrahere se student à potestate. Quamobrem rectè sequitur.

Ideoque, necessitati subditi estote, nō solum propter iram, id est, uindictam ipsam, sed etiam propter conscientiam, hoc est, quia ita iustum esse conscientia dicitur, agnoscens in hoc Dei prouidentiam & ordinationem, contra quam agere scelus est, & quam maximum. Adiecit etiam rationem, cur hoc faciendū sit, necessariò cogentem, aiens.

Ministri enim Dei sunt. Quoniam ipsis tributa præstantur, quasi honoraria ministrorum: aliàs iniuste illa exigent, quod non est dicendum. Hoc enim. Apostolus utrem certam sumit. Et ne quis praue hoc quod ait: ministros Dei; acciperet: quia uerius Dei sunt ministri illi, qui dispensant uerbum & sacramenta, adiecit.

In hoc ipsum seruientes, uidelicet, ut sint timori malis, & laudi bonis. Unde non sunt huius officij incapaces, etiam qui uerò Deo non seruiunt. Si seculus dicamus, Nulla esset igitur, aut fuisset unquam potestas inter paganos legitima: quod quid est absurdum fateri, imò & contra euangelium, & Domini uocem probantis reddendum esse Cæsari censum. Nec illud aduersus regnum CHRISTI est & euangelium, uidelicet, si regnent etiam pagani super nos, postquam ita Deo placuerit propter iram contra peccata nostra: aut secundum alia sua iudicia, quæ sunt abyssus multa.

Ex hoc autem loco agnoscant schismatici, siue principes existant, siue reges, qui ipsi sint, & quatenus eorum potestas extendatur, ut non su-

Cōtra principis usurpatōem sibi ecclesiasticam potestatem.

pra modum super filios Dei, & potestates cœlestes semetipsos inflantes extollant, cognoscentes de usuris & matrimonijs, & alijs causis: & insuper audentes dispensare uerbum & sacramentum, & instituere sacerdotes & episcopos, & suis impijs & execrandis decretis diuinas omnipotentis Dei leges peruertere: quoniam ipsi in hoc ipsum tantum sunt Dei ministri (testimonium dante Apostolo, quem tamen ipsi proferrunt pro se contra se) ut exerant gladium in subditos sibi male agentes, & laude præmiocque bonos afficiant. Ergo si seipos inter oues CHRISTI eius sanguine redemptas computant, audiant sui pastoris uocem, cui commendati sunt uerbo Dei. Nam ei soli indistinctè dicitur. Pasce oues meas: non has, aut illas, sed oues meas ait. Hoc nulli regum terræ dictum est unquam, sed soli Petro, quem sui loco relicturus erat Dominus ad regendum populum, quem sanguinis sui pretio creaturus erat, & in illo regnaturus per uitæ & sanctitatis puritatem sub noua lege spiritus. Ergo & eis similiter qui in Petri locum & cathedram succederent, ne Dei necessaria erga ecclesiam prouidentia unâ cum moriente Petro interiret. Hoc tamen non uerentur asserere hæretici, uerè uiri Belial, qui omne CHRISTI iugum conantur à se excutere. At quid magis confusum dici aut fingi posset statu christiano, si nullum uisibilem haberet in terris supremum iudicem, qui assidue emergentes causas dirimeret, quicquid ea quæ credenda sunt indubitata fide, & quæ ad probos mores spectant, determinaret? Vide qua excusatione obterege errorem suum studeuit Saul, causatus uerbum, absente Samuele, dilapsus, ut sic immolare coactus fuerit. Ut inde capiatur quàm necessariò Vicarium sui loco CHRISTVS prouiderit, ne populus sine capite rueret in omnem errorum confusionem.

Osee. 8. Luc. 22.

Verum subdubitabit aliquis, Quo pacto sint omnes terrenæ potestates à Deo, & earum exercitium, cum de quibusdam dictum sit. Ipsi regnauerunt, sed non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Et Dominus in euangelio. Principes gentium dominantur eorum, & qui potestatem exercēt, benefici uocantur. Nos autem diligenter debemus animaduertere, quod terrena politia est de iure naturali: quia homo naturaliter est animal sociale. In omni autem societate requiritur ut sit lex, quæ ad seruandam societatem disponat: & doceat quæ seruanda sint, & econuerso quæ uitanda. Et ad legis custodiam & executionem oportet etiam esse legem uiuam, quæ est ipse princeps gladium portans, ac per ipsum gladium redigens cuncta (quando res ita postulat) per coactionem, & uindictam. Cum igitur à iure naturali sit regia potestas, consequens est ut & à Deo sit, à quo ius ipsum naturale egreditur, quod ratio naturalis docet, ac statuit.

Potestas à Deo, electio personæ ab hominibus.

Igitur potestatem esse à Deo ordinatam, plane cernitur. Quod autem ille uel ille sit in potestate, hoc ab hominibus est. Et ideo potest in

hoc esse error, & malum, uidelicet, ut indignus, aut minus idoneus erigatur in regem. At ipsa quidem potestas bona est: quia ad bonum est, & propterea est à Deo. Quod si illa homo abutatur in malum, hoc non est à Deo, sed ab hominis malitia, quam improbat ipse Dominus.

Bene igitur Apostolus noster qui ait. Omnis potestas est ab ordinatione Dei. Et de his malis, qui indignè & non legitime dominationem & potestatem sibi usurparunt, uerè ac merito Dominus ait. Ipsi regnarunt, & non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui, id est, non probaui.

Quas potestates negat Deus se nosse.

De his autem qui potestatem habentes abutuntur potestate, & exercēt illam ueluti Domini, non ut reges, & non ut pastores, qui tanquam patres populi esse deberent, dixit Dominus. Principes gentium dominantur eorum: non quidem potestatem reprobans, sed abusum & exercitium malum, non cognoscentium ab ipso Domino ordinatas potestates non ad dominium, sed ad ministerium. Nam sicut parentes (ut diximus) deberent esse, & ut pastores. Unde & olim reges pastores uocabantur: & qui præcelebant, patres patriæ uocari gaudebant, probantes hoc nomine saltem id quod esse deberent, tametsi non essent.

1. Reg. 8.

At quoniam frequenter accidit, ut tyrannicè dominantur: ideo dixit Dominus. Principes gentium dominantur eorum. Et Samuel Israelitico populo regiam legem, sæuitiæ ac tyrannidis fore plenam exposuit his uerbis. Hoc erit ius regis qui imperaturus est uobis. Filios uestros tollet, et ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, et messores segetum, & fabros armorum et curruum suorum. Filias quoque uestras faciet sibi unguentarias, et focarias, & panificas. Agros quoque uestros, et uineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes uestras, & uinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiã uestros et ancillas, & iuuenes optimos et asinos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoque uestros addecimabit, uosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis: & non exaudiet uos Dñs in die illa, quia petistis regem.

Verum hæc subintrat quæstio. Nūquid Tyrannis huiusmodi, qui sibi iniuste ui, aut metu, usurparunt imperium, parendum sit. Et item possit ne quis detrectare edicta talium, aut interdicit? Affirmationi uideretur contradicere, quod in concilio Constanti, determinatum fuit, licet glossa defendatur, sed inepta. Etenim uerba Concilij hæc sunt. Quilibet tyrannus potest & debet licitè & meritorie occidi per quencumque uasallum suum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias, uel adulationes &c. Hæc est positio quæ ibi damnatur. Nec in damnatione distinctio fit inter tyrannum & tyrannum, ut Caietanus commentus est: imò iuxta uim uocis, & communem eius atque usitam acceptionem, magis de tyranno usurpatore, regni deberet intelligi (quia hæc

L uerius

An possit tyranus impune occidi.

uerius est tyrannus) quàm de eo qui iustè obtinuit, licet iniustè se gerat. Certè si hæc distinctio fuisset digna quæ in considerationem uenire deberet, non eam tacuissent Patres in eo Concilio.

Quare puto hanc opinionem esse noxiam, & seditionis parentem, & iam aliquando eiusmodi fructus quibusdam in locis peperisse.

In quæstione igitur proposita, cum non sit priuati iudicare de principibus, utrum iure, an iniuria regnent: Et cum Dominus propter peccata populi faciat regnare hypocritam, ut ait scrip-  
**Iob. 34.**

ptura, ita ut etsi ille non iustè imperet ex parte sua, iustè tamen sub eius tyrannide plebitur populus propter peccata propria: Et cum mandatum sit nobis indistinctè obedire principibus etiã dyscolis, idest, grauibus, & difficilibus, & hoc san-  
**1. Pet. 2.**

cti uiri fecerint, & Dominus IESVS etiam in exemplum nostrũ ijs potestatibus humiliter sese subiecerit: Non dubito dicendum, etiam his pa-  
**Act. 5.**

rendum esse. Parèdum, inquam, in ijs tantum quæ non sunt contra Deum, idest, contra fidem, & fidei legem. Tunc enim illud B. Petri succurrat. Oportet obedire magis Deo, quàm hominibus.

Neque uerò puto cuiquam priuato licere occidere tyrannum quemlibet, si in pacifica sit possessio-  
**Matth. 23.**

sione sui dominatus, & sit armatus, & custodias habens regnet, ac metu gladij sit in pace, & populus ei honorem exhibeat. Nam cum Dominus tentaretur à Iudæis, liceret ne censum dare Cæsari, hoc argumento eorum malignitatem retulit. Dixit enim: Ostendite numisma census. Et cum ostendissent. Cuius, inquit, hæc superscriptio? Et confitentibus illis esse Cæsaris, tanquam ex hoc illos conuinceret, dixit. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Ac si dixerit. Vos confitemini in publica moneta, quæ erat exhibenda pro censu, Cæsarem esse uestrum in temporalibus principem, illi ergo date honorem & tributum, & cætera quæ illius sunt uestra confessione. Quod si dixissent. Nos uic ac metu ista cogimur confiteri: respondisset Dominus. Agatis hoc cum illo, ut cum iudice superiore. Non sum enim ego cõstitutus iudex super uos: quia regnum meum non est de hoc mundo. Ad meas oues nunc est cura mea: de his quæ ad iura uestra spectant, aliud & alibi erit iudicium, & animaduersio. Et hæc satis nunc ad quæstionem propositam. Sequitur.

Reddite ergo omnibus debitum etc. Constituta ergo rationibus potestate terrena, & ostensa iusta ratione exigendi tributa ut iustè debita, & cætera quæ debentur maioribus, & ijs qui sunt in potestate, incipit hortari ad hæc dicens. Reddite ergo omnibus debitum. Hoc enim datur ob ministerium: quia princeps est Dei minister, ut & poenis malos, & præmijs ac laude bonos afficiat. Et ob hoc meminisse debent principes officij sui, & ut id agant ad quod instituti sunt, uidelicet, ut bonos laudent, & malos corripiant: et ut ob hoc ipsum tributa capiant, & non ad gloriam, & luxuriam superexcedentem, ut etiam plusquam oporteat exigant, & onerent subditos importabiliter.

uestigal enim iustè exigitur: quia non absque impensis secura itinera, & transitus à latronibus possunt immunes haberi, & alia prouideri, quæ ad quietem reipub. attinent, & ad decorem faciunt.

Vnde & hinc uidentur ab optimo principe, ne sint immodica uectigalia, & tributa: & ut hoc fiat, propter quod sunt inducta. Qua in re peccare, ualde graue est, tum quia in multitudinem peccatur: tum uerò quia in pauperes. Neque enim uno tantum modo committitur latrocinium: imò insignes latrones maximè & plerumque (de malis loquor, et bonos semper cum omni honore excipio) sunt principes, qui cum iudicent et mulctent alios minores qui talia agunt, serio cogitare debent, se iudicè habere in cœlis qui uidet omnia, & idem erit testis & iudex, & potètes potenter punit, ac torquet, ait scriptura. Timor etiam debetur superioribus, ut anima timeat nec insoleat. Animam dixit, non spiritum. Debetur & superioribus honor: & hic non tam principibus, quàm parentibus & maioribus. Siquidem principes loco parentum esse deberent. Et ob eam causam olim in reipub. Romana, qui rectè, & ex pietate administrabant, Patres patriæ dicebantur. Porro ut rem omnem tandem absolueret Apostolus pulchrè dixit.

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis, quodcunque enim debitum soluendo extinguitur, excepto charitatis debito, quod quanto plus soluitur, tanto etiã contrahitur arctius et augetur magis: ut cui multum amado benefeceris, etiam plurimum benefacere uelis. Talis est amicitie conditio & natura, ut cui magis debeas, etiam magis debere uelis. Nam & dare & accipere beneficia, est amicitie conseruatio & augmentum. Commendans autem dilectionem hanc, dicit.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit. At quo modo, cum etiam dilectio Dei, imò hæc potissimum exigatur, quandoquidem hoc est summum mandatum? Respondetur, Apostolum hinc loqui de dilectione proximi ordinata, quæ est ad Deum, & propter Deum, sicut scriptum est. Ordinauit in me charitatem. Vnde bene dicit, impleuit; quia non satis est diligere Deum, nisi & diligas proximum propter ipsum. Conuincitur enim dilectio non plena, quæ ita terminatur in Deum, ut tantum in illo solo quiescat. Sed illa est plena & impleta, quæ in ipsum proximum quoque extenditur propter Deum, quem uerè se diligere multo magis ostendit, ut debet. Nam si hoc propter illud, magis illud. Verum quia erga Deum uix exercere possumus charitatis officia, cum longè absit à uisu nostro, & ipse nullius indigeat: iccirco ut comprobaret dilectionem erga se nostram, mandauit unicuique de proximo suo, idest, ut proximo impendamus nostri erga illum amoris debita officia. Vnde & B. Ioannes optimè dixit. Si proximum quem uidemus, non diligimus, quomodo Deum quem non uidemus, diligemus? Ac si dixerit. Dilectio ostenditur, imò et nutritur officijs. Officia autem illi nequeunt exhiberi, qui longè à nobis abest. Igitur si Deum quem uidemus

Sap. 16.

Pro dilectione proximi.

Matth. 23.

1. Ioh. 4.

demus in proximo non diligimus, quomodo illum diligemus in seipso, qui remotissimus est à conspectu nostro?

Quòd autem sit implementum legis, dilectio proximi, probat: quia quæcunque lex mandat, ut: Non adulterabis, Non occides etc. in hoc uerbo instaurantur, idest, tanquam ad summam reducuntur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed quæritur, Quomobrem ait Apostolus: Et si quod est aliud mandatum: quasi nesciuerit, nunquid esset aliud. Et cur omittit de parètibus honoratione, quod erat primum secundæ tabulæ mandatum? Et cur non ordinatè enumerat, quæ enumerat, ponens primo: Nō adulterabis, et deinde: Non occides?

Et cur de prima tabula uerbum nullum? An (quæso) primæ tabulæ resoluuntur in dilectionem proximi, ac non magis in dilectionem Dei? Porro, cur tanquam uno præcepto concludit, quæ uidentur duo esse, uidelicet, Non concupisces rem, et: Non concupisces mulierem. Apostolus uerò ait: Non concupisces?

Respondeo ad singula: & ad primum. Cum B. Paulus non hinc uellet adamussim docere legis præcepta, sed obiter tanquam aliud agenti occurreret de his loqui, non curauit uel numerum ponere, uel ordinè. Et ostendit se quasi nescire, quod non erat opus docere: nos hinc suo exemplo docens, non esse omnia omni loco & tempore ad amussim exponenda, quæ obiter discreti occurrunt: sed ex his tantum accipiendum, quantum ad rem propositam satis sit. Et hoc contra illos qui in infinitum quæstiones quæstionibus annectere non cessant: & uolunt singula minutatim expendere, ut lectorem confundant, quæ per multas digressiones uerè confundunt, & à re principaliter proposita auertunt.

De parentum honoratione iam dixerat: Cui honorem, honorem. Quòd uerò cætera mandata recapitulari dixit in illud de dilectione proximi, ita accipiendū est, ut sentiat de mandatis non primæ, sed secundæ tabulæ. Vel etiam primæ tabulæ mandata quodam modo rediguntur ad dilectionem proximi, ut declarat B. Catherina Senen.

Denique concupiscentiæ peccatum rectè distinguitur in duo præcepta, propter diuersa obiecta quæ concupiscuntur, & faciunt diuersas species concupiscentiæ. Nam altera carnis est concupiscentia, altera oculorum.

Denique concludit Apostolus, dilectionem proximi, seu proximo, iuxta græcam literam, malum non operari. Et quòd plenitudo legis est dilectio, sicut declaratum est. Cui autem dubiū, quòd qui diligit proximum, nō operatur malum: quia quodcunque malum excogitari potest, aut contra proximum est, aut in seipsum. Qui autem diligit proximum sicut seipsum ut oportet, diligit Deum super seipsum, & super proximum, & omnia illi ordinata sunt, ut non ualeat operari malum, intelligendo sub opere malo et contineri non operari quod bonum est. Non enim potest diligere proximum, qui seipsum non diligit. Nec seipsum potest diligere, qui Deum non diligit. Hoc enim

B. Catherina Senen. in dialogo suo.

Quo plenitudo legis sit dilectio.

ipso quòd Deum non diligit, uerissimè seipsum odit, quem tenetur post Deum diligere, & in Deo. Vide ergo quomodo plenitudo legis est dilectio.

Hic annotandum, perspicuè intentionem Apostoli esse, hoc mandatum: Non concupisces, impleri posse, quanquam secus aliquando doceat B. Augustinus, locum istum aliter quam oportet, intelligens. De quo tamè alibi latius. Si enim hoc præceptum non possit impleri, quomodo uerificatur quod superius dixit, CHRISTVM uenisse, ut iustificatio legis impleretur in nobis?

Et hoc scientes tempus. Oportet hinc suppleri, ut sic intelligas. Et hoc, uidelicet quod dixi: Neminiquicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis, debetis exequi & implere, non solum propter ea quæ dicta sunt, quæ uera sunt: sed etiam scientes tempus (καιρος græcè legitur) id est, temporis opportunitatem & occasionem. Non enim omnia omni tempore æquè conueniunt. Tempus dormiendi noctè: tempus uigilandi, cum dies apparet. Vnde bene subditur.

Quia hora est iam nos de somno surgere. Hoc ergo scientes, idest, scire debentes ab ipsa nimirum lucis apparitione. Pro huius autem loci intelligentia sciendum est, somnum metaphoricè sæpe in scripturis intelligi, nec uno tantum modo. Nam qui mortui sunt, dormire dicuntur, ut mors somni nomine intelligatur, sicut dixit Dominus: Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut à somno excitem eum. Mors enim hominum cum eiusmodi non sit, quæ rotius hominis destruat cõpositum, propter animam quæ immortalis est, et propter spem resurrectionis corporis: & quia sic dormientes operari ultra non ualent ad meritum, rectè somno comparatur secundum fidem, quia ueniet qui ab hoc somno excitabit. Hic est qui & Lazarum excitauit, quinimò & semetipsum, qui & de se dixerat: Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi, quoniam Dominus suscepit me. Et in hunc modum somnus accipitur in ueteri scriptura, ut cum dicitur: Cum dederit dilectis suis somnum.

Alio modo capitur somnus, & intelligitur respectu operarum, quæ à nobis in hac uita exiguntur ab ipso Domino, ut idem sit dormire, quòd non operari. Et contra, uigilare, idem est quòd operari. In quo sensu nobis dicitur. Vigilate: quia nescitis diem neque horam. Hoc enim uerbo iubet ut operemur, sicut & alibi exprimit: Operamini dum dies est. Veniet nox quando ne mo poterit operari. Ergo dormire dicuntur, qui non operantur præcepta Dei. Et siquidem hoc noctu agunt, minus malum est, propterea quòd excusari possunt à defectu lucis. Sic enim fuisse in nocte dicuntur, qui præcesserunt aduentum CHRISTI ueri Solis, qui & de se ait. Ego sum lux mundi. Et in Sapientia. cap. 6. loquuntur tales. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Ergo cum iam CHRISTVS aduenit, non est hora noctis, sed diei & lucis, si cum elapso iam tempore confertur. Olim erant figurarum & umbrarum plena omnia: quibus obiecta ueritas, in his non elucebat

Præceptum illud: Non concupisces, impleri posse.

Dormire quid sit in scripturis.

Psal. 126.

Matth. 23.

Ioh. 9.

Ibid. c. 9.



At postquam CHRISTVS nobis ortus est, iam in resurrectione sua diluculum tempus uenit, ut surgamus à somno pigritiæ & nequitiae, & induamus uestes uerarum uirtutum honestas et nuptiales. Lucis enim splendor, qui per euangelium corda nostra illustrauit, uetat ne dormiamus ultra in operibus tenebrarum, sed epulemur manducantes sanctè cibum, qui roborat ad perfectam operationem. Manducantes inquam dignè, ne infirmi efficiamur & imbecilles, ac dormiamus, sicut faciunt multi, teste Aplo. Bene ergo sequitur.

*De tempore gratiae aliam uitam et alios mores postulante.*

Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credimus etc. Nox processit etc. Licet quidam legant; intelliguntia sciendū est, tria tempora esse distinguenda. Primum quod ante CHRISTVM processit. Secundum post CHRISTI aduentū presentis sæculi. Tertium est futuri sæculi. Primum ergo tempus dicitur noctis: quia non clarebat tunc Sol ueritatis et iustitiæ. Secundum uerò duos habet respectus, alterum ad tempus quod processit, alterum ad id quod sequetur in futuro sæculo. Si igitur conferatur cum priore tempore, respectu illius dicitur dies: & ita hic accipit Apostolus. Si uerò conferamus cum futuro sæculo, potest adhuc dici nox: quia lux ista gratiæ, quæ nobis interim effulget, est instar tenebrarum respectu futuræ lucis in gloria, & illius luminis gratiosi & gloriosi. Vnde Dominus hoc tempus per uigilias noctis distinguit. Et pastores dicuntur custodire uigilias noctis. Et B. Petrus sermo nem propheticum quasi lucernæ assimilat lucernam in caliginoso loco, hoc tempus huius noctis adhuc indicans. Quare & hoc tempus rectè diluculo comparatur, quasi de nocte aliquid, & de die similiter participas. Videmus. n. nunc per fidem, & non per spem, sed per speculum in enygmate aliquo. Vnde Iob ait: Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Et Oseas: Quasi diluculum præparatus est egressus eius: idè rectè ait Aplos.

Luc. 2.  
1. Pet. 1.

1. Cor. 13.

Iob. 7.  
Oseas. 6.

Nunc, idest, quando apparuit gratia Dei in Filio suo, propior est nostra salus, quam cum credimus. Cœpit enim aliquo modo Iudæis appropinquari salus, cum cœperunt credere Messiae uenturo, & gloriabantur dicentes. Nulla est tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. At nondum erat tempus ueræ & perfectæ appropinquationis per fidem, & uberiorem gratiam, sed quando clamare cœpit magnus Præcursor: Appropinquauit regnum Dei. Et ipse etiam CHRISTVS, et Apostoli ipsi idè prædicarunt: & sic expansum est illustrissimum in toto orbe euangelium. Tunc nox processit, idest, euauit: tunc dies appropinquauit, quia (ut diximus) in diluculo erat. Non igitur uera nox, sed nec adhuc perfectus dies: sed expectatur post hoc sæculum. Est nihilotenus tempus surgendi à somno & operandi appositū & commodum. Vnde congruè sequitur.

Matth. 3.

Abijciamus ergo opera tenebrarum. Opera tenebrarum sunt opera ignorantiae, & peccati. Nam tenebræ dicuntur ignorantia, & peccatum. Opera

tenebrarum sunt etiam opera malorum dæmoniorum, & peruerforum hominum, qui & ipsi uocantur tenebræ. Sicut dixit Dominus. Hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Luc. 22.

Et induamini arma lucis. Arma lucis sunt fides, spes, charitas, uigilantia, perseuerantia, & huiusmodi. In his. n. honestè ambulamus, sicut in die, idest, decenter, quemadmodum exigit ipsum diei & lucis tempus. Multa enim fiunt nocte licitè, quæ facillè condonantur propter temporis conditionem. Induetur homo nocte uestibus uilibus, fortassis & laceris, quibus illum puderet uti illuciente die. Et ob eam causam cum dies succedit, sumit elegantiores, nitidiores, & pretiosiores. Sic enim seruat honor, & personæ decorū. Talis erit homo nouus in CHRISTO, scilicet, indutus uestibus nuptiarum, idest, clarioribus uirtutibus fide, spe, & iustitia perfecta: quia dies est. Et his uestibus honestè ambulabit: quoniam honorabilis est sponsus, & amat sponsam, in qua iam non sit macula neque ruga. Habet. n. ille diuinus Sponsus elegantes secum formarum spectatores, nimirum Angelos, qui nesciunt noctem, & nocturnas abominantur inhonestates. Alibi etiam Apostolus dicit eleganter in hunc sensum. Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrj sunt, nocte ebrj sunt. Perinde ac si dixisset, eos qui decenter & honestè dormiunt, nocte solitos esse dormire. Nox enim ad quietem & laboris remissionem ordinata est. Et similiter qui sunt, ebrj honesta ebrietate, sunt nocte ebrj, non die. Nos autem qui diei sumus, sobrii sumus, induti loriceam fidei, & galeam salutis. Hæc enim sunt arma lucis: unde profectur declarans opera tenebrarum.

1. Thess. 5.

Non in comestationibus. Græcè νόμας, idest, superfluis conuiujs. Comos enim Deus erat temulentus. Et ebrietatibus. Hæc sunt opera noctis, quæ & in noctem peccatorum inducunt, uidelicet, excessus in comestione & potu, cui rei multum seruiunt assidue epulantes & ebrj, quos hic notat Apostolus. Et quia hinc sequuntur cæteræ libidines, bene sequitur. Non in cubilibus et impudicijs. Et quia opera tenebræ et carnis sunt etiã ad contentiones, & emulationes, & ipsi in huiusmodi tunc passim peccabant, rectè & opportunè addit. Non in contentione, & emulatione, ut hinc accipiat occasionem sequentis exhortationis.

Sed induimini dominum IESVM CHRISTVM.

Hic opponit omnibus tenebrarum operibus indumentum domini IESV. Qui enim induit illud, omnia quæ sunt ueteris hominis exuit, & quæ sunt noui induit. Hæc indumenta sunt heroicæ summæ uirtutes, lucidæ & conspicuæ, tum quia Dominum ipsum respiciunt oculo alto ac sublimi: tum etiam quia & ipsum proximū. Qui enim CHRISTVM induunt, lucem induunt, & lux fiunt alijs ad rectum iter mandatorum Dei.

Et quia posset quis dicere. Ita ne debemus prorsus spernere corpus nostrum, nec illud tueri? Aut negligere pariter propagationem debemus: quia dicit non in cubilibus. Absit. Sed audi quid adiungit. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs, siue concupiscentijs,

concupiscentijs, idest, nolite tueri ac curare carnem, ita ut erumpat illa contumax in concupiscentias improbas. Ac si dixerit, hætenus curandum esse, quatenus sobrietas patitur, & cuiusque status conditio, ut scilicet seruiat caro spiritui, spiritus autem Deo.

Cap. XIII.



Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationū. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem: Potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Domino sapit: & qui manducat, Domino manducat. Gratias enim agit Deo. Et qui non manducat: Domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo. n. nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, Domino uiuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim CHRISTVS mortuus est, & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal CHRISTI: scriptū est enim. Viuo ego dicit Dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

Infirmum autem in fide etc. B. Paulus hoc in loco ad eorum contentiones descendit, quæ ab improbis & pestiferis procedebant emulationibus, dum non rectè conueniret Iudæi & Gentiles, sed alteri in alteros inflarentur aut spernendo immisericorditer, aut iudicando insipienter, superbe autem ex utraque parte. Erant enim Gentiles qui credebant, idest, ex fide reputabant (Ideo est uox græca πιστεύει, idest, credit) manducare omnia, idest, credit non esse in fide CHRISTI ullam ciborum discretionem, ut alius esset immundus, alius uerò mundus. Et uerè nulla est discretio: quia omnis creatura Dei munda. Nam munditia & immunditia à duobus esse potest, aut natura, aut prohibitione. Non quidem natura, cum omnis creatura Dei bona sit. Non ulterius prohibitione: quia iam lex in huiusmodi quæ erant elementa & umbræ futurorum, cessauerat, & locum dederat CHRISTO, qui potest manducare omnia, quod lex non poterat. Sed non omnes habebant hanc scientiam. Ideo & tunc erant

infirmi in fide qui metuebant, ubi omnis timoris cessauerat ratio: & uolebant semper manere in legis lacte & elementis. Quare à multis ciborum generibus abstinebant, eos discernentes iuxta legis præscripta. Et non manducabant olera, unde spernabantur à Gentibus tanquam insipientes, & qui nescirent fidei ueritatem. Illi uerò contra iudicabant Gentes quasi legis temeratores, idque imperitè, cum lex suum uigorem iam amisisset. Quamobrem Apostolus occurrens huiusmodi disceptationibus, Primò fatagit, ut succurrat infirmo in fide, ne contemnatur: quia Dominus non contemnebat illum, idè ait.

Infirmum autem in fide assumite, aut suscipite, ut legit B. Augustinus, siue sustentate misericorditer. Tales debemus esse in illos, qui infirmi sunt in fide. Non enim extra fidem sunt, qui licet ueritates fidei non omnes habeant, tamen quæ sunt manifestè determinata recipiunt. Firmitas autem fidei intelligitur secundum intentionem in corde, qua suscipiuntur credenda. Talis fuit fides Abraham, qui contra spem in spem credidit plenissimè persuasus de omnipotenti Dei. Vnde qui est infirmus in fide secundum intentionem, etiam plerumque credenda sunt secundum ueritatem. Nam fides parum intensa intus (quia caret luce monstrante limpidè ueritatem) non facillè ac benignè admittit omnia quæ proponuntur, sed oportet captiuare intellectum: cuius rei non indigent qui fide pollēt, & iam firmi sunt. Nam non penè uident quæ credunt, & facillimi sunt ad credendum omnia: quia in eis est dilectio Dei, quæ abijcit affectus inordinatos, unde & clarius lumen habent interius. Propterea & de charitate dicitur, quod credit omnia.

Pro pace ecclesie tolerandos esse infirmos.

1. Cor. 13.

At Iudæi illi sui ipsorum & suæ gentis amantes, aspergebantur tenebris huius affectus, & infirmi erant adhuc in fide, non tamen omninò reprobj, sed tolerati ad tempus in sua infirmitate, assumendi à Deo. Itaque suscipiendi erant ad tempus, & non spernendi, quoad usque securis ad radicem poneretur, idest, donec perfecta fieret determinatio ab Apostolis, & per illam abscissio illorum foliorum legis, quæ sine fructu erant & succo ueritatis. Et idè phibet ne illi ueniant in diiudicationes disceptationum. Quilibet enim diiudicabat ueritatem esse in parte sua: unde contentiones oriebantur, quæ Christianos minime, et potissimum initio nascentis ecclesiæ, decebant. Quamobrem admonet Apostolus, ut Gentilis manducans non spernat Iudæum non manducantem. Et non manducans Iudæus Gentilem manducantem non iudicet: quia Deus assumpsit illū ut filium per euangelium in CHRISTO. Assumpsit autem inserendo in oliuam bonam, & in radicem non legis, sed patriarcharum & Abrahamæ fidelis, in quo uelut in typo fides incœpit. Fide enim ab initio iustificatus est, & non ex operibus legis. Vnde & in gratiam christianæ tranquillitatis et concordie, quæ inde perturbabatur, excandescens, rectè corripit temeritatem iudicantis, & ait.

L iij Tu quis

Reprehenditur iudiciū Iudaeorum in Gentes.

Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Ut ostendat non solum peccatum falsi, sed etiam illegitimi iudicij, utpote ab eo, ad quem iudicare non attineat. Ideo dicit: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, cum non sis pastor, aut dominus eius: ac propterea non tibi stet aut cadat, sed domino suo? Græcè legitur proprio Domino. Hic est CHRISTVS Creator noster ac Redemptor, cui stamus, & cadimus. Potest autem, imò & præcepto euāgelico obligatur, frater fratrem admonere & corripere, sed fraternè & modis debitis, & non ut superior etiam iudicare. Sed ne uideatur Apostolus concedere in ea libertate manducandi esse peccatum, addit.

Stabit autem: Potens est enim Deus statuere illum, siue stabilire. Nota ut à potentia concludit effectum. Et benè consequitur penes Deum tñ, ut quod potest facere, etiam faciat, quoad beneficentiam & misericordiam pertinet, quando ex parte nostra non ponitur obex, aut res non sit per se indecēs. Sic & superius argumētatus est de Iudæis, quòd si non permanserint in incredulitate, & ipsi inferentur. Id autem quam obrem? quia, inquit, potens est Deus inferere illos.

A legis ueteris obligatiōe abfoluuntur Christiani, non à luctu euangelico.

Annotandum est autem hoc in loco, ea quæ dicit Apostolus hīc & alibi de cibis, malè seruire hæreticorum uentri & ingluuiei, qui abstinentiā & omnem ciborum delectum prætextu carnalis suæ libertatis improbant. Non enim Apostolus quæ à Christiano luctu soluit, sub quo ieiunia continentur: sed solummodo ab obseruatiā ueteris legis, & ne dicatur ullus cibus immundus. Nam per CHRISTVM cuncta sunt munda, si modò qui manducat fuerit mundus. Verùm alia quæstio est de abstinentiā & luctu, quem qui non probant, statum ueri Christiani improbant, & crucis CHRISTI nolunt esse participes. Et qua tandem fronte sperabunt se posse æternæ consolationis esse participes? Ipsemet. n. Dominus dixit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Nam alius iudicat diem inter diem etc. Apostolus prosequitur eandem exhortationem, adiungens alium casum, quòd quidem iudicabant diem ad diem, Et quidam iudicabant oēm diem. Est enim propositio casus qui accidebat, & non redditio rationis superioris dicti. Vnde græcè non legitur. Nam alius, ut uideatur connecti superiori dicto, tanquam redditio rationis, sed legitur. Alius quidem iudicat etc. Iudicare diē ad diem, erat censere aliquem diem aliq̄ diei præferendum suapte natura. v.g. Iudicabant sabbatum, et alias legum solennitates, & neomenias, & quæ legis erāt onera, etiam liberate CHRISTI iam exorta, perpetuò seruanda esse & portanda, ac si serui perpetuò futuri essent, & nunq̄ liberandi per CHRISTVM. Hæc tamen eorum fides similiter & error, ad tempus fuerunt illis permilla, ut non præcipitarentur qui erant infirmi in fide. De qua tamē re conqueritur Apostolus ad Galatas. Dies (inquit) obseruatis, & mensis, & tempora, & annos, uidelicet, in lege præscriptos. Sed hoc dicebat gentibus: quoniam etsi ad tempus tolerati

Quid est diem inter diem iudicare.

Gal. 4.

sunt Iudæi, qui hæc seruari debere putabant, excusante illos consuetudine ac lege: Ipsæ tamen Gentes non erant tolerandæ in eo, à quo paulò post erant ablaçtandi Iudæi, sed nondum tempus maturum aduenerat fratuendi, & decidendi hanc ueritatem, ne multi eorum adhuc infirmi in fide inciderent in scandalum, & perderentur.

Vnusquisq̄ in suo sensu abundet. Hanc B. Pauli admonitionem ad sedanda utriusq̄ partis dissidia, quidam ineptè intelligentes, crediderunt factam unicuiq̄ ab illo circa hoc liberam potestatem statuendi quod magis placeret, & sic in sua deliberatione permanēdi: imò ut abundaret qlibet in suo sensu, idest, abundantiùs hēretet. Et hoc intelligendum esse in ijs quæ ad fidem non spectant, docuerunt. Sed hoc longè abest ab apostolico spiritu, ut talia scilicet moneat quæ duritiam pariunt, & sunt ad confirmationem falsitatis, & contentionum præbent fomēta: cum econtrariò præcipiatur. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et præterea, ista quæstio in re proposita, erat de pertinentibus ad ueritatem euāgelij, & sic ad fidem perse: licet nondum exigeretur à Iudæis ut res fidei propter infirmitatem eorum.

PROV. 3.

Igitur alia est expositio, nimirum debere unūquenq̄ in suo sensu abundare in gloriam Dei, uidelicet, ut quod credit, ad Dei gloriam illud ordinet. Mihi aliquando, antequàm græca consuluissem, non displicuit hic sensus, ut uideatur Apostolus ita admonuisse, non quidem ut quisq̄ retineret sensum suum, sed ut manens in suo sensu abundaret, uidelicet, charitate in proximum ad ædificationem, non ad destructionē, ne per contentionem uinculum charitatis solueretur. Et hoc est abundare apud B. Paulū, ut ubi ait. Quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis.

Quid sit in proprio sensu abundare.

1. Cor. 14.

Hic quidem sensus in se est utilis in morum disciplina. Sed aliud profectò hoc in loco sensit B. Paulus: quia nullum hīc uerbum legitur quo significetur abundare, sed positum est πληροφεισθω, hoc est, satisfaciat, aut confidat, seu plenissimè persuasus sit. Nam & interpres supra, cum de Abrahæ firma fide loqueretur Apostolus, uerbum πληροφεισθω uertit, plenissimè sciens.

Hic ergo uerissimus est huius loci sensus, quòd quilibet qui in sensu suo manet, ita debet manere, ut reuera sit persuasus, & satisfaciat saltem sibi ipsi, hoc est, ut uideat ne zelo nimio, & contentionis studio uelit custodire positionem ad uictoriam: & ne coram alijs ferat confusionem ignorantie, ea pertinaciter defendat, in quibus tamen sibi ipsi non satisfacit. Nam ut quidam rectè ait. Lewis est ei consolatio, qui in semetipso conscientia teste cōfusus est, licet ab alijs ignoretur. Nam & scietur aliquando cum maiore confusione, & forsalsis iam scietur à plerisq̄. Oportet ergo ut qui uult custodire sententiam suam in suo sensu, uerè sic se habeat intus in conscientia, ut sit certus se simpliciter ambulare. Cui si aliquando pauerit ueritas, sit paratus decedere de sententia, & oblatam amplecti ueritatem. Et in hoc interim satisfaciat

Quid obseruā dū sit in disceptationibus circa theologicas quæstiones

fatisfaciat sibi ipsi, idest, conscientie suæ, certò sciēs id quod tenet, apparere sibi uerū, etsi forte sit falsum. Id enim interdum siue per humanā ignorantiam ac tenebras, siue propter rei difficultatē & obscuritatē non licet discernere. Qui igitur sic errat nō affectatē nec pertinaciter, solummodo falsus colore ueritatis (quia hoc humanę conditionis est) dignus est uenia. Quis enim tanta unquam felicitate præditus nominari potuit, seu etiam potest, qui in nullum sit lapsus errorem? Autores sacræ scripturæ semper excipio. Id ergo uigilanter quisq̄ attendat, ne adsit malitia, aut studium contentionis, & cupido gloriolæ: & se huius animi esse certitudinem habeat.

Et hic est elegans & pulcherrimus Apostoli hoc in loco sensus, quem utinam amplectamur omnes. Non equidem essent tot opinionum turbæ, non tot contentiones, quæ christianam charitatem, si forte non scindunt, certè non parum diminuunt. An non quod Patrum nostrorum multis lachrimis ac sudoribus ædificatum est, huius inobseruantia præcepti labascit, & in interitum tendit? Utinam hoc uerū non esset plus satis. Nam quanta sunt dissidia nata in ecclesia ob istū zelum? Et quot sectę propter uarios à singulis ordinibus selectos doctores? Inde Thomistæ, & Scotistæ præcipui uigent, qui aluerunt acres inter se cōtrouersias, dum plus ualeat Doctoris apud unūquenq̄, quàm ueritatis autoritas, & ecclesiæ sanctæ perseuerans diuturnus usus. Nā de immaculata conceptione immaculata VIRGINIS Mariæ Dei, & alijs huiusmodi, quot ex orta sunt scandala in ecclesia Dei? Et utinam finis aliquando. Ergo ut per omnia confirmetur hæc exhortatio, ne sensuum diuersitas dissidium pariat charitatis, addit suasionem ex dictis, & ait.

Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat. In græcis legitur etiam illud. Qui non sapit, Domino non sapit. Et commodè quidem. Similiter: Qui māducat, Domino manducat. Et sic econtrario: Qui non manducat, Domino non māducat. Nam quisq̄ gratias agit Deo. Diximus diē ad diem iudicare, non esse aliud, quàm diem super aliam diem esse obseruabilem sua nobilitate ac dignitate. Idem est etiam sapere diem, idest, probare & præferre. Et māducare, nihil aliud est, quàm putare liberè posse sumi quemcūq̄ cibum, etiam à lege antiqua uetitum. Sensus ergo est.

Qui sapit diem, idest, probat obseruatiā dierū, Domino sapit, hoc est, propter Dominum obseruat, tanq̄ seruiens Domino, putans in hoc se obsequium præstare Deo. Et similiter qui nō sapit diē Domino non sapit, cōfidens quòd Deus nolit huiusmodi distinctiones. Et similiter accidit in māducantibus: quia Domino, idest, propter Dominum quilibet id agebat, cū gratias ageret. Et hoc Apostolus ponit esse uniuersaliter apud illos, qđ ex debito debere esse prædixerat, & quod inuicem quisq̄ debebat esse persuasus de altero. Quo stante, meritò cessare deberent contentiones: quia unusquisq̄ in unum tēdebat, idest, in laudem Dei, & parum interesset (donec fert Deus) an quis ob-

sequatur illi uno modo, an uerò alio, si tamen putat certo modo seruiens, gratiorem se illi fore. Omnia tamen absq̄ proximi offendiculo agat.

Nemo enim nostrū sibi uiuit, & nemo sibi moritur etc. Quia nullus est iam suę potestatis suiq̄ iuris post quàm redēptus est à CHRISTO, ut testatur etiā alibi Apostolus: Empti enim estis pretio magno, & non estis uestri &c. Vnde non sibi debet uiuere, nec sibi mori, idest, suo arbitrio in commodū suum, & in gloriam suam. Loquitur enim de corporis uita & morte: quia Dominus, uitæ nostræ & mortis nostræ est Dominus. Illius enim sumus siue uiuentes, siue morientes. Nam in hoc CHRISTVS resurrexit, ut dominetur uiuis & mortuis. Non est factus ille Dominus solummodo uiuentium, sed mortuorum: quia regnum eius æternum est, & super omnes.

Sed quomodo dicetur Dominus mortuorū & uiuorum, cum CHRISTVS ipsemet in euāgelio dixerit: Deus non est Deus mortuorum, sed uiuentium? Respondetur, quòd Dominus Deus benedictus non potest esse Deus mortuorū, idest, eorum qui perfecta morte essent mortui, idest, secundum animam & secundum corpus, ut putabāt hæretici. Nam mortui uox in scripturis est ualde equiuoca, iuxta uariam hominum acceptionem. Vnde dicit Dominus. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Non obsto etiam, si quis mortuos eos intelligat, qui cum CHRISTO per baptismū mortui sunt: quia iam illi non uiuunt, sed uiuit in eis CHRISTVS. Alij autem dicuntur uiuere, qui adhuc sunt in suæ carnis potestate, qui similiter & CHRISTO uiuunt, qui & uiuis & mortuis dominatur. Etenim uiuentes & morietes acquisiuit: ita ut & qui uiuunt, Domino uiuant ad eius gloriam, sed alio modo quàm illi mortui, qui crucifixi xerunt carnem suam cum uitij & concupiscentijs suis, ut ait ad Gal.

LUC. 20.

Mortui uox equiuoca in scripturis.

Cum uerò notum esset, quosdam eorum non ambulare secundum hanc doctrinæ formam, sed ex Iudæis erant, qui iudicabant arroganter & imperitè gentiles: & ex gentibus qui spernebant imē misericorditer Iudæos infirmos, idē aduersus omnes addit. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus etc. Et pro hoc affert scripturam dicentem. Viuo ego dicit Dominus etc. Verba autem scripturæ pulchra sunt admodum, & Apostolicam de CHRISTO doctrinam confirmantia, apud Isaiam. In memetipso iurauī. Egredietur de ore meo iustitiæ uerbum, & non reuertetur: quoniam mihi incuruabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Apostolus dixit: Viuo ego dicit Dominus. Et in Isaiā: In memetipso iurauī. Expressit. n. Apostolus iuraturandi modum, quo Deus utitur in scripturis. Item quod Isaias dixit: Et iurabit omnis lingua per nomē meum. Apostolus dixit: Confitetur Deo, nimirum ipsi CHRISTO. Quia iuramentū est species confessionis diuinæ, & sub religione comprehenditur. Cur igitur omninò prohibent isti hæretici iuramentum, cum in prophetia sit, qđ per illud confitemur ipsi Deo? Licet enim ipse Pa-

Isa. 45.

ter loquatur dicens. Egredietur de ore meo Verbum iustitiæ, idest, CHRISTVS iustitia nostra, & non reuertetur, idest, non cessim ac retrorsum redibit absq̄ fructu: quoniam mihi incuruabitur omne genu. Id enim erit ante tribunal CHRISTI: quia qui curuabunt se ante CHRISTVM, etiam ante Patrem se curuabunt. Quandoquidem tunc clarificabitur à Patre in cœlis, sicut ipse clarificauit Patrem in terris. Et unusquisq̄, uidelicet eorum qui priuati sunt, nec gerunt personam intendentis uel speculatoris, ut sunt prælati & magistri, reddet ante tantum tribunal de se rationem. Prælati autem & de se & de alijs, qui illorum regimini subijciuntur. Quod si diligenter perpendent hodie multi, non tanta facilitate (ne dicam simonia & ambitione, per fas & nefas) ad ecclesiastica sacerdotia irruerent, nulla ratione habitata, etia, eruditionis, probitatis uitæ atq̄ integritatis, quæ tamen summa in ijs qui præsunt, pro dignitate gradus necessariò exiguntur. Itaq̄ compescit unumquensq̄ Apostolus, ne propter conseruum & confratrem nimiam curam suscipiat, & supra quam deceat. At quantum, obsecro, hac in parte peccatur, cum reperiantur non pauci qui solite curant aliena, & quæ ad se minime pertinent: propria uerò miserè negligunt. Porrigit ergo huic malo remedium Apostolus, & subiugit.

Non ergo amplius inuicè iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri uel scandalum. Scio, & confido in domino IESV, quia nihil cōmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibū fratrem tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo CHRISTVS mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia, et pax, & gaudiū in Spiritu sancto. Qui, in hoc seruit CHRISTO, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaq̄ quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculū māducat. Bonum est non māducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scādalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes penes te metipsum, habe coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem disternit, si manducauerit damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

Non ergo amplius etc. Concludit ex dictis B. Paulus, non debere illos ulterius mutuis iudicijs rixari, quoniam hoc esset iudicare de secretis cordis: Sed ut illud potius iudicet, hoc est, rectum cēlentes probent, seu constituant, non esse ponē-

dum fratri offendiculum, aut scandalum. Offendiculum est, quo aliquis in uia detinetur, ne ultra progredi ualeat. Et scandalum, quo offendentes sæpe cadunt. Qui enim spernit, ponit offendiculū: quoniam qui spernitur, tristitia afficitur: unde sæpe retrahitur à seruitio Dei, ac per hoc sæpe corruit: ita ut offendiculum uertatur ei in scādalū.

Verum ne taceret quod erat secundum ueritatem: quò aliqui ex illius testimonio errorem recognoscerent, & ita non paterentur offendiculū, aut scandalum, dixit.

Scio & confido in Domino IESV, idest, persuasus sum, ita ut fidenter ualeam dicere in Domino IESV: quia in eo certior factus sum. Aut, quia hæc fuit uirtus IESV, uidelicet, mundificādi omnia. Certus inq̄ sum, quòd nihil cōmune est per ipsum, melius, per se, idest, suapte natura nihil est immūdum. Id enim est hic commune quod immūdū, prophānum, non sanctum. Quoniam omnis creatura Dei bona est, & nihil reñciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. In latinis legitur. Nihil commune per ipsum, uidelicet, IESVM, qui mūdauit omnia. Sed priori sensui magis congruit quod sequitur.

Nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Ac si dixerit, Per se quidem & suapte natura nihil est commune, sed existimatione fit commune: quia error conscientie facit legem erranti. Quod enim putat quis esse contra Deū, & facit, peccat: quia quod ex se est, paratum se ostendit facere contra Deum, quo animo iniquus constituitur. Addit etiam, ut suadeat nō esse in huiusmodi infirmitate spernendum fratrem: quoniam non is ambulat secundū charitatem, qui fratrem tristitia afficit: quia firmum membrum infirmo membro tristitiam inferre non solet, sed blādē palpat & fouet. Adiecit potentissimam atque efficacissimam persuasionem, inquiens.

Noli cibo tuo perdere illum, pro quo CHRISTVS mortuus est. Ac si dixerit: Non facis aliquid magnum, si per modicam abstinentiam cuiuspiam cibi curas obsequi fratri tuo, cum tanti fuerit ille apud CHRISTVM, ut nō dubitauerit ipse pro eo mortem oppetere. Perdebatur autem Iudæus infirmus, si Gētilis coram Iudæo usus esset sua libertate comedendi sine discretione. Primò quia ob hanc iniuriam separabat se Iudæus à communiōne fidelium, & blasphemabat CHRISTVM cū sua ecclesia, & ita peribat. Tum uerò quia ex ipsa contentione nascebatur apud eos, qui foris erant, occasio deridendi ecclesiam, in qua essent huiusmodi dissidia, & ita blasphemandi christianam doctrinam, ac legem: ideo adiecit.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum, præcipiens ne detur occasio ijs qui foris sunt, blasphemandi bonum nostrum, idest, bonum ecclesiæ communi, quod est CRISTVS, & per illum ineffabilia Spiritus sancti dona. Vel bonum nostrum, idest, euangelicam doctrinam, quæ per contentiones Christianorum, dum alius quidem unum, alius itē aliud sentit & prædicat, uituperatur nō absq̄ blasphemā, cum sit doctrina Dei. Et ideo magnū est

Contra gentes  
quæ spernunt  
infirmos uel  
deos.

Error cōsuetudinis  
peccatum  
parit.

est prælatorum peccatum, qui suo pessimo exemplo dant occasionem hereticis & schismaticis cōtemnendi, & blasphemandi ecclesiam Dei. Et ne quis diceret quòd in abstinendo, uel non abstinendo consisteret salus & regnum Dei, responderet.

1. Cor. 8. Non est enim regnum Dei esca & potus. Et hoc est quod aliās alijs uerbis declarauit, dicens. Esca autem non commendat nos Deo. Neq̄ enim si non māducauerimus, uidelicet, amitemus gratiā Dei. Neq̄ si manducauerimus, abūdabimus. Voluit ostēdere quòd non in ijs de cōsistit regnū Dei, quæ sunt adminicula uel ad bonum, uel ad malum ob circumstantias, & finem ipsum: & ideo nisi sint præcepta ab ecclesia, manent inter indifferētia. Sunt enim hæc iudicanda secundum charitatem, quæ edificat: & item secundum ea quæ inde sequuntur, ut sic censeantur uel bona, uel mala. Nam hoc est regnum Dei, uidelicet,

Gal. 5. iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Per iustitiam intellige legem charitatis. Hæc est enim perfecta iustitia, ut rectè ait B. Augustinus: Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo &c. Alibi Apostolus dixit, quòd fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax &c. Hic ergo dicit iustitiam pro charitate. Neq̄ potest esse sine gaudio charitas: quia spem secum habet possidendi dilectum, quem hic uidet oculo fidei, unde pax in corde gignitur. Sic enim gauisus fuit discipuli uiso Domino. Audierunt enim: Pax uobis. Diffusa est (ut diximus) diligenti Deum ipsa charitas per Spiritum sanctum inhabitātem in nobis. Porrò magna est differentia inter gaudium & gaudiū, & inter pacē & pacē. Est gaudiū & pax ex mundo, & est ex Deo, & Spiritu sancto. Ac tātò hæc pax et gaudiū perfectius, quanto præstat carni Spiritus, & terrenis supereminet cœlestia. Apostolus ergo ut idem suadeat, in esca & potu non consistere regnum Dei: quia ijs utimur ad charitatē Deo ostendendam tanquā instrumentis, adiecit com modissimè.

Qui enim in hoc seruit CHRISTO. In ijs, inquit, quæ pertinent ad proximi ædificationem, uel cōfirmationem, obsequendo illi. Et dicitur seruire CHRISTO: quia ecclesia tota CHRISTVS est. Et ob eam causam græcè præponitur articulus, CHRISTO. Cum ergo seruiens & ministrans CHRISTO, placeat Deo, iam optimè sequitur & ex ordine, quòd faciēs in gratiam proximi (quod est infirmari cum illo obsequij gratia) placet Deo: Ipse enim Deus misericordiam uult, & nō sacrificium. Et CHRISTVS dixit: Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Et alibi: Quod uni ex minimis mei fecistis, mihi fecistis. Vnde cōcludit egregiè.

Itaq̄ quæ pacis sunt sectemur etc. Ut non destruat opus Dei, quod est ipsius ecclesiæ constructio, propter escam, idest, propter obseruationes illas, quæ circa escam sunt uel edendo, uel abstinendo. Non enim propter escam ecclesia est, sed esca propter ecclesiam. Et ne quis obijceret. An non mihi licet manducare? An non CHRISTVS mundauit omnia? Cur igitur libertas mea perire

debeat propter stomachum fratris? Respondet. Verè omnia sunt mūda. Et hac cōsideratione tibi manducare licet. Verum quia māducando hæc munda, cōtingit fratrem tuum infirmum offendi, pro quo CHRISTVS mortuus est, malū tibi redditur manducare ista, tametsi mūda: quia tu nō misereris fratri tuo infirmo. Quamobrem bonū redditur non manducare carnem, & non bibere uinum: neq̄ quid aliud in quo frater offenditur, ut sic desistat ambulare in uia Dei. Aut scandalizatur, ut sic cadat & ruat. Aut infirmatur, ut propterea tepidè prosequatur iter, qđ cepit in CHRISTO. Et ne quis ueritatem rei opponeret, quæ uidetur esse manifestanda, & errores minime esse fouendos, quod fieri hac simulatione uidebatur, mirè respondet Apostolus ijs præclarissimis uerbis, consulens mirabiliter utriq̄ parti, & ait.

Tu fidem habes, idest, Tu doctus es in re fidei, planè perspiciens tibi licitum esse comedere, Sed hanc fidem penes te metipsum habe coram Deo, ne nocas infirmo fratri. Et hoc semper est faciendum circa ea quæ tolerat ecclesia: quoniam dissimulanda sunt, & cædendum est infirmitati usq̄ ad tempus, quo res pateat. At tunc non est ultra dissimulandum, sed prædicandum liberè, & sequendū audacter quod sanxit ecclesia. Non enim omnia quæ sunt fidei semper, & ab omnibus exiguntur, sed tolerat ecclesia usq̄ ad tempus propter infirmos. Neq̄ in eiusmodi obsequijs est ullum mendaciū, aut uera simulatio, sed rectio magis & occultatio ueritatis. Quod quidē est licitum: imò et tempore & loco exigitur. Agnosce uerò sanctā sancti huius uiri astutiam, qui dum pro infirmo uidetur suadere compulsionem, eadem opera ueritatem aperiendo, hoc agit ne sit infirmus. Et simul eum qui spernit infirmum, corripit de immiseri cordia, & tenui charitatis affectu, ait.

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Aliqui exponunt, à B. Paulo beatificari illum, qui non iudicat, idest, non damnat semetipsum in re quam probat, uidelicet, esse bonam. Sed qđ ridicula, obsecro, hæc beatificatio. Quis enim eò usq̄ stultus, ut semetipsum damnet, in eo quod probet non esse damnabile? Occurrerēt multa cōtra hunc tam frigidum sensum, quæ non libet explicare. Sunt & alij sensus, quos (quia manifestè non quadrant) non censui operæpretiū esse prosequi uel recitare.

Hic enim (ni fallor) uerus, & apostolico spiritu dignus est sensus, beatum esse non iudicare semetipsum etiam in bonis. Licet enim, & bonum est iudicare quæ bona sunt, bona esse, non tamen seipsum bonum est propterea iudicare: quod fit per elationem, alijs sese præferendo propter scientiam quæ inflat, quia iudicium Dei est: ac si dixerit. Beatum est se summè gerere, & humiliter se habere, & non proprio iudicio se aduersus proximum extollere etiam in causa bona, sed misereri fratri, & relinquere iudicium Deo: quod pauci faciunt. Dicat ergo homo cum B. Paulo, si tamen potest: Nihil mihi conscius sum, Sed & hoc mox adijciat ex illo: Sed non in hoc iustificatus sum: qui

Quid sic uerè  
seipsum nō iudicare  
in ijs quæ  
probamus.

1. Cor. 4.



qui autem me iudicat, Dominus est. Vide igitur hoc in loco, iudicare seipsum significare cum auctoritate, & tanquam secernere se ab alijs proprio iudicio, quod est superbum, tametsi probet quæ verè probanda sunt, nec erret. Nam id est probare, tanq̃ experimento rem certò ac planè nosse. Sed nò in hoc quisq̃ probatus est, quòd seipsum commendat, sed si commendetur à Deo. Multa enim sunt, in quibus offendimus omnes. Vnde bonum est semper sibi timere etiam in tutis, & cõsentire sine peccato fratri suo. Et qui id agit, beatus. Et hæc dixit Apostolus homini ueritatè sciẽti, nec discernenti, uidelicet cibum à cibo. In eũ uerò qui discernere, adiungit.

*Omne quod nò est ex fide peccatũ est, quò in telligatur.*

Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatũ est. Hic locus difficilis est multis, propterea quòd nò sanè capiant, quomodo manducans cum opinione peccati, dicatur id facere non ex fide, cum fidei ueritas id permittat. Quare sunt qui hìc; fidẽ; exponant, consciẽtiã: quod uerè nouum est ac inauditum. Damnat hunc intellectum B. Augustinus in Pelagianos disputans. Et simpliciter uerum esse putat, peccatum esse quòd cunq̃ non est ex fide. Certissimum uerò est non esse ex fide, qđ facio cõtra conscientiam putans esse malum, tametsi non sit malum.

Quod ut apertius uideas, bone lector, considerare debes, quòd fides edicit quædam principia, & ex his edicit multa particularia. Principia quæ edicit fides sunt, u.g. Diliges Dominum Deũ tuũ. &: Serua mandata eius. Qui autem putat se cum peccato manducare, si manducat, iam nò facit ex hac fide: quia ostendit se non diligere, & non curare ut mandata seruet. Licet ergo respectu humani particularis, quod fuit manducare, non sit cõtra fidem, id est, cõtra legem fidei: quia lex fidei edicit esse licitum manducare: Tamen in eo quòd ipse putat prohibetũ, facit cõtra fidem in eo, qđ fides dicit esse parẽdum Deo, & conscientia inuitus dicit illi se non parere. Ergo facit contra fidẽ, seu præceptum illud; Deo esse parendũ, Licet nò contra illud de non manducando, quod iam non est ulterius, & cessauit.

Sed illud multis durum uidetur, Omne quod non est ex fide, esse peccatum. Non enim dubitauit B. Augustinus: sæpenuerò hanc Apostoli sententiam usurpare ad probandum, omnem infidelium actũ esse peccatum. Quod pleriq̃ non probant, & exponunt B. Augustini, & huius loci uerba non ad mentem auctorum, sed ad propriam uoluntatem. Hactenus hoc in loco cum B. Augustino concludo, imò cum Apostolo indistinctè: Omne qđ non est ex fide, peccatũ est. Modo hoc intelligamus in homine qui tenetur habere fidẽ, & de actibus humanis, qui à ratione proficiunt. Nam fricans barbã, aut quid aliud animale faciens, non oportet ut ex fide faciat: quoniam nec à consilio & ratione tale factum proficitur.

Illud uerò nò omittendũ propter hæreticos, qđ ex hoc loco, et alijs paucis ex Apostolo et ex euãgelio, contra abstinentiam & christianum luctum,

& delectum ciborum acieiuuniorum mouentur: et prædicant ecclesiam contra Apostoli sententias, & ipsius CHRISTI, habere delectum ciborũ, & indicere ieiunia. CHRISTVS enim dixit. Non quod intrat in os coinquinat animam, sed quod exit ex ore. &: Manducate quæ apponuntur uobis. Apostolus etiam hìc dicit. Non est regnũ Dei esca & potus, sed iustitia & pax &c. et: Nihil est immundum per se. Item: Omnia munda mũdis. & alibi: Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis diebus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, prohibentes nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit &c. Hæc enim & alia, sed ijs similia, adducuntur decipiant parũ in sacris literis instructos.

Quamobrem sciẽdum est primũ, Dominum in euangelio illo nihil prorsus contra abstinentiã esse loquutum, ac ciborum delectum: sed contra quãdam Phariseorum stoliditatem, uanissimãq̃ superstitionem de lotionem manuum, quam præcipiebant fieri ante & post cibi sumptionem, perinde ac si ex manuum immunditia, cibus ille manibus tractatus illotis contaminaretur, & ita manducatus ipse cibus coinquinaret animam: quod est insanum uel cogitare. Vnde ipse dixit discipulis: Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis quòd omne quod intrat in os in uentrẽ uadit, & in secessum emittitur &c. Et concludit: Nò lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Alioqui si illo in loco prohibuisset ciborum delectum, soluisset legem ante tempus, quam tamẽ uenerat adimplere. Et B. Petrus in obediens fuisse, si non comedisset quæcunq̃ indifferenter iuxta Domini mandatum: uel Deo mētītus esset. cum ab eo post resurrectionem inuitatus manducare quæ prohibita erant à lege, respõdit. Absit Domine, quia nunq̃ manducaui omne commune & immundum. Quare Dominus in primo loco docuit non inquinari cibum, ita ut coinquinat animam à manuum immunditia. Et alio in loco non prohibet ciborum delectum, sed admonet discipulos ut sumant de omnibus eis appositis, quæ tamen non essent contra legis mandatũ: hoc enim præsupponebat. Nam tunc nondũ gentibus prædicabant, sed Iudæis, qui non apponebant in mensis, nisi quæ licita erant & munda secundum legem.

Voluit autem Dominus, qui omnia disponit planè ac suauiter, illos ciborum non habere delectum per abstinentiam apud hospites, sicut habebant domi ipso Domino docente. Et hoc ne morosi essent apud alios, & rem nouam, quæ facile posset offendere imperitos, ingererent. Satis erat hoc seruare, id est, habere luctum christianũ apud semetipsos. Nam erant etiam prohibiti tunc ne prædicarent Dominum esse CHRISTVM. Quòd si hoc pacto non intelligatur ille locus, non succurrit alius, in quo possit homo quiescere, intellectus. Apud Apostolum autem hìc & alibi, non prohibetur ciborum delectus, qui propter CHRISTVM ad edomandum corpus, uel cum illo lugendum assumitur, & indicitur ab ipsa ecclesia:

*De cibis ex lectu ciborum contra hæreticos.*

*Mar. 7.*

*Act. 10.*

*1. Cor. 11.*

Cap. XV.



Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq̃ uestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim CHRISTVS non sibi placuit: sed sicut scriptum est. Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. Quæcunq̃ enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatii, det uobis id ipsum sapere in alterutrum secũdum IESVM CHRISTVM: ut unanimes, uno ore honorificetis Deum & Patrem domini nostri IESVM CHRISTI. Propter quod suscipite inuicem, sicut & CHRISTVS suscepit uos in honorem Dei. Dico enim CHRISTVM IESVM ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cátabo. Et iterũ dicit: Latamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe, & uirtute Spiritus sancti.

**P**rosequens Apostolus exhortationẽ suam, omnibus quæ obijci poterant, satisfacere curat. Poterat enim aliquis in fide iam firmior, & eius zelo (ne suam integritatẽ propter infirmos minus retineret) succensus obijcere: Ergo ne relinquenda erit perpetuò fides ueritas in gratiã imbecilliorũ? Huic ergo cogitationi tanquam mitissimus & sapientissimus magister occurrit Apostolus, & qua ratione faciẽdum sit, manifestius explicat, dicens.

Debemus autem nos firmiores etc. Debemus, inquit, quia charitas id exigit tanquam debitum. Et hìc nota, quòd inter firmos in fide se ponit B. Paulus: quia sic uerè erat, & sic debebat se ostendere, cum esset magister gentium. Et uerè hic est charitatis ordo, quæ compago quædam est membrorum in unum corpus, ut membrum nobilius ignobiliori consentiat, & quoad licet cõpatiatur: & non sibi ipsi quisq̃ placeat, id est, non sibi placens homo satisfaciat, ut suis donis contentus contemnat cæteros tanquam sibi sufficiens, & quasi aliorum ad se non pertineat salus.

Sed unusquisq̃ uestrum, inquit, proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Dicit in bonum: quia in malum non licet neq̃ assentari, neq̃ assentiri. Aut melius. In bonũ (ut græca uox τὸ ἀγαθὸν innuere uidetur)

Sed prohibetur tantum ille delectus qui erat ex lege, ut quidam cibi censerent immundi. Nam cum aduentus CHRISTI mundificasset omnia, non poterat ulterius (nisi superstitione) distinguere cibos à cibo, quasi ille mundus, ille immundus: quoniam per se omnes cibi mundi sunt, nisi prohibitione Dei fiant immundi. Cum illa ergo Dei prohibitio cessasset per CHRISTVM, & omnia munda essent, factum est ut sit superstitio, aliquos cibos dicere communes, seu immundos.

Et uerissimum est, in esca & potu non esse situm regnum Dei. Et quod esca non commendat nos Deo: quoniam in ipso uel manducare, uel nò manducare, non consistit principaliter uita nostra spiritualis, sed in obseruantia mandatorum Dei: hæc est iustitia. Itaq̃ an manducare, uel non manducare sit bonum, debet censi non per se, sed ab eo, nimirum si attineat ad iustitiam, & charitatem & pacem, & gaudium in Spiritu sancto. Si enim cũ proximi scandalo manducas, nò rectè facis: quia hoc nò est ex iustitia & charitate, neq̃ ad pacem attinet. Quantò ergo magis si manducas contra præceptum ecclesiæ ad castigationem corporis ordinatum, & ut nos membra lugeamus cum capite nostro CHRISTO? Nam dicere ieiunia esse prohibita in lege CHRISTI, & consequenter delectum ciborum, qui comprehenditur in ieiunijs, quid est aliud quàm damnare ipsum in primis CHRISTVM, B. Ioannem Baptistam, Apostolos, omnes sanctos, omnes patriarcharum regulas, & uerbum ipsius Domini, qui de Apostolis prædixit, quòd ablato ab eis sponso lugerent, & ieiunarent? Itẽ dicere à CHRISTO non fuisse indicta ieiunia indictò luctu, & ab ipso beatificato, quid est aliud quàm separare uelle membra à capite, & non intelligere ecclesiam esse uiduam? De qua re & proprium Tractatum feci.

Deniq̃ quod blasphemantes adijciũt, à B. Paulo in ea prophetia sugillatã ecclesiam, cum ait: Spiritus manifestè dicit &c. mendacium est impudens, & blasphemia. Non prohibet ecclesia nuptias, sed probat & honorat. Prohibet autẽ sacrilegas nuptias apostatarum monachorum, & ministrantium altari circa corpus CHRISTI: & iubet Domino reddi uota, quæ uouistis, miseri, & p̃fidẽ postmodo perfregistis mētiti Spiritui sancto. Nec ecclesia iussit nos abstinere à cibis quos creauit Deus, quasi essent immundi, & non creatura Dei. Hoc enim, hoc inquã, detestatur Apostolus eo in loco, quod erat Manichæorũ, & Taccianorum insanum dogma, qui abstinere iubebãt à certis cibis, quos negabant esse à uerò Deo, sed ab autore Diabolo. Cõtra quos Apostolus ad literã disputat, ut nihil reñciatur per se immundũ, sed cum gratiarum actione percipiatur. Verũ non propterea luctum christianum prohibet & ieiunia, qui & in his ualdè gloriatur dicens. In ieiunijs multis &c. & castigat corpus suũ, & in seruitutẽ redigit, ne fortè ipse alijs prædicãs, reprobis efficiatur carne lasciuiente, ac spiritum superante. Et hæc satis ad explosionem nouæ doctrinæ eorũ, qui audet contra matrem suã ecclesiã,

uidetur id est, ad perfectionem summam, quæ ex omni parte resultat. Non enim satis est cuique sibi iustum esse, nisi & miserendo proximi sui, impleat sic omnem iustitiam. Nā qui sibi est iustus, minus est iustus. Quare dictum fuit B. Ioa. Baptistæ: Sic nos decet implere omnē iustitiam. Et quia id maxime persuadetur exēplo ipsius CHRISTI, qui est caput nostrum, ideo adiecit.

Imitatio Christi erga infirmiores maiori bus præcipitur

Etenim CHRISTVS non sibi placuit etc. cum tamen sufficeret sibi ipsi, noluit esse contentus proprio bono suo, sed ut perfectiora operaretur, nō solum sustinuit nostras infirmitates, uerum etiā assumpsit impropria aduersus Deum facta, ut illa in seipso puniret, sicut scriptum est. Impropria impropertium tibi ceciderunt super me. Hæc est uox CHRISTI ad Patrem in psalmis, ut ex hoc exemplo, qui sunt CHRISTI meliora membra, discant quomodo & ad ipsos pertineat implere omnē iustitiam. Vnde sequitur.

Quæcunque enim præscripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt. Nostram, ait, eorum præsertim qui sunt maiores in CHRISTO, atque illi propinquiore. Et uocat quæcunque præscripta, scripturas solum ueteres sanctas. Nam alia scripta nō accipit pro scriptis, cum non sint sancta, id est, inuolabilia, neque sancta contineant, id est, uitam eternā: sed mortalia, & ferē errorum plena omnia. Hæc igitur scripturæ maxime ad uerā nostrā doctrinam præcesserunt, uidelicet, ut fiat homo per has perfectus in iustitia, ad omne opus bonū instructus.

De utilitate scripturarum.

Et nota in scripturis duo maxime simuliungi, à nobis capienda. Nam sese mutuò sustinent, & neutrum sine altero stare potest. Vnum est, patientia in sustinendo promptè ac perfectè usque in finē: Alterum consolatio propter spem æternorum. Hæc est enim quæ maxime operatur in nobis patientiam. Sine ullo quippe solatio quis unquam pateretur? Et quis in passionibus perdurare posset? Solatium autem est à spe futurorum bonorū. Et sine patientia qui potest esse spes? Optat autem Apostolus ut hoc inuicem sapiant, id est, hoc se sentire facto ipso inuicem ostendant. Hoc sanè est uerè sapere in agendis, uidelicet, applicare scientiam facto, ut id agas, quod agendum esse scientia seu prudentia monstrat. Et quia id sine Spiritu Dei esse non potest, bene precatur illis Apostolus, dicens.

Deus autem patientiæ, & solatiij. Ipse nimirum clementissimus Pater, qui in afflictionibus patientiā & solatium donat, infundendo suam in cordibus nostris charitatem, cum sit Pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, det uobis id ipsum sapere inuicem secundum IESVM CHRISTVM, id est, sicut ipse IESVS exemplo monstrauit. Quod ut magis declaret, addit.

Propter quod et suscipite inuicem, sicut et CHRISTVS suscepit uos in honorem Dei. Suscepit nos CHRISTVS eo quod super se posuit iniquitates omnium nostrum, & lauit, & terxit nos, & exhibuit nos Deo lotos in gloriam ipsius Dei. Et cum dicit, inuicem, hoc certè uult, ut Iudæus gentilem, gentilis autem Iudæum assumat, sustineat, erigat: quia CHRIS-

TVS utrumque suscepit in honorem Dei: quod probat dicens.

Dico enim CHRISTVM IESVM ministrū fuisse circumcisionis, id est, populi circumcisi suscipiendo eius culpas, & detergendo, & hoc propter ueritatem Dei, uidelicet, ut ostēderetur Deus uerax: quia id promiserat olim patribus, Abraham, & sequentibus ex illo. Gētibus uerò apparuit ex mera misericordia: quia nihil illis fuit promissum. Non enim per legem aut prophetas locutus est cum eis Deus. Neque tamen putandū est, non uenisse ad Iudæos CHRISTVM ex misericordia, licet uenerit ex ueritate propter promissionem: quia & ipsa promissio ex misericordia fuit. Similiter non est putandum, ad gentes illum non uenisse ex ueritate, propter promissionē: quia & ipsa promissio ex misericordia fuit. Nam etsi illis specialiter non promiserit, decreuit tamen in seipso, & quasi sibi ipsi promisit: quia non erat tantum Deus Iudæorum, sed & gentium. Et tamen eluxit copiosius misericordia eius in gentes, quibus nihil promiserat, quā ueritas in Iudæos, quibus promiserat: Alioqui uniuersæ Domini uia misericordia & ueritas. Hoc autem quod ait de gētibus, probat ex Psalmista, & primò ex eo loco ubi legitur.

Propterea confitebor tibi in gentibus etc. Hæc est uox CHRISTI, qui pollicetur confessionē suā Patri in gentibus. Confiteri autem CHRISTVM Patri in aliquo, est sua merita illi applicare. Est enim scripturarum ita loqui, ut manifestent mysterium: quoniam per CHRISTVM omnia consequimur, & eius merita nobis applicata, faciunt nos mereri etiam de cōdigno. Nisi enim ipse cōfiteretur Patri in nobis, nihil nobis prodesset omnis nostra confessio. Sic dicitur & in nobis accepisse dona: quia se fecit unumquē nostrum & cuiuslibet personam induit. Propterea & confessio nostra tantummodo est in eo ualida, & sua in nobis: quia ipse pro salute propria cōfiteri nō indigebat. Quod enim ei suo iure debitum erat, propter nos abiectum, iterum acquisiuit. Vnde & sic legitur in euangelio iuxta græcam ueritatē. Qui in me confessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego in eo coram Patre meo. Producit & alium scripturæ locum manifestiorem ex cantico Deuter. ubi legitur.

Letamini gentes cum plebe eius, siue cum populo eius, qui erat Iudæorum populus. Quamquā B. Thomas hunc locum citet ex Isaiā cap. 35, nisi fortè corruptè legatur. Quidam putant desumptum testimonium ex Psalmo. 67, ubi legitur. Exultent & letentur gētes: quoniam iudicabit populos in æquitate. Sed certè hic locus non conuenit cum uerbis quæ citat Apostolus: quoniam singulari numero ait populum, non populos. Manifestè autem uides ex loco illo Deuter. applicatas fuisse gentes populo Iudæo, id est, electis illis, qui non sunt repulsi, sed steterunt in CHRISTO propter electionem: aut qui quauis alia gratia applicuerunt se CHRISTO. Nos tamen legimus in eo loco. Laudate gentes populum eius. Et noui interpretes aliter. Et tamen in eundem sensum recidit quæuis

Christus ad Iudæos uenit propter promissionē, ad Gētes misericorditer.

Quid est Christi Patri cōfiteri.

quæuis lætatio. Nec enim populum Dei gentes laudare poterant, nisi cū illo susceptæ essent à CHRISTO. Adiecit & ex alio psalmo.

Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi, seu potius collaudate, seu adlaudate, ut græca lætatio habet, omnes populi, siue gentes, siue Iudæi. Soli enim Iudæi non sunt, oēs populi, sed unus populus. Addit & Isaiæ testimonium.

Erit radix Jesse, & qui exurgat regere gentes, in gentes sperabunt. Sic ferè habet Septuaginta translatio. Et adiecit. Et erit requies eius honor. B. Hieronymus ad ueritatem hebraicam sic trāstulit. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populi. Et quod Septuaginta dixerūt. Et requies eius honor. B. Hieronymus dicit. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Idem autē profus est sensus. Nam Septuaginta & Apostolus exposuerūt quod dicitur. Qui stat in signum populi. Radix enim Jesse CHRISTVS ex purissima VIRGINE: quia erectus in crucem uelut quondam æneus ille serpens, quem iussus est Moses erigere, qui stetit in signum omnium populorū, & gentium, ut omnes gentes ad eum aspicientes à moribus serpentium saluarentur. Hoc ipse semet Dominus expressit. Sicut Moses, ait, exaltauit serpētem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitā æternam. Quod uerò Apostolus ait.

104. 3.

Et in eo gentes sperabunt. Ibi habetur. Ipsum gentes deprecabuntur, et merito. Qui enim deprecatur eum, spem suā in eo constituit. Et quod dixerunt Septuaginta. Et erit requies eius honor, sepulchrum eius respicit, quod fuit honorificum, & est adhuc. Ideo dicit B. Hieronymus. Et erit sepulchrum eius gloriosum: quia uacuum cadauerē, propter excellēs resurrectionis decuset propter mysterium, quia corpus peccati ita extinctū est, ut iam nusquā appareat. Quod autē sequitur.

Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe, et in uirtute Spiritus sancti. Quidam putant hoc abundare, eo quod in græcis non inueniatur hoc in loco, sed in fine epistolæ, nec hīc aptè cohærere aiunt eiusmodi deprecationem. Sed qui hoc existimant, magno in errore uersantur. Conuenit enim hæc deprecatio appositissimè, quæ & in plerisque græcis reperitur. Nam ad seruanda monita superiora, inuocat Deū spei, quem superius, patientiæ & solatiij Deum uocauit. Spes enim hos habet assiduos secum comites, ut sit uera spes, uidelicet, patientiam expectationis ob solatium futurorum & cœlestium bonorū. Vnde homo repletur gaudio & pace credens Deo, ut sic abundet erga proximum per officia charitatis in spe retributionis æternæ, quam reddet Deus superabundantem, coagitatam, superfluentem in sinum eorum, qui eius amore inflammati, omnia sua studia, omnes labores, & cogitationes, exequendis diuinæ legis mandatis applicarunt per assistentiam uirtutis Spiritus sancti, quæ facit eos fortiter & libenter tolerare omnia, sicut alibi de seipso testatur agens. Omnia possum in eo qui me confortat.

Philip. 4.

Certus sum autem fratres mei et ego ipse de uobis: quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterum monere. Audacius autem scripsi uobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam uos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à Deo, ut sim minister CHRISTI IESU in gentibus, sanctificans euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in CHRISTO IESU ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit CHRISTVS in obedientiam gentium, uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute Spiritus sancti. Ita ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleuerim euangelium CHRISTI. Sic autē prædicaui euangelium hoc, non ubi nominatus est CHRISTVS, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptū est. Quibus non est annuntiatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.

Certus sum etc. Excusat prudenter exhortationis suæ fiduciam, & modestiam simul insinuat. Primò quidem se non admonuisse eos, quasi non bonos, aut quasi boni ignaros, cum de ipsis certū se esse asserat, id est, persuasum, quod essent repleti omni bonitate & sciētia, ita ut possent uel alios monere: sed se fuisse audacem non tam ad docendum quæ nescirent, quæ ad memorandum quæ scirent: quia data erat illi gratia à Deo, ut esset minister CHRISTI in gentibus, sanctificans, id est, sacrum faciens euangelium: unde & se ministrum uocauit euāgelij. Græcè enim legimus, λειτουργός, sacræ rei ministrator: et ἱερωσύνη, id est, sacrificum: quia ad hoc euangelium prædicauit, ut fieret oblatio gentium accepta & sanctificata in illo. Est ergo res sacra euāgelij prædicatio. Nam qui prædicatione apostolica instructi crediderant euangelio, erant tanquam oblatio, quæ sanctificata est ab omni immunditia per ministros, ac per hoc Deo accepta: quoniam secundum Dei uoluntatem & ordinem. Et hoc contra eos qui nullum ordinem considerant in ecclesia: nec sciunt quod quidam immediatè statuuntur per CHRISTVM, ut fuerunt maiores sancti, Patriarchæ & Apostoli. Et alij statuuntur per istos maiores: et non equaliter omnes sunt in CHRISTO. Et propterea etiam imploramus intercessionem sanctorum & suffragia: quod & ad maiorem CHRISTI gratiam facit.

Hoc in loco considerent attentius præcones uerbi Dei, quales esse illos debeat, qui rem tam sacram administrant, & pro CHRISTO legatione funguntur. Hoc res ipsa monet, nimirum ut & ipsi primū puri sint, & sermo eorum purus & purè euangelicus. Dico ipsos puros ab omni peccato, & ab omni sorde, ut purè exhibeant quod est Dei, non turpis lucri gratia, aut inanis gloria

Admonentur prædicatores uerbi Dei.

gloriæ cupiditate: sed solum Dei uoluntatem, & animarum salutem cogitantes & appetentes. Et præterea imunes sint à peccato, ne sermo eorum condemnet eos: & ut fructuosus sit, ne quod oratio ædificauerit, turpe exemplum destruat, memores diuini uerbi: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam: proiecisti meos retrorsum. Si uidebas furrem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui. Exstimasti iniquè, quod ero tui similis: Arguam te, & statutam contra faciem tuam. Verba integra placuit hic proferre terribilia, ut qui dicendi gratia ualent, uideant ne ea abutantur ad propriam sibi gloriam comparandam: magis sollicitè inquirentes an bene audiant apud uulgus, quam studeant primi ipsi illud facere, ad quod faciendum alios exhortantur. Sunt enim plerique eiusmodi: et item non pauci cauponantes uerbum Dei. Indignum est enim ualde ac præposterum, nec (ut arbitror) absque crimine, si Ecclesiastes hoc officium cum crimine exerceat. Non enim ab re hoc ministerium sacra res, & sacrificium uocatur ab Apostolo. Ergo non nisi à mundis tractari debet. Sermo etiam conuersionis ecclesiastici debet esse purus ab omni furo affectatæ eloquentiæ, & ab omni prorsus mendacio: denique ab omni doctrina quæ non sit uerè utilis, & ad rem non faciat. Sequitur.

Habeo igitur gloriam in CHRISTO IESU ad Deum. Quia dixit gratiam quam habuit à Deo in prædicatione euangelij, nunc dicit gloriam quam habebat in IHS, qui sua opera ac ministerio conducebatur ad Deum. Et ne quis putaret eum frustra atque arroganter iactare seipsum, addidit.

Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit CHRISTVS etc. Ut hic notes CHRISTVM in illo effecisse ac per illum, ut obediunt fidei gentes: & quæcunque ipse operatus est, uerbo, inquit, & factis prædicando, & sermonem confirmando signis & prodigijs, quæ facta sunt per illum, non in uirtute dæmonum (ut calumniatores et impij obiecebant) sed Dei uirtute ad confirmationem euangelicæ ueritatis. Prodigia uero sunt quædam excellentia signa, & sua magnitudine & raritate admiranda.

Ita ut ab Ierusalem usque ad Illiricum, id est, ab ipsa Ierusalem, & IHS quæ ipsam circumadiacent, repleuerim euangelium Dei, usque ad Illiricum mare, quod Adriaticum uocant. Euangelium autem Dei, quod sagenæ comparatur, & nihil aliud est quam regnum Dei, tum repleti dicuntur, quum pices huius mundi in illud per fidem ingrediuntur. Et ut in spiritu suo adhuc illud extolleret, & semetipsum in illo, addit.

Sic autem prædicaui euangelium etc. Græcè, φιλοτιμῶμενοι εὐαγγελίζεσθαι, ut sit sensus, quod cum quadam animi celsitudine, & quadam sancta ambitione uoluit ibi prædicare, ubi nullus semen iei-

cisset, ne super alienum fundamentum ædificaret, sed sicut erat præscriptum per Isaiam prophetam: Quibus non est annuntiatum de eo, uidebunt etc. Hæc expectant cæci Iudæi uerificanda. Nos autem ante oculos cognoscimus magna ex parte uerificata per B. Paulum maximè, cui gratias agere debent omnes gentes, & post CHRISTVM salutem illi suam referre acceptam. Gratias tibi sanctissime doctor noster Paule, Amen.

Propter quod & impediabar plurimum uenire ad uos: & prohibitus sum usque adhuc. Nunc uero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteries uideam uos, & à uobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauerim, & assigna uero eis fructum hunc, per uos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam ueniens ad uos, in abundantia benedictionis euangelij CHRISTI ueniam. Obsecro ergo uos fratres per dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & per charitatem Sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, ut ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem Dei, & refrigerer uobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen.

Propter quod etc. Textus hic facilis est intellectus. Solam habes historiam, quæ ex parte comprobatur ex Actis Apostolorum ca. 19. Nam B. Paulus postquam Corinthi ecclesiam statuit, & Thessalonicæ, & Ephesi, & in IHS quæ circuniacebant ciuitatibus, proposuit ire Ierosolymam, ut ministraret necessitatibus sanctorum de collectis, quæ congregauerat in Achaia, & Macedonia pro illis: & cogitabat ex Ierusalem se posse proficisci in Hispaniam, & obiter Romam petere, ut inde in Hispaniam iret: quod & illi contigit. Nam in Ierusalem captus, traditus est gentibus. Ipsemet enim ad Cæsarem prouocauit: & Romæ mansit prima hac uice biennium, ut testatur B. Lucas in Actis. Sed & rursus reuersus est in Ierusalem, ac nouissimè iterum Romam, & capite truncatus ob egregiam fidei confessionem, meruit coronam iustitiæ à iusto iudice.

Non est autem silentio prætereundum, non sine causa ab B. Paulo commemoratum, fuisse in ciuitate

ciuitate Ierusalem sanctos CHRISTI pauperes, qui ex mendicata stipe uiuebant, pro quibus etiã ipse laborabat, sicut promiserat Apostolis. Unde & collectas fecit Corinthi, & Thessalonicæ (et forte alibi) pro illis. Et ait, quod ipsum probauerunt hoc, id est, bene complacuit illis hoc facere. Ius enim erat ut qui largirentur spiritualia, retribuere eis obsonium: Et hoc ad tollendum quorundam errorem, qui non arbitrantur debitum, propterea scilicet quod apud homines ius, et exactiorem non habet. Verum exigit aliquando Deus multa, quæ non putamus: & cum non erimus soluendo, recludemur in carcerem nunquam inde exituri. Spondet autem Apostolus, quod postquam assignauerit fructum istum: aut si magis placet, obsignauerit, id est, fideliter reddiderit, et quasi sigillo cautelam accipiens rectè dati. Quo etiam in loco nos suo exemplo admonet, cautè procedendum esse in huiusmodi, ut possit reddi ratio semper bonæ dispensationis. Nam & multi Iudæi inueniuntur, qui non fideliter custodiunt & dispensant. Inueniuntur item calumniatores non pauci, qui etiam bene dispensantium arrodunt famam. Qui quidem si deessent, bonum est tamen fideli, & infideli dispensatori, ut rationes eius uideantur. Fideli quidem ut probetur fides: infideli autem ut cogitans se redditurum rationem, metuat, & curet inueniri ac probari fidelis, si non ex uirtute, saltem ex metu & pudore.

Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis euangelij CHRISTI ueniam. Obsecro ergo uos etc. Hic etiam clarus est Pauli Apostoli sensus. Vocat autem abundantiam benedictionis euangelij, amplitudinè prædicationis ad persuasionem, ob eminentem scientiam. Petit autem & orationes eorum, ut liberari possit à quibusdam incredulis Iudæis, excoctis, & imperuabilibus. Et hoc ob ingens periculum, quod ipse spiritu præuidebat ibi fore ab illis in seipsum, propter conceptam rabiem diabolicam. Ut hinc colligamus efficacissimè in hæreticos argumentum, imploranda esse à nobis sanctorum iam beatorum suffragia. Nam si Apostolus orationes uiatorum requirit: quanto nos magis eorum qui iam extra omne peccandi periculum, assunt Dei throno, & cum longè maiori erga nos charitate, quam cum hic agerent in terris afficiantur: Et si enim sint extra omnem passionem (ait B. Bernardus) non exuerunt tamen erga nos compassiōnem.

Notandum insuper esse quandam à malo liberationem, in quod non incurrimus, sed non ab re metuimus incurere. Et hoc in eos dictum, qui falsò putant Beatissimam Redemptoris nostri Matrem non potuisse à peccati originalis macula antè liberari, quam eo peccato fuisset contaminata. Quasi uero liberatio esse non possit, imò singularis liberatio in hoc, ut quæ debebat iure aliquo incurere, ex gratia & priuilegio datum sit ei ne incurreret. Sed hæc nimis nota sunt, non peruenis.

Claudat tandem Apostolus epistolam per imprecationem pacis, sicut incepit per salutationem pacis: quia à Deo omnia, & in Deum omnia. Ipse

α, & ω, cui gloria in sæcula, Amen. Cætera non uidentur ad tractatum epistolæ attinere. Sunt enim salutationes & commendationes, quæ de more attextuntur in calce epistolarum. Verum quia ego puto & has non uacare doctrina ac mysterijs, propter eos qui huiusmodi delectantur, quæ mihi occurrerunt meditati, non graue labor annexere, rogans benignum lectorem, ut æqui bonique consulat, & omnia in meliorem partem semper accipiat.

## Cap. XVI.



Commendo autem uobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est in Cenchreis: ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis: & assistatis ei in quocunque negotio uestri indigerit. Etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in CHRISTO IESU (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed & cuncta ecclesiæ gentium) & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epānetum dilectum mihi: qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in CHRISTO IESU. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis. Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in CHRISTO. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino. Salutate Urbanum adiutorem nostrum in CHRISTO IESU, & Stachin dilectum meum, Salutate Appellen probum in CHRISTO. Salutate eos qui sunt ex Ariistoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. Salutate Tryphænem & Triphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem: & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes ecclesiæ CHRISTI.

Commendo autem uobis Phœben etc. Hæc mulier, quam sororē suam uocat Apostolus, fuit (ut aiunt) huius epistolæ tabellaria: ut uideas quibus tabellarijs & cursoribus uterentur ad fidei fundamenta deferenda. Et hanc Phœben putant quidam fuisse uxorem Pauli: Licet ex aduerso alij pertinaciter nimium (ut mihi uideretur) negent. Patrem

M ij lo uxorem

Psalm. 49.

De seipso prædicat Apulus, propter adificationem.

Matth. 13.

Pro ueneratione sanctorum.

Duplex liberatio, à malo iam incurso: & itè alioquin incurrendo.

Itinerarium Pauli.



lo uxorem fuisse, contra nonnullorum grauiſſi-  
morum autorum teſtimonia, non temere reuen-  
da. Hoc. n. in epiſtola teſtatur B. Ignatius, & ma-  
gnus doct̄or Clemens Alexandrinus. Quid au-  
tem præiudicij fit chriſtianæ fidei: aut quid faue-  
re poteſt hæreticis, ſi ita fuerit? An non uxorem  
habuit B. Petrus antequam CHRISTVM ſe-  
queretur? Illud ſolum nequaquam conceden-  
dum, quod iſti carnales patroni extorquere uo-  
lunt, eos poſt conuerſionem uſos re coniugij, ſed  
uixiſſe cœlibes. Quapropter ſororem uocat, &  
de illa dicit. An non habemus poteſtatem mulie-  
rem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apo-  
ſtoli, & fratres Domini, & Cephas? Quod autem  
ab uſu carnali coniugij abſtinuerit B. Paulus, ip-  
ſemet probat ad Corinthios cap. 7. Porro ſi quis  
aliter exiſtinet de B. Paulo, & omnino agamon  
eum aſſeueret, obſecro ut quiſq; in ſuo ſenſu (ſal-  
ua ſemper charitate) abundet.

1. Cor. 9.

Myſticè Phœbes hæc ſignificare poteſt fidem,  
quæ eſt lux uitæ purificans corda. Nam Phœbes  
idem eſt quod lux uitæ, lucida, pura, purgans. Et  
propterea Sol Phœbus dictus eſt, & Phœbe Lu-  
na, quæ noctis tenebras, in quibus nos uerſamur,  
expellit. Hanc. n. fidei uirtutem Apoſtulus præ-  
cipue in hac epiſtola commēdat, & ſic poſtulabat  
neceſſitas in gratiam Iudæorū. Hæc eſt, ſine qua  
non poteſt eſſe cuiquam ſalus, cum ſit fundamen-  
tum cæterarum uirtutum. Hæc aſtitit multis, &  
maxime B. Paulo, in quo humilitas ſignificatur.  
Eſt enim ſocia humilitatis, & ſoror indiuidua  
ipſa de CHRISTO Salvatore noſtro fides.

Salutate Prifcam. Hæc Prifcilla dicta eſt. Et Aquila.  
Hic uir eius fuit, & Iudæus genere. Quidam  
dubitant, quomodo potuerunt eſſe Romæ eo tē-  
pore iſti, quo Claudius regnabat, qui iuſſerat om-  
nes Iudæos Roma ſecedere. Sed facilis eſt re-  
ſponſio. Si quidem tunc potuit eſſe reuocatum  
mandatum. Vel potuit homo ille nummiſ redē-  
miſſe domicilium illius Urbis: aut fauore, ſeu ali-  
qua iuſta de cauſa ibi eſſe ſecurè. *Adiutores meos in*  
*CHRISTO IESV.* In his autem rectè poteſt in-  
telligi lex ipſa priſca, & ſacerdotium antiquum.  
Nam duo hæc uerè aſtiterunt adiuuantes humi-  
litate fidei, & ipſi B. Paulo cooperantes, ei te-  
ſtificando. Vnde & cunctæ eccleſiæ gentium ui-  
ris huiusmodi multū debent. Et bene per Aquila  
illud inutile teſtamētum intelligi poteſt, non  
dans panem uerum. Nam, ἄκυλος, glandem ili-  
cis ſignificat. Habebant & tunc domeſticā ſuam  
eccleſiam à gentibus ſegregatam, ob cærimonia-  
les glandium obſeruantias. Nondum enim reci-  
ſa, ſed recidenda paulopoſt erant illa infructife-  
ræ ficus & inanis folia.

Salutate Epānetum. In hoc laude dignos aſſere-  
re uoluit, qui citò primi ad lumen fidei ueniunt,  
qualis fuit iſte, factus B. Pauli primitiuus i Acha-  
ia fructus. Nam & Dominus Centurionem miri-  
ficè laudat, quoniam citò et magna fide credidit.  
Epānetus autem laudabilem ſignificat.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis. In  
hac, compunctionis & amaritudinis lachrymas

laudat, quæ à peccato ueniunt, tanquam à ſalute  
non uacuas. Maria enim amarum mare, uel ama-  
ritudinem ſignificat.

Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos & conca-  
ptiuos meos etc. Hi erant gentis Iudaicæ, & fortal-  
ſe de ſeptuaginta diſcipulis, quos etiam honorifi-  
co nomine Apoſtolorum dignatus eſt appellare  
B. Paulus. Ideo ante ſe fuiſſe illos in CHRISTO  
cum eorum non parua laude teſtificatur. Magnū  
enim donum eſt, & plurimi faciendum, à princi-  
pio ſeruire Deo, iuxta illud: Bonū eſt uiro cum  
portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Fuerunt  
autem concaptiui in ſanctis ac fœlicibus uinculis  
aliquando cum Apoſtolo. Et in his ſignifican-  
tur qui propter fidē uiriliter ſuſtinent, & omnem  
in paſſionibus peccatorum deponunt eruginem.  
Nam Andronicus uirilem: Iunias autē eruginan-  
tem animum (ut quidam uolunt) ſignificant.

Tren. 3.

Salutate Ampliatum dilectum meum. Græcè Am-  
plian. In hoc fidei profectum agnoſco in charita-  
te, quæ ſe extendit uel ad inimicos. Et ad hoc hor-  
tabatur Corinthios Apoſtulus aiēs. Os noſtrum  
patet ad uos (ait) o Corinthij. Cor noſtrum di-  
latatum eſt. Eandem autem habentes remunera-  
tionem, dilatemini & uos etc.

2. Cor. 6.

Salutate Vrbanum adiutorem noſtrū in CHRISTO  
IESV: et Stachin dilectum meum. In Urbano lenitas  
quædam deſignatur, quæ mirum in modum ad-  
iuuat prædicantem & exhortantem. Et ob eam  
cauſam ſæpenuerò eam commendat Apoſto-  
lus, cui præ cæteris peculiariter aſtitit. Stachis au-  
tem ſpicam & fruticem quædam ſignificat Mar-  
rubio ſimilem. Græcè autem ſtachen legimus. Eſt  
gutta quædam odorifera: & in hoc nomine poſ-  
ſumus ſanctarum exempla uirtutum intelligere,  
quæ odorem ſuauem emittūt, & mirabili aſſen-  
ſu probantur ab omnibus bonis.

Salutate Appellen probum in CHRISTO. Appel-  
les idem quod abigens & expellens. In quo homi-  
nem abigentem immunda & peſtifera poſſumus  
intelligere, qui non ſolum ab hæreſibus, uerū  
etiam ab hæreticis abhorret, non ducens dignos  
eſſe illos, Aue, ne ſit particeps eorū operum pra-  
uorum: quoniam qui ſalutat, minus (quam par  
eſſet) ab hoſtibus catholicæ fidei abhorret, & ſic  
quaſi conſentens uideri poteſt. Hunc ergo talem  
probum eſſe oportet, ſicut decet eum qui corri-  
pit alios improbos, atque abigit.

Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo. In his, op-  
timè conſulentes & prudentes intelligimus: ad  
quod rectè præſtandum multa exiguntur, pru-  
dentia in primis, ſolertia, meditatio, rerum mul-  
tarum experientia, & huiusmodi. Ideo dicit. In  
Ariſtoboli domo.

Salutate Herodionem cognatum meum. In hoc forte  
iuxta ethymon uocis, eminentia uirtutum ſigni-  
ficatur: aut canticum fortium, & uiriliter ſe ha-  
bentium. Nam & illi heroes dicuntur, qui ea ge-  
rere ſoliti ſunt, quæ fines communis naturæ &  
fortitudinis tranſeunt.

Salutate eos qui ſunt ex Narcifſi domo. Narcifſus  
florem ſignificat. In iſs agnoſco illos qui perfe-  
ctionem

tionem iuſtitie amplectuntur in paupertate, &  
obedientia, tanquam floridi Nazaræi, imitantes  
perfectè CHRISTVM non in uia tantum com-  
munium mandatorum, ſed ſtrictiorum conſilio-  
rum, quæ ſunt ueluti totius euāgelici ſtatus amce-  
niſſimi coram Deo flores. Ideo adiecit, Qui ſunt  
in Domino. Quia qui deſerunt eum, contemptibi-  
les ſunt & ignobiles, ut teſtatur ſcriptura.

1. Reg. 3.

Salutate Tryphænem & Triphoſſam, quæ laborant in  
Domino. In iſs (ut indicant ipſa nomina) innuit il-  
los qui delicate & delicioſe ſe habent in miniſte-  
rio pauperum CHRISTI, & effundunt largiter  
unguentum miſericordiæ uerbis & factis.

Salutate Perſidem chariſſimam. In hac intelligo di-  
ſcretionem ſanctā, quæ diuidit & diſtribuit uni-  
cuſq; iuxta debitum: quæ debet associari Triphæ-  
næ & Triphoſſæ. Nam Perſes ſi ad hebraiſmum  
reſpicimus, ſignificat frangentem ac diuidentem.

Salutate Rufum. Rufus ſorbentem græcè ſigni-  
ficat. Et in eo ſacrificos intelligo, qui eliguntur ex  
plebe ad ſorbendum CHRISTI ſanguinem apud  
matrem ſuam eccleſiam, gaudentes ſe eſſe parti-  
cipes calicis & paſſionis Domini.

Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobā,  
Hermen, et qui cū eis ſunt fratres. In Aſyncrito quoſ-  
dam incomparabiles, & qui iudicari nequeūt, in-  
telligo. Per Phlegontem ardentem zelo, & inflam-  
matos charitate. In Herma, quod eſt ſubſtentacu-  
lum, & ſupponitur naui ne marceſcat in terra, pa-  
tientiam aut ſubſtinentiam perfectorum, qui eos  
qui terrenis hærent, ſubſtentant. In Patroba pa-  
ternalem patris affectum iſs iunctum. In Herme  
interpretem ad paciſcandū, ſi qua malè habeant.  
Et ij alios fratres ſecum habent, omnes boni ope-  
ris in charitate coadiutores.

Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & ſororem  
eius, & Olimpiadem, & omnes qui cum eis ſunt ſanctos.  
In Philologo, ſermonis diuini & rationis aman-  
tem conſidero. In Iulia, eos qui lanuginofi adhuc  
& primæ barbæ ſunt, ad quos attinet audire, non  
dum loqui, ut bene copulentur Philologo. Ne-  
reus magnum ſignificat: & hic eſt qui facit, et non  
docet ſolum, cui ſoror applicatur notitia ſui, &  
humilitas, quæ dicit ei. Quid habes, quod non ac-  
cepit? Adhuc ei & Olimpias, quod uiri eſt no-  
men, & ſignificat excelsā meditatem, ut poſſit di-  
cere. Conuerſatio noſtra, ſeu politia, in cœlis eſt.

Salutate inuicem in oſculo ſancto. Oſculū, pacis eſt  
ſignum & charitatis. Sāctum dicit, ideſt, purum,  
non ſimulatum, quale fuit oſcuſum Iudæ prodi-  
toris. Erat ergo mos inter fratres, ideſt, inter Chri-  
ſtianos oſculari ſe inuicem, & hoc oſculi ſymbo-  
lo declarare pacem, quem reliquit nobis Domi-  
nus in teſtamento ſuo, cū dixit. Pacem meam do-  
uobis, pacem relinquo uobis. Quanquam & qui  
hoſpiti excipiebant, priſco more oſculabantur  
hoſpitem. Vnde Dominus conqueritur in Pha-  
riſæum, ſibi ab illo oſculū minimè datum. Erat  
& conſuetudo in ſacrificio oſculum pacis cūctis  
porrigere, qui aſtabant ſacroſancto Miſſæ ſacri-  
ficio, cum ſacerdos precabatur pacem per Agnū  
Dei: qui mos etiā nunc ex parte apud quosdam,

Ioa. 14.

Luc. 7.

præſertim apud religioſos ſeruatur.

Salutant uos omnes eccleſiæ CHRISTI. In hac  
poſtrema illis oblata ſalutatione agnoſcitur om-  
nium deſiderium, qui ſunt in eccleſia, qui per cha-  
ritatem congauēt omnibus benè ambulantibus  
in uia Dei. Quantam enim exiſtimare debemus  
fuiſſe Chriſtianis lætitiā, ubi primū ſignificatum  
eſt, Romanos ipſos ad fidē repudiatis idolis, qui-  
bus Vrbs reſerta erat, concurrere? Magnum ſa-  
nè gaudium exteris nationibus hæc fama detulit,  
præſertim cum & ſperarent mitius futurum im-  
perium, cui chriſtiani principes progreſſu tem-  
poris tandem præficiendū erant.

Rogo autē uos fratres, ut obſeruetis eos  
qui diſſenſiones & offendicula, præter do-  
ctrinam quam uos didiciftis, faciunt: & de-  
cline ab illis. Huiusmodi enim CHRISTO  
Domino non ſeruiūt, ſed ſuo uentri, et per  
dulces ſermones & benedictiones ſeducunt  
corda innocētium. Veſtra enim obedientia  
in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur  
in uobis: ſed uolo uos ſapiētes eſſe in bono,  
& ſimplices in malo. Deus autem pacis  
conterat Satanam ſub pedibus ueſtris uelo-  
citer. Gratia domini noſtri IESV CHRISTI  
uobiſcum. Salutatur uos Timotheus adiu-  
tor meus, & Lucius, & Iafon, & Soſipater co-  
gnati mei. Saluto uos ego Tertius qui ſcri-  
pſi epiſtolā in Domino. Salutatur uos Caius  
hoſpes meus, & uniuerſa eccleſia. Salutatur  
uos Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus fra-  
ter. Gratia Domini noſtri IESV CHRISTI  
cum omnibus uobis, Amen. Ei autē  
qui potens eſt uos confirmare iuxta euan-  
gelium meum, & prædicationē IESV CHRISTI,  
ſecundum reuelationem myſterii tem-  
poribus æternis taciti (quod nunc patefactū  
eſt per ſcripturas prophetarum, ſecundum  
præceptum æterni Dei ad obediētiā fi-  
dei) in cunctis gentibus cogniti, ſoli ſapienti  
Deo per IESVM CHRISTVM, cui honor  
& gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Rogo autem uos fratres etc. Optimus hic neceſſa-  
riæ exhortationis ſermo, ad cauēdum ab iſs, qui  
zizania ſerunt per falſam doctrinam: quia qui  
eiufmodi ſunt, non Deo ſeruiūt, ſed proprio uen-  
tri. Hi enim dulcedine ſermonis, & blandis qui-  
buſdam benedictionibus ſeducunt corda inno-  
centium, ideſt, ſimplicium, qui facile credunt, & obe-  
diunt omnibus. Vnde laudat eos, quia obedi-  
bant facile, ut erat notum. Attamen admonet  
ne ita ſint in credendo faciles & benigni, ut non  
ſint ſimul ſapientes, ideſt, uideant quibus obediāt.  
Nam ſapientia, & ea prudentia quæ habet cau-  
telam, ſeruit in bono: neq; oportet hominem  
in hoc eſſe ſimplicem, uidelicet, ad recipiendum  
malum, ſed tantum in non inferendo, aut non re-  
ferendo malum per iniuriam, aut (quod aiunt) re-  
taliationem. Et hoc eſt quod dixit.

Matth. 10.

Sed uolo uos sapientes esse in bonum, & simplices in malum. Quod dominus IESVS alijs uerbis explicuit. Efitote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Quod si ita fiet, Deus (inquit) Sathanam zizaniorum seminatorem cõteret absq; ulla mora sub pedibus uestris.

Gratia Domini nostri IESV CHRISTI uobiscum. Iterum salutat in fine ut plenus feruenti charitate erga eorum progressum in uia Dei, ad quem augendum imploranda est semper Dei gratia, postquam undiq; hostibus, mundo, carne, diabolo, & falsis prophetis, ita sumus circumdati, ut magno sit opus timore, & auxilio Dei assiduo.

Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei &c. In Timotheo honorem Dei intellige, qui fuit adiutor B. Pauli. Hic enim semper præ oculis habuit. Lucius lucem: Iason, medicinam: Sosipater saluans patrem significat. Hi sunt cognati Apostoli, & cum illo nati, quando induit CHRISTVM baptizatus, qui patri Adæ salutem obtulit. His applicatur Tertius, qui scripsit hæc epistolam, ut nullius officium sine munere esse apud Deum intelligas. Adiungitur Caius hospes B. Pauli. Caius Dominum prisca lingua significat. Hic est CHRISTVS hospes noster. Adiungitur & Erastus arcarius, siue iconomus ciuitatis. Hic est Spiritus sanctus uere optimus, & uere dispensator in ecclesia. Quod iterum in salutatione manifestat, dicens.

Gratia Domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus uobis Amen, Ei autem qui potens est &c. Apostolus hic claudit epistolam, sicut incepit, per salutationem. Sed quæstio est de constructione huius loci, quomodo grammaticè dicatur. Ei autem soli sapienti Deo, cui gloria &c. Non enim ullum uidetur esse uerbum, cui cõnectatur quod dicitur, Ei autem &c. Nisi fortè intelligas hoc iungi salutationi, ut sit sensus, Gratia domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus uobis, Ei autem &c. id est, in eum, aut in gloriam eius: quoniã in illum

omnia recidere necesse est.

Et hic nota, quod Apostolus uidetur loqui ad eos, tãquàm non satis confirmatos in fide & gratia, iuxta suum euangelium, & prædicationem quam habebat de IESV CHRISTO, iuxta reuelationem mysterij, id est, uerbi Dei incarnati & passi pro nobis, qui & resurrexit. Hoc autem mysterium fuit tacitum temporibus æternis. At quæ uocat (quæso) æterna tempora? Melius interpretaretur; tẽporibus sæcularibus; id est; temporibus, quæ à sæculo cucurrerunt, sicut aliàs dicit, Ante tẽpora sæcularia: ut hic innuatur, quod ante tempora sæcularia non fuit tacitum, sed reuelatũ in cœlis & promissum, uidelicet ipsis Angelis, qui & iussi sunt adorare illum. Quod mysterium si cui placet uidere uberius explicatum, & rationibus atq; scripturis comprobatũ, legat quæ peculiari tractatu in nostris opusculis continentur, & sui eum laboris minime pœnitebit.

Illud etiam hic norandum, Deum præcepisse manifestari hoc mysterium n̄s diebus, quod & per prophetarum scripturas uoluit agnosci, ita ut scripturæ propheticæ lucem habuerint magnam ad implementũ sui, quæ prius non intelligebantur: & nunc sunt ita claræ, ut nisi quis excocauerit seipsum, aut dignum se constituerit excoctatione, de omnibus quæ ad CHRISTVM manifestandum in carne uenisse pertinent, non possit ullus dubitare. Qua in re miserãda apparet Iudæorũ hodie uiuentium pertinacia, qui expectant, quod nulla ratione expectari, nec ullis scripturis rectè intellectis, potest. Sed non est omnium fides, nec omnes obediunt euangelio, quod tamen omnibus exhibetur. Gratias Deo per

IESVM CHRISTVM

Amen.



# COMMENTARIA IN PRIOREM EPISTOLAM

B. PAULI AD CORINTHIOS.



**P**AULVS uocatus Apostolus IESV CHRISTI per uoluntatẽ Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in CHRISTO IESV, uocatis sanctis: cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri IESV CHRISTI in omni loco ipsorum & nostro, Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & domino IESV CHRISTO.



**H**ACTENVS est saluatio, quam mos per epistolam scribẽdi solet exigere: & est christiana hæc & salutaris saluatio, B. Paulo admodum familiaris. Porro paulo uerborum fuit illa, qua ad Rom. usus est, quæ ordine relictissimè collocato primum locum meruit & obtinuit. Cum .n. minus esset Romanis notus, & gratia illa insignis ei data à Deo & doctrina non satis pro dignitate patèret, licuit in ipso titulo latius spaciari. Hic tamen sui Apostolatus mentionem facere nõ prætermittit, ut ea quæ scripserat, acciperent Corinthij tanquàm ueram CHRISTI Apostoli doctrinam. Addidit.

Per uoluntatem Dei, Per hanc se uocatum, siue institutum Apostolum prædicat, ut non solum Dei singularẽ erga se benignitatem declararet, uerum etiam ut innuat necessitatem docendi ac prædicandi: quia Deus illum ad tãtum elegerat officium, & non ipse semetipsum temerè, ut pleriq; faciunt, ingessit. Vnde dicitur est inferius: Vt mihi si nõ euangelizauero. Neq; uerò in donis alia est querenda ratio, quàm mera ipsius donantis uoluntas.

Et Sosthenes frater. Sosthenen adiungit quasi cõscribentem epistolam hanc & consulatẽ, cum tamen minime sit dubium, eam B. Pauli spiritu dictam fuisse: sed humilis Apostolus, & totus charitate plenus, quæ nihil reputat suũ ab alijs seiunctum, sed facile cõmunicat omnia, etiam Sostheni tribuit, quod à se erat. Quia tñ probabatur atq; cõfirmabatur à Sosthene, etiam adiunxit illũ, quod firmiora essent & acceptiora quæ docebat. Hic nempe Sosthenes Iudæus erat, & princeps synagogæ Corinthiorum, cooperator Apostolorum ad fidem, & euangelij complementum: qui quidẽ apprehensus est, & malè acceptus coram Gallio,

ne proconsule. Interpretatur autem Sosthenes, potenter saluans, aut robustè. Hoc enim habebas secum Apostolus, in quo erat ille potens, & propugnator ad saluandum.

Salutat autem ecclesiam Dei illam, quæ erat Corinthi. Licet enim una sit omnium ecclesia catholica, plures sunt tamen sub illa, & omnes Dei ecclesiæ appellantur: quæ & uocatur sunt collectæ in CHRISTO. Nam ecclesia, à κλῆς dicitur, quod est uoco: Synagoga uerò congregatio est. Vnde congruè cognomen hoc in Iudæis remanens, quod solam collectionem notat, quasi spontaneam & naturalem: sicut populi sua sponte congregantur. At Ecclesia collectionẽ significat, quæ per uocationem supernam est: & ea ad Christianos pertinet, qui uocatione ueniẽtes significantur. Ideò adiecit.

Sanctificatis in CHRISTO IESV, uocatis sanctis. Nam hoc folius ecclesiæ Dei sponsa est, non ueris synagogæ, ut sit illa sanctificata lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut testatur ad Ephesios.

Cũ omnibus qui inuocant nomen Domini nostri IESV CHRISTI, Vt non intelligas hanc epistolã mitti omnibus, qui inuocant nomen Domini: sed referatur ad illud, uocatis sanctis, ut indicet quod non soli erant in hac sorte uocationis, cum essent alij in orbe terrarum, qui inuocabant nomen Domini. Nam ij soli salui fiunt, cum nõ sit aliud nomẽ datum sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri, quemadmodum testatur in Act. B. Petrus.

In omni loco ipsorum, & nostro. Non hic arbitror de iurisdictione loqui Apostolum, sed ut indicet charitatem nihil proprium habere, sed communia omnia. Et quod non Iudæorum loca tantum erant, ubi inuocaretur nomen Domini, sicut illi putabant: sed omnis locus est sanctificatus per IESVM CHRISTVM, ut ibi possimus eleuare puras manus. Vnde ad hæc officia totus mundus sanctificatus est. Verba deinde salutationis adiecit, Gratia uobis & pax &c. Quæ declaranda sunt, ut in superiori quæ ad Romanos.

Gratias ago Deo meo semper pro uobis, in gratia Dei quæ data est uobis in CHRISTO IESV: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia (sicut testimonium CHRISTI confirmatum est in uobis) ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri IESV CHRISTI, qui & confirmabit uos usque in finẽ sine crimine, in die aduentus domini nostri IESV CHRISTI.

Ecclesia & synagoga quid

Act. 4

Fidelis Deus, per quem uocati estis in societatem filii eius IESU CHRISTI domini nostri.

Gratias ago etc. Hic incipit epistola, quæ & ipsa (ut decuit) non caret proœmio, ut reddatur dociles & beneuoli ad suscipiendam doctrinam. Argumentum autem epistolæ perfiringam commodius post proœmium. Volens ergo primùm ostendere suam erga illos charitatem, ut sic animos eorū sibi amicos cōciliaret, insinuat quomodo Deo gratias agat pro illis. Gratiam autem uocat donum illud excellens, quo grati sumus Deo, quod & ἡ χάρις appellatur scripturæ, eò quod gratis absq̃ ullo prorsus merito donatur.

Vide autem ut suo more à gratiarum actione incipit Apostolus, ut patet in omnibus epistolis, exceptis illis quæ ad Galath. & ad Titum & ad Hebræos: quoniam illæ proœmio carebant, ceteræ initium habent à gratiarum actione & benedictione, quæ nihil aliud est q̃ gratiarum actio. Ne autem in seipso quis gloriatur, dicit gratiam illis datam, non autem eorū meritis acquisitam. Data autem fuit in CHRISTO IESU: quia ipse pro nobis meruit. Et secundum mensuram donationis CHRISTI, quatenus quis inuenitur in illo, accipit ex illius donis. Et ut uehementius iterum sibi illos conciliet, commendatione uitur, dicens eos esse diuites in omnibus. Græcè ἐν παντί. Hoc quidam exponunt: in uniuerso; ut sit sensus, quod non singuli, sed omnes simul abundarent: quanq̃ quod unus habet, etiam alius habet propter charitatem, quæ facit omnia communia. Non tamen de temporalibus bonis erat sermo, sed de spiritualibus his, quæ faciunt ad salutem. Nam cui ad hūc finem nihil deest, ille diues uerè dici potest.

Ita ut uobis nihil deest in ulla gratia, siue dono. Nā græcè ἡ χάρις καὶ τὰ πάντα legitur. Et dicit diuites illos factos in illo, nimirum in CHRISTO. B. Thomas exponit, idest propter illum. Vera quidem expositio in se: At uis uerborum significat, eos qui sunt CHRISTI, esse in eo per Spiritum tanquam insiti, & de Spiritu eius assidue attrahentes. Sic rami habent à radice, à qua fluit omnis in ramis humor: & à uite, à qua accipiunt palmites, & quod habent, ab illa habent, alius quidem palmes plus, alius minus. Quidam uerò huic uerbo; in illo; adiungunt, si perseverauerint. Verum hoc est addere, non exponere. Declarat autem diuitias ipsorum esse in omni uerbo & sciētia. Diuitis est etiam posse aliorum succurrere indigentia, quod est illius tantummodo qui abundauerit.

In omni uerbo, & in omni sciētia. Parum est habere uerba, idest uerborum facundia, nisi simul adsit sciētia ad docēdum alios. Nec admodū proderit sciētia, nisi adsit & facultas uerbi sciētia exprimentis atq̃ tradētis. Perficitur ergo doctor ijs duobus; & qui ita perfectus erit, sibi simile poterit ex parte sua sine impedimento generare. Et propterea rectè subditur.

Sicut testimonium CHRISTI confirmatum est in uobis. Hoc uariè exponitur. Mihi autem hic sensus

uidetur & uerus & planus, scilicet ut dixerit: Ita uos estis diuites, uidelicet ad propinandum uerbum euangelij, & testimonium hoc confirmandū in alijs de CHRISTO, sicut est in uobis confirmatum: quod certè fuit in omni uerbo, & in omni sciētia. His enim duobus, uidelicet uerbo & sciētia quæ perficiunt doctorem, ualde potens Apostolus genuit illos in CHRISTO. Sed pro infirmioribus addita sunt signa & prodigia, ut qui ipso puro sermone euangelij ueritatem capere non poterant: miraculis ante oculis editis fidem amplecti cogerentur. Sequitur.

Ita ut nihil uobis deest in ullo dono, quod scilicet ad ædificationem aliorum pertineat. Nec enim hoc dixit simpliciter illis nihil deesse, quippe cū deesset uita æterna, sed quod nihil deerat expectantibus reuelationem Domini nostri IESU CHRISTI, hoc est, existētibus in statu fidei & spei, siue in statu gratiæ, qui est status uiatorum, qui adhuc laborant & gemunt expectantes beatam spem. Etenim similes sunt expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: qui interim peruigilant, ut cum uenerit & pulsauerit ianuam, confestim aperiant ei. Tunc enim erit reuelatio IESU CHRISTI Dei & domini nostri, qui manifestè ueniet, & non flebit. Quod uerò sequitur,

Qui confirmabit uos usq̃ in finem sine crimine, miram uidetur continere promissionem. B. Thomas admittit, ab Apostolo indicari illos esse seruandos absq̃ mortali peccato: tale nanq̃ peccatum est crimen. Et hoc obiter contra hæreticos, qui negant posse hominem uiuere absq̃ crimine. Quidam alius, imò & B. Augustinus, intelligit cōfirmandos in fine, non qui interim non peccarēt, sed quod in fine, idest, in aduentu CHRISTI inueniendi essent absq̃ peccato. At certè durum uideri potest, admittere omnes Corinthios fuisse prædestinatos. Et hoc etiam durius, Apostolo id per reuelationem fuisse nulla necessitate postulante indicatum, quod potius impediuisset susceptā circa illos sollicitudinē. Deniq̃ si & hoc daremus, adhuc illud planè maneret absurdum, quod hoc eis Apostolus manifestaret. Ex hoc enim nihil aliud quàm securitatem fœcordiæ matrem, præsertim in imperfectis, creasset. Quare nihil contingit absurdi subintelligere hīc tacitam conditionē, uidelicet. Confirmabit uos Deus: si et uos perseveraueritis, & nisi uos obicem ex aduerso posueritis gratiæ, sed ambulaueritis perseverantes in præceptis eius. Sic exponit hunc locum B. Chrysostomus, & rectè. Hunc quoq̃ sensum expressit B. Petrus, qui post tradita charitatis præcepta, hæc adiunxit. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitacionis. Sobrii estote & uigilate &c. post subiunxit: Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit uos in æternam suam gloriam in CHRISTO IESU, modicum passos perficiet, fulciet, confirmabit, solidabitq̃. Vocat autem diem Domini, illum iudicij supremum diem, quando iam operari non licet. Nam usq̃ in diem illum (quia nobis operari licet) dies nostri dicuntur, & tempus nostrum: quia illo uti possumus

1. Petr. 5.

Pro benignitate Dei, qui confirmat perseverantes.

possumus, ut rectè & sollicitè operantes mercemur in illo. At in illa die Deus dicitur accipere tēpus, & iudicare iustitias. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, ait Psalmista. Vnde & ipse semet dixit: Operamini dum dies est, ueniet nox quando nemo poterit operari. Et Apostolus noxter: Dum tempus habemus operemur bonum.

Heu quantū est iacturæ in temporis amissione, quo ut nihil uelocius, & eius naturæ ut nunquā quod abiit redire ualeat: ita nihil perniciosius, si frustra fluere permittitur. At quis adeo sapiēs, ut hoc cōsideret? Ut uerò comprobaret Apostolus dictum, uidelicet Deum eos confirmaturum, si sibi ipsi non defuerint, addidit.

Fidelis Deus per quem uocati estis in societatem etc. ac si manifestè dixerit: Vocauit Deus uos ad societatem Filij sui, idest, ad gloriam futuram, quā promisit uocatis. Sed primò uocati estis in societatem, ut patiamini cum illo: quoniam si compartemur, & conregnabimus. Ipse enim Deus fidelis est, qui non deficit in promissis. Faciet ergo ex parte sua: & idè confirmabit uos, si modo manseritis in Filio, uidelicet socij passionum, ut possitis etiam esse socij resurrectionis & gloriæ. Illud hīc annotandum, quod dixit eos uocatos per Deum, nimirum Patrem, ut hīc expugnētur hæretici illi, qui inde sumebant Filium esse Patre inferiorem, quia dicitur Pater per illum fecisse omnia. Et hīc dicit Apostolus per Patrem uocatos esse Corinthios. Quid ergo? An Pater Filio minor an uerò seipso? O miseram cœcitatē. Vt ijs qui non acquiescunt ueritati. Notādū & illud aduersus uos nouos hæreticos, qui cum neminem uelint esse absq̃ crimine, habent hīc tamen Apostolum è diametro sibi ipsi aduersantem: qui clarè ait Deum confirmaturum illos sine crimine usq̃ in finem. Quid ergo uociferantur, à nullo posse legē impleri? Et quid necesse est imputata illa iustitia, quam callidè excogitarunt, si noua peccata & crimina iustitiam nobis inhærentem, quæ est arra uitæ, non auferunt?

Obsecro autem uos fratres, per nomē domini nostri IESU CHRISTI, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sentētia. Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter uos. Hoc autē dico, quod unusquisq̃ uestrū dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego uero Cephæ: ego autem CHRISTI. Diuisus est CHRISTVS? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo quod neminem uestrum baptizauit, nisi Crispum & Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem & Stephanæ domū: cæterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Non enim misit me CHRISTVS baptizare, sed euangelizare: non in sa-

piētia uerbi, ut non euacuetur crux CHRISTI. Verbum .n. crucis pereuntibus quidem stultitia est: ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei uirtus est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Obsecro autē uos etc. Hic incipit tractatus huius epistolæ mira doctrina refertæ: quam possumus summam pro commodiore expositione, in decem particulas diuidere.

Diuisio totius epistolæ.

Prima continet miserrimæ ambitionis exhibitionem ac detestationem: Vnde schismata inter illos & sectæ oriebantur. Et propterea hortatur ad sanctam illam & amabilem unionem, quā mysterium baptismatis continebat. Habet ergo & contrariam omnino ambitioni doctrinā Crucis, in qua est uera & diuina uirtus ad ueram & sempiternam gloriam.

Secunda habet inuectiuam in flagitium infandū concubitus, & detestationem omnis fornicationis: quo uitio non obsurè plurimum laborasse Corinthij uidentur.

Tertia cōtrouersias, & lites forēses uituperat, & reprehendit, tanquā CHRISTI seruis indignas, ac præsertim quæ apud infideles agerentur: quod redundabat in opprobriū tenere adhuc fidei. Nam inter illos charitatis iura, & non rerum fluxarum lucra uigere uolebat.

Quarta tractat matrimonij iura, & conditiones tales, ut optaret omnes sibi (si fieri posset) in uita cœlibatus pares ob uarias angustias, quas ille matrimonij status secum affert. Ex opposito charissimum Deo, & pretiosissimum castitatis donū & uirginitatis summis laudibus extollit, ut Christianus homo & corpore & animo sit Dei seruitio totus mancipatus.

Quinta libertatem quæ est in noua lege CHRISTI declarat: uerum ob scandalum proximi nō esse illa utendum, sed abstinendum uel à licitis, ne infirmi in fide, qui tam facile à priscis ritibus abduci non poterant, periclitarentur obiecto illo liberioris uitæ exemplo.

Sexta superstitionem in orando ac prophetando, quam in uelando caput uiri obseruabant: & contra, mulieres quæ non uelando caput orabāt, uituperat: atque ne in posterum fiat, prohibet. Et hīc incipit nonnulla adijcere ad præparationem Eucharistiæ, quo dignè ad salutē sumatur.

Septima de donis Spiritus tractat, ordinatè à Deo dispositis ad ecclesiæ ædificationem: & ad omnium utilitatem ita ordinatè exercendis, ut membrum unū alterius mēbri officium & peculiarem functionem non usurpet, ne corpus optimè à Deo compactum, uiolato ordine, monstri simi le reddatur.

Octaua æmulationem sanctam suadet, & meliorum charismatum desiderium. Et hīc ita extollit præstantiam charitatis, ut cæteras omnes uirtutes & dona, nihil iuuare ad æternam uitam asseueret, si non in primis ipsius charitatis societate fulciantur, quam uel in futura uita præcipuè re-

gnaturam



gnaturam testatur: quia nunquam excider.

Nona præfert donū prophetiæ dono linguarum à fructibus ipsius prophetiæ siue interpretationis, quæ plurimum ualet ad ecclesiæ ædificationem, ad doctrinam, & afflictorum cōsolationem, quæ omnia præstare illi non poterant, qui lingua tantummodo loquebantur.

Decima suadet resurrectionem uniuersæ carnis futurā. Postremo adhortatur ad elemosinas & collectas, sicut in pactis cum Apostolis continebatur, ad releuandam CHRISTI pauperum sanctorum inopiam.

Quantum ergo attinet ad primam particulam in prædictis uerbis, Apostolus primò hortatur obsecrando dulciter per nomen dulcissimū IESV CHRISTI, ad unionē & consensum in dogmatibus: quoniam ex dissensione schismata nascuntur & hæreses, pulcherrimam ecclesiæ unitatē turpiter & perniciosissimè discerpentes: Vnde ait. *Vt idem dicatis omnes.* Græcè τὸ αὐτὸ, quod certū quiddam, & iam determinatū significat, in quod ut concurrant omnes, admonet. Nam istud ne sint schismata, est necesse, uidelicet idem dicere ac proferre. Sed quia nemo uerè dicere aliquid censetur, nisi & ita esse in ipso animo sentiat: iccirco ut idem dicant, oportet ut pariter idem sentiant: quare adiecit.

*Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Græcè sic legitur, ἐν τῷ αὐτῷ νοί, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ γυῶμῳ, id est, in eadem mente & eadem sententia. Et per mentem intelligo cogitationē, dū res inquiritur meditando, & iam noscitur ex principijs conclusio. Per sententiam uerò iudicium & confirmationem notitiæ: ut ficticia hæc perstringatur, uidelicet idem nosse: & idem sapere, hoc est, sententia idem comprobare: ac demum idem dicere & proferre. Hoc si fiat, iam cessant omnes schismatum occasiones. Non me lateat alios aliter hoc pro suo quocūq; sensu exponere, nec inter se tamen constare. Ego uerò quod uerius mihi uisum est, breuiter exposui. Ne aut fortè dicerēt: Quorsum hæc ad nos B. Paulus subiecit, non ab re hæc se illis proposuisse, uelut medelam malo quo laborabant: ait ergo.

*Significatum est enim mihi de uobis fratres &c.* Fratres uocat, ut dulciter, & in spiritus lenitate admoniti, facilius correctionis medelam sumant. *Ab ijs qui sunt Chloes.* Chloes autem aut locum, aut certè mulierem significat. Verum duo uidetur hic agere Apostolus, quæ non satis probari solent. Alterum quòd delatores manifestat: Alterū quòd fidem se habere ostendit talia asserentibus absq; alia certiore notitia. Sed utrunq; excusatur, quum crimē publicum est: Et quum qui deferunt, non cauent nomina propria (si opus fuerit) exprimi: quæ duo hoc in loco deprehendebantur. Et tamen neminem proprio nomine designat.

Exponit autem schisma natum esse, quòd dicerent. *Ego quidem sum Pauli &c.* At hoc nullo uidetur uituperio dignum, si quisq; afficiatur erga suum doctorem: cum & quilibet in religione & in doctrina, eligat sibi ducem quem sequatur, idq; nemini

ne uituperante. Imò & ecclesia ipsa probauit hos ordines & doctrinas. Sic enim alius B. Dominici ordinem, alius B. Francisci amplectitur. Et in doctrina, alius quidē B. Thomā sequitur: alius Scotum, uel alium quemlibet.

Præterea (& id est accuratius considerandum) eos etiam uidetur reprehendere, qui dicebant se esse CHRISTI. Nam & hos cum alijs, quos reprehendit, enumerat. Qui tamen minime uituperandi erant, sed potius commendatione digni, ut qui primario capiti hærent, & in eo gloriarentur: quod ab omnibus uidetur esse faciendum.

Vt igitur primo scrupulo satisfaciam, primū quoq; lector nouerit, quosdam esse, qui negant à Corinthijs ea dici de B. Paulo, & Cepha & Apollo: sed illud B. Paulum in se figurasse & Apollo, & Cepha, quod de quibusdam alijs audierat, qui sese constituerant sectarum uariarum capita. Et hoc ex illius proprijs uerbis colligi posse uidetur paulò inferius, scilicet cap. 4. Porro hanc nominū commutationē addunt, prudenter in se, & Apollo, & Cepham esse factam, ne si nominasset qui se faciebant capita illorum, magis eos irritaret: quin potius exemplo hoc, in quo B. Paulus etiā seipsum uidetur contemnere (qui tamē erat omnium illorum Magister) deponeret ambitionē.

At mihi hæc expositio minime probatur: tum quia hic simpliciter rem ut se habebat, describit, quòd aliqui scilicet ita dicerent: *Ego sum Pauli &c.* Et constanter in hoc uidetur persistere, semper personam propriam exinaniens, ut mox uidebimus: Tum uerò cum nō sit putandum, si Corinthij ulla faciebāt sibi sectarū capita, ab eis Apostolos omninò exclusos, & potissimū ipsum B. Paulū, ut nullus eorum diceret. *Ego sum Pauli*, quæ tamen primum patrem habuerunt in CHRISTO, ut ipsemet testatur: Per euangelium, ait, ego uos genui. Et si qua regnaret inter eos ambitio, quem poterāt sibi caput seligere B. Paulo præstātius in signis prodigijs & uirtutibus, & in omni genere sanctitatis & doctrinæ: in quibus tamen maximè gloriari solent, qui sectas amant.

Quod autem inferius uideatur aliter dicere, si rectè inspectum fuerit, iam nō ita uidebitur, ut eo in loco clarè ostendam. Vera ergo & iusta fuit illa reprehensio. Neq; ob id negamus licere cuilibet sequi ducem suum, siue ad imitandam uitam, siue ad doctrinam, modo sit ille probatus. Eatenus tamen hoc facere licet, quatenus fert & ipsa ueritatis dignitas, cui semper primus deferendus est honor: & ipsa unio charitatis, id est, ne prætextu Ducis aut Magistri relinquatur fidei ueritas: aut scindatur unitas, quæ est ex charitate in capite ipso nostro summo & uero CHRISTO. Quod utinam illi obseruarent & facerent, qui dicunt. *Ego sum Francisci: Ego uerò Dominici.* Et iterum: *Ego sum Thomæ: Ego uerò Scoti &c.* Magna profectò dissidia ob eiusmodi emulatiōes seuit Diabolus in Ecclesia: quia unusquisq; non tam ueritatem quàm gloriam propriam diligit. Quare copiosum hæc materia nobis subministrat sermonem, aduersus illos qui eiusmodi sunt, sed

fed qui habent purgatas aures, sub paucis ijs multa contineri intelligunt: satis sit admonuisse.

Quod uerò secundo loco obijciebatur, Apostolum reprehendere eos qui aiebant: *Ego sum CHRISTI*, pleriq; reprehensos negant. Non enim, quasi illi similiter non rectè dicerent, commemorati cum alijs sunt, qui non rectè dicebant: uerū contra potius, quia rectè ij dicebant, tanq; ex opposito collocati sunt, ut præ istis alij iudicentur.

Cur reprehendatur corinthij illi, qui se esse Christi dicebant

Tu uerò acute lector diligentius considera, Nū uerius, & ad literam & sensum Apostoli aptius dicatur, etiam istos fuisse suo modo notatos, tanquam nimis sapientes, & in aliam partem peccantes: quoniam CHRISTI prætextu contemnebant ministros eius, ut ministros, quos nihili faciebant. Quod peccatum nostris redijt temporibus, apud Lutheranos potissimū regnans, qui CHRISTVM solū spretis illius mēbris suscipiunt, si modo sic suscipiūt. Nā ita suscipiūt, ut qui sub CHRISTO duces fuerint, sanctos Dei ueros omninò floccifaciant: quorū exempla & traditiones (quas humanas constitutiones uocant) prorsus cōtemnunt. At hoc non erat suscipere CHRISTVM, qui dixerat. Qui uos accipit, me accipit: & qui uos spernit, me spernit. Tales erāt fortassis ex Corinthijs quidam, qui & hoc factiosè dicebant. *Ego sum CHRISTI*, nomen CHRISTI quasi uelamen malitiæ, & clypeum patrociniū suscipientes, ut ab alijs se segregarent, nolētes seruare traditiones Apostolorum. Sed nescit Rex pacificus patrociniū præbere contentiosis.

Luc. 10.

Nec quenq; mouere debet, si B. Paulus uideatur se præferre cæteris, dum prius se nominat, quàm Apollo & Cepha. Hic enim à se incipit tanq; ab indigniore, ita ut uelit gradatim ad sublimiores ascendere: quod plus satis uel ex eo patet, quā ultimo post Cepha loco nominat CHRISTVM principem tamen & caput omnium.

*Diuisus est CHRISTVS &c.* Hic B. Paulus uult ostendere horum schismatum inconuenientiam, idq; à duobus. Et primū quidem, quia sic diuiditur CHRISTVS: idē cum detestatione ait. *Diuisus est CHRISTVS*: Scimus. n. CHRISTVM in se scindi non posse: sed tunc scindi dicitur, siue ab eo corpore separetur caput, siue inter se membra disgregentur & discerpantur. Sicut autem illud corpus CHRISTI non est passum scissuram, sed seruatum est integrum (iuxta uaticinium illud: Os non comminuetis ex eo) Sic & indignum censetur diuidi corpus eius mysticum, id est, ecclesiam. Nam corpus mysticum debet figurari uero corpori, quod est typus.

Exod. 12.

Secundò reprobat sectas huiusmodi, in quibus quilibet sibi caput constituit suo modo: quia per hoc negligitur uerum caput, quod est CHRISTVS. Verè enim tunc scinditur CHRISTVS corpus mysticum, quando non consideratur caput cum membris, uti faciebant illi qui aiebant. Ego uerò CHRISTI, quasi opponētes se illis qui dicebant: *Ego sum Pauli*. Ab utrisq; siquidem diuidebatur CHRISTVS. Primò ab ijs, qui

CHRISTVM solum cōsiderabant: quia à capite CHRISTO segregabant membra. Alij uerò, qui B. Paulū & alios efferebant, contrario modo diuidebant CHRISTVM: quia à membris segregabant caput, & monstrōse plura capita construēbant.

Esse autem uerum & primarium caput ipsum CHRISTVM, probat: quia ipse solus pro cunctis est crucifixus, & resurrexit: quemadmodum absolute & perfectè totum hoc in baptismo representatur. Eius enim passione fuit omnis effectus in nos aduersus peccatum, ut peccato moriamur, & resurgamus uiuentes in illo induti nouum hominem, qui per crucem illius & mortem creatus est, ut crescat in operibus iustitiæ, & sancti tatis: atque ideò caput nostrum ipse est, propter quod adhuc uehementius urgens, ait.

*Nunquid Paulus pro uobis est crucifixus, ut scilicet illum uobis caput cōstituere debeat?* Et quòd ita sit, etiam probat dicens: *Aut in nomine Pauli baptizati estis?* Græcè tamen legitur: in nomen Pauli. Vis autem rationis hæc est. Cum in baptismo professio sit fidei nostræ, ideò eum nostræ salutis auctorem debemus credere, cuius nomē explicatur in baptismo, in quod nomen baptizamur. In baptismo autem nullius hominis nomen exprimitur, nisi sanctæ TRINITATIS, sicut erat forma tradita à CHRISTO uera: quanquam eo tempore baptizarent etiam in nomine CHRISTI, quò hoc sanctū nomē glorificaretur, ut patet in Act. Apost. Ideò caput salutis omnium CHRISTVM esse, fatendum est. Contra quod uidebatur illi mōliri, qui sibi diuersa capita statuebant.

Sed hinc aliquot exoriuntur nō infructuosæ quæstiones. Prima, Videtur alibi B. Paulus dicere, se adimplere ea quæ deerant passionum CHRISTI in carne sua, pro corpore eius quod est ecclesia. Et item stigmata IESV se portare asserit: & mori continē, & tradi bestijs, & persecutionibus pro salute aliorum, & omnia sustinere propter electos, ut ipsi salutem consequantur. Quo modo ergo ita est pro nobis crucifixus CHRISTVS, ut excludantur B. Paulus & cæteri, qui posuerunt animam suam pro alijs? Secunda quæstio est. Quomodo baptizarent tunc in nomine CHRISTI, cum data esset alia baptismi forma, uidelicet. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti? Tertia est, quomodo B. Paulus uerè dixerit se nomine suo non baptizare, sed CHRISTI: cum baptismus conferatur à sacerdote dicente. *Ego te baptizo &c.*

Ad primam respōdeo, CHRISTVM esse principalem Mediatore & Redemptorem nostrum: ut quicūque post illum nobis operatur salutem, à meritis CHRISTI habeat: atq; ideò ille principaliter habendus est semper pro pastore, & magistro, & capite. At qui sub eo sunt mediatores, etiā sub eo cōsiderādi sunt quasi uicarij magistri, & uicaria capita, cum & ipsi sint redempti ab illo. Et hoc modo nulla oriuntur schismata, ut ipsemet Apostolus paulò inferius docebit.

Non sum nescius quosdam scholasticos ali-

ter hoc resolvere, si modo resoluunt. B. enim Thomas aliquando uidetur dicere, passiones sanctorum & B. Pauli profuisse alijs per modum exempli, & non per modum meriti. At nos putamus etiam per modum meriti: quia & hoc CHRISTVS meruit, ut quidam insignes uiri, & nobiliora ipsius post se membra, mereri similiter possent pro alijs, ut sic adimpleantur passiones CHRISTI mystici, in quo illi sunt praecipue, qui proximiores illi fuerunt, & dicere poterant: Imitatores nostri estote, sicut & nos, CHRISTI. Verum istud differamus in loco proprio tractandum uberius.

De forma baptismi.

Ad secundam dicimus, Licuisse olim ad CHRISTI gloriam manifestandam & diuinitatem, baptizari in nomine CHRISTI, ita dispensante Deo. At nunc necessarium est obseruanda forma a CHRISTO data: quam nonnulli secus putant, qui uel nunc baptismum conferri posse in nomine CHRISTI sentiunt, agentes uirtualiter in hoc nomine totam Trinitatem contineri. Sed periculosa est huiusmodi opinio: quia in his quae pro forma requiruntur, in propria forma data complendus est actus, ut aiunt Iurisperiti. Quare non arbitrari excusari posse a magno praesumptionis peccato, qui sic auderent baptizare.

De ministro baptismi.

Ad tertiam dicimus: Qui dicit, Ego te baptizo in nomine Patris &c. non suo nomine baptizat, aut in suum nomen: sed plane exprimit quo nomine baptizet, nimirum, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et declarat se ministrum esse tantum eius actus, qui sensibiliter agitur, & eius immersionis sub aquis. Nam gratia, & caeteri spirituales effectus procedunt ab ipso Deo immmediate, qui ita promittit atque fiat, non autem a ministro, aut per ministrum. Et ideo in baptismo quilibet idoneus minister est: quia nudum factum ab eo exigitur, absque iurisdictione, quod non est in absoluendo, aut retinendo peccata.

Græcorum error

Superstitiosè ergo mutarunt formae uerba Graeci, nolentes dicere, Ego te baptizo, sed: Baptizetur seruus CHRISTI, ne minister auctoritatem profiteri uideatur, quae CHRISTI est. Quasi uero B. Paulus hic non testificetur se nonnullis baptismum conferuisse. Si hoc uerum est quod baptizauerit: cur non poterit dicere, Ego te baptizo: Nam & Euangelista ait. Quamquam IESVS non baptizaret, sed discipuli eius. Itaque superflui fuerunt in hoc Graeci, licet uerè et illo modo conferret baptismum. Attamen in hac re (quemadmodum in alijs multis) plus sapere uoluerunt quam oportebat: quos cum noui haeretici imitentur, debent simul ad infelicem praesumptionis eorum exitum attendere.

Notet haeretici

Gratias ago Deo meo quod neminem uestrum baptizauit etc. Gaudet Apostolus & gratias agit Deo, nullam a se occasionem huic errori oblatam, quam illi accipiebant a baptismo, ut quicumque ab aliquo baptizaretur, illi haberet ut patri & magistro, quasi ille in proprio baptizantis nomine esset baptizatus. Quapropter profiteretur se neminem illorum baptizatum, nisi Crispum. Crispus hic erat Iudaeus & archisynagogus, de quo in Actis Apostolorum, Et Caium, qui fuit eius hospes ut ip-

se testatur in epistola ad Romanos. Baptizauit autem etc. Stephane domum. Viri nomen est Stephanas, & probabile est etiam in illa domo, fuisse pueros: & hoc contra Anabaptistas.

Ceterum nescio si quæ alium baptizauerim. Cauta est hæc & prudens locutio, hominibus ad multa intenti, qui facile etiam possit aliquorum obliuisci, quæ ad rem non pertineant. Homines enim erant adhuc Apostoli, nec in omnibus prorsus dirigebantur a Spiritu sancto: sed in his quæ ad fidem erant necessaria, & ad Deum attinebant.

Non enim misit me CHRISTVS baptizare, sed euangelizare. Quidam hæc uerba intelligunt, comparatione: quia etsi missus fuerit ad utrumque sub illis uerbis: Eunt ergo docete omnes gentes, baptizantes eos &c. principaliter tamen ad praedicandum. Mihi tamen expeditius ac uerius illud uideatur ut dicamus, non fuisse reuera proprium Apostolorum officium baptizare per semetipsos, sicut nec ministrare mensis. Et id praesertim non conueniebat B. Paulo, qui totus in euangelii praedicatione occupari debebat. Illud autem mandatum baptizantes eos &c. intelligendum est commode, uidelicet per alios, sicut & CHRISTVS dictus est baptizare, qui per discipulos suos baptizabat, cum ipse non baptizaret, teste Dilecto.

Quod si quis dixerit. Quare non pari ratione intelligatur & aliud praecipuum de euangelizando, uidelicet ut per alios possent euangelizare: Nam apostolus inferius dicturus est. Vae mihi si non euangelizauero. Respondeo, quia rei natura non fert, ut per alium id fiat, quæ declaratio officii indelegabile fuisse in ipsis Apostolis, quorum electa erat persona propter auctoritatem & notitiam. Istud autem locum non habet in baptismo, cuius quilibet (ut diximus) idoneus est minister. Quare Valentinianus Cæsar minus prudenter baptismum ea ratione distulit, ut a B. Ambrosio baptizaret, qui interim sine baptismo defunctus est. Nec prudenter Constantinus magnus, qui in Iordano flumine baptizari uolebat (si modo quod tradiderunt quidam uerum est) qui similiter morte praeventus non ualuit. Unde fertur in Bithinia baptizatus. Nec enim aqua illa Iordanis, potius quam quæuis alia: aut minister ille potius quam ille, confert ad baptismum. Spiritus enim CHRISTI est, qui uerè baptizat.

Quod si quis non fuerit ita perspicax, ut ualeat hæc officia discernere, uidelicet quænam sint in quibus electa sit industria personæ, acquiescat exemplis. De CHRISTO enim legitur quod destinatus fuit a Deo ad baptizandum, ut B. Ioannes testatur, dicens. Ille baptizabit Spiritu sancto: & tamen non baptizabat per se, sed per discipulos suos, ut testatur B. Ioannes. Missus itè fuit ad praedicandum, sicut ipse dixit ex Isaiâ. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad praedicandum Gentibus misit me, &c. Et hoc per se ipsum uoluit exequi in tota Iudæa, sicut ipsemet dixit. Oportet me & alijs ciuitatibus praedicare, quia et ad hoc missus sum. Sed ad alias gentes Apostolus misit. Similiter & B. Petrus qui missus erat baptizare,

Matth. ult.

Quid intersit inter officia baptizandi, et euangelizandi.

Matth. 3.

Isa. 61.

Luc. 4.

Act. 10.

baptizare non per se, sed per alios baptizabar. Ideo iubet baptizari Cornelium, ut legitur in Actis. Et iussit eos (ait Scriptura) baptizari in nomine domini IESU CHRISTI. Missus uero praedicare, hoc per seipsum fecit, & alios etiam misit ad praedicandum. Quãobrem dicit se electum a Deo, per cuius os audiant Gentes uerbum euangelij, & credant. Missi erant & Apoli ad ministranda alia sacramenta, & hoc tamen per alios faciebant. Ideo crearunt septem illos primos diaconos, & postmodo etiam presbyteros, ut ipsi liberius possent instare uerbo doctrinae, & orationi.

Pro uirtute uirtutis Crucis.

Non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux CHRISTI. Quia contentiones & rixae, et sectarum contentiua fiebant etiam propter sapientiam uerbi, quoniam qui docebant, utebantur tali sapientia ad alliciendum homines dulcedine uerbi, qualis erat apud Graecos, qui plurimum arte illa pollebant: ideo B. Paulus exemplo sui tacite arguit illos: & nacta hinc occasione exponit prouidentiam Dei, qui uirtutem suam posuit in abiectione, & ipsi qui crucem sapienter, hoc est, crucis uirtutem intelligerent, ac praese uita ac exemplo ferrent.

Hic ergo incipit alia primae diuisionis particula, ubi intedit Apostolus extollere humilia & infirma crucis, ad extinguendam ambitionem, quæ uniõni maxime est inimica. Inducens ergo semetipsum (ut diximus) in exemplum, ait se ad praedicandum euangelium fuisse missum, non quidem in sapientia uerbi, id est, non pompose ac rhetoricè cum magno uerborum apparatu atque elegantia, et quaestibus coloribus, seu figuris, et iuxta praecipua sapientum mundi, ut praedicaret semetipsum, et sermonis magis quæ ueritatis potentia homines attraheret. Non enim placuit Deo ea uia, noui status ueritatem aperire. Et huius diuinae prouidentiae rationem subdit.

Ut non euacuetur crux CHRISTI, id est, ut suis honor daretur cruci, qua debet nostra fides, ob latentem eius uirtutem, inniti. Quod si in sapientia uerbi praedicassent Apoli, iam fidelium propagatio non ascriberetur Dei uirtuti sub humilitate Crucis latentem, sed ipsi potius potentiae uerbi, humana sapientia atque facundia compositi. Et ob eam causam praedicantis potius esset honor, quam Crucis praedicatione: et gloria daretur lingue, non ipsi Crucis. Et hoc illi pseudoapostoli uehementer affectabant, unde conflabant illarum sectarum. Quo artificio iam dudum multi hypocritarum uisunt, et ferme haeretici omnes, qui linguam fidunt et astutiae propriae. Nam (ut uerum fateamur) noui haeretici plurimum in dicendo pollent: et praeterquam quod dogmata praedicant per se satis grata carni, operam diligentissimam insuper nauant, ut ea plausibilibus uerbis, ornatis et comptis portigant, cum eleganter ferè omnes loquantur. Non sic uero de seipso testatur Apostolus. Si imperitus, inquit, sermone, sed non scientia.

Haeretici elegatiae sermonis, et floribus rhetoricis student.

2. Cor. 2.

Quãobrem considera mecum prudens lector, prouidentiam Dei. Placuit enim per Crucem, rem stultam, rem infirmam atque ignominiosam, saluos facere credentes. Et ob hoc etiam placuit inuenire stultos, infirmos atque abiectos coram oculis mundi homines, qui non solum Crucem subirent, sed etiam praedicarent stulta, et infirma Crucis. Adiecit et praedicationis modum, ut esset similiter humilis et abiectus, et Crucem redolens: ut sic tria haec, quae praedicationem explebant, conuenirent. Primum res praedicata, id est, CHRISTVS crucifixus. Tum et ipsi praedicantes, qui similiter erant crucifixi mundo. Et tertio, praedicandi modus conformis, scilicet absque sapientia mundi. Ut per haec tria uilia et abiecta pateret uirtus CHRISTI et Dei, latens in omnibus abiectis & humilibus, per quae excelsa ac fortia triumphauit.

Verbum enim Crucis etc. Rei praedicatione uirtutem ostendit, ne quis obiceret hanc Crucem uerè stultitiam esse. Ait ergo crucem non solum qui pereunt, stultitiam esse, id est, non qui diligunt pereuntiam, et ita seipsum aptarunt ad interitum, ut in statu perditionis existant. Nonne qui amat mundum, & quæ in illo sunt, amat peritura? Ille ergo perit assidue, cui assidue perit tempus frustra consumptum, et absque respicientia. Nam quanto magis appropinquat extremus dies, tanto celerior imminet ei interitus. His igitur uerbis Crucis est stultitia. At uero ipsi qui salui fiunt, id est, nobis Dei uirtus est, id est, non qui sperant futura & expectant (ut decet) crucem est uia ad salutem. Spe enim salui facti sumus. Verbum Crucis uirtus Dei est, id est, potentia Dei ad saluandum. Et non sunt qui salui fiunt: quos ipsos quasi digito demonstrat adiiciens, nobis, ipsum ecclesiae corpus intelligens, uocatum atque mundatum. Producit autem & ad hoc scripturam dicentem.

Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobo. Est apud Abdiam. c. 1. Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau. Isaias ait: Peribit enim sapientia a sapientibus eius: & intellectus prudentium eius abscondetur. Sensum ergo ex prophetis Apoli clicuit more suo, non uerba. Dixerat enim per Isaiam Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs glorificat me, cor autem eorum longe est a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Ideo ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Horum uerborum hic est sensus, ut Dominus in euangelio docet, et hoc in loco Apoli. Quoniam ille Iudaeorum populus abusus erat dominis Dei magnis, quibus illum erexerat in uirtute signorum, et in doctrina, et in miserationibus multis, & iam penitus cor auerterat ab illo, et solum in exterioribus eius ceremonijs colebat, addens praeterea superstitiones plurimas: ideo conueniens fuit mutare pactum cum toto mundo. Nam cum minime profecisset primo modo in his quæ magna apud homines uideri poterant et fortia, et iuxta humanam saeculi prudentiam admiranda, quæ ea solet quæ huiusmodi sunt magnificare, ideo magno et stupendo miraculo fecit mundum proficere sub stultitia Crucis, & per hanc stultitiam, sapientiam mundi perdidit. Et quæ uideri poterant lucra, perspicacioribus oculis cognita sunt esse detrimenda. Et conuerso, Crucem CHRISTI, esse ue-

Sapientia mundi prostrat est a sapientibus crucis.

Isa. 29.

Act. 14.

rum et sempiternum lucrū. Etenim hæc est lex crucis certissima. Per multas tribulationes oportet intrare in regnū Dei. Hoc sæculi sapientia probare non potest. Ideo perit sapiētia hæc, quæ uincitur à stultitia crucis. Dixit autē Isaias: Intellectus prudentiū abscondetur: quia confundetur quum uiderit stultitiam Crucis adeo potenter loqui, ut nulla ualeat sapientia mundi præualere. Et hoc est reprobari à Deo, sicut ait Apłs sensum ipsum eruens, & uerba omittens.

Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mūdi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deū: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credētes. Quoniam & Iudæi signa petunt: & Græci sapiētiam quærunt. Nos autem prædicamus CHRISTVM crucifixum: Iudæis quidem scādalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis atq; Græcis CHRISTVM Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Quia quod stultū est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Vbi sapiens? ubi scriba etc. Isaias pro sapiente, Iteratum dixit: sicut qui philosophiæ literis imbuti erant, literati dicebantur. Et pro scriba, ponderantem uerba legis dixit: quod ad Iudæū pertinet legis peritum, qui uerborū magis quam spiritalis ponderator erat et scrutator, qui quidem spiritus sub uerborū cortice latebat. Sed ij omnes ad reuelationem stultitię crucis euanuere: quia sapientia Crucis ostēdit eos partim uanos, qui per illam suam sapientiam non parabant sibi aditum ad æterna bona, quæ prorsus ignorabant: partim uerò falsos, cum in multis articulis primis, & in ipsis foribus turpiter aberrarent.

Quod uerò Apłs dixit, Vbi inquisitor huius sæculi? Isaias dixit: Vbi doctor paruulorum? Et uide sensum quamdoctissime ab Apło erutum. Qui enim paruulos docet, ab elementis incipit. Sic philosophi docebant diuinorū rudes & ignaros per elementa mundi huius. Docebant nimirū per ea quę facta sunt, inuisibilia Dei speculātes. Et ij proprie uocantur inquisitores huius sæculi, idest, inuestigatores naturæ, unde accipiunt elemēta ad intelligentiam diuinorū. Sed hi omnes stulti facti sunt adueniente luce huius sapiētissimę et saluberrimę stultitię Dei crucifixi. Quāobrem rectē Apłs.

Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Et uerē stultam reddidit, cum per sapientiam illam non solum finem nostrū non quærimus, sed ab eo longē recedimus. Sapientia, n. huius mundi non indicat nobis uerum finem nostrum, qui est adherere Deo, nec uiam ad illum monstrat. Atqui sapientis est proprium, suas oēs actiones ad finem ordinare. Iustificat autē consilium Dei, qui sic statuit.

Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus etc. Attende ergo, o homo, ad consilium Dei & uias eius. Est, n. sapientia Dei, & est stultitia Dei apud

B. Paulum: & hæc ambę utiles uia ad inquirendū ipsum Deū. Sapientia Dei est, qua is cognoscitur in rerum creatione & creaturis, quę in numero pondere, & mēsurā consistunt. Contēplamur enim cœlos, & cœlorū lumina, et cursus syderum: & sapienter cuncta ibi esse disposita probamus. Speculamur & quę sub cœlo sunt elementa, maria & terram, terrenasq; arcanas diuitias perscrutamur, et diuersa animalium corpora, et uarias rerū naturas. Et in his oibus Dei uestigia, et umbrā quandā aspiciamus. Et ipsum cōiectamus Deum, & eius admiramur, & ueneramur sapiētiam. Sed in hac sapientia nihil profecerūt philosophi apud Deum: quandoquidem noscentes illum, non glorificauerunt, sicut decebat. Nec primus homo parens noster, qui ualdē eadem Dei sapientia exceleuit. Nam rectus est à principio cōstitutus, et magnis ac mirabilibus ornatus donis, qui & ipse euanuit cogitans, & appetens à seipso maiora.

Videns igitur Deus nihil utilitatis hominē per hanc sapiētiam percepisse, mutauit rationem docendi, & stultus propter nos factus, nouum nobis discendi modum dedit, uelut per stultitiā suam, qua coniecit Filium suum in crucē, cognoscere immensam eius uirtutem, & sapientiam, & bonitatem: & ita proficeremus in uia Dei noua. Quis, n. non stultū putet, sinere Deum se tradi, et mori uelle, iustum pro iniustus, & sic infirmari uirtutem ipsam, & stultam effici sapientiam, & æternum Patris VERBUM, unde omne eloquiū uenit, fieri infans et obmutescere (sicut scriptum est) tanq; esset agnus, & sicut ouis quæ ad uictimam ducitur, aut tōdetur? Et hæc omnia in medelam egritudinum nostrarū conuertere, hoc est, insignem hominum peccatum in sanitatem & uitam.

Quis unquam homo iuxta sapientiam suam hæc faceret, aut facta probare posset, tanquam facta sapiēter? Hæc tamen omnia tam stulta in oculis nostris, atq; adeo infirma passus est Deus nostri gratia. Vnde per huius stultę rei, idest, crucis prædicationem bene complacuit Deo (græcē enim εὐδοκίησεν legitur) saluos facere credentes, ut uel sic inueniretur ab ijs, qui crederent tantam eius esse bonitatem, ut ad hanc tam insignem stulticiam adigeret semetipsum. Porro stultitiā dico iuxta cor & iudicium sapientis mūdi, & ignorantis elementa constitutionis eius, & pacta. Nam iustum erat ut qui crederent, & fidem haberent huic stultitię (sicut sunt paruuli, & minimē sapientes excelsa) salutem inde soli illi caperent, idest, qui crederent bonitatem Dei. Nam propter eius bonitatē hæc facta sunt, quam nulla mundi sapientia poterat coniectare. Non, n. tanta bonitas reperitur in nobis. Verū sic Patrem misericordiarū agere decuit, ut prius amando nos tam miserē, et (ut ita dicam) tam perditē, amorem nostrum, qui durissimi sumus, cōciliaret atq; attraheret ad seipsum. Et tamen nec sic profuit multis utriusq; gentis, quia increduli fuerunt bonitati Dei.

Quoniam et Iudæi signa petunt. Vide ut uerē stulti ipsi qui tot signa habuerunt, & inde non profecerunt. Et Græci sapientiam quærunt. Et hęc similit

Sap. 11.

Eccl. 7. et. 17

Matth. 11.

Quid propriū Iudæorum, & Græcorū quominus dispositi erāt ad euāgelium.

Act. 17.

1. Cor. 12.

liter uide quam stultē, qui de sapiētia sua euanuerunt: & iccirco ex eorū meritis id euenit, ut prædicatione CHRISTI crucifixi, in quo apparuit infirmitas & stultitia Dei, Iudæo quidem fuerit scādalo, qui petebat signa, & delectabatur in magnis & mirabilibus, sicut assuetus erat uidere fortia Dei. Vnde & aiebant: Magister uolumus à te signum uidere de cœlo: & in Suffixum cruci clamabant. Si filius Dei es, descende de cruce. Et iterum: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. In desiderio ergo rerum fortium miser Iudęus infirmus ipse factus est, qui offendit in petram. Græco autem fuit stultitia: quia Dei sapientiam quærebat in creaturarū specie, in qua tamen infeliciter profecerat, ut qui in maximos incurrerat errores. Igitur stultus merito factus est sapiens Græcus in auditu stultitię Crucifixi, quam nolebat accipere: quia hanc eius uirtutem non capiebant miseri Epicurei & Stoici, qui prædicante Apło dicebant: Quid uult semini uerbis hic dicere? Nouorum dæmoniorū uidetur annūtiator esse. Vide ergo ut digna meritis receperunt, ut quærentes fortia Dei, infirmarentur: & quærentes sapientiam Dei, stulti fierent. Quasi uerò non maior Dei sapientia ac potentia apparuerit in hac sua stultitia atq; infirmitate, per quæ tam admirabiliter ac potenter restituit mundum collapsum, quam in omni reliqua sapiētia sua ac uirtute, qua ab initio creauit omnia.

Ideo ait: Etsi CHRISTVS crucifixus Iudæis reprobis scādalum fuerit, & Græcis perditis stultitia: quia uocationem hanc noluerunt audire, iccirco manserūt Iudæi & Græci, idest, unusquisq; eorū in sua propria dementia, illi scādalum capientes, quia signa quærunt: isti dementia, quia sapientiam uolebant, quam non respiciebant in cruce. Attamen ipsis uocatis Iudæis atq; Græcis etc. idest, ipsis qui uocationē Dei agnouerunt per fidem, & ideo exuerunt iudaismum et græcismū, idest, non quærentes ulterius signa, uel sapientiam sæculi à Deo, sed in hac Dei stultitia acquiescentes, & sibi bene complacentes, & iam non Iudæi neq; Græci, sed unum in CHRISTO, uel Christiani: Iis, inquit, Apostolus testatur factum esse CHRISTVM Dei uirtutem, et Dei sapientiam. Quia cum infirmamur cum illo credentes, idest, dum comparimur, & secundum hanc fidem humiliamur, eligentes crucem similiter facti stulti in illo, & cum illo, nihil aliud nos scire iudicantes quam IESVM, & hunc quidē crucifixum, Tunc demum inuenimur & potentes, & sapientes in eo.

Vnde Apostolus dixit. Cum infirmor, tunc potens sum. Et iterum. Si quis inter uos sibi uidetur sapiens, stultus fiat ut sit sapiens. Sed quis dabit mihi ut ista quæ dico & scribo, etiam perfectē probem? Illi, n. perfectē probant, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Sentiunt namq; qui eius modi sunt, in seipsis fortitudinem Spiritus. Congruē autem sequitur.

Quia quod stultū est Dei, sapientius est hominibus etc. Dei enim stultum, & Dei infirmum CHRISTVS est crucifixus. Et hoc sapientius est & fortius, quā

omnes homines, idest, quā sit fortitudo & sapientia omnium hominū, quę ab ipso, & alijs per ipsum expugnata est. Ipse, n. omnibus eum recipientibus factus est potentia & sapientia, ut potenter perducant seipso in illo ad ueram uitam, quæ ipse est, qui euacuauit omnē sapientiam: & de omni terrena & dæmoniaca potentia triumphauit in Cruce, in qua sub pedibus subiecit sibi omnia. Hoc autem fecit illi propterea Deus, quia seipsum subiecit omnibus infirmando se, ac stultum faciendo propter ipsum, idest, propter gloriam Patris, ut qui clarificauerat Deum Patrem, dignus fieret clarificari ab eo.

Hic autem Apostoli locus fuit scādalo quibusdam, qui perperam intelligentes, aut de industria sic intelligere uolentes, uituperarūt artes et scientias naturales, uolētes ostendere illas uanas & noxias, imò & falsas: quoniam Apłs id uidetur hoc in loco dixisse. Sed uani profectō illi & falsi, & noxię doctrinę inuētores, mentē Apostoli non attigerunt, quæ talis erat. Quod cum Deus uno modo nosci posset in hoc mūdo, non quidem per seipsum, sed solum per effectus & opera ipsius, quæ duplicis sunt generis. Quędam secundum sapientiam facta, ut quę pertinent ad creationem rerum, in quas dispositione & ordine mirifica Dei apparet sapientia. Quędam uerò quę pertinent ad redemptionem, in quas dispositione ac modo apparet potius huic mūdo stultitia quędam Dei, cum per Filij infirmitatem & crucem operatus sit redemptionem nostrā. Dicit ergo Apłs homines ad suam salutem plus profecisse per hanc postremam notitiā, quæ est ex fide, de hoc quod stultē uidetur Deus fecisse, quā per notitiā eorum quæ sapienter ab ipso facta sunt, quæ ex naturali ratione conquiruntur.

Hic ergo non absolutē uituperatur notitia sapientię Dei quasi non sit bona, si quis ea bene utatur, hoc est, notitia eorum quæ sapienter fecit Deus, unde nonnulla de Deo acquiritur notitia, esse illum scilicet, & esse principium omnium & finem, & reliqua quæ ex hoc creaturarum libro licet conicere: sed uituperatur notitia hæc comparata cum notitia fidei, qua cognoscitur potentia crucis. Nam hæc crucis notitia multo efficacior fuit ad scientiam diuini erga nos amoris pariendam, ut & nos econuerso afficeremur Deo, & nosceremus immensam eius bonitatem, quā omnis philosophorum sapientia, quæ ad uiscera misericordię Dei nostri, & ad illam eius admirabilem φιλανθρωπίαμ non attigit. Quia ergo in illa Dei sapiētia non profecerūt homines, nec glorificauerunt Deum, neq; gratias egerunt, sed euanuerūt in cogitationibus, putantes se sapere, stulti facti sunt. Contrā uerò accidit à notitia crucis. Ideo factum est ut per hanc stultitiam crucis, idest, per imitationem CHRISTI in cruce, uituperata ac reprobata sit illa philosophorum sapientia, quæ ad perfectum neminem adducebat, etiam si caruisset erroribus, & elationis uirio. Quāto igitur magis cum aberratum sit grauior & à plurimis, & in multis, & redditi sint potius elati per

Pro stultitia crucis.

In uituperatores artium, & scientiarū naturalium.

Quid inquisitor sæculi.



illā homines & inflati ac superbi, quā uerē sapiētes: At innumeri per hanc crucis stultitiam regnum cōlorū expugnarunt. Magnum hoc profectō argumentum pro potentia fidei.

Videte enim uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem uos estis in CHRISTO IESU, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut (quemadmodum scriptum est) Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Ecce alia probatio de Dñi prouidētia qui cruci aptauit omnia, et ipsos crucis prædicatores. Nam qui primò uocati sunt, erant penè omnes illiterati, imbecilles, obscuro, idiotæ, ac piscatores, contra tria quæ sapit mundus, sapientiam, potentiam, nobilitatem. Vnde & mirabantur sacerdotes & scribæ (sicut ait scriptura) Petri & Ioannis constantiam, cum scirent eos esse homines idiotas & absq̄ literis: ait ergo.

Videte enim uocationem uestram, id est, uidete uos ipsos qui uocati estis, & hinc Dei prouidentiam cōiūcite: Quoniam non multi sapientes etc. Aliqui tamen etiam ex illis electi sunt, ut Dionysius, Sergius Paulus, & alij qui literarum peritia erant apud suos celebres. Sed stulta mundi elegit Dominus, & infirma & contemptibilia, & ea quæ non sunt, ut confundat sapientia & fortia, & nobilia, & illa quæ sunt.

Sed hinc fortè dicet aliquis. Quare Deus uoluit ista confundere? Nonne uenit ad saluandum, non autem ad perdendum? Respondeo, ob hoc Deum uoluisse hæc confundere, ut quia ex his nō poterat sperari salus, ad ea potius oculos conuerteret homines, unde est uera salus. Est enim confusio quæ ducit ad gloriam. Cōfundere ergo sapientes & potentes & nobiles, non erat aliud, quā ipsam sapientiam, & potentiam, & nobilitatem, stulta esse tandem, & infirma, & ignobilia ostentare, ut hoc agnoscens homo sapiens, et potens, & nobilis, stultus fieret, ut tandem illucesceret ei uera gloria. In hoc ergo clarissimus fuit & omni admiratione dignus Crucis triumphus, cū per hanc stultitiam sapientes in primis comprehensī sunt, & captiui facti suā ipsimet sponte sua contempserunt sapientiam. Tum & reges multi potentissimi, & principes prostrarunt pariter semetipsos ante crucem.

Dicit et ea quæ non sunt, per quæ intellexit Gentes, quæ idè inter ea computauit quæ non sunt, quia corā Deo non erant, utpote sine fide, & consequenter (ut alibi inquit) sine Deo in hoc mundo, hospites testamentorum. Iudæi autem in-

Dei consilium ad exaltandum crucis gloria.

Act. 4.

Ecc. 4.

Eph. 2.

ter ea quæ erant computabatur, cum essent populus Dei electus. Sed quia in hoc nimium gloriosus non dedit (ut par erat) gloriam Deo, ob eam causam per eos qui non erant destructus est, id est, per Gentes, qui applicati sunt Deo CHRISTO: & ita factum est ut qui non erant, essent; & qui erant, caderent suamq̄ amitterēt gloriam, & merito Deus hæc & iustissimè ita euenire permisit. Quare obstruitur os omni homini, ne possit ullus in seipso gloriari, sed in Dño & Redemptore suo. Et hoc subdidit Apostolus, aiens.

Ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius, id est, nulla caro siue Iudæus, siue Græcus, siue Romanus. Gloriatur autē caro, quando ea quæ sunt carnis homo effert. Ipse enim tunc carnis personam induit, & dicitur esse in carne & carnalis. Esse autem Iudæum carnalē quid erat? Similiter, esse nobilem, potentem in hoc mūdo, & eiusmodi, quid erat, nisi gloria carnis & superbia huius uitæ? Sed omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tãquā flos fœni. Et idè qui hæret carni, & unū cum illa efficitur, peribit ut caro: quia in carne computabitur, tanquā factus & existens ex carne. Caro enim & sanguis non possidebunt regnum Dei. Qui uerò hērebit Domino quid est, nisi unus spiritus cum eo in CHRISTO, qui est Verbum Dei? Verbum autem Domini manet in eternū: et idè ipse quoq̄ manebit. Vnde egregie sequitur.

Ex ipso autem uos estis, uidelicet, ex Deo, & consequēter non ex carne. Et mediū illud per quod sumus ex Deo, & non ulterius ex carne, addit.

In CHRISTO IESU, tanquā palmites in uite: qui factus est nobis sapientia. Nā per illum noscimus finem nostrum esse uitam æternam: & diligimus ipsum, et uiam scimus. Ipse enim uia est, ueritas, & uita. Factus est etiā iustitia nostra: quia per ipsum iustificamur coram Deo, & ex fide, & per opera quæ facta sunt in ipso, uidelicet in fide & dilectione eius. Factus item est sanctificatio nostra: quia per ipsum, & eius internum infusum donum iustitiæ in cordibus nostris, sanctificati ac mundi facti sumus coram Deo ab omni macula, & ita digni uidere illum. Item factus est redemptio nostra, uelut à captiuitate Satanæ, et peccati. Et cū hæc omnia non sint à carne, sed à Deo per CHRISTVM & in illo, pulchrè sequitur.

Ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur etc. In Domino, inquit, gloriatur, non in carne, nec de his quæ sunt carnis: nec in semetipso quasi non acceperit, sed in Domino qui est CHRISTVS, in quo sumus & stamus, per quem habemus dignè omnia, si tamen manserimus in illo. Locus tamen citatus apud Ieremiam aliter habere uidetur. legitur enim: Qui gloriatur, in hoc gloriatur, scire & nosse me. Sed est idem sensus, si bene percipitur. Præmissum enim erat: Non gloriatur sapiens in sapientia sua: & non gloriatur fortis in fortitudine sua: & non gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire et nosse me. Quia ego sum Dominus faciens misericordiam & iudiciū in terra &c. Quid ergo aliud hæc uerba significāt, quā qui gloriatur, in Domino

Gloriari in carne quō quis dicitur.

1. Cor. 1.

Que sit bona & rationalis gloriatio.

mino gloriatur, non in carne: Qui enim de sapientia sua, & fortitudine sua, et diuitijs suis gloriatur, nonne in carne gloriatur? Sapientia enim hominis et fortitudo, & diuitiæ, carnis sunt bona. Idè dixit propheta; sua, & suis. Qui rursus gloriatur se scire & nosse Deum in hoc quod caro non cognouit, uidelicet, quod ipse est faciens misericordiam & iudiciū, & iustitiam in terra, quæ sunt dona Dei & ex Deo, & sunt ipse CHRISTVS nostra misericordia, & iudiciū, & iustitia nostra, nonne in Domino gloriatur? Qui ergo dicit: Nō gloriaris de his quæ ex teipso, sed de his quæ à me accepisti per Dñm tuum IESVM CHRISTVM, nonne satis dicit. Gloriare in Domino tu qui gloriaris? Nam in illo habes omnia, non in te ipso: quia qui in illo sunt, ij soli à Deo respiciuntur, ut digni donis. Ergo hoc in primis tibi fatendū est. Vide igitur ut ea doctissimè Apostolus exprimit de scripturis scrutatus illas, quæ prima facie nemo perspiceret: & illud est propriè scrutari scripturas.

Cap. II.

**T** ego cum uenissem ad uos fratres, ueni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians uobis testimonium CHRISTI. Non enim iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos. Et sermo meus, & prædicatio mea, nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione Spiritus & uirtutis: ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei.

**E**T ego etc. Hic Apostolus in exemplo sui persistens, quo declararet uirtutem christianæ prædicationis et suæ, non sitam esse in uerbis pomposis sapientiæ humanæ, dicit se ad illos non uenisse his armis instructum, uidelicet, uerbis sublimibus à præceptis rhetorū manantibus, aut à sapientia mundi pfectis, quæ quidem ex elementis huius mundi deriuat in his, qui contēplantur creaturas. Siquidem, ut dictum est, in his parum profecit mundus: sed ea simplicitate annunciauit testimonium, ut ostenderet se inter eos nihil scire, nisi IESVM CHRISTVM, & hunc quidem crucifixum, & bene ait.

Non enim iudicauit me etc. Homo enim magister & doctor iudicat se ea scire, quæ est paratus alios docendo, proferre. Nam scientis est posse docere. Et ea nescire dicitur magister, quæ non uult alios docere, etsi ipse quidem sibi sciat. Sic enim et Marc. 13. CHRISTVS dixit se nescire de illa die, quoniam non erat paratus illam alijs manifestare. Nesciuit ergo ut doctor, et ut magister. Sic & illud intelligitur: Quæcunq̄ audiui à Patre meo nota feci uobis, id est, quæcunq̄ audiui ad manifestandū. Vnde illud apud Comicū: Nescias quod scis, si sapias, hoc est, ad modum nescientis te geras non prodendo alijs. Sic ergo cætera B. Paulus iudicauit.

Marc. 13.

Io. 15.

cavit, id est, constituit se nescire, quandoquidem ad modum nesciētis decreuit se habere circa illa, quoad illos tamen, & propterea adiecit.

Inter uos. Nam quoad alios etiam ostēdebat se multò plura scire. Contendit enim disputans cum Epicureis & Stoicis, idq̄ non poterat nisi ex elementis mundi huius, ostendēdo ea non satis esse ad notitiam ueri boni, & finis nostri. Quod autem iudicauit inter illos se nihil aliud scire, quā IESVM & hūc crucifixum, intellige non solum de doctrina uerbi, uerū etiam facti & exempli, conformando se illi in opprobrijs crucis, humilians se coram illis, & gestans stigmata IESV in corpore suo. Hoc fuit iudicare tm scire IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. Sciuit alie quando & B. Petrus IESVM, dum confitetur eum Dei uiuentis filium, & dum prohibet sibi ab eo lauare pedes, et dum uindicare gladio illum sagittat à ministris tenebrarū, amputans auriculam Malcho. Sed nondum nouerat IESVM crucifixum, qui latentem crucis uirtutē ignorabat. Vnde & exhorret eam, et fugit, & negat: Homo, inquit, non noui hominem. Et bene dicit ex parte, quia nondum nouerat hominē, nondum contemplatus erat in ea crucis stultitia sapientiam. At B. Paulus iam edoctus quāta oporteret pati pro nomine eius, iam nouerat Crucifixū, & constituerat se id solum nosse apud Corinthios.

Et ego in infirmitate. Ecce, figuratum se CHRISTO in cruce ostendit, tãquā nihil posset aduersus illos, cum tamen posset plurimum, utpote CHRISTI uiuentis minister: sed maluit in infirmitate esse inter illos. Orat enim, obsecrat, tristatur, flet, uritur, & quæ timoris atq̄ tremoris sunt patitur. Et hoc fuit uenisse non in sublimitate, sed in infirmitate: unde ait.

Et timore, ac tremore etc. Tremor est corporis, timor est animæ, propter maximas turbas Corinthi excitate à Satana, & ministris eius, ut patet in Act. Vnde alibi: Foris pugna, intus timores, uidelicet, propter falsos fratres, qui etiā magis officiebant ouibus CHRISTI, quā hostes qui aperta fronte ueniunt.

Et sermo meus, inquit, familiaris & priuatus: prædicatio mea, scilicet publica, non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione Spiritus, qui scz per me loquebatur, sicut promiserat Dominus. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere oēs aduersarij uestri. Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis: & uirtutis, quoniam signa faciebāt Apostoli & prodigia, quæ sermonem confirmabant iuxta promissa Domini. Et ita disposuit Dominus sapienter, ut apparerent principia fidei non esse ex mundo, sed ex Deo, quod probat. Vi fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei, id est, ut non habeat fides humanum fundamentum, sapientiam hominum, sed diuinam. Spiritus enim erat qui per eos loquebatur, & qui faciebat prodigia ad confirmationem eorum, quæ ab Apostolis de CHRISTI mysterijs prædicabantur.

Act. 17.

Quid sit scire IESVM crucifixum.

Matth. 16.

Act. 18.

2. Cor. 7.

Luc. 21.

Marc. ult.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non huius sæculi: neque principum huius sæculi, qui destruantur. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram: quam nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.

Occurrens hic Ap[osto]l[us], ne quis forte de prædictis malè colligeret, illum nihil aliud penitus scire, & de nulla re alia loqui posse, quàm de hac stultitia, quæ scilicet erat prædicare CHRISTVM crucifixum: & consequenter ne apostolica doctrina solum uideretur in hoc consistere, nec de summis causis posse differere, ac rationes in medium proferre, quod est tamen sapientiæ proprium. Ne quis, inquam, hoc sibi falsò atque imprudenter persuaderet, adiunxit.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos, idest, inter eos qui in CHRISTO non sunt paruuli, sed confirmati iam sunt in illo atque consummati: quibus mundus erat crucifixus, & ipsi uicissim mundo. Vos autem paruuli adhuc estis, qui nondum potestis recipere altiora sapientiæ Dei sacramenta. Sapientiam autem hanc, quam loqui se ait inter perfectos, declarat non esse sapientiam huius sæculi, neque principum eius, quæ colligitur ex his (ut diximus) quæ uidentur: & per se nihil boni hominibus ostendit talis sapientiæ studium, nisi sæculare bonum. Quo fit ut huius sæculi principes & sapientes destruantur cum sua potentia & sapientia, sicut destruitur illis suis ipsum forum finis, qui est mundi gloria, aut potentia, aut uoluptas, & alia huiusmodi falsa & caduca bona, cum suis sectatoribus peritura.

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio. Mysterium uocat incarnationis Dei. Quod rectè mysterium dicitur, siue sacramentum: quoniam eiu[s]modi sacramentum arcanum continet, quod lumine naturali non ualet apprehendi. At in eo est integra perfectaque Dei sapientia. Vnde alibi ait: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Quia ergo absconditi, idèd mysterium. Occultata est enim Dei sapientia sub illa carne fragili et infirma dispensatiuè, & ad tempus: & facta est caro illa signum salutis nostræ. Sic enim ostensum est pastoribus. Et hoc uobis signum (dixit Angelus) Inuenietis Infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Quare enim VERBUM æternum & sapientia Dei facta est infans? Et cur his

pannis inuoluitur, & hac uili carne nostra? Et cur in præsepio sternitur, nec est ei locus in diuersorio, quem tamen cælum cælorum capere non potest? Hæc certè salutis nostræ sunt signa, quæ uenit operari in medio terræ. Idcirco sapientia Dei est in mysterio abscondita.

Sed nunquid solum stulta sunt Dei in ea, & non magnalia quæ multò magis ualeant prædicari? Nascitur Infans, sed ea die mellisui facti sunt cæli, & omne cor exhilaratum est. Solus infelix damnatorum in tanto Natali tremuit infernus. Vestitur Infans uilibus pannis in terris: & interim sua gloria uestiebat angelos in cælis.

Ponitur in præsepio sordido: sed illi canunt Angeli adorantes, Gloria in excelsis Deo. Nam quid (rogo) tam humile, tamque abiectum in ipso CHRISTO fuit, quod non haberet mirificum suæ sapientiæ ac uirtutis, & celsitudinis testimonium? B. Ioannes baptista typum gerens hominis captiui sub manu Herodis diaboli, & Herodias adulteræ carnis nostræ, quæ de peccato est orta, ad illum mittit duos ex discipulis, ut noscât eum ueram esse Dei uirtutem, & ueram sapientiam. Mandat enim ut quærant ab eo: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et ille respondit. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Quinam (rogo) duo discipuli, quos mittit Ioannes ut discant quæ sunt CHRISTI, nisi duo sensus, per quos ratio maxime colligit scientiam, nimirum uisus & auditus? Idèd dixit Dominus: Ite & renunciate Ioanni, idest, rationi & intellectu, in quo est lumen ad iudicandum, quæ audistis & uidistis. Cæci uident, &c. Hoc enim oculus poterat contestari de illis signis. Auris autem, quæ est sensus disciplinæ, etiam testari poterat: quia pauperes euangelizabantur, idest, capaces reddebantur euangelij, qui erant pauperes, hoc est, non fidentes proprio spiritui, propriæque sapientiæ, sed emendicantes à Domino sapientiam. De ijs ergo nonne ratio captiui hominis & in carcere detenti, colligere poterat, in eo qui talia faciebat esse uirtutem Dei, qui tot signa operabatur? Et item in illo esse sapientiam Dei, quæ pauperes euangelizabat, hoc est, idiotas capaces consiliorum Dei faciebat, et æternæ uitæ?

Potestis discutere CHRISTI gesta, & acta circa illum, ad comprobandum non fuisse talem in eo infirmitatem absque summa potentia. Si enim moritur, corruptionem tamen nullam nouit. Si sepelitur mortuus, resurgit in æternam uitam. Si acerbe patitur, compatiuntur secum & terra & cælum, & omnium maximum luminare, recognoscentes Creatorem suum, & suo modo condolentes. Quare eleganter dixit quidam ex nostris. Si credis uilia, crede & mirifica. Vocat tamen absconditam hanc sapientiam Apostolus: quia non in se apparebat, cum esset contexta sub uase fictili. Vnde & Deus absconditus appellatus est, & quasi thesaurus absconditus in agro, Licet in effectibus magnis ac mirificis sese ostenderet.

Dicit

Sapientia Dei quomodo prædestinata.

Dicit prætetè & hanc sapientiam, de qua tractabat inter perfectos, fuisse prædestinatam ante sæcula in gloriam nostram. Non enim prædestinata fuit ut esset, quæ ab eterno fuit (æternorum enim nulla est prædestinatio) sed ut esset in carne, & ad gloriam nostram. Et hoc ante sæcula: quia hoc est initium uiarum Domini Dei excelsi, & primū atque præcipuum quod uoluit Deus, & probauit inter omnia opera sua ut dignum se, & in quo sibi iure complacuit: quia in illo reliqua omnia prorsus sunt condita, & propter illud, in quos inuenimus fuisse perfectos, ingredientibus & egredientibus, idest, contemplantes secreta diuinitatis. Et ad humanitatem etiam respicientes: in quibus duobus est uitæ nostræ perfectio, & gloria nostra: quia hæc est nobis uita nostra IESVS CHRISTVS. Non ergo prædestinata fuit hæc sapientia primū in redemptionem nostram, sed in glorificationem. Quia uero intercessit peccatum, idèd dispensatiuè operata est modo admirabili etiam redemptionem.

Prima Christi prædestinatio ad gloriam nostram, non ad redemptiōnem.

Quam nemo principum huius sæculi cognouit. Sed hic primò, Quomodo uerum istud est, neminem principum huius sæculi cognouisse CHRISTVM, cum non obscurè contrarium in parabola uinæ uideatur ubi dicitur. Agricola autè uidentes filium dixerunt. Hic est hæres; uenite, occidamus eum. Ad hoc autè quidam responderet, per principes huius sæculi, dæmones hoc in loco esse intelligendos. Quasi uero non multò certius dæmones CHRISTVM nouerint, & eundem Dei esse sapientiam, & illam etiam prædestinatam in gloriam nostram. Ob hoc enim quia sciunt, conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem suam. Quare melius diceretur, à mundi principibus, ut tales erant, idest, ut sapientes ac mundi principes, hanc sapientiam minime cognitam, ut sit formalis sermo: quoniam sapientia humana & sæculi potentia, non prouehit hominem ad hanc notitiam, sed fides quæ est paruulorum: non autem eorum qui in oculis suis sunt sapientes. Vnde Dominus dixit: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Potest etiã dici, quod non de sapientia dicitur, sed de gloria, & nulli principum huius mundi illam gloriam patefactam fuisse, ad quam nos eramus ab initio ordinati in CHRISTO, ut bene subdatur.

Marc. 12.

Qui principes mundi non cognouerunt gloriam Dei

Matth. 11.

Si enim cognouissent, scilicet eam gloriam, nunquid Dominum gloriæ crucifixissent, idest, illum per quem omnes adepturi erant gloriam. Vnde & ipse Rex gloriæ dicitur. Et dicuntur multi principes apud Apostolum, homines sapientes ex mundo, quorum est regere mundum. Quod autem non cognouerint illam gloriam principes mundi, probat per illam Isaiæ scripturam dicentem.

Isai. 64.

Quod oculus non uidit, nec auris audiuit. Vbi uide quæ sapienter loquatur Apostolus, & quàm doctè. Ex duobus enim præcipuè (ut iam superius diximus) sensibus, notitiam acquirimus & disciplinam, uidelicet, ex uisu & auditu. Sed nec oculus uidit, nec auris audiuit, uidelicet ab homine doctore &

magistro, gloriam hanc, ut intellectus eam capere possit. Et similiter doctè dicit.

Nec in cor hominis ascenderunt. Nam quæ natura li modo intelliguntur, per ascensum ueniunt, nimirum à sensibus inferioribus ad sensum communem, inde ad phantasiam & cogitatiuam usque ad mentem, per organa huiusmodi media ascendendo semper, donec pura fiat intelligentia ab intellectu agente depuratis phantasmatis. Iuxta hoc Dominus dixit: Cogitationes ascendunt in corda uestra. Et de gloria ista, que est Dei Patris notitia, dixit audivistis. Neque speciem eius uidistis, neque uocem audistis. Non est enim nobis uisibilis, nec sensu auris perceptibilis: quia nullum edit sonum.

Modus intelligendi naturaliter

Luc. ult.

104. 5.

Sic ergo ait Apostolus. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis &c. et si locus aliquantulum aliter uideatur habere apud Isaiam, ubi sic legimus. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt. Oculus non uidit Deus præter te, quæ faciet expectanti eum. Et alius item aliter. Nam & Rabbinus secum dissident: & tamen in hunc unum sensum ut omnes conueniant, est necesse, scilicet A sæculo, idest, ab hominibus sæculi per lumen naturale, non esse datum nobis ut cognoscere possemus autorè gloriæ IESVM CHRISTVM, qui sit salus, & spes, & expectatio nostra, summaque & æterna felicità. A Deo, idest, ab ipso CHRISTO, talem notitiam accipimus.

Quamobrem iuxta communè literam inquit: Non uidit oculus absque te, idest, absque tui magistro & reuelatione. Aut si dixeris, præter te; intellige illum solum sciuisse & uidisse, quæ præparauit expectantibus se. Et si legis, expectantibus eum; siue, expectanti eum (ut ueritas hebraica declarare uidetur) manifesta est Patris & Filij personarum distinctio. Et sensus est, quod nemo nouit præter ipsum Patrem, quæ præparauit CHRISTVS IESVS expectantibus se. Quidam uero interpretatus est in hunc sensum, quod nemo uidit alium Deum, præter illum qui est uerus Deus, qui sic faciat expectanti se. Sed à sensu Apostoli ualde remotus est hic sensus, qui nec faceret quicquam ad rem propositam, qui hanc sententiam Apostolus accommodauit. At ne quis diceret. Si ergo nulla est huius gloriæ notitia, quid ergo frustra laboramus, quod inquiramus eam? Respondet Apostolus & satisfacit, subiiciens.

Pro diuinitate Christi.

Nobis a reuelauit Deus per Spiritum suum, idest, nobis hoc ipsum alij docendi erant. Reuelauit autem Deus, per Spiritum suum, qui scrutatur omnia etiam profunda Dei: ad tollendam dubitationem, quomodo hic spiritus noster scire posset. Et hinc manifestè probatur Spiritus sanctus esse Deus. Primò quia Spiritus Dei dicitur, ut sit quiddam Dei intimum. Spiritus enim ex intimis eius qui spirat, uenit. Tum quia est persona, ut & alibi probatur, cum dicitur: Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti & alibi: Alium Paracletum dabit uobis, et iterum: Cum autem uenerit Spiritus ille ueritatis, qui à Patre procedit, ille uos docebit omnia, si igitur aliquid Dei intimum est,

Pro diuinitate Spiritus sancti

Que sit sapientia Dei in mysterio.

Luc. 2.

Matth. 11.

B. Augustinus

Isa. 45.

Matth. 13.

est, Deus perfectus est: & iam recipitur quod sit alius à Patre & Filio. Alius ergo erit secundum personam, non tamen alius Deus, cum plures esse Deos sit impossibile. Adhuc, de hoc Spiritu dicitur, scrutari illum omnia etiam profunda Dei. Quid est profunda Dei, nisi quæcunque sunt Dei, quantumvis altissima & nobis inaccessibilia: Non enim essent profunda Dei, si possent à nobis cerni, & per scrutatione comprehendere. Itaque si profunda Dei scrutatur Spiritus, ergo eius uisiva potentia adæquat obiectum ipsum quod uidet. At hic est Deus. Quis autem perfecte Deum uidere potest, cuncta scrutans quæ sunt illius etiam profunda, nisi sit pater Deus: O Spiritus optime, sanctissime, clementissime miserere mei, meque adiuua: & tunc cuiusuis manus pugnet contra me, Amen.

*Quis enim hominum scit quæ sunt hominis etc.* Probat autem iterum Apostolus exemplo, quod dixerat, Spiritum Dei solum scire quæ Dei sunt, ut nequaquam egeat ipse reuelatione, cui nihil est uelatum, sed ipse potius alijs reuelat. Sicut enim eorum quæ sunt hominis, uidelicet interioris (ut græca litera ipso articulo satis innuit) id est, secretos hominis conceptus nemo nouit, nisi spiritus hominis qui est in ipsomet homine: ita nemo nouit quæ sunt Dei, uidelicet in ipso latentia, nisi ipsemet Spiritus Dei, qui similitier (suppletur) est in ipso. Et hinc rursus optima consequentia eruitur, ipsum Spiritum esse Deum, si in ipso Deo est intimè secundum suam substantiam. Sicut enim de Spiritu hominis qui eius intima scrutatur, dicimus illum esse in ipsomet homine, & esse aliquid hominis, & non quicquam extrinsecum homini: Ita dicere oportet de Spiritu Dei, ut similitudo consistere possit. Intellige autem hominem uidere quæ occulta sunt in seipso, non quidem omnia, sed quæ sunt actu. Nam potentias & habitus non uidet in seipsis, sed ab effectibus conlectat, & ab ipsis actibus. Deus autem ipse actus purus est, & non potest partim se comprehendere, partim non.

Sed circa dicta oritur difficilis ad soluendum questio. An solus homo uideat proprios, quos ipse format, metis suæ conceptus: An uerò etiam Angeli, & Dæmones, quemadmodum quibusdam uidetur. Qui Angelos uidere negat, ex hoc Apostoli loco mouentur, qui dixit alium (in nomine ipso excepto) nouisse neminem. Sed nihil ad rem facit. Neque enim absolute dicit: Nullus nouit, sed nullus hominum: hæc eius uerba. *Quis enim hominum etc.* Quare miranda est quorundam incircumspectio, qui ex hoc loco id capiunt, unde tacite potius contrarium innuatur. Cum enim dicat: Quis enim hominum: perinde ferè accipitur, ac si ab Angelis se præseruare uoluisset, illisque hanc notitiam concedere. Quanquam si id concedatur, soli homini nota esse atque perspecta quæ sunt hominis, ut quicunque alij, præter ipsum hominem, nesciant: Deus etiam ipse (quod est dictu exhorrendum) nesciret. Non ergo sola est ratio, cur homines non uideant quæ sunt altius hominis intima, quia scilicet spiritus hominis non sit in altero, sed cum hoc adiuncto, nempe quod homines sunt. Sin autem

essent superioris gradus spiritus, non propterea non negatur. Verum hæc questio scholastica est, & multas habet tricas. Contendunt enim inuicem illi longis ambagibus. B. Augustinus in li. Retract. ponit questionem hanc ita difficilem, ut eius resolutio ab hominibus aut omnino inueniri non possit, aut uix possit. Nunc autem nos eatenus loquimur, quatenus de scripturis elicitur.

Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientie uerbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis instruxit eum? Nos autem sensum CHRISTI habemus.

*Nos autem non spiritum etc.* His uerbis declarat Apostolus, eum qui Dei sit Spiritu instructus, ea docere, & tradere alijs quæ Dei sunt. Unde hoc in loco Doctores animaduertunt hunc Spiritum esse Deum, eo quod dicitur ex Deo esse. Non enim potest intelligi hic: esse ex Deo: quasi creatura. Alioquin etiam spiritus mundi ex Deo est: quoniam quæcunque sunt, ex Deo sunt. At hic simpliciter spiritus mundi opponitur Spiritui Dei in hoc ipso, quod hic sit ex Deo: quod non esset uerum, nisi hic: esse ex Deo: intelligas, id est, ex Dei substantia. Potest nihilofecius dici de spiritu mundi, illum non esse ex Deo: quia non ad cœlestia, sed terrena aspirat. In quo sensu dicitur, concupiscentiam carnis, & oculorum, & superbiam uitæ non esse ex Deo: quia ex peccato uenerunt. At hic nouus spiritus ex Deo est. Ergo hunc spiritum ad hoc acceperunt medijs donis primū Apostoli, ut haberent scientiam cœlestium, & consequenter ut instruerent alios possent de hac spe & expectatione, quæ à Deo preparata est hominibus. Unde apostolus addidit.

*Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur.* Quia ad hoc illa acceperunt, ut ea loquerentur & docerent. Et hæc erant quæ dicebat se loqui inter perfectos. Hæc enim pertinent ad sapientiam Dei, non autem ad crucis stultitiam. Et de his poterat B. Paulus disserere, in quibus resurrectionis mysterium, & supremi iudicii, & futuræ includitur gloriæ: quando erunt omnia instaurata, omnia solidata, quando peribit illud lamentabile uerbum: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas.

*Non in doctis humanæ sapientie uerbis.* Vide ut redit ad rem, cum addat. Licet hæc summa essent (uidelicet de sapientia Dei) mysteria: non tamen ea loquebatur uerbis sublimibus, exquisitis, & doctis iuxta humanam sapientiam, sed doctis Spiritus, id est, iuxta spiritus sapientiam. Quod ut rectè intelligatur, sciendum est primū eorum omnium

*Notent qui studet seculari eloquentiæ.*

*Act. 14.*

*An B. Paulus ualuerit eloquentia.*

*Quid sit, Animalis homo.*

nium de quibus haberi potest sermo seu tractatus, quedam esse humana, quedam uerò diuina. Et illa quidem humana, carnalia sunt & temporalia. Hæc uerò diuina, spiritualia sunt & æterna. Sicut ergo re ipsa hæc inter se magnoperè distat: ita oportet ut & sermo qui de illis habetur, & eloquentia, multò sit diuersa à uerbis ad humanam persuasionem artificioso rhetoricò excogitatis. At tamē necesse est utramque materiā explicari doctis uerbis, sed tractandæ ipsi materiæ proprijs, ut quæ sunt humana & carnalia habeat sua docta uerba, illa uidelicet quæ à carne & sanguine, & à spiritu hominis doceantur & probentur, ut placeant hominibus. Quæ uerò diuina & spiritualia sunt, similiter habeant sua docta uerba, sed ipso Spiritu doctore, qui est castus, sanctus, simplex, uenerandus sine furo ullo, & quæsito colore, aut humana & affectata industria.

Non ergo negat Apostolus se habere doctrinam in uerbis, cum esset prædicator eximius & dux uerbi, ut ait scriptura: tantum negat se habere talem doctrinam, qualis conficitur ab humana sapientia & arte: quoniam non loquebatur humana & carnalia, sed diuina & spiritualia. Ob eam causam opus erat illum eiusmodi habere uerba quæ docebat Spiritus, ut essent conuenientia materiæ. Nam proportionabiliter se habere debebant res & uerbum. Ideò de re ait. *Spiritualibus*, uidelicet rebus, *spiritualia*, uidelicet uerba comparantes. Et hinc habes resolutam questionem illam, An B. Paulus ualuerit dicendi scientia. Valuit enim scientia illa quæ est secundum Spiritum, qui docet eloquia casta, quæ sunt argentum igne examinatum, ne quis error, ne qua uanitas, ne quod mendacium insit, probatum terræ, purgatum septuplum. Terræ autem probatur hæc eloquentia munda: quia in corde humano seritur, recipitur, & probatur, quando tenaciter custoditur, & nulla tentatione excutitur. Et merito probatur terræ: quia etiam septemplier probatum est, id est, à Spiritu sancto, qui hoc numero ob septem dona designatur.

Redit uerò ad rem Apostolus, ostendens non ob id minus uera esse quæ loquitur, si ea multi non percipiant, cum sint spiritualia. *Animalis autem homo* (inquit) *non percipit ea quæ sunt Dei.* Animalem autem uocat eum, qui secundum carnem sapit ea quæ sunt carnis, cui quæ sunt in se uera & bona, stulta sunt. *Et non potest intelligere:* quia non habet Spiritum, qui est regula probandi quæcunque & iudicandi. Nam Spiritu examinantur omnia secundum ueritatem, ut sic rectè probentur quæ probari debent. Animalis autem homo cum hoc Spiritu careat, & ita hac regula, qua examinatur omnia secundum ueritatem, id est, iuxta id quod placet Spiritui, & probat ab ipso qui est Spiritus ueritatis, non potest rectè intelligere, nec uerè iudicare. Quæ ut exemplis uterque illustremus. Dicit animalis homo: Quis descendit de cœlo, & annuntiavit nobis quæ ibi aguntur? Aut quis rediit ab inferis, inde in cœlum iturus? Et sic concludit, *Comedamus & bibamus:* cras enim moriemur. Sed longè aliter spiritualis uiri sententia, qui diuina

dicat omnia, uidelicet quæ cadunt sub iudicio Spiritus. Hic enim nouit finem, & discernere potest quæ ad finem conducunt, & quæ abducunt ab illo: & quæ item sunt spiritualis, & quæ sunt animalis hominis. Ipse enim stat in arce collocatus, ut possit & de inferioribus perspicue iudicare. Non autem contrà iudicari potest ille, ab animali: quoniam animalis inferior est, & non nouit sensum Dei, ut uerissimè addiderit. *Et ipse à nemine iudicatur.*

Non putes autem hoc contrarium illi præcepto Domini: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Non enim hic est sermo de iudicio particularium uel hominum, uel gestorum quæ ignorantur, nec attinet ad cognitionem nostram, sed solius Dei. Sed est sermo de diuinis placitis, quæ tradita sunt nobis ne ignorarentur, sed ut omnino à nobis scirentur: quia eorum notitia necessaria est ad æternam nobis comparandam salutem.

*Quis enim nouit sensum Domini etc.* ac si dixerit nullus, nisi ipse reuelauerit: aut quis instruxit, uel quis instruet eum: quasi consiliarius à latere, aut à secretis: Qui enim instruit, ut intelligat & magis sapiat quam qui instruitur, est necesse. Tandem testatur B. Paulus de se & suis similibus, illos habere sensum CHRISTI, uidelicet Spiritu sancto reuelante ad firmitatem euangelicæ doctrinæ.

Hic autem pro uerore huius loci intelligentia, resoluenda est questio, cum ait Apostolus. *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.* et. item. *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum Dei, ut sciamus quæ à Deo donata sint nobis, quæ & loquimur etc.* Vtrum sic intelligenda sint ista uerba, ut pertineant peculiariter ad Apostolos, ut ipsi soli possent dicere. Nobis reuelauit Deus, et: Nos Spiritum qui ex Deo est, accepimus. Crediderim sanè ad eos peculiariter atque eminenter sermonem illum pertinere: licet ad omnes Christianos extendi aliquo modo ualeat. Nam & illis quoque est reuelatum, & Spiritum Dei accipiunt. Sed utrum & quod sequitur: *Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, sic intelligere singulariter oporteat, ut quisque Christianus sic accipiat spiritum, ut intelligat quæ sibi donata sunt.* Quod si uerum esset: Quicunque ergo habet charitatem, sciret se illam habere, id est, donum illud cœlestis. At hoc multis non dicendum esse, uidetur. Et ideò nonnulli hunc locum accipiunt de donis gloriæ, quæ speramus in futura uita beata. Nam hæc cuncti Christiani sciunt per fidem. Alij uerò hunc locum ad Apostolos tantum spectare putant, quos aiunt peculiariter fuisse per reuelationem instructos de sua gratia. Ego uerò secundum ipsum literæ filium magis probò, B. Paulum tam loqui de donis gratiæ, quam de donis gloriæ. Et de se ac maioribus sibi similibus hoc dicit, quibus erat manifestissima Spiritus reuelatio: quamque & ipsa notitia se contineret intra latitudinem fidei. Non enim erat conueniens, primos gratiæ prædicatores ignorare hoc donum quod prædicabant, & in semetipsis non certo illud experiri, & eius admirabiles effectus. Unde non tam prophetica reuelatione, quæ non est immanens

*Matth. 7.*



immanens,quam assidentem lumine assiduo hoc sciebant. Et aliud putare (ut ego quidem existimo) eorum est, qui & scripturas non sunt scrutati, & qui se Dei munificentiam extenuare non sentiunt. Non enim exiguum est donum, cum donaueris, etiam manifestum id facere cui dones: ut quem interim gaudere de dono, & agere debitas gratias ac referre commonefacias.

Cap. III.



**L**T ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in CHRISIT O lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Ahuc enim carnales estis. Cum enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli: alius autem. Ego Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid uero Paulus? Ministri eius cui credi distis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat & qui rigat, unum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis, Dei edificatio estis.

**E**T Ego fratres etc. Occurrit conquerentibus & conquirentibus: Si sapientiam Dei noras, cur nobis ea non praedicasti? Respondet, se non potuisse id facere propter eorum tenuissimum captum, ut qui adhuc essent paruuli in CHRISIT O, & carnales: quibus lacte primum opus fuit, id est, qui indigebant erudiri primis fidei elementis, ut inde ad summa perducerentur, quae appellat escam & solidum cibum, fortioribus fidei dentibus mandendum. Sic prius se gessit ipse Dominus erga Apostolos, quibus dixit: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo.

104. 16.

Et hoc diligenter considerare debent plerique magistri & praedicatores, qui ut uideantur coram imperita plebe, sublimia sublimiter tractant, nullum habentes rerum & personarum, quibuscum loquuntur, delectum. Adiecit autem Apostolus. Sed nec nunc quidem potestis. Et causam exponit. Cum enim sint inter uos zelus & contentio, siue lis. Graece additur, & dissensiones, siue dissidia. Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Huiusmodi affectus, id est, zelus & contentio, ex carne sunt, non ex Spiritu, & impediunt hominem ab intelligentia spiritualium: quod & alibi declarat, dicens. Manifesta autem sunt opera carnis, inter quae annu-

Gal. 5.

merantur emulationes & contentiones, irae, rixae, dissensiones & schismata, & alia quae ex carne oriuntur. Unde qui haec agunt, carnales esse dicuntur: quia homo qualis sit, ex operibus dignoscitur, uelut

ti arbor ex ipsis fructibus.

Duplex igitur uiget appetitus in homine, carnis & spiritus. Si carnis desideria sequitur, & opera carnis procedunt, carnalis est. Et dicitur ambulare secundum hominem: quod perinde est atque secundum carnem, id est, secundum appetitum carnis. Nam homo secundum id quod est homo, cum primum nascitur, sine gratia Dei est, & ideo suapte natura carnalis est: aut potius secundum scripturas, caro est, cuius affectibus ducitur, & nihil diuinum sapit, nec est bellum inter carnem & spiritum. Vbi primum uero notitiam Dei assequitur, mox incipit uelle ea quae sunt spiritualia. Repugnat autem ei ipsa caro, a qua si superetur, tunc carnalis dicitur: quia ambulat secundum carnem. Si uero superet spiritus, tunc secundum Deum qui spiritus est, facit opera spiritus, & non carnis. Spiritu Dei actus tanquam filius Dei in secundo Adam genitus, qui est factus in spiritum uiuificantem; non in primo, qui est factus in animam uiuentem, ita ut homo duplicem uitam uiuat. Nam secundum corpus quod animatur ab anima, homo est, & anima uiuens: quia per animam uiuit corpus, uita tamen mortali & corruptibili. At secundum ipsam animam, quae informatur a Deo per gratiam, & sic unitur Deo qui est spiritus uiuificantis, non iam homo, sed Dei filius est, & uita uiuit spirituali, & non morietur in aeternum: quia uerbum Domini, in quo hic homo est insitus, manet in aeternum.

Ostendit autem propterea ortas emulationes, & sectas inter eos, quia alius dicebat: Ego sum Pauli, alius: Ego sum Apollo &c. Et sic diuidebant CHRISITVM in corpore suo, quod est ecclesia, quos reprehendit, & arguit aiens: Nonne homines estis? Graece legitur. Nonne carnales estis? Sed latina lectio (meo iudicio) est uerior, & iuxta sensum Apostoli doctior, qui per hominem intelligit eum, qui secundum carnem ambulet. Et contra, qui secundum spiritum ambulat, iam non sit homo, sed supra hominem, tanquam in statu diuino & altiori constitutus: profectur.

Quid igitur est Apollo? quid uero Paulus? Quia illi uehebant homines propter gloriationem carnis, supra quam ferret eorum gradus, ostendit quatenus ipsi essent amplectendi, nimirum quantum eorum indicabat officium. Erant autem ministri CHRISITI, cui crediderant: ideo tanquam ministri suscipiendi erant, & non altius opinione propria & fauore promouendis, quasi salutis autores. Si igitur considerandi erant ut ministri Dei, non erant discernendi ab illis, quis eorum esset maior uel inferior, si a donis erat facienda discernendi distinctio: quia hoc Dei erat, qui solus uere sciebat quantum unicuique eorum contulerat. Et similiter qui retributurus erat unicuique secundum opera sua & laborem, si ab opere adhuc erant iudicandi. Non erat autem propterea putandus ullus eorum caput, cum ministrantes non opus ipsi quidem perficerent, sed Deus per CHRISITVM.

Verum rogabit aliquis, Nonne Paulus plantaui, id est, iecit sua praedicatione fidei fundamenta?

Apollo

De statu conditione hominis.

Contra emulationem sectam.

Apollo autem rigauit, id est, super eo quod plantatum erat, scripturarum confirmationes & exhortationes ad uitam adiecit, ac per hoc quasi aquam uiuam fundens, adiuuit plantata & promouit: Haec uera esse non inficiamur. Sed quid prodesse, nisi lux solis intus & calor uim plantatis daret, rigataque coalescere & germinare, ac fructum reddere faceret? Qui ergo plantat & qui rigat, nihil est per se ad fructum, sed solus Deus, qui intus agens per arcanum lumen facit semen iactum & rigatum affigi cordi, & uitam praebere. Quare qui plantat & qui rigat, unum sunt: quia in unum tendunt, uidelicet operantes non sibi, sed CHRISITO & Deo, & ob id nequaquam se scindi patiuntur. Itaque qui Paulum sequi optaret, si se ab Apollo fecerneret, iam talis Paulum, qui cum Apollo unum est, non sequitur, sed proprium sibi idolum constituit, quod sibi in Paulo fabricat. Hoc utinam non facerent hac tempestate multi, qui cum magno populum scandalo idola sibi uaria constituunt. Qui audit & legit, intelligat.

Contra hereticos pro mercede operum.

Illud uero interim hoc in loco audiant haeretici. Quomodo Apostolus dixerit claris uerbis, & nullam tergiuersionem admittentibus, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quid igitur audent in tanta hypocrisis solam iactare fide, & gratiam: & omnino tollere opera, & operum merita? Si enim merces est operi stabilita atque constituta: Ergo non pura gratia. Alioquin si pura est gratia, neque est merces operi, ut arguitur ex B. Paulo. Sed est merces operi, ut hic patet ex Apostolo perspicue. Ergo quae ipsi in nos immerito obieciunt, merito retorquetur in illos.

Quo pacto retribuitur unicuique secundum suum laborem.

Neque tamen existimet quisquam, Deum plus laboranti & diuturnius operanti, iuxta nostram existimationem praemium reddere. Ipse enim estimator est operum ac laborum exquisitissimus. Et certum est studiosos uiros ac perfectos minus in opere aliquo bono laborare, quam qui nondum solidos progressus fecerunt. Ideo labor perfectiorum non quidem maior, sed pretiosior apud Deum. Similiter gratioris atque acceptioris personae idem labor acceptior est, quam minus grati. Et sic labores uniuscuiusque estimat non solum secundum ipsius laboris magnitudinem, sed secundum ualorem operis. Nemini autem dubium esse debet quin (caeteris omnibus paribus) plus laborans, & uberiores Domino fructus reddens, plus etiam sit remunerationis accepturus. Quod uero in parabola habetur, omnes operarios pares factos, intelligendum est quoad praemium ipsum substantiale aeternae uitae, quod dabitur omnibus: quaequam alij plus, alij minus eodem fruentur. Etenim apud Deum in caelis diuersae mansiones sunt ut, apud B. Ioan. testatur ipsemet Dominus.

104. 14.

Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis etc. Declarat ueluti quodam typo rem praesentem, nempe ipsos quidem Corinthios, non secus ac reliquum ecclesiae corpus, esse quasi agriculturae quandam siue agricolationem Domini, uidelicet in quibus quasi in capum iaciebat semen suum Dominus ad eulturam: Vel erat quasi edificatio quae-

dam. Nam & aedificatio comparatur ipsa ecclesia. Ipsi autem Apostoli ministri erant, adiutores & operatores cum Deo. Neque eorum desipere nos putent Lutherani, ut credamus Deum cooperatores ullis egere, quem uere confitemur omnia sine ullo penitus alicuius adminiculo facere posse. Sed cum sit immensa & propensissima in creaturas suas bonitatis, ita fieri uoluit, quod suam illam bonitatem communicaret, & aliquot sibi (quantum tamen fas erat) similes efficeret in opere diuino, re, quod est alios creare & seruare. Et hoc uehemētissime ad gloriam illius, & ad nobilitandum genus nostrum pertinebat, propter caput ipsam CHRISITVM, cui membra connecti conueniebat tali capite digna.

Secundum gratiam Dei quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superaedificat. Vnusquisque autem uideat quomodo superaedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est CHRISITVS IESVS. Siquis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam: uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Secundum gratiam Dei quae data est mihi etc. Locus hic difficilis uisus est multis, ita ut B. Augustinus hic explicatur loquens Apostoli difficilis.

tamen ut mihi uideatur, hunc locum magis interpretes suis commentis obscurarunt, quam ipsa littera ferebat. Dicam igitur liberè quod sentio. Quoniam iam fundata Corinthi ecclesia, ad eam conseruandam constituerat Apostolus praedicatores & doctores, qui continuè docendo ad eius corroborationem multa superaedificarent, ostendit quomodo in hoc debeant se gerere, ne ipsi detrimentum patiantur. Proponit autem a se, ut a sapienti architecto, primum fundamentum positum, id est, fidei principia, super quibus alij ualeant superaedificare: Videre autem illos oportere, quomodo superaedificent. Et primum intelligant, si uelint superaedificare, id est, super datum positumque iam fundamentum, quod est CHRISITVS, aedificare: illis non esse licitum aliud ponere fundamentum, cum nullum sit aliud. Quod si tentarent efficere, non tam id esset superaedificare, quam prorsus destruere, atque denuo illud ipsum construere, quod stare nulla ratione posset, dicente Domino: Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus caelestis eradicabitur.

Matth. 15.

Deinde debent animaduertere, super hoc fundamentum aedificari posse aliquid auri, aut argenti, seu lapidum pretiosorum. Per aurum aliquid sapienter dictum de diuinis possumus intelligere. scriptura.

Nam

**Quid per argē** Nam in auro sapientia intelligitur. Per argentum aliquid eloquenter, & ad hanc uitam traducendam spectans, quō sit modo uiuendum, quā hō nescit ac candidē. Et per lapides pretiosos possunt singulæ uirtutes intelligi: præcipuē autem illæ quæ oculis Dei fuerint spectabiles, ut fides, spes, charitas, humilitas, obedientia, patientia, paupertas, misericordia, cordis munditia, & huiusmodi quæ pretiosæ sunt uirtutes, & Deo gratissimæ, quibus cœlum nobis comparamus.

**Quid per lignum** Potest etiam contrā, super hoc fundamentum poni lignū, fœnum, stipula. Per lignum intelligi potest mundanum aliquod, spectabile illud quidem oculis mūdi huius, quasi arbor uenusta. Nā scriptura frequenter arborem appellatione ligni intelligit. Et ij sunt qui tanquā lucum plantant in domo Domini, uel philosophiæ mundane, uel humanæ eloquentiæ, quibus uti parcē debemus, quatenus fat est, & ad rem faciunt. Per fœnum intellige carnale aliquid. Omnis enim caro fœnū, ut erant Iudæi, qui secundum carnem uolebant placere, affectu carnis ducti sectam suam mordicus retinentes. Tales sunt hodierno die hæretici noui, re ipsa docentes carnalia. Comedamus & bibamus, quia in libertatem fumus uocati. Per stipulam intellige omnē carnis huius gloriam, quæ sicut stipula est, & flos fœni. Deniq; quæuis opinio falsa, potest fœni, uel stipulæ appellatione uenire.

**Quid per fœnum** Ergo huiusmodi superædificationes dies Domini declarabit, illa proculdubio dies extremi iudicii, et dies Dñi: quando deserimus esse uiatores. Declarabuntur aut per ignē: quia in igne reuelabitur. Et uocat ignem, duram illam atq; exactam examinationem secundum ueritatem, quā nullus effugiet: & quam nullus poterit ullo eludere dolo, aut ulla pollicitatione, uel pecunia corrumpere. Hic ergo ignis probabit opus uniuscuiusq;. Et si quidem manserit opus illud ædificatum: quia erit aurum, argentum, aut lapis pretiosus, accipiet mercedem suam, quæ erit probatio & commendatio Dei, unde ingēs; & summa lætitiā ac gloria erit superædificati. Si autem arserit illud opus: quia lignum, fœnum, stipula apparebit, ipsum quidem opus detrimentum accipiet, quia explodetur & reprobabitur. Ipse autem qui fecerit illud, non ob hoc peribit (si fundamentum tenuerit) sed saluus erit. At non omnino absq; ulla conditione saluus. Nam & ipse saluabitur, quasi per ignem, idest, ignis probatione: quoniam examinabitur qua id mente egerit, an per ignorantiam, an uerō malitiosē, aut per affectionem, ut potē nimis addictus magistris, ac sectis: uel etiam sibi ipsi studens, & gloriæ suæ. Si enim ab ijs immunis inuenietur, saluus erit: quia igne probatus euadet.

**Quid per stipulam** Cui autem dubium, magnos & præclaros doctores scripsisse & sensisse pleraq;, quæ non stant in illo examine, sed detrimentum aliquod parientur, ipsi tamen salui absq; dubio: quia propter humanam conditionem lapsi sunt errore humano. Exempli causa. Beatus ille & insigniter uir doctus Thomas noster sensit de conceptione Beatissimæ VIRGINIS secus quā nunc celebrant

Rom. ecclesia, & reliquæ prorsus omnes ecclesiæ Dei. Quia tamē illud ita ei uisum est uerum, & huic manē, imō piē errorem incurrit, haud dubiū quin non solum non peccauerit, sed etiam in zelo suo meruerit. Quare non absq; imperitia & iniuria à quibusdam fictum fuit, illum sanctissimū uirū, simul & B. Bernardum, nescio qua propter id macula in iudicio fore notandos. Absit. Non enim contra fundamentum sunt illi quicquā ausi: neque aliud quā quod eis uerum apparebat, mente bona docuerunt. Et non sicut nunc pleriq; faciunt sectatorū, qui erroribus huiusmodi ad sectas fouēdas delectari uidentur. Quot uerō etiā malitiosē, quales sunt hæresiarchæ, qui in pleriq; (ut ego quidem existimo) nec ea credunt, quæ conantur defendere: Sed postq; semel errare cœperunt, uel ad comparandam sibi gloriam nouas positiones induxerūt, mordicus uolunt eas custodire, ne ipsi cum dedecore à sua gloria excidant: & non cōsiderant se ob hoc ipsum uerius & turpius cadere. Nec enim igni probationis, sed tandem igni damnationis & supplicij æterni subduntur miseri, in perpetuum cruciandi.

Hic mihi uisus est planus sensus, nec libuit aliorum commenta resellere. Prudētī lectori relinquitur liberum ea amplexandi iudicium, quæ ad mentem Apostoli uicinius accedere uidentur. Manifestē enim hoc in loco de igne examinante atque probante loquitur. Si nostra hæc expositio minus lectori placet, non contendo. Teneamus & nos fundamentum, & nihil contentiosē agentes, sed synceritati studentes, subdamus semper intellectum (per gratiam Dei) in obsequium Spiritus, qui declarat dubia in ecclesia. Quod si obseruauerimus, etiam si aberrauerimus in quibusdam (ut fert humana conditio) saluos nos tandem iri uel per ignem sperare poterimus.

Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis? Siquis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Nemo se seducat. Siquis uidetur inter uos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius mūdi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutiā eorum. Et iterum: Deus nouit cogitationes sapientium: quoniam uanæ sunt. Nemo itaque gloriatur in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt: uos autem CHRISTI, CHRISTVS autem Dei,

Vult hoc in loco Apostolus & ipsos qui se faciebant sectarum principes, & ea ratione multos à ueritate seducebant: Et similiter qui sectabantur illos, & in illis gloriabantur, deterrere. Primū igitur ostendit quantum illud contineat mali; auertere scilicet hominem à fidei fundamentis: quod est uiolare cor, & mentem hominis à Deo, auertere

Notent hæc contentiosi

auertere. Vnde præmittit dicens, Nescitis quia templum Dei estis? Templum idem est quod sacra Dei domus propter inhabitantem Deum, ut ipsemet explicat, et Spiritus Dei habitat in uobis: Ipse Spiritus sanctus inhabitator huius templi hoc in loco manifestē declaratur esse Deus.

Si quis autem templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Græcè legitur φθέρει, & φθέρει, idest, corrumpit & corrumpet. Hæc. n. tanto sacrilegio digna est pœna. Nam ipsum Dei sanctum templum est: uiolare autem sancta hæc pœnam meritō (etiam penes paganorum leges) luere debet, ut uiolator ipse perdatur. Nā et si quis ciuitatis muros, quos sanctos faciūt, uiolauerit, ipse perditur, hoc est, capite plectitur. Quæ lex si seruatur in muris, et in templis lapideis & manufactis, quātō id magis de uiuis Dei templis, quæ manu & digitis suis fabricata sunt, quæ sumus nos, qui fide & dilectione suscipimus ipsum CHRISTVM: ideo ait.

Nemo se seducat. Alloquebatur maiores, qui alios seducere, atq; ad se, & suas partes trahere nitebantur, ut ex ipsis, quasi ex peculiaribus & sibi deditis sectatoribus, gloriam acquirerent. At hoc erat seipsum seducere: quia per illud Dei inimici constituebantur, tanquā uiolatores templi sui. Vnde eos admonet, & salubre dat consilium, dicens.

Si quis uidetur inter uos sapiens esse. Ille autem uidetur sibi sapiens in hoc sæculo, qui ambitione et fastu quærit regere alios. In hoc. n. apparet, talem existimare se sapientem, cum sit sapientis regere. Sed ex falsa hæc de seipso persuasionē uenit seductio. Quamobrem huic malo hæc sola est medicina, uel, ut stultus fiat, idest, ut subdatur & permittat se regi, & sic sapiens fiat. Nemo uerē sapiens esse potest, nisi qui prius stultus fuerit: quoniam sic in lege CHRISTI decreto Dei statutum est. Sic pauperes diuites fiunt: sic esurientes implentur: sic infirmi potentiam quærunt. Quo in loco considerent seipsum ambitiosi, qui quærūt prælationes, et præsertim regulares, qui magis profitentur contemptum mundi: & sapientissimæ stultitiæ statū non deserant, si ab ipso sapientissimo iudice cupiunt haberi uerē sapientes.

Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Aduuat autē exhortationem, ut non præsumant sapere iuxta sæculi sapientiam, secundum quam quilibet uellet alijs esse maior, eisq; dominari. Sed hæc sapientia stultitia est apud Deum, quia scriptum est: Comprehendam sapientes in astutiā ipsorum. Græcè legitur: Qui comprehendit sapientes in astutiā ipsorum. Et sic legitur apud B. Iob. Et hic nota, quod dictum Eliphaz amici Iob, qui tamen non probatur à Domino, in autoritatē affertur, non quia ab eo dictum, sed quia in se uerum. Nam ex ore insipientis nihil prohibet, quin aliquod dictum sapiens proferri possit. Vnde & ex apocryphis quædā afferuntur, non quia probentur auctores, sed quia probantur dicta. Neq; n. omnia quæ in apocryphis leguntur, apocrypha protinus censi debent. Qua de causa nullus conturbari debet, si in epistola B. Iudæ quædam legatur, quæ in apocryphorum Auctorum libris

Qui uerē est sapiens.

Iob. 5.

Pro epistola B. Iudæ.

reperiuntur. Sed ad rem nostram redeundo.

Comprehendit ergo Deus sapientes, uel, mundi, in sua astutiā. Quomodo in sua astutiā hoc modo, Cū illud ipsum ad quod ipsi tendunt per astutiā (nam astutiā malum finem coniectat) est causa suæ ipsorū perditionis, & est ipsorum malum. Hoc aliquo illustremus tali exemplo. Qui gloriam amat, & ad eam comparandam omnem suum studium intendit, ab ea gloria tandem perditur: quia dum fallam quærit gloriā, & uera gloria fraudatur, & quam quæsiuit, nō habet. Quod si quid gloriæ adipiscatur in mūdo, illa sicut flos fœni est, qui hodierno die olet, & cras in clibanū mittitur. Sed hæc Aulici ignorant & derident, qui & deridebuntur, & serō sapient, quū apertis oculis, quos nūc fumo uanitatis oppletos habēt, cogentur usurpare illam scripturæ sententiā, ad maximam eorū gloriam qui per Crucis stultitiā sapientes redditi sunt, expressam: Ecce, inquit, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati uitam illorū æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore. Ecce quō computati sunt inter filios Dei: & inter sanctos fors illorū est. Hæc sunt Sapientiæ uerba, quæ qui habet aures audiēdi audire debet, ne tandem ueniat in illam spiritus cōminatam angustiam ad perpetuos ignis cruciatus pferendos.

Dominus nouit cogitationes sapientium etc. In psal. legitur: cogitationes hominum. Nam de hominū sapientia loquitur, qui (ut homines sunt) non sapiunt quæ Dei sunt: quia nec finem uerum respiciunt, nec media, quæ probentur à Deo, aptant ad finem. Itaq; uanæ sunt: quia inanes & inutiles cogitationes eorum. Addit ob hanc rem, ut et eos admoneat qui tales sectabantur, aliud consilium.

Nemo itaq; gloriatur in hominibus, scz, ut homines sunt, in eis suum bonum reponens. Nam uos ex Deo pendere debetis, postq; & ipse omnia subdidit uobis. Licebit autem gloriari in eis, ut in ministris CHRISTI. Quandoquidē sic gloriari, non est in hominibus, sed est gloriari in Deo, qui tales tantæq; dignitatis uobis ministros prouidit: & gloriari in CHRISTO, qui tales elegit. Nam ea ratione qua ministri sunt, minores sunt uobis in hoc tempore: quia maior est qui recumbit quā qui ministrat, ut ipsemet summus Magister testatur: unde & egregiē subdit.

Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo etc. idest, eorum quæ ad uestram salutem sunt à Deo disposita, omnia uestra sunt. Et primò quidē ipsi Dei ministri, Paulus, Apollo, Cephas, ad spiritalia ministranda. Deinde mundus, ad suppeditandum carnalia, & quæcunq; ad uitam corporis tuendam sunt necessaria. Deinde uita, ad laborandum, & regnum æternū bonis operibus promerendum. Tum mors, ad finem laboris ac requiem, & uitam nouā eamq; sempiterna fœlicitate stabilitam. Sic præsentia, uel, dona, quibus ad illam beatitudinem assequendā utimur. Sic futura, scilicet ipsa beatitudo, qua tandem iustè cursu uitæ transacto fruemur. Et cum hæc omnia eorum essent, ipsos tamen CHRISTI esse dicit, non hominum;

Vtinā hæc intelligerent mūdi sapientes ut inciperent uere sapere.

Sap. 5.

Luc. 22.

Quomodo omnia sunt priora

minum. CHRISTVS enim redemit eos, qui & illis ministrans, tandem meruit recūbere, ut omnibus dominaretur, sicut scriptū est. Omnia subieci sub pedibus eius. CHRISTVS autem Dei. Quia & illi qui subiecit ei omnia, subijciatur, cui gloria in sæcula.

CAP. IIII.

**I**c nos existimet homo ut ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq̃ me ipsum iudico. Nihil. n. mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Itaq̃ nolite ante tēpus iudicare: quoad usq̃ ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.

**B**eatus Paulus ne omninò spernerentur ministri Dei, quia dixit Dominus: Qui uos spernit, me spernit: & contrā, ne supra quàm essent, ipsimet ministri extollerentur, ait. Sic nos existimet homo ut ministros, id est, tanquàm iconomos seu dispensatores sacramentorū Dei. Qui. n. uerba dispensat, etiā sacramenta multa dispensat, quæ in uerbo Dei continentur. Hęc sunt sacra arcana, quibus homo primò initiatur, & tum demum deificatur. Id aut̃ ab iconomo requiritur quod reliquum, nempe ut det rationem residui, id est, ne quid sibi quæserit, aut retinuerit uel honoris, uel gloriæ, aut quid horū: sed ut omnia cedant in lucrum & gloriam Domini. Ipse autem stipendio suo fit contentus. Sic. n. inuenietur fidelis dispensator in dispensatione dati sibi muneris, & administratæ prouinciæ.

Mihi autem pro minimo est ut à uobis iudicem. Quoniam nonnulli eorū adhærentes nouis magistris, uidebantur spernere Apostolum, & postponere ipsum alijs, & (quod erat nequius) obrectare de illo calumniosè, dixit hoc pro minimo se habere, & nihili facere, si ab illis, uel ab humano die iudicaretur. Et uocat humanum diem, cognitionem humanam, aut tēpus in quo est hominis iudiciū, & fiet diuinum, quod tādē aliquando habebit suam diem, id est, diuinam lucem, quando reuelantur abscondita tenebrarum.

Sed neq̃, inquit, me ipsum iudico: quia non est meū iudicare me ipsum. Nihil. n. mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Quia à sententia ueri iudicis p̃cedit uera iustificatio coram alijs, ut quis ab omnibus comprobetur iustus. Non. n. innocentia factis est ad hoc iustificationis genus. Et de hoc iustificationis genere quæ fit à iudice, clarè hīc (nisi uelimus proteruire) loquitur Apostolus, propter illud quod consequenter adiungit.

Qui autem iudicat me Dominus est. De illa autem diiudicatione quæ fit per discussionem & quæstionem (ut uocabulū indicat) hoc intelligendum

est. Cum uerò ait; Dominus est; Excludit eorū iudiciū, sub quo ipse non erat constitutus, ut à quibus posset iudicari. Neq̃ tamē sibi ipsi arrogare audeat iudicium, quod est Domini. Animaduertat igitur lector non contentiosus, hunc locum nihil atinere ad comprobandum, Neminem scire posse fit ne in gratia Dei, ad quod tamen sæpenumero adducitur. Sed ad hoc tm̃ ualet, nemini licitum esse seipsum iudicare, ut coram alijs appareat iustus, etiam si fuerit re uera iustus, & hoc ipse certò nouerit: quia non potest alijs ostēdere arcana sui cordis. Concludit ergo, admonēs eos ne uelint ante tempus iudicare quicquam. Et quodnam sit istud; ante tempus; declarat. Quoad usq̃, ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, id est, ea quæ tenebris occultantur in cordibus hominum tenebrosis. Nam & plerunq̃ quædam uel odio, uel ambitiosè aguntur, quæ tamen cum extrinsecus habeat faciem et colorem uel pietatis uel iustitiæ, ab hominibus (externa tm̃, & quæ parēt inuentibus) uerè iudicari non possunt. Sed omnia illa manifestabuntur illa die, facta ne an uera fuerint. Et tunc laus erit unicuiq̃ à Deo. Nisi laudem capias pro retributiōe digna, ita ut et in malam partem trahatur; oportebit illud quod ait; unicuiq̃; ad eos tantū aptare, qui promeruerint uerā laudem.

Hęc autem fratres transfigurauit in me, & Apollo, propter uos: ut in uobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus aduersus alterum inflatur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis: iam diuites facti estis: sine nobis regnatis. Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus.

Hęc autem fratres transfigurauit etc. Ex hoc loco (ut. i. cap. iam attigimus) quidam accipiunt, Corinthios non de Paulo et Apollo uerè ea dixisse: Ego sum Pauli: Ego uerò Apollo: sed ita in se Ap̃s transfigurauit (aiunt) & Apollo, quæ dicebāt de alijs sectarū capitibus, idq̃ docendi gratia, ne si illos expressis nominibus corripuisset, potius exacerbasset. Sed hoc meo quidem iudicio uanū est. Poterat. n. suppressis illorū nominibus, absq̃ hac falsa personarū suppositione, idē admonere, sermonem in hunc modū temperās. Significatū est mihi unūquēq̃ uestrum inflari pro alio aduersus alterū: quo dicendi genere mox utetur. Et similiter cætera eorū taxare crimina, citra cuiusq̃ peculiaris personæ priuatā appellationem.

Neq̃ præterea oportebat se excusare, in suo illos nomine minime fuisse baptizatos, qui et neminem eorū baptizauerat, si de illo non dicebatur talia. Mirum deniq̃ (ut iam arguimus) uideri potest, cum tales inter eos & eo modo uigerēt factiones, ita leuiorū doctorū fuisse studiosos et amantes omnes Corinthios, ut eorum nemo ad Paulum conuerteretur & Apollo, qui tamē re uera erant primi illorum magistri & patres.

Ergo quod dicit Apostolus se transfigurasse in se & Apollo, non de eo dicit, quod ipsi dicebant de alijs

Notandum.

de alijs, quasi illa transfigurasset de seipsis dicta, quæ de alijs dicta erant, sed hoc ad ea refertur quæ de seipso & Apollo superius dixerat: Quid quæ Paulus? Quid est Apollo, nisi ministri per quos credidistis, siue eius cui credidistis. Et in se & Apollo transfigurasse, nihil est aliud quàm se & Apollo (de quibus talia uerè dixit) contri-  
tuisse figuram & typum, unde illi deberent discernere, capereq̃ ueritatis doctrinam. Ut si ut ipsi hō pluris se faciebant quàm æquum esset, ita & illi perinde facerent, ac per hoc ne inflaretur quātquam exaltando suū doctorem aduersus alium: sed omni studio darēt operam, ne ob huiusmodi dissensiones scinderent ecclesiam. Ideo ait.

Ut in uobis, uidelicet, tanquàm in exemplo & forma, discatis ne supra id quod scriptum est, nimirum in euangelio, ubi CHRISTVS tales uocat dispensatores & seruos, sentiat, uidelicet de uobis ipsis. Aut ne supra quàm scripsi ego de me & Apollo, sentiat de uobis, sed quod nos de nobis sentimus, idē uos de uobis sentiat, qui nō estis: aliud quàm ministri CHRISTI, sicut & nos, & nihil estis ex uobis. Et quatenus ministri estis, unum estis: & illis quibus ministratis, hac parte minores estis, et pro aliorū gloria, non pro uestra. Redditi-  
ri quippe estis rationē de residuo coram Deo, si quid forte p̃ uobis sumpsertis: Recipere enim estis mercedem secundum fidem uestram, et laborem. Hęc sunt quæ in nos transfigurauimus, ait typus uestrum simus. Si ergo tales uos esse reputaueritis, non illud officiet, ut unus aduersus alterum inflatur pro alio, id est, non erunt sectæ inter uos: & scilicet, ut quis intumescat de suo doctore, & pro eo zelē aduersus alterū, quod merum est schisma: unde sequitur.

Quis enim te discernit? Scio hunc locum uariè exponi. Sed hic mihi proprius & germanus sensus uidetur: Quis te discernit? id est, Quis ab alio te distinguit quo minus iunxeris, sicut sunt dispensatores Dei? Non enim opinione hominū id fieri potest, ut quis alterū à se distinguat, sed auctoritate maiorū, & ante omnes ipsius Dei, sicut discernuntur heretici & schismatici à Deo per Pontificem in auctoritate decernentem ac discernentem; segregando ab ecclesia inobedientes & contumaces. Quod si aliquod donū habes, quo præcellis alterum, nunquid ob hoc discernere te ipsum potes? Absit: propter quod dicitur.

Quid enim habes quod non accepisti? Quid enim aliud est te ipsum discernere ab alijs, quàm inflari & gloriari in donis, quasi ea non acceperis? Tu enim uis ea conuētere in tuam gloriam, quæ tñ data tibi sunt ad aliorum ædificationem, & salutem. Quare B. Paulus indignabundus meritò adijcit in eos fastidiosos, qui se seipso discernebāt.

Iam saturati estis etc. Saturatos uocat: quia putabant se ulterius nulla indigere disciplina. Iam diuites facti estis; simul diuites appellat: quia præsumebant se tanquàm abundantes, posse etiam alijs subuenire docedo. Et quoniam id faciebant cū emulatione, ideo ait: Sine nobis regnatis, quia subieiebant sibi sectatores. At cum illud non esse-

regnare, sed schisma & tyrannidem fouere, meliorem illis mentem precatur, quoddā permixtum metu desiderium ostendendo, & ait.

Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus. Nā in uero christiani status regno regnant omnes: quia amoris uinculo charitas ligat omnes, & neminē excludit, nisi qui non obtēperant ecclesie.

Puto enim quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquàm morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter CHRISTVM: uos autem prudentes in CHRISTO. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Usq̃ in hanc horam: & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & insabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus: Blasphemamur, & obsecramus. Tanquàm purgamenta huius mundi facti sumus, omnium periplectema usque adhuc.

Puto enim etc. Tameſi aliq̃ aliter hunc locum exponant, mihi tamē uerior hic uidetur. Apostoli sensus, ut uoluerit indicare Dei circa hoc in ecclesia prouidentiam, qui dedit illis Paulum, & (ut innuit pluralis numerus) etiam Barnabam simul. Vocat uerò se & Barnabam nouissimos Apostolos: quia post alios fuerunt segregati à Spiritu sancto, ut scriptum est: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, uidelicet, ut essent ministri uerbi, & mysteriorum Dei in gentibus, quos præcipuè IESVS uoluit esse sibi similes in passionibus, & in abiectioe: ut per illos & eorum merita aliq̃ subleuantur. Et hoc declarauit Corinthijs, ne abuterentur illa eorum abiectioe & humilitate, quasi non essent summi, et pares cum alijs dispensatores.

Puto enim etc. Non est opinantis aut dubitantis dictum, sed modestè loquentis, & ait: Nos Apostolos nouissimos, seipsum in primis commemorans cum Barnaba, qui (ut diximus) fuerunt nouissimi in Apostolatu, Deus ostendit tanquàm morti destinatos, ut publicè mactandos, uelut sceleratos quosdam homines in ostensionē alijs: ideo ait.

Quia spectaculum facti sumus mundo etc. His enim duabus creaturis, id est, Angelis & hominibus finitur mūdus: quia cætera propter homines sunt. Et hi hoc theatrum spectare ualēt, & eius summā considerare angustiam, ex qua tamen foelicissimum tandem exitum consequuturi erant, qui patiebantur. Et ut hanc sui ipsorum ostenderet abiectioem, & destinationem ad aram uelut ouium occisionis, addit particulariter.

Nos stulti propter CHRISTVM, quia scilicet ea facimus, quæ sapientia mundi arbitratur stulta esse, ut est spernere diuitias, abijcere uoluptatē, mūdi conculcare gloriam, & saturari opprobrijs & contumelijs. A quibus uirtutibus quātū sit aliena Prælatorū uita, ipsi uiderint. Et tamen lau-

Act. 13.

De uita Apostolica.

Discant hinc Prælati.

Pro germana huius loci expositione.



di nobis & auctoritati uertimus, quod in Apostolorum locum regedis ecclesijs successerimus. Ad lautas epulas, & palatiorum apparatus & ornamenta, uirtutes prelatorum relegate nostris temporibus uidetur. Et utinam hic saltem sisteretur, nec interuenirent opera tenebrarum. Vos autem prudentes in CHRISTO, non ironice (ni fallor) sed quia CHRISTVS factus est exemplum omnibus etiam infirmis, qui subire altissima paupertatis, & extrema patientiae nequeunt. Et ijs interdum se conformauit portas loculos, & puluinarum utens in nauis: quae uidentur humanae prudentiae, quam CHRISTVS in infirmis non improbauit. Ideo qui tales sunt, dici possunt prudentes in CHRISTO addit.

Nos infirmi, uos autem fortes. Vocat seipsum infirmos, quasi absque auctoritate & potestate uel subiiciendi sibi illos, uel ab eis accipiendi aliquid: quia non abutebantur ea potestate, sicut hodie faciunt multi episcoporum: & quidam ex Corinthijs olim faciebant, quemadmodum in altera epistola conqueritur aduersus eos, dicens illis minoribus ex Corinthijs: Sustinetis si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cedit, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte &c. Vos nobiles, nos autem ignobiles, hoc est, sine honore. Et hoc in eundem sensum. Vsq; in hanc horam & sursum &c. Ac si dixerit. Non semel quidem, aut bis hoc contigit, sed assidue usque in hanc ipsam horam. Et primo corporis passiones significat, quoad necessaria uictus, quod magnum est: tum quoad uestitum. Adiungit & iniurias in corpus: unde ait. Et colaphis cedimur. Addit & peregrinationis incommoda, qui non habent sedes aliquas certas. Et instabiles sumus, hoc est, palantes & uagabundi incertis sedibus. Et quod maius est, in tot laboribus & incommodis, uictum insuper manibus proprijs quaerimus. Nam quidam in parte beatitudinis constituit rem labore non partam, sed absque sudore relictam.

Maledicimur, & benedicimus &c. Haec addit quae perfecte erant & christianae mansuetudinis, uidelicet reddere pro maledictis benedicta, & patientiam persecutionibus opponere, & obsecrationes blasphemiarum. Blasphemia enim erat, quam admittabant in Dei Apostolos increduli, uicuperantes quod erat Dei in illis.

Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Concludit postremo omnem ambitionem conculcandam, dum factos se ait tanquam purgamenta, siue excrementa totius mundi, quae ad hoc tantum sunt, ut emittantur, & sint: peripsa, id est, quicquid est superfluum, abiectum, & nauseabundum, ut proijci debeat. Tales enim se esse in oculis mundi huius praese ferebant Apostoli, praesertim B. Paulus. Sequitur.

Non ut confundam uos haec scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia paedagogorum habeatis in CHRISTO: sed non multos patres. Nam in CHRIS

STOIESV per euangelium ego uos genui.

Rogo ergo uos, imitatores mei estote, sicut & ego CHRISTI. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, qui uos commonefaciat uias meas, quae sunt in CHRISTOIESV, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam: Veniam autem ad uos cito, si Dominus uoluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtute. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

Non ut confundam uos &c. Nulla est maior humanae sapientiae confusio, quam cum aduersus eam stultitia Crucis opponitur, in eos praecipue qui est CHRISTVM profiteantur, non perfecte tamen ambulant secundum illam, quo fit ut huiusmodi exprobrationem ferre non possint. Unde Apostolus sapienter ait, se non ob istam causam id agere, scilicet quod illos confunderet, hoc est, gratia excutiendi pudorem & uerecundiam ab agnitione suae ipsorum arrogatiae, sed admonendi ut filios charissimos, uidelicet, ne in sui detrimentum abuterentur ista abiectioe & humilitate Apostoli praecceptoris sui ac patris, quae oportebat eum praese ferre. Probat autem eos esse filios aieus. Nam si decem millia paedagogorum, id est, multos paedagogos, habeatis in CHRISTO, tamen non multos patres: quia ipse primus genuerat eos in CHRISTO per euangelium. Vocat paedagogos praese se, illos quibus ipse curam plebis commiserat, quae recens nata erat in Domino.

Rogo ergo fratres &c. Cum igitur essent eius per euangelium filij, magna cum pietate rogans admonet, seu exhortans, ut tanquam ueri & obediens filij patrem uelint seipsum imitari, quia & ipse erat CHRISTI, ut ueri omnium genitoris, imitator. Quod ut libentius facerent, testatur se ad eos misisse Timotheum, suum similiter charissimum filium & fidelē in Domino, ut ipse qui iam imbiberat uias eius, commonefaceret illos de eis, quoniam erant in CHRISTO. Sicut. n. CHRISTVS ambulauit, & ipse ambulabat. Et sicut debebat in ecclesia, ita faciebat: ut non solum sermone, sed & opere potens esset. Concordabat enim lingua cum corde, & opera cordi respondebant, & cor ipsum Deo.

Tanquam non uenturus sim ad uos sic inflati sunt quidam. Quia omnibus fiebat omnia Apostolus, in edificationem tamen: Ideo ipse mutans nunc quodammodo seipsum ab infirmitate, & in potentia se erigens aduersus quosdam qui se efferebant inflati, tanquam ipse Apostolus nunquam esset ad eos uenturus, incipit comminari seuerioribus uerbis, & ait. Veniam autem ad uos cito, si Dominus uoluerit &c. Se ad eos uenturum denunciat, si Deus permiserit. Hanc uero conditionem, etiam si tacite subintelligi facillime potuisset, non tamen frustra

frustra exprimitur, ut ostendat quae cogitabat se cogitare secundum Deum. Et comminatur se probaturum uirtutem eorum qui inflantur; non sermonem: quandoquidem uerba quae rerum & uirtutum pondere carent, inania sunt: quia regnum Dei, id est, ecclesia CHRISTI, non est in sermone, id est, non consistit in meris uerbis & deserto sermone, sicut nec ui sermonis confiata est: sed in uirtute, uidelicet Spiritu sancti. Sic enim fundata est, & sic consistit. Quid uultis? In uirga &c. Hoc in loco significare uult Apostolus animum suum, qui ut est promptus uti uirga in contumaces, si opus fuerit, ita etiam se futurum promptum ad mansuetudinem & indulgentiam erga obtemperantes. Optionem autem illis praebet, ut eligant utrum uelint, An spiritum potestatis, qui grauis est, et ita grauis ut nihil sit in terris grauius: an uero spiritum mansuetudinis & lenitatis, quo nihil bonae mentis amabilius.

Cap. V.



Mnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicauit ut praesens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri IESV CHRISTI, congregatis uobis, & meo spiritu cum uirtute Domini nostri IESV, tradere huiusmodi hominem Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri IESV CHRISTI.

Non est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. Itaque epulemur, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis.

HIC secunda incipit epistolae particula, ubi primo inuehitur in uitium fornicationis incestuosae, & obiter omnis fornicationis: unde ueluti exhorrescens ait.

Omnino auditur, tanquam ex omnibus locis diulgaretur fama illius flagitij, ut non temere fides haberetur tantae famae. Et derestans illud atque exagerans, ait: & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes nominabatur. Nam nephastae olim atque incestae he nuptiae dicebantur propter honorem aurium, ne particularis turpitudine cogitaretur. Vxorē patris quidam abutebatur, nec exprimitur id sceleris patre uiuente perpetratum fuisse: licet quidam id ex eo arguant, quia uocat uxorem patris. Non ulterius enim esset (aiunt) eius uxor, qui non uiueret. Quasi uero non eo modo loquendi utantur omnes, etiam scripturae ipsae, quae illum uocat pa

trem, qui olim erat, & ita filium, & matrē & uxores. Nec enim uerisimile est hoc a Corinthio, patre uiuente, factum fuisse. Alioqui & hoc Apostolus expressisset ad maiorem criminis detestationem, & ad incutiendum horrorem. Quicquid tamen sit, res semper scelerosa fuit & abominabilis, etiam apud Gētes, cum patris uxore rem habere, uel ipso patre defuncto: Quamuis Caieranus aliter, nimium certe licentiosē, doceat.

Et uos inflati estis, & non magis luctum &c. Conqueritur Apostolus, quod in tanto delicto inflarentur illi, qui scētas congregabant: & propterea huiusmodi homines non solum non puniebant, uerum etiam ad se alliciebant, quo ab illis fouerentur & praedicarentur, cum magis eos pellere atque abs se mari & terra abigere debuissent, & ita luctum assumere. Nam & si iustitia Propositum cogat aliquos a grege ut pestiferos abijcere, charitas tamen cogit lugere illos dum eniuntur, ut sic deplorati tollantur de medio: sicut & Dauid luctum filium, quousque de medio sublarus est.

Ego quidem absens corpore, praesens autē spiritu etc. Hic significat in quo illi defecerunt, se supplere: quia debebant hominem damnare, & non danarunt. Ideo significat se nunc hoc ipsum facere cum illis. Per hanc igitur scripturam, quia in scripturis ferenda est damnationis sententia, quum iuridicē & ex more proceditur, danauit hominem hac poena miraculose, uidelicet, ut sub torture Satana affigeretur secundum carnem tantum. Cum autē praesens iudicantis persona requiratur dum sententia profert, idē excusat corpore quidem se absentem esse, spiritu tamen praesentem protestans, & sic tanquam praesentem in spiritu se proferre sententiam. Porro cum Christianorum iudicium debeat habere assistentes, & comprobantes sententiam pronunciantis, subdidit. Congregatis uobis, & meo spiritu. Quoniam uero talem sententiam non poterant alij executioni mandare, nisi assisteret uirtus Domini, subiunxit. Cum uirtute Domini. Postremo cū poenae inflictae debeant esse medicina, potius quam uindicta, idē in quē finem hanc tulerit sententiam explicat, aiens a se traditum hominem Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat, in die Domini nostri IESV CHRISTI. Et uocat interitum carnis illud Diaboli flagellū, quo affligebat crudeliter illius carnem. Et poena ipsa quidem fuit & peccato, & temporis congrua. Peccato primum, quia aequum est ut per quae quis peccat, per ea etiā plectatur. Peccauit caro per diabolum, & per diabolum caro plectitur: quia illa poena ueniebat a potentia diuina latente, ad astruendam apostolicam auctoritatem. Sic enim B. Petrus puniuit Ananiam & Sapphiram. Et ipse B. Paulus Elimam magū. Sic fieri oportebat in initio fidei (rarō tamen) ad terrorem & exemplum malorū, donec statueretur fides & stabiliretur. Quod uero quidam commiscuntur de excōmunicatione, longē abest ab intellectu literē, hoc est, a propria uerborū significatione, quam semper tueri debemus, nisi sensus resultet fortassis absurdus.

Autoritas Apostolica & potestas.

Act. 5. et. 13.

2. Cor. 11.

Pro passione Apostoli & Pauli.

Pro passione Apostoli & Pauli.

Pro passione Apostoli & Pauli.

Contra incestuosum concubitum.

Non est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Apostolus contra eos qui ob id gloriabantur, quod plurimos haberent sectatores, parcentes ob eam gratiam uirgæ iustitiæ, ne se redderent illis odiosos (sicut et nunc multi faciunt) ne minueretur discipulorum numerus, hoc ipso primò ostendit non esse bonam huiusmodi gloriationem, tacens rationem quæ erat in promptu: quia non est uera gloria quæ uenit à malis hominibus. Et adijcit, cum toleratur homo morbidus, eius contagione omnes contaminari: non secus ac fermentum totam massam fermentat, ad se trahens, & de suo impariens toti massæ. Et sicut est istud in fermento malitiæ & nequitie, ita est in fermento fidei & charitatis, quando multa uis spūs est in eo. Vnde eos admonet.

Expurgate uetus fermentum, hoc est, ueteris hominis peccatum dominans in membris nostris, donec per CHRISTI gratiā expurgetur. Nam aduenienti nouo homine, ueterem oportet expelli. Nouus autem homo uenit, si illi præparatur uia ipsius Domini, quæ sunt misericordia & ueritas. Misericordia enim exigit confessionem propriæ miseris, ac implorationem diuinæ pietatis ac clementiæ. Et ueritas laudem requirit, ut laudetur qui uerax est & fidelis in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et sic fiet, ut sitis noua conspersio, uidelicet, facta hac expurgatione, quam quisq; tenetur facere, ex qua resultabit nouus homo: unde ait.

Sicut estis azymi, Omnes facti sumus azymi in CHRISTO, id est, uenerunt dies azymorum, qui dies habent statum gratiæ & tempus, ad quod peruenimus, quando omne fermentum expurgatum est a nobis: quoniam Pascha nostrum, iam non est ille agnus carnalis, sed CHRISTVS immolatus. Iudæis quidem perijt suū pascha, nec habent nouum, quod iugiter immolatur. Hæretici similiter non habent pascha, qui non sunt azymi, sed in omni immunditia accedunt ad agnum, noctu cum sacrilega concumbentes, & mane sacrificantes, si modo sacrificare dici ualeant. Sunt & qui nihil penitus sacrificant, nec ullum omnino habent pascha: nec possunt audire quod sequitur, & quod ad fideles tantum pertinet.

Itaq; epulemur, id est, festiuum agamus diem epulando, non in fermento ueteri, id est, non secundum statum, in quo eramus in ueteri homine existentes, quando peccatum regnabat in nobis: neq; in fermento malitiæ & nequitie. Ego commutando dicere, nequitie & malitiæ, sicut uerius habet græca lectio. Sermo enim in significatione debet crederi. Hominem autem nequam, græcè κακόν, diceremus hominem remissum, et cessantem à bono. Malitiosum uerò, hoc est, ζωνηρόν, etiam industrium & laboriosum ad malum. Et hoc est Diaboli proprium. Sed in azymis sinceritatis, & ueritatis. Reprobatur ergo uetus fermentum, id est, uigor fomitis, & ignorantia, quæ à ueteri peccato sunt, unde oritur & nequitia & malitia. Et contra probantur azymi sinceritatis & ueritatis, contra ignorantiam & tenebras priores, & contra ue-

lamina figurarum. CHRISTVS enim ueritas est, id est, uerum bonum nobis promissum à Deo, cui aduenienti umbræ & figuræ cessarunt.

Scripti uobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi uobis, non commisceri. Si is qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nonne de iis qui intus sunt uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex uobis ipsis.

Scripti uobis in epistola &c. Scripsit B. Paulus aliam ad Corinthios epistolam, quam non habemus. Et in illa significauerat, ne cum fornicariis commiscerentur: quod ipsi non satis intelligebant. Putabant enim Apostolum uetuisse de iis solum, qui adhuc erant infideles non initiati baptismo. Vnde ipse hunc eorum intellectum corrigens, quem suæ mentis fuisse negat, declarat hac epistola se non dixisse omnino de fornicariis huius mundi; aut auaris, aut huiusmodi. Nam & tales, id est, auari ac rapaces, fornicarij spiritualiter dici possunt. Auaritia enim est quædam idolorum seruitus: quia per eam præfertur creatura Creatori, & quodam modo colitur atq; honoratur supra Deum. Non ergo de iis se loquutum dixit Apostolus, de quibus nullum esse oportuit cuiquam dubium. In professione enim euangelij clarum erat, cum talibus nullum posse haberi commercium, nec licere commisceri. Et hoc est quod ait.

Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Et accipit exire de mundo in eum sensum, quo non esse in mundo dicuntur à Domino, quorum conuersatio non est cum hoc mundo, id est, cum mundanis, sed omnis spes in Deo uiuente, & in cælis. Non ergo prohibuit illis Apostolus per literas, conuersationem & commixtionem cum his qui non essent Christiani. Nam hoc iam ipsa professio christianitatis effecerat. Declarans itaque se sensisse de Christianis, qui illis delictis erant implicati, ait.

Nunc autem scripsi uobis, id est, postquam iam estis in lege CHRISTI, scripsi uobis ne commisceamini. Si is qui frater nominatur inter uos. Fratres proprie secundum spiritum dicimur omnes, quotquot sumus baptizati, & CHRISTVM induimus. Si quis autem horum fornicator fuerit, & his uitijs infectus quæ hic narrantur, est uitandus (suppletu) si hæc consent in facie ecclesiæ ut iam nota, & quasi inueterata. Nam de occultis non est iudicium, nisi solius Dei: neq; statim ex uno lapsu talis est homo censendus, nisi perseueret in delicto. Nam de illis alibi iubet, ut in spiritu lenitatis arguantur. Ergo famulos peccatores hic notat, quos uult uitari. Quidam tamen hunc textum destruentes

struente s, quia non intellexerunt, ausi sunt etiam facere discrepantem Apostolū à sententia CHRISTI, circa rationem & causam excommunicationis.

Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Adiungit autem Apostolus rationem, quare non dicat de alijs, qui foris sunt, id est, extra ecclesiam: & manifesta est, uidelicet, quoniam excommunicari legitime non possunt, cum non attineant ad forum & iurisdictionem ecclesiæ: neq; in communionem unquam fuerunt, ut excommunicari, id est, a communionem priuari ualeant. Sunt enim ipso iure iudicati antiqua sententia: Qui non credit, iam iudicatus est, ait ipsemet Dominus: & item iudicandi de nouo peccato à Deo, qui spreuerunt bonitatem eius communionem offerentis in salutem.

Auferte malum ex uobis ipsis. Concludit igitur, iudicatio qui suo contagio possent alios perdere, & suauem christianæ puritatis odorem apud infideles in foetorem conuertere: cum debeat lux nostra coram illis apparere, ut uidentes opera nostra bona glorificent Deum Patrem qui in cælis est, per IESVM CHRISTVM Redemptorem omnium.

Cap. VI



Vdet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis seruietes, neque adulteris, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri IESVM CHRISTI, & in Spiritu Dei nostri.

Vdet aliquis uestrum &c. Hic incipit quarta præsentis epistolæ particula, ubi tangit in quibus peccabant, litigia nimirum & forenses controuersias inter se habentes. Vnde primò in ipsos actores indignatur, qui conueniebant fratres apud ethnicos iudices, &

consequenter iniquos, ac propterea indignos qui iudicarent: quia æquitas in iudicante requiritur, quæ apud infideles, & christiani nominis inimicos inueniri non poterat. Non ergo Christiani est causam suam prosequi apud magistratus infidelium, cum proprios habeant iudices. Ideo ait. Et non apud sanctos? Et sanctos uocat Christianos, id est, mundos per aquam baptismatis. Quod uerò legimus: Apud iniquos, græcè habetur ἐπι ἀδίκων, id est, sub iniustis. Et ut eos ab hac indignitate deterreret, & Christianorum dignitatem extolleret, addit.

An nescitis quod sancti de hoc mundo iudicabunt. Iudicabunt enim sancti nationes, siue mundum, ascendentes cum CHRISTO iudice. Neq; uerò intelligas iudicium comparationis tantum, sed etiam potestatis: Alioquin nihil ualere hoc Apostoli argumentum. Non inquam ualet, ut si comparatione meæ iustitiæ prospicitur ratio condemnationis in alium iniuste agentem (Hoc est enim comparationis iudicium) iudicium auctoritatis & iurisdictionis, quod tamen uult probare B. Paulus. Ergo de iudicio potestatis loquitur, de quo etiam dixit Dominus: Sedebitis & uos iudicantes duodecim tribus israel. Et hoc est quod hic ait.

Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Si in uobis, id est, si per uos. Tropus est hebraicus: sicut dicitur. In manu potenti, id est, per manum potentem. Licet enim summus iudex sit solus CHRISTVS, per suos tamen qui eum sequuti fuerint, etiam iudicabit. Sed qua ratione ualet argumentum, ex eo quod tunc iudicabunt sancti mundum de peccato, ideo & nunc iudicare ualeant secularia? Nam CHRISTVS iudicet cum omnium summus dixit litigantibus, & eius iudicium poscētibus: Quis me constituit iudicem, seu diuisorē inter uos? Quare sciendum quod Apostolus non arguit iudicium actuale secularium ex iudicio spiritualium, sed habilitatem huius iudicij.

Pro cuius rei intellectu sciendum est, Sicut duo sunt regna, & duæ respublicæ: ita duo esse iudicia. Alterum iudicium spirituale, & aduersus eos qui contra maiestatem diuinam, & regnum eius, & pacem spiritualem admittunt uiolando charitatis præcepta. Alterum est contra eos qui admittunt contra hominum scita & placita, quæ regni terreni stabilitatem ac pacem spectant: quanquam qui in hoc deliquit, etiam in regnum Dei delinquant. Per ipsum enim reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, ait scriptura. Et ipse Dominus probat hæc regna, & uult eorum leges & iura obseruari. Et tamen hæc ipsa regna distinguuntur sine. Quodlibet enim suum finem habet. Et primum quidem regnum habet finem suum spiritualem, scilicet uitam æternam, scilicet in cælis. Alterum uerò carnalem & temporalem finem, uidelicet uitam tranquillam & pacificam mundi huius. Ideo sunt etiam iudicia temporum, & iudicia secularium. Et sic quodlibet debet habere suos proprios iudices. Atqui nunc constat sanctos iudicio illo grauiori, uidelicet in regno Dei, iudicatos

De statu christiano.

Pro iurisdictione ecclesiæ.

Luc. 18.

Luc. 12.

Duplex iudicium spirituale, et temporale.

Proh. 5.

104. 17.

Gal. 6.

Caictam.

caturos nationes, ut quibus ipse CHRISTVS iudicium quasi assessoribus suis daturus est. Si ergo iudicabunt in iudicio summo de æternis præfecti iudices, quomodo possunt indigni æstimari qui de secularibus, & multò uilioribus causis iudicare debeant? Si similiter (supple tu) præficiantur iudicio; ab his qui possunt præficere. Omnis nãq; iusta collectio & resp. pōt sibi præficere proprios iudices. Vnde non dixit CHRISTVS se incapacem & inhabilem ad iudicandum, sed tantum dixit, se non esse constitutum & electum ad illud iudicij genus sæculare, sicut oportebat ad hoc ut posset iudicare. Nec. n. tū decebat de rebus hominum illū sibi sumere iudiciū, ad quod exercendū secundum dispositionem paternam nō uenerat. Venerat quippe saluum facere mundum, non autem iudicare. Nec item uenerat ciuiles innouare leges, & sæculares constitutiones, & iura, quæ prohibent priuatis iudicium, quantū uis sanctis & peritissimis. Regnum autem illius non erat ex hoc mundo, uidelicet, sæculare: & quantū ad illud pertinebat, perinde se gerebat ac quilibet alius priuatus. Ideo dixit: Quis me constituit iudicem &c.

Et hoc aduersus illos miseros hæreticos, qui nō solum hæc inuicem sæparant, uidelicet, regna & iudicia spiritualia ex una parte, & iudicia sæcularia ex altera parte (quod rectè quidem facerent) sed etiam faciunt ita opposita & incompatibilia, ut negent spiritualibus licere sæcularia discernere, & iudicare: quod est peruersum. Cōtrā potius dicendum erat, sæculares spiritualium causarum non esse legitimos cognitores & iudices: quāuis hoc sibi contra fas & sacrilegè usurpent. Præposterum enim est & indignum facinus, summo ipsi iudici uehementer odiosum. Spiritualis autem iudicat omnia, & à nemine iudicatur. Debet autem sæcularis potestas subseruire spirituali potestati. Et hīc Apostolus dixit expressè, eum qui sit ad iudicium æternum idoneus, multò magis ad sæculare esse idoneum. Quod tum rectè facturus est, cum ad hoc legitime præponetur. Et quæ secularia dixit interpres, græcè βιωτικὰ optime dicuntur, id est, bona huius sæculi, quæ ad sustentandam frumnosam hanc uitā sunt necessaria, pro quibus tamen miseri tanto studio contendimus.

Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? Nēdum homines improbi à sanctis iudicabuntur, uerū etiam ipsi Angeli mali, qui & ipsi in illa die referent iudicium suum perfectum & absolutum, cum cūciuntur in tenebras extremas, sempiternū illorum, & prauorum hominum carcerem. Si ergo Angeli subiciuntur sanctorum iudicio de rebus spiritualibus, quantò magis de secularibus congruit, ut in ecclesia possint esse iudicia, quibus dirimantur Christianorum controuersia & lites: Est autē argumentum à maiori ad minus. Itaq; quid in posterum facto sit opus docet, & ait.

Secularia igitur iudicia si habueritis &c. Et si locus hic uariè exponatur, mihi tamen hic sensus uidetur proprius, ut Apostolus quasi cum stomacho, & ad pudorem eorum qui hæc ignorabāt, lo-

quutus, esse scilicet potestatem hanc in ecclesia iudicandi, quasi obijcientibus & interrogantibus: Quos igitur nobis præficiemus ad iudicandum? sic stomachosè respondeat. Si habeatis talia negocia (quæ minime tamen habere deberetis) constituite contemptibiles, hoc est, eos qui sunt infirmi, in ecclesia (supple tu) potius quàm eatis ad iudicia infidelium. Vnde ait: Ad uerecundiam uestram dico, non quod ita uelim fieri.

Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare &c. Vide ut indicat stomachum: neq; à contemptibilibus esse iudicandū se statuisse, sed illud ad confusionem eorum dixisse. Adiūgit enim, sic, quasi diceret. Sic manet pauper & exhausta uestra ecclesia, ut non sit prorsus sapiens ullus inter uos, qui possit iudicare inter fratres, sed sit opus contemptibiles præficere: Græcè legitur ἀνα μείσθη τῶ ἀδέλφῳ ἀντὶ. i. in medio fratris sui, ut singulariter sit pro plurali positum, ac si dixerit; in medio fratrum. Obiurgatione igitur utitur hīc Apostolus, & hic uidetur mihi eius planus sensus: Malo ut contemptibiles qui sunt in ecclesia iudicent (si sit opus) inter uos, quàm eatis ad infideles eorum requisituri iudicia. Quod si hoc uobis indignum uidetur, non desunt tamen in ecclesia sapientes, qui possunt hoc munus obire, ne sit necesse apud infideles iudicari.

Qua in re duq; reperiebantur non leuia mala. Et primum, adesse fratri cum fratre litigij: quod non est proprium Christianorum, & uerorum in CHRISTO fratrum. Et alterum, hoc apud infideles agitari, qui scandalizabantur facilè uidentes iudicia illa, & consequenter errata & delicta Christianorum, ut sic occasione oblata & capta, blasphemarent nomen Domini, in religionē obiectantes (ut faciunt crassi homines & inconsiderati) quod ueniebat ex prauitate hominum, nō ex lege Christianorum. Imò uerò tum potissimum legem commendare deberemus: qm̄ si obseruaretur, nulla penitus extaret eiusmodi iurgia. Oriūtur autem, quoniam legis bonæ præceptis non parent homines. Quanquàm non solum propter scandalum dixit hoc Apostolus, uerū etiam propter ipsum decorum, quasi in ecclesia Dei sancta deesset talis potestas, quæ tamen erat apud infideles & paganos, de uera religione & charitatis præstantia non ita instructos. Insuper annotandum, non reprobari hīc iudicia infidelium, cū & ipsi habeant potestatem à Deo: nec uetat quominus obediunt suis præsidibus, quando illi uocarent in ius, & essent sub eorum iurisdictione. Sed hoc tantum prohibet, ne ipsi sua sponte prouocēt atq; accedāt ad eos, apud quos litigent, cum habeant ipsi meliorem à Deo in hoc ipsum potestatem. Non me præterit superiorem locum aliter à B. Bernardo exponi in libro ad Eug. de cōs. At quod mihi magis placuit, enarraui.

Iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. In Græcis legitur, ἡ τῆμα, quod non uidetur sonare delictum, ut Erasmus notat: sed reuera etiam delictum significat, & ita pleriq; cruditi asserunt: significat & diminutionem. Nā

ἡ τῆμα

ἡ τῆμα significat uinco, & ἡ τῆμα uincor. Quoniam enim in eo qui uincitur diminutio est, idē & diminutionem significat, seu damnum & detrimentum, propterea quia maior est qui superat. Significauit ergo Apostolus alium ab alio superari aliquo delicto inferendo damnum uel iniuriam, ut hinc inter eos lites excitaretur: quia qui uincebatur, pati non poterat. Quare corripit eos primum, in quos damnum uel iniuria inferebatur, & salutare dans eis consilium, ait:

Quare non magis iniuriā accipitis? Scz sapienter & patienter sustinentes ad uitanda maiora pericula.

Notè: litigatores Christiani.

Quare non potius fraudem patimini? id est, damnum ex fraude illatum, supple tu, potius quàm uindicare uelitis per litem. Et in alios qui damnū & iniuriam inferebāt, obijcit. Sed uos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Ut hinc sumere liceat, erit omnem iniuriam & omne damnum improbet Apostolus, quod in quolibet inferatur, illud tamen maximè detestatur, quod in fratrem, hoc est, in Christianum inferatur.

Quid hac nostra corrupta ætate diceret Apostolus, cum uniuersa ecclesia fermè sit litibus, & multiplicibus obruta controuersis, & causis ita implicatis, ut uix explicandè uni aut alteri causæ aliquot anni satis esse uideantur? Sunt aliqui qui non uerentur defendere, hoc ad ecclesiæ gloriam facere. Qui parum certè cogitāt quanta ex iudicij & litibus mala, in cōmoda, & peccata deniq; nascantur. Quis etenim enumerare posset in quantis peccatoribus ab ipsis iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus, & ab ijs quorū mutæ lites uix unquam exitum inuenire possunt: nisi fortè uel cū altera pars, uel utraq; non raro ad inopiam redacta, cogitur experiri & probare, quàm utile erat Apostoli præsens consilium. Quare, inquit, nō magis iniuriam ab à initio aliquam & fraudem patimini, quàm ingredi dubium & periculosissimum litigandi campum? Et tamen (quod est omni detestatione prosequendum) apud Christianos præteritis nationibus, litigij in utroq; foro plena sunt omnia. O bone Deus, quis tadem aliquando hæc perpendet, ut corrigat? Quæ subsequitur sententia, satis esse deberet ad deterrendos homines ab hac improbitate contentionū & litium, ait.

An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Et de ijs loquitur qui perseuerant in iniquitate. Si enim se ab iniquitate auertunt, perinde est coram Deo, ac si non fuissent iniqui. Omnium, ait Dominus, iniquitatum eius non recordabor. Vel dicas potius ab Apostolo delicti meritum declarari, quod est, iniquos (eo quod iniqui sint) priuari regno Dei. Et idē si perstiterint in iniquitate, etiam de facto priuabuntur: quod ne illis contingat, seriò admonentur his uerbis.

Nolite errare, ac si dixerit. Nolite putare, qm̄ sitis Christiani, & sub gratiæ statu constituti, idē uobis licitum esse male agere, & in sola fide præsumere. Hic enim est error ad perniciem ducens & interitum: Neque fornicarij, neque idolis seruientes &c. Et hīc rursus omnis fornicatio reprobatur tanquàm mortale peccatum: contra eos qui sim-

plicem fornicationem nō esse peccatū docere aut si sunt. Adiungit & ebriosos, non eos quidē qui aliquando fortè inebriantur, sed qui student ebrietati & uinolentia. Tales sunt epulones, & qui uetri ueluti Sardanapalix quidam seruiunt.

Et hæc quidam fuitis, scilicet aliqui uestrum, nō oēs. Nā & inter gētes inueniebantur homines iusti, & bene morati. Neq; enim penitus ita erant à Deo derelictæ, ut nullus inter eos existeret, qui temperatè & honestè in suo statu uiueret, & sic charus Deo, Deo tamen interius iuante, & per Angelorum ministerium: quemadmodum in epistola ad Rom. iam declarauimus. Sed abluti estis, à peccato per baptismum. Sed sanctificati estis, adiūta munditia per donum Spiritus sancti, quod est donum iustitiæ, siue charitatis quo iustificamur, unde ait. Sed iustificati estis, pp̄ sanctitatem adiūta. Et hoc nō ex uobis, sed in nomine Domini nostri IESU CHRISTI, et in Spiritu Dei nostri, siue p̄ Spiritum Dei nostri. Ipse CHRISTVS est Deus noster, per cuius Spiritū sumus iustificati, & sanctificati in nomine suo, id est, in laudem gratiæ suæ. Nam ex meritis suis data est ei redemptio nostra, & sanctificatio, & iustificatio, qui nos redemit sanguine suo pretioso. Gratias illi reddamus, & gloriam in secula.

Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestatem. Esca uentri, & uenter escis: Deus autem & hunc & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus uerò & Dominū suscitauit, & nos suscitabit per uirtutē suam. Nescitis quoniam corpora uestra, membra sunt CHRISTI? Tollens ergo membra CHRISTI faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autē adhæret Domino: unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra uestra templū sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à Deo, & non estis uestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore uestro.

Hoc in loco præoccupat Apostolus, si quis esset uellet arguere, minus rectè ab se reprehēdos eos, qui in iudicio uindicāt sibi illatas iniurias, & fraudes, cum hoc minime sit in euāgelio prohibitū, ac propterea sit licitum, & ait. Quauis omnia, uide licet, quæ non sunt peccatum, liceant: Attamen non omnia expediunt, id est, non omnia sunt utilia, nec conducūt ad ædificationem, & iterum ait.

Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestatem. O pulcherrimum & CHRISTI seruus necessariū documentum.

Nō quæcūq; licet faciēda, cū non expediunt

Locus uariè expositus.



documentum. Verè is seruus est, qui non potest ferre iniuriã, quin eam non uindictet. Fit enim cõtinuò seruus hominum, idest, aduocatorum & iudicum, & multarum rerum, quarum ferre dominatum ualdè est indignum. Qui autem fert iniurias & fraudes, fit dominus omnium, & illorum qui iniuriam inferunt. Hoc non intelligit animalis homo. At qui uerè spiritualis est, certò uidet.

Sunt qui græcam literam sic potius interpretentur. Omnia mihi licent, sed ego non ab ullo sã licentiosus. Et tamen græca ipsa litera fert sensum priorem, qui longè est illustrior.

Esca uentri, & uenter escis &c. Ut rem corã Deo uilem exponeret, hoc addidit: & ideò non esse ualdè in hæc incũdendum, nec in gratiam horum admodũ laborãdum, ut adigatur hõmo & ad litigia *βιοτικῶν*, idest, eorum quibus, indigemus ad uitam. Ostendit uerò finem horum non esse magnificandum ob sui uilitatem: quandoquidem esca datur uentri ad saturitatem, & uenter datur escis ut eas excipiat: & utrunque tandem destruetur: quia in caelis non indigebimus cibis istis. Quamobrem parum de illis (si uerè saperemus) essemus solliciti: quoniam Dei prouidentia non deest ijs qui obediunt & fidunt, ac, primò querunt regnum Dei, & iustitiam eius. Corpus autem non fornicationi, sed Domino &c. hoc est. Ne quis existimaret corpus esse destruendũ, sicut uenter, quoniam in alia uita non recipiet escas: ex ipso, sine ad quem ordinatum est corpus, indicat non sic futurum, sed Deum habere rationem & curam corporis nostri, ut non oporteat hoc pacto illi prouideri, uidelicet per litigia, quæ esse licita sũt cum uerè sũt, non expediunt tamen. Probat autem curam Dei erga nostrum corpus ex hoc, quod corpus non est ordinatum fornicationi, sed Domino, idest, IESU CHRISTO. Cum autem illud non ordinetur fornicationi, cõstituitur in naturalis, & consequenter illicita fornicatio. Ex hoc uerò quod ordinatur Dño, idest, ut Domino seruiat, nimirum CHRISTO, cuius seruitio est mancipatum, tanquam ab eo redemptum, & eius effectum membrum: uice uersa intelligitur ordinatus corpori Dominus, ut illud seruet & custodiat sibi in æternum.

Deus uerò & Dominum suscitauit etc. caput nostrũ: Et nos scilicet eius membra, suscitabit per uirtutem, seu per potentiam suam, cui nihil resistit, nullaque repugnat difficultas, & prompta adest uoluntas.

Nescitis quoniam corpora uestra membra sũt CHRISTI: Et quia CHRISTI membra, ideò ipse ea suscitabit. Sunt autem corpora nostra membra CHRISTI: quoniam ipsi tanquam capiti adiuncta, & quasi prout ab illo, & ad se attracta, ut ipse dixit. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Sunt ergo illius membra per acquisitionem, per renouationem, & annexionem uel Spiritus sancti cum illo. S unus enim spiritus, sed modo ex carne eius & ex ossibus eius: ita ut agnoscat ipse hoc corpus nostrum tanquam suum. Et sicut corpus illius fuit obnoxium persoluedo delicto nostro dum fuit in uita, ita & nostrum

fit, aliter tamen atque aliter. Illius quidem propter passionem absque peccato, idest, absque ulla ex fomite rebellionem nostrum uerũ non ita. Sed sicut fuit liberatum illud facta solutione peccato per mortem: ita & nostrum liberabitur aliquando, quando soluerimus & nos similiter debitum ipsi peccato, cum omninò corpus nostrum mortificabitur. Solutio enim debiti huius est propter acquisitionem gloriæ: ut sicut CHRISTVS innocens se debitorem constituit propter nos, ut sic hoc debito exsoluto intraret in gloriã: sic & nos soluti à peccato per ipsum, constituamur tñ debitores mortis ipsi peccato, ut hoc debito persoluto, intret prius quidem ipse spiritus in gloriã, & sua postea die cũ redimetur, intret etiã corpus. Tollens ergo membra CHRISTI faciam membra meretricis? Manifesta Apostoli sententia: Quod homo fornicator ex ipso facto corpus facit obnoxium. Quoniam ex coniunctione illa naturaliter contrahitur hoc debitum, ut non sit corpus ulterius proprium: ita ut in hanc perplexitatem se coniecerit fornicator, ut corpus quidem ex natura facti, ipsi meretrici obligatum inueniatur, & tamen peccet quoties reddit hoc debitum: quoniam non assistente, nec legitime approbante, imò reprobante Deo illam copulam, factum est.

An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne unam. Sed nunquid in hoc citato loco est sermo de meretrici? Non profectò. Sed quia illa copula ex sui natura illud habebat, ideò & in meretrice constituit illud debitum, quod potest constituere, uidelicet, ut qui illi coniungitur, iam obligetur ut nõ possit esse alterius. Et rursus non possit etiam illius esse, quantum pertinet ad usum, sine peccato: quia non probat illam copulam Deus. Hæc sunt notanda: quoniam exquisita sunt & uerissima, licet nõ plane capiantur à multis.

Qui autem adheret Domino, unus spiritus est. Homo hæret Deo per charitatem, & sic efficitur unus spiritus, ut obligatus ei sit in perpetuum. Si unus spiritus, etiam una caro cum illo: quæ si auferatur ab illo (quod fit per fornicationem, unde illud contrahitur debitum) etiam ipse spiritus colligatio dissoluitur. Indignatur quippe Spiritus habere societatem in aliqua turpi & illicita cum mortali homine. Nõ enim deceat idem membrum esse CHRISTI & meretricis: Vnde iubet.

Fugite fornicationem. Indistinctè omnem fornicationem, idest, omnem copulam quæ non fit probata à Deo (quemadmodũ matrimonium est probatum) uetat. Nam quicumque nõ solum tetigerit, sed uiderit mulierem ad concupiscendum, iam moxchatus est in corde suo, ut ait Dominus. Et hic locus iterum facit contra hæreticos, qui dixerunt simplicem fornicationem carere peccato. Et quod B. Paulus hic sine distinctione protulit, & ipsemet CHRISTVS, illi suis distinctionibus & uanis commentis inficiunt & corrumpunt, sed magis seipso in suam ipsorum perniciem.

Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est. Hæc sententia ualdè difficilis uideri potest

Huius loci expositione attendat lector.

Nota lector.

Omnis copulam carnis legitime nõ copulato rã, esse illicitã.

Quo solus fornicator peccat in suu corpus.

test ignorantibus legem Dei, & naturæ in homine. Quomodo enim non peccat in suum corpus heluo & ebriosus, & qui alio quouis peccato destruunt membra sui corporis, sed is solummodo qui fornicatur? Hic uariè à uarijs dicitur. Sunt enim qui dicant omne peccatum, præter fornicationem, esse extra corpus: quoniam completur absque corporis delectatione, ut est superbia, auaritia, ira, inuidia &c. Sed est instãtia de peccato gulæ & ebrietatis, & odoratus, & auditus, & uisus, nisi uelint & hæc ad fornicationem pertinere. Quare alij, inter quos & B. Augustinus (teste B. Thoma) dicunt actum fornicationis esse in corpus: quia anima in actu illo omninò subiicitur carni. Sed par est ratio in gulæ peccato, licet non tanta adsit uehementia. Alij dicunt in corpus: quia est contra uxorem fornicantis, quæ est unum corpus cum illo qui fornicatur. Quod non placet. Quid enim si quis uxorem non habeat, & fornicetur? Alij, ut B. Augustinus rursus, intelligunt de fornicatione spirituali. Sed hoc longè abesse uidetur ab Apostolico sensu, qui ex uerbis accipiendus est iuxta communem ipsorum acceptionem. Alij dixerunt fornicatorem peccare in corpus, corrumpendo & coinquinando illud contra usum rationis. Vnde dictum est: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed qui id afferunt, nõ occurrunt instãtibus, quæ possunt de alijs peccatis obijci. Nam & uoraces corrumpunt corpus contra rationem.

Locus difficultis explanatur

Mihi igitur hoc singulare de fornicatione præ cæteris delictis uidetur, quod & ipsemet Apostolus iam declarauit, uidelicet: Cũ sint corpora nostra templum Spiritus sancti, cõfestim ut tradimus illa meretrici, efficiuntur unum cum ipsa ex ipsius copulæ natura (ut diximus) & per hoc auferimus ius Spiritus sancti quod habet in corpus, & illud (quantum in nobis est) transferimus in meretricem ad eius usum ex debito: & sic in honorem corpus nostrum, & afficimus iniuria per hanc indignissimam commutationem, ut quod est Spiritus, tradamus in potestatem inimici. Propterea urget iterum Apostolus & ait.

An nescitis quod membra uestra templum sunt Spiritus sancti? Quem dixit Deum, modo dicit Spiritũ sanctum, ut intelligamus Spiritum sanctum esse Deum. Spiritus sanctus dicitur esse in nobis modo illo gratiæ dono. Nam & si Deus impleat omnia, & omnia Deo plena sint, ut quidam dixit, speciali ramen quodam modo per gratiam dicitur in nobis esse. Nam hoc dono multò magis ei assimilamur, per quod filij eius nominamur, & sumus. Quem habetis à Deo, & non estis uestri. Verè nullus est sui iuris: quia Redemptoris omnes sumus, cui nullus potest pretium restituere, ut se ualeat in libertatem uindicare, adeò magnũ illud est pretium, quo redempti omnes sumus. Concludit igitur.

Hec pauci considerat, pauciores intelligunt.

Glorificate, & portate Deum in corpore uestro. Græcè deest illud: portate, solum dicitur, Glorificate Deum in corpore uestro. Verum additur: Et in spiritu uestro quæ sunt Dei. Admonet nos ergo

Apostolus, ut glorificemus Deũ in corpore nostro, illud scilicet seruando templum dignum maiestate sua, ut non habeat socium in dominio, nisi quem probet. Sic & glorificanda sunt in spiritu nostro quæ sunt eius, nimirum pretiosa illa dona quæ nobis donauit, ut seruemus ea illibata in aduentum Domini, ut rum agnoscat Spiritus sanctus quæ sua sunt, & non eiciat nos foras, tanquam non habentes uestem nuptialem.

Sed ad superiora redeundo. Non quiescent aliqui, sed dicent. Quomodo corpus efficitur meretricis, cum ista copula sit à Deo prohibita? Primum (ut me ipsum ab illis expediam) dicam si uolunt contradicere, & perpetuò contendere, Cũ ipso Apostolo litigetis, qui hoc manifestè dicit, & hoc probat ex uerbo Dei. Erunt duo in carne una. Sin uolunt discere, audiant & cognoscant rei ipsius æquitatem. Illa carnalis copula quæ inter uirũ est & mulierem, secundum rationem naturalem debet esse duorum, & non pluriũ: Et in perpetuum, non ad tempus. Dico in perpetuum non secundum actum, sed secundum debitum: quoniam ut nata est copula illa naturaliter, debet esse coniugium & indissolubile, nisi per mortem: ita ut quicumque alia mente copulentur, peccent: quia hanc præstare mentem debent. Quicumque ergo non hac mente copulantur, ut sit uerum coniugium (sicut deberet esse illa uiri & foemine copula) in eam conditionem se ponunt ut habeatur contra illos, ac si uerum coniugium esset, in hoc ut nascatur obligatio corporum, nõ quoad hoc ut licitè possint coniungi simul, sed quoad hoc, ut non possint esse alterius. Hoc enim omnes meretur ex ipso facto. Verum quoniam periculum esset graue nimis, si isti arcerentur à matrimonijs, & cogèrentur contrahere cũ meretrice, ideò indulgentia factum est, ut possit quilibet fornicantium contrahere, non tamen cum consanguineis alterius: quoniam affinitas in eorum odium durat, quemadmodum iura canonica docent. Sicut enim qui importunè post solutam legem circumciditur, quod facere non deberet, constituit se nihilominus debitorem uniuersæ legis faciendæ, tanquam si legitime circumcideretur, quia hoc secum ferebat illius sacramenti natura: Sic & qui copulam inquit cum muliere (licet illegitimè) quam debuit inire legitime, in sui odium, & quatenus ad sui odium pertinet, obligauit se mulieri, & infecit corpus suum: et uice uersa mulier uiro. Sed non omnes capiunt hoc uerbum: Et tamen exquisitum est, & ex apostolico sensu.

Ius Dei et naturæ circa carnalem copulam.

CAP. VII.

**E** quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autem & uir

104. 12.

1. p. 104. 12. 2. p. 104. 12. 3. p. 104. 12.

uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacatis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tenet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic.

**C**onsuluerant Corinthij Apostolum circa iura matrimonij, quomodo illis impleri deberent, aut ab eo abstinere. Ad quod respondet, primo proponens fundamentum & radicem, unde elicitur penes resolutionem omnium quaestio. Dicit ergo indefinitum seu uniuersaliter. *Bonum est homini mulierem non tangere.* Pro cuius faciliore declaratione scire conuenit: *Bonum* duobus modis considerari. Primo, ut finis: alio modo, ut aliquid conducens ad finem. Si igitur quaeras, Vtrum mulierem non tangere, sit illud bonum quod est finis: Respondemus. Minime: quia bonum quod est finis, illud est de quo Propheta testatur. *Bonum mihi est adhærere Deo.* Quod cumque igitur facit ad hanc adhætionem, ut fiat, aut quod facilius fiat, non est bonum quod est finis, sed est bonum ad finem, quod utile dicitur.

*Psal. 72.*

Quia igitur inter cætera quæ plurimum conducunt homini ad hanc cum Domino adhætionem, est non obligari coniugio, ut probatur: hoc ergo facere bonum est homini, hoc est, utile. Quod autem coelebs hominum uita ad illud uerè bonum mirificè conferat, hac ratione probatur. Homo enim in hoc statu adhæret Deo per gratiam, seruendo illi ex charitate, & internè & externè, idest, animo, & corpore, & actione. Animo autem primum: deinde corpore: tum actione. Animo autem tantò liberius seruit Deo, quanto magis est alacer, uegetus, & explicatus ab his carnalibus curis & desiderijs, à quibus aliàs detineri posset. Sed nihil est quod magis deiciat animum ab arce uirtutis suæ, imò magis rationem ac mentis opus absorbeat, quam illa res, idest, congressus ille carnalis coniugij. Vnde & naturaliter unumquodque in eo opere pudet: Ergo &c.

*Pro coelibatu, et uita casta.*

Secundo, quo ad corpus seruus est quilibet ad dictum coniugi. Vnde corpore seruire non potest perfecte Deo. Ideò & Cicero pulchrè rogati, cur repudiata Teretia altera non duceret, respondit se non posse simul uxori, & philosophiæ operam dare.

Tertio, quoad actiones & curas domesticas, ipsius uxoris, & domus, & filiorum, tot sunt cure quæ ipsum animum obruunt, ut impossibile sit his oneratum curis & pressum angustijs, sui ipsius meminisse, & diuinis toto corde incumbere.

Quarto, quia abstinentia hæc propter Deum assumpta, cum sit aduersus carnem, ualde est meritorea, tanquam sacrificium quoddam & liturgia. Ergo conducit ad hætionem maiorem & strictiorem. Propter quod scriptum est. *Omnis pon-*

*Eccl. 26.*

deratio non est digna animæ continentis. Probatur ergo idoneè hoc esse bonum.

Sed subinferet quis. Si hoc est bonum, uidelicet mulierem non tangere: Ergo mulierem tangere, tanquam bono oppositum, est malum. Sic. uidetur argumentari B. Hieronymus, quem arguit Erasmus, immeritò tamen atque iniuria, licet fingat se uelle eum tueri: quasi necessarium fuerit tanto Doctori talis uiri patrocinium, cum ipsemet B. Hieronymus & explicatissimè, & optimè, & uerissimè sit loquutus. Sed dicit quis. Vera est ergo argumentatio hæc in re proposita. Si se abstinere ab uxore est bonum: ergo non abstinere, & ita uxorem accipere, est malum. Quòd si malum est: ergo est peccatum. Quòd si est peccatum: ergo non licet coniungi cum uxore. Non enim licet facere quod est peccatum. Igitur reprobaui nuptias Hieronymus, contra ipsum Apostolum statim, & per totum caput. Ad quod ipse respondens, ait Sycophantas esse, qui aiunt eum damnare nuptias, nec intellexisse quid scripserit: quoniam non continet quod malum est, etiam peccatum est. Nam illud malum quod opponitur bono utili, non est peccatum, sed est malum, idest, non est utile nec commodum, utpote non ita conducens ad illud uerum bonum, idest, ad finem, sicut conducit abstinere à nuptijs. Et tamè non est damnabile: quia licet non conducatur ad illud, non ob id omninò contrarium est illi adhætionem Dei, quæ est per charitatem & gratiam. Potest enim & homo alligatus uxori etiam adhærere Deo. Sicut ergo bonum accipitur pro commodo, & pro honesto: ita & malum huic bono contrarium, accipitur pro incommodo, & minus honesto. Sed non omne quod incommodum est, peccatum mox dici potest: licet malum quoddam sit. Multa enim toleramus in hac uita incommoda, gratia necessitatis, quæ non parum abducunt nos à bono illo perfecto, quò minus perfecte hæreamus Deo, quæ tamen non sunt peccata: imò si patienter ferimus, conducunt etiam ad meritum.

Sed sunt nunc hæretici, qui e diuerso nobis obstant, obijcientes matrimonium esse præceptum à Deo. Nihil autem præcipitur non solum quod esset malum, sed quod non esset bonum & sanctum.

Respondetur, querendo primum. Vnde uos hoc præceptum educitis? Aiunt: Quia dixit Dominus ab initio. Crescite & multiplicamini, & replete terram. At idem dixit Deus etiam cæteris animantibus. Quemadmodum igitur non fuit præceptum cæteris animantibus, cuius capacia non erant: ita dici forsitan posset, non fuisse præceptum hominibus. Ita liceret eludere fute eorum argumentum, si uellemus (ut ipsi non raro faciunt) protèrui. Verum quia ueritatem amamus, & cognoscimus: fatemur ibi præceptum fuisse, nec tamen militare aduersum nos scripturam illam. Præcepit ergo utrisque, & hominibus, & cæteris animalibus: sed ea ratione, qua eorum quodlibet erat capax præcepti. Sic dicitur & aquis præcepisse Dominus ne transgredirentur fines suos, hoc est, illam indidit aquis naturam. Hominibus

autem

*Disputatio in hæreticos pro coelibatu et uirginitate.*

autem qui natura alio modo erant præcepti capaces, illud præceptum fuisse iuxta illorum naturam, non est negandum. Et quidem ab initio illis primis parentibus præceptum erat ob necessitatem quia oportuit esse hominum propagationem ad cultum Deo rerum omnium conditori persoluendum. Itaque non negatur fuisse bonum, imò melius tunc coniugium, propter publicam necessitatem, ut essent numerosiores Dei cultores, sicut hominum natura poscebat, qui ex propagatione multiplicantur. Ergo hæc necessitas præbebat excusationem incommoditatibus: illa cessante, res redit ad suam naturalem honestatem, & ad statum Deo uacandi liberiolem.

Declaro quod dixi: Propter illam necessitatem replendi terram, tolerabatur etiam inter fratres germanos ab initio coniugium, qua necessitate cessante, & hoc simul cessare debuit: quoniam natura pudendum est, & rationis lege prohibetur. Nam & Philosophus ex ipso natura instinctu, inter fratres turpe esse matrimonium cognouit. Attamen propter necessitatem multa tolerata sunt, quæ alioqui turpia ex se erant, & mala. Et ideo multi grauius errarunt, non obseruantes tempora, & ipsum rerum decorum, & quod Salomon sapientissimè scriptum reliquit: *Omnia tempus habent. Tempus amplexandi, & tempus abstinendi ab amplexibus.*

Dicit autem quis: Nonne etiam nunc eadem est coniugij necessitas, si non ad propagandum, tamen ad conseruandam propagationem? Facetor esse necesse. Subinferet protinus: Ergo oportet et aliquos nubere. Hoc pariter admitto. Bonum est igitur. Haud inficior: sed addo non esse bonum absolutè ei, qui sese in illam seruitutem coniecit. Cum enim satis sit quosdam & multos hoc facere, homini qui non fecerit, bonum erit, idest, melius illi erit & commodius, ut per alios satisfiat huic necessitati. Subdamus exemplum. Est bonum in ciuitate ædificare domos, afferre ligna, & alia ad comedendum & bibendum, ac cætera parare necessaria: quæ si deessent, nemo uiuere posset. Sed bonum est mihi & illi, ne id per nos ipsi faciamus, quin potius incumbamus studijs longè melioribus, quàm non desunt alij qui hoc faciant. Et ideo non dixit Apostolus in uniuersum. Bonum est neminem habere uxorem (hoc enim falsum: quia periret mundus) sed bonum est homini particulari. Sicut enim bonum est in corpore esse multa & uaria membra, oculos, aures, collum, brachia, manus, pedes, & alia uel ignobiliora. Sic bonum est in ecclesia inueniri membra diuersa, sicut & diuersi sunt status, & diuersæ actiones, & alia alijs nobiliora atque præstantiores.

Nec est metuendum ne periclitetur mundus. Hoc Iouinianus olim metuere uidebatur, quem gloriosus ille Doctor Hieronymus ita egregiè confutauit, ut nihil amplius desiderari deberet. Sed si libros sanctarum institutionum non legunt, & legi à suis reformidant, ne appareant eorum sordes in mentibus priscorum hæreticorum olim hæsisse, in quibus isti corpore & animo uoluntant.

Plures enim semper inuenientur, qui deteriolem partem (in tanta naturæ corruptione) eligent. Propterea dixit Dominus: Non omnes capiunt uerbum istud. Vera igitur & declarata resultat hæc propositio & sententia: Bonum est homini mulierem non tangere. Quod B. Hieronymus ad tactum quemlibet trahit, propter periculum. Quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Quod pariter reprehendit Erasmus & immeritò, cum & uox ipsa illud significet, & nihil absurdi sit in sensu. Nam si simplex tactus negatur bonum esse, etiam quòd ulterius est, multo magis negabitur, ut minus bonum.

*Matth. 19.*

*Eccl. 13.*

Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque uirum suum habeat. Hic te conuenio pie lector: quia hæretici in his B. Pauli uerbis præcipuè innituntur. Tu uerò confidens, matrimonium ante peccatum solummodo propter sobolem fuisse ordinatum, & constitutum sacramentum. Post peccatum autem adiectum est, ut sit in remedium peccati, propter uim fomitis in homine & impetum, qui non potest se continere. Ex quo sumunt peruersi & spurci hæretici, etiam monachos & clericos in sacris constitutos, & altari addictos, habere hanc facultatem matrimonij contrahendi: quia ubi uiget ratio & finis legislatoris, ipsa quoque legis debet uigere dispositio. Si quis enim continere se non ualeat (inquunt) cur illi hæc licentia negabitur? Adde Apostolum uniuersaliter loquutum esse, cum dicat: *Unusquisque propriam uxorem habeat: & unaquæque proprium uirum.* Ecce, aiunt, nemo penitus excipitur. Et hic est eorum Achilles, quo freti, cum suis sacrilegis concubinis conuiescunt: & ad contrahendas nuptias se multò inuitant, quæ non matrimonij à Deo probati dignitate, sed sceleris grati dæmonibus sunt societate conciliatæ atque coniunctæ.

*Nota Achillem hereticorum & prætextum ad sacrilegas nuptias.*

Vt ergo appareat hanc doctrinam esse sacrilegam & (bona omnium pace) porcorum, qui conculcare margaritas consueuerunt. Primum querò ab eis. Si unusquisque debet habere uxorem suam, & unaquæque uirum suum. Cur igitur multi excellentissimorum Sanctorum & Sanctarum non seruarunt hoc præceptum, cum sint tamen ipsi ad seruanda præcepta semper reliquis omnibus promptiores? Ecce maximus ille Dei precursor & amicus B. Ioan. Baptista non habuit uxorem, & innumerabiles post illum Sancti, & Patriarchæ, & Episcopi, & Monachi. Nunquid inuenti sunt omnes hi tam celebres uiri, apostolici istius præcepti uiolatores? Perpende, quæso, istorum lasciuorum astutiam: quoniam hoc expressè non audent præ pudore dicere, noua commenti sunt distinctionem, & dixerunt tanquam ex Apostoli doctrina loquentes, in ecclesia inueniri qui habent hoc donum, ut ualeant continere, ad quos hoc præceptum non pertinet: quoniam datum est ob periculum fornicationis, quo cessante periculo (quod cessat ex dono) ipsum etiam præceptum cessat. Esto. Nunc item ulterius ab eis peto, Quomodo poterit scire quis

P se

se habere hoc donum, aut non habere? Aiunt: Experientia ipsa. Qui enim continent, habent: qui autem non continent, non habent. Hic quero denuo. Nunquid ergo qui habent hoc donum, non possunt non continere? Si annuunt. Quicunque igitur continuit, non ualuit non continere. Quod si id concedunt, soli isti sunt qui paradoxum loquuntur, & omni explosione sunt dignissimi. Multi enim fuere qui continere potuerunt, & non continuerunt. Vnde & reprehenduntur a Sanctis uiris, & ab ipso Apostolo, qui uiduas illas damnationi subdit, quæ nupserunt, & primam fidem uoto astrictam, irritam fecerunt.

1. Tim. 5.

Non ergo hinc educitur notitia doni huius, utpote qui non continet, proprie dicatur non habere donum: sed satis est si possit continere uolens, & ea faciens quæ ad continentiam seruandam desiderantur. Neque enim uult tentari Deus. Nec ad explorandum utrum quis hoc donum habeat, oportet se exponere tentationi, ut habitare cum mulieribus: aut etiã (ut audio quosdam nostro sæculo fecisse) simul dormire, ut certo cognoscerent haberent ne membra mortificata. Hoc aperte est tentare Deum. Ille igitur donum habet, qui si uult, & operam dederit, uigilando & ieiunando, corpus castigando, humiliter orando, & in primis diligentissime occasiones fugiendo, potest cum Dei auxilio continere. Esse autem multos qui hæc seruando, contineant: proteruus, perfidiosus, & gratiæ Dei inimicus sit qui negauerit: quoniam experientia teste conuincitur. Datur enim hoc donum uolentibus: & si non sit omnium (ut ait Dominus) hoc tamen ob eam causam est, quia non omnes capere uolunt. Cum enim natura carnales sint homines, & magis appetant quæ sunt carnis, quam quæ sunt Spiritus, inde efficitur, ut non oēs illud capiant, ad quod Spiritus ipse inuitat.

Nota.

Hanc doctrinam ueram & sanam, omnes Sancti & gloriosi Doctores tam græci, quam latini, semper tradiderunt, quorum sententiæ (si colligere fuisset operæpretium) iustum equidem uolumen confecerunt. Tantum unam B. Chrysostomi proferam exponentis uerbum illud CHRISTI. Non omnes capiunt uerbum istud &c. Ideo, inquit, nō omnes capere possunt, quia non omnes uolunt. Palma proposita est: qui concupiscit gloriam, non cogitet de labore. Nemo uinceret, si omnes periculum timerent. Ex eo ergo quod quidam a proposito continentia cadunt, nō debemus circa uirtutem castitatis fieri pigriores. Sicut & qui in pugna cadunt, non exanimant ceteros. Quod ergo dicit: Quibus datum est, illud ostendit: quia nisi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis ualeret. Hoc autem gratiæ auxilium uolentibus non denegatur. Dicit enim Dominus: Petite, & inuenietis &c.

Sed ut de regularibus ipsis primū dicamus: Certum est ipsos libera uoluntate se uoto astringere. Et hunc fuisse morem in ecclesia ab initio ad hunc usque diem seruatum, nemo nisi impudens potest inficiari. Quod cum ita sit, Opor-

ret duorum alterum fateri. Primum, A quocūque sic emittitur uotum, ab eo posse illud seruari: quod est contra istos. Aut certe hunc uouendi morem esse a ratione alienum, admittere cogemur, utpote uotum eius rei, quæ non sit in potestate nostra. Et hoc est ad quod tandem deuenerunt in perfidi, & hostes ecclesiæ Dei, & omnis puritatis inimici. Et quidem ab initio, ut inuidiam a se depellerent, ne uiderentur aduersus S. Patres dogmatizare, spargebant in uulgus hæc uota esse recentia, abhinc quadragesimo ferme annis excogitata, & nullo modo de scripturis sanctis elicta. Quod tam luculētum est mendacium, ut nemo homo qui oculos habeat, quicquid lubens ac prudens falli nolit, facile non cernat.

Hereticorum uolida inuentio.

Ecce in primis CHRISTVS Dominus testimonium perhibet Eunuchis, qui se castrauerunt propter regnum Dei. Quid est autem se castrare propter regnum Dei, nisi amputasse sibi facultatem nuptiarum? Hoc autem quo pacto fit, nisi uoto? Quod coactus est ibi fateri ipse Caietanus ueritatis, tamen si coepisset contra sanctam doctrinam, & ipsum B. Thomam, uilificare uota, & negare indictum esse a CHRISTO eiusmodi continentia & uirginitatis uotum.

Matth. 19.

Præterea, cum Dominus testetur iam eo tempore extitisse tales Eunuchos, quos putabimus fuisse de præcipuis, nisi ipsos Apostolos: B. enim Augustinus manifestè dixit de Apostolis, quod illud uotum potentissime uouerunt. Sed iam nec B. Augustino credunt, qui eō coactis atque arrogantia sunt redacti miseri, ut nulli credant, nisi sibiipsis solis. Non enim B. Augustinus ea dicebat quasi de propria doctrina, sed quia erat communis omnium persuasio, atque traditio. In ea sententia B. Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Basilius, Cyrillus erant. Sic omnes doctores fenserunt, & sancti Pontifices Apostolicæ sedis probarunt: sic ipse denique uetustissimus ab ipsius ecclesiæ incunabulis mos perpetuo custoditus firmissimè declarauit.

B. Augustinus psal. 75.

Et ut radicem attingamus, Dominus ipse proculdubio fuit, qui non solum exemplo, sed etiam uerbo hunc statum, qui dicitur perfectionis status, instituit, cum uocauit peculiare discipulos, se ut sequerentur. At illa perfecta sequela, ut declarat Dominus, non poterat esse absque derelictione honorum, & patris, & matris, & uxoris, & suæ propriæ uoluntatis: idque non animi præparatione tantum (ut uolunt hæretici: quæquam hoc satis sit remanentibus in statu communi) uerum etiam re ipsa, & ipso facto amputando sibi potestatem per uotum. Si ergo hunc statum Dominus introduxit, consequenter tribuit etiam facultatem, ut qui illum ritè professus fuerit, ualeat in eo permanere. Est autem generale consilium illud Dñi. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus: & ueni, sequere me. Non enim illi uni iuueni tunc hoc dixit: sed (ut omnes interpretes unanimitè, & magno consensu exposuerunt) generaliter, & simpliciter omnibus, quibus nō repugnet hic sta-

Matth. 19.

rus, dicitur. Si uis perfectus esse &c. Vnde & de B. Antonio legitur, cum hoc uerbum audisset, ac cepisset perinde ac si sibi ipsi dictum fuisset.

Non est igitur bona nec legitima excusatio dicentium, Recedo: quia continere non possum. Respondebitur enim illi: Potuisses profecto si uoluisses, non tamen ex tuis uiribus, sed ex auxilio & fauore Dei, qui tibi non defuisset si implorasses, postquam te ad hoc uitæ genus adhortatus fuit. Et hoc B. Augustinus creberrimè repetendo docuit, aduersus falaces istos homines nō lupratim amatores, putatis animi apertos hostes. Ipse enim tractans uerba illa B. Pauli ad Timotheum: Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hoc refert, inquit, de quibusdam qui uouerunt, & non reddiderunt. Et addit. Nemo frater in monasterio positus dicat: Recedo, cum non soli qui sunt in monasterio sint perueniendi ad regnum cælorum: & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei: Sed illi non uouerunt. Tu uouisti, tu retro aspexisti. Meminisseque debent uxoris Loth, quæ liberata a Sodomis, in uia posita retrorsum aspexit, ibi remansit. Sed non est hic locus recitandi innumerales doctorum ueterum sententias. Alibi hæc de re proprio libello differui.

B. Augustinus pro uotis.

de uotis.

de uotis.

de uotis.

Hic & illud addendum de sacerdotibus, & sacerdotibus altari, etiam iuge sit tam sacrum sacrificium ac uenerandum, omnique mentis & corporis reuerentia ac puritate suscipiendum, de eorum animo esse & conuenientissimè, eorum qui huc tantum ministerio in ipso altari deseruiunt, etiam perpetuam castimoniam promoueri. Quod re eleganter minus subtiliter considerauit Origenes, sic ait: Vereor dicere aliquid quod ex sermonibus Apostolicis intelligi datur, ac forte uideat aliquos contristare. Nam si ratio iusti est seruiuentium in conspectu Dei, & eleuatio manuum eius sacrificium uoluerunt. Dicit autem Apostolus his qui in conjugio sunt: Nolite fraudare in uicem, nisi forte ex consensu ad tempus, uideatis orationi, certum est impediri sacrificium intendens in his, qui necessitatibus conjugibus deseruiunt. Vnde mihi uidetur, quod illius solus sit offerre sacrificium, qui indefinenter & perpetue se deuotè castitati hæc ille.

Origenes.

Insuper annotandum contra Caietani doctrinam quod ait Apostolus: Unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum uirum: ut intelligatur non esse Christiani hominis simul pluribus uxoribus admisceri. Nam quælibet debet habere uirum proprium. Sic enim græce legitur, ἕνα ἄνδρα, id est, proprium. Et hæc nota etiam esse præceptum, cum dicatur, ἕξ ἑαυτοῦ, Imperatius modo. Imperat enim Apostolus non ualentibus continere, ut ducant uxorem, ne fornicentur. Quod præceptum utinam seruaretur: non autem illud admitteretur, ut qui semel professi sunt, uoto propter CHRISTVS M castrati, rursus hæreticorum autoritate atque potestate detestanda aptarentur ad nuptias. Prosequitur Apostolus: Quod uxor uiri debitum reddat &c. Debitum coniugij

Pluralitas uxorum.

notum est, quod extra peccatum recusari nequit, nisi forte adulterio ius illud exigendi uel reddendum fuerit amissum: aut spontanea & legitima relaxatione, religionis gratia, & alijs casibus, qui a Summis latius notantur, suspensum.

Vxor sui corporis potestatem non habet &c. Prius de uxore dixit, quia re uera, natura ipsa docet corpus uxoris magis affici ut sit uiri, quam econuerso: quanquam re uera & corpus uiri sit etiã uxoris. Et hoc quantum pertinet ad rem matrimonij: ita ut saepe multum peccetur a uiris, qui tam diuturno tempore a suis uxoribus absunt. Quare Apostolus non ab re causam interponit unam iustam, qua (ex consensu tamen) licitum est cessare ab illa opera conjugali, nimirum ieiunium & orationem. Vnde ait.

Nolite fraudare in uicem, nisi forte ex consensu &c. Verum aduerte etiam quid adiciat propter periculum. Et iterum reuertimini in idipsum ne temptet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Dignus est omni circumspectione & ponderatione hic locus. Quia plerumque sub specie boni, coniuges aliquando sibi inuicem debitum remittunt, illorum imitari uolentes exemplum, qui acti Spiritu Dei hoc fecerunt. Attamen in ea re sæpenumero est deceptio. Non enim hominis est seipsum ab eo statu abstrahere, quem semel elegerit, nisi Spiritus Domini impulerit: quoniam Satanas plerumque se admiscet. At postquam uirtutis colore separauit, iterum tentat, & inuenit incontinentes. Verum quoniam & hoc bono spiritu fieri potest, ideo Apostolus cautissime addidit.

Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, &c. si expressius dixisset. Non impero ne abstinatis, cum hoc esset melius: sed metuens uobis, indulgeo & uobis: quia si estis incontinentes, tentabit uos Satanas, nec resistetis: unde ait. Volo autem, id est, uolo omnes homines esse continentes, sicut ego sum. Volo, inquit, pro; uellem: Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: unus quidem sic &c. id est, alius in conjugio, alius uero in uirginitate, alius in coelibatu dona propria habet, in quibus ambulet, & ita se gerat, ut salutem tandem consequatur æternam. Vbi satis ostendit Apostolus non continentiam tantum, sed etiam conjugatorum castitatem esse Dei donum.

Dico autem non nuptis & uiduis, Bonum est illis si sic permanerint, sicut & ego. Quod si se non continent, nubant: Melius est enim nubere quam uiri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus: uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit, manere in nuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittit uirum.



Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in eiusmodi. In pace autem uocauit nos Deus. Vnde enim scis mulier, si uirum saluum facies? Aut unde scis uir, si mulierem saluam facies? Nisi unicuique sicut diuisit Dominus. Vnumquemque sicut uocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis uocatus est? non adducat praputium. In praputium aliquis uocatus est? non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & praputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi cura. Sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in Domino uocatus est seruus, libertus est Domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est CHRISTI. Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est fratres, in hoc permaneat apud Deum.

Vtrum Paulus fuerit coniugatus.

Dico autem etc. Superius scriptum est nuptis, nunc uero ad non nuptos, seu uiduos, siue marres, siue foeminas, & ait innuptis, & uiduis: *Bonum est si sic permanerint etc.* Hinc accipiunt B. Paulum fuisse inconiugatum. Quidam etiam uirginem uolunt: quod ex hoc, & superiore loco colligunt. Sed nullibi recte colligitur illum uirginem fuisse, nec inconiugatum quidem, ita ut nunquam habuerit coniugem: quin potius contra, cum hic scribat uiduis, quos uult manere sicut seipsum. Volebat enim eos manere castos in coniugio & uiduitate. Nam superius uult omnes homines sicut seipsum: & alloquebatur matrimonio iunctos, inueniens se abstinere etiam uiuente uxore, ita ut uiduus censeretur re ipsa: quia quantum ad opus coniugii pertinet, talis erat: quod mihi magis placet. Nam quod uxorem habuerit, compluribus testimonijs persuadetur, & argumentis, ut superius ad Romanos iam attigimus.

Quod si se non continent, qui uidui sunt, aut uiduae, nubant. Melius est enim nubere quam uiri. Nubere promiscua uox, etiam ad uiros hoc in loco attinens. Vri est ardore concupiscentiae cum damno uirtutis superari, id est, cum peccato. Et melius, quod minus malum est, sermone consueto dici solet, inueniendo malum esse digamiam: & licet in peccatum non impuretur, malum est tamen, quae nunquam probata est a sapientibus, nec a Gentibus quidem. Videtur enim nescio quid habere petulantiae & procaecitatis. B. Chrysostomus (& redactum est in Decretis) ita ait. Secundam accipere secundam apostolicum praecipium licitum est: secundam autem ueritatis rationem fornicatio est. Sed cum

permittente Deo publice & licenter committitur, sit honesta fornicatio. Nam naturalis quaedam ratio dicitur, ut una unius sit & non plures: & ita econuerso unus sit una contentus.

His autem qui matrimonio iuncti sunt, praecipio etc. Hic nihil excipit nec fornicationis causam, nec ullam aliam. Quod si discesserit, quaecumque de causa, & fornicationis (ut uolunt) cum Apostolus nihil distinguat, manere nuptiam. Quomodo dicit manere innuptam, quae adhuc habet uirum? Sed innuptam uocat, quae non fruitur nuptiis, sicut se supra posuit inter innuptos & uiduos, quia non utebatur matrimonio: aut uiro suo reconciliari, si nolit manere innupta. Et uir uxorem non dimittat. Neque hic excipit causam fornicationis, quam tamen Dominus manifeste excipit. Quare factus est quaestio locus, ait enim: His qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego, sed Dominus, uxorem a uiro non discedere. Hoc enim est quod dixit Dominus apud B. Marcum. Et si uxor dimiserit uirum suum, & alii nupserit, moechatur. Vnde non solum uidetur prohiberi ne alii nubat, uerum etiam ipse discessus.

Mar. 10.

Sed nunquid hoc omnino ut non liceat ei ex causa fornicationis discedere, aut alia de causa, ut si maritus sit ueneficus, & ab eo metuatur uitae suae, aut aduersus fidem moliatu quicquam, aut quouis alio modo sit intolerabilis: Quia in re non uidetur aliquid expressum in scripturis in proprio casu. Et quidem quoad fornicationis scelus, de uiro hoc habemus expressum in scripturis in proprio casu, licitum ei esse dimittere uxorem. De uxore uero econtrario non habemus. Sed si aequalis est & par uiri & uxoris conditio, ut uoluit B. Augustinus, & Pontifices suis decretis confirmarunt, profecto expedita res est, ita licere uxori, sicut & uiro. Non defuerit tamen uiri grauisissimi qui contrarium sunt arbitrati, inter quos B. Ambrosius. Illud equidem certum est, olim in dimittendo se inuicem parem causam non fuisse. Nam a muliere posse dari libellum repudii uiro, sicut uir uxori dare poterat, nusquam constat in scriptura sacra. Item quod mulier pluribus uiris copulari posset, nulla lex, uel consuetudo permittit, sicut de uiris. Dominus etiam uiro concessit aperte dimissionem fornicariae: de uxore autem uerbum nullum. Nec dicat quis: Voluit hoc intelligi in eo, quod de uiro dictum est. Id enim est quod negatur. Neque conuenienter deducitur consequentia a uiro ad uxorem in huiusmodi. Magis enim id exprimi debuit, de quo magis poterat dubitari, ut inde id concluderetur, de quo minus. Quinimodum cum legem nouam traderet, quae declarabantur ea, in quibus antiqua illa lex deficiebat: In antiqua autem nunquam permittum esse repudium uxori, & ipse Dominus legislator circa hoc tacuerit, plane uidetur nihil immutare in foemina uoluisse.

Quod si hoc uerum est, non licere uel propter fornicationem uxori a uiro discedere, uel propter quamlibet aliam causam, durissimum ualde uideri potest. Quid enim si tales sint simultates, quibus

Disputatio circa diuortium.

quibus uitae periculum immineat: Non dubitandum quin isto casu liceat secedere, & implorare praesidia, aut remedia ex publico. Et propter fornicationem uiri, non dubium quin illa possit ei negare sui corporis copiam, qui se indignum coniugii iure constituit, cui contumeliam fecit. Quae ritur ergo de sensu Apostoli hoc in loco: An liceat mulieri discedere a uiro ex causa fornicationis.

Non de redditione solum debiti ago, sed de discessione. Apostolus enim adhibito praecipio prohibet discessionem. Sed nunquid in omni casu? Non arbitror sanè. Nam si necis esset periculum, aut si eam uellet in adulterium cogere, & perfidiam, aut ad insigne aliquod turpe facinus adigere: non teneretur manere cum illo. Sed quid ob fornicationem uiri? Licebit ne ei saltem discedere ab eo, tanquam qui per adulterium amiserit corporis eius facultatem? Hoc certe mihi uidetur: Quod & fortassis dicere Apostolus ipsis uerbis uoluit. Quod si discesserit etc. Praecipit enim primo non discedere: & id uel praecipio intelligi debet, & subaudi: absque causa legitima; Subdit: Quod si discesserit. Cum simpliciter hoc dicat, intelligo, etiam simpliciter quauis ex causa, siue legitima & rationabili, siue non, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Non tamen per haec uerba intelligas, penes mulieris arbitrium & potestatem repositum, utrum malit, sed quod alterum horum faciendum est, iuxta exigentiam causae. Si enim habet iustam discessiois causam, manere innuptam, si nolit reconciliari: aut reconcilietur, si nolit manere innupta. At si absque causa iusta recesserit, reconciliari omnino debet, praesertim ipso uiro petente. Et hic uidetur Apostoli sensus, si & eius uerba, & si mulier id quod est aequum, consideremus.

Sed nunc sese offert quaestio de uiro, de quo ait simpliciter Apostolus. Et uir uxorem non dimittat. nec adiecit: Quod si dimiserit etc. Prima igitur occurrit quaestio, an hoc quod ait: Non dimittat, intelligendum omnino sit etiam in causa fornicationis. Certè Dominus contra dixit: & ipse B. Paulus contestatur se ex Domini sententia loqui, non ex sua ipsius propria. Subintelligenda igitur est manifestè illa exceptio, quam fecit Dominus de fornicatione. Sed illud omnino magis torquet, quare de uiro non adiecit: Quod si dimiserit, maneat uiduus, aut abstineat ab alijs nuptiis, aut reconcilietur, sicut hoc de muliere dixit. Mirabile istud est. Neque ad satisfactionem satis est dicere, data ista lege de uxore, contineri tacite eandem de uiro legem, eo quod non ad imparia iudicentur. Nam hoc (ut diximus) inconuenienter dicitur: quoniam in conueniens est docere legem uiri ex lege mulieris, etiam si non ad imparia iudicentur, sed contra potius: praesertim cum manifestè in lege antiqua ad imparia iudicentur. Etenim mulier strictiori lege tenebatur ipsi uiro, quam mulieri uir. Ideo tantò magis erat hoc de ipso uiro aperiendum.

Quamobrem B. Ambrosius aliter hunc locum intellexit, uiro concedens secundas nuptias uxore adultera uiuente, sed non mulieri. Hanc opi-

nionem B. Augustinus scripto reprehendit, cuius sententiam Canones pontificij post sunt sequuti. Pro ea uero B. Ambrosii sententia fauit, quoniam Dominus de uiro tantum loquutus est, quando causam fornicationis excipit. Denique (ut tandem finiam) totus hic locus est admodum difficilis. Itaque libenter ego sententiam ecclesiae absolutam intelligerem. Scripsi tamen de hac re alibi accuratius. Neque hic tacebo, Erasmi parum sobriè, imò ualde petulanter de his in annotationibus suis scripsisse, quae certè igni tradenda essent propter multorum scandalum.

Nam caeteris ego dico, non Dominus etc. Qui sunt isti caeteri, quibus se dicere ait, & non Dominus? Oportet igitur ut a superioribus pendeat haec declaratio. Dixerat enim: *is autem qui matrimonio etc.* Nunc consequenter ait: *Caeteris autem;* proculdubio eos significari oportet, qui non sunt matrimonio iuncti. Porro cum inchoatum prosequatur sermonem de matrimonio iunctis, idèd referri hoc ad superiora est necesse, ubi dixit. Dico autem non nuptis & uiduis, ut nunc declarat se illis talia dixisse: non quasi expressè a Domino accepisset, sed illa suo spiritu admonuisse. Non ergo potest hoc inferioribus, quae statim subnectit, aptari, licet id quidam uelint: quoniam de ipsis qui matrimonio iuncti sunt agit, ut manifestè patet. Nisi forte per non matrimonio accipit illud, quod erat apud infideles: sed non placet haec euasio. Superioribus igitur dicitis aptari debet.

Nota haec prudens lector.

Quid est autem quod ait se dicere, non Dominum, cum alibi dicat: An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur CHRISTVS? Et inferius: Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. Sed animaduertendum est, et si B. Pauli iussa ac praecipia custodiri debent, iuxta uerbum Domini: Qui uos audit, me audit (etenim credendum erat eos a Spiritu sancto inspirari ac regi) Non nihil tamen interest inter ea quae sic ab Apostolis, & illa quae in euangelio a Domino sunt explicata & expressè statuta: quoniam firmissimè seruanda sunt haec, & non est hominis super eiusmodi definitis dispensare. Non sic est autem de his, quae postmodo per ipsos Apostolos tradita sunt. Non enim ea firmitate tenenda sunt, tametsi parèdum sit illis omnino. Vnde apparet de digamis dispensare ecclesiam: quanquam Apostolus de his aliud sanxerit. Atqui non ita esset, si Dominus ipse sanxisset, ut egregie notat B. Thomas, quod quidam non aduertunt.

Si quis frater uxorem habet infidelem etc. Hic B. Paulus incipit nouis casibus, qui tunc frequenter accidebant, occurrere. Et nonnulli putant consilium hoc esse, non praecipium, quod eo tempore magis ualebat. Et si qua mulier fidelis etc. similiter hoc est consilium. Sanctificatur enim uir infidelis per mulierem fidelem. Sed quomodo sanctificatur infidelis manens? Non hic dicam aliorum commenta; cum (ut uerum ingenuè fatear) nec ullum quidem legerim, in quo conuiescere possem. Illud ergo quod meditatione sum ex Dei gratia assequutus (si tamen uerum est) proferam.

P. in Sciendum

Sciendum est ergo, Omne matrimonium infidelium esse immundum: quoniam matrimonium est propter prolem Deo generandam. At matrimonium infidelium, quoad hoc, à Deo despicitur in poenam parentum, qui non intendunt generationis fructum reddere Deo uero. Quare neque eorum prolem respicit Deus, ut à talibus procedat. Quapropter nec inuitis illis baptizanda est: quia dimittit illos in puris naturalibus, & ita in immunditia sua, & parentum. At si unus ex coniugibus saltem fidelis fuerit, etiam alter coniunx, quoad hoc, sanctificatur, ut qui nascitur inde liberi, non sint coram Deo habendi ut immundi, id est, ut liberi infidelium, sed ut fidelium. Quo in casu partus sequitur partem fidelem, & ita coram Deo habetur: & potest alter parens eum baptizare, & raturus est baptizatus. Sic Timotheus fuit circumcissus propter matrem Iudæam, ut Iudæus. Titus autem minimè, quia Gentilis erat. Nemini enim dubium esse debet, respici à Deo filios fidelium oculis specialis providentiæ, propter patres fideles: ob quam causam etiam sancti dicuntur & mundi, id est, propter patres ipsos mundos. Sed non est hæc actualis munditia, quæ aduenit ad epta gratia, sed quædam potius ad gratiam præcedens (ut ita dicam) candidatio: sicut solent aptari sacrificia præiungis quibusdam expiationibus, antequam uera fiant, ut de pane & uino patet in sacrosancto Missæ sacrificio, quæ canes mordaces noui hæretici, & rabidi per illos dæmones, suis morsibus lacerant, non intelligentes hæc genera sanctificationis. Sic aquæ sanctificatæ dicuntur contactu corporis CHRISTI, ut possint sordes peccatorum nostrorum abluere.

*Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, uel soror, in huiusmodi.* Permittit ergo Apostolus diuortium inter hos disparis cultus, si infidelis uelit recedere: ita quod frater uel soror, non sint alligati seruituti, scilicet coniugali, quæ nimirum talis est, ut uir non habeat corporis sui potestatem, sed mulier: & contra. Et iterum, quanto tempore uiuit uir, alligata est mulier legi uiri, ita ut si alter uiro adhæreat, sit adultera: sed in huiusmodi non est talis seruitus. Quid est dicere, in huiusmodi, nisi in infidelitate manentibus, & nolentibus cohabitare? Quo in loco miror admirantem Caietanum hunc locum debere ad eiusmodi sensum intelligi, cum certè aliter commodè intelligi non possit. Sed hic ipsummet audiamus.

Caietanus.

Et non solum miror (inquit) sed stupeo quod CHRISTO clarè excipiente causam fornicationis, torrens doctorum non admittit illam mariti libertatem: Paulo autem non clarè dicente interpretata sit solutio coniugij, ex causa alia ab explicata à CHRISTO, & sola excepta. Quia tamen antiquo ecclesiæ usu sensum cõmunem textus huius firmatū credo, & textus capax est huius sensus communis, ideo dicendum est, quod Dominus in euangelio non communem utriusque coniugij, sed mariti propriam tradidit libertatis legem, ut textus ipse manifestè dicit. Paulus autem communem, utriusque coniugij legem libertatis promul-

gat, autoritate proculdubio diuina, qua separari potest quod Deus cõiunxit, iuxta uerbū Dñi de cõiugio nõ Christianorum, sed ab initio mundi instituto. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et propterea diuersæ libertatis causæ assignantur: à Domino quidem causa propria marito: à Paulo autem causa utriusque coniugij communis. Imparem enim Dominus iudicat maritū et uxorem quoad fornicationem: quia impar est secundum naturalem horrorem, & repugnantiam ad certitudinem patris proles. Infidelitas autem, quæ ad animam spectat, paris censetur iuris in utroque coniuge à Paulo. Et hæc dicta sint ad satisfaciendum quæstioni de contrarietate doctrinæ Pauli ad doctrinam CHRISTI. CHRISTVS enim solam fornicationis causam excipit. Paulus autem alteram docens causam, docet non esse solam fornicationis causam. Paulus dico, ut communiter exponitur: quia ut dictū est (ut textus sonat) Paulus non sonat solutionem coniugij. Hæc ille.

Vbi manifestè licet uidere plura digna annotatione. Primum quod ait CHRISTVM clarè excepisse causam fornicationis, & tamè torrens Doctorum nõ admittit istam mariti libertatem. Hoc in loco miranda est potius eius admiratio: quia ex illa Domini exceptione fornicationis, quæ clara est, non clarè consequitur ista mariti libertas. Deinde & hoc etiam admiratur, quod dixerit Paulum non clarè esse loquutum, cum tam expressè dicat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. Si non est seruituti subiectus, ergo liber. Tertio etiam illud frustra miratur, Apostolum alium casum adiungere, quando liceat solui matrimonium, cum Dominus unam tantum causam fornicationis excipiat. Non enim uidit à Domino regulam dari de matrimonijs ratis, id est, fidelium, non autem infidelium, de quibus non est uerum uerbū illud. Quos Deus coniunxit: quoniam Deus illorum matrimonijs non assistit. Fideles autem & gratiosi coram Deo fuerunt primi illi coniuges, ut B. Thomas docet. Ego uerò etiā Christianos fuisse existimo: quoniam mysterium CHRISTI reuelatum fuit Adæ, quod & fide recepit: sicut nec idem. S. Doctor negat. Quarto & illud notandum in huius doctrina, iuxta Domini sententiam imparem esse causam mulieris circa diuortium: quasi ei non liceat ob fornicationem, id quod uiro. Hoc dico, quoniam torrens Doctorum ei mirum in modum aduersatur. At quoniam de his omnibus particulari tractatu abundè differuimus, ad nostras in illum annotationes lectorem remittimus.

Nunc ad rem redeundo, Satis est modo declarasse, si infidelis manere uelit cum fidele, sanctificatum esse coniugium per ipsum fidelem. Sin autem uelit discedere, liber fidelis efficitur: ita ut possit ad alia uota transire, & nouas legitime contrahere nuptias. Sed ponatur quod infidelis coniux cohabitaret, sed nolit ipse frater, id est, fidelis: nõ quid potest? Aiunt quod potest, sed melius si nõ faciat, quando est spes reducendi illum. Quod, n. docuit B. Paulus, seruandum fuit fortassis in eo feruore

feruore Spiritus, quando fermentum bonum uel in præputio per indulgentiam coniugij. erat longè, quàm nunc sit, potentius.

*In pace autem uocauit uos Deus.* Confirmat superius dictum, non discedendum à coniuge tamen infideli, si uelit cohabitare: quoniam in pace uocauit nos Deus, hoc est, ut sit pax (quantum fieri possit) ad omnes, etiam infideles: nisi fortè præiudicium per talem pacem immincat ueritati: quod nõ erit, si infidelis uelit cohabitare. Et addit etiā ad persuadendum rationem.

*Vnde enim scis mulier si uirum saluum facies etc.* Nā sanctificatus est uir propter coniugium, quod habet cum fidele. Et ideo ad gratiā Dei magis (Deo fauente) dispositus est: & in hoc sanctificatus est. Hoc uerò dixi, si e contrario quis fortè diceret. Vnde scis mulier, si te uir attrahet ad infidelitatem? Adde superiorem etiam rationem satis fuisse, uidelicet: In pace uos Dominus. Notandum est enim uocationes eo tempore extitisse fortes, & efficaces, ut facilius traheretur infidelis ad fidem per fidelem, quàm fidelis ad infidelitatem per infidelem. Deus enim qui uocat in pace, ipse idem seruat in ea pace, & facit prouentum, ne oblit illa pax, sed magis fructificet Deo. Quare adijcit.

*Nisi unicuique, sicut diuisit Dominus etc.* Sensus est. In hoc deprehenditur rei possibilitas, si iuxta ordinationem, & diuinam donorum diuisionem quis agat, & ita in eo statu ambulet, in quo Dominus eum uocauit. Si cui nõ est datum uirginitatis donum, sed matrimonio iunctus fuerit, eo statu cõrētus uiuat, & in eo quiescat ac fructificet: nec sua sponte quærat statum, ad quem non est uocatus à Domino, ut ascendat in eum. Vberius enim fructificabit in eo, quàm in alio qui esset supra uires suas, ad quem non uocatur à Domino. Atque ideo multi fructuosius uiixerunt in uita sæculari, quàm uixissent in uita regulari. Nam & hoc experientia certa notum est de multis, qui cum bene in seculo uiuerent, ad religionem tamen suo ipsorum proprio stimulo, & amore quodam spiritali inconsideratè, minusque prudenter adducti, potius retrocesserunt: & repidiores in religione effecti sunt, quàm essent prius in seculo: & nonnulli etiam miserè tandem exciderunt.

Loci huius notanda expositio

*Circumcissus aliquis uocatus est.* Vocat circumcissum qui in castitate uocatus est: & huic consulit. Non adducat præputium, id est, non inquit coniugium. Nisi ita hunc locum intellexeris, uix puto declarari posse, quoniam pacto posset circumcissus adducere præputium. Mirum quod Caietanus hic uelit Apostolum monere Iudæos, ut circumcidant filios suos: quod uel dictū est absurdissimum, nec iam disputatione, sed explosione dignum.

*In præputio aliquis uocatus est, id est, in feruore aut exercitio carnis & libidinis, ita ut cõtinere uel nolit, uel non possit, non circumcidatur, id est, non castratur, quia ad continentiam nõ cogitur, sed ducatur uxorem, ne uratur.*

*Circumcisio nihil est: & præputium nihil est etc.* ac si dicat. Neque hoc, neque illud saluum facit hominē, sed obseruatio mandatorum Dei, uel in hoc, uel in illo statu, id est, uel in circumcissione per continentiam,

uel in præputio per indulgentiam coniugij.

*Seruus uocatus es.* Quicquid alij dicant hic (ut breui absoluam) mihi uidetur proculdubio sensus, si loquatur Apostolus de seruitute matrimonij, ut quis i eo statu sit uocatus: Nõ sit tibi cura, id est, nõ li perinde esse anxius ac sollicitus, quasi nequeas in eo statu proficere, & salutem tuam operari & consequi. Sed & si potes fieri liber, magis utere. Si potes (inquit) fieri liber, hoc est, solui ab uxore, scilicet illa uolente & cedente iuri suo quod habet super corpus tuum. Et tum demum in pace solutus uiuas, non tamen ut & denuo alij alligeris, sed sis prorsus liber, quò melius Domino & expedius seruias, magis utere, id est, hoc potius elige. Et uide differentiam inter uocatum in præputio, & uocatum in seruitute, ut intelligas neque obstare seruitutem illam, quo minus ualeant salutem adipisci. Et si, quia melius est liberum esse à seruitute coniugij, consulat ut (si fieri id possit) faciat, nempe liberet se ab ea tam dura lege coniugij.

*Qui enim in Domino uocatus est seruus, libertus est Domini, id est, qui uocatus est in Domino existens seruus, id est, coniugio alligatus, est libertus Domini.* Quomodo libertus, nisi quia à misera illa seruitutis conditione, qua antea tenebatur, per eam uocationem ereptus est? Nam qui liberatus est seruus existens, libertus est eius qui liberauit eum, & debet operas patrono suo. Sed magis placet alius sensus, qui huiusmodi est. Homo qui uocatur à Domino, ita uocatur ut pretio redemptus: & ita ipso iure seruus est CHRISTI & Domini redimentis tam secundum animam, quàm secundum corpus. Verum quia non uult CRISTVS cuiusque seruum iniuria ab illo eripere: Inuenit autem hominem quem uocat, iam alligatum coniugio, ita ut corpus sit coniugis, contentus eo pacto est, ut sit sibi sicut libertus, quem aliqui uerè seruum de iure habere posset, id est, ratas habet et gratas certas sibi exhibitas operas, ut saluus sit. Et hic est uerior intellectus.

*Similiter qui liber uocatus est, à uinculo matrimonij, seruus est CHRISTI.* Non hic uocat libertum, quasi certis operis tantummodo addictū, sed omnino seruum: quia holocaustum est, omnino illi se dedens toto animo, & toto corpore. Et ob eam causam consulit ne uelit alligari, & seruitiū CHRISTO debitum minuere ac parari, ideo ait. *Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum,* cuius ratio est: quia indignum est pro seruitio CHRISTI Redemptoris, cui nosmetipsos debemus totos, eligere seruitium hominum, carnale uidelicet, & ob id longè indignius. Vnde concludit.

*Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, id est, in eo statu in quo uocatus est ut sit frater, id est, Christianus, in hoc permaneat.* Hæc est regula. Sed ad eorum pleniorum tractatum consideranda est diuersitas casuum. Si enim ambo permaneant infideles in matrimonio, ex doctrina Apostoli immundi sunt: quia etsi matrimonium ualidum sit secundum leges hominum, non tamen coram Deo ratum, siue sanctum. Si uerò contracto iam inter infideles matrimonio, alter eorum conuertatur ad fidem,

Esse seruū Domini et libertū quid significet

ad fidem, tunc habet locum apostolica distinctio. Aut uult infidelis permanere: Aut non. Si prius, consulitur fidei, ut cōsentiat ob rationes iam datas: quia sanctificatur coniugium per alterum fidelem, & spes est conversionis infidelis. Si autem nolit cum infideli permanere, non cogitur fidelis, multo minus si nolit infidelis. Et his casibus, fidelis solutus & liber efficitur.

Est alius casus, Quando inter fideles ab initio est cōtractum matrimonium, sed alter labitur in infidelitatem. Et eo casu, iura dicunt manere matrimonium quoad uinculum: quoniam hoc ab initio raturum fuit: Licet aliter cuidam summo Pōtiffici aliquando uisum fuerit, Quare in dōctō admodū Erasmus exploratum ait se habere, isto casu quoad uinculum matrimonium solui, è diametro pugnans contra manifestam ueritatem, & pōtifficos Canones, ut patet de Diuort. c. ult. Quare apud doctores exploratum est, in hoc casu coniugium ipsum minime solui.

Alius casus, Quando fidelis ab initio contrahit cum infideli. Hoc enim matrimonium nequaquā ualet, ut inferius paulo post uidebimus. Nō autem hoc in loco appellatione infidelis, uenit hæreticus. Nam catholicus cum hæretico coniuge potest legitime contrahere, ut constat quidem matrimonium, tamen si peccet catholicus qui id sciens, contrahit, cum omnis hæreticus sit excommunicatus. Volunt etiam Canones appellatione infidelis concludi catechumenū ante baptismum, cum nullis adhuc fidei christianæ sacramētis sit initiatus, nec in consortium admissus.

De uirginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquā misericordiā cōsecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori: noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: noli querere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco. Hoc itaque dico fratres: Tēpus breue est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquā non habentes sint: & qui flent, tanquā non flentes: & qui gaudent, tanquā non gaudentes: & qui emunt, tanquā non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquā non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori: et diuisus est. Et mulier innupta, & uirgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autē nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat uiro.

De uirginibus. Ex hoc loco satis colligitur, hætenus Apostolum de uirginibus non esse loquutū, sed uel de coniugatis, uel uiduis: nisi uelis illum suaseruē uerba iactasse. Nunc ergo de uirginibus loquens, ait nullum se habere à Deo speciale præceptum, sed tantum consilium dare: *Consilium autem* (inquit) *do, tanquā misericordiam consequutus* etc. Hoc enim quod misericordiam consequutus sit, innuit illū aliquando in miseria fuisse. Consilium autem dat, ne quis in eandem miseriā incidat, à qua ipse fuerat ex misericordia liberatus. Nam à cōiugio, quo (ut quidā putāt) fuit aliquando illaqueatus, liberatus est: nunc consulit uirginibus ne se illaqueari permittant, si modo possint continēdo permanere. Aliqui exponūt sic, Tanquā misericorditer hoc esset assequutus, scilicet ut esset fidelis. Minister enim erat & dispensator, à quo exigebatur ut bona fide consuleret. Aliqui eliciunt ex hoc loco Apostolum fuisse uirginem. Sed id ex eius uerbis nullo pacto queunt (meo quidem iudicio) conuincere.

Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Hæretici, & antelignanūs eorum Erasmus, qui factō & doctrina uirginitatem oderunt, excusant se ab hac Apostoli doctrina, quam ab illo traditam pro eo tēpore asserūt, quo erat fundandum euangelium CHRISTI, & tunc istud protulit consilium, nequaquam daturus illud hoc tempore, idē ibi ait: *Propter instantem necessitatem*, id est, propter præsentem euangelij promulgandi necessitatē. Ita etiam exponit consilium CHRISTI. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum Dei, id est, propter prædicationem. Sic aiunt isti: & cum hoc tamē uolunt iuari à B. Petro, quem habuisse uxore proferūt. Ab his itaq; querendum est: Cur ergo Petrus gratia prædicationis, eam in illa necessitate non dimisit?

Dicent forte, Verum esse Petrum reliquisse eā gratia prædicationis, quod ad thorum attinet. Quod si fatentur: qua ergo fronte illi non haberes uxorem, ducunt, non obstante prædicationis suæ munere, ac instante necessitate fundandi euangelium CHRISTI, quod (ut uolunt) erat iam abolitum: Siquidem prædicandi euangelij gratia Apostoli qui habebant uxores, eas reliquerunt: isti autem non habentes, ducūt. Corruptum nihilominus planum CHRISTI uerborum sensum. Nō enim regnum cœlorum significat ibi prædicationem, sed præmium regni cœlorum. Nondum siquidem ab eis prædicabatur euangelium. Et quod hic dicit, *propter instantem necessitatem*, perperam, & extraneè exponunt, ac peregrinè. B. Thomas exponit necessitatem instantem, id est, præsentem: quia matrimonium sequitur necessitas multarum rerum ad uitam tradendam necessariarum.

Mihi uidetur hic esse sensus Apostoli, qui ab ipsomet explicatur inferius, ubi ait: *Tempus breue est. Necessitas enim est id quod dixit Dominus Marthæ: Vnum est necessarium, hoc est, seruitium Dei, intendere Deo: istud est necesse ad uerā uitam. Hoc autem est necessariū, siue hæc instans necessitas*

necessitas, quæ tantò magis urget, quantò est tempus ad operandū breuius. Quia ergo mundi creatura, & breue relinquebatur tempus ad operandum, censet hoc esse bonum. Apostolus, ut totus homo seruetur seruitio Dei (si fieri potest) nō dimidius. Sic enim & nostra creatura diminuta est in hac mūdi senectute, & breue tēpus habemus, ut oporteat tantò attentius ac seruentius operari, quantò tēpus temporis superest. Nam hoc rerum naturæ est proprium, ut in fine semper magis serueat opus. *Quoniam bonum est homini sic esse. Per quod minus sit distractus ab hoc Dei seruitio.*

Alligatus es uxori: noli querere solutionem. Hic cōsiliū iam dictum explicatur: & tamen si contingat, & sine periculo fornicationis liceat, posse solui hominem & liberari, hoc eligibilis esse & magis salutare Apostolus iam testatus est.

Solutus es ab uxore: noli querere uxore. Vide quā explicatè consulit nobis Apostolus. Noent hæc Apostati uxorati, & pudeat eos tandē si fieri pōt. *Si autem uxorem acceperis, non peccasti.* Vndiq; cōtra hæreticos agit Apostolus, in illos qui prohibebant nuptias. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* Quæ tribulatiōes sunt innumeræ à coniugio uenientes. *Ego autem uobis parco, id est, nō ea præcipio, quæ nec Dominus ipse præceperit: sed uobis in fide infirmis indulgeo.*

Hoc itaque dico fratres: *tempus breue est.* Declarat more suo seipsum, nimirum quod dixit: propter instantem necessitatem: quoniam à temporis breuitate uenit, ut instare rebus ad sempiternam patriam facientibus oporteat. *Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquā non habentes sint.* Quod maximè erit, si ualeant continere: aut saltem ne propter eas auertantur à seruitio diuino, aut minus, quā fieri possit, auertantur. *Et qui flent, propter temporales afflictiones & egestates, tanquā non flentes, propter tolerantiam & cōsolationem in CHRISTO: alioquin erunt desperatio.* *Et qui gaudent, quia habent abundantē unde uiuant, tanquā non gaudentes: cū non oporteat in his finem constitueri non duraturis.* Sepenumero enim secundæ res animū frangunt, & auertunt à cogitatione uerorum honorum: quæ non hic sunt, sed in sæculo futuro. *Et qui emunt, tanquā non possidentes: ne cum magno fletu tandē priuētur præsentibus, & futuris melioribus.* *Et qui utuntur hoc mundo, tanquā non utantur.* Non utitur autem, qui nō figit in his animum quibus utitur, sicut dixit quidam. Diuitiæ si asuant, nolite cor apponere. *Præterit enim figura, id est, species & pulchritudo apparēs, huius mundi, quæ assidue fluit, & quasi flos agri decidit.* Tempus enim conterit omnia: & interim mutationibus subiecta sunt omnia, ut nimis appareat id cōsiderare uolentibus. Caietanus legit, tanquā non abutantur, ut abusus intelligatur prohibitus. Et nō animaduertit in ui uerborum potius esse permissus. Si enim debeo esse tanquā non abutens, permittor ergo esse abutens: sed edicitur mihi, ut me habeam admodum non abutentis. Nec uidit quod hoc in dōctō abuti: significat usu consumere, nec

accipitur in malam partem.

Volo aut uos sine sollicitudine esse. Explicat sui consilij (uidelicet de abstinendo à coniugio) rationē, & ait: *Volo, pro uellem.* *Qui sine uxore est etc.* Clara est litera, solum id quod adijcitur: *Et diuisus est, habet difficultatem, & græci codices uariant.* Nā nō omnes legunt. *Diuisa est mulier & uirgo, siue uxor & uirgo.* Crederem hæc ueram esse B. Pauli lectionem, & nihilominus interpretem nō aberrasse, sed sensum uno isto uerbo reddidisse. Nā homo coniugatus uerè diuisus est: quia multis externis actionibus distrahitur, & seruit mundo ex parte, ita ut non possit esse Deo totus deditus. Et hoc est quod ait: *Diuisa est mulier, & uirgo.* Pro cuius dicti intelligentia sciendum est, hominem qui sic per coniugium diuisus est, habere carnem ex parte quasi uxorem ad malū allicientem, siue ad illecebras mundi. Ex parte uero habet eam quasi uirginē: quia etiam à Deo redemptam, & Deo dicatam, & ad eius seruitium datam sociam: idē diuisus est homo. Quo loquēdi tropo existimo hic usum esse Apostolum.

Et hinc accipe pie lector, quā conueniat sacerdotibus copula, quæ à Deo distrahit. Non me latet B. Hieronymum uariè hunc locum & legisse, & interpretatū esse: Et similiter alios. Nec item sum ita mei amans, ut non putem facile posse contingere, alios hanc meam expositionē nō probaturos, tamen mihi placeat. Vnusquisq; in huiusmodi fruatur suo sensu, modo absit proteruitas & asserendi temeritas.

Et mulier innupta, et uirgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. Sæuis est facilis. Quod enim dixit de uiro, etiam de forma probat. Et sanctam uocat corpore & spiritu. Audiant Lutheranæ mulieres sacrilegæ, quæ utranq; (si tamen eam unquam habuerent) mentis & corporis, amiserunt sanctitatem, expositæ excuculatorum libidini (repudiato cœlibatu) & carnis faci.

Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatē præbeat sine impedimento Dominum obsecrādi. Siquis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult, faciat. Non peccat, si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iūgit uirginem suam, bene facit: & qui non iūgit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius, liberata est à lege. Cui autē uult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanerit secundum meum consilium. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.



Porro hoc &c. Laqueus est quando conscientia accipit quippiam pro malo & peccato, quod est de se licitum. Sed ad id quod honestum est, & id est, faciliorem, docet, viam ad cursum, sicut ad palmam uitae beatae: ac sempiternae obtinendam quoniam quod honestius quis incedit, magis Deo placet. Graece significantius res exprimitur paucis. Significatur enim quaedam iugis assidentia, uelut ea beatissima Magdalene ad pedes Domini.

Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat: non peccat, si nubat. Hic locus ualde, meo iudicio, difficilis est intellectu. Et tamen eius ueriores expositione me docuit B. Hieronymus: nec alium sensum (ni uehementer fallor) uideretur admittere. Alloquitur Doctor noster uirum habentem carnem suam uirginem, hoc est, non alligatam conjugio, sed superadultam, id est, iam dudum potentem ad exercenda nuptiarum munera. Huic dat consilium, si existimat se turpem uideri ob superadulteriam suam uirginem, id est, si putat esse sibi opprobrium, non coniunxisse carnem cum carne, id est, non dedisse operam generationi: & ita oportet fieri, quia continere non potest: non peccat si nubat, id est, si nuptias contrahat. Vt uir enim uerbo nubere, promiscue etiam ad uiros aptans. At graece legitur, γαμέτωσαν, id est, nubant, seu iungantur matrimonio. Et mirum quod loquitur plurali numero: sed hoc propter est, quia loquebatur de homine & de carne sua, quam uirginis nomine appellauit, ac si dixerit: Ipse cum sua carne nubat.

Nam, qui (graecum melius) (Qui autem) statuit in corde suo firmus, & hic eregione contra eum qui tale habet nubendi desiderium, opponit eum qui uult seruare carnem suam in uirginitate. Et hoc statuit in corde suo, & firmus: quia firmum habet & immobile propositum hac de re per uotum Deo, non habens necessitatem, quia nulla est ad illum purioris uitae statum necessitate adductus, sed mera uoluntate. Item qui habeat potestatem suae uoluntatis: ut scilicet non sit alligatus alteri, & sit compositus, & sui circa hoc iuris: bene facit. Audiatur os uirginis sacrilegi haeretici, & quod inferius dicitur. Melius facit, quae sententia corrupti non potest, etsi in eiusmodi locis contaminandis sint a daemonibus instructissimi haeretici.

Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit &c. quia non solum non peccat, sed etiam peccandi occasionem a se, cum non possit continere, per matrimonij usum amouet. Et qui non iungit, melius facit, quia seruat suam uirginitatem, & ut Angelus Dei in omni munditia seruit Deo. Hic mihi uidetur uerus sensus, quem & B. Hieronymus in lib. contra Iouinianum probat: licet communiter intelligatur de patre, aut aliquo alio custode, qui habet domi uirginem, & ad eam pertinet ea locare nuptiis. Sed dure nimis in hunc sensum procedit litera. Nam ad uirginitatem puellae non patris, sed proprium ipsius puellae uotum atque propositum desideratur, praesertim si fuerit superadulta. Neque nocet puellae uirginitati, si ex necessitate pa-

triam non locat, modo ipsa in corde suo uoluntate consentiat uirginitati. Et tamen iuxta hunc sensum requiritur, patrem id non ex necessitate agere, sed ex spontanea uoluntate. Quin etiam patre, seu custode inuito ac nolente, si ipsa uelit manere uirgo, satis erit. Et mirabile esset, profecto, ab Apostolo de uoluntate ipsius puellae in hoc negotio nullam prorsus factam mentionem, quae tamen maxime requirebatur, & sola sufficebat. Quamobrem nullo modo mihi fit uerisimile hunc esse Apostoli sensum.

Verum contendit ex hoc loco multis uerbis Erasmus, non debere matrimonium consistere, cum his, qui in potestate parentum sint, illi inuitis. Mouetur praeter hunc locum etiam ratione: quoniam apud Iudaeos (inquit) non ualebat, quod tamen nullo citato loco asserit. Et ego nescio an hoc habeatur expressum in ullis scripturis. Exaggerat quod per temulentiam & lenocinia plerumque haec matrimonia conciliantur. Nos hoc fieri posse fatemur, & cum ira sunt, etiam detestamur: & insuper tales statuti poenis debere puniri asseueramus. Nam clandestina coniugia, & his modis conciliata, certis poenis in canonicis consentiant, tunc legitime contrahi coniugij sacri Doctores non dubitant, quorum non erat temere contemnenda auctoritas.

Quae autem praeterea ipse Erasmus in B. Thomam arguit, nullius sunt ponderis. Posset tamen ecclesia, proculdubio statuere, talia matrimonia inter tales non esse rata, absque consensu parentum, nisi plenae pubertatis essent, id est, decem & octo, aut uiginti annorum. Hoc mea sententia melius esset. Nam si per Pontificios canones irritatur matrimonium inter eos sanguineos in quarto gradu, quod alioqui honeste contraheretur, nisi esset canonica prohibitio. Cur (quae) per nouos Canones irritari non ualeant eiusmodi matrimonia, quae ex inhonestissimis causis contrahuntur, & inhoneste, & aduersus Canones: Equidem nullam uideo rationem, praeter sophisticam aliquam & ineptam.

Mulier alligata est legi &c. Hoc idem dictum est in epistola ad Rom. & expositum. Et uocat uiri legem, quae illi subditur iure coniugij. Et, ut mihi quidem uidetur, etiam illam Dei primaeuam sententiam in Heuam, qua uiro subiecit illam, eiusque dominatum ac potestatem, post peccatum, & iussit, ut ad illum esset appetitus eius. Haec ergo lex durat uiuente uiro. Vnde post mortem licet ei nubere, sed in Domino: hoc est, fratri, uidelicet Christiano, & non infideli. Hic notat Caietanus esse primum textum in nouo testamento, ubi prohibentur nuptiae inter dispares cultu. Nescio uero cuius rei gratia id notarit, nisi uelit (Apostolo non ueritate) licita fuisse talia conjugia, quod est falsum: quia & iure naturali, & diuino prohibita fuerunt. Aduersatur enim haec disparitas cultus quam maxime tribus illis matrimonij bonis, uidelicet, fidei, proli, & sacramento. Quamobrem & in ueteri testamento scriptum erat. Non accipias uxores de filiabus alienigenarum: filijs tuis: quod praecipuum

Erasmus dicitur retunditur.

B. Augustinus in 104.

Exod. 34.

ptum quia transgressus est solummodo, in idololatriam est impulsus. Esdras item separauit conjugia cum huiusmodi inita. Denique quae dilectio, quae conuentio fidelis cum infideli esse potest?

Beatior autem erit, si sic permanserit &c. Hic ostendit longe melius esse uiduae continere, quam ad nuptias iterum redire, quanuis ei liceat nubere: sed beatior erit, si manserit innupta. Et uide quae fuerit uehemens & perpetuus ad persuadendum uirginitatis & continentiae statum Apostolus. Et ne quis arbitraretur haec ab eo dici humano quodam consilio, & non ipsomet Spiritu sancto instructore, sicque facilius ea spernerentur quae consulebat, praesertim cum & naturae corruptioni, & ad libidinem promptitudini repugnarent, ait:

Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam. Ut intelligamus etiam ipsa quae non a Domino iubentur, sed a sanctis eius famulis utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Neque est uerbum; puto: dubitationis (teste B. Augustino) qui hunc locum sic exponit. Homines de his rebus, quas certas habent, aliquando increpantur dubitant (id est, uerbum dubitationis ponunt) cum corde non dubitent. Velut si indigneris seruo tuo, & dicas: Commemnis me? Considera, forsitan dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens, ait. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeo. Qui dicit: puto: dubitare uideretur: sed ille increpabat, non dubitabat.

CAP. VIII.

DE HIS AUTEM QUAE IDOLIS IMMOLANTUR. Scimus quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas uero aedificat. Siquis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oportet eum scire. Siquis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo: & quod nullus est Deus, nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur Dii, siue in caelo siue in terra (siquidem sunt Dii multi, & Domini multi) nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc Idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, deficiemus.

De his autem &c. Hic est sexta pars, quae tractat de licetia edendi, & de idolothyto, & ait. De his autem quae idolis immolantur. Hic figi debet punctus, ut subaudias quasi dictum ab Apostolo, sic sentio: haec est doctrina

na mea & (qua uobis tandem satisfaciam) sententia.

Scimus quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat etc. Pro solutione quaestionum, & ad inquirendam prudentiam. Primum praemittit, omnes fuisse scientia praeditos circa ea quae sacrificantur idolis, & testatur se scire unam cum alijs, ne ipsi solos se esse arbitrentur qui illud scirent. Loquitur autem de Iudaeis, qui erant instructi per legem, & de eorum maioribus, sibi quae (quoad hoc) similibus: ideo illos sibi coniungit. Nam alijs ipsemet fatetur non adfuisse hanc scientiam, sicut paulo inferius uidebimus. Secundo ait. Scientia inflat: charitas autem aedificat. Dicit scientiam inflare, quod uerum est quidem ex se ipsa. Inflare autem proprie non significat superbiere (hoc enim scientia ex se non facit) sed significat implere aliquid, re tamen uana ex se, quoad Deum, sicut scriptum est: Vanitas uanitarum, & omnia uanitas. Quanto ergo plura scimus, tanto pleniores sumus & inflatiores: cumque noscimus nos scire, subito inflamur. Ecce proprius scientiae effectus, quo si abutamur, etiam superbumus, & insultamus in proximum nostrum. Charitas uero humilitatis custos, aedificat: quia est ad alterum iuuandum semper parata, non ad offendendum. Non enim quaerit quae sua sunt.

Siquis autem existimat se aliquid scire &c. Infert ex praemissis primo circa scientiam, quod si quis existimat se scire quicquam (quod est eorum proprium quise habent ad modum scientum, qui uidentes sese inflatos, magnificiunt semetipsos, & alios despiciunt) de hoc talinondum potest dici eum cognoscere quicquam, sicut oportet cognoscere: quia oportet eum scire, eam notitiam non esse sibi datam ad despiciendum alios, qui nesciunt. Omnia enim quae sunt nobis data, sicut scientia, & huiusmodi, ad edificationem data sunt, non ad destructionem. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo &c. Deus illa dicitur cognoscere, quae ipse probat. Et sensus est, non qui scit, illum probari a Deo, sed qui diligit, ille probatur a Deo: ut scientiae usum metiri a dilectione Dei debeamus, & sic erit bonus usus, & scientia bona. Dilectio enim Dei, illam etiam includit quae est, & quae se extenderet debet erga proximum.

His ergo praemissis uenit ad quaestionem. De escis autem quae idolis &c. Ecce igitur scientia, quae erat communis maiorum, & quae inflat, uidelicet de idolo, quod nihil erat. Dicitur autem nihil esse idolum: quia res quae per illum representatur, uana est, nusquam est, nihil est. Vnde hebraice idola significantur ea uoce, quae uanitatem significat. Nos enim pro re representata representantem accipimus. Quod capere nolunt, qui negant esse adoranda Sanctorum simulachra, quasi & ipsa nihil sint. Quod falsum est, cum sint honorabilia CHRISTI membra, & Spiritus sancti templa. Nam ideo prohibebantur adorari idola: quia quod ex illis representabatur nihil erat, id est, nihil adorabile, sed potius abominabile, nec restabat nisi opus hominum. Ideo detestabilis erat talis adoratio.

Tacet autem Apostolus quod hinc consequitur, uidelicet, quod si idolum nihil est, consequitur ut quod

Quid est quod dicitur, scientia inflat.

1. Cor. 13.

Idolum quid sit

De adoratione imaginum

ut quod immolatum est non sit aliquid affectu, id est, non contraxit aliquid, quo uel mundum fiat & sanctum, uel immundum ex se: ita ut non liceat omnibus edere ex his uel illis, sicut non licebat de his quae uero Deo offerebantur, ut erant panes propositionis, qui sanctificabantur oblato altari Deo uero: quia Deus uerus est, id quod est: idolum autem nihil est. Quod si idolum nihil erat: ergo immolata idolo non afficiebantur, nec uel sancta fierent & a prophanis seclusa, nec ut constituerentur immunda. Non enim erat in potestate demonis, Dei insensibilem creaturam facere uel mundam uel immundam, ex eo quod sibi offerretur. *Nullus est enim alius Deus, nisi unus.* Et ideo idolum, quod hunc Deum non representat, non est aliquid, ut possit alterare creaturam a Deo nobis datam: **CHRISTVS** enim mundificauit omnia. *Nam & si qui sunt qui dicantur Dii, siue in caelo, siue in terra (sicut sunt Dii multi & Domini multi) Nobis tamen unus est Deus ille Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per illum.*

Quia dixerat unum solum esse Deum: & opponi etiam poterat, in scripturis multos Deos nominari, ut in psalmo. Ego dixi, Dii estis. Et ita multi dicuntur domini: Nam angeli uocati sunt Dii & Domini, etiam in scripturis sanctis: & alij magni uiri. Licet ergo ita sit, nobis tamen, inquit Apostolus, unus est Deus. Quid est dicere: nobis: nisi uere scitibus, & ueritatem ipsam considerantibus: quia uere ille est Deus, qui quod est, ex se est. Ipse autem uere est, qui ex se est. Igitur soli Deo sacrificandum est, qui est ex se. Etenim sacrificium, laetitia cultus est. Igitur quantum ad hanc religionis partem spectat (quia sacrificium soli Deo offertur) unus est nobis Deus, & unus Dominus. Offeritur enim sacrificium Deo ut Creatori, & Redemptori, & Domino omnium maximo. Est enim in sacrificio confessio laudis, & gratiarum actio pro creatione & redemptione nostrae: ideo soli Deo & **CHRISTO IESU** debetur.

Sed humiliores & ignari qui haec non capiunt, habent Deos plures, & Dominos plures: quia pluris (quam oporteat) faciunt creaturas praeter ipso Deo. Unus tamen est uerus Deus is, qui sane apprehendunt. Hic autem Deus, est summus ille Pater, ex quo omnia, & nos in illum, quia ipse est principium omnium, unde effluunt cuncta: & in quod nos tanquam in finem nostrum tendimus. Et unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum (supple) ex Patre sumus, & in ipsum Patrem tendimus. Hic quidam curiosi notant, **CHRISTVM** non dici Deum, sed Dominum. Et solus Pater dicitur Deus unus. Qui si, quia Pater tantum dicitur unus Deus, uolunt Filium excludere ne sit Deus, & idem Deus: eadem ratione & Patrem excludunt, ne sit Dominus: quia dicitur & inefficacia sunt haec omnino. Significat tamen **CHRISTVS** singularis Mediator iuxta expositionem dictam: quia per illum in Deum Patrem tendimus, cum ipse sit ostium, per quod in-

trandum est in uitam beatam & sempiternam.

*Sed non in omnibus est scientia, ut sciant ista considerare, & deducere.* Vnde aberratur ab his qui etiam sciunt: quia non exercent in ipsa scientia charitatem. Nam etsi sciant, sciendi tamen modum nesciunt, qui scilicet est, ut scias (ait B. Thomas) quo ordine, quo studio, quo sine scire que oporteat. Quo ordine, ut id primum, quod maturius est ad salutem. Quo studio, ut id ardentius, quod efficacius est ad amorem. Quo sine, ut non ad inanem gloriam, uel curiositatem: sed ad aedificationem tui & proximi, & ante omnia ad laudem & gloriam Dei. Sunt namque qui eo sine scire uolunt, tantum ut sciant: & curiositas est. Quidam ut sciatur: & uanitas est. Quidam ut sciatur: & turpis quaestus est. Quidam ut aedificentur: & prudentia est. Quidam ut aedificentur: & charitas est. Et hi uere dicuntur scire: & in rarissimis est huiusmodi, licet Deo gratissima, scientia.

*Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli: quasi idolothytum manducant &c.* sensus est: Quod putabant quidam idolothytum affectum esse a malo idolo, & consequenter immundum redditum: & nihilotenus comedebant tanquam idololatras, qui putant idolo sacrificatum esse affectum, & assequutum munditiam. Erat ergo ipsorum error, arbitrari sibi non licere quod licebat, quamuis noscerent idolum non esse Deum, cui conueniret sacrificium: ex quo poterant potius colligere cibum non esse affectum: quia sacrificium nullum erat. Et ideo haec eorum infirma conscientia propter errorem (nam error est animae infirmitas) polluebatur. *Esca autem nos non commendat Deo.* Nunc concludit ex omnibus praemissis, in eos qui in scandalum aliorum comedebant, utentes sua scientia, siue ostentantes se scire, ignorantes tamen quomodo oportebat scire. Ait ergo, nos esca ipsa Deo non commendari, idque fusius explicat ait: *Neque enim si manducauerimus, uidelicet idolothyta, confidentes in scientia nostra: quoniam nihil sunt idola, & ideo possumus manducare, abundabimus.* Abundare est gratiam maiorem acquirere. *Neque si non manducauerimus, deficiemus, minorati gratia.* Quid ergo faciendum? manducandum, an non? Respondet, & suo more saluberrimum dat firmioribus documentum ad lucrificandas infirmiorum animas, ne libertate unius, alter peccati reddatur seruus.

Videte autem ne forte haec licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim uiderit eum qui habet scientiam in idolo recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem **CHRISTVS** mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in **CHRISTVM** peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem.

Quis strectus scientia usus.

Contra scandalizantes infirmos.

Astutia haereticorum.

*Videte autem ne forte &c.* Ecce quomodo charitas usum scientiae moderat. Infirmitas uocat, in quibus non subest scientia, & qui putant idolothytum esse aliquid: & modum quo offendi possunt, declarat. *Si quis enim uiderit &c.* id est, si quis infirmus uiderit te hominem scientificum recumbere in idolo, id est, ubi idolothyta manducantur, recumbere, scilicet, manducantem, *Nonne conscientia eius cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum?* ait, aedificabitur, scilicet, exemplo ante oculos posito. Exemplum est enim maxime quod aedificat, dum trahit alios ad idem faciendum. Et uocat idolothyta: quia illis infirmis idolothyta sunt, id est, affecta, propter errorem in conscientia propria contractum. *Et peribit infirmus.* Vocat infirmum, ut misericordia dignum, quem tamen tu scientia tua abutens perdis. Fratrem etiam uocat, ut illud factum grauius exaggeret. Et ut etiam uehementius adhuc exaggeret, addit: *propter quem CHRISTVS mortuus est.* Si enim propter illum mortuus est ipse **CHRISTVS**, factus infirmus & frater noster, & seruus, cum esset Dominus fortis & sapiens, quanto magis tu frater cum fratre tuo debes etiam fieri infirmus, et ita sapere? *Alio qui sic peccantes in fratres, in CHRISTVM peccatis.* Hoc inde accipitur, quod pro eis **CHRISTVS** est crucifixus, quorum uos saluti obstatis.

*Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum.* Eas, scilicet, carnes non manducabo, quarum occasione ipse frater meus infirmus potest accipere scandalum, putans esse malum manducare, & nihilominus aedificari per me ad manducandum cum conscientia mala, licet errante, quae damnat. Ex hoc loco sumunt quidam ex haereticis elegantiores hypocritae, occasionem ostentandi suam charitatem, quia & angeli Satanam transfigurant se in angelos lucis. Ipsi enim primum se habere scientiam profitentur. Nos autem qui praecipua de delectu ciborum sequimur, esse infirmos, & qui facile ualeamus scandalizari. Quapropter pleni mansuetudine & charitate admonent suos, qui nobiscum conuersantur, caueant ne nos scandalizent propter suam libertatem. Et si, in quiunt, ista secundum euangelium liceant, nullius hominum possit hanc eis libertatem adimere: Attamen solum propter scandalum abstinendum esse praecipiunt. Qui cum sibi ipsis uideantur esse sapientes, nesciunt (aut potius nescire uolunt) multo esse diuersam rationem circa delectum ciborum, illam in qua infirmi in fide innitebantur, quae erat superstitiosa, ab ea ratione quae mouit ecclesiam ad praecipendam a certis cibis abstinentiam. Non, sicut superstitiosi faciebant, facimus nos, qui omnem creaturam Dei esse mundam, & propter **CHRISTVM** sanctificatam nouimus, modo cum gratiae actione percipiam. Sed quae potest esse gratiae actio contra instituta ecclesiae? Adest, n. ratio huius macerationis carnis, a nobis susceptae praecipiente ita Ecclesia propter Caput, cum quo possimus sua die laetari. Hoc omnes sancti Dei seruauerunt, quorum uita quid aliud est, quam uera scripturarum interpretatio.

**N**ON SVM LIBER? NON SVM APOSTOLUS? NONNE **CHRISTVM IESVM** DOMINUM nostrum uidi? Nonne opus meum uos estis in Domino: Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen uobis sum. Nam signaculum Apostolatus mei uos estis in Domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, haec est: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephass? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem haec dico? An & lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Si alij potestatis uestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio **CHRISTI**.

**N**on sum liber &c. Hic B. Paulus exemplo sui ipsius confirmat superiorem doctrinam, & ait (ut habet graeca lectio) primo, *Non sum Apostolus:* Ex hoc enim sequebatur, quod ut Aplos poterat de eorum obsequiis uiuere, quibus uerbum Dei ministrabat, iuxta datam Domini licentiam. *Non sum liber?* quia uocatus in libertatem, ut non teneret sub pedagogo et legis illius uinculis. *Nonne CHRISTVM IESVM dominum nostrum uidi?* quod magnum fuit in carne immortali, a quo accepit apostolatum, Spiritu sancto id postmodo aperiente manifeste, cum dixit. Seagate mihi Paulum & Barnabam &c. *Nonne opus meum uos estis in Domino:* Hoc est quod superius ait, se per euangelium eos genuisse, ut se Aplos probet. *Et si aliis non sum Aplos:* Erat quidem & alij Aplos, uerum quia insigniter illis, ita dixit: Licet alijs non essem, sed tamen uobis sum, quod ab effectu probans ait. *Nam signaculum apostolatus mei uos estis in Domino etc.* Vide ut semper quantum necessarium est illi semetipsum efferre, ac sua dona predicare, consuevit dicere, in Domino. Ait ergo, Signum siue signaculum sui apostolatus fuisse ipsomet Corinthios, unde certo cognosci posset Apostolus.

*Mea defensio apud eos, qui me interrogant, haec est. Erant qui dubitabant an ipse B. Paulus Aplos*



lus inde eum non esse existimantes: quia de duodecim non erat, nec illius missio erat omnibus manifesta. Ipse uero hoc ab effectu ostendebat, & eo praesertim quem fecit in Corinthiis. *Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?* Videlicet apud eos, quibus ministramus uerbum, & caetera spiritualia? Hic incipit ad rem propositam sui specimen & exemplum inducere, qui cum multorum haberet potestatem atque licentiam, tamen propter euangelij maiorem atque uberiolem prouentum abstinerebat.

*Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem &c.* Loquitur (ut nonnulli uolunt) de sua uxore, quam ut expeditius discurreret praedicando, non ducebat secum, sicut caeteri Apostoli, & fratres Domini. Et quod magis mirum uidebatur, etiam Cephas ille princeps Apostolorum, qui illud sibi permittebat. Vocat autem sororem (ut existimo) quae erat uxor: quia iam ut sorore, non ut coniuge utebatur. Vel quia hebraea, aut etiam forte soror, in eo tamen gradu, quo licebat per legem habere illam coniugem. Utebantur autem alij Apostoli ministerio mulierum ad multas communitates, quas generoso quodam animo B. Paulus praetermittebat. *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem non operandi,* id est, soli nos cogimur operari manibus nostris, ut nobis quaeramus uictum. Quasi dicat esse absurdum in eodem gradu & officio existentibus, illud alijs licere & non nobis, ut autem ratione a simili ducta probet illa omnibus esse licita, ait.

In Superstitiosos, qui nolunt aliquid accipi pro seruitio spirituali.

*Quis militat suis stipendijs unquam?* Stipendia sunt obsonia. Et Dei seruum, id est, praedicatorem militi comparat. Est enim miles CHRISTI, qui pugnat pro Domino, ut auferat praedam hosti demoni. Quamobrem non debet carere stipendio suo. *Quis plantat uineam &c.* Agricola est praedicator, praesertim qui primus fide plantat, & uerbum Dei, uitem ueram, in cordibus hominum, qualis fuit B. Paulus, qui fundamentum posuit & plantauit: licet primus & principalis sit Deus, qui dat incrementum. *Aut quis pascit gregem &c.* Etiam se pastori assimilat: quia nos Domini grex sumus, illi autem etiam oues sub pastore magno CHRISTO, nihilominus et pastores uicarij eius erant.

*Nunquid secundum hominem haec dico?* id est, non solum ex hominis, & humanis persuasionibus: an non insuper ex proprijs probare possum ut Theologus? *An & lex haec non dicit?* Scriptum est enim in lege Moysi: *Non alligabis os boui trituranti.* Volebat lex boue comedere paleas, in quibus laborabat triturando: & ideo prohibet alligari os boui trituranti. Sed non propter boues facta est lex illa, qua prospiceretur bobus: sed propter ipsos homines, ut inde discerent quid in seipsis esset rationabile, si qui ad modum bouis in ecclesia triturarent, ut erant Apostoli, qui frumentum ex paleis, id est, ex carnali litera pro alijs educebant, unde iustum erat eos etiam ex ipsis paleis, hoc est, bonis carnalibus pasci. Quod autem hic sit elegans, & proprius sensus Spiritus sancti in eo legis antiquae mandato, probat ex eo quod sequitur.

*Nunquid de bobus cura est Deo?* id est, talis cura, ut propter boues condantur Deo leges? *Ridiculum.* Curat, n. Deus huiusmodi animalia per eos, quibus seruiunt. Indignum quippe Deo esset statuere pro illis quicquam. Nam seruitium quod nos ex eis capimus, illud ipsum nos ab ideo docet, eis esse prouidendum, ne seruitio ipso priuemur. *An propter nos utique hoc dicit?* Hic est sensus, Quod uere propter Apostolos eorumque successores facta est lex illa de bobus. Et assignat etiam rationem: quoniam est aequum & conueniens, Dominum prouidisse seruis ac ministris suis ex labore ipsorum temporalia, quibus & promissit aeterna. Alioquin qua in spe ambularent, qui uiderent in minoribus & uitae necessarijs se destitutos? Tunc ergo laborant in spe caelestium, quando sibi a Domino prouideri de necessarijs in hac uita considerant: quod est iam participare quodammodo spem suam, hinc nacti occasionem sperandi fructum uerum. Quoniam si Deus Dominus prouidet corpori, quod uilius est, quanto magis animam, quae longe est praestantior? Et si in uia, quanto magis in patria? Adhuc & huius diuinae prouidentiae conuenientiam, dicens.

*Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus.* Hic incipit noua ratione ostendere, eos iure ac merito accipere carnalia, qui in spiritualibus deseruiunt, ac si dixerit. Cum multo plus sit semina nostrum spiritualium, quam sit uestra carnalium messis (Vocat carnalia quae uitam sustinent carnis) Quid magnum est si pro spiritualibus seminatis metamus carnalia?

*Si alij potestatis uestrae,* id est, facultatum uestrarum, *participant, cur non potius nos?* Supple, cum nos simus primi fundatores, & non illi? Quodam exponunt. Si alij participant potestate, quae habent in uos accipiendi sumptus. Alij uero exponunt sic: Si alij qui sunt in potestate participant uestri, hoc est, bonorum uestrorum, quanto magis nos? Idem in re sensus, sed uerba his expositionibus male aptantur. Melior ergo est prima. *Sed non uis sumus hac potestate.* Ipse enim et Barnabas laborabant proprijs manibus pro uictu, & necessitatibus corporis. *Sed omnia sustinemus &c.* ut & alios hoc nostro exemplo doceamus.

Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit iis qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi haec, ut ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Vix enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? ut euangelium praedicans, sine sumptu ponam euangelium

euangelium, ut non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem. Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem CHRISTI) ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit praemium? Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerbans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs praedicauerim, ipse reprobus efficiar.

*Nescitis quoniam qui in sacrario operantur &c.* Probat idem quod superius autoritate legis, quae sacerdotibus sacra operantibus de sacrario prouidebat. Nec potest hic locus intelligi (ut quidam exposuere) de artificibus qui reparant templa, & manu laborant in templis construentes. Repugnat enim manifeste graeca lectio, quae ait *οἱ δὲ αὐτὸ ὄντι οἱ τὰ ἱερά ἐργάζομενοι.* Nescitis quod qui sacra operantur, & non dicit in sacrario operantur. Operari ergo sacra est proprium sacerdotum, qui ob eam rem de sacrario uiuebant. Et qui altario deseruiunt. De diaconis uerificatur, qui assistentes ad obsequium sacerdotis, etiam cum sacerdote de sacris manducant. Ita & Dominus ordinauit iis qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere, id est, ex ipsa euangelij opera uictum accipere ex iustitia: quia aequum est seminantes spiritualia, stipendijs non destitui temporalibus, ut in spe coronae alacrius etiam laborent.

Matth. 10. Act. 8.

4. Reg. 5.

Sed hoc in loco exoritur quaestio, Quomodo liceat pro spiritualibus accipere carnalia, cum dixerit Dominus: *Gratis accepistis, gratis date.* Et B. Petrus Simonem durissime obiurgauerit, quia uoluit pecuniam dare. Et habemus etiam exemplum Elisaei & Giezi. Sed aliud est uendere & emere spiritualia: aliud pro sustentatione uitae aliquid accipere, id quod a Deo ac Dei ordinatione: quam difficultatem explicauimus plenius propria quaestione propter molestos. Ego tamen nullo horum usus sum. Ut id persuaderet quod intendebat, uidelicet propter offendiculum etiam a licitis abstinendum esse, et aliquid de suo iure remittendum. *Non autem scripsi haec ut ita fiant in me.* Haec am-

plius declarat a nobis iam dictum, nempe Apostolum ista scripsisse ad confirmandam eam doctrinam quam tradiderat, propter fratres esse abstinendum ab omni licentia seu potestate offensionem infirmis porrigente. Remouet enim hoc quod forte poterant credere, eorū animum, & obsequium in his: ideo dixit se non propterea ita scripsisse in gratiam sui peculiarem: & adiungit. *Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet.* Nam si euangelizauero &c. Mira loqui uidetur Apostolus, quasi nulla debeat gloria impletibus praeccepta Domini. Ergo nihil acceperunt gloriae Apostoli propter praedicationem? quia & illi pariter acceperunt de ea spargenda mandatum. Et quomodo ergo alius ipsemet dixit: *Vnusquisque mercedem accipiet a Domino secundum suum laborem?*

Respondetur. Homo electus a Deo, qui habet aliquid in praeccepto, si id agat ut seruus, non sponte, facit quod debet. Dominus enim est qui iussit, & ut seruus inutilis cenferi debet, uitans tantum poenam praeruaricationis. At is non habet gloriationem in opere quod fecit: quoniam mandatum a Domino accepto tenebatur illud facere. Homo enim qui facit id quod tenetur, quid gloriationis habet? Vix illi si non fecisset: nam multis uapulasset. Propter quod dixit Apostolus: *Vix enim mihi est si non euangelizauero.* & subdit.

*Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo.* Quia uero paulo seuerius uidebatur inficiari, nullam esse facienti mandata Dei gloriationem, respondet repositam illi esse mercedem, qui fecerit mandatum uolens, id est, non tantum seruiliter ad subterfugendam poenam (alias non facturus) sed pura obligatione extimulatus ad faciendum. Tales enim sunt mercenarij mali, & in timore seruili adhuc constituti. Sed non talis Apostolus uolens qui uolens omnia faciebat. Signum autem certissimum quod uolens faceret, ex eo capitur: quoniam praedicabat etiam sine sumptu, qui illi tamen debebatur, & quem potuisset honeste petere aut rogare. At cum illud minime fecerit: ideo mercedem huius rei se uberiorem habere sperat, ut qui syncere ac libenter praecipienti Domino sit obsequutus. *Si autem inuitus,* id est, ob eam tantum causam agens, quia mandatum est: & solummodo ne Dominum offendam id facio, alias non facturus, tunc dispensatio mihi credita est, id est, perinde tractabor a Deo, atque seruus dispensator tractari solet: quicum ratio solam hanc uim habet, & locum, ut si fideliter egerit non condemnetur: non tamen ut accipiat praemium, qui ea fecit, ad quae facienda ipsa obligatione altringebatur.

Nota locum difficilem.

*Quae est ergo merces mea?* Respondet istam nimirum esse, ut euangelium praedicans, sine sumptu ponam euangelium. Videri per hoc Apostolus ipse posset, huiusmodi mercedem alijs Apostolis detrahere, quos ea potestate usos superius declarauit: ipse autem nullo pacto, de qua re insuper gloriatur. Sed ablit ut alios iudicare uoluerit. Neque haec doctrina in eorum detractionem traditur, quasi illi non



sponte euāgelizauerint, sed propterea inuēti, quōd uterentur ea potestate. Nam à B. Paulo id quodammodo exigebatur, ut fidem inueniret tanquam Apostolus, in euāgelio: cum apud maleuolos non uideretur esse ex magnis ecclesiæ columnis, & propter suscitātā à pseudoprophētis multā æmulationem, ut ipse declarat. Non autem minus idem fecissent alij Apostoli, si ad maiorem euāgelij fructum atq; utilitatem id fore uidissent. Abstīnuissent etenim & ipsi libenter ob incrementum euāgelij, scientes & ipsi optimē non quodcunq; licet, etiam expedire. Alioquin abusi fuissent potestate illa, quæ non dabatur in euāgelij demissionem, sed sustentationē, ut cui possent expeditius incumbere, idē ait. *Vt non abutar potestate mea.* Fuisset enim illud abuti, si sumptum exigendo, suam euāgelio autoritatem admissent. Et in hoc erat gloriatio eius egregia, qui hoc signum dabat perspicuē de sua liberrima in euāgelizando uolūtate citra ullam penitus coactionem. Scio Caietanum aliter exponere, quod tamen mihi magis placuit, protuli.

*Nam cum liber essem ab omnibus.* Probat se nulla in re abulum esse potestate, sed prouentum euāgelij procurasse, uel omnem libertatem iustam sibi adimens. Libertatem uocat christianæ legis à iudaica seruitute: quoniam ipse inter omnes electus erat in libertatem propter scientiam de cessatione legis certissimam: quod quidem ab initio non ita erat omnibus cognitum. *Omnium me seruum feci,* uidelicet, Gentilium & Iudæorum, indulgens eorum moribus quantum fas erat, & morem illis gerens: quoniam inde lucrum non paruum accedebat euāgelio.

De charitate  
B. Pauli eximia

*Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus &c.* Non negat se Iudæum esse secundum carnem, sed non iam secundum legem: quod ut magis explicet, addit. *Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem.* Qui enim se Iudæos dicebant, sub lege esse se profitebantur. Et his B. Paulus obsequabatur, quatenus licebat, ad eorum lucrum. *His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem.* Gentes intelligit, quæ legem Dei scriptā non habebāt, sicut Iudei. Et his se conformabat. B. Paulus gentiliter uiuens, ut illos ad CHRISTVM adduceret, cum ipse non esset omnino sine lege, sed in lege CHRISTI: quæ licet liberaret à uinculis legis Moseos: attamen exigebat dilectionem proximi ampliorem. Ipse tamen imperfectis multa propter infirmitatem remittebat, quō illos Deo lucrificeret.

*Factus sum infirmis infirmus &c.* id est, ignaris mysteriorum tanquam ignarus. Hi enim sunt infirmi in fide, qui ignari sunt legis, & trepidant: quia non sunt quasi possessores uirtutis legis, cuius finem & rationem ignorant. *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos.* Græcè melius: ut omnino aliquos saluos facerem. Magnum sacrificiū zelus animarum, Nam sui ad omne hominum genus accommodatio (quā tum licet) mirè facit ad attractionem, & ad aliorum conciliandam beneuolentiam, unde potissimum est ueritatis persuasio ad finem subsequenter, *Omnia autem* (inquit)

*facio propter euāgelium,* quatenus sine impedimēto impleri posset, ut participes eius efficiar. Nā maxime eius particeps efficitur, qui pro illo sollicitè curat, & totum se ei deuouet.

*Nescitis, quod qui in stadio currunt &c.* Admonet hic eos ut expeditè se extendant ad palmam. Quemadmodum enim ihs qui in stadio sunt, non satis est esse scriptos et paratos ad cursum, ut brauium capiant, sed datur in cursu superantia: ita & in cursu spiritali unus accipit, in quo uno continentur omnes qui, ut primi sint, contendunt. Nam qui in CHRISTO sunt, omnes quasi unus censentur. *Sic currite ut comprehendatis.* Etiā alia similitudine hortans, ait, *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet,* etiam licitis: imò uerò & ihs quæ prodesse corpori, ut uoluptuosissæ & hoc quidem ad coronam corruptibilem obtinendam. At nos pro incorrupta certamus. Et ista eiusmodi sunt, quæ magis considerationem requirunt, quàm expositionem.

*Ego quidem sic curro, non quasi in incertum:* Ne quis diceret. Infans Paule, qui nullo proposito tantorum laborum præmio incertus curris & uagaris, sed ait. Imò certus sum de brauii legitime currentibus à Domino reddendo. *Sic pugno non quasi aerem uerberans,* sed magis aereas potestates, quibuscum erat illi colluctatio et acerrimum bellum, ut alibi testatur. *Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* A corpore enim, & per medium corporis, omnis est in nos conflictus. Corpore nostro ad nostram ruinam dæmones utuntur tentantes, & ipse mundus. *Nefortè cum alijs prædicauerim &c.* Homo enim qui prædicat, si ea quæ prædicat non facit, reprobus est uel suo testimonio, ipsa uidelicet prædicatione sua, quæ illum condemnat, dum aliter uiuit ac docet: quod tamen multi non cogitant. Quin sæpius qui elegantius loqui ad plausum populorum uidentur, rarius domi cum corporis castigatione uitā degere solent, quibus satis est si concursum uideant & turbam audientiū. Sed n̄ maiorem damnationem sibi acquirunt, qui cum alios rectè doceant, eorum tamen cum uita propria pugnat sermo, quo sententiā referent ad supplicium æternum. Prima enim prædicatio in prædicantis uita relucere debet, ut maiores sint in regno cælorum, quemadmodum ait ipse Dominus.

CAP. X.

**N**OLO ENIM VOS IGNORARE fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritualement biberunt (Bibebant autem de spiritali, consequente eos Petra: Petra autem erat CHRISTVS) Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nā prostrati sunt in deserto. Hæc aut in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum,

Hæc in hereticorum dogma, de apprehensione CHRISTI per fidem solū.

tes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderunt una die uiginti tria millia. Neque tentemus CHRISTVM, sicut quidam eorum tentauerunt, & à sapientibus perierunt: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt: & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autē ad correptionem nostrā, in quos fines sæculorum deuenerunt. Itaq; qui se exultimat stare, uideat ne cadat.

**N**olo enim &c. Prosequitur idem argumentum Apostolus, ne edantur idololatræ: non solum propter scādalum, sed etiam ad idololatriam uitandam.

Itaq; cum idololatræ omnem communicationem prohibet. Hinc autē commodè exorditur.

*Nolo autem uos ignorare fratres.* Docet eos ne contentant in solo baptismo, tanquam propter baptismum sint à Deo in peccatis tolerandi, ita ut eis impune peccare liceat. Hoc autem monet maiorum exemplo, ne putaret Corinthij (sicut & hodierno die perique falsò sibi persuadent) apprehendisse CHRISTVM per fidem, satis esse ad salutem. Id enim & B. Augustini tempore quidam arbitrabantur, falsi propter quasdam B. Pauli sententiā male intellectas, quapropter scripsit ille librū de fide & operibus. Et h̄c Apōstolus ait.

*Quoniam Patres nostri omnes.* Vocat patres, maiores qui ex Aegypto ascenderant ad terrā promissionis, *Sub nube fuerunt.* Deus. n. in egressu eorum parauit eis nubem, ut luceret per diem & uiam ostenderet, & columinam ignis per noctem. *Et omnes mare transferunt.* Hæc patēt in libro Exo. ca. 13. et. 14. *Et omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari.* Hoc intendit Apōstolus, quod isti mundificati & sanctificati sunt in Moysē: non dicit in CHRISTVM, quia rem exponit ut figuram. Nam literaliter sanctificati sunt in hoc, ut per Moysē ducem essent digni terra illa promissionis. In hoc enim quodammodo geniti fuerunt, & facti populus Dei: quia crediderunt Deo, & Moysi seruo eius. Sic & nos etiam qui spiritualiter in baptismo nostro generamur, & credimus Deo, & CHRISTO filio eius.

Sed ne quis putaret eis defuisse cibū spiritualement, quo & nos uegetamur, subdit. *Et omnes eandem escam spiritualement manducauerunt &c.* Loquitur de manna, quod significauit corpus Domini, et in eius significatione etiam illi sustinebantur nondū habentes ueritatem: quia eam nondum ferre poterant. Erant enim sub lacte adhuc: quo tempore non erat congruum coqui hœdum, sicut scriptū erat. Nō coquas hœdum in lacte matris: Coquitur hœdus, quum CHRISTVS in cruce affatus immolatur. Loquitur et de aqua Petra: ubi fuit

contradictio. *Bibebant autem de spiritali,* in uelamine tamen & implicata fide in Moysē, de Petra consequente eos, id est, de CHRISTO futuro, cuius præuisa merita etiam illis profuerunt. Petra autem erat CHRISTVS. Non dicit de Petra illa, quod esset CHRISTVS, sed de eo quod intelligebatur in illa. Illa igitur petra erat. CHRISTVS, non quæ significabat, sed quæ significabatur in illa materiali. Et uerè dicit eandem escam spiritualement, qua nos pascimur: & eundem potum spiritualement, scilicet quo nos potamur. Licet illi in figura acciperent, & implicata fide: nos in ueritate & fide explicita, uelut tamē adhuc, sicut erat manna illud. Itaq; non placet quouis modo ut dicas, Ideò spiritualement escam & potum dici, quia auctore Spiritu miraculosè descendebat. Sed ob hoc dicuntur esca & potus spirituales: quia spiritualē alimoniam præbebāt, non in seipsis, sed Dei uirtute in illis existente: si tamen ex fide, & in spe æternorū ipsi accepissent: propterea subiunxit.

*Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.*

Quandoquidem & si ipsi ad illud iter baptizati fuerint, & digni habitū qui uiam ingrederentur: et adhuc prouisum illis fuerit de uatico in esu & potu, tamen Deus non sibi complacuit in maxima illorum parte: quoniam non elegit eos electione illa certa: Ita ut ex infinita propemodum illa multitudine, quæ ex Aegypto liberata desertum intrauit, duo tantum promissionis terram ingrederentur ac possiderent, Iosue scilicet & Caleb. Qua historia, uelut ex figura, accipienda est doctrina de uera terra cœlestis promissionis, ut non quotquot baptizati fuerint aqua, & cibati fuerint & potati corpore & sanguine IESV CHRISTI, hi omnes sint illam ingressuri: sed similiter eueniet istis atq; illis euenit.

*Nam prostrati sunt in deserto &c.* Et hæc fuerunt figuræ ad doctrinam nostram, ne simus concupiscentes malorum. Hinc enim principium malorū, nimirum à concupiscentia, quæ est radix omnium peccatorum. *Neque idololatræ efficiamini &c.* Notæ sunt hæc historię. Illud tantum quæstionē mouet, quod hic dicitur cecidisse uiginti tria millia, cum uetus scriptura habeat uiginti quatuor millia. Vnde quidam putant hunc locum esse corruptum. At cum omnes codices tam græci, quàm latini concordent, melius est integram seruari literam, si fieri potest. Itaq; alij dicunt, in maiore numero contineri & minorem. Sed hoc mihi me h̄c recipiendum est: quia quoties ad exprobrationem aliquid dicitur (quemadmodum hoc in loco Apōstolus faciebat) plenus atque integer numerus exprimendus est. Mihi igitur magis placet, ut teneamus ab Apōstolo uerè scriptum, una die. 23. millia occisa fuisse. At uetus quidem scriptura ( ut est etiam uerissimile ) non non una die dicit hoc factū, sed primò iussos suspendi principes, deinde iussos occidi, & tum numeratis omnibus extitisse uiginti quatuor millia, sed una die, quando magnus fuit furor. 23. millia tantum fuisse, facile sustineri potest, id quod ait Apōstolus: non enim ab re addidit, una die.

Neq; tentemus CHRISTVM, sicut quidam ex eis tentauerunt, nimirum CHRISTVM. Ipse enim erat ille qui loquebatur ad eos. Vnde apud Isaiã. Ego, inquit, qui loquebar, ecce adsum. Et quia Deus erat, qui loquebatur: CHRISTVS igitur Deus erat. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hic erat ignis, qui Domini iussu post interfectionem Core & Dathan & Abiron, seuit in ducetos quin quaginta uiros, qui offerebant incensum. Hęc autem omnia figurarum plena, contingebant illis: non tamen ut ad figurã tantum seruirent ea contingebant, sed ex certis causis & meritis, quibus ipse Deus est usus pro nobis, & protulit in exemplum, ut in his quasi in figuris discamus, & teneamus ueram uiuendi normam: unde ait.

In Arianos.  
De fructu ueterum scripturarum.

Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Hoc primũ aduersus eos militat, qui scripturas ueteres reñciunt, quasi minime necessarias: cum tamẽ maxime propter nos sint, in quos fines seculorum deuenerunt, idest, in quos nouissima lex & ętas peruenit. Inuitat igitur ut inde capiant instructionem: & ne fidãt eis, in quibus non impletur salus, ut sunt pura sacramenta: quia sine charitate, & bonis operibus, nihil prodest baptismus, nec fides. Vnde & concludit.

Itaq; qui se existimat stare, nimis fidens ac sine timore, & despiciens alios: Videat ne cadat, idest, caueat a casu, qui ei proximus impẽdet. Nihil enim est quod magis mereatur casum, quã in seipso fidere, & alios spernere, nulloq; timore teneri. Et hoc in loco non obscure ad maiores illos inter Corinthios sermonem hunc dirigit, qui putabãt se ob scientiam & libertatem, nouam prã ceteris stare, quasi eis essent licita omnia, nulla ferẽ habita ratione offensionis infirmiorum in fide: qui tamen ab eis tanquã à perfectioribus, sustentari ex charitatis lege debebant.

Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor: Vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis CHRISTI est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, et de uno calice participamus. Videte Israel secundum carnem: Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quod idolis immolatum, sit aliquid: aut quod idolũ sit aliquid: Sed quod quã immolat gentes, demoniis immolat, & non Deo. Nolo aut uos socios fieri demoniorum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensã Domini par-

ticipes esse, & mensã demoniorum. An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificãt. Nemo quod suum est, quãrat, sed quod alterius.

Prouidens Apostolus eorum saluti, quã ualde in timore consistit, ne quis derelinquat a Deo, qui tum maxime deserit, quũ ita postulãtibus hominum peccatis, inducit in tẽtationem ad puniendam temeritatem, dixit. Tentatio uos non apprehendit nisi humana. Humana tentatio est, quẽ ex humana fragilitate descendit. Et hac tentatione homines probari oportet, ad probationem quidem, non autem in pœnam. Hęc tentatio non solum non est noxia, sed salutaris admodum, & utilis. Et illa est de qua dicitur: Qui non est tentatus, quid sit: Est uerò alia tentatio, quã est in pœnam peccati: & hęc est quam fugere debemus. Nam de hac dicitur: Orate ne intretis in tentationem. Quapropter ab ipso ueritatis Magistro relicta est nobis in oratione instructio illa cotidie repetenda. Et ne nos inducas in tentationem. Huic enim tentationi nullus resistit: quia Deus æquissima sentẽtia eum, qui ob duritiã & contempnũ iu illam incidit, derelinquit. Tentatus est & B. Petrus, qui de seipso prãsumens sibi uidebatur fortis, & nunquã negaturus. Non autem tentationi resistit, sed succubuit: quia prãsumpsit in seipso, & propterea meruit a Deo destitui.

Monet igitur Apostolus ut timeant ne in tentationem mittantur: ubi satis ostendere uidetur, ad illam usque diem eos non fuisse aliam tentationem expertos, quã humanam, quã dari solita est ad probationem, non autem ad casum, & ruinam: qualis est illa, quando homines traduntur ob scelera sua in reprobum sensum, & diabolicas cõtra Deum cogitationes & blasphemias.

Fidelis autem Deus, qui non patietur uos tentari supra &c. Fidelem uocat Deum, quia quod incipit, etiam perficit: & ex parte sua nunquã deficit a promissis. Promisit autem, cum nomen dedimus, iuuare nos usque in finem. Sed faciet etiam cum tentatione prouentum &c. Sensus est: Quoniam tentatio exercet hominem ad patientiam, inde erit exitus bonus. Siquidem poteritis Deo adiutore sustinere: qui dat uim ac fortitudinem ne uincat inimicus. Qui dat gratiã, ut in certamine mereamur. Qui dat perscuerandi constantiam, ut uictoriam tandem ex omnibus tentationibus & tribulationibus cum lætitiã reportemus.

Propter quod charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Hoc potissimum in illis metuebat B. Paulus, ut satis innuit. Neq; enim iam erat hęc humana tentatio. Vbi enim est tumor & arrogantia, nec acquiescit homo sanis sermonibus, & maiorum prãceptis: hic certẽ non humanã patitur tentationem. Est enim superbiã Satanã hęc, qua Deus prouocatus finit hominem in barathrum flagitiorum corruere. Nimis enim amando sententiam suam, aut inuidendo melioribus usq; ad

Differẽtia inter tentationem.

Ecclesi. 34.  
Luc. 22.

ad prãscindendã cõmunionis, & condendi schismatis, uel hæresis sacrilegium peruenire, diaboli ca est prãsumptio, ait B. Augustinus.

Vt prudentibus loquor: Vos ipsi iudicate quod dico. Remanifestat, ipsos propter ueritatem perspicuam constituens arbitros, ut prudentes. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis CHRISTI est? Vocat calicem benedictionis: quia in eo, & per eum benedicimur omnes, quicũq; de eo participamus. Dicit, cui benedicimus, uidelicet consecrando. Dicit insuper esse communicationem sanguinis CHRISTI, nõ in signo, sed in efficaciã: quia quicũq; sumit, communicat in CHRISTI sanguine, quo alitur participã salutem ut membrum CHRISTI uiuum.

Et panis quem frangimus, nimirum panis spiritualis, cuius species franguntur post benedictionem, idest, consecrationem, sumentes siue dantes. Fractio ipsa est specierum, nõ corporis CHRISTI. Et tamen dicitur panis: quia sub illis continetur Dñs & latet, & semper est post benedictionem. Hic ergo panis factus nobis cibus: Nonne communicatio corporis CHRISTI est? uidelicet accipientibus illũ. Operatur enim hoc in nobis dignẽ & cum frequentatione sumẽtibus, inuisibiliter: unde subdit.

Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus. Nota quã uerẽ dixerit: unus panis: & nõ plures. Ideo multi qui de illo edunt, in unum iunguntur, & unum corpus fiunt: quemadmodum ex multis granis unus panis, & ex multis membris unũ efficitur corpus. Magnum certẽ pietatis sacramentum: magnum signum unitatis: & arctissimũ charitatis inter nos uinculũ. Qui uult uiuere (ait B. Augustinus) habet unde uiuat. Accedat, credat, incorporetur, uiuificetur. Non abscedat a compage membrorum: non sit putre membrum, quod se carni mereatur. Nõ sit distortũ, de quo erubescat. Sit pulchrum, sit apertum, sit sanum, hæreat corpori. Viuat Deo de Deo. Nunc laboret in terra, ut postea uiuat in cœlo. Hunc itaq; cibũ & potũ, societatem uult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta ecclesia in prãdestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, idest, prãdestinatio. Secundum & tertium, & factum est, & fit, & fiet, idest, uocatio & iustificatio. Quartũ uerò nunc in spe est, in re autẽ futurum est, idest, glorificatio. Vnde bene subditur.

Omnes enim de uno pane, et de uno calice participamus. Patet igitur per panem non intelligi species, quã multę sunt & uarię, sed panem uerum & uiuum, contentum tamen sub illis speciebus. Et similiter calicem uocat sanguinem, qui uerẽ est in calice, non qui solum significatur, ut noui hæretici blasphemantes asseuerant.

Quo in loco considerandum prudenti lectori (in re prãsertim grauissima, & exploratissima atq; comperitissima in ecclesia) quã sit periculosum uelle disquirere paulo curiosius de cauillis hæreticorum. Qui enim non accedunt ad scripturas cum plena fide eorum quã docet, & semper docuit ecclesia Dei sancta, facile hi mittuntur

in tentationem, ac permittuntur decipi a Satana, & per sophisticas eius argutias deludi. Ecce uenerunt noua uiperarum genimina, qui negare aut si sunt in sacramento Altaris non esse uerũ corpus, & uerum sanguinem Domini. Alij uerò esse quidem, sed esse simul cum pane. Volunt enim manere panem, & ibi esse cum corpore: contra quos ecclesia sancta Dei determinauit. Nunc re uide mirabilem, ut intelligas quales sunt scripturæ, & qualem requirit lectorem, cum uerba CHRISTI & B. Pauli ita sint posita, ut quisque existimet ea stare pro sua sententia. Ecce qui dicunt non esse ibi corpus CHRISTI, abutuntur hoc Apostoli loco: ait Apostolus. Panis quẽ frangimus. At corpus CHRISTI nõ frangitur. Non ergo panis est corpus CHRISTI. Est igitur ibi panis, & non corpus CHRISTI. Similiter & Lutherani, qui uolũt ibi cum corpore CHRISTI adesse & panem cõmunem: Ecce (inquiũt) quia de pane dicitur quod frangitur. At species panis nõ sunt panis, & ipsum CHRISTI corpus non frangitur.

Tu autem lector Catholice, uide iniquitatem. Quẽro enim ab illis: Quomodo de pane communi uerificatur quod est communicatio corporis CHRISTI? Et quomodo multi sumus unus panis? Et quomodo participamus omnes de uno pane? cum si de communi pane intelligant, pluri mi sint panes, non unus. Cum igitur rigorem uerborum ipsimet uiolent, & ad nouas glossas oporteat eos recurrere, cur non potius consentiunt cum ecclesia, & cum traditionibus Patrum, & Sanctorum doctrinis? prãsertim cum a modo loquendi hominibus consuetudo non abhorreat illorum expositio. Dicitur enim frangi panis, imò & CHRISTI corpus frangi, & manducari: quia & species franguntur, & ipsummet corpus spiritualiter frangitur & māducatur, cũ sumitur fide, & de Spiritu eius ac plenitudine quisq; suam partem trahit. Nam & ipse Dominus dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur. Illud omninõ summã impudentiã fuit, quod eniã execrandam impietatem detorquere. Sed ab Episcopo Rosensis gloriosissimo nostrã ætatis Martire uerẽ & elegantissimẽ confutatus est.

Videte Israel secundum carnem. Addit & aliud exemplum, ut ex multis fortius et efficacius concludat. Vocat Israelem secundum carnem illum populum, quatenus considerabatur iuxta carnale sacrificium, non iuxta spirituale, & ait. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid est dicere, participes sunt altaris, nisi quod quodammodo simul consecrantur, & a prophanis distinguuntur, ut immunitates ab altari accipiãt, tanquã signati Deo cum altari, ut quod offertur altari, eorum cedat substantiationi: Hoc enim patebat in Israele adhuc carnali, qui hostias offerebat iam uanas & odiosas Deo, ut per Isaiã testatur.

Quid ergo? Hic a semetipso inquirat, quid ex his uelit concludere: quoniam malus quidam sensus poterat accipi facta conclusione ex prãmissis: ideo

Pro ueritate corporis et sanguinis Christi in sacramento

Nota.

Episcopus Rosensis Martyr

ideò illum excludit, & bonum deinde aperit. Dico quòd idolis immolatum sit aliquid? quasi dicat: Minime. Non est enim ulla potestas idolis data efficiendi sacrificia, ac per hoc nec sacrificantes, sicut est penes Deum. Deus enim per CHRISTVM sanctificauit omnia. Sed quòd quæ immolat gentes, demonijs immolant, & non Deo: ac si dicat. Hæc est mea tandem sententia, ipsas Gentes semetipsas prophanare, dū immolat demonijs, & non Deo: quoniam se ipsas huiusmodi immolatione à Deo separant, qui meritò irritatur uidens suum honorem idolo tribui, quod nihil est. Quare illæ elongatæ à uero Deo, traduntur demonijs (quibus sacrificant) Dei iusto iudicio, ut in ipso suo peccato puniantur, & pereant.

Nolo autem uos participes esse demoniorum. Quod certe esset immolando illis: aut etiam de immolatis comedendo cum Gentibus. Nam in eo facto etiam profectio erat participationis. Non potestis calicè Domini bibere etc. Aduersantur enim demones Deo. Et cū ita sit, necessariò euenit, ut qui unius est particeps, ab altero sit alienus.

An emulamur Dominum? id est, irritamus ad æmulationem, illum perinde prouocantes, atq; in amore fieri solet? Amans enim tunc ualdè prouocatur, quando ab amato, qui alteri se adiungit, deseritur. Cogit enim amantem ut & aliū ipse quoque inueniat, cui se adiungat: ut similiter e contrario irritet eum qui prouocauit. Et in huiusmodi altercatione atq; æmulationis pugna, semper uincit qui est fortior. Ille autem fortior, qui minus indiget amato: & potest absq; illo non minus feliciter uiuere, ideò ait B. Paulus. Nunquid fortiores illo sumus? ut possimus audacter eum prouocare, quasi non indigeamus illo, & ipse potius nostri indigeat? Aut quasi nequeat sibi alios adoptare in odium nostri? Hoc tamen & ipse facere consuevit, sicut scriptum est. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta iritabo illos. Hæc Dominus in Cant. Deut.

Omnia mihi licent. Quid est: Omnia mihi licet, nisi (ut iam dictum est) quæ non sunt mala ex se, ut comedere idolothyta? Sed non omnia expediunt: quia non cōferunt ad ædificationē proximi; & maxime fratris infirmi: ideò apertius declarans, ait. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant, quod tamē præcipuè intendere debemus: Nemo quod suum est querat, sed quod alterius, id est, non querat libertatem, quæ sua est: quia in ea constituit nos Dominus. Nec querat quod alioquin sibi debere, reuerentiam, honorem, ut sibi deserantur tanquā scienti & sapienti. Hæc non debet querere qui rectè sapit in CHRISTO: sed quisq; quod alterius est, querat. Hæc autem à maioribus debentur: inferioribus, doctrina, consilium, exemplum, compati, & infirmari, cum simus membra unius corporis, & sub illo capite CHRISTO, qui non sibi placuit, sed propter nos factus est infirmus, egenus, & opprobrijs expositus, & tandem acerbissimæ mortis cruciatibus interfectus,

Omne quod in macello uenit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Domini. n. est terra & plenitudo eius. Siquis uocat uos infidelium ad cœnā, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Siquis autem dixerit. Hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico: non tuam, sed alterius. Ut, quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

Omne quod in macello etc. propter conscientiam, scilicet alicuius infirmi assistentis ne lædatur, si appareat quid immolatum, ut inferius declaratur. Et ratio est, quia Domini est terra etc. ac si dixerit. Nihil potest esse ob id affectum idolo, quia idolo sacrificatum sit: quoniam Dominus terræ iam non est Satan, sed CHRISTVS. Si quis uocat uos infidelium etc. Nota, Non illis prohiberi ne ualeant cum infidelibus commisceri in cœnis. At hoc fuit in primitiuis illo seruire, ut p̄specta illi Christianorum honestissima uita in parsimonia, & sermone sancto, ad fidē traherentur: quanquā nec prohibeant nunc, nisi cum Iudæis perfidis, propter eorum in cibis superstitionē. Vnde & propter hoc prohibeant olim Iudæis inire amicitias & conuiuia cū idololatriis. Omne quod uobis apponitur manducate etc. expone ut supra. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis etc. Oportet duo iungi ne edat, uidelicet esse hominem indicantem, propter quod debeat abstinere: & conscientiam alicuius, quæ ex eo facto lædatur, dum ædificatur similiter ad comedendum quod esse malum putat. Alioquin non satis esset id scire, si alius non malè edificaretur. Propter quod subdit, conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Tuam, id est, qui scis immolatum, & idola nihil esse. Alterius, id est, infirmi in quo non est hæc scientia.

Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Sensus est: Quod non debet libertas mea ab aliena conscientia in se pati detrimentum, ut minus sim liber in ueritate. Et hoc est quod ait, iudicatur: quoniam aliena conscientia non potest mutare de ipsa re iudicium. Et tamē cum hoc rectissime stat, ut charitate urgente non debeam uti libertate mea, propter conscientiam alterius. Si enim ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Ostendit manducare huiusmodi de se non esse peccatum, sed potius peccatum erat ignorare, & ex ignorantia blasphemare eum quasi male agentem, qui non male agit, cum gratias agat uero Deo, & ita dicere bonum, malum, quod est blasphemia

blasphemia in Deum, saltem materialiter. Hæc autem adiecit ut infirmos doceret, & ab ea ignorantia ac superstitione amoueret. Nota est hoc in loco, gratiarum actionem in sumptione cibi fuisse de more, & ex debito. Quod à me ea ratione dicitur, ut uereatur Christiani omnes, sed in primis Prælati, cibum antè sumere, quam benedictione aliqua sanctificauerint, & demum sumpto cibo, gratias Deo omnium largitori agant, ne cibus immundus remaneat. Scio enim à multis etiam qui maiores uidentur, hæc in parte peccari. Et tamen qui in mensa sunt digniores, ad consecrationem & gratiarum actiones referendas iure ac merito debent esse primi, & non finire per inferiores id fieri, si honoris diuini, & grati erga Deum animi esse uelint. Dignior enim & maior debet in Deo laudando esse feruentior. Ad quod hortatur passim omnes Apostolus, & ait.

Omnia nostra actio in gloria Dei dirigi debet. Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Hoc est præceptum quod feruari debet ab omnibus & in omnibus, ut saltem uirtualiter habeat quis in animo se uelle in gloriam Dei facere quæcumque faciat: quia omnis nostra actio in illud disponi & tendere debet, ut glorificetur Deus, & non aduersariæ potestates. Nam ob hoc damnatur idolothytum efus, qui in gloriam demoniorum fieret. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus. Hic monet non utendum libertate, quando posset ex ea porrigi scandalum, Iudæis quidem propter suas religiones ex lege, tametsi iam cessassent: et Gentibus, ne cogentur ad iudaicos ritus: et ecclesiæ Dei, ne cū idololatriis uideatur participare. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Quid est autem quod alibi ait: Si hominibus placerem, CHRISTI seruus non essem? Sed ibi homines (ut homines sunt) accipiuntur. Hic illis se placere ait, qui recti sunt sensus. Quanquā hic præcubio uerion sensus est, Ea ratio e Apostolus omnibus placebat: quia omnium se moribus accommodabat, & quantum in se erat, nihil præbebat occasionis, quominus placere deberet: quin e contrario se potius inclinans (ut fas erat) in obsequium omnium. Vnde declarat quo animo ita erga omnes studiosè se gerebat, non quasi assentator aliquis, aut auaritiæ deditus, uel ad inanem gloriam aspirans, & ait:

Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant, æterna & felicissima salute. Ecce quomodo placebat, nimirum ex charitate, & propter salutem aliorum. Talis est charitas, quæ non querit quæ sua sunt: sed quæ sunt IESV CHRISTI. Ne autem uideretur leuioris alicuius magistri sectator, & non potius illius, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Patris absconditi (quoniam subditi prælatos non tenentur in omnibus sequi, sed in quibus illi CHRISTVM imitantur) ideò rectè concludit Apostolus, & utrunque complectitur aiens. Imitatores mei estote, sicut & ego CHRISTI, Et est exhortatio ut infirmetur cum infirmis, sicut ipse B. Paulus in hoc ipso imitans CHRISTVM, infirmabatur. Nam CHRISTVS hoc primum & maxime fecit. Pertinent ergo uerba

hæc ad superius caput, ut quod sequitur, Laudo autem uos, sit sequentis capitis initium.

## CAP. XI.



LAUDO AUTEM VOS FRATRES, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis. Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput, CHRISTVS est: caput autem mulieris, uir. Caput uero CHRISTI, Deus. Omnis uir oras aut prophetas uelato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetas non uelato capite, deturpat caput suum. Vnū enim est, ac si decaluetur. Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulier tonderi aut decaluari, uolet caput suum. Vir quidem non debet uelare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria uiri est. Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem: sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere supra caput suum, & propter Angelos. Veruntamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro in Domino. Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mulierem. Omnia autem ex Deo. Vos ipsi iudicate: Decet mulierem non uelatam orare Deum? Nec ipsa natura docet uos, quod uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. Mulier uero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Siquis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Incipit septima pars, ubi de cærimonia quadam superstitione tractat, qua utebantur Corinthij in orando ac prophetando. Quo in loco nescio utrum lector in aliorum expositionibus cōquiescat. Ego quod mihi uerius uisum est, liberè proferam.

Admoniturus Corinthios hac de re Apostolus, cœpit eos laudare generaliter. Et secundū codices græcos ita legitur. Laudo autem uos fratres, quod omnia mea meministis. Et sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Sensus est apertus. Laudat eos ob tenacem præceptorum eis ab Apostolo traditorum memoriam. Volo autem uos scire. In primis docet: quoniam admonitionem, ueritatis doctrina debet sepe præcedere in re non satis nota. Quod omnis uiri caput, CHRISTVS: caput autē mulieris, uir: caput autē CHRISTI Deus. Caput ratione dignitatis & gubernationis. Non enim dubium quin uiri caput sit CHRISTVS, ex quo, & per quem omne donum & gratia effluit, quasi ex capite in membra. Ita & mulier subdita est uiro, maxime post antiquum illud suum peccatum, ut caput eius uir indicetur. Hinc uero sequitur.



Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Egregie expressit latinus interpret sententiam dicēs, uelato capite. Græcè habet κατὰ κεφαλῆς ἐχῶν, id est, super caput habens, uidelicet ponens aliquid ut orer, seu prophetet solemniter.

Prisca cæremoniariū in ecclesiis obseruatiō

Quo in loco reprobatur quidam Iudæorum & Gentilium ritus, quo utebantur prophetantes seu orantes, id est, diuina proferentes: quoniam uelabant capita sua: quo etiam nunc merito iuxta suam fidem utuntur, cum illis nondum uenerit caput eorum CHRISTVS. Contrā autem obseruabatur in mulieribus, quæ sparsis crinibus orabant: sicut etiam Plutarchus scribit hunc morem in funeribus obseruari solitum. Nam luctum suum uiri agebant uelato capite. Mulieres uero sparsis crinibus plorabāt defunctos: qui mos adhuc etiam quibusdam in locis hodie seruat.

Sed B. Paulus hanc superstitionem in orando & prophetando auferre satagit: quoniam in publicis orationibus, & prophetiarum expositionibus, utendum est cæremoniis cōuenientibus propter significationem. Itaque primū de uiro orante & prophetante admonet, non debere illum uelare caput suum, quia deturpat illud. Quomodo uero illud deturpat? quia scilicet in capite suo debet Dei gloriam significare. Significat autem gloriam Dei, dum illum suum esse conditorum indicat, seque ad illius imaginem conditū. Et hoc maxime ostenditur in capite: quoniam ibi potissimum sensus uigent, & inde apparent quæ sunt ipsius mentis latentia. Si igitur uelut uir uelare caput suum, hoc facto quasi Dei imaginem deturpat: & suum mysticum caput, quod est CHRISTVS, non uult efferre & aperte cōfiteri. Unde & Iudæi cōgruē ex antiquo more adhuc orant uelato capite & prophetant, ostendentes hoc signo nondum esse reuelatam sibi gloriam Dei. Nā illis nondum est reuelatus CHRISTVS.

At contrā est omnino in muliere: Ipsa. n. debet uelare caput suū orans & prophetans. Quid ita? Et cur tanta inter uirum & mulierem differentia? Respondetur: quia mulier non uelans, turpat caput suum. Etenim non uelando ostendit se sine potestate esse, & sine uiro: & ita minimē sub ordine, quem illi præstituit Deus cum illam subiecit uiro, & idē deturpat caput suum. Sicut enim uir, quod est propriae gloriae sibi ab ipsa natura datum, uelando deturpat: quia in suæ gloriae obnubilatione (quæ significat in capite suo) etiā gloria Dei obnubilatur: Ita uice commutata mulier, quod est suæ gloriae, non uelando deturpat caput suum. Gloria autē mulieris est, eam subiectam esse uiro: quod ostendit uelando caput suū. Quare & natura ipsa uidetur hoc docere. Masculo autem ipsi turpe est naturaliter nutrire comam. Nam si faciat, probro illi & uituperio uertitur: quoniam non oportet uiris ad decorum sui capitis addere ullum uelum, si forte cesaries deficiat. Faciunt. n. ut dicantur effœminati, quia sic se faciunt fœminas, & idē deturpant caput suum.

At mulieri non est turpe nutrire comam, quia dedit ei natura pro uelamine & gloria. Cōsequēs

igitur est ut debeant fœminæ etiam isto signo cæremoniali consentiendo naturæ, uelare caput suū orando, & prophetando, in hoc profitentes se habere uirū & potestatem eius super se ipsas. Unde & olim cum dabantur nuptiæ, uelabant caput: & ipsæ quoque nuptiæ ab obnubendo dictæ sunt, unde & nubere. Est & in scriptura ueteri de Rebecca, quæ ubi primū agnouit uirū suū Isaac, citō obuoluit pallio caput, profitens se esse sub uiro, & non ostentās gloriam propriam in capite, assistente & præsentente uiro. Quæ uero uirginitatem profitentur, etiam tondentur, abiicientes à se gloriam, quā natura eis indidit à uiro. Et dum sacrum assumunt uelamen, profitentur sacrum cū CHRISTO coniugium, in quo est signum quod spreto mortali coniuge & uiro, nouum sibi spiritum CHRISTVM. Dominum asciscunt.

Gen. 24

Omnis autem mulier orans, aut prophetans non uelato capite, in quo est professio potestatis uiri, deturpat caput suum. Quia non eum profitetur uirum, quæ debet. Vnum enim est (hoc est) idē ac si decaletur, aut, ac si radatur. Mulier igitur non uelata orans ita deturpat caput suum, quod est uir, sicut proprium caput deturpat & rasa: quo facto quid turpius quidue magis ridiculū uideri posset, cum gloria mulieris sit coma? Ostentans autē gloriam propriam in capillis, deturparet caput suum, in quo indicaret se non esse sub uiri potestate. Et huic indignitati præbet remediū subiungēs.

Nam & si non uelatur mulier, tondeatur, hoc est, si mulier nolit uelari, cum non debeat ostentare propriam gloriam in capillis, hoc saltem seruet ut tōdeatur: quo casu non ostentabit propriam gloriam, sed alienam. Verūm quā turpe esset mulieri tonderi seu radi, illi quæ uirum habeat, iccirco restet sequitur. Vir quidem uon debet uelare caput suū. Et ratio est, quia uelamen uiro, pro gloria uiri est: sicut contrā, capilli uelantes sunt gloria mulieris natura. Vir ego in uelando caput suum, ostentat gloriam suam, & eam quæ Dei est occultat: & quæ ratione fieri non debeat, aperit. Quoniam imago gloriae Dei est, quam non debet abscondere uelando caput suum. Cum enim creatus est uir, dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, id est, ut sit aliquo modo imago nostra. Mulier autem gloria uiri est: quia immediata ex uiro est producta, dictumque fuit. Non est bonū esse uirū solū: Faciamus adiutoriū simile sibi. Neque per hoc negatur mulier esse ad imaginē Dei, cum sit simile uiro: sed ostenditur subordinatio ista ac dignitas, ut & ipsa ad imaginē Dei sit: quoniam uir eius, cū quo ipsa est quodammodo unū, imago est Dei, & ipsius CHRISTI.

Nō enim uir ex muliere, sed mulier ex uiro. Quod est clarissimum in ipsa scriptura sancta. Quo in loco ea refellitur, quæ de sopore Adam aliter docuit Caietanus, ipse proculdubio hac in parte magis in soporem coniectus. Et similiter refelluntur quæ alius quidam Platonice sequēs fabulas scripsit, uidelicet ab initio creatum uirum simul cum muliere in una massa, sed à Deo postmodo sectos fuisse:

Subtilia hec p̄uē lectorē prudētē requirunt.

fuisse: ita ut non fuerit successiua creatio Heuæ ex uiro. Quæ omnia sunt contra hunc locum manifeste. Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ut quoniam ex uiro ipso sumpta est in principio, sit uiri dignitas: & ipse sit etiam causa finalis mulieris. Ideo debet mulier uelamen habere. Græcè ἐξ ὄνο ἰσῶν, id est, potestatem, quæ per illud uelamen indicabatur, supra caput suum.

Sed hic restat scrupulus certē non prætereundus. Si enim (ut positum est) gloria uiri mulier est, uir autem est gloria Dei: Cur mulier uelare caput suum debet, ut sic uiri in se potestatem ostendet, uir autē nō debeat uelare caput suum, ut sic ostendet in se potestatem CHRISTI? Si enim caput est mulieris uir, & idē illa debet uelare suum caput: Cur uir non uelabit caput suum, quod se sub potestate recognoscat, cū CHRISTVS sit caput eius?

Respōdetur ex ipso Apostolo, ipsā rei naturā hanc diuersitatem constituere. Quisquē enim iuxta modum suum obseruat superiorem & honorat. Si ergo naturale esset uiro nutrire comam, sicut est mulieri, pari modo glorificare deberet CHRISTVM suum caput, sicut mulier uirum suum, uidelicet uelando proprium caput. At uero cū natura turpe sit uiro uelare caput: iccirco absque uelamine coram Deo apparere debet uel orans, uel prophetans. Quod autem uiro turpe sit uelare caput, probatur: quia turpe est illi naturaliter nutrire comam. Mulieri autem hoc nedum turpe, sed gloriae illi est, & magno decori.

Subreptit & alia quæstio. Nam uidetur uir adeptus potestatem in mulierem propter peccatum, & non natura. Sic enim habetur in sententia Domini. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Respōdetur: Alius dominatus nunc est qui in pœnam ei datus est, quā quā ui fuisse prior. Honorabilis enim ille tunc fuisset: nunc uero mulier quodam modo ancilla est. Sic etiam post peccatum, dominus est homo bestiarum, qui tamen antea alio dominatu fuisset eorum dominus. Et propter Angelos: Quidam intelligunt sacerdotes. Ego uero ipsos Dei Angelos, qui assistunt oranti, & instruunt, & perferunt orationes ante Deum, qui intelligunt has (ut ita dixerim) indecentias. Sed animalis homo hæc nō percipit, neque credit.

Veruntamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro in Domino. Remouet illud Apostolus, quod alii qui forte potuissent ex hac eius doctrina cogitare, uidelicet, Cū gloria uiri sit mulier, & uiri CHRISTVS, non pertinere ipsam mulierem ad CHRISTVM. Sed Absit. Etenim ut in Domino inuenitur uir non sine muliere (quia non erat bonum uirum esse solum) ita & mulier nō sine uiro. Nam sicut mulier de uiro ita & uir per mulierem. Mulier ab initio de uiro fuit, & semper postmodo de uiro: quia ex uiri semine omnis mulier producta est. Et tamen uir ipse per mulierem, uidelicet in posteritate: quia præter primum, nullus postea extitit uir, qui ex muliere non uenerit. Mihi tamen longè magis placet, ita intelligi. Sicut in primo Adam accidit, ut carnalis mulieris natiuitas fuerit per uirū: ita in secundo Adam, carnalis eius natiuitas esset

per mulierem. Quod ad mulierum gloriam plurimum facit, ut mereretur & iste sexus inueniri in Domino. Omnia autē ex Deo. Vir scilicet & mulier: idē debent in illum tēdere, & decenti ordine adduci in CHRISTO ad illum.

Vos ipsi iudicate. More suo admonet, ut consulat uel ipsam naturam in unoquoque docentem. Græcè melius; In uobis ipsis iudicate, & sicut ipsa natura uos docet; Decet mulierem non uelato orare Deū. Nam hoc esset in superbia orare, & non profiteri ordinem Dei in se: cū se sub uiro esse in ea actione minime profiteretur, sed quasi nulli subiectā. Nec ipsa natura docet uos, Quod uir quidē si comam nutrit, uel si comatus fuerit: quod tunc est, quando comam nutrit, ignominia est illi & dedecus. Mulier autem si comam nutrit: aut, si sit comata, gloria est illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Quo certē signo superior habetur doctrina, ne quisquē orans mutet quod à Deo institutum est, & institū illi natura: sed suam eo modo profiteatur subiectionem, quo ipsa natura postulat. Vir quidem ostendat se CHRISTO subiectum, non deturpando caput suum: & iccirco non uelando illud. Mulier autē similiter non deturpando caput suum, ac per hoc sicut natura postulat uelando.

Et hæc notanda sunt in hæreticos, qui nihili faciunt cæremonias, sed fingunt se nobis neruū prædicare pietatis, quem ipsimet ignorant. Nam perinde ac si deserint esse homines, & iam angeli Dei effecti, non curant hæc consilia, utpote hæretes per Spiritum Deo, siue cum corpore, siue extra corpus, nesciunt. Illud tamen interim certum est, corpus eos deuouisse concubinæ, scilicet ut expeditius Deo absque cæremoniis seruire possint. Sed extra dignam in illos ironiam: Videant ergo si habent oculos, quanti hæc faciat Apostolus, quæ tamen non nisi ad cæremonias attinet. Continent tamen seria, & omni obseruatione dignissima, quia & ab ipsis Angelis spectantur: & tanta uehementia hæc commendat Apostolus, ut etiam addat.

Si quis autē uidetur contentiosus esse, nos talē consuetudinē non habemus, neque ecclesia Dei, siue, ecclesie Dei, ut græci codices habent. Nota lector, & alligauerba hæc Apostoli cordi tuo, quod te ab infinitis importunarum quæstionum turbis tutō explices. Ecce in quo tandem argumento ipse residet contra contentiosos: certē nō alio (quia nec aliud erat ualidius) quā in consuetudine ecclesie fundato. Quodque est adhuc mirabilius, animaduertendum, non ea solum quæ obseruat ecclesia esse suscipienda, uerū etiam quæ non obseruat, omnino esse fugienda. Et uocat hic contentiosum (φιλονεικος græcè legitur) id est, amatorem & cupidum uictoriæ. Tales sunt hæretici, qui gloriam suam pro fine statuunt suæ contentiois. Quo fit ut nihil à ueritate moueantur, etiam si illam perspicuē nouerint: imō contra agnitionem ueritatem perpetuō contendunt sola ea ratione, qua apud ignaros uicisse uideri possint. Nonne hæc B. Pauli sententia pro consuetudine eorum quæ obseruat & colit Ecclesia, satis esse deberet pijs mētibus

In cōtēptores cæremoniariū.

Nota pro autoritate ecclesie.

ad satisfactionē, & si scripturarum testimonia & sanctorum Patrum sententiæ non extarent. Quæ multa sunt quæ perpetuo usu uigent in ecclesia, potissimum circa sacramenta, delectum ciborum, caeremoniarum decorum, tam in uestimentis, quæ uasis ad cultum diuinum idoneè persoluendū instituta: Hæc ab Apostolis instituta, à s. Pontificibus pro conditione temporum aucta, ab ipsis Catholicis religiose seruata, qua possunt ratione defendi efficacius, quàm à cōsuetudine & perpetuo usu ecclesiæ, quam regit Spiritus ueritatis: Vim Apostolici argumenti sentiunt hæretici, qui nec de ea re disputare tandem uoluit, sed conclusit dicens. Nos talem cōsuetudinē non habemus, neq; ecclesia Dei, ut scilicet non differentis solertia, sed præcipientis attendatur autoritas. Et hoc in contentiosos: quos gloriæ cupiditas cogit, ut uictoriæ postponant ueritatem. Ideo in proprio uocabulo appellari debent contentiosi.

Occurrit autē de superioribus nonnulla quæstio: Quoniam supponit B. Paulus mulierem nudum orantem, uerū etiam prophetātem, & hoc in ecclesia. Qui tamen inferius ait: Mulieres in ecclesiis raceāt. Quæstionis autem huius solutio seruari suo proprio loco paulò inferius.

Est uerò & nata quæstio de barbâ nostro tempore noua consuetudine gestari solitis. Ecquid sit decentius in clericis ac prælatis, utrū gestare barbâ, an uerò radere. Quo casu si naturam primò consulimus, credo decētius esse uniuersaliter, uiro gestare barbâ: hoc enim uirile signū est. Patet enim in uiris barbâ natura pullulare & crescere, non in foeminis. Si spectamus exempla maiorum: haud dubium in primis de ipso Domino qui barbâ gestauit. Idem creditur & de Apostolis. Nam ut Epiphanius testatur contra hæreses, hoc ipsi Apostoli inter canones tradiderunt, ne raderemus barbâ. Est in canone concilii Carthagin. Clerici neq; comam nutriant, neque barbâ radant, licet in libro Decretalium uerbū illud: radant; rasum sit. Illud certum est, ecclesiā orientaliū & Græcorum & Afrorum, eam habuisse consuetudinē semper gestandi barbâ. Sed pleriq; molestiæ gratiâ tonderi uolunt.

Hoc autem præcipio non laudans, quòd non in melius, sed in deterius cōuenitis. Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam oportet hæreses esse: ut & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unū, iam nō est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiā Dei contempnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos in hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi uobis: quoniam

Dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque biberitis, in meam cōmemorationē. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec ueniat. Itaque quicumque manducauerit panē, & biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autē se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicās corpus Domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. Quod si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. Dum iudicamur autē, à Domino corripiamur, ut non cum hoc mūdo damnemur. Itaque fratres mei, cum cōuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Siquis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cū uenero disponam.

Hoc autem præcipio &c. Hic octaua pars de conuenientia ad sumendum Eucharistiam. At cū res esset grauisissimi momenti ac præiudicij, duo protestatur, quibus excitat legētium animos. Alterū se ea præcipere quæ deberent facere, & à quibus cauere, unde ait: *Hoc autem præcipio.* Alterū se ne quæ ea laudare, quæ ea in re inordinatè obseruabant, cum superius eos commendasset & laudasset. At non in hoc, unde subdit: *Non laudans.* Quid autem sit hoc quod non laudat, declarat. *Quod non in melius, sed in deterius conuenitis,* sensus est: Conuenire uos in unum ad sumendam gratiā & panem cœli, non tendit in melius, nec prodest, sicut prodelle deberet. Conuentus enim ecclesiæ fit ad bonum, ut per multos magis glorificetur Deus. Quod enim publicè fit & cōmuniter simul à multis, magis placet Deo, quàm si priuatim ac particulatim fieret. At uerè cōuentus magis nocet, & in deterius cedit. Causam autē huius rei cum ipso facto mox explicat.

Alij autem ita exponunt. Hoc autem præcipiens, uidelicet de uelamine (ut dictum est) Non laudo quòd non in melius &c. ut per hoc uelint esse præceptū ab Apostolo, licet παραγγελλω, nō solum præcipere, sed etiam monere significet.

Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Superius uidetur omninò fuisse persuasus de scissuris, quæ erant inter eos concitata. Cur hic ergo ait: *Et ex parte credo?* Nisi fortè, & si nosset esse scissuras, de quibus supradixerat: Ego sum Pauli, Ego Apollo &c. non tamen poterat omninò credere,

dere tanta inter eos extare dissidia, ut uel in ipsis ecclesiis, & præcipue in synaxi manifestarentur. Ideo uniuersam hanc eorum insolentiam hoc in loco complectitur, dum ait: *Conuenientibus ergo uobis in unum &c.* Et hoc ex parte credebatur, sapienter id quidem. Plerunq; enim ij qui aliorum errata & peccata deferunt, ea exaggerare, & de suo aliquid addere solent, maliuolentia quidem non pauci: immodico etiā fortè zelo aliqui. Cur autem fuerit ad credendum adductus, ad Dei prouidentiam aspiciens, declarat.

Nam oportet hæreses esse. Græcè dicitur, in uobis. Ista autem necessitas, non est simpliciter et nudè intelligenda, sed supponenda est ex diuina permissione. Posita enim eorum inclinatione, & deliberata uoluntate, Deiq; obstitere nolentis permissione, iam huius effectus absoluta necessitas consequitur. Neque propterea qui iniquè agunt, quicq; tranquillum ecclesiæ statum labefactare non metuunt, excusantur: quia & sponte faciunt, & antea in eorum erat potestate positū ne facerent. Nec est inculpandus Deus qui permittit, cum illius non sit rerum ordinem & naturas uiolare. Et quodcunq; ipse malum euenire statuit, ob aliquod bonum permittit q; sapientissimè & clementissimè. Omnes enim (teste B. Augustino) inimici ecclesiæ, quocunq; excoecentur errore, uel malitia deprauentur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam. Si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam. Ut autem etiā inimici diligantur, exercent eius charitatem, siue cum eis suadibili doctrina, siue terribili agatur disciplina. Multa quippe ad fidem catholicā pertinencia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur: & ab aduersario mortis quæstio, discendi existit occasio. Quapropter multi ut ueritatem Dei uideant & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur. Utendum ergo sapienter istius diuinæ prouidentiae beneficio, non ut hæreticorum probentur errores, sed ut catholicam disciplinam aduersus illorum insidias asserentes, uigilantiores & cautiores simus, licet eos ad salutem reuocare non possimus. Multi enim qui optimè possunt scripturas dignoscere & pertractare, latebant in populo Dei, nec asserabant solutionem quæstionum, cum calumniator nullus obstaret. Ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum nobis insultant, & uel quæ ignoramus interrogant, excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Et hæc diuinæ prouidentiae tribuenda est dispositio: non quia ipsa peccatores facit, sed quia ita ordinat cū peccauerint. Unde reserit subdit rationem Apostolus, aiens.

Ut qui probati sunt manifesti fiant in uobis. In hæresibus enim qui probi sunt & à Deo probati, manifestantur cum se opponunt hæreticis, & semper præualent. Caietanus non intelligit hunc locum de hæresibus, ut sumitur à Theo-

logis: quoniam non oportebat apud eos (inquit) esse tales hæreses. At hoc est contra communem aliorum expositionem, & sensum: imò contra ipsum Apostolum manifestè, ut apparebit inferius, cum essent inter eos, qui & resurrectionem mortuorum negarent. Et ridiculum est, quòd moueatur ex uerbo græco, cum; hæresis; significet propriè sectam: quasi uerò hæreticorum non sint sectæ, & hæretici non sint (ut ita dicā) sectarij. Quem igitur significauit, quando dixit: Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita. Certè ex uocis proprietate, hæresis significat electionem, quæ alicui opinioni hæret: quæ uox frequenter, & usitato apud Catholicos loquendi more, ferme semper in malam partem sumitur. Et hoc in loco ita sumi debet, cum addat, *Ut qui probati sunt manifesti fiant,* contra ipsos scilicet hæreticos insurgendo. Et hoc est magnum bonum, quod prouidentia Dei nobis ab hæresibus procurat. Supposita enim hæreticorum malignitate, per quos sua uenena propinat Satan, & suam instruit aciem: Deus ex opposito uiros ecclesiasticos & Catholicos præparat, qui eos prodant, & ostentent, & ipsorum perniciosam doctrinam gloriose producant, & ostentui ponant. Melius est enim manifestari hæreticos quàm latere: quoniam magis dum latent officiant. Sed hæc omnia in hac nostra ætate mirificè licet agnoscere.

Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non est Dominicam cœnam manducare, uidelicet sectas habendo, acibi fouendo, contra Dominicæ cœnæ rationē, quæ præcipue unitatem exigit cordiū in CHRISTO. Declarat autem istas illorum diuisiones, quas credibile est uenisse propter hæreses.

Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandū, id est, quilibet sine altero præoccupans uult manducare, non idem sentiētes. Et quoniam etiam ditiores afferebant lautiores atq; abundantiores pro seipsis epulas, idèd ait.

Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Hinc accipitur, qui olim cōmunicabant, uolentes cœnam Dominicam repræsentare ex illa deuotione, uerè cœnabant, & non sumebant Eucharistiam ieiuni. Hinc efferuntur hæretici, & uituperant traditiones ecclesiasticas quasi nouas, postquam nostro tempore minimè ita fiat. Quasi uerò Apostolus laudet illum morem, quem acerrimè reprehendit, ut ex quo multa inconuenientia sequerentur. Utinam æqui arbitri iudicent quid sit melius. Vtrū miscere cœnam cum cœna: & prius corpori quàm animæ satisfacere; An uerò prius sumere cibum animæ et salutis, & auferre istas occasiones ad confusionē & præsumptionem aptas. Nec enim omnium quæ fecit Dominus etiā nobis in exemplum exhibuit. Alioquin et circūcidi deberemus, et quadraginta dies absq; ullo penitus cibo transigere, & mortuos suscitare, et infinita miracula edere. Cœnam ergo illam fecit Dñs, ut impleret quæ legis erant, & nunc antiquata sunt. Error igitur esset & peccatum, si nos uellemus simili modo ante sacrificium, & esum ueri Agni cœlestis, agnā ueterem

A. B.

Antiquus mos conueniendi ad Eucharistiam.

Antiquus mos conueniendi ad Eucharistiam.

carnis māducāre, aut quicquā illius loco. Quin ea consuetudo parū admodum durauit, & ut ex uerbis B. Augustini colligere perspicuē licet, ab ipsismet Apostolis fuit emendata, cuius tempore nulla penitus ecclesia communicabat nō ieiuna, sed eius uerba audiamus, qui postq̄ liquidō in euangelio patēre ait, Discipulos corpus & sanguinem Domini non accepisse ieiunos, subiūxit dicitō contrā nouos istos sapientes. Nunquid tamē propterea (inquit) calumniandum est uniuersae ecclesiae, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicū corpus intraret, quā ceteri cibi. Nam ideō per uniuersum orbē mos iste seruetur. Neq̄ enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendū accedere debent; aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Nāq̄ Saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimū uoluit hoc insigere cordibus & memoriæ Discipulorum, à quibus ad passionē digressurus erat. Et ideō non precepit, quo deinceps ordine sumeret, ut Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, serua- ret hunc locum. hęc ille. Ecce ipsemet Aposto- lus incipit illum morem reprehendere, aiens.

B. Aug. ad. Ianu. lib. 1.

*Nunquid domos non habetis ad manducandum. & bibendum? scilicet, ut ibi possitis carnalibus epulis ex- pleri? Aut ecclesiam Dei contemnitis?* Ecclesia con- temnitur, quando unitas non diligitur: & cū alijs alij se se præfert, & quasi se eo facto ab alijs se- gre gat. Et confunditis eos qui non habent: Confunduntur enim ista comparatione obiecta. Nam pauper iuxta diuitem positus confunditur, idest, pūdo- re magno ob penuriam afficitur.

*Quid dicam uobis? Laudabo uos? etc.* ac si dicat, Quā- quam laudem uos in multis, in hoc tamen lauda- re non possum. Ego enim accepi à Domino & c. ac si dixerit, Non fictum est hoc à me, sed Dominus mihi hoc reuelauit. Quoniam Dominus IESVS in qua nocte, uocat noctem, tempus illud quādo Do- minus egit mysterium: quoniam erat uespera, & dies inclinabat in noctem, tradebatur: quia tunc ual- dē meditatus est exequutioni mandandam eius prodicionem Iudas: & ab eo tunc re ipsa aposta- tauit. *Accipite panem, scilicet communem panē, & azymum, cum iam dies essent azymorū, con- tra Græcorū opinionem. Et gratias agens, idest, cum egisset gratias. Ita enim græci sermonis uis exprimitur. Et ideō si nolimus proteruire, iā Do- minus sacrificasse in cœna, ut ex hoc periclite- tur quod scriptum est: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. Fregit, & dixit: Accipite & manducate. Erat ergo iam consecratus panis, & de eo dixit: Accipite & comedite, & non de pane communi, qui iam ulterius nō erat: & spiritualem acceptionem & comestionem po- tius (quæ fide fiebat) illis uerbis significabat, q̄ sensibilem. Neq̄ est credibile quouis modo uo-*

luisse mutuo eos manibus suis cibum illum fan- ctū accipere, & sibi tradere illas species, sed pro- prijs manibus ipsemet IESVS communicauit eos: licet, quidam aliter putent quā inepitissimē.

*Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur. Ita, n. habetur in græcis: & hac forma etiam nūc, idest, his uerbis: Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur, Græci utūtur, & congruē quidem. Eleganter enim significatur, quod assiduē sui cor- poris fractio est in ecclesia, sicut expositum est, scilicet in sacramento. Imō tunc re ipsa, nempe in illa die, cœnæ incepit, cum desuper permissa est ad- uersarijs omnis potestas in dominum seruiendi.*

Nota hæc.

B. Lucas ait: Quod pro uobis datur, similiter in præsentia. Et de sanguine dixerunt B. Mattheus & Marcus similiter in præsentia. Qui pro uobis es- funditur, ut hoc semper fieri in ecclesia intelligen- remus cōmemorando, unde & effectus eius con- tinuus est. Erat ergo iam corpus CHRISTI, quā- do dixit illa uerba. Hoc est corpus meum. Et hoc posito & recepto, cessant infinitæ quæstio- num ambages, & pleraque absurda.

*Hoc facite in meam commemorationē. Hic dedit eis potestatem conficiendi sacrificiū, cum iussit hoc eos facere: & præceptum est ut, faciant, idest, ut sacrificent, idq̄ faciāt in sui commemorationem, in commemorationem inquam suæ mortis, ni- mirum immensi sui erga nos amoris, quē osten- dit in illa morte, ad quam pro nobis se obtulit: quæ res hoc mysterio commemoratur, ut eius sa- crificij fructus in hoc nouo sacrificio capiatur.*

Quare grauiter (ut ad Rom. iam monuimus) pec- cant, & contra Domini præceptum, sacerdotes & episcopi qui non celebrant, aut ferē nunquā celebrant, ut frustra tantum ministerium & pote- statem acceperint. Quod uerō omnes qui sacris intersunt, teneantur sacramentum accipere (ut aiunt hæretici) nimium est. Nam & ecclesiae Dei hunc morem iam à sæculis non habent: nec est præceptum CHRISTI de hoc ullum expressum. Quod enim dixit: Māducate ex hoc omnes: et, bi- bite ex hoc omnes, etsi dici potest quod ad Apo- stolos directus fuit hic sermo: attamen uolumus etiam ad omnes pertinere, ut omnes teneātur alij quando manducare, & bibere sacramentaliter, et non quoties assistunt sacris. Vel si etiam fatea- mur, quoties assistunt sacris omnes teneri ad manducandum ac bibendum, intelligendum est de manducatione & potu spirituali, non sacra- mentali. Etenim quilibet tenetur quū assistit, & celebrari uidet hoc sacrificium, & edi à sacerdo- te, fide ac desiderio, & auiditate accipere, & se membrum CHRISTI profiteri. Quod est man- ducare & bibere spiritualiter. Idq̄ satis est, do- nec loco, & tempore ab ecclesia præstituto, etiam sacramentaliter manducet.

Notent sacri- dotes qui nun- quam aut, ferē nunquam sacri- ficant.

*Similiter & calicem, uidelicet accepit, postquā cœnauit, cœnam, scilicet, agni ueteris, dicens: Hic ca- lix nouum testamentum est in meo sanguine. Calix est nouum testamentum: quia complectitur sangui- nem, in quo est nouum testamentum. Ut qui cre- diderit & potauerit ex eo, filius Dei intelligatur, & hæres*

& hæres institutus in CHRISTO. Hoc facite quo- tiescunq; biberitis in meam commemorationem. Et quæ sit commemoratio declarat. *Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, Panem hunc dixit, ut si- gnificaret cœlestem panem unū esse, de quo om- nes participamus. Et calicem bibetis, idest, sangui- nem qui continetur in calice. Non enim bibitur calix, sed quod est in calice bibitur: mortem Domi- ni annuntiabit, illud scilicet maximum beneficiū, quū dedit semetipsum in mortē pro nobis: do- nec ueniat, idest, donec in aperto se nobis ostendat in præte ac maiestate, ut fruamur pfecto gaudio.*

*Itaque quicunq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignē, reus erit corporis & sanguinis Domini. Hoc uidelicet modo reus: quia non acce- ptat pro se mortem, quam Dominus passus est pro illo: quo fit ut sit ei mortuus gratis. Et hoc est occidisse illum: ut rei constituantur. eius mor- tis, quibus gratis mortuus inuenitur. Omnes, n. occidimus eum, sed non omnes rei sumus mor- tis: sed ij soli qui eius mortem non accipiunt in salutem, sed contemnūt. Hi, inquam, sunt rei cor- poris & sanguinis IESV: quia mortuum frustra, & illum frustra fudisse sanguinem suum uolunt: quem ipsi satis effuderunt, cum pro illis effusus fuerit. Iure igitur qui sic contemnit CHRISTI mortem, eius mortis fit reus. Contemnit autem ille qui indignē sumit: ideō ait.*

Caietanus.

*Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hinc accipit Caietanus, quod non tenetur quis confiteri peccata sua ante Eucharis- tiæ susceptionem, etiam conscius sibi de pecca- to mortali. Satis est enim, inquit, probare seipsum, quod exigit Apostolus. Probat autem seipsum satis, quem peccati poenitet, & cōteritur. Hoc do- gma tanquā nouum, atq; admodum pernicio- sum multi merito reiecerunt. Ego uerō hac de re in Annotationibus ad hominem latius scripsi. Nunc ad rem, illud solum commemoro, id com- menti uel ex hoc isto loco reprobari: Quoniam tunc uerē probat seipsum homo, quādo ea facit, ex quibus probatus redditur. Nemo autem in mortali peccato existēs potest iudicare seipsum, & esse mediator inter se & Deum: quæ res perti- net ad probationē. Et uerē male contritus osten- ditur, qui cum potest habere Dei iudicium per sa- cerdotem, suo seipsum iudicio probat, si hoc ta- men sit probare. Nam quemadmodum si cui dice- retur, ut omnia ea faceret quæ ad probandū au- rum requirerentur, non satis ei esset si solo pro- barer aspectu, aut tactu, aut pondere, sed opus insuper esset incude & igne, & si quis alius probādi modus uel per se, uel per alium exigere- tur: Ita in re proposita, ut sit quis probatus, requira- tur & confessio, & sacramentalis absolutio.*

Quo pacto quis probet seipsum

Quinā indignē Eucharistiæ sa- cramentum su- mant.

Et uana est illa distinctio, qua aiunt posse qui- dem hominem sumere dignē, et similiter indignē: & tertio, nec dignē nec indignē. Et huiusmodi esse illum qui se per seipsum sic probat suo iudicio. Nouitium est enim commentum hoc, inuenire scilicet medium in proposito inter dignum & in- dignum. Equidem dari medium nō arbitror, sed

eum dignū esse puto, quicunq; non sit indignus. Nec ab Apostolo expectare fas est, ut uelut ad re- uanam inuitare hominem: ita ut legitime proba- tus, & iuxta ipsius præceptum accedens, possit non recipere gratiam. Dominus enim dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sangui- nem, in me manet, & ego in illo. Modo B. Paulus exigit, ut probet se homo. Potest ergo probare ne indignē accipiat, ac propterea dignē.

104. 6.

Sed extiterunt aliqui, quibus dum uideretur posse hominē (si hic locus ad eū sensum intellige- retur) de sua præsentia gratia certiore fieri, hūc sensum admittere recusarūt. Si enim potest quis probare seipsum, ita ut inueniat se dignum: pote- rit ergo scire in se CHRISTVM inhabitare. Quasi uerō id Apostolus non alibi prædicet, & ipse Do- minus. Sed de hac re aliās scripsi. Volo tamen ut lector nouerit, Caietanū in eadē pagina hūc si- bi ipsi aduersantē, qui ad illa uerba. Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc & c. in hunc modum scripsit. Declarat aliam particulam uerborum Domini, scilicet, manducate, & bibite. Declarat autem distinguendo duplicem manducandi et bi- bēdi modum, uidelicet dignē, uel indignē. Et hinc sumūt Theologi distinctionem illam de mandu- catione, seu bibitione sacramentali, uel spirituali. Et uerē hinc habetur quod aliqui manducant, & bibunt sacramentaliter tantum, quos Paulus ap- pellat manducare uel bibere indignē. Aliqui uerō sumunt sacramentaliter & spiritualiter, qui hūc appellātur manducantes, seu bibētes dignē. Hęc ille, aduersus quem hoc inde dilemma colligitur. Quilibet qui sumit Eucharistiam, Aut sacra men- taliter tantum manducat: Aut etiam spiritualiter. Quæro igitur de isto qui nō indignē. Si dicis, Sa- cramentaliter tantum manducat: ergo indignē (ut ipsemet confiteris) quod est tamen contra posi- tum. Aut etiā spiritualiter: ergo dignē, quod in- fringit tuammet doctrinam, quā paulo post tra- dis Caietane. Et reuera sic accidit ijs qui per an- fractus discurrentes, à recta decedunt.

In Caietanum.

*Qui enim manducat & bibit indignē, iudiciū sibi man- ducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quidnā est iudicium sibi manducare ac bibere, nisi dama- nationem æternam? Et hoc quamobrem, nisi quia qui ita manducat & bibit, non diiudicat corpus Domini? Et quid est non diiudicare cor- pus Domini, nisi nescire quid sit illud corpus, quod sumitur in sacramento, & quid significet? Significat autem unionem per fidem & charita- tem in illum, quam in illo mysterio protestamur. Quæ res cum deprehendatur non esse in sumen- te, quid aliud est quā mentiri Deo, & rem Dei, omni tamen ueneratione dignam, contemnere?*

*Idē inter uos multi infirmi, non acquirentes scien- tiam. Et imbecilles, non potentes resistere tentatio- nibus: Et dormiunt multi, somno negligentiae. Aut (quod peius est) somno mortali culpæ soporife- ræ. Quod est ualdē notādum: quoniam acceden- tes, & tractantes hoc sacramentum indignē, ta- les fiunt. Sed econuerso. accidit his qui dignē.*

R ij Utinam



Vtinam hodie nō hęc nimis uera essent. Nō me latet hunc locum exponi ab alijs de infirmitatibus corporis, & de somno mortis: quibus non obſio. Nunc saltem ſpiritualiter uerissimum est quod dico, & uehementer dolendum.

Quod si nosmetipsos diiudicemus, nō utiq; iudicemur. Sed quis ad seipsum iudicandū idoneus? Est quoddam iudicium autoritatis, de quo mentionē superius fecit Apostolus. Qui me iudicat Dominus est, quod est solius Dei. Hic uerō locus pertinet ad iudicium, quod discussionis uocant: quasi diceret. Si quis bene et diligenter conscientiam suā discerneret, & semetipsum uerē accusando, iudicandoq; dignum morte confiteretur, & tamen imploraret misericordiam: hic certē non iudicaretur. Mihi non displicet ita exponere Apostolum, ut loquatur de iudicio quod est per mutuam confessionem inuicem: non ut quisq; se metipsum iudicet, sed alter ab altero. Et hoc est nosmetipsos iudicare. Alioqui quo pacto (quæso) Deus dignatur agnoscere? Peccata siue parua, siue magna, impunita esse nō possunt: quia aut homine poenitente, aut Deo iudicāte plectuntur. Cefat autem uindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. Amat enim Deus poenitentibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare. Quod si faceremus, non utiq; iudicemur. Effugeremus. n. diuinum iudicium, iudicati iam prius per nosmetipsos: quod declarat etiam amplius. Dum diiudicamur enim, scilicet inuicem, à Domino corripimur, cuius uicē tenet in ecclesia sacerdos, qui iudicat absoluens, atq; imponēs satisfactionis poenam: Ne cum hoc mundo damnemur. Mundum uocat mundanos homines, idest, mundi amantes, quos manet extremum iudicium, cui referuntur. Sancti autem & probi uiri hīc in mundo ferunt iudicium Domini. Et sic incipit (ut testatur Apostolorum Princeps) à domo Dei iudicium.

Itaq; fratres mei cum conuenitis ad manducandum etc. ut non in iudicium conueniatis, uidelicet, manducantes indignē fracto inter uos charitatis uinculo.

Cetera autem cum uenero disponam. Quænam sint hęc cetera, non aperit. Et hoc contra recentiores nostræ ætatis sapientes, qui uolūt omnia quę fecerunt Apostoli esse mādāta literis, & non potius multa abſq; scripto, & quasi per manus nobis tradita, quæ etiā necesse est custodiri, & obseruari ab ecclesia, quōm longissima consuetudine firmata sunt.

## CAP. XII.

**D**E SPIRITUALIBVS AVTEM, nolo uos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum uobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema IESV. Et nemo potest dicere, Dominus IESVS: nisi in Spiritu sancto. Diuisiones uerō gratiarum sunt: idem autem

Spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem uerō Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ, secundum eundem Spiritum. Alteri fides in eodem Spiritu. Alii gratia sanitarum, in uno Spiritu. Alii operatio uirtutum: alii prophetia: alii discretio spirituum: alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur unus atq; idem Spiritus, diuidens singulis prout uult.

**D**E spiritualibus etc. Hīc nona pars, ubi loquitur quatenus utendum sit spiritualibus donis, quæ tunc maxime apparebant, ut linguis loqui, prophetare, & huiusmodi: quoniam circa hęc etiam plurimū errabant, sicut peruium est errare imperitis, & qui non sunt rectē ab ijs instructi, qui Spiritus canones tenent, & qui non ad prudentiam carnalium hominum ducuntur: ait ergo.

Nolo uos ignorare fratres, idest, non permittam hanc in uobis ignorantiam, unde error perniciosus contra unitatem ecclesiæ manat, quæ cum maxima diligentia sacra texta seruari debet. Scitis autem, quoniam cum gentes essetis etc. Latini codices non habent perfectam constructionem, sicut habet græca lectio in hūc modum. Scitis, quod gentes eratis ad simulachra muta, ut ducebamini, abducti. Non ab re uerō primo loco eorū statum & uia commemorat, cū essent gentes, quæ ibant ad simulachra muta non suo proprio spiritu impulsī, sed ut ducebantur, uidelicet, à sacerdotibus & maioribus, & ab impulsu diaboli interiore. Voluit autem significare, quemadmodum olim erat eis spiritus malus in malum impellens: ita nunc datum esse eis nouum & bonum Spiritum Dei impellentem in bonum. Quod ut cognoscerent, & ualerent iudicare, primò statuit fundamentum solidum, & ait.

Ideo notum uobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema IESVM. Anathema autem significat quid sepositum & segregatum, tāquā execrabile. Frequentius enim in malam partem: & in hanc significationem hoc in loco sumitur. Et nemo potest dicere dominū IESVM: sic habet græca lectio, melius q̄ latina, quæ dicit. Nemo potest dicere, Dominus IESVS. Potest enim uel diabolus ipse dicere materialiter hęc uerba: & possunt à quolibet proferri, & nunc etiam à multis inimicis crucis CHRISTI proferuntur, idq; crebrō repetita. Sed reuera non est aliquid enunciare, sic dicendo. Dicere enim Dominus IESVS, cuiuslibet est linguam habentis: quia neq; affirmatio est, neq; negatio. Sed dicere Dominū IESVM, idest, dicere quod IESVS est Dominus (quoniam hoc uerum est, nec sciri ualet, nisi reuelatione) ideo nō potest consingere, nisi in Spiritu sancto.

Et aduerte

Dicere, quid proprie significet.

Et aduerte quod hīc dicere: intelligitur, non cum quis solo uerbo externo profert, sed interno, dum mente approbat quod dicit, tāquā uerum. Nam hoc est proprie dicere, ut quidam Iurisconsultus eleganter docet. Non enim uerē quis censetur illud dicere, quod mente prius non cogitauerit, & ut uerum approbauerit. Naturaliter nanq; interpret cordis est lingua. Ecce Spiritus sanctus non potest male testari de Domino, q̄ sit Anathema, quippe qui est Spiritus ueritatis: Et (quod maius est) nullus spiritus potest impellere ad hanc confessionem, quod Dominus est IESVS, nisi Spiritus sanctus, ut intelligas humanam intelligentiā, aut sapientiā ad hoc non se extendere.

Verum occurrit hīc dubiū, cum Diaboli conspirent illum Dominum, ut nemo debet dubitare. Nunquid ergo in Spiritu sancto etiam illi? Potest hoc quidem concedi: quoniam omnis ueritas à quocunq; dicatur, à Spiritu sancto est. Et nihilosecius dici potest, quod dicere Dominum IESVM, etiam probando sic esse, dupliciter potest contingere. Vno modo sola probatione intellectus: quod faciūt dæmones. Altero uerō modo etiam uoluntate probante, idest, cum reuerentia & summissione: hoc autē ipsi facere non possunt. Et hoc tamen est planē & perfectē dicere IESVM Dominum. Et sic intelligi oportet (ni uehementer fallor) hoc in loco.

Diuisiones autem gratiarum sunt, sed idem Spiritus qui donat. Hanc doctrinam inducit Apostolus uolens occasionem schismatum, & sectarū radices euellere, ut quilibet contentus sit dono & sorte sua: ideo ait. Diuisiones gratiarum, siue donorum sunt, ac si dixerit. Non omnia data sunt omnibus. Vnus enim solus fuit, cui non est datus Spiritus ad mensurā. Et unus Spiritus inuenitur largitor gratiarum. Si enim diuersi essent donatores, posset iusta esse causa sectarū, ut quisq; pro suo, autore doni amularetur. Et diuisiones ministeriorum sunt. Verē plura sunt ministeria in ecclesia, ut ministerium uerbi, prædicationis, & uarię dispensationis sacramentorū. Et tamen idē est Dominus, cuius imperio hęc ministrantur. Et diuisiones operationum sunt. Vox græca significat efficaciam quandam in operatione, quam Deus concedit nonnullis, qui incubunt spiritualibus exercitijs, idem uerō Deus. Vide hic quomodo quem appellauit Spiritum, eundem & Dominum uocat & Deum, qui operatur omnia in omnibus, non in singulis omnia, sed in omnibus: quia totum corpus ecclesię habet omnia. Membra autem pro suo capite atq; officio. Vnicuiq; autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatē. Sunt spiritualia dona, quæ peculiariter serui et ancillę Dei habent, ut sibi habeāt, non ut manifestent, qui in corde dicunt: Secretū meum mihi. Et sunt alia quæ Deus uult etiā manifestari ad utilitatē ecclesię: propter quod dixit.

Vnicuiq; datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Et hoc exemplis ostendens, subdit. Alij quidē per Spiritum datur sermo sapientię &c. Differt à sapientia, scientiā: quia sapientiā uersatur in notitiā causarum, & diuinorum, Scientiā uerō est eorū: quæ

educuntur ex illis. Alteri fides in eodem Spiritu. Non loquitur de fide, quæ est omnibus cōmunis, quæ habet obiectū quodcunq; reuelatum est in ecclesia, sed loquitur de fide quadā practica, qualis fuit illa Petri, quando succinxit se, & ambulauit supra mare: quæ quidem fides est, præcipuē sanctorum, & propter huiusmodi sūt miracula.

Alij gratia sanitarum, siue dona sanationum: peruius est sensus. Alij operatio uirtutum, aut potius efficaces operationes potentiarum. Alij discretiones spirituum. Hoc magnum est donum, quod inspirationes cœlestes ab infernis dignoscuntur. Alij uerō interpretatio sermonū. Græcè linguarum, ut distinguatur donum loquendū à dono interpretandi. Loquebantur, n. etiam non intelligētes quæ loquerentur: & illud Angelorū ministerio fiebat, Nam & possessi à dæmonibus sæpē ita faciunt.

Hęc autem omnia operatur unus et idem Spiritus, diuidens singulis prout uult. Ne putares Spiritum sanctum alligari meritis nostris ad hanc donorum & gratiarum distributionem, dixit. Diuidens singulis. Græcè priuatim aut particulariter, unicuique prout uult: ut nulla alia exquirenda sit ratio, nisi benigna eius uoluntas, cur illi donet illud, & non alij: quia ipse Dominus est. Satis esse nobis debet, quod neminem (nisi qui nolit) excludit ab aliquo dono Deus ad salutē idoneo. Vnde in parabola: An non licet mihi quod uolo facere? scz de meo. An oculus tuus est nequā, quia ego bonus sum? Quod ergo non tibi, sed alij hoc donet: illius uoluntas pro ratione est. Quod uerō non omnibus omnia: Ecce rationem efficacem affert à similitudine corporis humani, in quo inæqualitas pulchritudinem parit admirabilem.

Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis, cum sint multa, unū tamen corpus sunt: ita & CHRISTVS. Etenim in unō Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in unō Spiritu potati sumus. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, nō sum de corpore: non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus. Nunc autem posuit Deus membra unumquodq; eorū in corpore, sicut uoluit. Quod si essent omnia unū membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidē membra, unum autem corpus. Non potest autē dicere oculus manui: Opera tua nō indigeo. Aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarii. Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, iis honorem

R iij abundan-

abundantiorem circumdamus. Et quæ in honesta sunt nostra, abundantiosem honestatem habent. Honestam autem nostram, nullius egent: Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiosem tribuendo honorem, ut non sit schisma in corpore: sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus CHRISTI, & membra de membro.

*Sicut enim corpus unum etc.* Hoc magis consideratione, quam explanatione dignum est. Si. n. consideraretur, non erraretur in multis: nec esset in ecclesia confusio, neque tanta facilitate nascerentur schismata. *Omnia autem membra corporis cum sint multa unum tamen corpus sunt: ita et CHRISTVS.* id est, ita est CHRISTVS mysticus, scilicet unum corpus, & multa membra. Quo in loco notandum diligenter, si uniuersa ecclesia consideretur seorsum à CHRISTO, & eius respectu, corpus eius dicitur, sicut corpus dicitur respectu capitis. Si autem cum ipso CHRISTO capite consideratur ecclesia, illud totum corpus cum CHRISTO, etiam dicitur CHRISTVS: quia CHRISTVS nobiliorem partem totius corporis tenet. Totum enim à nobiliore parte denominatur. Nam & qui Paulum dicit, omnes eius partes, ex quibus conficitur, dicit: quæ tamen nulla est Paulus. Ita est CHRISTVS mysticus, qui constat ex capite, qui est ipsemet CHRISTVS Dei Filius & VIRGINIS, & ex ipsius membris, qui sumus nos. At ne uideretur aliquid fictum & nouum, declarat quo pacto hæc unio fiat membrorum cum capite, & ait.

*Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus.* Sicut enim unum corpus uno spiritu unum est, & uiuit (quia spiritus uitæ colligat inuicem cuncta membra) ita & CHRISTVS hoc mysticum corpus per unum spiritum conflatur, quo unitur & uiuit. Et hoc quia sit in baptismo, ideo sequitur. Baptizati sumus in unum corpus, cum unus sit Spiritus. Sic enim intramus omnes in CHRISTVM, & nascimur. *Siue Iudei, siue Gentiles; siue serui, siue liberi.* Ponit hæc duo diuersa genera, in quibus maxime discrepantia uidebatur, ne possent coire in unum. Primum propter legem Moyses, quæ diuidit Iudeos à Gentibus. Secundum propter legem mundi, quæ separat à seruis liberos. Sed CHRISTI lex quæ est charitas, coniungit omnia: & omnibus legibus superior existens, debet præhonorari. *Et omnes uno Spiritu potati sumus,* id est, eandem doctrinam imbibimus, quæ est cibus & potus animæ.

Ex hoc loco grauis exoritur questio, Videtur enim Apostolus non admittere inter CHRISTI membra, nisi eos solos qui nati sunt per baptismum, accipientes ibi Spiritum regenerationis, si modo eodem Spiritu potentur. Qui igitur mortali delicto tenentur, non sunt membra CHRISTI, nec

pertinent ad corpus eius. Si autem non sunt membra CHRISTI, non pertinent ergo ad illos hæc dona Spiritus, ut uideatur sentire, imò & docere Apostolus, ut etiam Caietanus notat. Quod si ita est: Pastor ergo malus, non erit pastor. Et ita dona alia, quæ gratis data uocantur, non autem gratum facientia, non poterunt conuenire cum peccato: quod est contra theologiam scholasticorum, imò & sanctorum Patrum.

Nos igitur hoc in loco breuitati (more nostro) studentes, Dicimus quencumque natum ex Spiritu, siue re ipsa baptizatus sit, siue ex uoto baptismi quouis modo renatus ex Spiritu, membrum esse CHRISTI: quia per Spiritum unicus est illi. Si uero ad baptismum fide accedat non habens fidem, tunc non potest dici CHRISTI membrum proprie: quia spiritus fidei quo uiuitur, non est in illo: solummodo obtinet characterem. Non tamen propterea credibile est pertinere ad corpus CHRISTI tamquam membrum, ita ut illi donec Deus aliquod spirituale bonum ad utilitatem ecclesiæ. Si autem iam incorporatus CHRISTO per fidem & Spiritum Dei, delinquat, et mortali peccato contaminetur, nondum tamen desinit esse CHRISTI membrum, licet spiritus charitatis non sit in eo. Nec est incongruum si habeat ministerium aliquod in ecclesia, quamdiu fidem non negauerit: nec est incapax aliquorum spiritualium donorum, etsi interim ipse non sit particeps potus spiritualis. Qui si omnino fidem amittat, non arbitror posse illum dici membrum CHRISTI, & consequenter nec censeri prælatus uerè potest, nec pastor.

*Nam et corpus non est unum membrum, sed multa.* De corpore organico loquitur, quod propter diuersa, quorum indiget, officia, habet etiam membra plura & diuersa, quibus utitur ut prospiciat sibi, & unum membrum indiget alio. *Si dixerit pes, Quonia non sum manus etc.* Solatur minores & infirmos, ne uelint se extra corpus CHRISTI ob id existimare, quod eis non sit datum aliquid nobilioris muneris. *Si dixerit auris, Quonia non sum oculus etc.* Per aurem auditores, per oculos doctores intellige. *Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus?* Cui sint hæc necessaria.

*Nunc autem posuit Deus membra etc.* Ait, *Nunc autem,* id est, in tempore nouæ gratiæ: aut est tropus loquendi. Nunc autem, pro eo ac si dixerit, Hoc iam constituto, necessaria esse uaria membra propter uarios actus necessarios, non sit tibi questio, quare fecit hoc membrum aurem potius quam oculum: quia hic sola uoluntas est pro ratione, aliàs nunquam quiesceres. Si enim & illud quod rogas, fecisset; eadē semper reuolueretur questio, Nec dicas, Melius esset omnia membra idem esse, & idem posse: Respondet enim. *Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus?* uidelicet, organicum, quod ad rerum decorem, qui membrorum uarietate resultat, desideratur. *Nunc autem,* uidelicet, constituendum est iam hoc ut bonum. *Multa quidem membra, unum autem corpus,* esse scilicet oportuit, ut sibi inuicem seruirent.

Nos

*Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo.* Mirabiliter loquitur Apostolus, & ad magnam persuasionem. Per oculus quidem, contempnariuos: & per manum, actiuos describit, duo uitæ genera. Et per caput Præsidentes; et per pedes, subditos & exequentes, duo alia genera. *Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora.* Vocat infirmiora minus actiua, quibus minus utimur, & magis patiuntur recipiendo, ut ueter & huiusmodi. Quidam Ethnicus apud Liuium cõparauit uentri Partitios Romanos. *Et quæ putamus ignobiliora etc.* quia ornata illa putamus indigere, ut honorentur. *Et quæ inhonesta sunt nostri abundantiosem honestatem habet.* Quoniam operiuntur ut pudenda, & magna etiam diligentia: sed nunc turpissimè & inhonestissimè. Quæ enim occultauit natura ut turpia, homo infœlix arte ostendat ad impudicitiam, ita ut Paganilongè honestius uestiant, quàm nostri. Et nedum milites hæc in parte peccant, & omnes pmiscuè artifices, & ipsi pueri: sed (quod detestandum est) & qui ecclesiasticas dignitates usurpant, & animarum curam habent: quos non pudet uel caligis ita conscissis, ita minutis & tenuissimis undique intextis partibus ad pudenda uti, ut uitiorum se illecebris, & cupiditatum lenocinis dedidisse iudicari possint. Sed me pudet horum meminisse: eos utinam meretriciam quasi disciplinam puderet profiteri. *Honestam autem nostram nullius egent.* Talia honoris ornamenta non requirunt: quin potius honorem natium, suamque dignitatem ingenuam amitterent. Satis enim ex se decora sunt. Et hæc ait, ut similiter fiat in corpore mystico optimè suis partibus constituto, ne ullum membrum ab alio membro despiciatur.

*Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiosem tribuendo honorem, ut non sit schisma in corpore.* Vide quo pacto euitetur schisma in corpore. Si membra inuicem se honorent: & quæ magis infirma sunt, etiam magis quodam modo honorentur, ut quæ sunt nobiliora etiam pro illis sollicitetur: unde ait. *Sed in idipsum,* id est, in unum finem, in gloriam & honorem Dei in CHRISTVM, ut cõseruetur unio. *Pro se inuicem sollicita sint membra,* ad conseruationem totius corporis, & singulorum membrorum. *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra etc.* O sancta Charitas, quæ id agit in corpore CHRISTI mystico, quod uidemus Deum in naturali corpore constituisse. In hoc enim cognoscimus, an uerè bona membra simus, si miseremur compatientes de miseria fratrum, si gaudeamus congaudentes de eorum bono, quasi nostro. Qui enim amat, nihil est in corpore quod non habeat. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo. Tollam & ego inuidiam, & meum est quod habes. Liuor separat, charitas iungit. Nunquid sibi soli uidet oculus? Et manui uidet & pedi, & ceteris membris omnibus. Habemus Spiritum sanctum si amamus ecclesiam: quæ amamus, si in eius cõpage & charitate cõstitimus: ait ergo.

*Vos autem estis corpus CHRISTI, & membra de membro.* Voluit hac exhortatione dicere, debere illos inter se sic statuere, quasi essent unum corpus CHRI

STI, & multa membra: licet uerè non essent totum corpus, & omnia membra, sed ex parte. Voluit enim instruere particulares ecclesias, quæ se debent habere ad modum unius perfecti corporis, iuxta respectus ad inuicem. Si legatur; & membra de membro, intellige ex uno illo eximio membro, quod est ipse CHRISTVS, omnes nos alios, qui illi nomen dedimus, intelligi debere.

Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, Primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde Virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes Virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorē uiam uobis demonstro.

*Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primū Apostolos.* Ideo ait; primū Apostolos: quia ipsi fuerunt electi ad promulgandum euangelium, & plā tandem fidem. *Deinde Prophetas,* quos puro esse interpretes scripturarum, & concionatores ecclesiasticos. *Tertio Doctores* qui in scholis docent. *Vt agnoscamus longè nobilior esse prophetare,* id est, ædificare populos interpretando scripturas, quæ docere in scholis. Hoc quidam Magistri in quibusdā regionibus non obseruant, sed abundantiosem sibi honorem & gloriam obuenerunt putant, si doceant logicam, aut philosophiam, & totū ætatis cursum in huiusmodi disciplinarum inuolutis quæstionibus conterant. *Deinde uirtutes,* hi sunt qui faciunt signa & prodigia. *Exinde gratias curationum:* quoniam curabant & sanabant infirmos. *Opitulationes.* Sūt & hæc dona, quibus cum quadam peculiari ostensione aliqui sunt præditi, ut adiuuent & opulentur cum magna promptitudine, infirmis subuenientes multis modis. *Subinde Gubernationes.* Hoc ad Præpositos uidetur pertinere, qui præsumt alijs, & gubernant: tametsi Caietanus ad ministros trahat temporalium bonorum, & septem Diaconos primos ad hoc ordinatos fuisse existimet, ut non fuerint uerè Diaconi ad altaris ministerium ordinati. Quod est contra sensum ecclesiæ, & traditiones maiorū. Licet nescio quid quod est apocryphum, quasi in sexta synodo tractatū, quidam accipiant, ut hoc inopinabile tucantur. *Genera linguarum.* Quibus loquebantur etiā ipsi Apostoli Dei, quæ fuerunt in prima euangelij prædicatione necessaria, ne obsermonis imperitiā impediretur uerbū Crucis. Hoc uerò donum ultimo loco ponit, ut Corinthij illius auidi intelligerent non esse illud maximum, quod tamen ipsi maximum putabant, Gloriantur enim aliqui, delectati illa uarietate linguarū, quæ nescio quid plausibile, præsertim apud Græcos, habere uidebatur. Sed absque charitate nihil

Nota de corpore CHRISTI mystico et membris eius.

Sine fide non est ullus membrum CHRISTI.

Attende si hoc experiaris in te lector.

Notandum.

hil proderat. In græcis desideratur quod adiectum est in latinis. *Interpretationes sermonum*. Quid autem sit interpretari, dicitur est paulo inferius.

*Nunquid omnes Apostoli: Nunquid omnes prophetae etc.* Hic manifeste concludit Apostolus ex dato exemplo congruentissimo, non omnia dona esse omnium. Neque (ut ait quidam) omnia possumus omnes. Et hoc totum diligenter considerare, ad sedandas dissensiones in ecclesia, & ad tollendam inter Christianos schismata plurimum confert. Nam si omnes haberent hæc omnia, iam non essent quibus hæc officia seruirent. Ideo pulchrum & necessarium est ut habeant alij, quod non habent alij: & alij rursum alia. Quatenus unusquisque quod ipse habet, cæteris non habentibus ministret, ut sit longè arctius in corpore mystico charitatis uinculū, dum unumquodque membrum alterius membri necessariam sibi considerat amicitiam.

*Æmulamini autem charismata meliora.* Hic decima pars sequitur, ubi exposita doctrina de dispositione Dei circa dona spiritualia, instruit quæ dona quis, ut ea habeat, magis debeat emulari, hoc est, emulatione quadam conquirere ut possideat. Verum hoc in loco sese ingerit quæstio. Si enim Deus ipse Spiritus distribuit prout uult dona hæc, quō emulatione possunt obtineri? Præterea. Nunquid non est improbrum ambire Apostolatam, aut prælaturam? Respondemus primum, nō loqui Apostolum de ministerijs huiusmodi, sed de donis quæ possunt absque peccato sancta quadam emulatione ambiri, ut gratia interpretandi scripturas, uel linguarum donum. Et licet Deus ipse partiatur dona quædam pro uoluntate, nihil tamen obstat quin possint quædam oratione & pñs studijs impetrari.

Sed audiamus ipsum Apostolum. Primò quidem in genere dicit emulanda esse meliora. Secundo, quod optimum est ostendit, & illud sectandū esse. Non enim quia suo arbitratu Deus dona distribuit, ideo prohibet ea expeti, & quodam pio desiderio ambiri ac postulari. Nā & illis uult magis ea tribuere (licet non cogatur) qui maiori se affectu præparant, & petunt instatius. Hoc autem animaduertentes discipuli rogarunt: Adauge nobis fidem. Et Spiritus sanctus adueniens inuenit Apostolos congregatos, expectantes atque petentes superna & cælestia dona. Non autem oportet turbari hominē si petat huiusmodi charismata, nō tamē accipiat. Considerare potius debet nō esse utile uel sibi, uel ecclesiæ: & Deum in ijs non cogi orationibus, sicut cogitur dare alia quæ sunt ad salutem necessaria: quia se daturū sua ipsius bonitate promissit, si petantur.

*Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro,* id est, ad cælum promerendum hæc uia est omnibus excellentior: quam non solum possumus, uerum etiam debemus (quoad fieri potest) per omnem expetendi & efflagitandi conatum emulari. Nam uel hæc una satis: sine hac autem nulla sufficit ad salutem. Et quænam sit hæc præstatio uia mox ostendet, nempe charitas, quæ supereminētissimum locum in omnibus scripturis ob-

tinet. Non ad eam aspirāt nisi boni, hanc nobiscum non communicant mali. Possunt communi care baptismum, cætera sacramenta, orationem, templorum parietes, publicos conuentus: charitatem (dum mali sunt) communicare nobiscum nō possunt. Nā qui operatur iniquitatem, an potest is habere charitatem? Quanta ergo sit charitas, ab ipsomet Apostolo audiamus, quæ si desit, frustra habetur cætera: si adsit, rectè habetur omnia.

## CAP. XIII.

**S** I LINGUIS HOMINVM LOQUAR & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiam: & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem nō habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non inflatur: non est ambitiosa: nō querit quæ sua sunt. Non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem ueritati. Omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Charitas nūquam excidit. Siue prophetiæ euacuabuntur: siue linguæ cessabunt: siue sciētia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autē uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus: sapiebam ut paruulus: cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuauit quæ erāt paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autē manent Fides, Spes Charitas: tria hæc. Maior autem horum est charitas.

**S** I linguis hominum loquar & Angelorum. Est modus quidam loquendi etiam Angelis, quo sibi inuicem suos manifestant conceptus. Hoc enim est eorum colloquium. Et cum ille sit modus loquendi dulcissimus & facundissimus, proponitur ut optabile quiddam. Charitatem autem non habeo, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalū tinniens. Quoniam reddit sonum alieno impulsu, & sine mente & spiritu proprio, & non in sui, sed in aliorum solatium. Hoc dictum est propter eos qui æmulabantur loqui linguis, ut agnoscerent non esse quid magnum & expetendum, tantum ualdè sibi utile, præ charitate.

*Et si habuero prophetiam, et nouerim mysteria omnia, et omnem*

omnē scientiā. Dicit: scientiam: non sapientiam: quia non est sine charitate sapientia. *Et si habuero omnem fidem.* Dicit: omnem fidem, id est, perfectam fidem, totam, integram, & illam quæ est particulare donum, de quo superius actum est: ideo declarans ait, ita ut montes transferā. Audiant ergo qui sola nos fide iustificari docent, ita ut qui credāt, apud Deum mox iusti pronuntientur. At Apostolus non ita docet, sed ait: *Charitatem autem non habuero, nihil sum.* Theologicè loquitur, iuxta materiam. Nullus enim hominū est aliquid coram Deo secundum esse spirituale, nisi habeat charitatem. Deus enim charitas est.

Occurrit autem hic quæstio ex euāgelio: quoniam B. Paulus, ut quis ualeat montē uirtute fidei transferre, prægrandem ad hoc fidem uidetur requirere, cum sic loquatur. *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam.* Dominus autē ad hanc rem præstandam uidetur requirere modicam fidem, utpote ad grani sinapis magnitudinem, quemadmodū apud B. Lucam legitur. Sed non est modica fides, quæ est uelut sinapis granum, quin magna potius & perfecta. Vnde Dominus regnum cælorum grano sinapis, ob infinitā uirtutem, appositissimè comparauit.

*Et si distribuero in cibos pauperū etc.* Ecce quòd omne opus ualidum & acceptabile corā Deo, oportet esse charitate formatum. Quo fit ut non ualeamus nos ualorem operū ponderare: quandoquidem an fiant ex uera charitate plerūque nescimus. Quā tamē ut ab eius fructibus nosceremus, subdit. *Charitas patiens est.* Græcè, longanimis est. Qui enim uehementer diligit, etiam in longū patitur fortiter, & ex quo animo tolerat. Iacob propter dilectionem uisū sunt anni, in seruitio tamen durissimo, pauci. *Benigna est.* Benignus est, qui bene agit, alijs bona prouidens. *Charitas non æmulatur,* mala emulatione per inuidiam. *Charitas non agit perperā,* id est, non inconsideratè, non in compositè, non inordinatè, ne displiceat dilecto. Sola charitas est, quam mala conscientia non pungit, quia non agit perperā. Inter opprobria secura est, inter odia benefica. Inter iras placida est, inter infidias innocens, inter iniquitates gemens, in ueritate respirans. *Non inflatur.* De scientia, cuius proprium est inflare hominem. *Non est ambitiosa.* Græca uox id significat ac si dixisset. Nō est impudēter procax: & ideo bene sensum uidit interpret. Nam ambitiosi procaces sunt, & sine modestia & uerecundia insolenter petulantes.

*Non querit quæ sua sunt.* Sed quæ Dei & proximī. Querit autē quæ sua sunt, qui quæ sibi debentur, tantum prospicit & curat. Charitas primum quæ Dei sunt curat, certò sciens quòd quæ sibi debentur, curabit Dominus. Vnde ipsemet. Ego non quero gloriam meam, id est, mihi debitam, est qui querat & iudicet. Magnum profectò & certissimum charitatis signum, cum se neglecto aut posthabito, uacat homo propter Deum syncerè proximo suo. *Non irritatur.* Iniurijs, & contumelijs, & conuictijs. Sicut CHRISTVS cui in cruce pendenti insultabant & obiectabāt. Si filius Dei est, de-

scendat de cruce. Sed charitas illum cruci aprauit, & ideo non ualuit uerbis illis insigniter irritatorijs irritari. *Non cogitat malū.* Quid est non cogitat malum? Nisi quòd ibi malum non existimat, ubi illud non uidet, ne homines, & incertam eorum mentem iudicet: sed omnia interpretatur ac uertit in bonum. Nam malum de alio cogitare, nisi certò uideatur, aut probabili saltem & constanti coniectura, uel est quia non diligitur (unde facile de eo quem non diligitur, mala cogitamus, quia etiam ea uellemus) uel est quia nos mali sumus, & quod nobis consciū in nobis deprehendimus, illud idem de alijs existimamus.

*Non gaudet super iniquitate.* Si quis patiatur iniuriam dolet: nec tam uicem illius qui patitur dolet, quàm in gratiā eius qui infert iniuriam: quia id longè est deterius. *Congaudet autē ueritati.* Puto hic per ueritatem significari iustitiam, cui cōgaudet charitas, ut superiori dicto aduersetur. De iniquitate enim non gaudet: quia de illi opposito gaudet, hoc est, de iustitia, si quis nimirum puniatur de malo, aut præmiatur de bono. Letabitur enim iustus cum uiderit uindictam. Potest etiam uniuersaliter intelligi de ueritate, quæ charitate diligenda est. Dico autem de ueritate eorum quæ sunt Dei. Nam hæc ueritates maximè à charitate probantur. *Omnia suffert:* quia expectatione sceleritatis æternæ, nihil duri ferre recusat. Quid enim charitate fortius? Non quidem ad uindicandas, sed ad non curandas iniurias. Nam omnia tolerat in præsentia uitæ: quia omnia credit de futura. Et sustinet omnia quæ hic immittuntur: quia sperat omnia quæ ibi promittuntur. Quod nos legimus; *suffert;* exprimitur uerbo græco, *σέβει*, quod significat dura sufferre. Et differt à; *substinere;* Græcè, *ὑπομένει*; quo & quædam permanentia in ferendo subintelligitur. Dicit etiā *omnia credit*, uidelicet possibilia, ut possibilia: & uerissima ut talia. Credit autē, quia inducit intellectū ad credendum. Et ratione subiectæ materiæ puto loqui Apostolum de diuinis, & præsertim de diuina bonitate. Quæcunque enim in scripturis leguntur, ea omnia facile credit charitas.

*Charitas nunquā excidit.* Quomodo nō excidit charitas, cū perdat quolibet mortali peccato? Sed non est hic Apostoli sensus, qui naturam charitatis uult significare. Nam cum alia dona deficient in patria, ubi non erit fides, nec spes, ipsa tamen charitas tantum abest ut excidat, ut etiam ibi crescat, augeatur, & omnino perficiatur.

*Siue prophetiæ euacuabuntur.* In cælis nō erit opus prophetia: quia reuelata facie contemplabimur maiestatem. Prophetia autē non dicit uisionē facie ad faciē (etsi olim propheta diceretur uidens) sed continetur intra terminos uiatoris. *Siue linguæ cessabunt.* Non quòd non simus loquuturi in paradiso, sed absque linguarum dono: quia una erit omnium lingua, quam tenebunt omnes. *Siue scientia destruetur.* Loquitur de scientia quæ ex principijs fidei habetur. Tunc enim principijs melioribus existentibus destruetur illa, & eius loco melior nascetur & clarior scientia.



Ex parte enim cognoscimus, uidelicet per fidē, quæ perfectam cognitionem non gignit: quia est argumentum non apparentium. Et ex parte prophetamus. Per spiritum prophetiæ, qui addit ad notitiā fidei, non dans tamen uisionem perfectam. Cum autē uenerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Vocat esse ex parte, non quod secundum sui substantiam imperfectum est, sed quod in sui substantia quidem perfectum est, non tamen est perfectum respectu alterius cognitionis, quæ est alterius speciei, aut ordinis. Et ideò scientia & fides, quam hinc habemus de diuinis, non est futura in patria. Nam uisio succedens non erit propriè scientia, nec fides, sed aliud à fide & scientia. Fides enim ut maneat fides, ne sit uisio est necessesse, sed modus noscendi præ uisione imperfectus. Et ideò abiecta hac imperfectione, in qua saluatur substantia ipsius fidei, etiam ipsa fides tollitur. Idem est de scientia. Charitas autē nunquam excidit, cuius substantia perficitur in patria, & nunc non est perfecta. Nec dicitur charitas non excidere, quòd semel accepta non possit amitti, sed eo modo, quo iam dictum est.

Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus &c. Hoc exemplo docet superiorem conclusionem: & clarum est exēplū, ut ostendat quòd aliter loquitur paruulus, eo quòd aliter cogitat & aliter sapit, quæ uir maturus. Ille enim habet conceptus confusos & implicatos, minimeque distinctos. Non secus nobis hic accidit, quæ nec cogitare, nec sapere, & ideò nec loqui possumus digna Deo, dum in hoc corporeo habitaculo sumus, uelutin caliginoso loco, per lucernam in tenebris aliquid uidentes. At cū erimus perfecti & in conspectu ueri Solis, alia erit notitia nostra, & alia loquela.

Videmus autem nunc per speculum in ænigmate, id est, in obscuritate. Quid est id quod uidemus nunc, nisi Deum, & quam speramus in eo foelicitatē? Sed sub nube illum uidemus, non facie ad faciem, & quāsi per speculum, id est, per argumenta ex uisibilibus & sensibilibus collecta, in quibus aliquo modo elucet Deus ipse uelut in speculo, & illa nobis ostendunt illum esse, & habere prouidentiam hominum specialem. Hæc argumenta colligimus non solum ex his quæ in mūdo sunt naturaliter, sed multò magis ex his quæ acciderunt ex Dei prouidentia de Filio suo, & lumine fidei ad illa attingimus. Tunc autem facie ad faciem. Sed nūquid non uidebat Moyses Dominum facie ad faciem, & Iacob similiter, qui hoc ait. Vidi (inquit) Dominum facie ad faciem? Ego puto neminem eorum uidisse Deum, & Dei substantiam facie ad faciem, sed Angelos in quibus apparebat Dominus, sicut B. Dionysius testatur. De qua re alibi erit sermo.

Nunc cognosco ex parte, id est, imperfectè, & ualde imperfectè: Tunc autem cognosca sicut & cognitus sum. Cogniti sumus nos à Deo in ipsius Dei lumine, qui in se ipso uidet cuncta. Nihil enim est extra illum, quòd ex illo non proderit, & quod non in illo maneat excellentius: quoniam sustentatur per eius uoluntatem. Sic igitur & nos tūc cognoscemus Deū: quia participabimus lumine illo suo

per lumen gloriæ, quo & roborabitur acies oculorum mentis nostræ, ut coniuncti Deo per illud lumen, uideamus illud beatissimum lumen suum, non per alia media: & ideò facie ad faciem. Sicut & cognitus sum, ab eo: quanquam infinita erit differentia notitiæ suæ & nostræ etiam tunc. Ipse enim cuius uisio est ipsemet Deus, omnem suam immensitatem comprehendit & uidet. Hoc autem de ulla creatura nefas est dicere: quoniam nullius creature uisio (quantumuis beata) est ipse Deus. Sed hæc subtiliora, scholasticorum sunt.

Nunc autem manent, fides spes, charitas, tria hæc: maior aut horum est charitas. Eant nunc hæretici prædicantes solam fidem. Et eius uirtutem & efficaciam audeant præponere uirtuti charitatis ad eternam salutem nobis comparandam. Quod ait ergo: Nunc, significat statū gratiæ in quò sumus. In hoc enim sunt tres istæ de cælo uirtutes, quarum duæ, post hunc statum excident. Sed quæ maior est, nimirum ipsa charitas, manebit & perficietur. Illa enim non nouit nisi crescere, magisque ac magis crescere. Si enim amamus quem non uidemus, quomodo amaturi sumus cum uiderimus? Non fatiat animā, cui uera & certa sedes est æternitas. Æternū aut ardentius diligitur adeptū, quàm desideratū. Nullū aliud canticū docet nos Deus, nisi fidei, spei, & charitatis, ut fides nostra firma sit in ipso, quādiu non illū uidemus, credentes in eum, quæ non uidemus, ut gaudeamus cum uiderimus, & fidei nostræ succedat species lucis eius. Vbi iam nobis non dicitur: Crede quod nō uides, sed gaude & exulta quia uides. Itaque dilectione ad illud est nobis aspirandum, illique inhærendum, ut præsentem perfruamur à quo sumus, quo absente nec esse possemus.

CAP. XIII.



SECTAMINI CHARITATEM: æmulamini spiritualia: magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & cōsolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt uocem dantia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo sciatur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

Ita

Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonē dederitis: quomodo sciatur id quod dicitur? Eritis enim in æra loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ querite ut abundetis. Et ideò qui loquitur lingua oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Ceterum si benedixeris spiritu, qui supplet locū idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuā benedictionem? Quoniam quid dicas, nescit. Nam tu qui dem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo quod omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam, quàm decem millia uerborum in lingua. Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est. Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudiet me, dicit Dominus. Itaque linguæ in signū sunt nō fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur: intrent autē idiotæ, aut infideles, nonne dicent, quòd insanitis? Si autem omnes prophetent: intret autē quis infidelis uel idiota, cōuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deū, pronuntians quòd uerè Deus in uobis sit.

SECTAMINI CHARITATEM &c. Cōcludit ex superioribus Apostolus, charitatem esse sectandā. Sectamur autem illam rectè & iustè operando. Et illam tantò magis meremur apprehendere, quāto operibus bonis magis studemus. Et hoc si de dono ipso intelligamus, possumus etiam intelligere de operibus charitatis, quæ tūc sectamur, cum & nos illa operamur, quæ CHRISTVS, & alij sancti & filij Dei prius operati sunt. Æmulamini spiritualia, uidelicet dona, per desiderium, & parando uos ut illis uti possitis, sed ad ædificationem, non ad ostentationē. Magis autē ut prophetetis. Quod intelligitur de prophetia scripturæ, id est, de eius interpretatione & apertione. Ait; magis: respectu aliorum donorum, ac præsertim doni linguarum. Ut igitur præstantiam prophetiæ commonstrer, subdit. Qui enim loquitur lingua, id est, per donum, non hominibus loquitur, sed Deo. Etenim scripturas in ecclesiis

De præstantia prophetiæ colatæ ad donum linguarum.

enunciabant ut ministri, quas tamen eo solo dono nō poterāt interpretari: quia diuersum erat linguæ donum ab interpretationis dono. Et ob id loquebat Deo, cū uulgus non intelligeret, sed ipse Deus. Nemo enim audit, id est, nemo est qui asistat & audiat ut discipulus. Spiritus enim loquitur mysteria. Sensus est, quòd in scripturis sanctis est latens Spiritus, qui loquitur mysteria & arcana, siue secreta quæ nō intelliguntur, nisi sit Angelus Dei, uel propheta interpretes. Vnde sapienter Euenuchus ille cū legisset Isaiam, & interrogaretur à Philippo, An quæ legebat intelligeret, respondit: Quomodo possum intelligere (inquit) si non aliquis ostenderit mihi?

Acf. 8.

Quo in loco eruditionem capere debet lector, sacras scripturas, ut penetrentur earum arcana; Spiritu sancto indigere instructore. Nec enim is credendus est intelligere, qui solam literæ superficiem intelligit, & quæ sub ea latent non intrōspicit. Quamobrem in omnem partem peccatum esse à nonnullis perspeximus. Fuerunt enim qui ita sensum de superficie literæ erueri uoluerunt, ut quod ibi sub litera contineretur mysteriū, contemplerint. Et hi quidem cum Iudeis consentiunt: utriusque enim, arcanorum sciētia defraudant semet ipsos. Alij uerò contrā, qui penè contempta littera & historia, solum allegorias meditati sunt, quæ non plenam intelligentiam præstant. Notitia enim historiæ plurimum confert ad illustrandum allegoricos & spirituales sensus. Verum hæc exemplis magis possent & illustrius manifestari, nisi hoc alterius esset negotiū.

Duobus modis cōtrarj. in interpretatione scripturarum aberratur.

Qui autem prophetat, hominibus loquitur &c. Qui autem loquitur lingua, semetipsum ædificat. Sed quomodo si non intelligit? Respondeo. Non sine fructu charitatis illum relinquit Spiritus: & interdū suggerit & reuelat mysteria etiam idiotis, si boni & humiles fuerint & simplices. Qui autē prophetat, ecclesiam ædificat, uidelicet reserando mysteria.

Volo autem omnes uos loqui linguis &c. Volo, pro uellem. Quod & probat. Nam maior est qui prophetat &c. Et hoc propter suam intelligentiam & doctrinam in alios: Nisi forte interpretetur. Tunc enim concurreret & prophetiæ donum, ut ecclesia ædificationem accipiat. Quod maxime spectatur. Nunc autem fratres &c. aut in reuelatione, Manifestans quæ accepi: aut in sciētia, De acceptis etiam syllogizās, & nouas conclusiones educens: aut in prophetia. Hæc est donum interpretationis scripturarum: aut in doctrina, circa mores. Sic enim puto hæc uocem hinc intelligi. Tamen quæ sine anima sunt. Quòd ait, tamen, pro eo est quod diceremus; quin etiā siue tibia, siue cithara &c. Ita & uos per linguam &c. id est, Ita uos estis linguæ dono tantum utentes, nisi manifestum dederitis sermonem interpretando, eritis in æra loquentes, hoc est, frustra: quia solus aer sentiet percussionem uocum, quāta uis aut quanto flatu emittantur. Tam multa ut puta genera linguarū sunt in hoc mundo, et nihil sine uoce est, id est, nihil eorum quibus datum est per uocem significare, ut sunt homines, est sine uoce. Habet enim unaquequæ gens idioma suum.

Si ergo

Gen. 32.

Dē uita æterna & cognitione Dei.

Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei qui mihi loquitur barbarus: & qui loquitur, erit mihi barbarus. Ita habetur in græcis, & melius (ut uidetur) & sensus est planus. Barbarus enim hoc in loco is dicitur, qui linguæ differt uarietate, ut non intelligatur. Quilibet enim qui non intelligitur, barbarus est illi qui audit: ut & Poeta quidam dixit. Barbarus hic ego sum: quia non intelligor ulli, cum tamen esset Romanus. Sic & uos, quoniam emulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ querite ut abundetis. Hortatur, ne ob uanitatem & curiositatem querat hæc dona, sed ad ædificationem ecclesiæ, ut abundet. Nam is qui habet & bene utitur, dabitur ei, & abundabit, ut possit etiam in alios effundere. Hoc apud B. Paulum est abundare. Vult ergo ut querant, & docet quomodo, oratione uidelicet: unde subdit. Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Scriptum est enim: Petite & accipietis.

Nā si orem lingua, nō intelligēs, spiritus meus orat, qui infirmus existēs adiuuatur à Spiritu sancto, & in hoc ædificor: Mens autē mea sine fructu est, quæ nō capit mysteriū. Quid ergo est: orabo spiritu &c. Præfert ergo orationem & psalmum utroque modo prolatum, uidelicet & spiritu & mente.

Cæterum, si benedixeris spiritu, id est, solum lingua loquens in publicis orationibus & laudibus. Qui supplet locū idiotæ. Hinc apparet in ecclesia, & olim institutos fuisse ministros altaris qui seruirent, & idiotarum locum supplerent non intelligentium, & responderent pro tota illiteratorum ecclesia.

Vnde & eleganter sumitur, non conuenire, ut mysteria, & sacræ literę communi idiomate in ecclesia recitentur. Ministri enim iam eo tempore pro alijs respondebāt. Ministri ergo deberent esse cruditi, & quæ agantur in tanto ministerio scire. Qua in re quantum peccetur totus mundus clamat, & nemo audit. Quomodo dicet, Amen etc. Cōsidera ut olim conueniebant in ecclesiis canendo & psallendo, & inuicem respondendo, ut nunc quoque sit. Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Et hinc nota ædificationem esse in intelligendo, & in respondendo benedictionibus.

Gratias ago Deo: hinc se in exēplū proponit, quod omnium uestrum linguis loquor. Non enim una tantum lingua erat in Corintho, cum ibi esset numerus Episcoporum, ut patet in salutatione. Græcè legitur: magis quam uos omnes, ut aduertat Apostolum hoc in loco gloriari de sua linguarum cognitione super alios. Et hoc contra Erasmus, qui conuincere inficitiam B. Pauli, quo ad linguā græcam contendit, B. Hieronymo fretus, cuius tamē uarium hæc de re & inconstans iudicium asserit, & ab eius obiectis sæpenuerò defendit B. Paulum. Ego utrò etiam ab obiectis Erasmi defendi posse Apostolum non dubito, sed nō est operæpretium in his insistere. Sed in ecclesia uolo quinque uerba &c. Eo quod mens fructū deberet recipere. Sunt qui illa quinque Apostoli uerba dicunt esse Pentatheucum. Mihi magis placet, ut sit quidam loquendi tropus, quasi dicat pauca quæ ipse intelligam, & quæ ab alijs quoque cum opus fuerit, intelligi possint. Fratres, nolite pueri effici sensibus,

in delectu boni & mali. Nā pueri plerumque leuius bonum maiori anteponere solēt. Hoc dicit Apostulus ne prophetiæ, ne ipsius charitatis donum, dono linguarum (quod est inferius) uelint postponere. Sed malitia paruuli estote. Non inuidendo, nō perperam agendo, aut eligēdo deteriora. Sensibus autem perfecti estote, ut sciatis uerè discernere.

In lege n. scriptū est: Quoniam in alijs linguis &c. Primum quod ait esse scriptū in lege, habetur apud Isaiam. Frequentissimè legis appellatio ad uniuersam scripturam ueterem extenditur. Deinde considera, & si ibi alia sint uerba, sensum tamen apostolicum (quem hic legimus) uerum esse Apostolica conuincit autoritas. Ibi legitur: In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum. Vbi Isaiæ uerba, quæ in propria dicebat persona, ab Apostolo uertuntur, ac si Deus in persona sua dixisset, qui uerè dixerat Isaiæ. Vocat ibi loquelam labij, quæ non intelligebatur, ut esset sola uox non cordis, sed labij, ita ut non intelligerent. Et quod ait: Altera lingua, significat uarias linguis. Et quod hinc ait: Et nec sic exaudiet me: sibi statim legitur. Et noluerunt audire. Hac autem autoritate uoluit Apostolus eos instruire, quemadmodum Iudæi uocem quidem audiētes non profecerunt, quia medullas mysteriorum non nouerunt: Ita lingua loqui sine intellectu, tandem infructuosum & uanum est.

Sed dicit quis: Cur igitur est hoc linguarū donum à Deo, si non prodest? Respondet ipsemet Apostolus, & ait. Itaque linguæ in signū sunt non fidelibus, sed infidelibus &c. Declarat consilium Domini in dono illo linguarum: quoniam minabatur Iudæis breuē eos à seipso deserēdos, seq; ad gentes conuersurū, cū prædicaret eis CHRISTVM quem occiderant, nisi conuerterentur: ac si diceret, se non ignorare linguas, ut possit conuerti ad alloquendum gentes. Sed nec hoc signo intellexerunt miseri & infideles Iudæi. Quare linguæ donum, quatenus signum erat, & res admiratione digna, non erat nisi pro infidelibus, & nō quibuscunque, sed Hebræis tantum, sicut patet in ea scriptura. Prophetia autem pro fidelibus data est ad ædificationem. Quocirca tantò magis, & cū emulatione quadam sancta uacare debebant huic ministerio prophetandi.

Si ergo conueniat ecclesia &c. facilis est sensus. Si autē omnes prophetent &c. quoniam mirabilis est scriptura. Omnes enim arguit, omnes iudicat: Est enim sermo Dei uiuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & perungens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medullarum, & nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Hic proculdubio est CHRISTVS: & talis est ipsa scriptura. Vnde congruè sequitur. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt etc. Ecce fructus prophetiæ comparatione linguæ, nempe ædificatio mirifica, eo quod uerbum Dei cor recipere uolentis penetrat, & immutat.

Quid ergo est fratres? Cum conuenitis, unusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam

doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet: Omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur secundum duos, aut ut multum tres, & per partes, & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à uobis uerbum Dei processit, aut in uos solos peruenit? Siquis uidetur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis: quia Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres, æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant in uobis.

Quid ergo est fratres, id est, quid concludendum tandem ex hac de linguæ dono disputatione?

Cum conuenitis unusquisque uestrum psalmum habet &c. Loquitur (ut opinor) de maioribus ut solet: & dicit eos psalmum habere ad psallendum, doctrinam ad docendum, & sic de reliquis. Omnia ad ædificationem fiant: Non frustra, & inordinate, siue lingua quis loquitur &c. Sensus est, Qui pollebant dono linguarum, legebant hebraicè scripturam in diuinis: & Apostolus uult hoc fieri à duobus, aut ad summum à tribus, nec uno tempore, ne sit confusio: & unum ex eis interpretari, quod perinde erat ac prophetare.

Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia, ille uidelicet qui habet donum linguarum: sibi autem loquatur & Deo: sibi inquit, id est priuatim, sicut dici solet. Mihi & musis: quia donum linguæ est inefficax in ecclesia ad ædificationem sine interprete.

Propheta autem duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Quod maxime uellem in ecclesijs seruari, ut essent docti iuxta Episcopum, qui possent diiudicare prophetantes, num rectè, & ad Spiritum ueritatis interpretarentur. Profectò non tot scandala & hæreses pateretur ecclesia. Dicit, duo aut tres: Non enim bonum est esse multos Magistros, ut admonet B. Iacobus. Nolite plures Magistri fieri. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Erant tunc repentinae reuelationes, quibus illi prophetæ illustrabantur, & his cendum erat: quoniam Spiritus eo tempore occasionem nactus, suggerebat multa utilia.

In hoc nota, quod prophetantes stabant, ut & loquerentur.

moris est. Audientes autem sedebant: contra quem morem uidi ego adolescens quædam multæ famę prædicatorem, dū concionaret, sedentē.

Hoc autem ex loco fundant aliqui suam insignem arrogantiam, uolentes prædicare etiam non missi à prælatis, eo prætextu quod dicant habere se reuelationes à Deo. Sed nihil hoc eis fauer, tum quod in illo primæuo ecclesiæ seruore (ut dixi) erant dona illa in ecclesia, & patebant: quæ nunc cessarunt. Et ideo non extenditur hoc olim permissum ad particulares casus, si qui modo accidant. Nam quilibet pro arbitrio dicere posset sibi esse reuelatum: Et ita ordo ecclesiasticus facile contemneretur. Præterea, nullus eorum pro libertate hæc præsumebat. Erant enim & illi sub censoribus, qui audiebant & diiudicabant: propter quod sequitur.

Potestis enim omnes per singulos, id est, sigillatim, prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur. Vide ut est larga manus in hoc B. Pauli. Et considera duos prophetantium & prædicantium effectus. Primus est docere ueritatem; Deinde exhortari ad exercitium uirtutum. Quæ duo sunt semper coniungenda. Parum enim prodest optima quæque scire, nisi opere ipso efficiantur, quæ nouerimus. Alioqui bonum scienti (ait B. Iacobus) et non faciēti, peccatum est illi. Et Apostolorum Princeps. Melius, inquit, erat illis uiam ueritatis

non nouisse, quam post agnitam retrò conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. At contra, ignorantia mandatorum est mater totius negligentię, & torporis in uia Dei. Quam ut excuteret à nobis Deus permisit hæreses nouas, aut populi uarietate opinionum excitati, doceantur tandem, quæ prius non ita clarè patebant in scripturis. Nam qui pietatem amant et ueritatem, non solum hæreticorum erroribus non inuoluntur, sed constantiores in fide reddunt: neque se patiuntur à recta euangelij uia, quæ per passionem & uarios laborum sudores alacriter conficienda est, propositis uoluptatum fallacium uisibus abduci, quæ in interitum sempiternum suos sequaces trahunt perpetuò cruciandos.

Et Spūs prophetarum prophetis subiecti sunt. Græcè, subijciuntur. Sed credo melius haberi latinè, & factū esse in græcis, uel ab his qui nolebant Spiritum sanctum esse Deum: uel ab his qui metuebant à tropo, si diceretur Spiritus, qui est Deus, subijci prophetis. Sed nihil erat metuendum. Ne quis enim obijceret: Spiritus cogit me loqui, cum forte ab ecclesia prohiberetur: aut cum non esset illi locus dicendi sine turbatione ecclesiæ. Respondet Apostolus, quod Spiritus sanctus in hoc subijciuntur prophetis. Audiatur hoc quicquid inuito, & prohibente Prælato, præsertim summo Pontifice, audeat loqui. Neque asserat se à Deo missum, nec posse continere Spiritum, quo agitur. Respondetur enim illi ex B. Paulo, Spiritum Dei turbas excitare non posse, qui neminē prorsus à capite separat. Audi quid Apłus addat.

Non enim est dissensionis Deus, sed pacis. Nec te hoc in loco moueat lector, si uideatur Apostolus dicere

Ouidius.

In ministris ecclesiæ requiritur scientia.

Contra audentes prædicare absque missione

Iac. 4.

2. Pet. 2.

Hebr. 4.

Iac. 3.

dicere Spiritum sanctum prophetis subijci: quia hoc non ita simpliciter de persona illa diuina intelligendum est, sed in illo dono quoad usum. Nam Deus ipse, scilicet Spiritus sanctus, non est diffensionis Deus, sed pacis. *Sicut in omnibus ecclesijs doceo.* Græcè deest; doceo. Et tamen bene habet. Si tamen desit, sensus hic erit: Sicut in omnibus ecclesijs seruandum esse doceo.

*Mulieres in ecclesijs taceant.* Græcè legitur. Mulieres uestræ, ut intelligas de coniugatis eum mulieribus loqui, quas iubet tacere. Vnde non obstat quod superius dixerat, & nos in hac locum explicare quæstionem distulimus. Mulier orans aut prophetans. Non enim de nuptis ibi erat sermo, quæ habent uirum. Nam de ipsis lex loquitur, quod debeant esse subditæ uiris suis. Et inferius dicit: Domi uiros suos interrogent. Aliud ergo est de mulieribus, quæ Deo in statu uirginitatis uacant, aut castritate. Nec enim sexus ille priuatus est dono prophetiæ, etiã in lege CHRISTI. Vnde scriptum est: Prophetabunt filij uetri, & filia uestræ. Et in Act. Apostolorum legitur de filiabus Philippii diaconi quæ prophetabant: quæ non ab re expresso nomine sunt à sacra scriptura uirgines appellatæ. Et in euangelio Anna prophetissa uidua multo tempore sine uiro (quia continentiam prophetia quàm maxime requirit) hæc loquebatur omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Ex quo facile conijcere licet, quales prophetias hæretici nostro tempore accipiant, scz in carne immerfi. Ipsi enim cum suis uenerandis connubijs & copulis prophetant admirabiliter, inuita etiam ecclesia.

Præterea, Dicimus mulieres non posse ex officio hoc facere, & ordinariè. At si cui esset reuelatum particulariter, & in loco: non esset prohibenda ne loqueretur saltè suis mulieribus, & inter pares sermonem habendo, ut fit in monasterijs sacrae uirginum. *Non enim permittitur eis loqui,* cum hoc sit Prælatorum, Doctorum, & Superiorum munus proprium & officium, sed *subditas esse uiris* suis propter disciplinam, & uerecundiam quæ illas ante omnia decet, sicut & lex dicit. Sub uiri potestate eris. Nec solum excluduntur à publico docendi exercitio, sed insuper à potestate & actu quærendi per modum disputationis in conuentu uirorum. Aliud est si cum patribus & uiris spiritualibus in confessione, & de rebus ad spiritus fructum pertinentibus loquantur.

*Si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent.* Et hoc etiam propter honestatem, cuius rationem subdit. *Turpe est enim mulieri loqui,* scilicet, docendo, aut interrogando, sicut consuetudo erat, in ecclesia, in conuentu publico. Turpe autem illud dicitur, quod dedecet: ueluti si membrum aliquod in corpore uellet officium alterius membri usurpare, ut ambulare manibus, uel scribere ore, uel pedibus, & huiusmodi.

*An à uobis uerbum Dei processit?* Hic uidetur tacite arguere alios, qui aliter introducta noua consuetudine obseruari uolebant. Primum derogat eis auctoritatem per hoc, quod sermo Dei &

promulgatio euangelij non cœpit ab illis, ut ualeant noua introducere, atq; decernere: quod eleganter & uerè in hæreticos obijci potest. *Aut in uos solos peruenit?* Hic secundus aduersus illos arguendi locus, qui non solum non ualent dicere. Nos ita accepimus à CHRISTO, & ipse constituit nos primos ministros uerbi: Sed nec dicere possunt ad seipos tantum peruenisse apostolicam doctrinam, cum manifestè Apostoli alijs in ecclesijs iuberent aliter obseruari. Et ob eam causam neque ut primi autores, neque ut soli acceptores uerbi, ualebant auctoritatem ullam pretendere. Nota hæc diligenter pie lector: quoniam ex his confunduntur hæretici, eorumq; impudens audacia apertissimè retunditur, qui non secus noua seminant, ac si essent ipsi primi Euangelistæ, & Apostoli: aut quasi ad illos tantum peruenerit apostolica doctrina.

*Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat &c.* Facile enim erat cognoscere à Domino esse quæ prædicabat Apostolus: quandoquidem & lex, & ratio ipsa ea probabat. Et tamen penes duo hominum genera hanc notitiam certam residere posse declarat. Primum si fuerit aliquis propheta: quia hic à Deo spiritualiter docetur. Vel si fuerit homo spiritualis, qui facile diiudicat omnia: quia regulam habet in semetipso intus. Charitatis enim lumen præbet docens ordinem: et quæ decora sunt ab indecoris rectissimè distinguit.

*Si quis autem ignoret, ignorabitur,* cum sit crassa ignorantia, quæ minimè excusat. Verum græcè legitur. Si quis autem ignorat, ignoret. Et melius meo quidem iudicio. Nam elegas hinc & illustris sensus habetur: Si quis ignorat, ignoret, id est, gerat se ad modum ignorantis, non se intromittat ubi non est necesse, iudicans quæ ipse nescit: sed sequatur alios, qui sunt principes & duces talium, & in sua simplicitate & debiliori captu saluet animam suam. Hoc autem consequetur, si cum humilitate ahæreat ijs quæ ecclesiæ sanctæ consuetudo, & maiores in ea docent.

*Itaque fratres, emulamini prophetare,* tanquam utilius charisma & excellentius ad sui & proximi ædificationem. *Et loqui linguis nolite prohibere.* Non pariter dixit hoc æmulandum, quoniam non tanti faciendum erat: sed neq; prohibendum, cum nequaquam esset superstitiosum, utpote Dei donum: & ideo non omnino inutile, uel habenti propter seipsum, uel in signum propter alios. *Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in uobis.* Hic est finis totius præsentis doctrinæ circa materiam spiritualium donorum, ut scient quæ meliora, & quomodo illis utendum, non ambitiosè scilicet, sed ordinatè, cum pace & tranquillitate ecclesiæ.

## CAP. XV.



OTVM AVTEM VOBIS FACIO, fratres, euangeliū quod prædicauimus uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini,

uamini, qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi: Quod CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Et quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et quia uisus est Cephæ, & post hoc undecim. Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde uisus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, uisus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis.

**M**ODO peruenimus ad partem præsentis epistolæ undecimam, ubi perstringit Apostolus totius ferè euangelij, quod illis prædicauerat, summam, eiusq; efficaciam. Hoc autem necessariorum cœctus est repetere ob quosdam exortos hæreticos, qui mortuorum resurrectionem negare iam cœperant: ait. *Notum autem uobis facio, fratres, euangeliū &c.* Verè illud euangeliū est maximum, quod ad resurrectionem attinet: quia quicquid est euangelij in hoc articulo continetur: & hoc sciri à cunctis maxime necessarium. Ideo sequitur. *Quod prædicauimus uobis.* Si enim hunc articulum resurrectionis non prædicasset tam necessarium, in quo salus, & integra ferè fides nostra consistit, quæ est sperandum substantia rerum, Quid (obsecro) prædicasset? *Quod accepistis,* scilicet fide: *In quo & statis.* Stare signum est sanitatis, & uirium. Stamus autem spiritualiter per fidem uiuam, iuxta illud. Nunc fide statis. Et iterum: *Qui stat, uideat ne cadat.* *Per quod & saluamini,* id est, per quod euangeliū receptum salutem eternam consequimini. *Qua ratione, seu, quo sermone, prædicauerim uobis.* Potest hoc referri uel ad superius, Notum uobis facio: quo sermone, id est, qua sermonis efficacia, aut qua ratione, aut qua de causa prædicauerim uobis: Vel ad id, *Si tenetis:* ut ita ordines. Si tenetis qua ratione etc. Sed uidetur frustrà dici. Notum facio uobis, si tenetis. Si enim tenebant, id est, rememorabantur, quid oportebat rursus significare? Sed poterat tenere quidem fide in confuso, non tamen meminisse particularia: uel ad maiorem impressionem. Superior autem interpretatio uidetur uerior. *Nisi frustra credidistis:* quia frustra ille credidisse dicitur, qui non perseverat, & non tenet quod credidit. Aut qui & si reliqua crediderit, hunc tamen articulum solum non tenet, sicut

erant inter eos nonnulli qui de eo titubabant. *Tradidi enim uobis in primis quod & accepi.* Ac si dixerit. Non mea somnia, sed quod accepi, nimirum ab ipso Domino. *Quod CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris,* id est, ad delenda peccata nostra, satisfaciens sua morte pro nobis ad destructionem peccati. Et quod id credibilis faceret, addidit. *Secundum scripturas,* id est, secundum prædictionem scripturarum, quas oportebat impleri. Plenæ enim sunt scripturæ ad hunc articulum comprobandum, quod CHRISTVS semel oblarus est ad destructionem peccati. Secundò fine peccato apparebit in maiestate ad iudicandum. Et tenim & ipsemet dixit. Nonne oportuit CHRISTVM pati, & ita intrare in gloriam suam? *Et quia sepultus est.* Et hoc ad mysterium attinet: quia etsi mortuum sit peccatum, adhuc manet: tamen cadauer, nempe corpus peccati, & caro peccati, à qua se liberari Apostolus in persona christiani hominis implorabat, aiens. Quis liberabit me de corpore mortis huius? Ecce in quo est spes. *Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas:* quia secundum eas impossibile erat cum teneri doloribus mortis, ut in Act. testatur B. Petrus.

Vide hic acute lector, quàm diligenter morti & resurrectioni adiectum est scripturarum testimonium: quia in his totum est mysterium CHRISTI, & certissimum signum, mortis in illum non fuisse imperium propter illius aliquod peccatum, sed propter nostrum. Vnde & eum oportuit mori, & resurgere, ut nos peccato moreremur, & uiueremus postea Deo in illo. Quod si quæras, ubi de morte & resurrectione in scripturis probetur. Ecce passim ostendi potest: in psal. & apud Isaiam, & cæteros prophetas, tum in figuris, tum in prophetia manifesta, sicut in Act. docet B. Lucas per Apostolorum prædicationem, quæ recitare longum nimis esset, & superfluum.

*Et quia uisus est Cephæ.* Præmittuntur mulieres, quibus apparuit Dominus: quia testimonium legitimum & efficacius est uirorum. Apud B. Lucam legitur, quomodo apparuit Dominus Simoni Petro. *Et post hoc undecim.* Græcè legitur duodecim. Quod si ita legendum est, non esset accipiendum dictum, eos fuisse duodecim, cum iam esset abscisus Iudas, sed fuisse de duodecim, id est, de collegio eo numero præfinito. Sicut dicemus collectos Decemuiros, etiam si nouem tantum collecti essent eius magistratus, qui diceretur Decemuiroi.

*Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul.* Græcè legitur; semel. Nam duodecim illis sepius uisus est, ut apud B. Ioannem & alios Euangelistas uidere licet. Ego igitur existimo cum assumptus fuit, istud fuisse. *Ex quibus multi manent usque adhuc.* Ut rem non esse fictam magis persuadeat, erant enim testes multi de uisu. Et quia res manifesta tunc erat, non fuerunt solliciti nostri Euangelistæ specialiter narrare nomina. *Quidam autem dormierunt,* scilicet somno concepta spe resurrectionis, & sempiternæ beatitudinis.

*Deinde uisus est et Iacobo.* Neq; hoc habet in ullo

Articulus re =  
surrectionis ma-  
xima pars eu-  
gelij.

Nota.

Ioel. 2.  
Act. 2. 1.

Luc. 2.

Hæc possunt  
merito in hæ-  
reticos obie-  
ctari.

Luc. 2. 4.

Act. 2.

Luc. ult.

207



euangélio: sed nec in Apocriphis, ubi legitur, Quod iurauit se non comesturum panem, donec eum uideret. Id enim non uidetur consonum, nec ipsi euangélio. Tam enim ipse uiderat prima die manifeste, cum esset ex duodecim. Nominauit autem Iacobum propter sanctitatis famam et auctoritatem, ut qui Ierosolimitanam ecclesiam reuererat, & post Petrum secundus habebatur, unde & ex Act. licet eius maximam dignitatem colligere, & ex ipso B. Paulo ad Gal.

Deinde Apostolis omnibus. Fortè uoluit & B. Mathiam complecti, cum dicat, *Apostolis omnibus*. Si ordinatè recenseret Apostolos has apparitiones, difficile est eas rectè colligere ex scripturis. Et forte per id quod dixit; *Deinde*; non notat ordinem temporis, sed narrationis. Quicquid tamen sit, parum hoc admodum ad rem spectat.

*Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est et mihi*. Abortiuum se humillimus Apostolus uocat, quasi cum dolore expressum, & immaturū partū. Vnde sequitur. *Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei*. Ecce cur indignum se eo nomine uocet, propter maximum in persequendo Dei ecclesiam peccatum. Vbi notandum, cum his qui reuertuntur ad gremium ecclesie, et reuera conuertuntur, non esse inconueniens ita agere, ut et ualeat recuperare priores gradus.

*Sed gratia Dei sum, id quod sum*. Mera profectò gratia, quam non solum nullum præcessit meritum, sed econuersò multa demerita. Iccircò factus est illè tantopere prædicatur gratiæ. Nec minus etiã fuisset, si ab initio fuisset innocens: quoniam & hoc ad gratiam pertinuisset. *Et gratia eius in me uacua non fuit, id est, inanis, & sine fructu*. Sed abundantius illis omnibus laboraui, exercendo dona gratiæ. Nec intelligas eum solum plus laborasse, quam illi omnes simul, seu collectiue. Hoc enim ni miū esset. *Non ego autem, sed gratia Dei mecum*. Græcè *ἢ ὅψ ἐμοί*, id est, quæ mecum, supple est, aut quæ mecum laboraui. Et ita intellexit interpretes, & uerum est: Ne sit locus hæreticis, qui bene acta soli tribuunt gratiæ Dei, & non simul libero arbitrio, quasi gratia sit aliquod separatū à libero arbitrio, & non inhærens forma: Nā reuera liberum arbitrium (quod est uoluntas) informatum charitate & gratia, facit opera. Alioquin quæ maneret laus operantis & quodnam iudicium expectaretur? Legi tamen in quibusdam græcis codicibus, *ἢ ἐν ἐμῇ*, id est, quæ in me, uel erga me, aut quæ perfecta est in me. Sed parum differt à priore: quæ prior minus scrupuli habet.

*Sive enim ego, sive illi, sic prædicauimus: et sic creditis*, uidelicet CHRISTVM resurrexisse, ut sic qui aliter dicunt, prædicationi apostolicæ contradicant. Quod aut aliqui contradicerent, enarrat.

Si autem CHRISTVS prædicatur, quod resurrexit à mortuis: Quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque CHRISTVS resurrexit.

Si autem CHRISTVS non resurrexit: inanis est prædicatio nostra: inanis est & fides uestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauit CHRISTVM: quem non suscitauit, si mortui non resurgunt.

Nam si mortui non resurgunt: neque CHRISTVS resurrexit. Quod si CHRISTVS non resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierunt in CHRISTO perierunt. Si in hac uita tantū in CHRISTO sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

*Si autem etc.* Negabant quidam resurrectionem mortuorum, contra quos in hunc modum Apostolus argumentatur. Si autem CHRISTVS prædicatur, uidelicet ab Apostolis, & in ecclesia Dei, nempe ut articulus fidei, quod resurrexit à mortuis. *Quomodo quidam dicunt in uobis etc.* ac si expressius dixisset: Quæ tanta arrogantia & præsumptio, contra Apostolorum prædicationem audere dogmatizare? Supponit enim apostolicam prædicationem fallam esse non posse. Et uerè id ipsum credendum est, ea quæ uniuersaliter in ecclesia magno consensu prædicantur, falsa esse non posse. Post hanc uerò rationem ab auctoritate, quæ in rebus fidei est fortissima: propter eos tamen qui malunt ratione persuaderi, insuper argumentatur Apostolus, & ait.

*Si autem resurrectio mortuorum non est, neque CHRISTVS resurrexit*. Derideret aliquis logicus istud argumentum, & carperet, non intelligens theologicum esse argumentum, & in eos qui aliquid concedebant. Rectè enim sequitur: Quia CHRISTVS resurrexit, ergo & nos resurgemus: hoc posito, quod ipse sit caput nostrum. Siquidem monstruosum omnino esset caput, si suis membris careret. *Si autem CHRISTVS non resurrexit, inanis est prædicatio nostra etc.* quia tota spes illa resurrectionis nostræ uana est. Fudatur enim in resurrectione CHRISTI. Inuenimur autem & falsi testes Dei etc. Nam aduersus Deum testimonium dicunt, qui ex parte Dei quicquàm testificantur, quod ipse Deus non dicit. Faciunt. n. tales (quantum ad illos pertinet) mendacem Deū, qui summa tamen est ueritas, nec mentiri potest.

*Nam si mortui non resurgunt, neque CHRISTVS resurrexit*. Quia prædicabatur CHRISTVS primitiæ resurgentium, idè ualeat argumentum. Si mortui non resurgunt: ergo neque CHRISTVS. Sicut econtrariò: Si CHRISTVS resurrexit, ergo & cæteri resurgent: quoniam unum corpus censetur oēs cum illo. *Si autem CHRISTVS non resurrexit, uana etc.* Etenim resurrectio illa CHRISTI etiam nostram resurrectionem à peccatis, et nouam uitam significauit, ad comparandam illam æternam in cælis.

*Ergo et qui dormierunt in CHRISTO*, scilicet, credentes in illum (hoc est enim dormire in CHRISTO) perierunt: quia non inueniri possunt resurgere,

Nota hoc.

gere, si CHRISTVS non resurrexit. Quo in loco nota apostolicæ sententiæ esse secundum ueram & theologiam doctrinam, quam nec philosophi, nec proterui ualent inficiari. Quicquid ponit animam immortalem, necesse etiam illi est admittere resurrectionem. Et econuersò. Qui negat resurrectionem, etiam negare animæ immortalitatem, quales erant Sadducæi. Nam animas ponere à suo corpore, cui natura afficiuntur, separatas, ac propterea perpetuò uiduas: talis non est ex philosophis bene institutis, qui naturalia desideria non possunt, nec debent, frustra esse concedere.

*Si in hac uita tantum in CHRISTO sperantes sumus etc.* Aliud argumentum pro resurrectione: Et sensus est. Si speramus in CHRISTO solummodo quatenus uixit ille hanc uitam, & nos eius imitatores pariter uiuimus, ut in illo simus illique conformemur, certè miserabiliores sumus omnibus hominibus, cum ipse omnium nouissimus factus sit. Et sublata spe resurrectionis (quæ nobis aufertur, si ille non resurrexit) nihil nobis aliud restat, quod fuisse miseros semper, & in peccatis etiã mansisse.

Et hinc concludit (quicquid aliter hoc in loco dicat Caietanus) B. Paulum rectè & secundum ueritatem conclusisse in aduersarios resurrectionem negantes: quia negabant etiam animam immortalem, ut erant Epicurei & Sadducæi. Quæ admodum apparet in Act. Apforum.

Act. 12. et 23.

Nunc autem CHRISTVS resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adā omnes moriuntur: ita & in CHRISTO omnes uiuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. Primitiæ CHRISTVS: Deinde illi qui sunt CHRISTI, qui in aduētum eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri: cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & uirtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat: Omnia subiecta sūt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

*Nunc autem etc.* id est, At hoc certum est, & nostræ fidei fundamentum iam constitutum: CHRISTVS resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Nota hic neruum rationis. Supponit enim Apostolus ipsum semper esse caput nostrum, & idè factus est primitiæ dormientium: Vt si caput surrexit, membra sint surrectura die sua. Si enim illæ primitiæ: ergo & fructus qui secūdo post primitias ueniunt, uenturi sunt. Nec putandum est eos qui surrexerunt Domino moriente, resurrexerunt perfecta resurrectione: ne tam magnum,

tamque singulare donum detur minoribus, quod non est datum Apostolis, nec illi magno præcur fori, & amico Sponsi Ioanni Baptistæ.

*Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum*. Docet rei congruentiam: & est sensus. Cum uenerit mors per hominem, etiã per hominem decuit esse resurrectionem mortuorum. Nam CHRISTVS quod per Adam corruerat, uenit reparare. *Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita et in CHRISTO omnes uiuificabuntur*. scilicet per resurrectionem. Quare miror illos qui putant non morituros quosdam, cum hinc in Adam mori omnes palam dicat, & uerbis eouocet claris Apostolus, & resurrecturos omnes.

Non me latet hunc locum uariè, & (ut liberè loquar) meo iudicio satis malè exponi ac tractari cum uiolatione proprietatis uerborum, & apostolici sensus. Est enim sermo hic de resurrectione mortuorum quoad corpus, & non de uita animæ: ne quis impingat propterea quod non omnes uerè uiuificantur in CHRISTO, uita scilicet animæ. Quod si uerum est, quomodo simul uerum erit omnes mori in Adam, cum scriptura dicat de bene morientibus, eos mori in CHRISTO: Si in CHRISTO, quomodo ergo in Adā? Quandoquidem more scripturæ, mori in CHRISTO, & mori in Adam opponuntur.

Respondeo, difficiles propterea esse interdum scripturas, quod idem dictum iuxta diuersos respectus diuersas patitur intelligentias. Quicquid enim moritur quoad corpus, in Adam moritur: quia quoad corpus, id est, quoad corporis afflictiones, inter quas maxima est & ultima mors, non sumus renouati. Vnde & qui de Christianis nascuntur, non continuo Christiani sunt, nisi baptizentur: quia secundum carnem nascuntur, quæ adhuc est caro peccati & mortis. Nec uerò si iam Christiani sumus, morimur propterea in Adam, quasi adhuc inimico Deo, sed in Adam ut parente, à quo accepimus carnem. Nam & CHRISTVS, cuius membra sumus, dignatus est sub Adam esse hac parte quoad mortem: quia carnem in similitudine peccati ab illo accepit. Sed cū resurrexit, liberatus est ab ea conditione, ut nullo modo sit in Adam, sed primitiæ resurgentium.

Nos ergo interim donec adueniat plena resurrectio, quæ perfecta erit regeneratio, etiam si sumus in CHRISTO quoad corpus (quia de eius carne & ossibus constituti sumus) nihilominus sumus in illo secundum quod ipse erat mortalis, et consequenter etiam ipse in Adam, absque peccato tamen. Et idè qui in CHRISTO moriuntur, in Adam quoque moriuntur: & hoc ipso reddunt debitum, & liberantur, ut in CHRISTO uerè resurgant ac perfectè. Qui autem in CHRISTO non moriuntur, ut sunt infideles & peccatores, in illo tamen etiam ipsi uiuificantur, scilicet uita corporis: quia peccatum Adæ recepit poenas suas, & per CHRISTVM omnes debent recipere corpus proprium, & cum illo iudicari: ut quisque recipiat prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum.

Quomodo in Adam omnes moriuntur, et in Christo oēs uiuificantur.

Contra hæreticos.

Quod ergo etiam damnati recipiunt corpus, beneficio CHRISTI habent, & non in Adam: quia bonum est esse cum corpore, licet illis non sit futurum bonum, qui acerbius tunc cruciabantur. Sed hæc supplicia illi sibi ipsi sua culpa procurarunt. Vera est ergo & indubitata sententia, & sine ullo scrupulo procedens. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in CHRISTO omnes uiuificabuntur, uita scz corporis. CHRISTVS enim sua morte omnia traxit ad seipsum, & lucratus est: ita ut in illo, quantum attinet ad hanc recuperandi corporis partem, omnes esse penitus censeantur. Attamen multi extra illud (quod pertinet ad gratiam & salutem) inueniuntur.

*Vnusquisq; in suo ordine.* Erit namq; aliquis ordo in ipsa resurrectione: & hunc exponit, aiens. *Primitiæ CHRISTVS.* Quomodo, quæso, primitiæ CHRISTVS, qui iam dudum surrexit à mortuis, qui nec item uidetur ad eam pertinere resurrectionem, de qua hic loquitur Apostolus? Respondeo, CHRISTI nomine eos ab Apostolo intelligi, qui unà cum CHRISTO futuri sunt ad iudicandum, quasi Sponsus & Sponsæ unum cum illo, pro quibus orauit primum, ut ipsi unum essent in Patre, & in seipso, de quibus ad Thessa. ait: Qui in CHRISTO sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus &c. sicut suo loco exponitur. Primitiæ igitur resurgentiū erunt illi præcipui, qui apparebunt cum ipso Domino in gloria eximia & claritate. Nam de his potissimum dixit. Et claritatē quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Post has igitur primitias resurgēt alij, de quibus subiunxit Apostolus, ut habet græca lectio longè uerior.

Deinde qui sunt CHRISTI in aduentu eius. Pie lector attende, & si placet recipere, audi: Omnes iustos & pios reuera Christos esse, quatenus in iustitia permanent. At cum ante iudicium, minime sit certum generaliter quinam sint permansuri (exceptis solummodo electis, quos nouit Deus, & qui sunt ante aduentum illum cogniti, & probati quod sunt CHRISTI) ideo hic ait illos qui inueniuntur esse Christi, non quidem simpliciter, sed in aduentu eius: quia tunc iudicis sententia manifestè cognoscuntur: iustificati, si tales futuri sunt in secundo resurgentium ordine.

Deinde finis. Quidam de iniustis hoc exponunt, qui postremo resurgent. Nisi fortè hic agatur de resurrectione iustorum ad gloriam, & secundum hoc exponere: Deinde finis, uidelicet erit huius status & huius militiæ, unde & bene connectitur.

Cum tradiderit regnum Deo & Patri. Ad huius loci declarationem, qui est difficilis intellectu, sciendum est, CHRISTVM posse considerari ut est Deus, et ut homo est. Et iuxta primam considerationem, semper habuit regnum cum Patre, nec ullo tempore illud ab eo accepit. Nam ab æterno quicquid habuit Pater, habuit & Filius. Igitur hac consideratione non potest dici CHRISTVS accepisse ex tempore, aut traditurus unquam regnum Patri suo: sed huiusmodi omnia quæ sic dicuntur, aptantur illi quatenus homo fuit, subie-

ctus Deo & Patri suo. De quo primū dicitur, quod recessit à Patre: quia uenit in mundum in ista carne humilis, exinanitus, ut seruus, non ut Filius unigenitus. Deinde dicitur quod recedens à Patre dimisit gloriam suam, ac regnum quod sibi debebatur: quia cum de iure esset super oēs, seipsum demisit ut esset sub omnibus. Et hoc fuit uerè dimittere regnum. Et tertio de illo dicitur, quod recessit de mundo, & iuit ad Patrem ut acciperet regnum, quod acquisiuit per uictoriam Crucis. Et ideo nūc regnare dicitur: quia ipse gubernat ecclesiam, imperando omnibus qui sunt in cælo, & qui in terra. Quarto de eodē dicitur, quod reuersurus est in mundum, non ut maneat, sed ut iudicet mundum: quia Pater omne iudicium dedit Filio. Tunc erit omnium resurrectio, & tunc finis. Et tunc quinto loco erit quod B. Paulus dixit, Quod reddet regnū, id est, ecclesiam, Deo & Patri suo, quā non solum acquisiuerit sanguine, uerum etiam congregauerit, instruxerit, pauerit, direxerit, & euexerit usque in cælum ad fruendum Deo in æternum.

Et tunc finis erit regni sui, id est, huiusmodi regni sui, *Cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & uirtutem.* Non enim erit ultra regimen uel malorum Angelorum, uel bonorum erga impios uel pios. Et nota per principatum & potestatem & uirtutem (quam græcè δυνάμει, id est, potentiam dixit) comprehendit omnia regentiū, uel imperantium, uel exequentium munera.

Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Inimici ergo CHRISTI, qui ponendi sunt sub pedibus eius, non deputantur omnes illi qui damnationem meruerint, sed illi specialiter & maxime qui impugnauerint eum & doctrinam eius, ut fuerunt perfidi & blasphemii. Cæteri ad sinistram statuētur, & iudicabuntur. Illi uerò ut iam iudicati, solo situ & loco cognoscuntur. Erunt enim sub pedibus CHRISTI. Sicut & econuerso, qui erunt cum CHRISTO iudicantes, non expectabunt iudiciū: quia & ipsi iudicati inuenti sunt in hoc mundo.

Non hic agam aduersus eos, qui CHRISTVM uenturum existimant, & regnaturum mille annis: quorum dogma iam olim explosum est & damnatum, licet nunc quidam deliri homines audeant iterum excitare. Non enim oportet ob quemlibet proferentem sollicitari, cum & hic locus ex Apostolo, & aliæ multæ scripturæ, huic hæresi nimis aperte aduersentur.

Nouissimè autem inimica destruetur mors. Inimicam mortem appellat, quia destruit hominem: quæ & in ipsum CHRISTVM (ipso tamē uolente) uim suam exercuit, tamen nullum ius haberet in illū: sed ob hanc iniuriam tandem & illa destruetur. Vocat & nouissimam inimicam, quia usq; in mundi finem insultat: aut quia est poena peccati, ut primus inimicus sit peccatum. Omnia enim subiecit sub pedibus eius, scilicet CHRISTI. Si omnia, ergo & mortem ipsam, & ius & imperium mortis.

Cum autē dicat: Omnia subiecta sunt ei &c. Ne quis stultè argumentaretur ex uerbis, Patrem esse subiectum

104. 16.

Locus difficilis

104. 17.

Nota locum difficilem.

Lo 11 2

etiam Filio. Nam qui subiecit ei omnia Pater, Dominus erat omnium, non potens se illi subijcere. Cum autem subiecta fuerint illi omnia &c. Tunc CHRISTVS filius subiectus erit Deo Patri: non quod ea parte qua Deus, fuerit unquam, aut futurus sit Patri subiectus, neq; secundum quod homo non fuerit semper subiectus postquam fuit: sed (sicut diximus) quia cessabit regnum militiæ, & illa administratio sibi data. *Vt sit Deus omnia in omnibus.* Quia ad ipsum maximè respiciet omnis creatura absq; medio. Non enim tūc indigebimus mediatore, aut aduocato.

Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis: si omnino mortui non resurgunt? Ut quid & baptizatur pro illis? Ut quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter uestram gloriam fratres, quā habeo in CHRISTO IESU domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Māducemus & bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci. Corruptum moribus bonos colloquia mala. Euigilate iuste, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerentiam uobis loquor,

Alioquin quid facient &c. Miræ sunt circa hunc præsentem locum expositiones: quā autē quadrent, uiderint alij. Quidam enim horum occasione uerborum etiam hæretica crediderunt, quod pro his qui absq; baptismo defuncti essent, posset uiuentis baptizari, ita ut proficit illis defunctis: quod est falsissimum & absurdissimum. Hæc est igitur expositio, quam & alibi scripsi, quæ mihi uidetur uerissimā: Ut hinc intelligantur hi, qui faciunt opera satisfactoria, & ieiuniorum, disciplinarum, & aliarum afflictionum circa corpus. Nam hic baptismus dicitur ignis & spiritus, quo Dominus dixit se baptizandum, Crucem pro nobis accipiēs: quo & prædixit baptizandos Apostolos, cum ait. Vos autē baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Clarus igitur sic redditur sensus loci huius. Vnde rectissimè cōcludit, Si omnino mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro illis? Et ipse de seipso addit: quia & ipse maximè pro eis patiebatur, & pro salute propria.

Ut quid et nos periclitamur omni hora? Hic uide cōtra hæreticos etiam ipsi. Manibus infestos, quomodo profunt suffragia pro defunctis. Quotidie morior propter uestram gloriam. Græcè legitur: per nostram gloriationem, quā habeo in CHRISTO IESU Domino nostro. Ut sermo sit iurantis, testantisq; gloriationem illam, quā habet in IESU CHRISTO, propter quam & moriebatur quotidie. Mihi tamen magis placet latina lectio, ut quæ ad rem propositam magis quadret. Nullo enim opus erat hic iuramento, cū illud palam appareret.

Si secundum hominem in bestias pugnaui Ephesi &c. Clara sententia, ac si dixerit. Ego autem in spe resurrectionis feci, & non secundum hominē, id est, non pro gloria mundi huius, sed pro meā & alio-

rum salute, & gloria uera. De hac uerò pugna mirum est quod nihil meminerit B. Lucas in Act. cū tamen res uideretur memoratu dignissima. Sed paucis ille uerbis multa perstrinxit, cum dixit. Non quaslibet uirtutes faciebat Dominus per manus Pauli. *Māducemus & bibamus: cras enim moriemur,* ac si dixerit: Optimum esset & saluberrimum istud māducandi ac bibendi consilium, si mortui non resurgerent. Nā ita illi consulunt qui non credunt resurrectionem, sed animam hominis unā cū corpore ipso interire docent, ut sunt Epicurie. Est autem locus ex Isaia. 22. cap.

Nolite seduci: Corruptum bonos mores colloquia mala. Ex Menandro poeta sententia, quæ uerissima est: ut & si quis ab initio non loquatur serio & ex corde, sed ludo & ioco contra ea quæ sunt fidei (ut sit à plerisque, qui uolunt uideri excellere sapientia) talibus tamen colloquijs ipse corrumpitur: quia non est ludendum de Sanctis. Et circò Erasmi Colloquia, quibus hæc sententia uerissimè & appositissimè conuenit, uitāda sunt, & igne cremanda tanquam ueneni plena, & instigatione Dæmonis ad perniciem iuuentutis edita. Tamen ille uaser & callidus simulator, & sanctorū tam in terra adhuc uiuentiū, quā in cælis iam beatorum obtrectator, excusans sese dixerit. Ego iocabar: ludens feci. Sensit iam tandem (ut credo) & sentiet in perpetuum miser, quid momenti habuerit illa coram Deo excusatio. Neq; excusabuntur, qui legunt huiusmodi pestifera colloquia, uel eo prætextu, quod sese oblectent in iocis & argutiolis illis, quæ proculdubio sensim peccatis christianum labefactant, & uera pietate spoliant. Quapropter aduersus tales pestes sapientissimè, & admodum opportunè sequitur.

Euigilate iusti. Græcè: iuste; & melius. Est adhortatio ne socordia torpeat: sed ut euigilet, & hoc iuste, id est, quemadmodū exigit iustitia Dei, quæ est in corde piorum. *Et nolite peccare,* id est, habete odio peccatum. Quod si fieret, non tam facile peccaremus, quia id caueremus quā diligentissimè. *Ignorantiam enim Dei quidam habent.* De maioribus eum loqui existimo, qui pre alijs sibi aliquid temerè esse uidebantur, & regere alios uolebant, unde addit. *Ad reuerentiam uobis loquor,* siue ad erubescentiam, id est, ut eos pudeat ignorantia suæ. Nam ignorare quæ scire debet homo, pudorem incutit, cum obijcitur. Attendant Præpositi & Episcopi, qui nihil minus norunt, quā disciplinam christianam.

Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore uenient? Insuper tu, Quod feminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod feminas: non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uult: & unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autē piscium

Act. 19.

De Erasmi colloquijs.

Locus à nemine idoneè expositus.

Luc. 11.

Act. 1.

Pro suffragijs pro defunctis

piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunę, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in uirtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corpus animale: est & spirituale, sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam uiuentem: nouissimus ADAM in Spiritum uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus. Secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginem Cœlestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnū Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit.

*Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore uenient?* Duę sunt quęstiones, quarum prima rem quasi impossibile uidetur supponere, sicut illi dicebant. Quomodo potest dare nobis carnem suam ad manducandum? Ita isti dicunt: Quomodo resurgunt mortui? Adhuc autem respondet Apostolus.

*Inspiciens tu: Quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur.* Hac similitudine illud suadere uult quod uidetur impossibile, ut res semel mortua iterum ad uitam redeat. Sed ita apparet in semine: quia ut ad uitam ueniat, ipsum prius mori oportet. Vnde nos in hoc mundo sumus per uerbū Dei tanquam seminati, & eo modo loquitur euangelium in parabola seminis. Et mira est similitudo: quia uerbum Dei, quod manet in æternum, & uitam habet in semetipso, uigorem habet ad uiuificandum. Et quod seminas, hoc dicit respondēs ad secundam quęstionem, quę rogabat: Quali corpore uenient? Indicat autem nouā futuram qualitatem resurgentium corporum: non autem aliā substantiam, contra antiqūā hærēsim. Deus autem dat ei corpus sicut uult &c. Gręcę: ut uoluit, uidelicet ab initio naturā rebus statuendo. Porerat. n. ex semine grani facere oriri lactucam, & fuisset lactucę semen; sed ipse nature Author cuilibet semini propriam naturam indidit.

*Nō omnis caro, eadem caro; sed alia hominum, alia pecorum: alia autem uolucrum alia piscium.* Hic cauilloso dicere possent: quoniam pisces sunt caro, non licebit in quadragesima de his comedere. Sed alia est caro piscium, & ideo licet edere: quia non est eadem cum pecoribus & uolucris. Et ridicula argumenta sunt, quę in legis uoluntatem insiliūt, dum uerbis superstiosę inniuntur. Et corpora

cœlestia, & corpora terrestria, supple sunt. Sed alia quidem cœlestium gloria, quę est ex specie seu forma, ut patet. Alia terrestrium. Quę est obscurior ferme incomparabiliter. Alia gloria Solis, & alia glorie Lunę, & alia est gloria stellarum. Vt etiā inter cœlestia agnoscas differentiam. Per solem CHRISTVM, per lunam MARIAM, per stellas Sanctos intellige. Stella à stella differt in claritate, seu in gloria, ut & inter Sanctos etiam gloriam non parem esse agnoscas, unde ait. Sic & resurrectio mortuorum. Erunt igitur illa corpora omnia gloriosa: sed aliqua differentia erit nihilominus in claritate. Sic & multę mansiones, diuersas in uita eterna significant dignitates. Aliter enim ibi lucebit sancta uirginitas. Diuersę lucebūt, sed omnes tamen ibi erunt. Splendor dispar: cœlum commune. Vt autem declararet quod erit omnium commune, subdit.

*Seminatur in corruptione, uidelicet homo, aut corpus eius, dum seminatur corruptibilis est, & ita semen iacitur in re corruptibili. Surgit in incorruptionem. Et hęc est una dos, uidelicet corporis incorruptibilitas. Seminatur in ignobilitate, resurgit in gloria. Corpus enim nostrum nūc est tenebrosū & obscurum: tunc lucidum erit, & gloriosū. Et hęc alia dos claritatis. Seminatur in infirmitate, resurgit in uirtute. Hęc est dos agilitatis, ut uocant Scholastici. Seminatur corpus animale, resurgit spirituale. Theologi hanc dotem uocarunt subtilitatem: unde habet potentiam admirandam ad penetranda cuncta corpora ista crassa. Verum quia hęc longē absunt ab humana experientia, & uix credibile est homini, esse posse eiusmodi spiritua lia corpora, subiecit Apostolus.*

*Si est corpus animale, est & spirituale. Bene sensum expressit latinus interpret: licet quodā tropo hebraico dicatur. Est corpus animale, est & spirituale, ut significetur quod dictum est: Si est illud, & hoc est. Theologicum est argumentum propter perfectionem uniuersi, ne quid cogitabile desit uniuersitati. Non enim esset (si quid cogitabile deesset) uniuersitas. Probat autem ita esse testimonio scripturę dicentis in principio libr. Gen.*

*Factus est primus homo Adam in animam uiuentem. Significatur hac sententia, primum illum hominem ex natura suę creationis factum fuisse in animam, id est, ut anima sit sicut forma, cuius gratia est materia, ut sic inde uitam accipiat, & fiat corpus animale. Anima enim ipsi corpori dat uitam. Et B. Paulus citat sensum scripturę Genesios, quasi diceret. Hoc de primo homine legitur, quod & ad uniuersum genus ex eo futurū pertinet, uidelicet, quod Factus est in animam uiuentem, ut sit animalis & terrenus: ut per hoc intelligamus alium deesse hominem spiritualem. Quis factus est in Spiritum uiuificantem, id est, propter spiritum, ut ab ipso ueram ipse homo accipiat uitam spiritua lem: & sit spiritualis, & non carnalis: uita: & sit sempiterna, & non temporalis. Vnde ad illud probandum addit egregiē.*

*Nouissimus Adam in Spiritum uiuificantem. Hic est Christus*

Dotes corporum beatorū,

Incorruptibilitas.

Claritas

Agilitas

Subtilitas.

CHRISTVS Saluator noster & Dominus. Non hoc dicit, quasi Adā caruerit gratia, & fuerit Spiritu sancto destitutus. Ipse enim gratiam & dona spiritualia accepit: non tamen habuit ea ex se, sed participauit ipse de secundo Adam CHRISTO. Nam cum cognouit mysterium, tum & Spiritū accepit, & gauisus est in CHRISTO & ecclesia. Sed hoc capere non est omnium.

*Sed nō prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Mirē declarat Dei prouidentia in effectu eius. Primus homo de terra terrenus, hoc est, de terra loquens, & de terra sapiens: Secundus homo de cœlo cœlestis. Gręcę legitur: secundus homo ipse Dominus de cœlo. Tamē nostra lectio uerior uidetur: quanq̄ idē sensus ex utraq̄ resultat. Duplex aut̄ oritur hęc difficultas. Prima, si primus homo non intelligitur nisi secundum corpus & animam simul, & magis secundum animā, ut uidetur conueniens: equidem nec de terra est, nec terrenus dici debet, sed cœlestis: quia animis (ut quidam dixit) est cœlestis origo. Secunda difficultas est: quia secundus homo CHRISTVS, quoad carnem, de terra fuit ex VIRGINE, sicut scriptum est. Veritas de terra orta est. Alioquin in errorem incideremus Valentini, qui dixit CHRISTVM attulisse corpus de cœlo, propter huiusmodi scripturas, quas noluit sanē intelligere.*

*Quamobrem sciendum est, hominem ex humo dictum. Nam & hebraicę: Adam, nihil aliud est, nisi terra rubra. Item sciendum quod secundū hęc maximē partem consideratur, & esse dicitur, quę materia est, & quam nos maximē uidemus & experimus, & scimus: quoniam ex terra & limo sumus. Propterea scriptura dicit: Formauitq̄ Deus hominem de limo terrę. Audi hominem formatum de limo terrę, & statim subiecit: Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitę. Et hinc hominem maximē consideratum, ex principiis materie intellige. Et subditur: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem. Quia propter ipsam animā est corpus, & corpus propter eam uiuit, ut quę illud animat, ut sicut corpus terrenum est, ita anima terrena sit, ueluti forma, quam conuenire decuit proprię materię nō origine, sed quia immerfa corpori terreno, nec habēs officium animę nisi in corpore terreno, cui aptata debeat equari. Et hoc uerissimum quidem est secundum statum naturalem & animale. Et ita factus est homo terrenus, & persona ex ista coniunctione carnis & animę: & sic non nisi de terra, quia nō uenit de cœlo. Nunquā enim fuit in cœlo ille primus homo Adam terrenus.*

*At secundus homo qui est CHRISTVS, de cœlo uenit. Quomodo? quia Verbum Dei erat. Hic enim semper erat, & quando uenit, & quando iunctum est animę & carni. Non hoc primō fuit intentum, ut anima carnem uiuificaret, sed ut anima & caro uiuificaretur per spiritum, & spiritui ambo seruiret. Et ad hoc factus est homo: & ita factus est in spiritum uiuificantem. Quanq̄ uerissimum est, quod per animam eius uiueret corpus eius: anima tamen magis propter spiritum, ut*

Spiritus ad uitam animę & corporis datus

ad se corpus potius traheret, faciens illud spirituale, quā econuerso, ut solūm corpori daret esse uiuens. Et tamen propter dispensationem redemptionis dimissa est caro CHRISTI passionibus, minime illi naturalibus secundum modū naturę spiritualis. Hoc sæpe uoluit exprimere mirabiliter B. Hilarius, quem aliqui non intelligētes, hęceticum ex eius uerbis & pessimum sensum acceperunt. Ostendit autem Dominus qualis esset iuxta propriam suam sibiq̄ debitam naturam, quando à mortuis resurrexit: cui de iure debebatur illa gloria. Et uide ut egregiē sequitur.

*Qualis terrenus, tales & terreni. Et qualis Cœlestis, tales & cœlestes. Ex illis enim duobus, duplicem quoq̄ contrahimus natiuitatem. Ex primo, terrenam: ex secundo, cœlestem. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: quia propter peccatum proprijs naturalibus redditi sumus, & terrenis operam dedimus, sicut ille. Portemus & imaginem Cœlestis, scilicet nunc liberati à peccato. Gręcę legitur: portabimus; ut sit sensus. Et sicut portauimus imaginem terreni, id est, sicut in hac uita propter necessitates & condiciones uitę, & naturę nostrę corruptibilis, & uarijs expositę laboribus & doloribus, & tandem morti, portauimus imaginem terreni propter peccatum, cui satisfaciendum erat: sic post mortem portabimus imaginē Cœlestis, id est, ad imaginē & similitudinem eius erimus in gloria perfecta per redemptionem & glorificationem corporis nostri.*

*Hoc autem dico fratres: quia caro et sanguis regnū Dei possidere non possunt. Hinc alium errorem collegerunt quidā, uolētes aliā nos corpora accepturos, quā hęc quę nunc habemus. At hoc contra scripturas apertas, & euidentissimum Iob testimonium pugnat aientis: Et in carne mea uidebo Deū Saluatorem meum. Igitur dicendum, carnem & sanguinem ab Apostolo uocari hominem, quatenus est ex Adam terrenus: ut intelligamus oportere nos habere in hac uita imaginem Cœlestis, i. carnem seruientem Spiritui, ut filij Dei. Hęc enim caro merebitur immutari, & possidere regnum Dei. Et dicit; possidere; pro hereditate; ut uox gręca ostendit: quia hereditate capiemus terrā, ut fratres CHRISTI, & filij Dei, illius hærēdes, cohærēdes aut̄ CHRISTI. Neq̄ corruptio incorruptelā possidebit. Corruptionem appellat carnem nostrā peccato corruptam. Et per incorruptionem intellige resurrectionem & præseruationem perfectā, mortalitatis & omnis passibilitatis expertē. Impij enim & peccatores non pertinent ad hanc resurrectionem, licet non sint in perpetuum morturi & extinguendi penitus: sed non substantiabuntur spiritu suo. Caro enim nō prodest quicquā, sed Spiritus Dei est qui uiuificat. Omnis autē caro foenum. Sed ita Deus efficiet potentia sua, ut corpora eorum nunquā corrumpantur: sicut faciet & multis insensibilibus, quod declarans tanquā mysterium & arcanum, ait.*

*Ecce mysterium uobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.*

B. Hilarius a quibusdā perperam intellexit.



bimur. In momento, in istu oculi, in nouissi-  
ma tuba. Canet enim tuba: & mortui resur-  
get incorrupti, & nos immutabimur. Opor-  
tet enim corruptibile hoc induere incorrup-  
tionem: & mortale hoc, induere immorta-  
litate. Cum autem mortale hoc induerit  
immortalitatem: tunc fiet sermo qui scri-  
ptus est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi  
est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus  
tuus: Stimulus autem mortis, peccatum est.  
Virtus uero peccati, lex. Deo autem gratias,  
qui dedit nobis uictoriam per dominu no-  
strum IESVM CHRISTVM. Itaque fra-  
tres mei dilecti, stabiles estote & immobiles,  
abundantes in opere Domini semper: scien-  
tes quod labor uester non est inanis in  
Domino.

Nota uera &  
germanam le-  
ctionem.

Ecce mysteriu uobis dico: Omnes quide resurgemus, sed  
non omnes immutabimur. Duplex hic lectio, imo tri-  
plex. Vna est prescripta, quam habent latini  
codices, & quam B. Ambrosius sequitur. Alia  
est: Omnes quidem dormiemus, sed non omnes  
immutabimur, & parum hac distat a priore, imo  
eundem porrigit sensum: quia si omnes dormiet,  
etiam omnes resurgent. Tertia est. Omnes qui-  
dem non dormiemus: sed omnes immutabimur.  
Et hanc amplectuntur quidam noui, quae tamen  
& falsa est & periculosa, nec potest (nisi proter-  
uè) sustineri. Sed uideamus quibus ipsi ar-  
gumentis adducantur. & quibus contra ratio-  
nibus occurratur eis, & satisfiat. Deinde quibus  
etiam conuincantur. Primo igitur pro hac le-  
ctione adducunt ita haberi in graecis codicibus.  
Et nos dicimus, aliter habere Latinos omnes, qui  
ex graecis fluxere. Quod si graeci codices consu-  
lendi sunt, dicimus quod in graecis uetustissimis  
codicibus etiam olim inueniebatur uaria lectio.  
Nam tripliciter legitur graece, quemadmodum  
ex commentarijs ad hac epistolam patet, qui no-  
mine B. Hieronymi inscribuntur: tamen B. Hie-  
ronymus alibi duas tantum lectiones in graecis  
esse admoneat. Hoc autem ex B. Ambrosio re-  
uincitur, qui proculdubio ex graecis tertiam, qua  
habemus, sequitur lectionem: quanquam non admo-  
du de ista contendimus. Quae igitur cur hanc  
deteriorem eligant potius, corrigentes latinam, cum  
illa iam antiquata esset, & propemodum eam ne-  
sciebamus? Si enim ex graecis reparanda erat, hoc  
forte excusare posset, si saltem graeci codices om-  
nes in unam illam consentirent. At hoc in primis  
falsum est. Dicent fortassis, penes maiorem par-  
tem graecorum codicum ita haberi. Sed recla-  
mat B. Hieronymus, qui in epistola ad Minerium  
& Alexandrum contra prorsus testatur, uide-  
licet communem lectionem hanc in graecis fuisse.  
Omnes quidem moriemur, sed non omnes im-  
mutabimur. Reclamat & B. Augustinus, qui non  
nisi hanc unam solam admonet haberi in graecis.  
Quapropter & in libr. 2. retractat cap. 23. emenda-  
uit, quodam in loco a se dictum futuros aliquos

qui minime essent morituri. Origenes hanc nostram  
sequitur lectionem: Didimus similiter. Quod si  
quidam Theodorus Heracliotus, & nescio quis  
Apollinarius aliam magis probabant (ut B. Hie-  
ronymus docet) quid ad nos: quando etiam se ex-  
cusat tales a se adductos uelut auctores, qui non  
erant ulla autoritate digni, quos etiam contemnere  
uidetur B. Hieronymus. Neque tamen si in aliqua  
existimatione fuissent, tantum esse debent, ut faciant  
praedictum aliorum autoritati, & communi le-  
ctioni. Sed quidam in inauditis nominibus, pro-  
pter antiquitatis honorem, nimis subterrentur.  
Nec melat B. Chrysostomum istis fauere, qui  
falsa lectione deceptus est, & rem (ut saepe fieri  
solet) non exacte ita considerauit.

Non ergo recte temeritatem suam circa immu-  
tationem lectionem excusat Erasmus propter grae-  
cos codices, aiens (& non semel) agere se interpre-  
tem, & profiteri se ex fide uertere quod habetur  
in graecis. Nam cum latini, uersi nimirum ex grae-  
cis, reclamant: & graeci item inter se non consen-  
tiant, & a probatis & fidelibus autoribus commu-  
nis lectio in graecis alia esse perhibeatur, profecto  
iam non est hoc uertere fideliter ex graecis, & in-  
terpretem agere (ut ait) sed iudicem, & aliorum sen-  
tentiam doctissimorum sine ratione detrahere: quod  
est illi in frequenti consuetudine. Et enim teste B.  
Hieronymo, Acacius quidam Caesariensis Episcopus  
in quaestione hac, quam sibi proposuit, sic ait:  
Dicamus (inquit) primum de eo quod magis in  
pluribus codicibus inuenitur. Ecce mysterium uo-  
bis dico: Omnes quidem dormiemus, sed non om-  
nes immutabimur &c.

Secundo, Dicturi forsitan sunt, nostram le-  
ctionem constare non posse, qua dicitur: Omnes  
quidem resurgemus, siue omnes dormiemus.  
Aiunt enim in aduentu Domini reperiendos ui-  
uos multos, quos contingeret non mori. At hoc  
illud ipsum est, quod nos falsum esse confidenter  
asserimus, & contra scripturas satis manifestas, &  
omnino sine ratione: quin & contra rationes ad  
persuasionem ualidissimas non proteruis menti-  
bus. Sed non hic hac de re differendi locus: in  
ea quae ad Thessa. (largiente Deo) dicemus.

Hic tantum ex eis uolo, prius ut ipsi lectionem  
suam statuunt. Et quidem in suis codicibus grae-  
cis (ut proferunt) ita legitur, πάντες μὲν ὄν κοιμηθή-  
σομεθα. Quod ita uertendum est ad uerbum, sicut  
& quidam uertunt: Omnes quidem non dormie-  
mus. Hoc uero iuxta proprietatem sermonis si-  
gnificat nullos dormituros: quod est, nullos mo-  
rituros. Neque enim sic positum est in Graecis: Non  
omnes dormiemus: sed est: Omnes non dormiemus;  
quod (ut dixi) significat. Nulli dormient. Manife-  
stum est enim apud logicos inter hanc discrimen:  
& iuxta ueram sermonis proprietatem, quam &  
ipsae scripturae semper seruant. Igitur iuxta eor-  
um lectionem, Nulli morituri sunt. Sic enim  
cum dicitur. Non est impossibile apud Deum om-  
ne uerbum, id significatur: Nullum uerbum est  
impossibile. Et non iustificabitur omnis caro coram  
illo

Oes homines  
aliquando inpe-  
nitentur mortui

illo, id est, Nulla caro iustificabitur. Similiter mul-  
tae aliae huiusmodi sententiae explicantur.

Matth. 25.

Adhaec, Quomodo dicere posset Apostolus:  
Non omnes dormiemus, cum Dominus ipse di-  
cat. Dormitauerunt omnes, & dormierunt: Et in-  
finite sunt scripture de morte, quae non parcat cui-  
quam. Adde quod si uniuersalis conflagratio  
mundi ante iudicium futura est (ut oes fatentur)  
quis (quae) in tanto incendio uiuus ualeat supe-  
rresse: Et quomodo uerum est quod dicitur. Non om-  
nes dormiemus, sed omnes immutabimur, cum non  
sit futura omnium immutatio, teste ipso Apосто-  
lo, qui ait. Mortui resurgent incorrupti, & nos im-  
mutabimur: Non dicit: Et immutabuntur; nec  
dicit. Omnes immutabimur: quoniam nec illud  
uerum erat.

Adhaec, Si de his qui non morientur dixit B.  
Paulus. Et nos immutabimur. Quomodo uerum  
est de ipso Apostolo, quod non sit mortuus, cum  
se inter illos annumeret qui immutabuntur, & non  
morientur? Et quomodo hanc ansam prudens de-  
disset existimandi uicinum iudicium, & immine-  
re diem Domini, cum ipse resolutionem sui cor-  
poris sciret, & de illa saepe loquutus fuisset?

Plura sunt alia praeter haec, quae possunt obij-  
ci contra istam intelligentiam, quibus non arbi-  
tror posse, nisi perperam, responderi: uel illud  
quod ipse Apostolus tam clare ait. Sicut in Ada  
omnes moriuntur: ita in CHRISTO omnes uiui-  
ficabuntur. Et reuera qui non moritur, non re-  
surgit. Et qui non moritur & non resurgit, non est  
membrum CHRISTI. Denique quis ausit ullum ab  
istis communi debito excipere, si neque CHRIS-  
TUS, neque sanctissima MATER eius, neque B.  
Ioannes baptista, neque Apostoli & insignes Pa-  
triarcae & Prophetae excepti sunt? Sed obij-  
ciunt de Henoc & Elia, & nonnulli de Dilecto di-  
scipulo. Nos autem hos fatemur (si non sunt mor-  
tui) morituros tamen omnino, & morte quidem illu-  
sti & pretiosa ut in Apocalypsi ipse Dilectus per-  
spicue testatur habentibus oculos.

In momento, in istu oculi, celeritatem  
indicat resurrectionis. Sicut enim dicto creauit  
ut subito essent cuncta: ita erit quodammodo in  
resurrectione, in nouissima tuba &c. Haec tuba Dei  
idem est (ut quidam exponit) quod trox Archan-  
geli, de qua idem Apost. 1. ad Thess. 2. In uoce Ar-  
changelli &c. Ille enim erit tuba Dei, & putatur  
Michael. Et mortui resurgent incorrupti, id est, im-  
mortales non amplius morituri. Et per hoc exclu-  
ditur ordo temporis in resurrectione, non tamen  
ordo dignitatis. Et nos immutabimur. Nos scilicet  
pii & iusti immutabimur per doctores resurrectio-  
nis, de qua immutatione loquutus est superius: ne  
sine causa aliter atque aliter eadem dictio in eo-  
dem etiam contextu, nullo cogente indicio, sed  
mero nostro arbitrio & uoluntate accipiatur.

Quid est immu-  
tatio Beatorum.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem,  
quod erit commune bonis & malis per commu-  
nem resurrectionem. Cum autem mortale hoc in-  
duerit incorruptionem, tunc fiet sermo, id est, appare-  
bit uerus & uerificabit, qui scriptus est: Absorpta est

mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? &c. Vixit  
mors facta est ex peccato: quia habuit imperium  
in omnes. Haec autem uictoria tunc auferetur: quia  
non erit ulterius neque lex, neque peccatum, neque  
mors. Stimulus autem mortis peccatum est. Quia  
mors per illud nos pungit: ut sit sensus. Peccatum  
est causa mortis: quae mors urget nos tanquam sti-  
mulus quidam dicens. Merito haec pateris, quia  
peccasti. Peccato autem cessante, mors aculeum  
non habet: quia qui in Domino moriuntur, non  
tam moriuntur, quam dormiunt. Virtus autem  
peccati lex. Quod peccatum habeat hanc poten-  
tiam, ut mors sit nobis stimulus, a lege est, quam  
peccator est praeparatus. Vbi enim non est lex,  
nec praeparatio iuste ostendi potest.

Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Do-  
minum nostrum IESVM CHRISTVM. Hic Apo-  
stolus manifeste uult, quod etiam in hoc mundo  
nonnulli potiuntur uictoria aduersus mortem:  
quonia legi parent, & euitant peccatum. Quo fit  
ut his nullus stimulus sit ipsa mors: sicut accidit  
B. Paulo, qui dissolui cupiebat, & esse cum CHRIS-  
TO: quod & multis uiris optimis contingit.  
Quare bene sequitur. Itaque fratres mei dilecti, sta-  
biles estote & immobiles, uidelicet in fide & charita-  
te, ut euitetis stimulum mortis, Abundantes in opere  
Domini semper. scientes quod labor uester non est inanis in  
Domino. Opus Domini est opus quodcumque ipse  
precepit tendens in salutem. Et hoc opus & la-  
bor in eo non est frustra, cui datur pro mercede ui-  
ta aeterna. Hoc est opus Dei, quod dedit Pater  
CHRISTO Filio ut faceret. Hoc opus est sem-  
per faciendum, sicut ille fecit, & dixit. Quae placita  
sunt ei facio semper. Dicitur autem opus Domi-  
ni, non solum quia praecipitur a Domino, uerum  
etiam quia ipse Dominus illud nobiscum opera-  
tur per gratiam suam & auxilium: & quia etiam  
fit in eius gratiam, & hoc facit ut non sit labor ina-  
nis, & ideo ait: Labor uester non est inanis in Domi-  
no. Contra uero ipse male in se eueritur minatur qui  
fuerint auari, & non diuites in Deum. Sententia  
item clarissima pro retributione bonorum ope-  
rum apud Deum, aduersus haereticos.

Remediū unicū  
contra stimulu  
mortis.

Contra hereti-  
cos negantes  
mercedē & me-  
rita.

Io. 9.

CAP. XVI.

**D**E COLLECTIS AVTEM  
quae sunt in Sanctos, sicut ordina-  
ui ecclesijs Galatiae, ita & uos faci-  
te. Per unam sabbati, unusquisque  
uestrum apud se seponat, recondens quod  
ei bene placuerit: ut non cum uenero, tunc  
collectae fiant. Cum autem praesens fuero,  
quos probaueritis per epistolas, hos mittam  
perferre gratiam uestram in Ierusalem. Quod  
si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt.  
Veniam autem ad uos cum Macedonia  
pertransiero: nam Macedonia pertransibo.  
Apud uos autem forsitan manebo, uel etiam  
hyemabo: ut uos me deducatis quocumque  
iero. Nolo enim uos modo in transitu uide-  
re. Spero

re. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud uos, si Dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euident, & aduersarii multi. Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim Domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre, uobis notum facio: quoniam multum rogavi eum, ut ueniret ad uos cum fratribus: & utique non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret. Veniet autem cum ei uacuum fuerit.

**D**E collectis autem etc. Erant autem hæc collectæ subsidia sanctorum pauperum qui erant Ierosolimis. Nam ut in Actis Apostolorum legitur, B. Paulus & Barnabas hoc sibi onus sumpserunt, ab ecclesiis gentium impetrare aliquid elemosinarum ad sustentationem eorum qui erant Ierosolymis Christiani, ubi propter Iudæos, crucis CHRISTI acerbos inimicos, non poterant mendicando uictum querere, & tamen pauperes erant. Sicut ordinavi in ecclesiis Galatiæ. Memor suæ obligationis & charitatis. Ecce quomodo B. Paulus pro alijs sollicitè collectam faciebat, pro se autem nihil. Quo in loco non leuiter punguntur prædicatores uerbi, qui pro se collectas diligentissimè faciunt, pro alijs autem parum, aut nihil. Vnde uerendum est ne illis dicatur: Accepistis mercedem uestram. Quanquã nõ ignorem (ut superius meminimus) Deum ordinasse prædicantibus euangelium, de euangelio uiuere: sed omnis auaritia & procacia ac petulantia abiicienda erat.

Per unam sabbatorum, id est, primam, tropo hebraico. Hæc erat dies Dominica. Unusquisque uestrum apud se seponat etc. Sensus est facilis. Et gratiam uocat beneficentiam & munus: quia liberaliter et gratis erat dandum, & cum omni puritate. Quod si dignum fuerit ut ego eam etc. Non enim omnia decent omnes. Vnde uidebatur non esse Apostolicum talia exequi, propter dignitatem officij, quæ est seruanda, sed & in loco humilitatis gratia demittenda: idè præditus summa humilitate Apostolus & argenti charitate seipsum subiecit. Veniam autem ad uos, cum Macedoniam pertransiero etc. Nihil hic obscurum, nisi quod nescimus plerumque tempora, quando hæc acta fuerunt. Quod uero ait: Usque ad pentecosten. Non dubito quin de festo dicatur, licet quibusdam sine causa, & absque ulla profusa ratione (nisi studium fuerit contradicendi & abolendi festa) aliud uideatur, & exponunt, quod uolebat ibi manere quinquaginta dies.

Ostium enim mihi apertum est magnum & euident, & aduersarii multi. Et sanè conuenit: Vbi enim Deus parat milites suos, etiam diabolus armat suos, & tunc tempus est militiæ ac prælij, non torporis ac desidijs. Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine

me timore sit apud uos. Erat mirum in modum timidus ille dilectus Apostolo, sicut ipse ad illum scribens clarè innuit. Opus enim Domini operatur, sicut et ego, scilicet in salutem animarum. Hoc est opus Domini, ut credamus in CHRISTVM, & credendo uitam adipiscamur æternam. Ne quis ergo illum spernat. Si opus Domini spernendum non est, nec ille qui illud operatur contemnendus est. Deducite, id est, dimittite illum in pace, ut ueniat ad me. De Apollo autem fratre etc. Hic nota quod etiam Apostolo non morigebantur interdum uiri magni. Veniet autem cum ei uacuum fuerit. Græcè ὅταν ἐνκαίρη, id est, quando opportunum fuerit.

Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & confora mini. Omnia uestra in charitate fiant. Obsecro autem uos fratres, nostris domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam sunt primitiæ Achaicæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsum: ut & uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim spiritum meum & uestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt, Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in Domino multum Aquila & Priscilla, cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate in uicem in osculo sancto. Salutatio: Mea manu Pauli. Siquis non amat dominum nostrum IESVM CHRISTVM, sit anathema maranatha. Gratia domini nostri IESV CHRISTI uobiscum. Charitas mea cum omnibus uobis in CHRISTO IESV, Amen.

Vigilate etc. Domini est præceptum uigilantiæ sæpius (nec ab re) repetitum, quia sensus debemus habere assidue experrectos ad uitandum malum, & operandum bonum, & obseruandum inimicorum insidias multiples & a dæmonibus, & ab hominibus structas. Fides uero est in qua stamus, & uiriliter agimus. Hæc exhortatio ex Psalmo collecta est uigesimo sexto: Expecta Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & subsistat Dominum. Expectamus Dominum uigilando, & stando in fide. Viriliter agimus, pugnando & resistendo fortiter tentationibus. Confortatur autem cor, & sustinet Dominum expectans bene operando. Omnia uestra in charitate fiant. Nihil enim tunc fiet perperam, sed cuncta ordine, & ad honorem Dei, & ædificationem proximi.

Obsecro autem uos fratres nostris domum Stephanæ etc. sunt primitiæ Achaicæ. Qui primi uenerunt ad fidem in eo loco. Et quod ait, ordinauerunt seipsum, intellige quod accinxerunt se ad illud opus, ut ministrarent de suis facultatibus temporalia sanctis. Ne quis fatuus hinc colligat, quod in officijs & sacris ordinibus quilibet ualeat ordinare seipsum: quod

quod esset rectissimum ecclesiæ ordinem confundere: imò & seipsum. Et uerè magnam sibi comparat in die iudicij fiduciam, qui in hac breui uita sollicitam erga pauperes curam gerit: quia christiani nominis non facit sola dignitas Christianum: nihilque prodest quod aliquis Christianus uocetur in nomine, si hoc non ostendit in opere. Scriptum est enim: Fides sine operibus mortua est. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui misericordiam proximo non impenderit. Nam quid aliud audituri sunt qui statuentur ad sinistram, nisi: Esuriui, & non dedistis mihi manducare? Sitiui, & non dedistis mihi potum? Nudus fui, & non cooperuistis me? Vbi nec illi qui ad dexteram erunt, idè regnum accipient: quia nunquam peccauerunt: sed quia peccata sua mundare elemosynis studuerunt. Et illi qui ad sinistram erunt, non idè mittuntur ad ignem, quia peccatores fuerunt: sed quia peccata sua elemosynis redimere noluerunt. Ac sic & illos largitas sola glorificabit: & istos sola sterilitas condemnet. Itaque huiusmodi sanctis exercitijs dediderunt seipsum, & sua, generosi isti Christiani, quos ita Apostolus commendat, ut præcipiat eis esse parèdum, & omnibus in uinea Dni laborantibus.

Quod utinam serio considerarent & Prælati, & alij potètes in sæculo, & diuites, qui tam profuse in conuiujs (ad nauisam ferè ferulorum uarietate & multiplicitate extructis) sumptus faciunt maximos, quibus possent alij innumeri pauperes fame & frigore pereuntes. Ait igitur de istis Apostolus.

Refecerunt enim spiritum meum & uestrum. Non aperit quibus in rebus recessit illi, in spiritualibus, ne an in præsentia ipsa, seu potius de suis facultatibus: quod postremum uidetur esse uerisimilius, cum Apostolus ipse esset longè opulentior & paratior ad corroborandos illos circa ea quæ erant spiritus, & perseverantiæ in illo sancto charitatis opere, ut pro temporalibus redderet spiritualia. Et ut prudenti quadam arte Corinthios ad æmulationem animaret, addidit.

Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Cognoscere per gratitudinem, & ut eos honore prosequantur iuber, postquam loco uestri suppleat, quæ uos ipsos, & præsentis seruitio, & opibus prestare æquum erat. Sciendum hic insuper haberi in græcis, hanc epistolam per illos fuisse missam.

Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Asiã uocat non eam quæ maior appellatur, & quam diuidunt Geographi ab Europa & Africa, sed intelligit minorem illam Asiã, in qua erant septem illæ ec-

clesiæ, ad quas suam Apocalypsin scripsit Dilectus discipulus.

Salutant uos in Domino multum Aquila & Priscilla. De his fit mentio in Act. cap. 18. qui meruerunt excipere tantum Apostolum in suis ædibus, & simul etiam manibus laborare. Fœlix sanè tali hospite domus, quæ in ecclesiam conuersa est, & templum Spiritus sancti. Verisimile enim est, omnes illius familiæ sanctis moribus fuisse ornatos, quorum etiam nomine salutem dicit Corinthijs Apostolus: cum domestica (inquit) sua ecclesia, per ecclesiam, totam familiam intelligens. Græcè tamen desideratur, quod additum est (nec quidem male) Apud quos & hospitor. Nam hoc uerum est, & expressè habetur in Act. in eodem iam citato capite.

Salutatio: Mea manu Pauli. Salutationem manu propria scribebat, non solum quæ esset sui erga illos amoris indicium, uerum etiam ad testificationem suam esse epistolam, ne falsi fratres possent ementiri ad fallèdos simpliciorum animos. Hoc autem pro indicio obseruandum significabar, quemadmodum ipse ad Thess. testatur.

Si quis non amat Dominum nostrum IESVM CHRISTVM sit Anathema, Maranatha. B. Hieronymus duas dictiones esse docet, maran, id est, Dominus atha, uenit, temporis præteriti, ut quidam uolunt. Redditur uero causa, quare anathema ei imprecatur qui non diligit: quia scilicet Dominus noster iam uenit, nimirum in humilitate, & cum omni benignitate, non ad iudicandum, sed ad saluandum quod perierat: ut nulla sit penitus excusatio non diligenti. In tantis ærumnis & doloribus, & morte tandem per Crucem decreuit ad nos uenire Dominus, ut si quos facilitas creationis ad amandum non moueret, extrema illa nostræ redemptionis difficultas ad redamandum prouocaret. Pretium nostrum sanguis CHRISTI est, qui eos ueritate summa iudicabit, quos tam immensa misericordia redemit: & sempiterno illos anathemate feriet, qui eruti de potestate tenebrarum, diabolicæ iterum seruituti se subiecerunt, et sanguinem testamenti spreuerunt. Quod a uobis, auertere dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Gratia Domini nostri IESV CHRISTI uobiscum &c. Clara sunt uerba, & iam sunt a nobis in prioribus epistolis exposita. Benedictus Deus.

T



# COMMENTARIA

## IN POSTERIOREM EPISTOLAM

B. PAULI AD CORINTHIOS.



**D**AULVS  
Apostolus IESV  
CHRISTI per uo-  
luntatem Dei, & Ti-  
motheus frater, eccle-  
siae Dei quae est Corin-  
thi, cum omnibus san-  
ctis qui sunt in uni-  
uersa Achaia, Gratia uobis & pax à Deo Pa-  
tre nostro, & Domino IESV CHRISTO.



**H**Aec epistolam ferunt misisse  
B. Paulum ex Troade per Ti-  
tum. Eius argumentum esset  
difficile breuibus perstringere,  
quoniam uaria admodum con-  
tinet. Summabitur autem (ut ita  
dicam) capitulatim. Porro  
nihil hoc in loco uidetur annotandum, nisi quod  
ut in superiore epistola adiunxit sibi Sosthenem,  
tanquam coautorem epistolae: ita in hac adiun-  
git sibi Timotheum. Per illam potenter saluans  
(hoc enim significat Sosthenes) per hanc uerò  
pro salute iam adepta honorificans Deum. Nam  
hoc significat Timotheus. Hoc dicimus, quo-  
niam in priore in criminosos quosdam, obiurga-  
tiones & animaduersiones praemisit ad poeniten-  
tiam, tanquam pharmaca salutaria. In hac uerò  
posteriore, de fructu poenitentiae gratulatur ho-  
norificans Deum. Et quia multa etiam de se in-  
sui commemoracionem praedicat: intelligere le-  
ctor debet, quod illa non ex se proferebat, & in sui  
gloriam: sed Timotheus, id est, honor Dei, qui si-  
bi erat charissimus, cogebat eum. Etenim pro-  
prium est sanctorum uirorum, se interdum ex-  
tollere, non quidem libenter, sed coactè: non sui  
gratia, sed ad aedificationem aliorum, & gloriam  
Dei & honorem: ideo Timotheum sibi socium  
asciscunt. Haec autem in eorum gratiam dicta sint,  
quos mystici scripturarum sensus delectant, qui  
& si apud contentiosos facile spernuntur, qui plus  
quam pietas postularet ad solam literam semper  
prouocant: ualent tamen plurimum ad solatium  
animi, & ad morum probitatem formadam. Imò  
uerò sunt plerumque in ueteri testamento historiae,  
quae si nullis condiantur huiusmodi mysticis sensi-  
bus, insipidae & parum dignitatis habere aestimari

possunt, & quae ad nostram utilitatem nihil condu-  
cant: & tamen figurae erant & propter nos scripta.  
Sed de his aliis. Hic quantum ad literam spe-  
ctat, nihil noui non alibi iam expositum.

Benedictus Deus & Pater Domini no-  
stri IESV CHRISTI, Pater misericordiarum,  
& Deus totius consolationis, qui con-  
solatur nos in omni tribulatione nostra:  
ut possimus & ipsi consolari eos, qui in  
omni pressura sunt, per exhortationem qua  
exhortamur & ipsi à Deo: quoniam sicut  
abundant passiones CHRISTI in nobis,  
ita & per CHRISTVM abundat consolatio  
nostra. Siue autem tribulamur, pro  
uestra exhortatione & salute: siue conso-  
lamur, pro uestra consolatione, & salute:  
quae operatur tolerantiam earundem pas-  
sionum quas & nos patimur, ut spes no-  
stra firma sit pro uobis: scientes quoniam  
sicut focii passionum estis, sic eritis & con-  
solationis.

*Benedictus Deus etc.* A gratiarum actione inci-  
pit pro more suo. Id est enim benedicere Deum,  
quod est agere illi gratias. Et pater Domini nostri  
IESV CHRISTI. Frequenter in epistolis suis  
nominat B. Paulus Patrem & Filium, non ut  
excludatur, sed ut subintelligatur Spiritus san-  
ctus: quia Patris & Filii nexus est communis, &  
reciprocus amor. Pater misericordiarum, id est,  
fons & origo omnium misericordiarum, quae à  
seculo sunt. Et Deus, id est, autor totius, siue om-  
nis consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatio-  
ne nostra. De seipso loquitur B. Paulus. *Vt possi-  
mus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Nul-  
la est tam grata tamque iucunda afflictorum con-  
solatio, quam illa quae ab afflictis uenit, uel qui  
iam pericula euaserunt: aut qui in tribulationi-  
bus constituti etiam gaudent. Nam & non uerius  
et magis compatiuntur. Vnde apud quendam,  
Non ignara mali miseris succurrere disco.  
*Per consolationem, qua et ipsi consolamur à Deo.* Deus  
amicis peculiaribus, quia grauissima patiuntur,  
non solum uberiorem consolationem submini-  
strat: uerumetiam excellentiore modo, ac cer-  
tiore,

tiore, uidelicet per ipsos Dei angelos internè mi-  
ris modis, quos nos ignoramus. Vnde & ipsi cer-  
tissimi fiunt de dilectione Dei in se, & cum Psal-  
mista aiunt. Secundum magnitudinem dolorum  
in corde meo consolationes tuae laetifica uerunt  
animam meam.

*Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione &  
salute: siue consolamur pro uestra consolatione & salute.*  
Graeca lectio clarior sic habet. *Siue autem tribula-  
mur, pro uestra consolatione & salute: siue autem conso-  
lamur, pro uestra consolatione ac salute.* Ergo tribu-  
lationes & afflictiones B. Pauli cedebant in con-  
solationem, ac salutem illorum. At quo pacto  
de afflictionibus Apostoli conuequebant illi con-  
solationem, nisi quia hoc est corporis mystici, ut  
maiora ac potiora membra patiantur pro mino-  
ribus atque indignioribus membris, ut cum ipsis  
remissius agatur? & haec est communio sancto-  
rum. Sic ait ille de Domino nostro IESV CHRI-  
STO, quod factus est egenus, ut illius inopia nos  
qui inopes & miseri eramus, diuites efficeremur.  
*Quae operatur tolerantiam earundem passionum, quas  
& nos patimur.* Verè absque aliqua spiritali  
consolatione nullus quicquam posset libenter  
tolerare. Quinimò nisi diu patietur aduersa. Illa  
igitur consolatio, qua per B. Pauli tribulationem  
& consolationem consolabantur Corinthii, cau-  
sa erat, ut & ipsi Corinthii tolerarent easdem, si-  
ue eiusdem generis passiones. *Vt spes nostra fir-  
ma sit pro uobis.* Ecce unde alitur & roboratur  
spes, nimirum in tolerantia ac patientia, ut quan-  
tò quis duriora patitur, tantò eius spes fiat solidior.

*Scientes quòd quemadmodum focii passionum estis: sic  
eritis & consolationis.* In hoc est enim Dei iustitia:  
ut pro modo non solum gratiae, uerumetiam la-  
boris, & patientiae retribuatur: contra haereticos.

*In haereticos.*

Non enim uolumus ignorare uos fra-  
tres, de tribulatione nostra quae facta est in  
Asia: quoniam supra modum grauati su-  
mus supra uirtutem: ita ut taderet nos etià  
uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum  
mortis habuimus, ut non simus fidentes in  
nobis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos, qui  
de tantis periculis nos eripuit & eruit: in  
quem speramus, quoniam & adhuc eripiet,  
adiuantibus & uobis in oratione pro no-  
bis: ut ex multarum personarum facierum, eius  
quae in nobis est donationis, per multos  
gratiae agantur pro nobis. Nam gloria  
nostra haec est, testimonium conscientiae no-  
strae, quòd in simplicitate cordis & synce-  
ritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in  
gratia Dei conuersati sumus in hoc mun-  
do: abundantius autem ad uos. Non enim  
alia scribimus uobis, quam quae legistis  
& cognouistis. Spero autem quòd usque  
in finem cognoscetis, sicut & cognouistis  
nos ex parte: quòd gloria uestra sumus, si-

cut & uos nostra in die Domini nostri IESV  
CHRISTI.

*Non enim uolumus uos ignorare de tribulatione etc.*  
Tribulatio, quam se pertulisse in Asia significat,  
non satis nota est nobis. Quaecumque autem fue-  
rit illa, cum tam insigniter citetur ab ipso B.  
Paulo, ualde magnam fuisse oportuit, qua supra  
modum se grauatum fuisse praedicat, ac supra  
uirtutem, seu supra uires. Ita ut taderet nos etià ui-  
uere. Aliqui uertunt: Ita ut desperaremus etiam de uita.  
Primum dictum, scilicet supra modum & supra  
uires afflictum fuisse illum, uidetur ab ipso B.  
Apostolo reprobari, cum dixerit: Fidelis Deus,  
qui non patietur uos tentari supra id quod po-  
testis. Nunc autem ponit tentationem supra mo-  
dum, ac supra uires. Sed respondetur, quòd  
amicos & electos suos supra eorum uires tentat  
Deus: non tamen simpliciter supra uires habita-  
diuini auxilii ratione, quo considerato, non est  
supra uires tentatio. Hoc autem facit Deus, ut  
illi perfectè se agnoscant, qui non possent tanta  
perpeti, nisi Dei praesentaneum adesset auxiliium.

*Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habu-  
imus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui susci-  
tat mortuos.* Responsum mortis est inualescencia  
illa, & tribulationis apprehensio, quae opprimis  
hominem ad necem usque, nisi succurrat Domi-  
nus. Sentiebat enim B. Paulus se non posse resi-  
stere per uigorem uenientem à morte. Et in hoc  
responso per hanc concertationem uenit pro-  
uentus, iuxta illud: Sed faciet cum tentatione  
prouentum, ut possitis sustinere. Etenim didi-  
cit ipsa experientia teste, non esse fidendum in  
proprijs uiribus, sed in Deo, qui mortificat, &  
uiuificat: deducit ad inferos, & reducit.

*Qui de tantis periculis nos eripuit.* Graecè, de tanta  
morte, aut de tantis mortibus. *In quem speramus,  
quòd & adhuc eripiet.* Si iam eripuit, dedit spem  
futuri, quòd & eripiet: quoniam perfecta sunt  
Dei opera. Et haec est confirmatio fidei, & spei  
sanctorum, considerare praeteritas gratias, et eua-  
siones. *Adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis.*  
sunt enim effectus plurimi uenientes à Deo, qui  
exigunt orationes, & non priuatas tantum, sed  
etiam Christianorum communes: qualis est libe-  
ratio eorum qui sunt Praepositi ecclesiis, sicut  
erant Apostoli. Vult enim sapientissimus Deus,  
ut quae ad rem publicam & communionem per-  
tinent, ea communiter ab omnibus adiuuentur.  
Sic est mos ecclesiae sanctissime institutus, ut ore-  
tur pro Papa, & Antistibus, & Imperatore, &  
Regibus: quoniam publicas illi personas susti-  
nent, unde multa & bona & mala possunt pro-  
uenire, ut haec prohibeat Deus, illa promoueat.  
Neque enim frustra meminit scriptura factam si-  
ne intermissione orationem dum B. Petrus ser-  
uaretur in carcere. Quantum uerò nostris tem-  
poribus refrigerit populorum erga suos pasto-  
res amor & reuerentia, utinam non pateret plus  
satis: ita ut orationes subditorum uersae sint in  
detractiones & contemptum aduersus Praelatos.

T n Vnde

*De excessiuis  
tentationibus  
sanctorum.*

*Act. 12.*

*Nota.*



Vnde minime mirum si propter peccata vulgi permittat Deus regnare hypocritas. Pro qualitate enim subditorum disponuntur actus regenerationis, ait Magnus ille Gregorius.

Ut ex multarum personis etc. Perturbata aliquantulum uidetur huius loci sententia: quæ proculdubio hæc est. Reddit rationem quamobrem uelit eos qui multi erant, pro se orare ut eripiantur ab illis mortibus. Hæc autem est, ut à multis personis agerentur gratiæ, pro dono sibi per orationem collato, id est, liberationis suæ, & tolerantia suæ. Sciebat enim gratas Deo esse gratiarum actiones: & tantò gratiores, quanto a pluribus redderentur, qui beneficia acceperint. Vnde ut rem ualdè absurdam ostendit in euangelio Dominus de illis decem leprosis mundatis, quorum unus tantum redierat, qui gratias egit. Et uerè communis multorum est hæc erga Deum ingratitudo: uicium profectò pessimum, Deo & hominibus infestissimum. Sicut enim gratitudo & gratiarum actio, est quædam tacita supplicatio, ut quæ accepimus dona conferuentur, et augeantur: sic econuersò, ingratitudo causa est, ut nedum quod oratur, impetretur, sed & quod est datum, meritisimè auferatur.

Pro debitis gratiarum actionibus.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Non est difficile uidere connexionem huius loci cum superiore, si retineatur quod diximus, B. Paulum hæcenus dixisse causam suam esse causam communem, & propterea interesse omnium ut orarent, & obsecrarent, & gratias agerent pro sua ipsius salute. Nunc id probans ait. Nam gloria nostra, seu gloriatio nostra, hæc est, testimonium conscientia nostra, quòd in simplicitate cordis etc. De testimonio conscientia, non solum scripturæ sanctæ, & sacri doctores, uerum etiam Ethnici prædicarunt excellenter, quanta in eo consistat mentis pacatio, & quanta tranquillitas, & quanta fortitudo, & gloria: unde quidam dixit. Hic murus aeneus esto, nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Est & cuiusdam sapientis celebris sententia, quam & plerique magni auctores usurparunt, eam ut uerissimam comprobantes: dixit enim. Hæc est summa boni, mens quæ sibi conscia recti est. Vnde B. Augustinus, si quis Ethnicos repudiet (qui tamè in multis, quæ prudenter ac sapienter cogitarunt atque literis mandauerunt, temerè non sunt spernendi) in libro contra Secundinum ait, Senti de Augustino quicquid liber: Sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Ecce quomodo in hoc solum quiescebat, si conscientia propria non accusabatur. Quæ autem potuisset, nisi certitudinem serena conscientia afferret? Quin ille etiam Dilectus ait: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Sed qualem fiduciam? Audi quod sequitur: Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Hæc ille, qui testimonium perhibet ueritati, Vnde clarè accipitur, in conscientia (si tamen rectè discutatur) non esse deceptionem, Verum

Pro securitate à conscientia bona.

1. Ioh. 3.

plurima sunt pro hac sententia de certitudine & pace, quam reddit homini iusto bene explorata, & ignara peccati conscientia.

Sed turbantur quidam, cum aliàs dixerit B. Paulus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui certè locus (si ueritas præferenda sit humanis commentationibus) planè habet sensum, & longissimè ab eo remotum, qui dissideat à sententia nostra. Loquebatur enim (sicut eo in loco declarauimus) B. Paulus de iustificatione uera & perfecta, & cunctis perspicua, quando proferetur iudicium à iudice qui non decipitur: & iustificabuntur ab eo, hoc est, iusti pronuntiabuntur, qui uerè inuenti erunt iusti. Hæc iustificatio non contingit à sola ipsius priuati hominis conscientia: sed expectandus est uerus & legitimus iudex, & tempus præfixum, quum reuelabuntur abscondita tenebrarum, ut ibidem clarè explicat ipsemet Apostolus. Nam in conscientia nostra quid sit, quid uelateat, nemo alius uidet. Et ideò nullus plenè iustificat apud alios, etiam si sit ipse iustissimus, & sese iustissimè esse certissimè sciat. At quia homini satis est conscientia sua, & testimonium conscientia suæ legitimè exploratæ, atque probatæ: ideò et hoc satis est illi interim, ut gloriatur in corde coram Deo: humiliter tamen & sobriè, in Domino scilicet, Spiritu etiam internè contestificante, sicut gloriabatur Apostolus. Quæ quidè gloriatio nondum est perfecta, quandiu potest excidere homo, & mentem in hac uita mutare.

Sed uide nunc qua de re testimonium fuerit conscientia. Quòd in simplicitate cordis, & synceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo, hoc est, non duplici animo ut hypocritæ, sed syncerè. Nec cuiuscunque synceritatis, sed diuinæ, quæ ex Deo est: Adiecit. Et in gratia Dei: ac si dixerit, non speras, aut confidens in hominibus, sed solum in protectione diuina: & sic solebat antiquitus dici. Et huc spectat quod legimus in Actis, quum recedente Barnaba cum Marco, fratres dicuntur proficiscentem Paulum tradidisse gratia Dei, hoc est, uotis & orationibus commendasse illum diuinæ protectioni & gratia. Cumque talem fuisse conuersationem suam in hoc mundo dixisset, addidit: Abundantius autem ad uos, seu erga uos. Apud eos enim ita se gessit, ut nullam dederit uel malignis occasionem detractionis, ut patet in superiore epistola: Et nunc ait.

Act. 14. 15.

Non enim alia scribimus uobis, quam quæ legistis, & cognouistis: Græcè melius; legitis & cognoscitis. Legebant enim assidue in scripturis: & cognoscebant de Domino IESU CHRISTO per lumen fidei, & ut B. Ambrosius ait, per miracula & signa, & prodigia, quæ faciebat Deus per manus B. Pauli. Spero autem quòd usque in finem cognoscetis &c. Sensus est, Quòd simus nos gloriatio uestra, & uos nostra (Nam gloria patris & magistrum, est gloria filiorum & discipulorum, & econtrariò) spero uos cognituros perfectè in die Domini, sicut nunc ex parte iam cognouistis: quia præ illa cognitione quæ tunc erit, omnis hæc nostra

nostra in præsentia uita mortali cognitio ex parte est, hoc est, tenuis & imperfecta ualdè.

Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis: & per uos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia uenire ad uos, & à uobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc uoluissim, nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me; Est; & Non? Fidelis autem Deus: quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo; Est; & Non; sed est in illo; Est. Dei enim Filius IESUS CHRISTUS, qui in uobis per nos prædicatus est, per me, & Syluanum, & Timotheum, non fuit in illo; Est; & Non; sed; Est; in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo; Est; Ideò & per ipsum, AMEN, Deo ad gloriam uestram.

Qui autem confirmat nos uobiscum in CHRISTO, & qui unxit nos Deus: qui & signauit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcès uobis non ueni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestre, sed adiutores sumus gaudii uestri. Nam fide statis.

Et hac confidentia etc. Hæc Apostolus significat, quòd in hac confidentia ac persuasionem, utpote qui apud illos cognitus esset ut pater, ac magister bonus, ac propterea cum honore ac reuerentia suscipiendus, uolebat proficisci ad illos, ut secundam haberent gratiam. Vocat secundam gratiam, respectu prioris gratia, qua per euangelium eos genuerat, ac formatat tunc paruulos in CHRISTO. Uolebat enim operari in illis pro augmento gratia ac stabilitate. Et hoc uocat secundam gratiam. Narrat quomodo uolebat per eos ire in Macedoniam: & rursum à Macedonia redire ad illos. In superiore tamen epistola dixit, quòd iturus Macedoniam uolebat per eos transire: ex quo uidetur quòd hanc uoluntatem transeundi per illos (de qua hic est mentio) habuerat B. Paulus antequam scriberet ad illos priorem, & mutauerat. Nec est mirandum esse in sanctis mutabilitatem consiliorum, ob multa improuisa quæ illis occurrunt, præsertim apud eos qui peculiari Spiritus sancti uoluntate ad salutem uariorū hominum diriguntur. Contingit n. sæpenuerò multa tractantibus ac uaria, ut iuxta opportunitates mutet sententia. Verū quia ignari negotiorum hanc sententia mutationem possent inconstantia & leuitati tribuere, idè præsertim in sanctis uiris: adiecit.

Cum ergo hoc uoluissim etc. Græcè significantius: Cum ergo hoc deliberassim, num leuitate usus sum? Aut quæ delibero, secundum carnem delibero, ut sit apud me; Est; & Non; ac propterea leuitas? Difficilis hic locus uidet, & obscurus. Mihi tamen eius uerus sensus:

hic uidetur. Cum duo uitia in consilio de mutanda sententia possint interuenire: Alterum leuitas, quum quis non ex graui causa recedit à priori sententia, sed leui uento hæc illac circumfertur: Alterum uerò pertinacia, quæ est dementis & ambulantis secundum carnem, qui quod semel statuit, & liber, etiam ratione suadente atque urgente ut mutet, non tamen uult mutare, sed; Est; semel prolatum, uult ut sit; Est; & Non; semel prolatum, uult ut sit; Non. Sic enim habet græca lectio: Est est, & Non non. Vtrunque autem uitium à se B. Paulus hoc sermone depellit, ac si clarius dixisset. Quòd non uenerim, cum tamen me uenturum deliberassim, non fuit leuitas in mutando consilium, sed ex causa graui illud mutauit. Et quod deliberaui me uenturum, non deliberaui secundum carnem, id est, ut ex libitu meo uenirem: sed deliberationes meas uolui semper esse positas in uoluntate Dei, non in mea: ut quod in lucrum spirituale magis cesserit, illud faciam tandem. Ipsemet enim in priore epistola hoc exprimit, ubi apertè consilium suum in Domini manum reiecit, aiens: Si Dominus permiserit.

Duplex in mutanda sententia peccatū.

Ne autem existimarent, quæ in Dei nomine prædicauerat, & promiserat in uerbo Domini, ea esse similiter huius generis, nimirum mutationi subiecta, comòdè addidit. Fidelis autem Deus. Scilicet in uerbis & promissionibus suis. Illius enim deliberationes, quas prædicauit uobis, non sunt hominis deliberationes, sed Dei qui est fidelis, & nulli subiectus uanitati. Vnde & prædicatio diuinarum promissionum debet esse similiter constans, & nulla ex parte mutare. Quare ait: Quia sermo noster qui fuit ad uos, non fuit fuit; Est; & Non, id est, uariis & inconstans. Nos enim constanter affirmauimus quod uerum est, & immutabile de IESU CHRISTO Domino & Redemptore nostro: Vnde ait.

Predicator euangelij debet esse constans & uerax.

Dei enim filius IESUS CHRISTUS, qui in uobis per nos prædicatus est, per me, & Syluanum, & Timotheum, non fuit; EST; & NON; sed; Est; in illo fuit. Quotquot enim Dei promissiones in illo; Est; & in illo; AMEN; Deo ad gloriam per nos. Sic habet græca lectio: & sensus est, quòd omnes Dei promissiones sunt fundatæ in ipso; Est; quod est Deus. Ego sum qui sum, inquit, ille. Et non potest negare seipsum. Non est enim mutatio ulla in Deo, qui æternus est. Quid autem est promissio Dei, nisi Deus ipse promittens? Si igitur non mutabilis Deus, nec ipsa Dei promissio: adiecit. Et in ipso AMEN. Hic nominaliter ponitur; AMEN; & significat CHRISTVM, in quo omnes Dei erga nos promissiones fundantur. Nam AMEN & ueritatè, & firmitatem significat. Ipse autem Veritas est, & Verbum Dei, quod manet in æternum: cui data sunt omnia à Patre. Nam & per illum omnia condidit, & collapsa instaurauit: & confirmauit illi hoc fœdus in sempiternum.

Amen est Christus.

Ne mireris, lector, cum dico; AMEN; poni hæc nominaliter, & significare CHRISTVM. Id enim apertè indicat Dilectus in Apocalypsi ubi ait: Et Angelo Laodicæ ecclesie scribe: Hæc dicit:

Apoc. 3.

T III AMEN,

AMEN, testis fidelis & uerus. Quod autē sequitur: Deo ad gloriam per nos: Clarē significat quōd illa promissioes omnes fundatæ in CHRISTO resultant in Deū ad eius gloriam. Per nos (inquit) quia per Apostolos & prædicatores uerbi ministros, efficaces fuerunt in ijs qui crediderunt, & obtemperauerunt euangelio.

Qui autē confirmat nos uobiscū in CHRISTVM. Dixerat B. Paulus Dei promissiones ad illos pertinere per ministerium suum, eo quōd ipso offerente Dei pollicitationes & dona, & ipsis acceptantibus, unde sermo sit admixtus fide, oritur efficacia promissionum, & conglutinatio fundamentorum, id est, ipsorum cum superædificatis lapidibus. Ne autem male intelligerent hæc fieri abique Deo, addit: Qui & signauit nos. Græcè σφραγισσάμενος, hoc est, qui simul coniunxit nos, & quodammodo conclusit, ac sigillauit in illum.

Et qui unxit nos Deus (supple tu) is fuit qui hæc nobis effecit per unctionem suam, id est, per donū Spiritus qui uenit à CHRISTO, qui dicitur Unctus eximie, ut de eius plenitudine omnes acciperimus: unde Sponsa. Oleum effusum (inquit) nomen tuum. Per id ergo quod ait: Nos; includit & illos, seruatō tamen cuiq; suo ordine. Unde Propheta: Ecce quā bonum, & quā iocundū, habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbā Aaron. Quod descendit in oram uestimenti eius: sicut ros Hermon qui descendit in montē Sion. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & uitam usq; in sæculum. Hoc psalmo egregie ostēditur Dei sapientia & ordo, quomodo unguentum quod est in capite omnium CHRISTO, id est, gratia CHRISTI per illum ueniens, prius descendit in capite in barbā, id est, in Apostolos & Euāgelistas, in quibus Dei barba, id est, fortitudo cognoscitur, quæ per barbā Aaron designatur. E barbā autem in oram uestimentorum descendit. Per oram autem uestimentorum Aaron, intelligit populos fide illi conglutinatos, & participes unguenti sancti. Est & alia pulcherrima similitudo de rore Hermon, qui est mons, & significat maledictū & anathema. Hic fuit CHRISTVS mons, maledictum & anathema pro nobis factum ad tēpus, & ex parte. Et hinc omnis ros benedictionis, qui effluit in montem Sion, quæ est ecclesia perfectorum: ut tota Hierusalem particeps fiat benedictionis. Quoniam illic mandauit benedictionem Dominus, & uitam æternam: quia extra ecclesiam non est salus. Hæc facit Deus per CHRISTVM in gloriam suam, qui fecit ut ex tēto maledictō, tanta exoriretur benedictio.

Et signauit nos. Signamur nos omnes in baptismo sancto, inuisibili quodam ac spirituali signo, quod characterem uocant Scholastici. Quod si hæretici derideant, quasi scholasticorū sit comentum, non est magnopere curādum. Hoc enim hæreticorū semper fuit propriū, ea rejicere quæ quasi digito in scripturis non ostenduntur. Nam hæc de characterē doctrinā non tantum est recentium Scholasticorū, sed & priscorum Patrū, cū

B. Augustinus expressē ponat in lib. cōtra Parmenianum. 2. Nec est uerisimile illum de suo capite excogitasse, sed traditione accepisse, & à scripturis iuxta sensum ecclesiæ. Basilius magnus eius meminit in eo sermone quo exhortatur ad sanctum baptisma. Hoc est ergo quod hic ait: Et signauit nos. Quod & ratio comprobatur manifesta. Si enim signantur serui hominum quibusdā etiam in unctionibus: & legitimi milites habent certa suorum Ducum signa, ut cognoscatur cui militant: Quid miri est, aut cur non sit rationi cōsentaneum, ut & qui dant nomen in baptismo, & efficiuntur serui & milites Dei sub duce CHRISTO, aliquo spirituali signo in perpetuum testimonium inurantur, uel ad gloriam suam, si permanserint fideles, uel si secus, in opprobrium sempiternum? Signati ergo erant Corinthi characterē baptisimi. Apostolus autem etiam superaddito characterē sacerdotij, & magni atq; apostolici episcopatus signatus est: qua gratia unctus fuit à Deo. Sunt uerò de characterē scholasticæ quæstiones, quas nunc dedita opera missas facimus, tanquā alienas ab hoc præsentī nostro commentariorum instituto.

Et dedit pignus: aut melius iuxta græcam lectionem, arrabonem Spiritus. Hoc est donum gratiæ, siue charitatis ac iustitiæ, quod à Spiritu sancto infunditur. Et est pignus, imò arrha, pars uidelicet præmij futuræ uitæ perfectæ. Inchoatur enim hic quasi in arrha præmij futuri sæculi: quod qui non statuunt, frigidè militabūt. Caietanus hæc unctionem & arrham ad Apostolos contrahit, exponens hoc pacto: Ecce (inquit) quartum donum, quo profitentur se habere certitudinem futuræ felicitatis æternæ, habendo in proprijs cordibus spirituale arrham. Arrha enim tam spōsis, quā negotiatoribus datur in securitatem contractus. Certitudo ergo spei tanta diffusa est in eorum cordibus, ut cognoscāt se habere arrham Spiritus sancti de æterna felicitate. Cum his siquidem donis, non stat uaria prædicatio, ut clarè patet. Hæc ille. Quæ adieci, ut ea cōsiderēt, quæ gratiæ certitudinem negant esse possibilem.

Ego autem testem inuoco Deum in animam meam. Hoc manifestum est iusiurandum: contra eos qui omnino prohibent iuramentum. Necessariò autem ab Apostolo adhibitum est ad faciendam fidē, propter obloquentes, & pseudopphetas, qui ut seiplos extollerent, autoritate ipsius in primis B. Pauli depressa, sectatores sibi conciliare moliebantur. Et rationem cur se ad eos non contulerit, tanto roboratam iureiurando reddit: Quod parcens uobis non ueni ultra, siue hætenus, Corinthum. Significauerat eis in alia epistola, profecturum se in Macedoniam, non tamen per Corinthum. Hic suæ moræ causam affert, nimirum ut illis parceret, id est, ne manum ad uirgam cogeretur mittere. Sunt enim plerq; quorum animaduersionem præsentem prætermittere non possumus: absentes autem prudenter interdum longiorē moram trahimus, ne per nos ipsos animaduertere cogamur, cum tamen spes est respiscentiæ.

Instructio prælatorum.

tiæ, sed alia leniore uia. Et hoc est notandum ad doctrinam prælatorum quorundam, inter quos etsi reperiantur non pauci, quos nullus domus Dei zelus tangit, existit tamen aliqui plus æquo præcipites ad ultionem delinquentium.

Non quod dominamur fidei uestre &c. Declarat Apostolus suam erga illos potestatem non esse despoticam, quam habent Domini in seruos, & mancipia sua: sed politicam, quæ est Regum & Magistratuum in ciues. Non enim illi serui eius erant, nisi per charitatem, secundum quam oportet nos inuicem seruire: unde ait. Nam fide statis: Quia enim fide statis, idē ingenui estis, & liberi coram Deo, adepti hanc conditionem per fidem, facti nimirum filij Dei. Ergo Prælati, quibus in ædificationem Deus potestatem dedit, considerandi sunt tanquā adiutores ad perfectionem tabernaculi Dei uiuentis: in quo commune est gaudium omnium, qui superædificatur. Ideo ait: Sed adiutores sumus gaudij uestri: Videlicet ut gaudium ipsum, quod coeptum est in uia, perficiatur tandem: quod erit cum facie ad faciem uidebitur in cœlesti patria.

CAP. II.



TATVI AVTEM HOC ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos, & quis est qui lætificet, nisi qui contristatur ex me?

Et hoc ipsum scripsi uobis: ut non cum uenero, tristitiam super tristitiam habeā, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus uobis, quia meum gaudium omnium uestrum est.

Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis.

Si quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte: ut non onerem omnes uos. Sufficit illi qui eiusmodi est, oburgatio hæc quæ fit à pluribus: Ita ut contrario magis donetis, & consolemini: ne forte abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo. n. & scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donauī, si quid donauī, propter uos in persona CHRISTI, ut non circumueniamur à Satana. Non enim ignominus cogitationes eius.



Tatui autem hoc ipsum &c. Apud se inquit sic statuisse mutato consilio: non uelle iterum in tristitia uenire. Tristitiam uerò intellige communem, tam

suam, quam illorum: unde ait. Si enim ego contristo uos, quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Erāt contristati Corinthi de terribili supplicio illo, quādo Satanæ tradidit incestuosum. Apostolus autem ex ea re non minore tristitia se affectum testatur, & indigere consolatione. Sicut patri non raro euenire solet, qui dum uerberat filium peccantem, nonnunquam grauiorem ipse dolorem sentit: nec alia potest ratione consolationem accipere, nisi seipsum filius corrigat. Sic B. Paulus non se lætificari posse significat, nisi ab eo quem ipse contristauerit, aut potius qui tristitiam acceperit. Vbi non obscure ostendit, non esse Præposito finem suæ intentionis ultimum, scilicet contristare subditum suum, sed emendationem eius uelle: unde lætificare et ipse.

Et hoc ipsum scripsi uobis. Quid istud est quod ait se illis scripsisse? nisi quod non erat tunc uenturus ad illos, quia nolebat contristari: sed expectabat emendationem cunctorum perfectam, qui erant in crimine, ne cogeretur uenire in potestate & uirga. Re Cole de superiore epistola minas illas. Tanquā non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam? Veniam autem ad uos citò si Dominus uoluerit. Et cognoscam non sermone eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Quid uultis? In uirga ueniam, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? hæc ibi. Nunc se alium quodammodo insinuat. Ut non cum uenero tristitiam habeam. In latinis adijcitur, super tristitiam. B. Ambrosius legit: Ne cum uenissem, tristitiam haberem. Sensus est ergo planus: Ideo scripsi uobis me noluisse uenire in tristitia, ut interim uos irageratis, ut tūc uenero inueniam uos emendatos: & ita cum lætitia, non cum tristitia, ueniam.

Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas &c. Ostendere uult hoc in loco Apostolus se non delectari tristitia, & pœnis in eos ob crimina inflendis: tamen si in priore epistola paulò seuerior uideri potuisset, tradendo illum hominem Satanæ: quo facto (ut est uerisimile) contristauit nonnullos. Hic omnem studet remouere sinistram opinionem, ubi maximam exprimit tristitiam suam, dum testificatur ex multa tribulatione, & contritione cordis se ad eos scripsisse cū multis lachrymis. Non enim ut dominator se gerere cupiebat ad uindictam, sed ut adiutor fidei ad pœnitentiam salutarem: & ut pater misericors, qui non tam sacrificium, quā misericordiam desiderat. Ideo illa scripsit ita durè antea, non ut contristarentur, sed ut noscerent suam erga illos charitatem ampliorē, tanquā pñ patris, qui filiorum salutarem cupit emendationem.

Si quis autem contristauit me. In græcis non legitur, me; rectius quidem. Simpliciter ergo ait: Si quis autem contristauit, id est, ea fecit, quæ tristitiam ingerunt & dolorem (satis inuuit illum incestuosum) Non me contristauit: Sed ex parte, id est, Non me solum: quia ego sum pars eorum quos contristauit. Contristauit enim omnes bonos, & amantes honoris CHRISTI. Ut non onerem oēs

Pro prælati qui cum austeritate & potentia imperant.

Cant. 1.

Pro ordine in ecclesia Dei

Pro characterē in baptismo

Caietanus pro certitudine gratiæ.

Iusiurandum B. Pauli.

uos: Si enim me unum solum (uobis omnibus exclusis) asserebam ab eo contristatum, hoc esset onerare uos oēs, quasi probantes tam enorme delictum, & nullam tristitiam de malo concipientes.

Sufficit ei qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus etc. Quia plerique & maiores (ut decebat) iam increpauerant eum, uult Apostolus hoc illi sufficere ad emendationem: ita ut deberent minores ei condonare & solari, ne plus nimio uel spreus, uel conuictus post mutatam uitam lacessitus, absorberetur abundantiore tristitia, quæ tandem trahit in desperationem. Unde obsecrat confirmari in illo charitatem. Nihil enim tam ualidum ad confirmandam in alio charitatem, quam mutua erga illum charitatis ostensio. Et hoc ait se scripsisse, ut experiretur an illi essent obedientes in omnibus. Adiecit quod & si quid illi donauerunt, hoc est, si quid criminis remiserunt parentes deliquentibus, etiam ipse donauit. Et quodcumque ipse donauit, si quid aliquando ulli donauit, propter eos fecit, id est, in eorum gratiam & utilitatem, ad conseruandam concordiam & pacem.

In hæreticos negantes iurisdictionem in ecclesia.

In persona CHRISTI, hoc est, sustinens personam CHRISTI. Et hoc contra illos, qui negant potestatem remittendi peccata in ecclesia in persona CHRISTI. Quo in loco, aduertat acutus lector, duplicem esse peccati remissionem in ecclesia, prima est absque iurisdictione in baptismo: quia ibi homo mori dicitur in CHRISTO, & sic satisfacere peccato. Secunda uero est de qua hic B. Paulus, quæ fit auctoritate data nobis à CHRISTO, quæ est iurisdictionalis in persona CHRISTI: hoc contra hæreticos.

Vt non circumueniamur, siue occupemur, ut græca uox sonat, à Satana. Hæc enim est circumuentione Satanae, ut possit mactare oues, primo illas dispergendo: quod fit si immodica durtia tractentur subditi, unde apostasia meditantur. Dum enim in oculi manent, id est, in comunione, uix habet facultatem Satanas: quia propter orationes & solatia inuicem colligati retinentur. Et frater qui adiuuatur à fratre, est tanquam ciuitas firma, ut ait scriptura. Denique ait se non ignorare cogitationes Satanae: donec profecto magnum est, ut possint euitari, atque eludi technæ eius multiplices. Hoc autem certum est, inter alia quæ in nos omni conatu molitur, illud esse primum, dispergere & segregare à congregatione ecclesiæ, & particularium ouilium. Tunc enim subito & ex improviso irruit, mactat, & sanguine nostro, quem summopere sitit, impletur: nunquam tamen ad saturitatem. Et hæc notent regularium congregationes: quoniam maxime in his erratur.

Cum uenisset autem Troadē propter euangelium CHRISTI, & ostium mihi apertum esset in Domino: non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum: sed ualefaciens eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in CHRISTO.

IESV, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia CHRISTI bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum Dei: sed ex sinceritate sicut ex Deo, coram Deo in CHRISTO loquimur.

Cum uenisset autem Troadem propter etc. Narrat Apostolus aduentum suum ad Troadem, & ipsius profectiois causam, nimirum ad euangelium annunciandum: & uiam sibi datam ad hoc efficiendum, scilicet ostium apertum in Domino. Et tamen (quod mirandum est) testatur se non inuenisse requiem spiritui suo, eo quod non inuenisset ibi Titum fratrem suum: quod uidetur non satis causæ fuisse ad discedendum inde, patefacto præsertim sibi ad prædicandum officio. Quapropter subaudiendum est, hoc illum fecisse propter aliquam aliam urgentem necessitatem, ad quam indigebat ipso Tito ad quoddam opus melius. Nam & quædam leuioris momenti bona plerumque relinquenda sunt ad promouenda meliora. Videtur autem hoc totum in eorum gratiam dicere, propterea quod expectabat Titum à Corinthiis, quæ ad inuicendos illos miserat, ex cuius præsentis sermone postea rescire fideliter posset, quomodo illi sese haberet. Ergo profectus in Macedoniam illum ibi recepit. Sed hoc spiritu Dei actus fecit: quoniam in Troade habuit uisionem illam pro Macedoniis, ut illuc ad euangelizandum properaret. Sed ualefaciens eis profectus sum in Macedoniam. Credo ad Philippenses, unde hanc fertur scripsisse epistolam.

Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in CHRISTO IESU. Triumphare est celebrare uictoriam ducendo captiuos ad ostentationem. Quia ergo Paulus fuit aduersarius Deo, & CHRISTO, cum captiuus factus est (licet uolens) & seruiret Deo militans illi: triumphari se assidue dicit à Deo, dum foelicissimam captiuitatem suam ostendebat. Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quæ enim Dei sunt, uidelicet quod est misericors, quod est uerax, non conspiciuntur nisi in effectibus, quos fecit in CHRISTO & per CHRISTVM in Apostolis suis: qui fuerunt quasi odor illarum uirtutum Dei, & CHRISTI: ad refocillandum genus humanum: unde ait.

Quia CHRISTI bonus odor sumus Deo. Sicut odor emittitur ex agitatione, & confricatione rei, in qua insit uirtus odoris: Item cum res ad ignem ponitur ut aduratur, uelut thus, & quæ sunt huiusmodi, tunc odor excitatur. Ita ex tribulatione sanctorum, & ignita prædicatione, extra funditur odor uirtutum per ueritatem, per patientiam, per charitatis feruorem, in mansuetudine & benignitate, & reliquis effectibus charitatis admirandis, qui sunt bonus odor ipsi Deo, id est, ad eius gloriam: qui quidem odor diuersa & contraria operatur.

Qui propriè dicuntur perire.

Contra novos predicatores carni placentes

Matth. 10.

ratur in diuersis, uidelicet ut ipse declarat, in his qui pereunt, & in his qui salui fiunt etc. id est, in his qui aptati sunt ad perditionem: & in his qui aptati sunt ad salutem: quæ quidem aptatio à nobis est. Si enim bonum odorem oblatum & inspiratum non admittimus, sed excludimus & reuicimus, aptamus nosmetipsos ad perditionem. Et tunc dicimur perire: quia hoc prudentes eligimus & uolentes. Et fit nobis odor ille bonus in mortem gratiæ, in mortem nimirum illam secundam & sempiternam, & merito: quia agnoscentes odorem bonum, aut ualentes agnoscere, non tamen probauimus. Quod si e conuerso illum recipimus, admittimus, ac probamus, fit odor uitæ in uitam, id est, uitæ gratiæ in uitam gloriæ. Et hoc nobis concedat per suam misericordiam dominus Deus noster.

Et ad hæc quis tam idoneus? Licet græcè non legatur: Tam uerum non malè suppletur. Proculdubio autem B. Paulus se idoneum ad hæc uoluit insinuare: quoniam ille fuit (sicut Dominus Deus suus IESVS) in signum cui contradiceretur, ut effunderet odorem ueritatis euangelij in patientia sua, & ostensione spiritus, in signis, & prodigijs, & uarijs uirtutibus: unde ait. Non enim sumus, sicut plurimi. Græcè: multi. Et in quibusdam legitur: ceteri: quod non ita placet: nisi hic intelligas commendari apostolicam tantum prædicationem. Et per ceteros intelligas non CHRISTI Apostolos, nec ab Apostolis missos: sed alios qui se suo arbitratu & electione constituebant tales. Illi enim erant adulterantes, siue cauponantes, uerbum Dei: quoniam sicut caupones malum uinum apponunt pro bono, quod per admixtionem aliquam inficiunt, ut sic illud uident peregrinis & hospitibus, non secus pseudoapostoli illi faciebant. Hos nunc egregie imitantur hæretici noui, qui fidem solam prædicant carni: & loco durioris, sed salutaris poenitentiae & contritionis, CHRISTI passionis gratis donatas omni tempore uulgo obrudunt, nulla distinguentes tempora, quæ ante baptismum fluxerunt, & quæ & post baptismum receptum insequuntur. Hoc uero callide quidem agunt, ut placeant carni: quia & ipsi gloriam in carne appetentes, à semetipsis loquuntur, & à spiritu erroris, non ex spiritu ueritatis. Sed non sic noster Doctor, non sic: sed (ut ipse inquit) ex sinceritate sicut ex Deo, coram Deo in CHRISTO loquimur. Contra illam infectionem, & contaminatam pseudoapostolorum doctrinam opposuit suam sinceritatem, quæ in hoc probatur, quum quis non ex se loquitur, sed ex Deo, & spiritu eius: ut prædictum fuit. Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis: & addit.

Coram Deo: tanquam semper cernentes Dei præsentiam, qui uidet omnia: id quod non faciunt pseudo prophetae. In CHRISTO: quoniam homo in ecclesia existens, in CHRISTO quoque existit, qui in ecclesia est, & in medio nostrum, & continens nos omnes, qui membra sumus corporis eius. Hoc autem non poterant dicere pseudoapostoli, qui iam ab ecclesia erant segregati: quoniam illis contradicebant ipsi Apostoli ueri, & explo-

debant eos. Tales nostra ætate sunt noui magistri, qui sese in totius ecclesiæ censors propria auctoritate, id est, temeritate crexerunt.

## CAP. III.



NCIPIMVS ITERVM nosmetipsos commendare? Aut nunquid egemus, sicut quidam, commendatiis epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris: quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam epistola estis CHRISTI ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per CHRISTVM ad Deum. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ sed spiritus. Litera enim occidit: spiritus autem uiuificat.



Batus Paulus uolens à se depellere, quod apud omnes uitio datur, uidelicet quod iterum, id est, hac secunda epistola inceperit ore proprio se laudare, & commendare insinuando se alijs per commemorationem propriarum uirtutum, cum scriptum sit. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua: ostendit primum se non imprudenter facere, sed prudenter, hoc est, sciens qua ratione sit adductus: non equidè inanis alicuius cupiditate gloriæ (quod est plerique proprium) sed mera charitate coactus, & diuini honoris zelo inflammatus. Ait ergo: Aut nunquid egemus, sicut quidam. Innuit non defuisse qui tali artificio famam sibi & honorem mendicarent, commendatiis epistolis ad uos, aut ex uobis: Quod perinde est ac si dixerit: Nunquid ego adeo sum ignobilis CHRISTI Apostolus, & ea nominis penuria laborans, ut egeam commendatijs aliorum ad uos in gratiam mei literis, aut uestris ad alios, quibus ad aliquem fauorem mihi pateat aditus: quemadmodum facere illi solent, qui per huiusmodi literas commendationes conciliare sibi procurant: ac si dixerit manifestè. Ego non me commendo uobis, ea dicendo quæ uos ipsi nesciatis: aut etiam quæ nesciat mundus, ut sic indigeam ab alijs ad uos, & à uobis ad alios literis commendatijs.

Quod autem non indigeret istis commendationibus per epistolas atramento scriptas, quæ pereunt, & parum probant, hoc per epistolam uiuam & manentem suadet, aiens. Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris. Quod ut subtilius intelligamus (quoniam metaphoricus sermo est) non est dubium, quin epistola ea sit, quæ scribitur

PROU. 27.



bitur, ut mittatur legenda. Dicit ergo. primū fuisse illos suam ipsius epistolam, scriptā in suo corde à Deo, quos ab eo acceperat tanquam signatos, atque scriptos in corde suo ad saluandū eos propter immensam charitatem, qua illos amplectebatur, ita Deo scribente. Et quia illam multis modis foris ostendebat, dicit: *quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus.* Et indicans quomodo esset missa ista epistola, ut posset legi ab omnibus, addit: *Manifestati;* hoc est, in eo quod manifestemini, ut sermo græcus potius sonat. *Quod estis epistola CHRISTI, ministrata à nobis.* Quoniā & in uobis, id est, in cordibus uestris scripsit Deus legem suam per ministerium nostrum.

*Et scripta, non atramento.* Quandoquidem Dominus IESVS, qui per ministerium nostrum scripsit hanc suam epistolam, scripsit eam non atramento, id est, non liquore illo atro, & hominum manu composito, qui obliteratur, & corrumpitur: sed Spiritu Dei uiui, qui æternus est & efficax in nobis. Ideo dixit: *uiui;* quia per uitam potētia eius summa significatur. Vnde sæpius legimus iuramentum. *Uiuat Dominus;* in quo potentiam testificatur. Spiritus enim est uitæ, & ipse totus uita est: & ita omnipotens. Et hoc etiam erat eius proprium iuramentum. *Uiuo ego.* Non in tabulis lapideis, sicut illa uetus lex olim, quæ scripta fuit in tabulis lapideis: sed non proficiebat, quoniam infirmabatur per carnem rebellem. Oportebat ergo mortificari carnem, & ita scribi in tabulis cordis carnis: quod fecit Spiritus sanctus in illis, infundens eis charitatem, accepto per fidem CHRISTI euangelio.

*Fiduciam autem talem habemus &c.* Hic incipit rationem reddere, cur tam liberè de se loqueretur & in sui laudem, aiens quod illam tantam fiduciam habuit per CHRISTVM, ipso nimirum ministro omnium donorum. Nam propter illū, & per illum, omnes participes sumus gratiæ & uirtutis suæ, secundum mensuram fidei. Et nō solum dicit per CHRISTVM habere se talem fiduciam, uerum etiam, *ad Deum,* id est, in Dei gloriam, & non suam propriam: unde & bene sequitur.

*Non enim sumus sufficientes, siue idonei, cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientia, siue idoneitas, nostra ex Deo est.* Multa habemus ex nobis quasi ex nobis: quia naturalia eorum principia sunt in nobis. Sed ut bonū faciamus corā Deo, & si sit ex nobis, non tamen ex nobis: quia non ex natura, aut in se natura uiribus in nobis: sed ex Dei gratia & fauore procedit, & consequenter à principio (licet intrinseco) tamen informato gratia quæ est Dei donum, & desuper uenit.

Quo in loco iugulantur & qui liberum arbitrium negāt (ut Manichæi) quod fatetur Apostolus sufficientiam cogitādi ex nobis: Et simul prosternuntur qui tantum libero tribuunt arbitrio, ut absque gratia & auxilio superno uelint ipsū posse rectè operari. Et ideo dixit: *quasi ex nobis: Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litteræ, sed spiritus,* id est, non ad docendum tantū quæ sunt diuinæ ueritatis per litteram, sed ad hoc ut

accipiatis donum Spiritus, ut quam auditis legem, possitis perficere. *Littera enim,* id est, doctrina legis scripta alibi quàm in corde, *occidit:* quia nemo illam seruat, nec enim potest, ut alibi declarauimus. *Spiritus autem uiuificat:* quia dat uires ad faciendum, unde uenit uita. Scio aliter exponi hunc locum à quibusdam: sed sensum germanum explicui, quem magis probauit B. Augustinus in libro de Spiritu & littera.

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nā nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur. Etnō sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum: quod in CHRISTO euacuatur. Sed usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, uelamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Deum, auferetur uelamen. Dominus autem Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos uero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

*Quod si ministratio mortis etc.* Nota est historia, quam hic commemorat Apostolus. Nam cum Moyses accepisset à Domino tabulas legis in monte, & descendisset ut eas legeret populo, uiderunt filii Israel, & ipse Aaron, cornutam faciem eius, id est, gloriæ radios, & claritatem prodire ex uultu illius, ita ut metuerent etiam accedere ad illum. Quo facto significare uoluit Spiritus sanctus, ad ministracionem diuinorum testimonium Dei requiri, ut ea quæ ministrabantur, diuina esse propter apparentem gloriam intelligerentur.

Si hoc igitur in ministracione illius legis, quæ cessare debuit (cum non esset æterna) per aduentum legis æternæ: & ideo eius gloria erat euacuanda adueniente maiore gloria: Quomodo ergo magis ministratio nouæ legis debuit esse in gloria, id est, in excellenti testimonio signorum, & prodigiorum, & Spiritus sancti illuminantis corda: imò etiam sensibilibiter uenientis, sicut fuit in ecclesia primitiua: Et hoc dixit ad ostendendum, non magnopere

*Præstantia legis nouæ præ illa ueteri.*

magnopere mirandum, si uideri poterat Apostolus seipsum commendare. Non enim hoc erat se commendare, sed ad id quod quàm latissimè patebat eorum oculos conuertere: ne in luce meridiana cœcutirent, aut lippirent.

*Diuersa legis & euangelij ministratio.*

*Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.* Ponit differentiationem inter ministracionem legis, & ministracionem euangelij. Nam legis ministratio, erat ministratio damnationis: quia lex posita iniusto & contumaci, non poterat operari nisi damnationem, ut quæ operaretur præuaricationem in homine malo. Omnes autem erant mali. Ministratio autem euangelij, erat ministratio iustitiæ, quæ infundebatur credenti in Dominum IESVM. Et ob eam causam decuit ut lex noua euangelicæ iustitiæ superaret ueterem in ostensione uirtutis diuinæ, & gloriæ. *Nec enim glorificatū est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.* Sensus est, illam legis gloriam, præ excellenti gloria euangelij, quodammodo non fuisse gloriam: quoniam à maiore sydere obscuratur minus, & merito. Vnde ait: *Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est.* Ita enim debet excedere gloria noui testamenti gloriam ueteris, quantum quod manet, id est, quod est perpetuum, illud excedit quod cessat & euanescit.

*Habentes autem talem spem, multa fiducia utimur,* id est, habentes spem non temporalium, sed æternorum per gloriosius & firmiter Dei testamētū, utimur multa fiducia. Græcè, *πρόσθεσις*, hoc est, libertate loquendi ampla pro gloria Dei & CHRISTI, nunc ex magna parte manifestata. *Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius, quod euacuatur.* Rursū nota est historia, quomodo Moyses ministrans illam legem, apparuit cornuta & radiante facie filiis Israel. Sed cum loquebatur eis, ponebat uelamen super faciem suam, significans illis, ut nō intenderent in faciem eius quod euacuatur, id est, in illam priorem gloriam: sed expectarent aliam uenientem, id est, ut non intenderent in litteram, sed in spiritum: nō in Moysen, sed in CHRISTVM: non in carnalia, sed in spiritualia: non in temporalia, sed in æterna. Nā hæc manent: illa euacuatur.

*Loci difficilis ac subtilis expositio.*

Græci quidam codices non dicunt: in faciem; sed in finem: ut sit idem sensus. Nam finis obseruantie illius legis, erant bona terræ quæ promittebantur, ad quæ intendebat ille populus, & nūc etiam intendit, & totus inhiat: contra quam ipse Moyses cupiditatem eo uelamine admonebat, tanquam si diceret. *Gloria mea nulla est: ueniet fortior me, quæ debetis audire, qui est ipse uera imago Dei, & gloria eius.* Non ego sum illa imago Dei, sed ille: & ille est gloria Dei, quæ non habebit uelamen. Assidue quippe magis ac magis manifestabitur: & qui manifestabit eam Apostoli sui, siue uelamine manifestabunt. At illi miseri Iudæi nihil horum intelligebant. *Sed obcæcati sunt sensus eorum: siue obcæcati sunt mētes eorum ab illa gloria carnis, cui nimium pertinaces studebant.*

*Nam usque in hodiernum diem id ipsum uelamen in*

*lectione ueteris testamenti manet, non reuelatum.* Sensus est, ipsum uelamen quo Moyses operiebat faciem suam, ad quam intendebant, & propterea non poterat cerni gloria Dei, manere ipsis Iudæis adhuc non reuelatum: quia non intelligunt quid sibi uelit impediendo Moysen, ad quem respiciunt, cum ipse tamen aliter per uelamen illud, admōnuisset. Nam quia non effulsit illis euangelicū lumen, per quod euacuatur uelamen, & tollitur uelut figura per ueritatem, manet uelamen, quod in solo CHRISTO euacuatur: quia per illum perit omnis gloria Moseos. Et ob eam causam ab eis obseruari in hodiernum diem puto, ut dum legunt Moysen, uelentur Rabbinii in synagogis eorum.

Sed quare (dicit aliquis) non effulsit eis euangelicum lumen? Responderetur, nō hoc esse ab ipso euangelio, quasi parum gloriæ haberet. Aut quia prædicatores eius ponant uelamen in faciem suam: sed quia ipsi non intelligentes mysterium uelaminis, uelamen ipsum positum habent in cordibus suis. Hoc autem uelamen affectio est carnis. Quapropter non possunt auertere oculos à Moysen, & conuertere ad CHRISTVM, quādiu terrenis lucris & commodis sunt intenti. Declarauit enim per Moysen Deus medio illo uelamine, illam gloriā ueteris testamēti, in quā miseri Iudæi intendunt, esse quasi uelamen illis, ne queant intendere in euangelium, in quo est uirtus Crucis. Non enim possunt simul concurrere duo fines, temporalium scilicet bonorum, & æternorum.

*Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur uelamen.* Hoc autem si prius conuertatur Dominus ad illos (quod aliquādo tandem erit) & alio quo modo ostēdat illis positum ob oculos illud uelamen, quo impediuntur ne possint credere. *Dominus autem Spiritus est.* Vult probare sublatum iri ab eis uelamen, quando conuersi fuerint ad Dominum. Ratio autem est: quia Dominus Spiritus est. Et qui conuertitur ad Dominum, Spiritus fit, & filius Dei, cui patent omnia. Et Spiritus est qui reuelat diuina: eiq; reuelantur diuina, qui de illo participat. Non est enim seruus, sed filius: neque est ulterius ille puer, qui penè nihil distat à seruo, sed grandioris ætatis accessu liberatus à pedagogo (nēpe à Moysen & lege prisca, unde clamare iam didicit Abba Pater) sentit, & in seipso tandem cum magna animi exultatione experitur ueritatem illam, quam summæ ueritatis Magister CHRISTVS protulit: Si filius uos liberauerit, uerè liberi eritis. Liberat autem per Spiritum suum sanctum. Ideo dicit. *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Etenim homo Spiritu Dei afflatus, nō est ulterius homo sub lege dominante & pedagogo: sed sub Spiritu, sub gratia: amore, non timore faciens quæ sunt diuinæ legis.

Nos uero omnes, id est, nos siue Iudæi, siue Græci, qui interim credidimus in IESVM: *reuelata facie gloriam Domini speculantes,* siue contemplantes: quia non habemus uelum carnis oppositum, in eadem imaginem transformamur: quoniam efficimur Spiritus, sicut ille est Spiritus. Qui enim ex Deo natus est & adhæret Deo, Spiritus est. Ideo subdit: *à claritate*

A claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu, uel à Domino Spiritu. Ipsa enim gloria Dei est quæ facit nos lucem de tenebris. A gloria ergo, & ex consortio gloriæ etiam nos gloriosi efficitur, & in hoc mundo illustrati gratia, quæ est arrha quædam gloriæ: & in alio mundo perfecta gloria, qua tunc illustrati, longè magis, similes ei erimus.

## CAP. IIII.



**I**DEO HABENTES HANC administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes uerbum Dei: sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum: in quibus Deus huius seculi excœcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelii gloriæ CHRISTI, qui est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed IESVM CHRISTVM dominum nostrum. Nos autem seruos uestros per IESVM: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere; ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie CHRISTI IESV.



**I**DEO HABENTES hanc ministratiōem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus. Græcè: sicut misericordiam consecuti sumus. Totum tribuit misericordiae Dei B. Paulus, non solum dimissa sibi peccata, uerum etiam quod promotus fuerit ad tantam apostolatus sublimitatem, ut posset adeo gloriose fungi ministerio euangelii Dei. Non deficimus: uel non delassamur, non ignaui sumus, quicquam omittentes eorum quæ sunt apostolici muneris. Sed abdicamus (seu abdicauimus) occulta dedecoris. Vide ne hic sit sensus, Quòdin prædicatione CHRISTI crucifixi perfecta, quæ tunc est, quum non solum sermone, sed factis & moribus prædicatur, multa sunt quæ occultè hominem tætant ut delassetur, & omittat prædicationem: quoniam quæ Crucis sunt, probro & dedecore uidentur afficere hominem: quæ certè homo secundum carnis prudentiam, non facile admittit. Nam quis lubenter patitur unquam (nisi magno spiritu ferueat) seipsum contemni? Sed B. Paulus hæc occulta, quæ intus animum pangunt, ait à se iam abdicata esse. Non enim erubescit euangelium. Potest etiã sic intelligi, ut per occulta dedecoris, siue turpitudinis, accipiamus temporalia lucra, siue gloriæ, siue aliorum bonorum carnis ac mundi, ad quæ pseudoapostoli aspiciant, & aspi-

rabant: quæ ut possent consequi, falsam ac fallacem doctrinam uulgo gratam prædicabant. Et ideo subiunxit.

Non ambulantes in astutia, neque adulterantes, siue dolo inficientes, uerbum Dei: sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Magna de se ipso prædicat uitæ innocentiam, & cordis rectitudinem in ministerio euangelii. Et nota quod ait, coram Deo: ac si dixerit, quod nullus homo poterat ex uera conscientia, quæ coram Deo patet, illum reprehendere in ulla re. Poterant autem multi contra conscientiam inculcare illum, & falsò calumniari: quod accidit omnibus piis, & pie in CHRISTO uiuentibus, & studentibus christianæ ueritati.

Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum. Dixerat manifestatam à se CHRISTI gloriam, sicut & ab alijs Apostolis, nullo ad faciem obuoluendam uelamine adhibito. Modo respondet obiectioni, quæ fortassis fieri à quibusdā poterat, uidelicet: Si eousque est gloriose prædicatio tua, Paule, quid est in causa cur non omnes uident hanc tam perspicuam gloriã, quam tu absque uelamine ostendis? Constat enim multos esse qui non credunt euangelio. Respondet, euangelium quidem opertum esse multis, non ex uelamine ullo, quod afferrent euangelizantes (sicut accidebat Moyse) sed ex prauitate, ac cœcitate quam habent illi, quibus uelatum est: quoniam non sunt qui pereunt, hoc est, qui sua sponte aptati sunt ad interitum & perditionem. Et propterea quem illi sequantur, & cui pareant, spreto CHRISTI Apostolis, aperit inquit.

In quibus Deus seculi huius excœcauit mentes infidelium. Dura cœstructio, sed sensus clarus. Deus seculi huius Satanas est, id est, eorum est Deus qui diligunt hoc seculum, etiam conspecta luce, sicut dixit Dominus. Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Verè enim CHRISTVS Dominus est omnium, qui redemit omnes de potestate diaboli. At si rursus homo non uult inde erui ac liberari, rursus fit Satanas illius occupator & dñs. Et qui eiusmodi sunt, efficiuntur digni excœcatione, ut non possint uidere lucem, etiam si uelint: propter quod ait: Ut non fulgeat eis gloria euangelii CHRISTI, id est, gloria prædicationis, unde possent coniectare de ueritate euangelii à claritate prædicationis, quam comitabantur innumera signa & prodigia. Qui est imago Dei. Unde decuit ut primum, ac primum in illo, & per illum Dei gloria manifestaretur: quod fecit ipse innumerabilibus signis & miraculis, & doctrina, ut testatus est ipse, quum dicto uertit aquam in uinum. Et quum illuminauit cœcum à natiuitate: & quum excitauit mortuum Lazarum quatuoriduanum: & quum apparuit in gloria sua in morte sancto: & quum uox Patris intonuit: & quum multis alijs modis gloriose manifestauit se ipsum & ante & post resurrectionem: quæ gloria comitata est etiam apostolicam prædicationem.

Non enim nosmetipsos prædicamus sed IESVM CHRISTVM dominum. Græcè sic legitur, & bene:

bene: & sensus est. Thema & tenor prædicationis nostræ non sumus nos, aut nostra gloria, sed IESVM CHRISTVM esse Dominum, quia creator ac Redemptor noster. Vide quàm frequenter Apostolus suam integritatē commemorare cogitur, propter eos qui se capita constituebant. Ipse uerò nedum principatum sibi usurpabat, sed se uel patrem, uel socium & etiã seruum ostendebat in CHRISTO, unde ait. Nos autem seruos uestros, ut potest ministros ab eo electos, in salutem uestram. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, hoc est, ille Deus qui dixit: Fiat lux, cum tenebræ essent super faciem abyssi, & continuo fecit ut splendesceret lux: ille, inquam, Deus illuxit in cordibus nostris. Nostris, inquit, primum, qui electi sumus ad testificandum lucem quasi rutilantia sidera, ab ipso Sole & uera luce lumen recipientia. Quæ corda nostra erant prius tenebrosa: sed Deus excitauit lucem, quæ fulgeret in illis, ad illuminationem scientiæ claritatis, siue gloriæ Dei, hoc est, ita illuxit, ut corda nostra per illud lumen informarentur scientia gloriæ Dei, illius, inquam, gloriæ quam accepit CHRISTVS qui Deus est, & illam nobis est pollicitus.

In facie CHRISTI IESV, Melius (ut mihi uideretur & emendatius) in persona CHRISTI IESV. Nam in ipso IESV resedit primum omnis gloria, ad quem aspicientes, uidemus & Patrem: unde ille dixit. Philippe, qui uidet me, uidet & Patrem meum. In illo enim sunt omnes diuitiæ, & omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei Patris absconditi.

Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deicimur, sed non perimus. Semper mortificationem IESV CHRISTI in corpore nostro circumferetes, ut & uita IESV manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter IESVM: ut & uita IESV manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: uita autem in uobis.

Habemus autem thesaurum istum etc. Thesaurum uocat Apostolus gratiam illuminationis ad euangelizandum. Vasa item fictilia uocat corpora nostra, quæ de terra sunt, corruptioni obnoxia. Cum ergo thesaurus iste in his fictilibus uasis ostendatur ab eius effectibus magnis: planè apparet excellentiam illius potentiæ, licet sit in nobis, non tamen esse ex nobis, sed ex Deo. Probat autem assistentem uirtutem in se, non à signis solum & prodigijs, quæ faciebat Deus per ipsum, sed multo magis ab efficacia, & effectibus charitatis suæ & fidei, quæ erant longè maiora miracula. Ait ergo,

In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Quod ait; in omnibus; potest accipi pro; ubique; aut pro quouis tempore ac momento; aut in quouis re. Et quod dicit; Non angustiamur; significat in pressuris ac tribulationibus animum & cor non potuisse constringi: contra quàm ipse eius reinatura postulabat. Quis enim tam stupidus natura esse potest, ut in tribulationibus gaudeat? Et tamen ille dilatabatur amplius: ueluti ignis quidam, qui dum extimulatur, & comprimitur, excitatur potius, & scintillat ardentius. Aporiamur, sed non destituimur. Etiam homo Dei in magnis perturbationibus uenit aliquando in quadam aporias, hoc est, anxias dubitationes & sollicitas, quid nam agere debeat, animaduertens undique mala impendere & pericula. Sed non destituimur. Græcè, non ἐξαπορήμενοι, quod est superari tædio: & non malè dixit interpretes. Non destituimur; Propterea enim minimè superabatur, quia non destituebatur, scilicet consilio & fauore diuino, ut superius primo capite dictum fuit. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Adiuuamur namque à Deo ut possimus perferre. Humiliamur, sed non confundimur. In græcis communiter hoc non reperitur: licet sit sanctissimè dictum, & rectè se habet. Etenim uera & profunda humilitas nobilis est, & non fert secum confusionem. Secus in humilitate parum ingenua accidit, quæ parit animi deiectionem & languorem: unde & pudore confunditur homo, uelut qui succumbens in causa, perdit omnem respondendi, aut sui defendendi fiduciam. Deicimur, sed non perimus. Deicimur, inquit, ab hominum confortio, ut nemo faueat nobis. Et tamen non perimus: quia Deus & angeli eius nos benignè excipiunt, & dulciter interius fouent.

Semper mortificationem IESV CHRISTI in corpore nostro circumferentes: ut & uita IESV manifestetur in corporibus nostris, siue in corpore nostro. Hic mortificationem pro morte accipit B. Ambrosius. Et sensus est, ab eis fuisse repræsentatam quodammodo in corpore ipsorum CHRISTI mortem, & uitam. Sicut, n. in illo CHRISTI corpore, cum esset mortuum, uita erat, id est, illa diuinitas, unde potuit semetipsum suscitare: ita in corpore B. Pauli per multas passiones aderat uis mortis (etenim mortuus omnino fuisset, si suis tantum uiribus uoluisset inniti) sed uita CHRISTI manifestata est, quæ erat in eo, superans omnem uim mortis. Quoniam ne succubuerit morti, uita CHRISTI, hoc est, potentia, & uigor qui erat in eo, hoc effecit: unde dixit. Viuo ego, iam non ego: uiuit autem in me CHRISTVS. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter IESVM. Ait; nos qui uiuimus; Quare dicit, nos qui uiuimus? Quis enim dubitaturus erat de eius uita? Et quis item ignorabat, semel mortuos non posse denuò tradi in mortem? Existimo illum ob id se uiuentem appellare, propterea quod natura animo præditus erat excelso, & ferociter atque intrepidè quæcunq; pericula ingrediebatur, qui debebat etiam comprimi per affli-

ditiones & tribulationes, ut recognosceret se talia ex sua uirtute tolerare nequaquam posse. Quod autem talis fuerit B. Paulus, quæ ante fecerat aduersus CHRISTVM restantur, dum spiraret plenus minarum & cædis in discipulos Domini, ui & uiolentia trahens per domos, tanquam rapax quidam leo: quæ natura deprimenda erat, in exercitijs tamen Deo gratissimis. Ob hoc igitur tradebatur in mortem, & quidem frequenter (sicut postmodo dicitur) ut & uita IESV, qui eripiebat eum de mortibus illis, manifestaretur in sua fragili carne & mortali.

Ergo mors in nobis operatur, id est, Erri morimur tã sæpe, id effectus bonos in nobis operatur, humilitatem, & notitiam nostri, & Dei omnipotentiam, per quam non succumbimus mortibus. Vita autem in uobis, id est, Quod uerò uiuimus, non succumbentes tot & tantis mortibus per IESVM, & prædicamus uis gloriam, non tam sermone, quam tenore uitæ, operatur in uobis, scz fidem ueritatis, ut credatis nos eius esse ministros, qui & Spiritu eius agimur, qui uera uita est: & ita credentes pferatis fructu imitationis salutarem,

Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum. Et nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit IESVM, & nos cum IESV suscitabit, & constituet uobiscum. Omnia enim propter uos, ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna sunt.

Habentes autem eundem spiritum fidei etc. Est spiritus fidei inter dona Dei: qui non ad hunc solum finem datur homini, ut ipse sibi tantum habeat, sed ad utilitatem & ædificationem ecclesiæ, sicut ipsemet B. Paulus superiori epistola docuit: Vni cuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Et inter illa dona quæ enumerauit, ponitur. Alij fides in eodem Spiritu. Et non loquitur ibi de communi dono fidei, sed de particulari quodam & excellenti, ut quicumque illud habet, manifestet alijs. Ideo hoc in loco dicit, quod habens eundem spiritum fidei, quem habuit ille qui dixit: Credidi, propter quod locutus sum; etiam ipse credidit, propter quod & loquitur: quoniam spiritum illum fidei (ut diximus) non ad illius tantum utilitatem, sed ad ecclesiæ quoque utilitatem Deus illi donauerat.

Scientes, quod qui suscitauit IESVM: & nos cum IESV suscitabit, & constituet uobiscum. Hinc apparet, quàm de morte sua certus fuerit, utpotè qui suscitandum se ait. Quare defendere non possumus, Apostolum ea in existimatione de se fuisse, ut uiuus expectaret tempus extremi iudicij: quod tamen opinantur aliqui. Et in hoc articulo resurrectionis, penè continentur cuncta quæ fidei sunt, si accuratè & uerè intelligatur.

Si enim IESVS Redemptor noster resurrexit, ergo mortuus erat. Si mortuus, ergo & natus, et indignè mortuus. Si enim dignè, non resurrexisset. Ergo mortuus propter peccata nostra. Ergo & nos resurgemus. Hæc & multa alia sub hoc articulo cõprehenduntur, quæ prudētibus colligenda relinquimus. Et ob eam causam hunc articulum maximè prædicauerunt & efficacissimè Apostoli, in quo apparuit CHRISTI gloria, ut quæ passus est ignobilis, gloriosa merito reddita sint.

Omnia enim propter uos etc. id est, gratiam hanc eximiam illuminationis & fidei quam habemus, propter uos habemus: ut ista gratia abundans in nobis, exundet in uos in gloriam Dei, per gratiarum actionem, quæ fieri debet à multis.

Propter quod non deficimus etc. Dicit se non deficere, id est, non delassari. Nec id tam de corpore intelligit, quàm de animi uigore, qui semper crescebat in dies: Vnde ait. Sed licet is qui foris est homo noster, id est, ille homo qui apparet exterius (& intelligit partem sensitiuam) corrumpatur: quia de die in diem tendit in interitum; tamen is qui intus est, ipse intellectus informatus Spiritu sancto, renouatur de die in diem, propter assiduam sanctificationem, quæ ab operibus bonis procedit.

Porro, ista renouatio non momento uno fit ipsius conuersionis (ait B. Augustinus) sicut momento uno fit illa in baptismo renouata remissione omnium peccatorum. Neque enim uel unum quātulumcunq; remanet, quod non remittatur. Sed quemadmodum est aliud carere febribus: aliud ab infirmitate, quæ febribus facta est, reuallescere. Itemque aliud est infixum telum de corpore demere: aliud uulnus, quod eo factum est, secunda curatione sanare. Ita prima curatio est, causam remouere languoris: quod per omnium fit indulgentiam peccatorum. Secunda, ipsam sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis. In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit uisio. Ad quam peruenient qui renouari de die in diem per cordis munditiam, & pia charitatis opera sedulo student. Relictus est nobis excolendus animus, quasi ager spinis, & luxuriantibus ramis arbor, assidue à summo Patre purganda ut fructum plus afferat. Alio qui si manum refugiat cœlestis Agricola, non solum non renouabitur de die in diem, sed arescet, & in ignem mittetur, quemadmodum Dominus testatur, & ardet. At contra, qui fructum cultoris sui labore dignum reddiderit, & talentum ad auctiorem negociationem diligenter dederit, meretur maiora adhuc accipere et digniora, ut qui

qui habet, etiam abundet, augente ipso Domino donum bene seruatum à nobis, & quo bene uisum ad lucrum, ita ut ueniat perfecta inuouatio, ac perpetua, quæ nescit interitum: Vnde ait.

Id enim quod in præfenti est momentaneum ac leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Vide contra hanc nouam Lutherana hæresim, quod per uiam & merita passionum ingredimur & obtinemus cœlum: ita ut præmiij magnitudo & amplitudo supra modum exeat, atque excedat huius temporis passiones, non tantum quæ momentaneæ sunt, sed quod etiam leues sint. Ipsum autem præmiij gloriosum ponderis immensi est, & in æternum duraturum. Et illud itidem nota, ad obstruendum os aduersariorum potentissimum, quàm clare B. Paulus dicat, hoc momentaneum & leue tribulationis operari in nobis hoc tantum præmiij. Quomodo operatur, nisi meritorie? Ex ui tamè gratiæ & pacti: sed alibi separatim hanc materiam tractauimus uberius. Hic est locus cui nequeunt hæretici respondere. Nobis ergo (inquit B. Paulus) operatur hoc immensum & æternum gloriæ pondus, leuis & momentanea tribulatio: nobis, inquam, non contemplantibus quæ uidentur, & temporalia sunt, hoc est, qui non habemus in consideratiõe & pretio, aut pro scopo nostro, ea quæ ante oculos conspiciuntur: sed quæ non uidentur, cum hæc sint æterna. Ad hæc autem aspiciuntur ut ad scopum & uerum finem nostrum, in quo est uera, ac sempiterna beatitudo, ad quam per tribulationes commemoratis forti & alacri animo contendimus, iuuante illo qui pugnantibus dat fortitudinem IESVS CHRISTVS dux noster, & magnificus triumphator.

## CAP. V.



CIMVS ENIM, quoniam si terræstris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nã & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes: si tamen uestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes: si tamen uestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat quod mortale est à uita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino (Per fidem enim ambulamus, et non per

speciem) Audemus autem & bonam uoluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præfentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus siue absentes, siue præfentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI: ut referat unusquisque propria corporis pro ut gessit, siue bonum, siue malum.



Cimus enim etc. huius habitationis. Longè melius: huius tabernaculi, iuxta græca uocem σκηνῆς, qua mox uterur interpretes, & eadè est uox græca: ut declaremur adhuc nos esse peregrini à

Domino, & uiatores, & non habere hic manentem domum, cum tabernaculum audimus. Et loquitur de carne nostra, quæ est quasi quoddam spiritus nostri tabernaculum, qui in eo ambulat cum CHRISTO ad Deum: ait ergo. Tamen si hoc tabernaculum Sancti Spiritus, quod est corpus nostrum, dissoluatur: Scimus quod ædificationem ex Deo habemus, uidelicet in spe, licet nondum in re. Habemus enim arrham in ipso CHRISTO: quia ipse est uerus Salomon, qui ædificauit sibi domum, domum non manufactam, sed uerbo suo æternam in cœlis. Reparabunt enim corpora nostra, ut fiant domus nostræ indissolubiles, & æternæ: non in hoc mundo, sed in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus, id est, in hoc corporis tabernaculo existentes, crebros gemitus & suspiria trahimus. Aut dicamus: Etenim in hoc, id est, propter hoc gemitus nunc, habitationem nostram, uel domiciliū nostrum, quod est de cœlo, id est, gemitu & expectatione sperantes, illud parturimus: sicut ad Romanos dixit. Ingemiscimus adoptionem filiorum Dei. Cupientes superindui, ut qui modo uestiti gratia sumus, superinduemur et gloria. Si tamen uestiti, & non nudi inueniamur, hoc est, modo dum hinc excedimus, inueniamur non priuati gratia, quæ prima stola est & uestis nuptialis, ut simus digni apparere ante faciem Spõsi ad recipiendum secundam stolam gloriæ.

Etenim existentes in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, sicut scriptum est: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Declarant autem in quo esset causa doloris & gemitus, adiungit: Eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri. Homo enim natura diligit carnem suam: & tantum abest ut uellet dissolui, ut etiam uellet superindui, hoc est, habere carnem uestimento nouo perennitatis, & gloriæ consutam. Videns autem necessariam esse dissolutionem, non potest non ingemiscere secundum amorem carni debitum. Sed cum adsit spes futuri superindumenti, quiescit homo: quia uidet se fore desiderij sui comporem, scilicet, quod superinduetur, ut absorbeat quod mortale est à uita. Verè cum apparuerit CHRISTVS uita nostra, & nos apparebimus cum illo in gloria: & tunc induet hoc mortale immortalitatem, propter tam proximum con-



fortium & contubernium, quod erit nobis cum ipsa uita, ante cuius conspectum non poterit stare mors, nec apparere quicquam mortale.

Qui autem effecit nos in hoc ipsum, Deus. Sensus est, nos in hac expectatione, & statu spei, a Deo constitutos esse propter CHRISTVM. Nam si ille propter nos ingemuit, et mortem gustauit acerbissimam: quid magnum si & nos tantisper propter illum gemimus, imò propter gloriam nostram in illo? Qui et dedit nobis pignus Spiritus. Ipse Dñs, cuius prouidentia factum est ut simus gementes, non reliquit nos sine intelligentia suæ bonæ & propensæ erga nos uoluntatis, quæ fuit ut per hunc gemitum parturiremus, & pararemus nobis uitam æternam. Nā & istud uerbo suo promisit: & propterea dedit nobis pignus Spiritus, id est, arrham uitæ, quæ est donum charitatis excidere nescientis. Ecce quam passim probatur præsentis gratiæ certitudo.

Audentes igitur semper. Supplendum est; sumus; bona scilicet audacia, propter scientiæ certitudinem. Ausum autem suum uocat illum, quem habebat in prædicatione constanter asseuerans euangelium. A plenitudine enim scientiæ ueniebat: addit, Et scientes, quòd dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Hoc est, quia dum in carne sumus, Deum uidere non possumus. Nemo (inquit ille) uidebit me & uiuet. In uia enim sumus ambulantes per fidem, quæ est eorum quæ non uidentur: & non per speciem, quæ facie ad faciem intuetur. Itaque ob id rectè à Domino peregrinari dicimur, tanquam absentes ab illo: quamuis ad illum desiderio cordis tendentes. Hoc ergo B. Paulo confidentiam suppeditabat & ausum, ut nullas quantumuis atroces pertimesceret mortis minas: qui, cum CHRISTVS ei esset uita, per mortem suam sciebat se illum lucrari. Itaque constitutus inter utranque uarij desiderij cogitationem, aut peregrinari à Domino, & esse in carne: aut præsentem esse ad Dominum, & peregrinari à corpore: proculdubio multò eligibilius illud statuit, uidelicet peregrinari à corpore, & præsentem esse apud Deum. Et ob illud desiderium subdidit:

Audemus autem & bonam uoluntatem habemus: Hoc est, magis placet, & ut charius probamus, magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. Hic locus efficax ad probandum, animas ut statim soluuntur à corpore, Domini præsentia frui, neque ulterius ab eo peregrinari: modò hinc euaserint innocentes. Et ob eam gratiam B. Paulus magna industria ac sollicitudine operam dabat, gratum sese Deo reddere. Et ideò (inquit) contendimus siue absentes, siue præsentem placere illi. Id est, Contendimus & in hac peregrinatione, & cum peregrinationem hanc absoluerimus, placere illi: subtracitè insinuans, nos non posse illi placere post hanc peregrinationem, si prius peregrinantes non placuerimus. Ille enim est aduersarius noster in uia, cum quo oportet consentire: alioqui ad iudicem nos trahet, sententiam nostram meritis nostris dignam laturos. Propter quod ait

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Hic locus ualdè considerandus, ut intelligamus futurum iudicium non sese in pueros extendere, qui nec boni quicquam, nec mali gesserunt in corpore: sed aliorum adulatorum uitam discutiet, qui facultatem sui liberi arbitrij habuerunt.

Quòd enim pueri qui absque lauacro decedunt, neque supplicio afficiantur, sicut neque honore & gloria æternæ uitæ, post ea quæ ad Rom. adduximus, hoc in loco placuit elegans testimonium Magni Gregorij Nazianzeni, qui ob excellentem doctrinam, Theologi cognomentum promeruit, afferre: qui dum de talibus pueris loqueretur, quos in tertio genere hominum non baptizatorum computarat, in hunc modum securè pronuntiat. Tertios autem (inquit) neque poena, seu gloria à iusto Iudice arbitror affectum iri tanquam non signatos, noxa tamen carentes, magisque damnatum patientes, quam committentes. Non enim quicumque supplicium haud meretur, ideò iam honore dignus est: quemadmodum neque qui non honorandus, ideò puniendus erit. Hæc ille. Unde manifestè apparet hanc sententiam non solum non repugnare scripturis, nec olim communi sensui ecclesiæ aduersari (cum tam insignis Theologus eam tam securè doceat) uerum etiam optimis rationibus communiri, quas facile homo benigni iudicij & in promptu habere potest, & comprobare. Ipsa equidem pietas per se ipsa omnibus persuadere deberet. Quid enim contra legem per corpus peccauerunt pueri?

Addo & B. Augustinum, qui & si aliter aliquando de pueris docuerit, ut ad Rom. monuit, loquens tamen de generali omnium iudicio, manifestè ab eo excludit nedum pueros, sed & paganos, & Iudæos, & hæreticos. Ait enim post quædam etiam contra massam facientia. Et hoc considerate, inquit, fratres pro qua remittuntur in ignem æternum. Non. nullis dicendum est: quia homicidia fecistis, adulteria commissistis quia alienam substantiam rapuistis. Sed hoc solum audituri sunt. Quia esuriui, & non dedistis mihi manducare. Rogo uos fratres. Nolite hæc transitorie cogitare: nec credatis quòd hoc de Iudæis tantum, aut paganis, uel hereticis fuerit dictum. Sed definitissimè credite: quia hoc Christiani & Catholici, qui in malo opere perseuerare uoluerint, audituri sunt. Ad iudicium enim non ueniunt nec pagani, nec hæretici, nec Iudæi: quia de ipsis scriptum est. Qui non credit, iam iudicatus est &c. hæc ille.

Et contra, Quam æquum est, ut quod in corpore deliquimus, et luamus in corpore: & quod in corpore bene gessimus, et in corpore remuneremur: ut & corpus etiã particeps fiat uel poenarum, uel præmij. Nam per corpus & mala paramus, & bona agimus: quoniã sine corpore nihil prorsus in hac mortali uita agere possumus. Siquidem & ipse intellectus indiget phantasmatibus, quæ sunt à corpore.

Greg. Nazian. in oratione de sancto lauacro

B. Augustinus in Ser. de omnibus sanctis

Nota quid est optimi prædicatoris.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos uobis, sed occasione damus uobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis. Charitas enim CHRISTI urget nos, æstimantes hoc: quoniã si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est CHRISTVS. Ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem CHRISTVM: sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in CHRISTO noua creatura: uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per CHRISTVM, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidè Deus erat in CHRISTO mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro CHRISTO ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro CHRISTO, reconciliamini Deo. Eum qui non nõ uerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Scientes ergo illum timorem Domini, id est, cum sciamus quæ contingent in illa die iræ, & calamitatis, & miseræ sempiternæ malis, & eorum timorem, habeamus: hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Sensus est: Cum suaderet hominibus, habebat ante oculos illam diem, qua reddet unusquisque pro se rationem: ita, ut timeret Dominum, & non suaderet quicquam dolose, & cum fraude: quod est ab omni uero prædicatore faciendum. Et ob eam mentis rectitudinem, Deo se manifestum esse ait. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Hoc sperabat, quia sic inter eos se gesserat, ut aliud existimare nec illi, nec ipsemet merito possent. Et addit.

Non iterum commendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis &c. Quod ego de me ista dico, non iactabundus commendationis meæ gratia facio: sed ut dem uobis occasionem gloriandi de nobis, qui pater sum & magister uester in CHRISTO, Apostolus, & segregatus in euangelium Dei ad gentes, probatus tot signis & prodigijs, ut nec magnis Apostolis (qui uidentur esse columnæ ecclesiæ) cedere ulla in re debeamus. At hoc de seipsis prætere nequeunt, qui tentant uos seducere. Quamobrem hoc nunc facio, ut habeatis hæc de me aduersus illos qui gloriantur in facie, hoc est, in apparentia uerborum, & non in corde, qui aperte seipsos produnt:

quia nullum ostendunt suæ missionis argumentum, sicut nos ostendimus iam, & cum opus est, semper parati sumus ostendere.

Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, uobis. Hic mihi huius loci germanus uidetur sensus, ac si apertius dixisset: In hoc sermone qui est de nobis, siue hoc dicamus rapti mente, Deo hoc dicimus, id est, in gloriam eius qui nos mouet, & per nos loquitur. Siue sobrii sumus, id est, siue spiritu nostro loquimur ex prudentia propria: uobis tamen hoc facimus, nimirum ad uestram utilitatem. Cur autem se ita gerat, optimè subiungit, aiens. Charitas enim CHRISTI urget nos etc. Hoc est, CHRISTVS dedit pro omnibus uitam suam huius sæculi, ut inueniret aliam meliorem. Tales ergo omnes debent esse qui sunt in illo, & illius charitatis exemplo urget, ut perdant in hoc mundo & ipsi uitam suam: & non sibi uiuant ulterius, sed Deo & CHRISTO, ut in futuro sæculo inueniant ipsam. Unde bene sequitur. Et pro omnibus mortuus est CHRISTVS, ac si dixerit: Certè pro omnibus mortuus est CHRISTVS: ut etiam qui uiuunt noua uita, propter eius resurrectionem: iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Videlicet ut ipsi mortui peccato in morte CHRISTI, & resuscitati spiritu in eius resurrectione, uiuant ipsi Domino, seruientes illi, & ad gloriam eius.

Itaque ex hoc, id est, posthac, siue postquam in CHRISTO ego sum mortuus mihi, & reuixi Deo: neminem nouimus secundum carnem, quod est, carnali notitia, & affectione. Et si cognouimus secundum carnem CHRISTVM, sed nunc non nouimus.

Sensus est: Quando persequebatur, CHRISTVM, carnaliter cognoscebat CHRISTVM affectu carnali: & ideò non cognoscebat uerum CHRISTVM, qui cognoscendus erat spiritua-liter, hoc est, non ex affectione terrena et carnali. Etenim Iudæi omnes profitemur se nosse CHRISTVM in scripturis, & sperant uenturum, sed carnaliter noscunt: quia putant eum temporaliter regnaturum, & restitutum illam gentem, id est, ipsos Iudæos sedibus suis, & in hoc solummodo omnis illorum spes reposita est. Istam igitur de CHRISTO notitiam, quam prius habebat B. Paulus, dicit se abiicisse. Et quare, nisi quia istæ cogitationes sunt animales, & carnem sapiunt, et adhuc sunt ueteris hominis?

Si quis ergo in CHRISTO (subaudi) est: noua creatura (iterum subintellige) est, ut sit sensus: Quicumque est in CHRISTO (quod esse per fidem & sacramentum acquiritur) est noua creatura. Et ideò ego Paulus, non sum ille qui olim eram Saul, sed noua creatura: ut non iam sapiant mihi quæ tunc probabam, quæ nunc reputo esse uelut stercorea. Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Qui ergo per Spiritum sanctum renouati sumus, secundum prudentiam Spiritus debemus sapere. Et hoc si uerè sentimus in nobis, signum certum est renouationis nostræ.

Omnia autem ex Deo, id est, quæcumque obueniunt nobis, donorum, & gratiarum ut tales simus, V iij ex Deo

Exo. 33. De statu hominum.

De beat. anima statim post mortem.

Luc. 12.

ex Deo profecta sunt. *Qui nos reconciliauit sibi per CHRISTVM.* Hoc primū, quod magnū fuit. Et posuit in nobis uerbum reconciliationis, id est, uerbū euangelij, ut per me ministrum etiam reconcilietur sibi multi. Pro CHRISTO ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, siue (ut quidam uolunt) obsecrante. Legati enim de sensu & nomine mittentis accepta madata loquuntur. Et ut quid loqueretur declararet, ait.

Obsecramus pro CHRISTO, reconciliamini Deo. Ista uerba non tam mihi uidentur exhortantis, quam enunciantis, ac narrantis id quod erat suæ legationis, uidelicet, obsecrare pro CHRISTO, ut homines reconciliarentur Deo. Nam de Corinthiis iam certum erat, illos esse Deo reconciliatos: unde suam illis exhortationem mox facturū referuat. Pergit autem tenorē exprimens, & summam dignissimæ legationis suæ.

Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit etc. CHRISTVM non cognouisse peccatum ait Apostolus, hoc de notitia facti intelligens, nō de notitia speculatiua. Nam quæ respicimus, non cognoscere dicimur, hoc est, nō probare. Et Deū fecisse illum peccatum more scripturarum dicit, & tropo illarum proprio: quoniam in illo posuit peccata omnium nostrum, & illud præsertim originale, unde reliqua tanquam ex radice oriuntur. Cum ergo sic factus fuerit peccatum in corpore suo, crucifixō & mortuo corpore, intellectum est crucifixum simul ac mortuum peccatum esse: & hoc, ut nos efficeremur iustitia Dei. Impediebat, n. peccati lues ac reatus, ne possemus fieri iusti. Oportuit igitur tolli peccatum: quo sublato, nihil postea obstitit amplius, quod (ne iustificaremur) impediret, propter resurrectionē Domini. Nā quæ admodum ille resurrexit uitam accipiēs nouam, postquam satisfecit peccato per mortem: sic & nos per acceptam iustitiam reuiuisceremus, & nouā creaturā efficeremur ad seruiendum Deo.

Dixit etiam iucunda figura, CHRISTVM factum fuisse peccatum, qui nec nouerat peccatum: & nos per illum factos esse iustitiam Dei, qui eramus peccatum. Et hoc in loco accipit Dei iustitiam pro populo iusto: sicut nonnūquam circuncisionem pro populo circūciso. Hic est mos scripturæ, & frequens est per nomina (quæ logice uocantur abstracta) significari res ipsas, illa qualitate affectas: sicut hic iustitia significat iustos: & tenebræ alibi, tenebrosos: & lux, afflatus luce, ut cum dicitur. Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino;

CAP. VI.



**DI**UVANTES AVTEM exhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim; Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies

salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam. Ut seductores, & ueraces: sicut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes, & ecce uiuimus. Ut castigati, & non mortificati. Quasi tristes, semper autē gaudentes. Sicut egentes, multos autē locupletantes. Tanquā nihil habentes, & omnia possidentes.



**DI**uantes autem exhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Longe melius, receperitis. Nunc enim incipit instruere eos ad uitam rectā, et christianis moribus dignam, quam illustrabat Apostolus charitate eximia: & promouebat publicis ad omnes p̄dicationibus suis, exhortationibus priuatis: & in primis uitæ probitate, & omnium uirtutum exemplis, quas mox enumeraturus est. Et loquitur ad eos qui iam receperant gratiam, quos sedulo monet ut sic agant, ne in uacuum eam receperint, & frustra. Et quod ait, exhortamur, optimè positum est: tamen si uox significet etiam obsecrationem, et consolationem. Ut intelligas exhortationes habere tanquam socias, obsecrationes & consolationes. Et ita est certè, quando sapienter sunt ac prudenter. Adiuuantes autem dixit, tanquā diceret: non dominantes, sicut superius dixit. Non dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri scz, & coronæ, quæ manet expectatēs CHRISTVM.

Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Hic locus est apud Isaiam cap. 49. Vbi ille propheta de tempore aduentus CHRISTI loquitur ad eos qui agnoscerent eum, quando in tempore placito & accepto ipsi Deo, per CHRISTVM exaudiuntur, & adiuuantur ad salutem. Vnde B. Paulus hoc tēpus declarans aduenisse, addit. Ecce nunc tempus acceptabile: Ecce nunc dies salutis. Quod ait; Nūc; more suo tempus euangelicæ gratiæ designat, quod quidem uerè est tempus acceptabile coram Deo: quando lux est in mundo, & ubique illucet omnibus lucem amantibus ueritatis.

Nemini dantes ullam offensionem. Sic est cōstruendum: Nos ita sumus adiutores uestri in exhortando, sicut decet eos qui hoc munus administrant, uidelicet ut ipsi sint inculpati, & nullam dent in quauis re occasionem, per offensionem ullā cuiusquā obrectandi. Ut non uituperetur ministerium nostrum. Occasionem magnam ad uituperanda ministeria

Attendat prælati ecclesiariū.

ministeria bona præbent male administrantes. Nā cum malus apparet minister: etiam ipsum ministerium, & officium uituperant idiotæ, & carnales. Et hoc est nunc scandalum mundi. Heu, heu, uæ nobis, qui non aperimus oculos. Non autem talis erat Apostolus noster: quem utinam imitemur serio monentem, ut postulat nostri muneris obligatio, ait. Sed in omnibus exhibeamus: Longè melius; exhibemus; siue; commendamus; nosmetipsos sicut Dei ministros. Et ecce in quibus sit uera & laude digna commendatio, nimirum.

In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus: quæ multæ sunt huius uitæ. In angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiis, in ieiuniis. Hic B. Paulus inter alia, quibus uoluit commendare seipsum & ministerium suum, addidit; in uigiis, & ieiuniis. Quid est ergo quod isti dicunt: Esca non commēdat nos Deo; nisi ut destruant ieiunia? O caro, o sœcno, qui cupitis placere carni, & cōmendare uos sœcno, quod hodie est, et cras in cilibanum mittitur. In castitate, in scientia. Nam ministratorem euangelij oportet esse pudicum et scientem. In longanimitate. Hic uidetur significare longam expectationem, qua ad reuocandos à peccatis homines per pœnitentiā utebatur, ut uerus clemētis Patris imitator, cuius hoc est propriū, misereri semp̄ & parcere: nisi nos nostra duritia obduruerimus. In suauitate, seu benignitate suauis, & amabili morum faciliū dulcedine. In spiritu sancto, quo erat plenus tanquā uas electionis. In charitate non ficta: qualis est multorum, qui per dulces sermones & benedictiones fingunt se Antonios & Macharios, & spiritu lenitatis repletos: & his simulationū coloribus decipiūt imperitos. In uerbo ueritatis, non adulterantes illud. In uirtute, seu potentia Dei, propter signa & prodigia quæ faciebat ad confirmandā p̄dicationē euangelij.

Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. Arma iustitiæ sunt fides, & spes, id est, ueritas sperandarū rerum, & quod sub spe continetur, etiam studiū bonorum operum: quod uilificiunt miseri noui magistri, in quo tamen uera Christianorū gloria, & Capitis imitatio consistit, & fiducia ad expectandam in cœlis felicitatem peracta uiriliter hac militia. A dextris & à sinistris: quoniam temptationes Diaboli tales sunt, ut aliquando à dextris aggrediatur, aliquando à sinistris. Verbi gratia: Tentauit CHRISTVM Diabolus primo, ne se ipsum desereret esurientem, sed pararet sibi cibum, & uiueret, ne alioqui tentaret, in prouidentia Dei nimium confidens. Hoc fuit petere illum à sinistris: sed nō præualuit. Cœpit ergo insidio se illum econuerso tentare à dextris, ut nimium de diuina prouidentia consideret, quum in pinna culū templi sublato suaderet, ut se mittat deorsum. Hoc autem quid erat aliud, quæso, nisi à dextris petere hominē? Sed armis ueritatis superatus est ille Malignus & à dextris, & à sinistris.

Sunt enim uirtutes ferè omnes in medio extremorum, quæ sunt uitia, positæ: atque illud uitium quod magis est finitimum uirtuti magisq; simile,

Contra nouos hereticos, & carnales Christianos.

potest à dextris collocari, in quo longè decipimur facilius: ut eleganter et uerè dixerit quidam: Decipimur specie recti. Respectu quippe liberalitatis, prodigalitas, quæ cum illa similitudinem habet aliquam, posset à quibusdam existimari uirtus. Et similiter auaritia ad parsimoniam comparata: & ita de reliquis.

Per gloriam & ignobilitatē. Commendat prædicatorem & euangelistam, quum miro ardore, & in spiritu prædicat uerbum Dei, & signis confirmat atq; prodigiis, & uita bona: unde gloriā acquirat apud multos (Talis erat interdum Paulus) Commendat rursus eundem & ignobilitatem, quum forti & inuictō animo suffert opprobria indignè illata: ut quum scioliaiebant. Quid uult seminarius hic dicere? & Nouorum dæmoniorum uidetur annunciator. Et quum loquutus esset Paulus ad eos, quidam (ut B. Lucas testatur) irridebant, & quidam dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Vnde addit. Per infamiam, & bonam famam.

Ut seductores, uel impostores, & ueraces. Non est legendū coniunctim, ut sit sensus, A diuersis quidem hominibus existimatum fuisse ut seductores simul ac ueraces: licet & hoc uerissimū esset, cū non deessent qui de illo talem conceperant falsā opinionem, ut quādoq; uerax in quibusdam esset, in alijs autem sæpe impostor. Sed is est uerus sensus, illum, cum tamen esset in uita & doctrina omnino uerax, habitum tamen à malignis & iudicatum seductorem & impostorem, uel qui nouā aduersus Deorum cultum afferret prædicationem. Hoc autem cōuicij excipere eorum est proprium, qui ueritatem ipsam apud impios prædicant, & intrepidè defendunt.

Sicut qui ignoti, & cogniti. Ille non noscitur à Deo, qui minimè probatur ab eo. Sunt qui probantur quidem à Deo, sed non apparet illa probatio: quia in hoc mundo abiecti sunt, sicut fuit Dominus. Vnde propheta: Nec reputauimus eū: sed reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo &c. Talis B. Paulus imitator Domini sui & capitis IESV CHRISTI.

Ut castigati, & non mortificati, hoc est, Nos tanquā castigati propter peccata, quorum supplicia ferimus in hac uita, non tamen morte affecti sumus. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Quoniam non est in ueris iustis perfecta tristitia & dolor: sicut nec perfectum gaudium. Ipsi interim uelut dolentes sunt, & tristes: gaudent nihilominus in sua tristitia semper. Nam etsi de peccatis suis & aliorum tristentur & doleant, in Dei tamē misericordia pro se ipsis, & in eius iudicij rectis atque iucundis pacati conuiescunt.

Sicut egentes, & multos locupletantes. Verè non sunt egentes, qui propter CHRISTVM egent: quoniam spiritualibus bonis abundant, ut alios locupletes faciant: & indigentia illorum opportunè semper succurrit Dominus. Tanquā nihil habentes: & omnia possidentes. Verè omnia possidet, qui CHRISTVM in corde suo habet: licet uideatur egenus carnalibus oculis. Græcè tamen legitur: κατὰ χυοτες; quod possemus etiam uertere, cōtinentes

Act. 1. 7.

Isa. 53.

tinentes, & quasi incumbentes. Ut sit sensus, quod homo qui diuitias, & omnia mundi & fortunæ bona spernit propter CHRISTVM: ipse incumbit, & infidet omnibus ut dominus & uerè possessor, qui ab eis non possidetur. Hęc experiuntur qui uerè sapiunt in Domino, quæ amatoribus sæculi uidentur deliramenta.

Os nostrum patet ad uos, o Corinthii: cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis. Angustiamini autem in uisceribus uestris. Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & uos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio CHRISTI ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidei? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei uiui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini (dicit Dominus) & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam uos, & ero uobis in patrem: & uos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

Os nostrum patet etc. Os est cordis interpres. Dilatato autem corde ad effundendum, oportet & ipsum os simul patere. Ex cordis enim abundantia os (ut testatur Dominus) loquitur. Et significat amorem & gaudium intus conceptum, se non posse retinere, sed cogebatur ut illud effunderet. Non angustiamini in nobis etc. Non est hoc uerbum exhortationis: sed enunciat id quod est, uidelicet, nullam illos habere causam cur sese angustent, id est, animo depressi sint in Paulo, id est, propter Paulum: sicut angustantur filii de patre ignobili & discipuli ob magistrum imperitum, & indoctum. Ergo quod angusti estis animi (si tamen estis) non ex Paulo est magistro & patre uestro: sed ex uobis, & uisceribus uestris, qui tantum patrem & magistrum non imitamini, & potius quæ sunt carnalia concupiscitis, quæ animum angustat, & efficiunt ne certò sperentur æterna. Vnde ait.

Eandem autem habentes retributionem. Græcè deest uerbum: habentes: sed rectè suppletum est. Sensus est: Cùm sit uobis eadem retributio (ut filijs dico) ubi enim necesse est esse filios, ubi pater, cùm filij patrem imitantur: sicut filij Abrahæ, Abrahæ promissiones adipiscuntur: dilatamini & uos. Dilatatur autem homo tunc uero gaudio, quando uerè concipit spem æternam. Tunc enim liber efficitur, & nullas patitur angustias. Quod tum demum euenit, quum incipit spernere temporalia, & pati tribulationem pro CHRISTO. Tunc spei certitudo dilatat cor, & stabile reddit.

Nolite iugum ducere cum infidelibus. Hic prohibet

confortia coniugij cum infidelibus, ne fidelis cū infideli coniungatur: & ratio redditur. Quæ enim (inquit) participatio iustitiæ cum iniquitate? Siue cum iniustitia: Ut fideles pro iustis habeat, propter fidem: infideles pro iniustis, quia fide carer. Aut quæ societas luci ad tenebras? Infideles ergo tenebræ sunt: lux autem fideles. Quæ autem conuentio CHRISTI ad Belial? Græci Beliar legunt. Quidam rationem hanc assignant, quod nullum græcis uocabulum desinat in i: Quæ ratio est admodum leuis. Non enim græcum est hoc uocabulum: & poterat integrè recipi, & proferri in græca lingua. Quicquid sit in causa: Belial; significat absq; iugo, desertorem, & contumacem: quod fuit Luciferi proprium, qui primus defecit à uoluntate ac mandato Dei. Huic rectè opponitur CHRISTVS, qui quæ placita erant Deo, semper fecit. Cum ergo fidelis membrum sit CHRISTI: infidelis erit membrum Diaboli. Itaque sicut caput CHRISTVS non conuenit cum capite diabolo: ita nec membrum CHRISTI cum membro Diaboli debet conuenire.

Aut quæ pars fidei cum infidei? Coniugij enim fructus sunt filij, de quibus uterq; coniugum debet participare. Sed non potest participare fidelis simul cum infidei, & eandem dulcedinem capere: quoniam si fructus sunt, quatenus Deo generantur. Infidelis autem hoc gustare non potest.

Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei uiui: etc. Hoc ipso probat tale genus coniugij esse detestabile, uidelicet cum idololatriis. Videtur enim fidelis quodam modo consentire cum Idolo, consentiens cum idololatra. Hoc autem nimis absurdum: quia fidelis est templum Dei. Idq; probat per scripturam: quoniam Deus inhabitat in nobis, & nobiscum ambulat, ut ipsemet pollicitus est dicens: Ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationem sæculi. Et ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Hactenus ex leuitico. 26. acceptum est. Quod sequitur, partim de Isaiâ, ut hoc: Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum nolite tangere. Quia ego, qui sum Dominus uester, sum ipsa munditia: uos qui uultis sanctificari, exite de medio impiorum & infidelium, & separamini: & immundum ne tetigeritis. Nos apud Isaiâ legimus, ubi postquam promisit aduentum Domini etiam ad gentes, ut fiant populus eius, & ipse earum Deus, ait: Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere &c. Sequitur. Et ego recipiam uos, & ero uobis in patrem: & uos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Hoc ex Ieremia cap. 3. licet uerba non omninò sint eadè: sensus tamen idem. Vnde & à B. Paulo admonemur, licet uobis esse uarias congregare scripturarum sententias, modò in testimonium adducatur aptè, & ad sensum ipsius scripturæ aperiendum: non autem temerè & absq; iudicio. In quo tamen à plerisq; erratur, qui multitudine potius quam pondere falsim eas citant, quò eruditiores apud indoctum uulgus uideantur.

Matrimonium cū infideli prohibetur.

Matth. ult.

CAP. VII.



AS ERGO HABENTES promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus: perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos: Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem uestram dico. Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum, & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud uos: multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.



As ergo habetis promissiones etc. Videlicet quia sumus populus Dei, templa Dei, filij Dei, manet nos æterna filiorum hæreditas: quæ tamen datur mundis corde. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Inquinamentum carnis est per fornicationem: & inquinamentum spiritus per omnia peccata, quibus adhibetur cōsensus. Perficientes sanctificationem in timore Dei. Dei est in nobis inchoare sanctificationem ex fide absq; meritis ullis nostris: sed nostrum est, per gratiam Dei tamen, mereri per bona opera perfectionem sanctificationis, quæ perficitur ab ambulantibus in timore Dei, sicut aliàs dicit: Cum timore ac tremore salutem uestram operamini.

Philip. 2.

Capite nos, id est, suscipite me in uisceribus uestris ut patrem, & ut præceptorem ac doctorem, ac munificum erga uos in dilatactione cordis. Non enim causa ulla est uobis, cur id facere non debeatis: quoniam neminem læsimus: neminem corrupimus: neminem circumuenimus. Minus est lædere, q̄ corrumpere. Et quod adijcit: circumuenimus: significat non se iniustitiam fecisse ullam per dolum ac fraudem, ut de alterius iure quicquàm surripuerit. Non ad condemnationem uestram dico, id est, non hoc exprobro in uos, quasi horum nomine me accusetis, ut propterea cōdemnare uos uelim uelut calumniosos. Prædiximus enim uobis, quod in cordibus uestris estis ad commoriendum, & conuiuendum. Per hoc ostendit se non habere amarum erga illos animum, quibuscum & uitam & mortem uult habere communem: sed hæc ait proferre se ex fiducia potius, ut ipsi recognoscerent qualis esset erga illos. Et item quò uehementius diligenter & obseruarent, addit. Multa mihi gloriatio pro uobis, melius de uobis: repletus sum consolatione superabundo, siue exundo, gaudio in omni tribulatione uestra. Ostendens autem quam tribulationem passus fuerit, & in quantis uersatus periculis, ut illi aliqua salte cōmiseratione erga seipsum, mouerentur, qui de illis illorumq; salute cogitandi finem nullum faciebat, subdidit.

Nam & cum uenissimus in Macedoniâ, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugna, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrum desiderium, uestrum fletum, uestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem. Quoniam etsi contristauit uos in epistola, non me pœnitet. Etsi pœniteret, uidens quod epistola illa (etsi ad horam) uos contristauit: nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum cōtristari uos, quæ tam in uobis operatur sollicitudinem, sed dedesiderium, sed æmulationem, sed uindictam. In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negotio.

Nam & cum uenissimus etc. Non dicit de spiritu quod non quiescebat, sed tantum de carne quæ patiebatur, & non quiescebat propter tribulationes, interim forti existente spiritu, qui promptus est semper in his qui uerè amant: sed caro infirma tanta perferre sæpe non potest, quanta uellet spiritus. Declarat autè quales tribulationes, fors (inquit) pugna: intus timores, intelligit pugnas quæ inferebantur à paganis, qui erant foris, id est, extra ecclesiam: & intus timorem, propter suspicionem falsorum fratrum. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Erga humiles Dei dignatio est, ut eos consoletur. Et ne intelligant solum accepisse se consolationem propter Titi præsentiam, addit. Non solum autem in aduentu eius, siue præsentia: sed etiam in consolatione, qua consolatus est in uobis, id est, in ea consolatione, quam ipse accepit per uos, referens nobis uestrum desiderium proficiendi in melius: uestrum fletum, ob commissâ in Deum peccata, & propter me inde: à uobis cōtristatum: uestram æmulationem pro me, resistendo falsis prophetis, qui uobis illuserant, & à uera doctrina euagelica abducebant. Non loquitur autem uniuersaliter de omnibus (ne sit sibi ipsi contrarius) sed de illorum plurimis. Nam in aliquos nonnulla scribit, quæ minus cum his conueniunt. Ita ut magis gauderem. Credo subaudiendum, de eo quod contristauerit eos per epistolam, quæ poterat iudicari aliquatò seuerior, ab ijs scilicet qui non apprehendunt iustitiam illam, quæ necessariò in omnibus uerarum & perfectiorum religionum initijs exercenda est. Quod ex facta in Ananiam & Saphiram ultione latè patet: ne fundamenta



fundamenta iam corruiere incipient, dum p rimū faciuntur. Fructus enim & timor inde oritur ad maiorem diuinorum præceptorum obseruantiam, ut eo in loco testatur scriptura. Vnde ait.

Quoniam etsi contristauit uos in epistola non me poenitet: quia uidi fructum tandem, & emendationē. Ex quo facile coniectio uos maiori odio peccatū habiturōs, & uigilantiores ne in posterum seduca mini à Satana & eius ministris. Etsi poeniteret, melius, etsi poenituerit. Significat enim quod iā cœperat poenitere: & reddens rationē, adicit. Video enim quod epistola illa (etsi ad horam) uos contristauit. Et in hoc ualuit ad desideratum finem. Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim secundum Deum. Est. n. tristitia quæ ducit ad Deum: & est tristitia quæ parit mortem, ut mox ipse dicit. Quoniam ergo fuit utilis illis hæc tristitia, iccirco ait.

Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ. n. secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem, græcè: impoenitentiam operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur: quoniam caret spe diuinæ misericordiae. Illud interim notandum in hæreticos, quod tristitia quæ secundum Deum est, id est, quæ ex odio uitij, & uirtutis amore procedit, poenitentiam parit in salutem, hoc est, poenitentiam salutiferam, quam respicit Deus ad delenda peccata. Isti autem, Luthero doctore, eiusmodi poenitentiam uituperant, & soli fidei innituntur. Sed uidi efficaciam eiusmodi fructuosæ tristitiæ.

Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari uos, quantā in uobis operatur sollicitudinē, siue studium: sed defensionē, hoc aduerbium: sed: pro, quinetiam, accipitur: Defensionem dixit interpres, quod græcè Apologiam dixit B. Paulus: ut possimus etiā interpretari, excusationem. Idque fortè ad hūc locū commodius: sed indignationē, uidelicet bonorum contra peccata: sed timorē. Bonus est timor omnium filiorum, quūm paterfa. iratus cōspicitur, ne quid agat quis quo ille acerbius offendatur: sed de sideriū, sed emulationē, sed uindictam. Desiderium ait emendationis (ut diximus) & boni operis in futurum, & emulationē itidem boni, sed cum oculo recti zeli, non præter scientiā, accensū. Et uindictam, pro præteritis delictis. In omnibus, siue ubique, aut per omnia & omnino. Exhibuistis, siue commēdastis, uos incontaminatos esse in negotio. Et hæc fuit excusatio siue defensio, de qua superius: & loquitur de iniuria illata à fratre in fratrem, quæ cunctis fuerit illa, in qua erant plurimi innocentes,

Igitur etsi scripsi uobis, non propter eū qui fecit iniuriā, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandā sollicitudinē nostrā, quam habemus pro uobis coram Deo. Ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titī, quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et siquid apud illum de uobis gloriatus sum, non sum confusus. Sed sicut omnia uobis in ueritate loquuti su-

mus: ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscera eius abundantius in uobis sunt, reminiscens omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illū. Gaudeo quod in omnibus confido in uobis.

Igitur etsi scripsi uobis, non propter eū etc. Splendendum est; scripsi. Nec facile est (ni fallor) intelligere quidnam illud sit quod scripserit, & de qua iniuria sentiat, An de illius qui cum patris uxore se polluit, ualiqui exponit: an uerò de alio quopiam, qui aliam iniuriam intulit. Quicquid sit, ea quæ scripsit, non propter illos (supple tu) tantum, id est, qui fecit & qui passus est iniuriam, ait se scripsisse: sed ad manifestandā sollicitudinē nostrā, quā habemus pro uobis coram Deo. Græcè emēdatius & uerius. Sed ad manifestandā sollicitudinē uestrā de nobis, ad uos coram Deo. Vt sit sensus. Volui per illa excitare uos, ut manifestaretis uestrū studiū quod habetis de nobis, in his quæ ad uos pertinent, coram Deo, id est, ut uideret hoc Deus factū uestro. Nā in scripturis quasi nescire ea dicitur Deus, quæ nō exeunt in effectum. Vnde & tentare dicitur sanctos, ut uideat an sint seipso digni. Ideo consolati sumus, id est, cōsolationem recepimus: quia probauimus uos, & uidimus studium erga nos uestrum mirum in modum propensum.

In consolatione autē nostrā etc. Plana sunt omnia. Et quod ait de gloriatione sua, quæ fuit ad Titū, sensum habet clarū. Ipse enim prædicauerat optima de Tito. Vnde illa prædicatio ueritas facta dicitur: quia ita (ut prædixerat) euenit. Nam cū quippiam futurum prædicatur, tum demum dicitur ipsius ueritas fieri dicitur, quando res per dictum significata efficitur. Et uiscera eius, uiscera scilicet dilectionis, abundantius in uobis: melius in uos, id est, erga uos. sunt, reminiscens omnium uestrū obedientiā, quomodo cū timore, non coacto & seruilī, sed spontaneo, & qui filios decet patrem reuerentes: & tremore, etiam corporis gestu ostenso, admoniti ab illa illius quondam incestuosi correptione, ne pari uos ultio tangeret: excepistis illū, à me missum ad utilitatem uestram, & remissum cū omni de uobis satisfactione.

Gaudeo quod in omnibus confido in uobis. Græcè: cōfidimus uobis: Et ideo gaudere se dicit: quia cōfidentia illa non frustrabatur. Et hinc sumit occasionem ad persuadendum alia & maiora, postquam intelligebat reuera & peccatores ad meliorem frugem se recepisse, & omnes tandē ad obsequendum salutaribus monitis paratos esse.

## CAP. VIII.



NOTAM AVTEM FACIMUS uobis, fratres, gratiam Dei quæ data est in ecclesiis Macedonia: quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum

eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum uirtutem (testimonium illis reddo) & supra uirtutem uoluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos, gratiam & communicationē ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per uoluntatem Dei: ita ut rogarem Titum, ut quæ admōdū cœpit ita & perficiat in uobis etiā gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & sciētia, & omni solitudine, insuper & charitate uestra in nos: ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem, etiam uestræ charitatis ingenuum bonum comprobans.



Notam etc. In multo experimento tribulationis: aut, in multa probatione. Qui enim tribulantur à mundo, probantur à Deo. Abundantia gaudij ipsorum fuit. Nam maiore gaudio abundant sancti Dei homines, cū in uarijs tribulationibus uersantur ac probantur (Deo in necessitatibus subministrante illis gaudium spei, quod est magnum) quam peccatores, qui omnia quæ uolunt, obtinent in hac uita.

Et altissima paupertas, siue mendicitas (græcè habetur πτωχία) abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Apud B. Paulum hoc in loco simplicitas, ut mihi uidetur, significat animi uirtutem, quæ est quāuis quis non plus appetit in hoc mundo, quā necesse sit, & satis pro uatico, non se onerans duplicibus in peregrinatione: ut speret beatitudinem à Deo non in hoc mundo, sed in futuro sæculo, tanquam aduenā & peregrinus. Et in hac simplicitate consistit uirtus paupertatis. Et qui tales sunt, uerè diuites sunt: quia æternorum spes (ut diximus) maior est lucro totius mundi.

Quia secundum uirtutem (testimonium illis reddo) & supra uirtutē uoluntarii fuerunt. cū multa obsecratione rogantes nos, gratiā & communicationē ministerij quod fit in sanctos. Græcè additur uerbū: suscipere. Et est sensus, quod ipsi adeo fuerunt promptæ uoluntatis, ut multa obsecratione, siue obtestatione, obsecrarent Apostolum, ut uellet suscipere gratiam illorum, hoc est, beneficium elemosynarū, quod appellat communicationem ministratiōnis, quæ fiebat in sanctos, pro quibus curabat Apostolus. Et addit quod hanc gratiam non solum secundum potentiam, id est, secundum quod erat in facultatibus eorum ad exercendum opus misericordiae, sed ultra hanc potentiam ita etiam dederunt, ut nihil penitus sibi asseruarent, Et ideo subdit.

Et non sicut sperauimus. Sperabamus enim de bonis suis elemosynam, & illam quidem largam & pingue eos esse facturos. Et ecce ipsi dederunt omnia, etiam semetipsos uoluntariam paupertatem profiteres: sed semetipsos (inquit) dederunt primum Domino, deinde nobis per uoluntatē Dei. Hæc ma-

nifeste (nisi quis uelit proteruire) ad uerborū proprietatē loquitur de uita perfecta, quā illi expetierunt relinquēdo omnia propter CHRISTVM, & dedendo manus suas in manus prælatorum. Vnde ait; dederunt semetipsos; sicut moris est in professionibus Regularium offerre se metipsos, id est, propriam uoluntatem, & omne obsequium, primum Domino: deinde nobis per uoluntatem Dei. Nam uouens, & in manu prælati promittēs, post Deum illi seipsum promittit ex uoluntate Dei: quia sic uoluit, & sic instituit Dominus, & sic inspirat quos peculiariter diligit. Et hoc nota, tu pie lector, aduersus impios istos & seductores, qui uota sanctissima, & statum iustitiæ perfectiorem improbant, pleni prudentia carnali, quæ est inimica Deo. Non me latet alios, quos legerim, non peruenisse ad hunc sensum, cui tamē mirificè uerba ipsa seruiunt, nec aliò (nisi fallor) sine uolentia trahi queunt. Ideo dixi, nota tu pie lector, quia nō omnium est intelligētia. Impij enim derident, qui & ridebunt.

Ita ut rogarem Titū, ut quemadmodū cœpit, ita & perficiat erga uos gratiā istam. Verè gratia est & misericordia, intrare statum hunc perfectionis, quem commendauerat etiam Titus Corinthiis, & iam inchoauerat in quibusdam. Vnde rogabatur à B. Paulo ut etiā perficeret quod cœperat. Vel fortè quidā se in eam uitam iam contulerāt, ut probarentur, & uiderent num possent perdere: sicut & hodie obseruatur. Et nostri ubi ad ordinem recipiunt aliquem, hæc uerba proferunt. Qui cœpit Dominus, ipse perficiat. Hoc est ergo quod Apostolus hortatur, nimirum ut quod cœpit, perficiat, plenum scilicet uotum ab eis, qui parati erant, recipiendo.

Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & sciētia, & omni sollicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut in hac gratia abundetis. Quod ait; sed sicut: Illud; sed; abundare uidetur. Sensus tamē planus est. Hortatur enim ut curent, quemadmodum in cōmunibus gratijs abundant, ita & in hac gratia quæ studeant abundare. Et hoc non imperans dico, non ex imperio, sed ex consilio. Est enim cōsiliū, non præceptum, illum statum profiteri. Sed per aliorū sollicitudinē etiā uestræ charitatis ingenuū bonum cōprobans. Quod nos legimus nunc mendosè; ingenium bonum; credo interpretem uertisse, ingenium bonum. Græcè enim est γνησιον, hoc est, uerum, germanum, liberale, nō fictum. Nam multi fictè profitentur: & quidā etiā rerū penuria domi oppressi. Et ad hoc prouocabat eos, ad emulationem Macedonum. Et certè istud planè conuenit uouentibus, qui se totos liberaliter donant Deo, holocaustum facientes ad imitationem Domini, quem illis proponit uelut iustius status primarium professorem & ducem, & ait.

Scitis enim gratiam domini nostri IESU CHRISTI: quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues: ut illius inopia uos diuites essetis. Et cōsiliū in hoc do.

Nota pro uoluntate monasticis

Quid est simplicitas christiana.

Que scire dicitur Deus.

do. Hoc enim uobis utile est, qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nunc uerò & facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, uobis autem tribulatio. Sed ex æqualitate, in præsentī tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia uestræ inopiæ sit supplementum: ut fiat æqualitas, sicut scriptum est. Qui multum non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

Quod Christus ipse medicauerit.

Matth. 19.

Scitis enim gratiā Domini nostri IESU CHRISTI: quoniam propter uos egenus. Græcè, ἐπιμαχέυει, id est, mendicauit (contra eos qui CHRISTVM mendicasse inficiantur) cum diues esset, ut illius inopia uos diuites essetis. Et consiliū in hoc do. Hoc enim utile est uobis. Ecce quod consiliū est, non præceptum. Sic enim dictū est illi: Si uis perfectus esse. Si uis, inquit: ac si dixerit. Nō te cogō: nō iubeo: nō impero: sed si uis. Quod si semel uolueris & uoueris, nō licebit tibi aspiceretū & reuertī. Quod n. semel placuit, & uoto uouisti, non potest amplius displicere. Cōtra quod tamē & faciūt, & docēt heretici. Qui non solū facere, sed et uelle cœpistis ab anno priore. Mirum quomodo dicat, non solum cœpistis facere, sed & uelle ab anno priore: quasi minus sit facere, quā uelle. Sed sic intelligendum est: Non solum cœpistis modo facere, sed etiam uelle ab anno priore: tanquā hoc factum modo, iam habuerit longo tempore uoluntatē. Sic enim accidit multis, qui non temerē aggrediuntur hunc statum uitæ perfectioris.

Nunc uerò & facto perficite, uidelicet quod nūc incœpistis facere, perficite, id est (ut expositum est superius) solemniter & bene. Ut quemadmodum est promptus animus uoluntatis, id est, uolendo, ita sit & perficiendi. Nam in hoc maximē declaratur uoluntas prompta, scilicet ipso facto. Ex eo quod habetis. Mihi uidetur hic B. Paulus dicere uoluisse, quod illi tantum debebant exhibere, quantum habebant ut possent exhibere & dare, & nō supra uires. Qui enim non habet spiritum mancipandi se & tradendi religioni, & omnia relinquēdi propter CHRISTVM, non hoc ei suademus, nec dicimus quidem ut faciat: unde ait.

Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Ut sit sensus: Quod etsi uoluntas sit prompta, & tamen non habet in facultate ut possit dimittere omnia, aut plura, non est accepta & grata Deo: sed tantum secundum id quod habet: quoniam tunc est discreta oblatio. Et ob id legitur, quod omnis oblatio in ueteri testamento sale condiebatur.

Non enim ut alijs sit remissio, uobis autē tribulatio: sensus est. Qui non uidebantur sibi eo spiritu accensi

ac stabiliti, ut profundam paupertatem sufferere possent, sicut illi qui donabant omnia, non debent se exponere illi periculo & tentationi, ut tribularētur ipsi alijs refectionē curātes: sed ex æqualitate, hoc est, ita rem temperare, ut fieret æqualitas: quod declarans ait. In presenti tempore uestra abundantia, uidelicet bonorum temporalium, illorum suppleat inopiam: quoniam inopes illi sunt temporalium bonorum. Ut et illorum abundantia, uidelicet spiritualium donorum, suppleat uestrā inopiam, eorundem: ut fiat æqualitas, sicut scriptum est. Qui multum non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Hoc ex Exodo accipit, quum Dominus pluuit Māna. Dicitur enim hoc de filijs Israel, quod dum colligerent Manna, alij quidem plus, alij minus: plus tamen colligentes, non inueniebant amplius: nec qui minus parauerant, recipiebant minus: sed singuli quantum edere poterant. In illo, Manna sine ullo dubio intelligitur quidem panis corporis, sicut reuera erat ille: animæ uerò, sicut erat ille quē significabat: quia in illo Manna, bene dictū CHRISTI corpus animæ nostræ cibus significabatur. Sicut ergo tunc Dei uoluntate fiebat, ut qui plus colligebant, non haberent plus, significante Spiritu sancto quod illi debebant de sua superabundantia supplere his qui minus colligebant, ut fieret æqualitas: ita deberet intelligere omnis Christianus, ut superabundantiā suā siue spiritualium, siue temporalium consideret nō suam esse, sed aliorū egentium, propter debitū charitatis, quæ facit cuncta cōmunia. Sed o surdas plurimorū circa hoc aures. O quantum avaritiæ semper in terris. Et tamen hoc erit iudicium: Esuriui, & non dedistis mihi manducare etc. Quis sapiens, & cogitabit nouissima?

Gratias autem ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde Titī: quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset, sua uoluntate profectus est ad uos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euāgelio per omnes ecclesias. Non solū autem: sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatā uoluntatem nostram. Deuitantes hoc; ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in Domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autē cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nūc autem multo sollicitiorem. Confidentia multa in uos, siue pro Tito qui est socius meus, & in uobis adiutor: siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum gloriæ CHRISTI. Omissionem ergo que est charitatis uestræ, & nostræ gloriæ pro uobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

Gratias

Gratias autē ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinē, scz quā ego habeo erga uos, eā habet et Titus: quoniam exhortationē quidē suscepit, qua illi psuasi ut ueniret ad uos. Sed cum sollicitior esset, sua uoluntate, hoc est, ultrō et suamet sponte profectus est ad uos. Misimus et cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euāgelio per oēs ecclesias. Lucam intelligit, ut alij interpretati sunt, quibus ualde assentior: etsi quidā absque ratione obstant. Laus autē Lucæ fuit in enarratione euāgelij perspicua, copiosa, et eleganti supra alios. Non solum autē, sed etiam ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ. Et hoc nota, ut cognoscas quō omnia olim ordinatē fiebant, & communi omnium consensu, ut comites et socios haberent: et magni & diuini prædicatores, ordinatos et assignatos ab ecclesiis, id est, à prælati ecclesiarum. Ordinatus autē fuit cum hac gratia quæ ministratur à nobis ad ipsius Domini gloriam, et promptam uoluntatem uestram. Dicit (ni fallor) Lucam fuisse ordinatum cū illa gratia, uerz, ut subiceret Deo pauper & nudus abiectis omnibus: de quo nō est fas dubitare, cū ipsemet talem fuisse ecclesie primitiæ cōmunem uitam in Actis testet. Nec est ueri simile illū ea perfectione uoluisse carere, quā laudat in alijs, et lugente B. Paulo non simul lugere uoluisse. Dicit ergo Apłs, quæ hæc gratia ministratur ab eis: ad Dñi gloriam, et ad promptā uoluntatem eorū, id est, ut ipsi compotes fierent desiderij sui: tanquā diceret, non esse facile recipiendum aliquē, nisi promptā, ex Spiritu Dei ostendat in hac re tā ardua & difficili uoluntatē. Alioquin aliter faciētes, rarō proficiunt. Et in hoc multum erratur à prælati, qui nimis citō uestiunt: sicut et ab alijs qui nimis precipitanter manus sine personarū delictu imponunt. Sed non sic B. Paulus, non solum propter illos qui recipiuntur, sed propter scandalum aliorū publicum: unde ait.

Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, siue abundantia ministrata à uobis. Est n. ea professio quasi gratiæ plenitudo. Certē abundantia grandis est, pauperē, et cēlibem, et humilē seruare Deo. Et tamē hoc studemus sic agere, ut id fiat sine ullo uituperio nostro, scz, ut non passim & absque idonea probatione quoslibet recipiamus. Hoc n. non placet Deo: & prudentia præditi homines non probant. Et cum multi non proficiētes deficiunt, scandalū afferunt multis: & bonū nostrum propter eos blasphemant: unde ait.

Prouidemus n. bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne ex malo quod accidit, uituperet ministeriū. Non me latet alios expositores referre hæc omnia ad collectas, quibuscū non contendo. Quod aptius mihi uisum est ad literam, quodq; multo est præstātius, et dignius intellectu, propono. Lector ipse quod malit, eligat. Equidem uerba ipsa Apłi nostro sensui mirificē conueniūt.

Misimus autē cum illis fratrem nostrum, quē probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autē multo sollicitiorem. Hic quem simul cū Tito & Luca missum ait (quia non nominatur ab Apło) ignoramus. Quidam Timotheū arbitrantur. Alij, quod magis mihi placet, Apollo. Reddit autē rationem, quare & hunc aliū specialiter miserit, nempe quia pro-

batus et sollicitus, siue diligens erat: et tūc etiam diligenter operatus est ad profectum eorum. Addit adhuc & rationem missionis dicens.

Confidentia multa in uos etc. Hoc est, propter confidentiam multā, quam de uobis habeo, siue pro Tito etc. siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum gloria CHRISTI. Durior quidē literæ constructio, nisi addatur aliquid, puta, siue pro his qui sunt fratres nostri, apłi ecclesiarum, id est, ab ecclesiis ordinati & missi, et sunt gloria CHRISTI. Reliquorū clarus est sensus. Hortatur planē illos, ut erga eos quos misit, ita se summissē et honestē gerant, ut præbeant testimoniū ecclesie suæ ipsorum charitatis: et quod ipse B. Paulus non falsō gloriatur in illis, quos tanquā filios per euāgelium genuerat, & in eo instruxerat.

CAP. IX.



AM DE MINISTERIO quod fit in sanctos: ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio. n. promptum animum uestrū, pro quo de uobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab

anno præterito: & uestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus autē fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut (quemadmodū dixi) parati sitis: ne cū uenerint Macedones mecū, & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniāt ad uos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse: sic quasi benedictionem, non quasi avaritiam.



Am de ministerio quod fit in sanctos etc. Ex his uerbis rectē consideratis satis patere potest, superioris capitis non habitū fuisse ab Apło de hac ministratione sermonē: sed de illa pfecta, quā

explicauimus. Scio. n. promptum animum uestrū etc. Et uestra æmulatio, id est, æmulatio quæ ex uobis ad alios procedit, prouocauit plurimos ad imitandū uos, ut idem facerent, de suis facultatibus largientes in usum pauperum. Misimus autē fratres etc. et non dicamus uos in hac substantia: deest gloriæ: siue gloriationis. Et est sensus facilis, et propterea in re clara non duximus esse laborandum ad scrutanda quælibet uocabula: quod uerius augerent commēraria, quæ illustrarentur. Hortatur Apłs, ne qui illos laudauerat in hac substantia, siue in hoc argumento gloriationis, quæ essent liberales et benefici, erubescere postmodo cogere, si aliud factū ipso appareret. Necessarium ergo existimaui rogare fratres etc. Vocat benedictionē illam elemosynam, quam congregabant pro sanctis qui erant in Iudæa, modo esset largiore manu porrecta: alioquin avaritiam appellat, si tenuis sit & parca, & ob id parua mercede digna. Quod probat exēplo admodū claro, et uel ipsis agricolis pfecto.

X Hoc

Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinavit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē enim datorem diligit Deus. Potens est autē Deus omnem gratiam abundare facere in vobis; ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Pro eleemosynarum largitione.

Hoc autem dico, Qui parce etc. Vide & nota contra novos hæreticos, eleemosynā instar seminis esse ad fructificandū illam benedictionem, quam declarabit Dñs illa die dicens. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum paratū vobis à constitutione mundi. Esuriui. n. et dedistis mihi manducare. Vnusquisque etc. Hilarē. n. datorem etc. Sensus est clarus. Prius respicit animū Deus, deinde munus, ut scriptura testat de Abel. Respexit (inquit) Deus ad Abel, & ad munera eius. Sic animū uiduē mittētis in gazophilatiū intuitusest: & ipse uisit plusq; alios, qui lōgē plus immiserunt, si nō ipsum aīm, sed datū spectēs. Deus autē nō cōsiderat quantū, sed ex quanto quisque amore largitur.

Potens est autē Deus, oēm gratiā abundare facere etc. Hic B. Paulus ostendit Dei erga illos prouidentiam, qui sunt affluenter propter Deum benefici. Et eo argumento utitur tanq; ualido, ut probet, Deum facturū eos abundare, ut et ualeant plus erogare. Probat enim hoc medio: quia potēs est Deus hoc facere. Ut si sit potens, et faciat. Valet certē argumentū, cum ratio urgeat, qua considerata, ita facere debeat. Non. n. potest esse ingratus Deus, qui nullis et nostris meritis præcedentibus dat omnibus abundanter, nec improperat. Valet ergo semper hoc argumentū. Potest Deus facere: ergo facit, cū se offert talis decētia, ut facere debeat. Si. n. ipse dat affluenter, et non improperat, quō non multō magis etiam reddet? Siquidē de homine benefico scriptū est. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculū sæculi. Hoc est, iustitia talis respicitur à Deo in sæculum sæculi, in æterna retributione, tanq; semen uitę æternę. Vocat autē iustitiam, quæ ex misericordia fit: quia ad hanc misericordiā obligauit nos CHRISTVS, qui debitū reddimus. Quod multi non cogitāt.

Qui autem administrat semen feminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & augebit incrementa frugum iustitię uestre: ut in omnibus locupletati, abudētis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministeriū huius officii non solum supplet ea quæ defunt sanctis: sed etiam abundat per multas gratiarū actiones in Domino, per probationem ministerii huius glorificantes Deū in obedientia confessionis uestre in euangelio CHRISTI: & simplicitate cōmunicationis uestre

in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentem gratiam Dei in uobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

Qui autem administrat semen etc. Quia eleemosyna quæ est quædā iustitię exercitatio, et iustitia dicitur, est (ut dixi) quasi semen mercedis eterne, iuxta quod scriptum est: Semināti iustitiam merces fidelis. Hoc autē semen administratur homini à Deo, à quo sunt omnia bona, et distribuuntur omnibus pro arbitrio et uoluntate sua, saltem permissiua. Vnde & ille qui administrat semen seminanti, nimirū ipse Deus, etiam panem ad manducandum præstabit, id est, subministrabit ut ualeat seminans seminare, sicut suppeditant homines seruis et colonis suis. Deus autē qui etiam superat in imensum beneficentiā hominum, quid acturus est? Multiplicabit (inquit) semen uestrū, id est, bona tēporalia, ut in dies possit homo abundantius seminare. Et consequenter augebit incrementa frugum iustitię uestre: quā copiosioreman dabit in alia uita mercedē, ut homo lucret & in hoc, & in alio sæculo p opera iustitię. Sic habenti dabit, et abudabit. Græcē hęc leguntur in modo precatiuo, ut B. Paulus sit qui prece dicit. Multiplicet semen uestrū: Augeat incrementa frugum iustitię uestre. Sed idē ferē resultat sensus. Verior tñ uidet lectio nostra, et planior: quia Deus semp hoc facit aliquo modo in bonis uel tēporalibus, uel spūalibus.

Et hęc habes non solum bona opera ualere ad augmentum mercedis, uerū et ad ipsam mercedem uitę, contra steriles et miseros hæreticos. Ut in omnibus locupletati, id est, in tēporalibus et spūritualibus. Græcē tñ est ἐν παντί, hoc est, ubiq; in terra scz et in cœlo: Abundetis in oēm simplicitatem. Iam dictum est, quid sit esse simplicē, quod est habere animum uacuum cupidine terrenorū, ne rerum fluxarū onere pressus minus sit dispositus ad conscendendū cœlum. Hunc uerō animū hnt, qui abudant donis spūritualibus. Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Significat illa simplicitate acceptā fieri eleemosinam, ut dictum est. Quis tribuit in simplicitate. Et consequenter operatur etiā acceptationem placidam gratiarū actionis, quas Deo referunt serui Dei, qui hmōi eleemosynam receperūt, et corpore refocillati sunt ad seruiendū promptius ipsi Deo. Vnde et hoc magnū bonū consequitur ex eleemosyna: addit.

Quoniam ministerium huius officii. Græcē legitur, λειτουργία, hoc est, sacrificij. Nā pro uictima & sacrificio accipitur corā Deo, quod eius amore impenditur. Sed tum demum uerum est sacrificium, cum per sanctos offertur Deo: unde ait.

Quoniam ministerium oblationis huius, siue sacrificij, non solum supplet necessitates sanctorū, ut sic habeat eleemosynę rationem, sed et abundat ut fiat etiam sacrificium & oblatio Deo. Nam quod seruis & sanctis Dei hoc nomine offertur, pro quo & ipsi gratias agunt, ipsi Deo offerri intelligitur, & acceptatur à Deo. Nam per gratiarū illarum actiones magis probatur à Deo huiusmodi ministerium: quoniam Deus per eos glorificatur.

Glorificantes

Pro merito operum.

Nota hæc.

Glorificantes Deum in obedientia confessionis uestre in euangelio CHRISTI in uobis. Ecce pro qua re agatur gratię Deo, nimirū pro obedientia siue subiectione eorū, quam facto ipso confitebatur se debere in euangelio CHRISTI. Nam persuasi à prædicatoribus euangelij hoc præstābāt. Et ideō maius erat eorum meritum ab ipsa obedientiæ promptitudine commendatū. Glorificabatur ergo Deus per sanctos in illa obedientia istorū qui tribuebant, & in illa simplicitate, qua communicabāt sua bona sanctorū necessitati, & alijs etiam pauperibus. Glorificabatur autem in ipsorū (uidelicet sanctorū) gratiarum actione & obsecratione pro illis: quia sancti precabantur, ut retribueretur illis uita æterna pro temporalibus, quæ ipsi largiebantur. Sic enim decebat Deum ex sua immensa bonitate facere, cuius amore dabatur, præsertim hoc desiderantibus sanctis suis: quoniam sancti Dei desiderabant societatem ipsorū in cœlis, qui illorū inopię succurrebant in terris. Et hoc deprecabantur, & accēdebantur hoc desiderio: quia uidebant excellentem gratiam, quam Deus effuderat super illos. Nam feruentius prouocamur orare pro eis, in quos uidemus propensam Dei charitatem & gratiam. Deniq; pro tantis bonis erumpit Apl's in gratiarum actionem dicens. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius: quia multæ proueniūt utilitates & bona ex uno bono obedientiæ, scz confessionis euangelij, gratiarū actionis, glorificationis Dei, obsecrationis sanctorū, desiderij eorundem pro salute cōmuni.

## CAP. X.



IPSE AVTEM EGO PAULUS obsecro uos per mansuetudinē & modestiam CHRISTI, qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens autē confido in uobis.

Rogo autē uos, ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdā, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequium CHRISTI: & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia.



BEATUS PAULUS hęc uidetur mutare uocem, propter quosdam contumeliosos & insolentes, qui de illo iniquissime & odiosē sentiebant, putantes illū ambulare secundū carnem, non secundū Deum. Spargebant autē in uulgus for-

tiorem longē illum esse in absentia & in epistolis quā in præsentia, & in sermone. In hos ergo ipse incipit sancto quodam stomacho indignari.

Ipsē autem ego Paulus. Perpende loquēdi modū ad exprobrationem, tanquam si diceret (imō se ipsum declarat) egometipse, ego inquam Paulus, & non alius, qui (ut dicitis) in facie & in præsentia sum humilis, absens uerō confido in uos, id est, aduersus uos per epistolas, tanq; me ipsum magnificans supra modum. Ego rursum ille Paulus, de quo uos talia prædicatis quicunq; estis. Obsecro uos per mansuetudinē & modestiam (siue moderatiā) CHRISTI. Et pulchra est hæc obsecratio: quoniam inmodestē & inhumaniter atq; arroganter illi de eo tale & tam iniquū ferebant iudiciū, cum omnia haberent ad aliud sentiendū opposita, tam in uita, q; in doctrina. Quem ut ab eis errorem auferret, et ad rectum iudiciū faciendum transferret, obsecrat eos contestans ipsam CHRISTI mansuetudinē & modestiam. Græcē ἐπιείκεια, id est, moderantiā, et æquitatem bonam, ut se aptent ad illam, et uelint fieri æquifere. Et explicās obsecrationem suam, addit.

Rogo autem uos ne præsens audeam, id est, ne ita cogatis me, ut quam confidentiā ostendo in literis, etiam præsens exerceā, per eam confidentiam (siue illa confidentia) qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos, id est, ita iudicant nos, tanquam secundum carnem ambulemus, qui & perniciosē falluntur. In carne. n. ambulantes, non secundum carnem, hoc est, secundū carnis libidinem ac petulantiam, militamus.

Nam arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia, id est, ualida Deo, Apl's apertē uoluit ostēdere quō se gereret aduersus delinquentes, qui non utebantur ad puniendum contumaces gladio sæculari, sed armis Spiritus Dei: quæ sunt ualida et potentia, non ad subdendum hominē homini, ut fit armis hominū, sed ad subiiciendum Deo in gloriā eius, unde ait. Ad destructionem munitionum. Innuit sectas, quas mali & pseudoapli cogebant in Paulū, consilia destruentes, id est, quibus armis destrui-mus hominū consilia, & deliberationes non secundum Deū meditatas, & omnem altitudinem. De superbis & ceruicosis loquitur. Extollentem se aduersus scientiam Dei. Vocat scientiam Dei, reuelatam scientiam, quæ ex Deo est: sicut iustitiā Dei, iustitiam infusam à Deo. Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium CHRISTI. Intellectus, siue cogitatio hominis captiua ducit, quū conuincitur. Conuincebat autē B. Paulus, & alij Apl'i post CHRISTVM, intellectum & cogitationes hominū, per euidētia signa & prodigia. Vnde ad obsequiū CHRISTI redigebantur, qui tñ non pertinaciter repugnabāt, ita ut mererent obsecrationem. Et in promptu habentes ulcisci oēm inobediētiam suo tempore: nimirū, cum fuerit impleta uestra obedientia. De obediētia eorū loquitur, quos superius huius uirtutis nomine cōmendauit. Et uertens ad eos sermonē, qui aduersabantur ueritati, et non sibi ab Aplica potestate metuebāt, sed abutentes paciētia ipsius B. Pauli, qui potius charitatis studio cupiebat oēs ad salutis uiam reducere, X ij compulsus



compulsus tandem insolentium hominum proter-  
uia, monet eos, & tacite minatur, & ait.

Quæ secundum faciem sunt uidete. Siquis  
confidit sibi, CHRISTI se esse: hoc cogitet  
iterum apud se, quia sicut ipse CHRISTI  
est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid glo-  
riatus fuero de potestate nostra, quam dedit  
nobis Dominus in ædificationem, & non in  
destructionem uestram: non erubescam. Ut  
autem non existimer tanquam terrere uos  
per epistolas (quoniam quidem epistolæ, in-  
quiunt, graues sunt & fortes: præsentia au-  
tem corporis infirma, & sermo contem-  
pibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia  
quales sumus uerbo per epistolas absentes,  
tales & præsentis in facto.

Quæ secundum faciem etc. Ac si dixerit. Vos non  
consideratis quæ sunt ex Deo nobis interna do-  
na, sed solum cernitis secundum faciem: quia uas si-  
cile accipitis, et non quod est intus ex Deo. Quæ-  
obrem non recte iudicatis: quod probat, aiens,  
Si quis confidit sibi CHRISTI se esse, hoc cogitet ite-  
rum (rectius rursus) quod sicut ipse CHRISTI  
est, ita & nos. Ac si dixerit. Cum non uideatis in-  
terna cordis, nisi uestra tñ: primum ex uobis ip-  
sis id cogitate, quod si quis confidit sibi, & se exi-  
stimat esse CHRISTI, hoc rursus cogitare de-  
bet, sicut ipse est CHRISTI, ita & nos: nisi exte-  
rius aliquid forte eiusmodi uideat, unde aliud iu-  
re possit elicere.

Nam est amplius (supple de me dixerim) non  
erubescam, id est, non confundar: quia uerum lo-  
quar. Neque quis poterit me redarguere menda-  
cij, uel doli & fraudis. Est igitur potestas eccle-  
siastica in ædificationem, non in destructionem.  
Nec est tamen priuati iudicij, uel subditorum, iudi-  
care facta maiorum qui præsumunt, nisi res ipsa per  
se pateat mala, et uel manifeste sit contra fidem.  
Ut autem non existimer tanquam terrere uos per episto-  
las: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt &  
fortes etc. Minatur se ostensurum, quod qui falso præ-  
dicabant ea de illo, uel, quod esset præsentia &  
sermone infirmus & contempibilis, longè fallatur,  
adiiciens se talem futurum cum aderit præsens in fa-  
cto, sicut erat absens in minis. Et talis erit sermo  
præsens, qualis epistola: ne dum nimia adest humi-  
litas, frangatur Doctoris et Prælati autoritas.

Non enim audemus inferere, aut compa-  
rare nos quibusdam qui se ipsos commen-  
dant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metien-  
tes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos  
autem non in immensum gloriabimur: sed  
secundum mensuram regulæ, qua mensus  
est nobis Deus mensuram pertingendi usque  
ad uos. Non enim quasi non pertingentes  
ad uos, superextendimus nos. Usque ad uos  
enim peruenimus in euangelio CHRISTI:  
non in immensum glorientes in alienis la-  
boribus. Spem autem habentes crescentis fi-

dei uestræ in uobis magnificari secundum re-  
gulam nostram in abundantia, etiam in illa  
quæ ultra uos sunt euangelizare non in alie-  
na regula, in iis quæ præparata sunt gloriari.  
Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur.  
Non enim qui seipsum commendat, ille pro-  
batus est: sed quem Deus commendat.

Non enim audemus etc. Non est hic sensus: B.  
Paulo tantam inesse timiditatem, ut non audeat com-  
parare se cum talibus, quasi excederetur ab eis: sed  
potius illum pigebat ponere se in eorum numero,  
qui sic erant audaces, ut semetipsos absque ullo  
Dei testimonio, sed mera temeritate commenda-  
rent. Unde uox græca, quæ interpretata est: Au-  
demus; et significat, sustinemus. Quidam ironice  
Aplim putant esse locutum. Clarum est hoc sen-  
su intelligendum esse, ut uoluerit declarare longè  
sibi diuersam ab illis esse mentem, qui se ipsos alie-  
nis testimonijs egentes commendabant, eaque de  
se ipsis promittebant, quæ exsoluere non pote-  
rant. Hoc enim erat commendare.

Sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparan-  
tes nosmetipsos nobis. Sic legimus latine, qua stante  
lectione fateor me non intelligere sensum. Græcè  
(ni fallor) rectius. Sed ipsi in seipsis semetipsos me-  
tientes, et comparantes sibi semetipsos, non intel-  
ligunt. Pro huius loci intelligentia, considera pru-  
dens lector, hominem, qui se ipsum iudicat, habere  
duas regulas siue mensuras, ex quibus format iu-  
diciū. Vna est intrinseca, uel, affectus proprius.  
Et altera extrinseca, quæ accipitur ab effectibus.

Illi ergo semetipsos metiebantur illa regula,  
quæ erat in semetipsis, quæ regula iniqua est: quia  
per ea comparabant semetipsos sibi ipsis, id est, ta-  
les se reputabant, quales se esse affectabant: & ad  
illud se extendebant, ad quod non pertingebant  
secundum ueram regulam. Idcirco turpiter aberrab-  
ant, non intelligentes unde sit accipienda mensu-  
ra. Prædicabant, et non mittebantur. Aut si  
mittebantur, in messem alienam extendebant falcē  
suam, id est, ad eos ibant ut euangelizarent illos,  
quos B. Paulus et alij Apli iam conuerterant, et  
sub illis initiati fuerat. At B. Paulus non sic.

Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum  
mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus etc. Hoc  
in loco significat Apli iuste se habere in eos au-  
thoritatem etiam super alios, cum per euangelium  
illos genuerit, ita ut non supra mensuram datam  
sibi à Deo extendat limites potestatis suæ. Erat  
enim congruum, ut quæ per illum uenerant ad  
fidem gentes, sub eius cura & potestate essent. Et  
hoc iure Apostolatus, unde in figura dictum fuit.  
Omnis locus quem calcauerit pes uester, uester  
erit. Et sic ordinauit Dominus. Et ipsi Apostoli  
inter se consenserunt ex B. Petri autoritate.

Usque ad uos enim peruenimus in euangelio CHRISTI,  
non in immensum glorientes in alienis laboribus. Hic obli-  
que taxat eos qui secus faciebant per arrogan-  
tiam suam: spem autem habentes crescentis fidei uestræ etc.  
Sensus est, quod B. Paulus sperabat per crescen-  
tem Corinthiorum fidem abundanter magnifi-  
cari

Locus satis dif-  
ficilis.

Pro iurisdictione  
apostolica.

cari iuxta suam mensuram, non solum in ijs que  
iam fecerat inter illos, sed etiam in illis, quæ adhuc  
sperabat se facturum in alijs populis euangeli-  
zando, propter odorem fructuum, quos habuit  
in illis. Nec tamen uolebat gloriam in aliena regu-  
la, id est, ibi prædicare, ubi alij iam parauerant la-  
bore proprio: sed (ut ipse ad Romanos dixit) ubi  
non erat auditum de Domino, illi quoque intelli-  
gerent. Quapropter concludit.

Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim  
qui se ipsum commendat etc. Gloriari in Domino, est  
gloriari de uero bono, & de dono bono, non de  
falso & præsumpto. Nam omnes quicquid ha-  
bemus, à Deo habemus, & in CHRISTO: quia  
CHRISTVS accepit dona in nobis; id est, secun-  
dum mensuram unicuique congruam, ut uult Deus.  
Qui igitur humiliter cum hac notitia, & confes-  
sione, & gratiarum actione gloriatur, ille in Do-  
mino gloriatur, & probatus est, id est, bona est  
eius gloriatio. Alioqui semetipsum aliter com-  
mendare, uanissimum est, & reprehensione dignum.  
Et hic locus aduersus hæreticos simulatores, qui  
prætextu nescio cuius fictæ humilitatis negant  
Christianum ulla in re gloriari posse, perinde ac  
si essemus stupida membra, & quasi à capite in  
nos nulla uis recte operandi & facultas descende-  
ret. Sed Apostolus soluit prudētissime quicquid  
dubij esse poterat, aiens gloriandum esse, sed in  
Domino, non in nobis, quasi adhuc in ueteri ho-  
mine existentibus. Quo in statu nedum gloriari  
non possumus, sed maximo pudore suffundi. At  
in CHRISTO non ita, qui suos milites tantis do-  
nis nobilitauit, ut gloriari in certamine possent.

CAP. XI.



VINAM SVSTINERE-  
tis modicum quid insipien-  
tia mea: sed & supportate  
me. Aemulor enim uos Dei  
æmulatione. Despondi. n.  
uos uni uiro uirginem ca-  
stam exhibere CHRISTO.

Timeo autem ne sicut serpens Heuam se-  
duxit astutia sua: ita corrumpantur sensus  
uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in  
CHRISTO. Nam si is qui uenit, alium CHRIS-  
TVM prædicat, quem non prædicauimus:  
aut alium spiritum accipitis, quem non ac-  
cepistis: aut aliud euangelium, quod non re-  
cepistis: recte pateremini. Existimo enim  
nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.  
Nam etsi imperitus sermone, sed non scien-  
tia. In omnibus autem manifestus sum uobis.



Vinam sustineretis etc. uel sustinissetis,  
me modicum in hac mea propter uos  
ostensa insipientia. B. Paulus spiritu  
et charitate plenus, non potuit se con-  
tinere, quin in eos effunderet, quæ  
penitus erant. ab ipsis per ipsos consideranda. Id

autem propter malignitatem pseudoapostolorum,  
facere compulsus est, qui ignorabant, & oppone-  
bant se euangelicæ puritati: & ita rudiores subuer-  
tebant multos. Quare zelum suum charitate ma-  
xima excitatum erga illos ostendens, ut ingenue  
fateatur maiorem sibi quam illis ad gloriandum  
adesse materiam, qui semetipsos temerè & uand  
commendabant, primum sic incipit.

Vtinam sustineretis: quæquam græcè legitur (ut  
iam dixi) utinam sustinissetis me modicum in insi-  
pientia mea. Innuit de priore epistola, ubi etiam  
in contentione sese commendauit illis, ut apparet  
cap. 4. et 9. de quibus locis aliqui & minus recte  
scandalizati sunt, & irritati à propria superbia, in-  
tumuerunt. Vocat autem insipientiam se com-  
mendare: quoniam ita uulgo habetur, & sic reue-  
ra est, cum quis non obscura cupiditate effertur  
ad propriam gloriam. Apostolus autem uolens  
ostendere, nulla hoc propter se facere necessitate;  
sed ad solam eorum utilitatem, addit. Sed et supportate  
me. Et rationem adiicit, quare debeat suppor-  
tare, iustissimam, & omni acceptione dignam.

Aemulor. n. uos, hoc est, zelotypus sum de uobis  
sancta zelotypia & casta, quæ non solum est excu-  
sabilis, sed et laudabilis. Non quia uos estis spon-  
sa mea: sed quia estis sponsa CHRISTI, & ego  
paranymphus, seu conciliator nuptiarum. Et ideo  
bona æmulatio mea est. Dei. n. est hoc, & propter  
Deum, non propter me. Et ut ostenderet ad Deum  
pertinere hanc zelotypiam, dicit.

Despondi enim (aut potius coaptauit) uos uni uiro,  
ipsi CHRISTO, exhibere, id est, ad exhibendum;  
uel ut exhibeatis uosmet illi uirginem castam, et  
mente et corpore, qualis decet CHRISTVM  
Pontificem summum, ut non sit fidei uiolatricis, et  
rea factæ CHRISTO promissionis.

Timeo autem ne sicut serpens etc. Innuit seducto-  
res ministros Satanæ serpentis, à quibus metuit  
ne corrumpantur sensus, seu intelligentiæ eorum.  
Et iterum simplicitatem uocat mentis habitum, à  
superfluorum ac terrenorum affectibus liberum.  
Non est enim simplex, qui uult hic & in cælis gau-  
dere. Serpens autem seduxit Heuam promittens  
ei supra suam mensuram, excutens illam à sua san-  
cta simplicitate. Et ita spiritalis adulter corrumpit  
eam stupro pessimo & nephando ad perniciem  
uiri, per quem in nos oborra est tempestas, et passus  
sumus miserandum naufragium.

Nam si is qui uenit, alium CHRISTVM prædicat,  
quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, que  
non accepistis: aut aliud euangelium, quod non accepistis,  
recte pateremini. Græcè: recte sustinissetis. Prædica-  
tor aliquis nouus ad illos uenerat seducens eos,  
& suadens ne Paulo afficerentur ut uero, & ex  
Dei uoce electo Apostolo: licet forte non diuer-  
sum prædicaret euangelium. De hoc autem dixit  
Apostolus, quod recte, & pro suo ipsorum peccato pa-  
terentur, si is qui uenit ut æmularetur eos, id est,  
per æmulationem ueniret, prædicasset aliud  
euangelium, postquam ferè propter illum abiicie-  
bant B. Paulum. Quod autem hoc ab illis impru-  
denter fieret, ostendit, aiens.

Existimo enim. De re clara & nimis euidenti sic consuevit loqui: *nihil me minus fecisse à magnis Apostolis*, circa conuersionem gentium procurandam, & asseuerandam meam missionem in omnium testimoniorum ostensione, & laborum tolerantia. Nam *etsi imperitus sermone, sed non scientia*. Non puto B. Paulum se fateri esse imperitum sermone, cum esset prædicator eximius, sed ita illis uidebatur, ad quorum opinionem loquitur: quia sermo eius habebat simplicitatem spirituale, et non sæcularem illam affectatam redolebat eloquentiam. Sic enim accidit ueris & puris prædicatoribus, qui syncerè studēt suadere ueritatem, cuius simplex debet esse oratio. At quoniā scientia potius desideranda est ab euangelizante, quàm fucus sermonis: ideo addit. *sed non scientia*. In omnibus autem manifestus sum uobis: uel erga uos. Græcè legitur; Manifestati sumus; quia non subdolè uenimus ad uos, sicut alij impostores.

Aut nunquid peccatū feci meipsum humilians, ut uos exaltemini? Quoniam gratis euangelium Dei euangelizauit uobis? Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipēdia ad ministerium uestrū? Et cum essem apud uos, & egerem, nulli onerosus fui. Nā quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui uenerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me uobis seruaui, & seruabo. Est ueritas CHRISTI in me: quoniam hæc gloriatio nō infringetur in me in regionibus Achaia. Quare? Quia nō diligo uos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, ut amputem occasionem eorum, qui uolunt occasionem: ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi Pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos CHRISTI. Et non mirum: Ipse enim Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis. Nō est ergo magnum si ministri eius transfigurentur, uelut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Aut nunquid peccatum feci etc. Sensus apertus est, & ferè ironicus, aut exprobratorius in faciem ingratiitudinis eorum: ait ergo. Nunquid in eo peccaui humilians meipsum, qui non sum usus iure meo accipiendo honorē mercedis euangelij? Et hoc ut uos exaltemini, id est, sitis alijs superiores, qui non sine sumptu euangelizantur, sicut Dominus ordinauit. Et in hoc peccaui in uos, quod expoliaui alias ecclesias, accipiens ab illis stipēdia pro ministerio uestro? Et cū essem apud uos etc. Hic accipiendum est; Et: pro quia; quod & frequēs est; Hebræis, Ecce igitur peccatū meum in uos. Est ueritas CHRISTI in me: quoniā hæc gloriatio etc. Significat se firmum in ea fore sententia, ut nollet ab illis quicquā recipere. Non quod spernat, aut non diligit eos: sed ut omnem occasionem detrectandi amputet ijs, qui eam querunt; ut

quia gloriabantur de suo Apostolatu, etiam uideant, nunquid possent ea ferre, quæ ipse B. Paulus ferebat: & ita inculpate se coram Deo habere, & honorare euangelicam prædicationem.

Nam eiusmodi pseudoapostoli etc. Sunt uixæ diaboli ad impugnandum diuersæ. Quandoq; enim aperto Marte procedit furibundus, ut per Tyrannos. Et interdum subdolè, ut per pseudoapostolos, qui fingunt se missos à CHRISTO, qui sunt longè periculosiores. Nec id mirum: quoniam imitantur Patrē suum, qui et ipse transfiguratur se in Angelum lucis, id est, in CHRISTVM ipsum. Inueniuntur ergo ministri Satanæ & peccati: & item inueniuntur ueri ministri CHRISTI & iustitiæ. Vtrosq; autem cognoscere utilissimum esset, qui à fructibus cognoscuntur. Opera ministrorum Diaboli damnant eos, quæ sunt opera superbiæ, ambitionis, procacitatis, contumaciæ, maledictorum, seditionum, scissionum, sacrilegiorum, libidinum, rapinarum, & aliorum huiusmodi multorum malorum fructuum, qui ab ipsis, & eorum doctrina, & falsis dogmatibus procedunt. Inter quæ & illud est magnum, quod negant Dominum iudicaturū iuxta merita quorumcunq;. Et tamen Apostolus hic testatur de illis, talem eorum finem futurū, qualia opera ipsorum: quia secundum hæc unicuiq; retribuit Deus iustus iudex, ut passim legitur in scripturis.

Iterū dico (ne quis me putet insipientem esse: alioqui uelut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier.) Quod loquor, non loquor secundū Deum, sed quasi in insipientia in hac substantia gloria. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cedit.

Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audeat (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semē Abrahæ sunt: & ego. Ministri CHRISTI sunt: & ego. Ut minus sapiēs dico: plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas (una minus) accepi. Ter uirgis cæsus sum. Semel lapidatus sum. Ter naufragium feci. Nocte & die in profundum maris fui. In itineribus sæpe: periculis fluminum, periculis latronum: periculis ex genere, periculis ex gentibus: periculis in ciuitate, periculis in solitudine: periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ærumnia, in uigiliis multis: in fame & siti, in ieiuniis multis. In frigore & nuditate. Præter illa quæ

Contra falsos prædicatores huius seculi.

In hereticos.

In quoddā seruale genus hominum.

quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & Pater domini nostri IESV CHRISTI, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior. Damasci præpositus gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius.

Iterum dico ne quis me putet insipientem esse, hoc est, Ne existimet quis me gloriari quorūdam more insipientium, qui non ueram gloriam, quæ ex Deo est querunt, sed falsam & inanem, quæ est ex hominibus. Alioqui uelut insipientem accipite me, hoc est, Si in autē ita uultis existimare, ut lubet: uel tolerate saltem me ad utilitatem uestram ita facient, ut modicum glorier, siue paulisper.

Quod loquor, non loquor secundum Dominum, sed quasi in insipientia in hac substantia gloria. Iterum se excusat in hac substantia, siue materia gloriae, aiens se non loqui secundum Deum, seu Dominum (ut græcè legitur) quoniam seipsum laudare non est secundum eum qui uenit exinanitus, & ut magis exinaniret: sed ex necessitate, quasi esset insipiens. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: Et ego gloriabor. Hæc ergo illi necessitas fuit loquendi. Igitur non ualens continere iustissimam indignationem, quam habebat in quosdam, qui (ut satis inuenit) erant scandalizati, quod in altera epistola sese, ut illis uidebatur, nimium commendasset, huiusmodi per ironiam corripit ait.

Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Et ut magis uellicet, addit. Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit etc. Est uidere quoddam genus hominum adeo seruale atq; illiberale, ut subdatur procliuius ijs à quibus uerberatur, aut iniuria, aut damno afficitur, quàm beniuolis & beneficis. Quis ergo stomachum contineret in istos? Tales erant contra quos hic uehementer & merito mouetur Apostolus, qui illis applaudebant, & illos recipiebant, à quibus eiusmodi patiebantur. Verba sunt clara, & illis pseudoapostolorum sectatoribus conuenientia.

Secundum ignobilitatem dico, hoc est, meipsum in honore, qui cum istis in contentionem descendit: quasi nos infirmi, id est, quasi sine potestate, fuerimus in hac parte. Significat se talem fuisse, qui hoc multo magis quàm illi, poterat exercere. Si quid enim illis erat causæ ita audendi, non deerat sibi. Nam si Hebræi erant, quod sua laude non carebat: quia lex exiuit ex Sion, & uerbum Domini de Ierusalē: etiā ipse Hebræus erat, Et si Israelitæ illi, quod nomen fauorem addebat: quoniam nescio quid electionis sapiebat, Et similiter si semen erant Abrahæ: quod erat gloriatio Iudæis, Omnia hæc illi aderant carnis tamen bona, & eius generis, quæ poterant cum peccato consistere.

Ministri CHRISTI sunt: & ego (ut minus sapiēs dico) plus ego. Ecce in quo uoluit se extollere, ut excitaret ruborē illis, qui alios iniquè sequebantur.

In laboribus plurimis etc. Nota symbola ministratum pro CHRISTO, & uerorum prædicatorum. In primis labores plurimos obijcit: tum frequentes carceres, & plagas supra modum, & mortes frequentes, quando scilicet usq; ad mortem periclitabatur. Hic uidet uerbum CHRISTI uerum dicentis de Paulo: Ego ostendam illi, quanta eū oporteat pati pro nomine meo. Quinquies enim trigintanouē qualibet uice accepit plagas à Iudæis, iuxta legem Deut. 25. Non poterant excidere quadragenas: & ut etiam aliquantō miriores præ lege uiderentur, demebant unam. Addit & ter uirgis cæsum se fuisse, nimirum à gentibus. Id B. Lucas commemorat semel factum Act. cap. 16. Ter lapidatus, à Iudæis. Et hoc semel factum idem testatur, cap. 14. Quod autē addit de mari, in cuius nocte & die fuerit profundo, non est mandatum literis. De itineribus nec omnia habemus. Et ita de singulis quæ perpeffus est B. Paulus, & quæ hic enarrat, ferè nihil habemus. Pericula autem quæ ait ex genere, uoluit intelligi quæ ex Iudæis ueniebant, quæ magna fuere supra modum: sed (ut ait B. Thomas) ea fuerunt maiora, & ideo ultimo loco sunt enarrata, quæ à falsis fratribus processerunt. Hæc enim grauius animos solent exulcerare: addit.

Præter illa quæ extrinsecus sunt, id est, non ledentia corpus, sed animam tamen ipsam. Instantia mea cotidiana: quæ declaratur, sollicitudo omnium ecclesiarum. Verisimile est omnes ecclesias, & præsertim quas ille lucratus fuerat & erexerat, ad illū multa retulisse quæ patiebantur ab inimicis fidei. Et hoc notent Prælati, & an hunc Spiritum experiantur (ut par esset) considerent.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Erat non parum tribulationis Apostolo infirmari cum infirmis, dum cogere ob charitatem, eorum infirmitati concedere. Quis scandalizatur & ego non uror? Adiecit quid maius, quàm infirmum scandalum paterentur. Se enim eo tempore uri testatur, igne quodam charitatis & misericordie. Vel fortè etiam igne indignationis in eos, qui scandalum præbebant infirmioribus.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Ac si dixerit, non sicut nouit isti Apostoli, qui gloriantur in magnis & mirabilibus super se, & præcipuè in suo Iudaismo.

Deus et pater Domini nostri IESV CHRISTI etc. In græcis hic incipit caput. Mirari autem posset aliquis, cur post tot & tanta, quæ se passum fuisse narrauit, istum casum ultimo loco seruaerit, in quo non multum uidetur passus, & præsertim cum hic adhibeat iusturandum. Dicit fortassis potest, ut credibilia faceret superiora, & præsertim quæ à Iudæis accepit: ideo commemorauit intestinum & perpetuum illorum aduersum se odium, ut Corinthij minus crederent illis, tantā quæ suspectis & indignis quibus haberetur fides, qui tanto in illū odio ferebantur. Multa ergo sub tacite

tacitè, & non expressè Apostolus eis insinuat, ut ipsi ex seipsis, quod non erat apertius exprimentū, intelligerent. Nā isto pressiore scribendū modo multa multò magis persuadentur.

## CAP. XII.



**S**I GLORIARI OPOR-  
tet, non expedit quidem. Ve-  
niam autem ad uisiones &  
reuelatiōes Domini. Scio  
hominē in CHRISTO ante  
annos quatuordecim (siue in  
corpore, siue extra corpus,  
nescio, Deus scit) raptum huiusmodi usque  
ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi ho-  
minem (siue in corpore, siue extra corpus, ne  
scio, Deus scit) quoniam raptus est in para-  
disum: & audiuit arcana uerba, quæ nō licet  
homini loqui. Pro huiusmodi gloria-  
bor: pro me autem nihil, nisi in infirmitati-  
bus meis. Nam & si uoluerō gloriari, nō ero  
insipiens. Veritatem enim dicam. Parco au-  
tem, ne quis me existimet supra id quod ui-  
det in me: aut aliquid audit ex me. Et ne  
magnitudo reuelationum extollat me, da-  
tus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sa-  
tanæ qui me colaphizet. Propter quod ter  
Dominum rogavi, ut discederet à me: & di-  
xit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nā uirtus  
in infirmitate perficitur. Libenter igitur glo-  
riabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet  
in me uirtus CHRISTI. Propter quod  
placeo mihi in infirmitatibus meis, in contu-  
meliis, in necessitatibus, in persecutiōibus,  
in angustiis pro CHRISTO. Cum enim in-  
firmor, tunc potens sum.

*Si gloriari oportet, non expedit, quidem. Græcè le-  
gitur: Gloriari quidem non expedit mihi: sed uo-  
bis potius, si fueritis sapientes. Sed rectè habet la-  
tina lectio, ut sit sensus: Et si in loco necesse sit ali-  
quando gloriari, tamen non expedit ei qui gloria-  
tur. Veniam autem ad uisiones & reuelationes Do-  
mini. Scio hominē in CHRISTO ante annos quatuordecim,  
siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit etc.  
Variæ sunt ad hunc locum expositiones de ter-  
tio cœlo. Mihi illa ad literam uera uidetur, ut ter-  
tium cœlum intelligatur Empyreum: quoniam om-  
nes cœli nobis uisibiles usque ad firmamentum cō-  
putantur pro uno, supra quod est Aqueum cœlū,  
& supra hoc Empyreū, paradysus Domini. Vo-  
cat autem se hominē in CHRISTO, utpote qui  
iam erat baptizatus. Et quoniam excellentiū de  
se rerum narrationē faciebat, quasi de tertia per-  
sona loquitur de seipso. Habet enim amabilem  
quādam modestiam eiusmodi sermo, ut tum ma-  
xime suas quis uirtutes illustriores faciat, quā eas  
obregere. præ modestia studet.*

Porrò hoc in loco quærunt aliqui de rapti-  
bus huiusmodi multa, & uaria: An uerè B. Pau-  
lus raptus fuerit cum corpore: an sine corpore.  
Quæ questio non parum reprehensionis habere  
iudicari potest, ut qui ea scire uelint, quæ tamen  
se nescire ipsemet B. Paulus, q̄ talia passus est, cō-  
fessus sit. Quærunt item, An Deum uiderit fa-  
cie ad faciem: sicut Beati. Et hoc ferè communi-  
ter creditur: quod & de Mose constat. Mihi  
tamen adhuc non constat. Nā & ipse B. Paulus  
ait. Deum nullus hominum unquam uidit,  
sed nec uidere potest. Et Mose quærenti uidere fa-  
ciē eius, respōdit. Nō uidebit me homo & uiuet.  
Scio quæ posset dari solutio ad utrūq̄: sed nō li-  
bet hīc disputare. Certè id quod respōdent qui  
dam, uim affert literæ. Adhæc quæritur, Vtrū  
sit eadem uisio illa, de qua mox ipsemet mentio-  
nem facturū est. Et à pluribus creditur alia: mihi  
tamē uidetur prorsus eadem, sed paulò latius ex-  
planata: ait ergo.

*Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore siue extra  
corpus nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradysum,  
et audiuit arcana uerba, quæ nō licet homini loqui. Quòd  
cœlum tertium primò dixit, nunc idē paradysum  
uocat. Et adiecit se ibi audiuisse arcana (græcè  
ineffabilia) quæ non liceat homini loqui: aut quia  
non sit fas (quoniam lingua humana profanan-  
tur diuina) aut quia non sit in sermonis nostri uo-  
cabulis talis proprietates ac facultas. Verba enim  
nostra non seruiunt ad exprimenda cœlestia my-  
steria. Quicquid sit, uterq̄ sensus simul est uerus.*

*Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in  
infirmitatibus meis. Mirabile est quod ait se pro hu-  
iusmodi (nimirum homine) gloriari: non autē pro  
se, quasi ipse nō fuerit ille homo, de qua talia præ-  
dicauerit (quod est ualdè notandum) quasi ho-  
mo mente excedens, & à proprijs corporis sensu-  
bus abstractus, non sit illemet qui corporeis uti-  
tur organis: & sic est in corpore, ut se in corpore  
esse non sentiat. Nam homo raptus non est sui  
iuris: & nihil agit ipse, sed patitur potius. Vnde  
omnis gloria quæ ex hoc ipso uenit, non attinet  
ad hominē extra se positū: sed ad Deū qui raptus  
ad se traxit. Itaq̄ de se non uult gloriari, nisi in  
infirmitatibus suis. Nā in infirmitatibus aliquid  
nostrum est. Quod enim patimur amore CHRIS-  
TI, hoc nostrum est, & laude dignum: quo-  
niam ex principijs, quæ sunt in nobis, efficitur, ut  
est liberum arbitrium, & gratia. Licet enim gratia  
sit donum Dei, nostrum tamen iam est, & nobis  
adiacens, & per illud dicimur nos operari: quā-  
quam & extrinsecus adiuuemur à Deo multis  
modis, & opportunis auxilijs.*

*Nam etsi uoluerō gloriari, non ero insipiens. Quis-  
quis non sui gratia gloriatur, nec falsa profert,  
non insipienter gloriatur: propterea ait Aposto-  
lus. Veritatem enim dicam. Sed fortè dicit quis.  
Quare ergo non dicis apertè omnia quæ ad hanc  
sobriam tuam & ueram gloriationem pertinent?  
Respondet. Parco autem, ne quis me existimet (Græ-  
cè, ne quis in me existimet) supra id quod uidet in me,  
aut aliquid audit ex me. Et est sc̄sus: Dedita opera ca-  
uebat*

1. Tim. 6.

Expositionem  
hæc lector con-  
sideret.

uebat Apostolus ne ea loqueretur tam ardua &  
singularia: quoniam aliquis posset inde cogita-  
re maiora de illo, quàm quæ ostendebat, ut uide-  
ri possent, & quæ ex ore multorum poterant  
audiri. Volebat ergo potius de se cogitari mino-  
ra, quàm essent in ueritate, & nō maiora.

*Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est  
mihi stimulus carni. Non dicit: carnis: græca uox, sed;  
carni: Et quod dicit stimulus, non habetur græcè  
ἀέτις, sed σκόλοψ: quod significat palū & lignū  
acutum: Angelus Satan, non Satanæ, qui me colaphi-  
zet. Et adiectum est in græcis; ne superesserar. Quo-  
modo autem ab isto Dæmone B. Paulus cola-  
phizaretur, an per stimulū libidinis: an uerò per  
uerbera & dolores in corpore, non ausim decer-  
nere. Satis est nosse bonitatem & prouidentiam  
Dei singularem, qui ne per inanem gloriam amit-  
tamus uirtutes, ad quam procliues admodum na-  
tura sumus, & excitamur adhuc à donis, prouid-  
et quasi pondus contra pondus, ut æquabiliter  
se habeat plausum. Nam ne nimis deprimantur  
sancti uiri tribulationibus: per spirituales conso-  
lationes prouidet. Iuxta quod scriptū est à Pro-  
pheta: Secundum multitudinem dolorum meo-  
rum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt  
animam meam. Et ne exaltentur nimis per  
hæc spiritualia, adiungit plagas & infirmitates.*

*Propter quod ter Dominū rogavi, ut discederet à me.  
Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in in-  
firmitate perficitur. Non semel, sed ter se rogasse Do-  
minum testatur, exemplo CHRISTI qui tertio  
rogauit (ut si fieri posset) ille calix recederet à se,  
ne biberet illum. Non ergo fuit error in orando,  
modo hæc suam petitionem absolute poneret in  
prouidentia Dei, sicut fecit Dominus relinquens  
nobis exemplum: & sicut fecisse B. Paulum credi-  
bile est. Non est autem exauditus: quia Dominus  
illum stimulum ad conseruationem & augmen-  
tum charitatis ei, & humilitatis prouiderat. Om-  
nis nāq̄ uirtus, siue fortitudo hominis, quæ est  
illi à Deo, sine quâ nullus posset rectè & cū pro-  
batione substinere, perficitur in ipsis infirmitati-  
bus, id est, in tribulationibus, quæ ex se reddunt  
animū infirmum. Qui uerò sentit se infirmari, si-  
biq̄ uires ad resistendum deesse, currit ad auxiliū  
Dei, & ipse Deus consolatur, & fortè facit, & per-  
ficit illam potentiam ad substinendum, ut etiā ro-  
bustius ac magis ualeat substinere. Et hoc facit  
Deus habentibus gratiam suam: ideo respondit  
Apostolo uerbum consolationis plenissimum.*

De gratia com-  
muni, & auxi-  
lio speciali

*Sufficit tibi gratia mea. Est autem quæstio  
à B. Augustino & Scholasticis proposita: Vtrū  
sufficiat homini ad bene agendum, & perseueran-  
dum in bonum, habitualis gratia, quæ est donum  
Dei, quo grati sumus illi, absq̄ alio externo ip-  
sius Dei auxilio. Et rectè concluditur non suffice-  
re. Tum quia nihil creatum se mouet ad agendū  
absq̄ motione primū mouentis, qui est Deus: Tū  
uerò quia in hoc statu, & in hac militia, homo  
propter hostes instantes assiduos, & magnos eos  
quidē atq̄ seroces, nimirū mundum, carnē, & (qui  
uementius impugnat) Diabolum, non posset*

absq̄ auxilio speciali non succumbere. Dixit au-  
tem Dominus Deus. Sufficit tibi gratia mea: quia ha-  
benti gratiam non desunt hæc Dei auxilia, modo  
deuotè implorentur. Sed quis hæc probè intelli-  
gat, nisi in seipso experiatur?

*Libenter itaque gloriabor in infirmitatibus meis, ut  
inhabitet in me uirtus CHRISTI. Græcè: Libentissimè  
itaq̄ gloriabor & c. Hæc est optima gloriatio:  
quā gloriatur, in qua & habemus partem. Et  
hoc est gloriari non in meris Dei donis, sed in eo:  
quod est bene utimur ipsis. Tunc autem istud ue-  
rè est, quando patimur & infirmamur, hoc est, cū  
patientes aduersa: & experitō probantes atq̄ cō-  
fidentes, nos nihil posse ex nobis quasi ex nobis,  
suppetias petimus à Domino. Sic enim demum  
inhabitabit in nobis uirtus CHRISTI, quæ est eius  
potentia. Vnde homo nedum aduersa subire re-  
formidat, sed in his solis suā consolationem repo-  
sitam esse perferit. Propter quod placeo mihi in  
infirmitatibus meis, in contumelijs etc. Delectabatur  
ergo in his quæ sufferebat pro CHRISTO: quia  
ex his cognoscebat charitatē Dei in se, & certus  
erat diuinæ assistentiæ. Ideò subdit. Cum enim  
infirmor, tunc potens sum. Nimirum per charitatem,  
quæ fortis est ut mors. Non est enim sine fide  
& spe, quæ uirtutes multum profunt ad fortitu-  
dinem, sed non absq̄ omnium regina charitate.*

*Factus sum insipiens: uos me coegistis. Ego  
nā uobis debui cōmendari. Nihil enim mi-  
nus feci ab iis qui sunt supra modū Aposto-  
li: tamen nihil sū. Signa tamē Apostolatus  
mei facta sunt super uos in omni patientia,  
in signis, & prodigijs, & uirtutibus. Quid  
est enim quod minus habuistis præ cæteris  
ecclesijs, nisi quod ego ipse non graui uos?  
Donate mihi hanc iniuriā. Ecce, tertio hoc  
paratus sum uenire ad uos: & nō ero grauis  
uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed  
uos. Nec enim debent filii parentibus the-  
saurizare, sed parentes filiis.*

*Factus sum insipiens, uos me coegistis. Verè magna  
est coactio, ingratitude & ignorantia benefici-  
orū, ut in ingratos huiusmodi exprobatōes meri-  
tò fiant, etiam cū laude propria: unde ait. Ego  
enim debui à uobis commendari etc. tamen nihil sum, sci-  
licet ex meipso: quod debet semper homo Dei  
recognoscere. Signa tamen Apostolatus mei fa-  
cta sunt super uos in omni patientia, in signis et prodigijs,  
& uirtutibus. Primò ponit patientiam inter signa  
Apostolatus, quæ certè maius est signum, quàm  
quodlibet aliud enarratum. Patientia enim opus  
perfectum habet, & hac suas animas possident,  
qui ea quæ ad Crucis prædicationem spectant,  
cupiūc uita & uerbis imitari. Magnū Apostolo ne-  
gociū, & Corinthiorum decipi sese permitten-  
tium instabilitas, & pseudoapostolorum fraude  
obrepentium perniciofa æmulatio faciebat.  
Tum rerum omnium penuria, & (quod genero-  
sus*



fos animos, qualis erat B. Pauli) contemptus. Sed ipse patientiæ clypeo sese protegebat, semper hinc finem propositum habens, ne euangelio quauis occasione præberet offendiculum. Vocat autem uirtutes, quæ supernaturali potentia operabatur.

*Quid est enim quod minus habuistis (rectius) quo inferiores fuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse nõ grauauis uos?* Ironia manifesta & pulchra in ingratos homines, tantorum beneficiorum iniquos aestimatores: quam & prosequitur subiungens. *Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis.* Viuere enim se de suo sudore pollicetur apud eos pro more suo, ne illum existimarent priora tempora uelle nouo quaestu compensare. Utinam qui uel prædicant, uel populis sacramenta ecclesiastica ministrant, ex corde apprehenderent, quæ exosam habuerit B. Paulus avaritiæ & cupiditatis omnis suspitione: quæ summopere à sacramentorum ministris fugienda est. Hac siquidem una efficitur, ut rudiores debitam reuerentiam non exhibeant, & minus etiã frequentes intersint, cum perspiciunt tales ministros. Et hinc, & crebro Apostolus omni studio conatur à seipso prædicatoris ad lucrum et comoda tæporalia aspirantis nomen depellere. Quid autem querendum sit reuera, tanquam Deo charissimum, ostendit inquisiens. *Non enim quero quæ uestra sunt, sed uos.* In uestri meliori parte, quæ est anima, quero uos, id est, salutem uestram perfectam, & nõ facultates uestras terrenas. *Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs.* Illud quod est naturale commemorat. Qui enim dat esse, etiam naturaliter tenetur nutrire: quod uel bruta animantia duce natura ostendunt.

Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam ipse pro animabus uestris: licet plus uos diliges, minus diligar. Sed esto, ego uos nõ grauauis: sed cum essem astutus, dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad uos, circumueni uos? Rogauis Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigijs? Olim putatis quod excusamus nos apud uos? Coram Deo in CHRISTO loquimur. Omnia enim charissimi propter ædificationem uestram. Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos: & ego inueniar à uobis, qualem non uultis: ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter uos. Ne iterum cum uenero, humiliet me Deus apud uos: & luceam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

*Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam*

*dar ipse pro animabus uestris.* Græcè: expendar; sed rectius (meo iudicio) superimpendar. Nam sic legit B. Ambrosius. At nunquid potest homo impendi, aut superimpendi pro anima alterius? Dicitur enim à Domino: Quam commutationem dabit homo pro anima sua? Virginitas item oleum mendicantibus nõne responsum est: Ne forte non sufficiat nobis &c. Ut soluiamus quaestionem breuiter, In die iudicij nõ erit ulterius commutatio, & bonorum inuicem commutatio: neque merita ulla poterunt conferri, quæ iam nõ fuerint collata. Iam .n. inueniuntur incapaces, qui rei mortis æternæ tenebuntur: nec poterit quis inuenire commutationem pro anima ipsorum, ut inde liberentur. Et de ijs loquitur parabola. Veram interim dum sumus adhuc in uia, possumus inuicem & debemus mutuis auxilijs nos adiuuare. Sed quomodo, & quantum, & quo loco seu gradu, potest esse aliqua quaestio.

Nam cum CHRISTVS ipse Redemptor noster ac Saluator sit pro nobis passus & crucifixus, quid nobis conferunt aliorum, & Pauli passionum? Sic enim arguunt hæretici. Dixerunt aliqui, solum prodesse ad exemplum. At hoc non est quod B. Pauli uerba hinc, & ad Colossenses sonant, ubi ait. Gaudeo in passionibus meis pro uobis, & adimpleo ea quæ defunt passionum CHRISTI in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Nec id præterea conuenit ecclesiae sanctæ interpretationi, quæ ex meritis sanctorum etiam indulgentias confert. Neque exemplis ipsorum sanctorum Patrum, qui & pro uiuis & pro defunctis se macerabant & affligebant.

Itaque absolute dicendum est, alio modo etiam prodesse, quam per modum exempli ad salutem. Quid ergo (dicit quis) Nunquid non satis fuerunt merita CHRISTI? Et nos respondemus: Si suis passionibus non profunt sancti ut mereantur pro nobis (quia sunt merita passionum CHRISTI) certe nec suis etiam orationibus quicquam merebuntur nobis: quia sunt ite orationes CHRISTI pro cunctis. Quod si hoc falsum & absurdum est: cur non & illud? Quid enim uetat ne proderint sancti passionibus suis pro alijs assumptis, si non solum illi, sed inuicem nos omnes profimus nobis & elemosinis & orationibus? Non est ergo uera illa expositio: Non prodesse nobis passionum sanctorum, nisi per modum exempli.

Sed hoc uidendum restat, quoniam modo profunt per modum meriti. Quo in loco illud in primis est considerandum attentius, passione sua CHRISTVM meruisse pro omnibus plura. Et primum quidem, quia abstulit illud mundi peccatum, quod erat originale. Hoc ipse solus, & non cum illo alius meruit. Quemadmodum & solus ille primus Adam admisit illud. Cooperata est tamè mirifico modo secunda MULIER secundo ADÆ: sicut prima MULIER cooperata est ADÆ priori. Sed quod ad hoc factum pertinet, inueniuntur cæteri omnes sancti & sanctæ Dei, non solum expertes huius meriti, uerum etiam necessariò indigentes, ut & ipsi CHRISTI meritis

Matth. 16.

Ibid. 25.

Quomodo sanctorum passionum profunt ecclesie.

Passio Christi quibus in rebus profuerit.

meritis subleuantur à peccato illo, & ira Dei.

Licet autem meruerit CHRISTVS hoc peccatum tolli de mundo, noluit tamen hoc cuiquam prodesse, nisi applicarentur de meritis suis. Et ira applicatio meritorum CHRISTI necessaria fuit unicuique. Applicatio autem hæc fit hominis consensu, cui sunt applicanda merita. Vnde necessaria est unicuique noticia Saluatoris. At cum non raro contingat, inueniri nonnullos qui seipsos reddunt hac noticia indignos, ne illis reuelentur salutis mysteria, in hoc ualent & proficiunt plurimum orationes, & passionum sanctorum, & bona merita amicorum Dei, ut dignetur Deus eos illuminare, pro quibus orant sancti, & passionum pertulerunt, & duram eorum uoluntatem fletere ad accipiendam gratiam, quæ omnibus uenit ex CHRISTI meritis. Et cum ad hoc profint merita sanctorum, & charitatis opera, & passionum, & eorum gratia etiam Deus mouetur ad iustificandum eos per CHRISTVM, profunt etiam multo magis, ut & maiorem gratiam assequantur hoc pacto, quia profunt ut Deus magis disponat eos, pro quibus oratur per sanctos, ad faciendum opera bona, ut propterea etiam magis mereantur, & amplius iustificentur.

Profunt & tertio sanctorum merita, in eo quod satisfaciunt pro peccatis, non quantum pertinet ad culpam, nisi oblique: quia mereri possunt (ut diximus) ut in eorum gratiam Deus conuertat peccatorem, & conuersum & contentum absoluat à culpa, per CHRISTI tamen merita. Sed profunt pro pena peccati debita, ut qui reperiuntur rei uel subleuentur, uel omnino liberentur à debitis supplicijs (quoniam sancti sustinuerunt pro ipsis uel quia ipsimet sancti applicauerunt suas passionum, & orationes, & alia opera bona pro ipsis: uel quia ipsemet CHRISTVS, aut eius Vicarius sic ex misericordia applicauit.

Itaque iam uides quomodo sanctorum merita profunt ecclesie, & membris eius: sicut & ipse usus aperte probat. Vnde & de his peccatis relaxandis indulgentiæ per clauas proponuntur. Nihil igitur momenti habet illud quod hæretici obijciunt, scilicet: Nunquid non satis fuerunt merita CHRISTI? Nam quod sanctorum merita profunt, ex meritis CHRISTI esse fatemur, & catholica doctrina probamus, ut uel in hoc gloriosiora longè sint CHRISTI merita, cum per illa & propter illa, etiam ista à summo Patre in gratia Filij respiciantur & ualeant. Nunquid igitur CHRISTI merita destruimus, asserentes sanctorum merita etiam pro alijs? Absit: Imò ita tuimus ualidius, & magnificè ampliamus.

Sed ad rem. B. Paulus pro eorum animabus dixerat libentissimè se ipsum impendere uelle, & impendi, & subiunxit. *Licet plus uos diligens, minus diligar.* Magna profectò uerba hæc aduersus non ferendam filiorum ingratitude. Nihil enim (ait quidam) minus hominis est, quam in amore non respondere ijs, à quibus prouocaris. Et quam (obsecro) maiorè in præceptore ac patre poterant desiderare erga se charitatem in-

grati filij, quam illum esse paratum fundere sanguinem pro eorum salute? Et tamen potius hærebant quidam illis falsis prophetis, qui nedum quicquam sufferre pro illis uolebant, quin ex eorum facultatibus otiosam uitam cum honore uiuebant, & cunctatorum multitudine. Miseranda hominum conditio, qui nec innumeris beneficijs prouocati redamare saltem uolunt, & potius eos sequuntur, qui uel in faciem (ut paulò antè conquestus est) cædunt, & deuorant.

*Sed esto: Ego uos non grauauis: sed cum essem astutus, dolo uos cepi.* Lucunda ironia. Quod enim hominum malitia poterat excogitare, præoccupans coniecturis probabilibus ipsemet reiecit, aiens.

*Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad uos, circumueni uos? Rogauis Titum etc.* Locus satis apertus ad persuasionem, quod sincere & nullo dolo conuersatus esset cum illis, nec in avaricia ulla. Nã uerbum circumuenire, quod latine legimus, græcè significat fraude plus accipere quàm conueniat. *Olim putatis (græcè rursum) putatis, quod excusamus nos apud uos: id est, putatis hæc à nobis excusando nos dici, perinde ac res se aliter habeat in ueritate? Sed non est ita.* Coram Deo in CHRISTO loquimur. In CHRISTO loquitur, qui non sui gratia loquitur, sed ut CHRISTI membrum propter aliam membra. Et coram Deo loquitur, qui uera loquitur.

*Omnia autem charissimi propter ædificationem, uidelicet ut agnoscentes doctorem syncerum, etiam doctrinam illius sectemini.* Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos: & ego inueniar à uobis, qualem non uultis. Optima oppositio: Iustum est enim, ut qui non se exhibent discipulos bonos, etiam inueniant magistrum non bonum, iuxta quod scriptum est. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. *Ne forte contentiones, emulationes, animositates etc.* Quod legimus; ne forte; græcè legitur; Ne quo pacto; & rectius. Illud etiam notandum quod ait B. Paulus. *Ne iterum cum uenero humiliet me Deus.* Putabat enim esse humilitationem, dum cogebatur illos ex peccato punire, nimirum ob eam causam, quia cum gloria patris ac magistrum sit ipsius filij ac discipuli profectus & probitas, sequitur, ut cum punitur filius & discipulus (in quo minus profectus arguitur) cogatur pater atque magister ab illa gloria ne excidere, ac per hoc humiliari: imò ut etiam addit, cogatur lugere. Et uerè sic est: Probi enim patres non possunt citra magnum luctum punire filios, ac præsertim quum non prodest punitio.

Et hinc accipimus ex eo tempore penitentias publicas in facie ecclesie peragi solitas: de quibus loquitur B. Paulus hoc in loco, quæ magnum ad deterrendos à peccatis homines momentum habebant, & ad ipsorum præuaricatorum purgationem efficaciorè. Non .n. sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfaciatur homo per penitentiam dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis. Circumstant nos & præcepta rectè faciendi, & exempla non tantum rectè facientium,

In quo humilitatio Prælatorum consistat.

De publicis penitentijs.

B. Augustinus  
in epistola ad  
Seleucianam.

facientium, sed etiam poenitentium ad recipiendam salutem, quae fuerat amissa peccato. Hunc enim Apostoli lo cum ad publicos poenitentes pertinere testatur B. Augustinus. Agunt, inquit, homines poenitentiam, si post baptismum ita peccauerint, ut excommunicari, & post reconciliari mereantur: sicut agunt in omnibus ecclesiis illi, qui proprie poenitentes appellatur. De tali enim poenitentia loquutus est Apostolus, ubi ait: Ne iterum cum uero humiliet me Deus ad uos, & lugeam multos &c. haec ille. Nunc autem uix sciunt Christiani quae sit uera & legitima poenitentiam agendi ratio. Et ob id homines peccata peccatis addere non desistunt. Vt uerissima sit illa sententia: Facilitas ueniae facilitatem praebet culpae. Quod si uigeret maior seueritas, multi etiam non uirtutis amore, saltem pudoris metu minus scandalizarent ecclesiam Dei. At eousque sumus ad satisfaciendum peccatis delicati, ut & qui audiunt confessiones, uix audeant aliquid molestius iniungere. Qua in parte etiam ab his peccata, cum leuioribus poenitentiae afflictiones imponunt. Omnia tamen cum omni circumspectione moderanda sunt pro conditione hominum diuersa, ne quid detrimenti in ipsum sacramentum redundet. Lutherani sunt iam extra omne periculum, qui haec omnia conculcarunt sola sua fide contenti.

## CAP XIII.



**L**CCERTIO HOC VENIO AD UOS. In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Praedixi enim, & praedico ut praesens uobis, & nunc absens iis qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus: quoniam si uenero iterum, non parciam. An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur, CHRISTVS? Qui in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed uiuit ex uirtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed uiuimus cum eo ex uirtute Dei in uobis. Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi uos probate. An non cognoscitis uosmetipsos: quia CHRISTVS IESVS in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus, sed ut uos, quod bonum est, faciatis. Nos autem ut reprobi simus: non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: uos autem potentes estis. Hoc & oramus, uestram consummationem. Ideo haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in aedificationem, & non in destructionem,



**L**CCERTIO HOC VENIO AD UOS etc. Insinuat se tertio uenturum ad illos: & persistens comminando ait. In ore duorum, uel trium, stabit omne uerbum. Hoc iuxta scripturae legem. Et significat se ex ore trium, aut ad minimum duorum testium pronunciatum sententiam in eum, quem deprehenderit criminis reum. At quod hic sensus ex his uerbis colligatur, non satis patet, nisi ita proposueris: Stare uerbum, significat efficaciam & uim persuasionis & probationis habere ad mouendum iudicem. Si enim uerbum sit in ore unius tantum, non stat, id est, non uiget, non eam uim habet & efficaciam, ut conuincat, & faciat fidem. Stabit autem, hoc est, persuadebit & obtinebit sententiam, quum steterit in ore & testimonio duorum, aut trium. Praedixi enim, & praedico etc. Graeco legitur: praedixi & praedico ut praesens secundo, & nunc absens scribo. Sensus est, quod quae alias scripsit, & nunc absens praedixit, & praedicit tanquam praesens, eo quod spiritu praesens esset, ut metuerent: quia haec tanquam iudex proferebat, & quodammodo interloquebatur ut iudex.

An experimentum. Graeco legitur: Quoniam experimentum etc. Et cum superioribus cohereret: quasi dicat Apostolus. Ego non parciam uobis: quia uos quaeritis experimentum huius rei, an in me loquatur CHRISTVS. Postquam ergo (siue, Quoniam ergo) facere multis de me periculum, non deero uestrae expectationi. Et tacite eorum socordiam arguit, & in credendo tarditatem, qui uiderint iam hominem recenti supplicio punitum per daemoneum eius iussu per potestatem sibi a CHRISTO traditam: cuius nomine minuitur, addens. Qui in uos non infirmatur, sed potens est in uobis. Sensistis enim CHRISTI potentiam, cum missi in hominem illum daemoneum in uirtute & nomine CHRISTI. Et uerisimile est plerumque alia B. Paulum fortiora apud illos ostendisse, & alijs in locis. Nam & Magum quendam excoecauit querentem auertere a fide Procōsulem Sergium Paulum, ut habetur Act. 13.

Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. CHRISTVS unus erat, una tantum persona, & idem erat infirmus: quia infirma carnem suscepit. Et idem erat fortis spiritu, ut posset & semetipsum suscitare. Infirmitate opus fuit pro nobis, ut fieret hostia ad salutem: qui si a nobis sic obedienter recipitur, manet nobiscum infirmus. Sin autem respuitur infirmus, euadit idem fortis, & tunc efficit ut cognoscamus illum uiuere, & regnare in Dei uirtute. Tales sese componere debent praelati, qui sunt uicarii CHRISTI. Et talis fuit B. Paulus. Nam & nos (inquit) infirmi fuimus in illo, uidelicet, quotiens opus fuit, quia obedistis. Sed uiuimus cum eo, hoc est, fortes sumus cum illo ad puniendum, & conculcandum contumaces, si opus fuerit. Ex uirtute Dei tamen, non nostra, in uobis: si tales eritis, qui nos habere uelitis acies in uos & diligentes uitiorum animaduersores, & non potius blandos patres, & tanquam salutare medicos, & temperationibus

Praelati, infirmi & fortes esse debent.

bus curantes. Magnum sane & periculosum suscipit negocium, qui caeteris praesse desiderat, si pro dignitate sese gerere uelit. Nam si quorundam mores studeas ad rectam uirtutum uiam dirigere mansuetioribus hortationibus, non obtemperant. Si paulo seuerius agas uel coactus, reprehensiones non ferunt. Si sibiipsis relinquuntur, pereunt. Itaque Apostolus miro artificio utitur, ut explorarent quo in statu sese deprehenderent constitutos, & ait.

Vosmetipsos tentate etc. Vide quomodo urget, ut illi seipsos ad interna mentis reuocarent, et diligenter de seipsis inquirerent & cognoscerent. Quod quidem frequenter ab omnibus Christianis esset faciendum, praesertim ab his qui sapiunt. Admonet igitur ut internè tentent semetipsos, an agnoscant in seipsis fidem, & sic inhabitare Dominum Deum per fidem. Homo igitur poterit cognoscere se esse fidelem? Quid ni possit? An non spiritus hominis scit quid sit in homine, id est, quid intus sentiat de rebus fidei? Alioquin quomodo faceret professionem fidei uniusquisque de se rogatus. Credis? respondens, Credo.

Sed obijciunt aliqui: Nescit homo utrum illa fides sit ex Deo: an ex seipso tantum, hoc est, utrum sit ex habitu fidei infuso: an uero ex uirtutum intellectus, qui interdum per signa conuincitur ad credendum ea quae non uult, sicut dicitur de daemoneis, qui credunt & contremiscunt. Et Beatus Thomas non uult eos habere donum fidei, quod est lumen diuinum infusum. Dicendum est ergo posse hominem certo cognoscere utrum credat: quia hic est primus actus intellectus. Et potest reflectendo se ad suum actum, plane illum perspicere.

An uero ille actus credulitatis ueniat a dono Dei supernaturali: an aliter, puta ex uirtutibus, & testimonijs manifestis, non facile est dispicere. Legimus enim de quibusdam. Crediderunt in eum, sed non confitebantur: quia dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Hos enim uerisimile est credidisse a persuasionem signorum & miraculorum, & non ab interiore infuso lumine. Et tamen probabiliter potest aliquis cernere ab actu fidei, an procedat coacte (ut dictum est) an uero sponte, ita ut etiam sibi homo in ea fide placeat. Si enim placeat sibi in ea, & libenter credit, proculdubio habet signum euidentem, ex Deo esse suam ipsius fidem. Sin autem credit, & contremiscit, signum est habere illum fidem illi fidei quae est daemoneorum, similem: sed talis est, quae non reputatur fides.

Apostolus ergo uolebat ut semetipsos explorarent, an essent in fide uera, & quae Deo placeat. Quod non dixisset, si explorare se ac probare non possent: Ait ergo.

Vosmetipsos tentate si estis in fide. Ipsi uos probate. Beatus Chrysostomus putauit hic de illa fide loqui Apostolum, quae per per miracula ostendebatur. Attamen uerba ipsa B. Pauli minus commode ad hunc intellectum aprantur. Non enim propterea digni reprobatione fuissent, si fidem

suam miraculis comprobare non ualissent. Nam miraculorum faciendorum non omnibus datur gratia, qui fidem & baptismum susceperunt: Alias ubi nunc uersamur, quorum aetate nulla apparet miraculorum ostensio? Praeterea, nec ad hunc sensum bene accommodarentur uerba quae sequuntur. An non cognoscitis uosmetipsos, quia CHRISTVS IESVS in uobis est? Nisi forte (aut nisi in aliquo) reprobi estis. IESVS CHRISTVS habitat in nobis per fidem, & praecipue si adest spes & simul ipsa charitas.

Sed & hic quaeritur: An scire ualeat homo, nunquid diligit Deum & CHRISTVM? Sunt non pauci, qui negantem partem sustinent. Quod si ita est: Quomodo B. Petrus ter interrogatus, nunquid diligeret, etiam tertio constanter respondit: Etiam Domine: Tu scis quia amo te?

Porro afferunt illud tritum iam in ore omnium: Nemo scit utrum odio, an amore sit dignus. Quae quidem sententia, si diligenter attenditur, aut non est uera (quod asserere nefas est, cum sit sacrae ipsius scripturae) Aut nequaquam illud probat, quod isti inde accipiunt. Neque enim ibi simpliciter dicitur. Nemo scit utrum amore sit dignus: sed additur, uel odio. Quemadmodum enim tu inde sumis, neminem scire an diligit Deum, & sic an sit dignus dilectione Dei: quia qui diligit etiam diligitur. Pari & ego iure inde accipiam, quod nemo scit utrum non diligit, & sic an odio Dei sit dignus. Qui enim non diligit, manet in morte, & dignus est odio. Nam si tu illud accipis, aequè & hoc accipitur. Sed mihi nunc est dubium multos esse sibi conscios et certos de odio diuino, quo digni sunt. Quod si hoc in odio non est uerum, ut scz quis nesciat utrum sit eo dignus, ac per hoc a scriptura non potest dici: dicemus pariter de amore non dici cum aequali intelligentia de ambobus denegetur scientia.

Et ideo aliter oportet locum illum intelligi. Et reuera (ut B. Bernardus nonnullis in locis exponit) de firmo Dei amore, qui est per praedestinationem aut electionem, uel propositum confirmationis in gratia, loquitur ibi Salomon: & similiter de odio reprobationis. Nam nullus homo quantumuis sanctus, tamen nihil sibi sit conscius, & magna habeat dilectionis suae erga Deum indicia, testificante Spiritu sancto in corde eius, ita ut ualde possit is quidem considerare se esse in dilectione Dei, nec dubitare: Scire tamen similiter non potest, utrum sit dignus illo amore, id est, ita dignus, & ea stabilitate in Dei prouidentia dilectus, ut nunquam ab eo possit excidere, ac per hoc nec excidat. Quo amore digni facti sunt electi & praedestinati: quoniam non dilecti sunt tantum secundum praesens tempus, sed praedilecti usque in finem. Et ediuerso. Nullus adeo scelerosus peccator qui merito sit odiosus factus Deo, scire potest utrum sit dignus perpetuo permanere in odio illo, ita ut Deus habeat illum tanquam iam reprobatum, cui adempta sit omnis resurgendi facultas: quod Deus in paucissimis facit, et nisi interueniat illud insigne peccatum, de quo

Nemo sit an amore uel odio etc. discutitur.

ipse dixit : Non remittetur neque in hoc saeculo, neque in futuro.

Loquitur ergo de amore perfecto, & odio Dei perfecto in hoc mundo: qui amor est, quum Deus diligit usque in finem. Et similiter de odio illo: reprobationis sempiterno, quale fuit illud, in quod sua duritia icurrere meruit Pharao. Et hoc ipsemet Salomon claris eo in loco uerbis declarat, qui statim subiungit. Sed omnia in futurum servantur incerta. Vult enim uidere Deus, an is qui diligit perseveret usque in finem, ut sic amore sempiterno fiat dignus. Et econuerso, an qui in peccato est, conuertatur tandem & uiuat.

Est & alia ad locum illum interpretatio, cui & mirifice uerba ipsa fauent: et recentiores interpretes probant. Non ibi (aiunt) negatur simpliciter sciri posse, sed ab his quae accidunt, uel aduersis uel secundis: quoniam haec & bonis promiscue & malis contingunt. Dicimus igitur posse hominem scire quod diligit Deum pro eo tempore, quo uere diligit. Et potest errare, & uideri hoc sibi scire, cum nesciat. Nec propterea quia potest in hoc decipi homo, sequitur ut non ualeat aliquando ita scire ut minime decipiatur. In eximio enim lumine gratiae cur hoc non ualeat sciri: Et si quis diligenter semetipsum exploret, cur non possit uidere quae in se intus sunt, & quae illi loquitur Spiritus? Si enim contestatur illi Spiritus sanctus quod filius Dei est, nunquid hoc testimonium non satis est ad creandam idoneam notitiam? B. Paulus dilucide ait, hoc Spiritum filijs contestari. Beatus Ambrosius hoc in loco ait. Qui fidei suae sensum in corde habet, hic scit CHRISTVM IESVM in se esse. Neque uero intelligit de fide informi, quae sit sine charitate. Nec enim erat mos sanctorum Patrum sic loqui.

Caetanus.

Miror autem plurimum quaedam de Scholasticis, qui fatetur posse hominem per pura naturalia diligere Deum super omnia, & hoc etiam posse scire: et tamen non posse scire utrum sit in gratia Dei. Ita ut uelit posse contingere esse in homine dilectionem Dei super omnia, & tamen non adesse gratiam Dei in illo. Et uult me ex lumine naturali certum esse, quod Deum diligo super omnia: & ex lumine supernaturali (si adsit in me) hoc non ualeam scire. Quod ego dictum uehementer iterum admiror, cum facile possim scire quod amo Deum ut beatificatorem meum per CHRISTVM, & quod in uoco CHRISTVM Dominum in corde meo. At hoc nemo potest facere, nisi in Spiritu sancto, teste B. Paulo.

Delicta quis intelligit? quo modo intelligendum.

Obijciunt ex psalmo: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Hebraice ille locus sic habet, ut B. Hieronymus & alij interpretati sunt. Errores quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Quare posset primo responderi, non negare prophetam illud intelligi posse, sed non ita facile: quoniam pauci quidam, & non multi intelligunt, sicut est ibi in glossa. Posset & dicere quis, loqui prophetam ibi de minoribus peccatis, & leuioribus quibusdam erroribus, qui humana

fragilitate uix possunt intelligi. Nam & Septuaginta dixerunt παραπτώματα, quae uox (B. Hieronymo teste) minora peccata significat: quae non auferunt gratiae donum, ut Theologi docent.

Adde ab eodem B. Hieronymo & Augustino similiter, locum illum esse aliter expositum: dicit enim B. Hieronymus. Qui sunt in delictis, & in his permanent, non intelligunt tales iudicia Dei. Vnde Apostolus: An ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Et B. Augustinus ibi dicit. Si uidentur tenebrae, intelliguntur delicta. Denique quando nos delicti poenitet, in luce sumus. Nam quando quisque ipso delicto inuolutus est, quasi obtenebratis opertisque oculis non uidet delictum: haec ille. Igitur qui sine peccato est, potest scire se sine peccato esse: quia in luce est. Et nos intelligimus de peccato mortalitatis. Alioqui quis Christianorum esset in luce, si peccata etiam uenialia essent tenebrae?

Si simplex fuero etc. exponitur.

Verum afferunt & illud ex B. Iob, ubi legimus. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Sed neque ille locus sic habet in hebraicis, ut noui emendatores dicunt. Quidam enim sic transtulit. Integer licet sim, & nihil mihi conscius in anima mea: tamen despicio uitam meam. Ut sit sensus. Homo iustus & innocens, & hoc de se sciens: quia tamen uidet se non posse complere multa quae cuperet, ut illud rectum atque perfectum perficiat, tædio in hoc mundo afficitur, & cupit dissolui, liberarique penitus a corpore mortis huius. Obiter tamen addimus considerandum, quod totus ille liber B. Iob obscurus sit, ut in contentionem uix queat adduci propter abstrusissimos sensus: nisi tum demum cum apertissimus fuerit locus aliquis, ut ad alium sensum trahi non possit. Alioqui si B. Iob nesciebat se innocentem, cur tam saepe, & tantis uerbis defendit & extollit innocentiam suam? Etenim cap. 13. tam clare dicit. Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar. Et cap. 23. Proponat aequitatem contra me, & perueniet ad uictoriam iudicium meum. Et cap. 27. iterum ait. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, iustificationem meam, quam corpi tenere, non deseram. Neque enim reprehendit me cor meum in tota uita mea. Denique. 29. ca. multa de se audacter in laudem suam praedicans, fidelissimo testimonio ostendit se non ignorare innocentiam & salutem suam.

Quamobrem & quae ex B. Paulo Apostolo similiter ad hoc probandum adducuntur, omnem hominem esse de sua gratia incertum, ut cum ait. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: quasi & ipse ignoraret de gratia sua, de qua assidue testimonium habebat a Deo, nullo modo probant. Quem autem uerorem sensum locus ille Apostoli porrigat, in commentarijs illius epistolae tradidimus. Quamobrem non puto esse negandum, uere bonos uiros & Spiritu plenos hoc scire posse: quoniam lumen Dei supernum habent, quo audiunt illud fiduciae uerbum internum in anima. Salus tua ego sum Vnde.

104. 14.

Vnde Dominus clare ait. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in aeternum, Spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Vos autem cognoscetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Nota uerba. Vos autem cognoscetis eum, id est, non solum habebitis, sed cognoscetis uos habere. Et B. Augustinus tractans haec uerba, & (sicut diximus) exponens, adiunxit & hoc pertinuisse ad maius donum Spiritus sancti, ut eis innotesceret quod habebant. De quo munere loquens Apostolus ait. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis.

Illud autem constanter & mordicus tenendum est, hominem suam electionem ac praedestinationem certo scire non posse, aut conicere, nisi specialiter ei fuerit reuelata a Deo, ut possit cum B. Paulo dicere. Certus sum quod neque mors, neque uita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in CHRISTO IESU Domino nostro. Sed aliud est, si quaeratur qualis sit ista scientia & certitudo. Scimus enim scientiam quae est a fide, licet uera & certa sit in se, nondum tamen esse apertam ac reuelatam, ut est illa Beatorum. Et latum est etiam inter uiatores discrimen circa hanc certitudinem. Nam sunt quidam ita magno afflati lumine, ac tanto charitatis ardore succensit, ut arrham certam in se persentiant futurae uitae. Vident hi se contemnere omnia, & (quod est longe excellentius magisque arduum) etiam seipsum despiciere propter CHRISTVM. Qui sui ipsius propter Deum contemptus, uix homini est manifestus in communi gratia existenti, nisi multis tentationibus pressus senserit in se illud ab Apostolo superius dictum. Cum infirmor, tunc potens sum. Sequitur.

Heb. 10.

Nisi forte reprobi estis. Homo qui iam uenit ad fidem, & illam sibi adesse non sentit explorans in semetipso, clarum habet suae reprobationis argumentum. Dixit enim Dominus. Qui subtraxerit se, non placebit animae meae. Non dico autem ita sublatam ei prorsus omnem spem, sicque uiam ab omni parte praclusam, ut non ualeat iterum instaurari in fidem: sed ostendo periculosissimum esse talem statum, & non habere ordinaria remedia, ut dicetur loco proprio epistolae ad Hebr.

104. 8.

Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Vide quam habeat de seipso fiduciam B. Paulus, uidelicet, ut & illi quoque cognituri sint ipsum minime esse reprobum, idque propter excellentia signa quae fecerat, & adhuc mox (ut opinor) iter illos facturus erat: quia ibat proptus ad eos ut uirga uteretur aduersus multos. Nam qui talis est, confidit in innocentia sua, sciens indecorum esse & turpe, & reprehensione dignum, si qui peccator est, potestate exerceat in peccatorem, ne committat in sententiam Domini. Qui uestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.

Haec uox iustitiae fuit: Puniendi sunt peccatores, sed non a prauaricatoribus legis. Neque enim bene manus faciem lauat, quae lutum tenet.

Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi simus. Ecce ut praedictam intelligentiam comprobatur. Quia enim Praepositus & Episcopus in puniendo probatus apparet (ut declarauit) dicit B. Paulus, quod orabat potius pro innocentia eorum, quam quod uellet apparere probatus, dum puniret reos delicti. Quia in parte mallebat reprobus esse, hoc est, apparere reprobus: quod accidit in praesidijs & potestatem habentibus. Tunc enim probantur uulgo & laudantur, dum puniunt. Sed bonus praeses mallet sibi deesse hanc puniendi causam.

Non enim possumus aliquid contra ueritatem, sed pro ueritate. Et hoc contra supercilium quorundam praesidentium, qui quasi Principes gentium gloriantur in potestate, quum illam exercent. At christianus Praelatus quando cogitur exercere, tantum abest ut hoc libenter faciat & cum fastu, ut et luceat & crucietur. Quare recte sequitur. Gaudemus autem quoniam. Graece longe melius: quum; uel; quando; non; quoniam; Sic ergo legas: Gaudemus autem quum nos infirmamur, uos autem potentes estis. Infirmatur Praelatus, cum bene uiuunt subditi: quandoquidem nulla apparet eiusmodi materia, in quam uires sui muneris possit iure exercere. Et illi tum demum potentes redduntur, qui conscientia recte factorum erecti non solum potestatem minitantem non metuunt, sed etiam laudem ex illa referunt, quemadmodum ad Rom. dictum est. Et hoc proprie infirmari est, nimirum potestatem non exercere, propterea quod nihil tale a subditis committitur, quod dignum ac merito is qui praestitit punire possit.

Hoc & oramus, uestram consummationem, hoc est, perfectionem uestram in omni uirtutum genere, ut nulla in uos uitiorum debeat unquam uigere animaduersio. Haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in aedificationem, & non in destructionem. Nam potestas ad destructionem, non est potestas. Quod attentissime deberet ab his qui praesunt considerari. Nam hac in parte plurimum a non paucis aberratur, qui legitimum potestatis usum uel ignorant, uel ea scientes abutuntur.

De cetero fratres gaudete: perfecti estote: exhortamini: id ipsum sapite: pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia Domini nostri IESU CHRISTI, & charitas Dei, & comunicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus uobis, Amen.

De cetero. Pulcherrimus hic praesentis epistolae finis, & multae consolationis. Primum ait, Gaudete, gaudio scilicet spirituali: quia unus est ex praecipuis Spiritus sancti fructibus. Et uere

Y n homo



homo spiritualis non potest non gaudere, & potissimum (contra morem carnalium, & mundo deditorum hominum) quando inuenitur in uarijs tribulationibus constitutus: ita ut tentationis uentus ignem charitatis eius auget, nedum extinguat. *Perfecti estote.* Tunc enim perfectio uera est, cum iustitia abundat erga alios, praesertim uerò cum sese extendit et erga immeritos & inimicos. Nā qui sibi soli iustus est, minus iustus est.

*Idipsum sapite*, id est, idem sentite omnes, ut sitis unanimes corde ad idem probandum, ut quod uni placet, alteri quoque placeat. Dum enim stomachus inuicem adest, et similitas animos mutuo occupat, quod ab uno probatur, mox ab alio improbat. Et hoc accidere solet, non quod res ipsa sit improbabilis: sed quia unus illud probat, erga quod alter minime afficitur. Quemadmodum enim diuersae opiniones non raro amicitiae iura frangunt; ita ubi deest uoluntatum in unam rem & sententiarum concordia, protinus exortur opinionum perniciose dissensio. Ergo ut id probet, & ne discordes esse uelint hortatur Apostolus. Non desunt qui haec ad dogmata referant. Vtraque accommodatio defendi potest, Nam & qui in dogmatibus consentiunt, aptiores sunt ad omnem rectam concordiam tuendam.

*Pacem habete inter uos*, pacem inquam, non quae est mundi huius: sed quam CHRISTVS nobis reliquit, quae in uera dilectione consistit. Tum demum namque tanti Praeceptoris recognoscuntur ueri discipuli, qui sincero pacis & charitatis uinculo apparent arctissime colligati. Nihil enim potest iucundius excogitari ad absoluendam uitae huius aërumnosae uiam, & cursum feliciter peragendum. *Et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum.* Iuxta sententiam illam: Et factus est in pace locus eius. Abhorret enim Spiritus mansuetudinis ab omni contentionum, rixarum, & dissensionum studio. Inter superbos autem semper iurgia. At in thesauro Dominicae largitatis ad honorem Christianorum atque utilitatem, quid potest tam congruum inueniri, quam pacem, quae in ipsa Natiuitate Domini prima est Angelico praedicata contentus. Ipsa enim est quae parit filios Dei, nutrit dilectionis, genitrix unitatis, requies beatorum,

& aeternitatis habitaculum, cuius hoc opus proprium, speciale beneficium, ut iungat Deo, quos fecerit mundo. Nam ubi fuerit ueritas pacis, nihil ibi potest deesse uirtutis. Quid enim est pacem habere ad Deum, nisi uelle quod iubet, & nolle quod prohibet? Itaque sedulo monet Corinthios ut hanc praestantissimam uirtutem aemulentur, eos reddens certos, Deum cum illis adfuturum, si inter se recte conuenerint. Si enim humanae amicitiae pares animos, & similes expetunt uoluntates; nec unquam diuersitas morum ad firmam potest uenire concordiam. Quomodo diuinae particeps erit pacis, cui ea placent, quae Deo displicent? quia in rebus appetit delectari, quibus illum nouit offendi? Ut autem haec omnia obtinere possint, uel impetrata iam firmiter custodiant, precatur illis auxilium per CHRISTI fauorem Apostolus, aiens.

*Gratia Domini nostri IESU CHRISTI*, quae gratiosus sumus apud Deum. *Et charitas Dei*, nimirum Patris. *Et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus uobis.* De tribus personis fit hoc in loco distincta mentio. Et similiter de tribus, id est, gratia Dei: charitate CHRISTI: & communicatione Spiritus sancti. Quibus ego tribus uocibus arbitror unam atque eandem rem significari, quae quidem est eximium Dei donum. Sed gratia CHRISTI dicitur: quia nobis gratiosae per illum donatur. Dicitur charitas Patris: quia à Patris dilectione procedit, qui est Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Dicitur & communicatio Sancti Spiritus: quia unit nos in unam, & in Deo: sicut & ipse Spiritus unio dicitur Patris et Filij, ut uere unus sit Deus, & trinus: cui honor & gloria, et omnis gratiarum actio, per infinita saecula, Amen.



Ex Leone  
f. Pont.

## ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.




*U*n Galatae graeci populi & gentiles, ab initio receperunt puritatem euangelij absque fermento obseruantiarum legalium, quae iam per euangelium antiquatae erant, ut circumcisio, & ciborum delectus, & huiusmodi. Et uenissent postmodum Pseudoapostoli, qui rursus in Iudaismum eos trahere niterentur, essentque ferme persuasi. B. Paulus eos Apostolica in primis autoritate, tum sua mirifica ac profunda doctrina conatur reuocare ad purum euangelium, quod iam receperant. Et (ut consuevit) primum de dogmatibus disputat: Tum format ad mores. Docta sane epistola haec, sed difficilis: ut & hic, sicut & in ea quae ad Romanos, uideamus uerificari dictum beatissimi Apostolorum principis Petri, aientis inueniri quaedam in epistolis Pauli difficilia intellectu, quae indocti quidam & instabiles deprauant, sicut & omnes scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Quandoquidem per imperitiam nonnulli facile recipiunt, & ebibunt uenena quasi salutaria. Huius rei gratia nos paulo accuratius atque diligentius in obscura quaeque intendent, non solum ipsam ueritatem ante oculos acuti ac prudentis lectoris in perspicuo ponemus: uerum etiam haereticorum calumnias, argutias, & fallacias ita patefaciemus, ut intelligat omnis amator ueritatis ex ipsismet locis peruersa eorum dogmata reprobari, ex quibus illi ea maxime confirmare nituntur.



## COMMENTARIA IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAVLI AD GALATAS.



**P**AULVS Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem: sed per IESVM CHRISTVM, & Deum Patrem, qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiae, Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino IESU CHRISTO, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam, secundum uoluntatem Dei & Patris nostri, cui est gloria in saecula saeculorum, Amen.



**P**AULVS Apostolus: Diuiditur haec epistola, quemadmodum & aliae, in salutationem & tractatum. Et in ipsa quidem salutatione, Primum sese de more insinuat ab officio. Deinde ad quos scribit, ostendit. Tertio autem salutationis uerba pronunciat. Quantum ad primum pertinet, suo more ex nomine Paulum, & ex officio se Apostolum declarat. At cum iam eius doctrina in contentione propter falsos fratres uenisset, unde oportuit ut sese uehementius praeter alios extolleret, et praedicaret Dei in se dona, non propter se, sed propter imperitiores, qui facile decipi ab his poterant, qui plerumque aliena docebant ab euangelica ueritate, iccirco insigniter hoc loco suam electionem commendat.

Y iij Non

Non ab hominibus (inquit) neq; per hominem. Ve per hoc testimonium notarent, & aperte intelligerent suæ missionis excellentiam. Nam eorum qui mittuntur, idest, legatione funguntur, sunt quidam qui ab hominibus mittuntur: & quidam qui mittuntur ab ipso Deo. Qui mittuntur ab hominibus, legationem circa humana obeunt, idest, circa ea quæ pertinent ad sæcularia negocia, & rerum administrationem publicarum & ciuiliū. Qui uerò mittuntur à Deo, tales in ijs quæ ad diuina ministeria pertinent, legatione funguntur. Verum quia etiam esse potest, ut eorum qui mittuntur à Deo, aliqui immediatè mittantur, quales fuerunt summi illi primarij Apst: Aliqui uerò mediatè per homines, quales sunt inferioris gradus (inter quos etiam non modica est differentia) Idcirco ut sese indicaret esse unum primi illius ordinis, idest, eorum qui immediatè à Deo mittuntur, necessaria contentione ob exortos detractores pseudoapstos, & pseudopphetas, adiecit.

Sed per IESVM CHRISTVM, & Deum Patrem. Ne minoris autoritatis esse uideret, quam cæteri, qui supra modum à dignitate uocationis ac missionis, uocabantur Apostoli, incipit se statim ab ipso epistolæ exordio audacter declarare quisnam esset, & quo in gradu Apostolus. Sic accedit & in hierarchia cœlesti, ut quidam Angelorum mittantur immediatè à Deo, ut summi Angeli, uelut Gabriel, de quo dicitur quod missus fuit à Deo ad sanctissimam VIRGINEM. Quidam uerò mittuntur à superioribus Angelis, sicut B. Dionysius docet. Neq; me latet eos qui de scholis addiscunt, Gabrielem in secundo ultimæ hierarchiæ choro collocare: quod minime mihi fit probabile. Sed præsens non uidetur hac de re disputandi locus: nullus autem contendendi. Fruantur per me, qui ita existimant, opinione sua quantumuis (ut mihi sanè uidetur) inopinabili.

Cū uerò ait Apostolus. Per IESVM CHRISTVM, & Deum Patrem, duo declarat, à Deo scilicet missionem fuisse, illamq; nullo medio factam esse. Per semetipsum enim fecit hoc Deus: quia per IESVM CHRISTVM qui erat Deus, & in quo erat Pater: ut quæcunq; faceret per IESVM Patrem, & ipse Pater per se faceret: quia Pater in Filio est. Et sicut quæcunq; operatur Pater, & Filius operari dicitur: ita econuerso. Vn ipse dixit. Pater in me manens ipse facit opera. Non ignoramus tamen distinctas esse operationes in CHRISTO diuinitatis, et humanitatis.

Oritur tamen hinc quæstio, Quomodo non per hominem, si per IESVM CHRISTVM: quasi uerò CHRISTVS non sit homo. Hinc hæreses ex apparentijs scripturarum conflata, quibus superbi homines, ut sapere supra cæteros uideantur, pessimè abutuntur. Nam Manichæus negauit CHRISTVM hominem, quem asseruit assumpsisse corpus fantasticum: quia & alibi legitur. Qui factus est in similitudinem hominum, & habitu inuentus ut homo. Valentinus autem dixit, corpus ab eo allatum de cœlo alterius rationis: quia legerat. Primus homo de terra

terrenus: Secundus homo de cœlo cœlestis. Sed contra Manichæum est clarissimum euangelij testimonium, ubi dicitur, qd discipuli putabant se phantasma uidere, quod iprobat Euangelista. Et alibi ubi ait. Palpate & uidete, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Contra utrunq; autem & Valentinū & Manichæum est, quod ad Rom. Apostolus ipse dicit illum factum secundum carnem ex semine Dauid: Sicut in euangelio dicitur, filius Dauid, & natus ex VIRGINE. Et ipsemet B. Paulus ad Timotheum: Mediator Dei (inquit) & hominum homo CHRISTVS IESVS.

Cum igitur hoc certissimū sit, CHRISTVM esse hominem: quid est, quod ait Apostolus. Neq; per hominem, cū tamen dicat per IESVM CHRISTVM? Sunt qui exponunt. Neque ab hominibus, idest, ab Apostolis: Neque per hominem, idest, unum ex illis Apostolis. Sed hæc expositio manifestè torquet literā. Alij neque per hominem, idest, purum hominē. Alij, per IESVM CHRISTVM in eo quod erat Deus, & non in eo quod erat homo. Quod minime placet: quia CHRISTVS quatenus homo accepit omnē potestatem à Patre, & in ea potestate qua glorificatus est per omnia, fecit illum Apostolum. B. Augustinus exponit quod CHRISTVS iam propter gloriā adeptam, non computabatur inter homines.

Potest addi pro illustriori intelligentia (& istud sæpe in scripturis obseruauī) hanc uocem; Homo; uariè accipi solere. Et uno quidē modo, ut certam significet naturam atque substantiam, quæ constet ex duabus illis naturis, corpore scilicet & anima. Qua cōsideratione CHRISTVS erat homo, non secus quàm alius quilibet nostrū. Vnde dictus est Mediator Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS.

Alio modo accipitur homo, quatenus redactus est in naturam corruptam, & perditam, & ipsi peccato subiectam, & alijs miserijs propter peccatum, ut sit inimicus Deo, & diuinorū ignarus. Et secundum hoc dicitur, CHRISTVM non fuisse hominem, sed in similitudinem hominum factum, & habitu inuentum, ut erant aliij homines: quia non carnem peccati, sed in similitudinē carnis peccati carnem assumpsit, nimirum passibile, & corruptibilem, atq; mortalem: ita ut non humanæ naturæ ueritas per ea uerba negetur, sed talis naturæ conditio, qualis iam facta erat propter peccatum. Hæc est quæ negatur uerissimè in ipso CHRISTO.

Tertio modo dicitur homo ut sub corruptibili adhuc est substantia, & non perfectè sanctificatus ea sanctificatione, quæ est ex resurrectione mortuorum. Et hac ratione IESVS, cū esset in terris potuit dici homo, sicut & fuit. Postmodo uerò gloriosus factus, dicitur accepisse diuinitatem, & perfectā generationem, ut esset filius Dei, sicut dixit discipulus Dilectus in Apoc. Et Dauid in Psalmo. Ego hodie genui te. Et his respectibus excluditur IESVS ab hominibus, ut non dicatur homo, idest, caro & sanguis, quæ possidere

Contra Manichæos.

Contra Valentinum.

1. Tim. 1.

Homo; quot modis dicitur in scriptura.

possidere regnum Dei non possunt, propter corruptionem peccati. Nec fit homo ulterius corruptioni mortalitatis obnoxius: sed diuinitatis gloria etiam in carne illustratus, uerus iam appareat Unigenitus Dei. Nam & nos quicunq; in illum erimus à morte tandem liberati, non inter homines computabimur, sed retinebimus generationem diuinam, de qua scriptum est. Ego dixi Dñ estis, & filij Excelsi omnes. Hi uerò qui cadunt ab hac generatione, hominum appellatione concluduntur. Vnde sequitur in eo psalmo. Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis.

Non est ergo perfecta liberatio in hac uita ab humana conditione, sed inchoata est ut perficiatur in patria, quemadmodum fuit in CHRISTO capite nostro. Vnde de nobis Dilectus. Charissimi nunc filij Dei nominamur & sumus, nec dum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Non ergo iam dicitur homo CHRISTVS postquam ascendit in cœlum, ex quo tempore fecit Apostolū nostrū & doctorem Paulum. Carnem enim habet non solum à peccato immunē (quo caruit semper) uerum etiam ab omni fragilitate & corruptione, quam aliquando habuit. Nec id solum, uerū etiā mirificè deificatam, gloriosam, potētē uirtute, & spiritualem, beatis Spiritibus admirandam.

Hic notādum, Non semper eum qui primò nominatur, digniorem propterea esse censendū. Alioqui CHRISTVS, iuxta Apostolum hoc in loco, maior esset Deo Patre: quia dixit, per IESVM CHRISTVM, & Deum patrē. Nec quia dicit; per Deum Patrem; in honoratur persona Patris, eo quod præpositio ista; Per; adiūgi solet instrumento. Hæc erat Arianorum argutia, ut CHRISTO diuinitatem auferrent, qui suo relo hic retunduntur. Nam sicut dicitur, per IESVM CHRISTVM, ita dicitur, per Deum Patrem.

Sed obijciunt: Perge ulterius, & uide quid loquatur Apostolus de Patre. Qui suscitauit (inquit) eum à mortuis. Video & fateor, qua parte suscitatus est à Patre, minorē fuisse Patre. Sed tu Ariane perpende si potes, qd & ipse CHRISTVS dixit semetipsum se suscitaturū: quod cum ea parte qua erat suscitandus, nō possit intelligi, ea parte necessariò intelligendum est, qua potuit se suscitare. Et hoc Dei est proprium: Deus ergo erat. Nam & Deus dicitur illum per Spiritū suscitasse, ut opera Trinitatis agnoscas esse indiuidua. Propterea ille de se ipso dixit. Ego sanctifico me ipsum. Et paulò inferius. Soluite templum hoc, & triduo excitabo illud. Et Apostolus noster de Spiritu Dei ait. Quod si Spiritus eius qui suscitauit IESVM à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit IESVM CHRISTVM à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitatē Spiritum eius in uobis.

Hic quæret aliquis. Qua de causa admiscetur hæc CHRISTI suscitatio? Ego dixerim nō ab re, sed magna de causa factum, non solum ut ipsius Domini gloriam & potentiam considera-

remus, quem suscitauit Deus ut sedeat ad dexteram suam constitutus iudex uniuersorum: uerū etiam quia in hoc ipso resurrectionis articulo demonstratur, legem omninò cessasse, & noua facta esse in CHRISTO omnia: ut per hoc uel in ipsa saluatione ueritatem, quam probaturus erat contra illorum persuasionem, doctè inciperet subindicare. Aliqui dicunt, Ideò Dominicę resurrectionis meminisse, quo demonstrare se esse cæteris Apostolis in hoc digniorem, qui missus sit à CHRISTO postquam suscitatus & gloriosus factus est. Quod (ut liberè dicam) nō placet. Nam nec uerba ad hoc seruiunt, si rectè cōsideres: nec circa hoc B. Paulus excelluit alios Apostolos, qui & ipsi missi fuerunt ab ipso Domino postquam suscitatus est, ut euāgelium aperte testatur, ubi dixit Dominus. Ecce ego mitto uos. Hoc erat igitur intentum Apostoli, ostendere se fuisse missum à Deo CHRISTI uoce.

Cum hoc loco legerē hæreticorum plurimū commētaria, Lutheri in primis, & aliorum, uehementer à principio admiratus sum, quanta illi cōfidentia eos detestetur, qui sibi ipsi deferunt prædicandi munus nō uocati, neq; missi. Illos autē quis uocauit? quis misit? quis potestatem dedit? Auit. Magistratus: de sæculi magistratibus loquuntur. Sed quis ipsis Magistratibus hoc dedit? & qñ uti ceperūt hac potestate, si res sic se habet? Sed nō est ita. Quin econuerso Magistratus potestatem mittendi ab hæreticis habuerunt: hæretici autem potestatem prædicandi à Magistratibus. O miseris, eorum certè impudentiam miror magis quàm scelus ipsum. Audet enim Lutherus & de hoc ecclesiam nostrā damnare, & Scholasticos qui hoc non docent, uidelicet nemini licitum esse prædicare sua autoritate. Quasi uerò id in ecclesia nostra lateat, & canones non prohibeant, & Scholastici hæc non doceant: sed ille primus hæc doctrinam ex Apostolo considera uerit ac tradiderit, cum ille primus omnium quàm maximè hac parte ad perturbationem ecclesiæ præuarius sit. O uirum calumniosum & impudentem.

Et qui necum sunt omnes fratres. Ut autoritatem adderet epistolæ tanquam non à se tantum proficiscēti: sed ab omnibus fratribus qui secum erant, & consequenter in catholica fide & traditione ambulabant. Nam quæ probatur à multis, solent esse firmiora. Neminem tamen nominat, quia satis per se noti erant. Ecclesijs Galatiæ. Galatia prouincia erat, quæ plures dioceses continebat, ut aliquot diuideretur ecclesijs.

Hoc itē in loco insultat omni detestatione dignus hæreticus, idest, Lutherus, in eos qui propter errores fidei segregandos putant quospiam ab ecclesia. Ecce (inquit) Paulus uocat ecclesias, quæ tamen errore fidei tenebantur. Quod etiam ut rectè factum probat, aiens. Quia enim uerbū & baptismum habebant, rectè ecclesię uocantur. Nā error in fide & uerbo, infirmitas est, in qua charitas ecclesiæ exercetur. Quæ autem esset charitas, quæ malos neq; ferre, neq; iuuare statuit? Furore est nomine charitatis ineptissimè se uestiēs: hæc

Pf. 81.

104. 3.

104. 20.

Contra arrogantia hæreticorū

In Arianos.

104. 17.

Rom. 8.

Apoc. 5. Psal. 2.

104. 14.

Error Lutheri insignis.

hæc ille. Et cum iam sibi uideretur conclusisse aduersus hunc morem, quo ab ecclesia præscinduntur hæretici, tanquam indissolubile attulisset argumentū, adiecit. Quid respondebunt? O miserum prorsus hominem. Imò quid respondebit ipse ad B. Paulum qui præcipit hæreticum hominem post primam & secundam monitionem deuitari? Et rationē affert Apostolus cur ita sit faciendum: quia subuersus est qui eiusmodi est. Et quid dicit ad eundem Apostolum in hac ipsa epistola. Si angelus de cælo aliter euangelizauerit, anathema sit: et iterum: Vtinam abscondantur qui uos conturbant. Et Dilectus dicit. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo: nec, Aue, ei dixeritis. Qui enim dixerit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Denique quid respondebit ad ipsummet CHRISTVM dicentem. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus?

Ad Tit. 3.

1. Io. 1.

Matth. 18.

Respondendum est igitur hæretico, Ideò adhuc uocari ab Apostolo ecclesias: quia nondum conuicti erant de pertinacia, nondum iudicati & damnati: & erat tantum error ab initio. Nondum enim aperta erat contumacia, & perfecta hæresis eorum, qui talem doctrinam imbibebant. Tolerantur itaque & admonentur, donec certum sit eos sic admonitos nolle resipiscere. At in illos qui docuerant, cum essent pseudoapostoli, aliter loquitur B. Paulus. Nam sub anathemate subdit omnes, qui aliud euangelium prædicarent.

Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino IESV CHRISTO. Visitata salutatio est, iam alibi exposita. Vbi uidetis & finē beatitudinis, qui est pax: & medium ipsum quo ad finē hunc perducimur, quod est gratia. Qui dedit semetipsum pro nobis, id est, tam Iudæis quam Græcis: ne quis super alios gloriatur. Et item, ne quod erat CHRISTI & eius gratiæ, daretur Moysi, aut legi, aut ulli creaturæ. Ipse est enim solus qui tollit peccatū mundi. Ut eriperet nos de presenti seculo nequam. Omnes qui non sunt in CHRISTO IESV, filij sæculi dicuntur. Et sæculi appellatiōe uenit quod cuius est nequam, id est, malum & inutile: quādoquidē subiectum est huic tempori, sub quo quæcūque sunt, ingemiscunt. Nam mutantur assidue, & corrumpuntur, & uanitati subiiciuntur. Non enim ad fructum immortalitatis operantur, sed ad interitum. Tales omnes nascimur, & tales manemus, donec baptismo filij lucis efficiamur: quo in statu collocati noua sumus creatura, nisi de nouo peruertamur. Nam & peruersi homines nomine huius sæculi comprehenduntur in scripturis sanctis, qui sub principe Diabolo militant. Sed ab omnibus istis sæculi filijs CHRISTVS nos eripuit per fidem æternorū, ad quæ suspiramus, & per opera bona contendimus.

Hunc locum, & alia huiusmodi, multa instātia hæretici obiectant in nos, qui opera ad salutē necessaria prædicamus, & postquam peccauimus iustificati, tenemur pro peccatis satisfacere, cum hic B. Paulus dicat CHRISTVM semetipsum tradidisse pro peccatis nostris, & nos eripuisse de

hoc sæculo nequam per fidem & sacramētum. Quasi uerò hoc nos negemus, qui id maximè prædicamus. Sed cum hac prædicatione etiam adiungimus, iuxta Apostolicam & euāgelicam doctrinam, non debere nos postquam semel iustificati sumus et adepti gratiam, iterū peccare: sed operari, & cognoscere CHRISTVM semel pro nobis esse mortuum satisfaciendo pro præcedentibus delictis: cuius merita per baptismum semel applicantur nobis ad iustificationem nostrā. Et hoc est quod hic docet Apostolus. Tūc enim eripimur de hoc sæculo nequam, quum ipso fidei sacramento renouamur, & nouam profitemur militiam ad obtinendam coronam uitæ.

Si ergo semel iustificati, iterum prolabimur, non superest nobis ulterius baptismus ad cruciandum iterum CHRISTVM, & habendū ostēdunt (ut ad Heb. testatur Apostolus) sed exigitur satisfactio pro poena temporalis, quæ à nobis debetur delicto, tamen Deo per CHRISTVM reconciliatis: quem Aduocatū habemus in hac causa, & non plenè satisfactorem, ut alibi clarius declarauimus. Cauere igitur debet, qui semel iustificatus est in baptismo, ne noua præuaricatione rursus committat in mandatum Dei. Nam si eus nouissima longè deteriora prioribus. Sed si uelit perficere iustificationem suam ad salutem, omni conatu per bona opera cōtendat intrare in regnū, sicut Dominus & Saluator noster CHRISTVS & fecit, & docuit. Non enim est seruus supra Dominum suum: nec discipulus supra Magistrum. Hæc nos Catholici catholice docemus. Hæc aperte memini blandientes prædicamus. Hæc usu ipso perpetuo pbat ecclesia sancta catholica à Spiritu ueritatis edocta: contra quam portæ inferi, etsi insultare possunt, præuallere tamen non possunt, quātumuis simulent ex B. Pauli doctrina, quò suis erroribus colorem alii quem callidè addant, se loqui.

Quis unquē (rogo) hæreticus extitit, qui nō præ se ferret inniti se scripturarum testimonio? Ecce Manichæi suæ dementissimæ heresis ansam acceperunt ex hoc loco, ubi nequam hoc sæculum nominatur: & idè eius autorem finxerunt non Deum bonum, sed malum Deum, scilicet tenebrarum Deum. Autorem uerò lucis & futuri sæculi, alterum Deum. Quæ sunt dæmonum commēta uanissima ad ludificandos superbos & uanos homines. Malitia enim sæculi huius nō est à Deo, qui est autor temporis, & omnium quæ sunt sub tempore: sed à nobis, & diabolo omnium prauorum operum patre, fonte & origine. Non enim ipsa tēporis hic infamatur aut uituperatur duratio: sed id quod sub ipsa duratione excurrit & manet, ob ipsas uitæ necessitates, & errores, & peccata, quæ sub tempore committuntur.

Secundum uoluntatem Dei et Patris nostri &c. Hæc est enim uoluntas Dei Patris benigna, ut sancti simus per agnitionem ueritatis, & imitationem sinceræ fidei. Potest autem hoc quod ait: secundum uoluntatem Dei Patris, ad ea referri quæ fecit IESVS pro nobis: ut sit sensus, quòd IESVS

Hebr. 6.

1. Io. 13.

Hæretici suos errores prætextu scripturæ tegunt.

SVS dedit semetipsum pro nobis secundum uoluntatem Dei Patris: quia sic uoluit, & sic ei mandauit. Et hic fuit eius cibus, ut ipse dixit: Cibus meus est, ut faciam uoluntatem Patris mei. Et alibi, Descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Itē potest referri ad id quod adijciunt, ut eriperet. Nam hæc fuit uoluntas Patris, ut eriperemur ab hoc sæculo, & sanctificaremur per CHRISTVM. Nec est diuidenda hæc expositio, sed utraq; simul accipienda est, sicut & uerba utriusq; seruiunt expositioni, & Spiritus sanctus utranq; uidit: ac propterea nulla est ratio, cur nō pariter utranq; Spiritus intenderit.

1. Io. 4.

Ibid. 6.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiā CHRISTI, in aliud euangeliū: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium CHRISTI. Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet uobis præterquam quòd euangelizauimus uobis, Anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, Anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, CHRISTI seruus non essem. Notum enim uobis facio, fratres, euangeliū quòd euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationē IESV CHRISTI.

Miror quòd sic tam citò &c. Hic incipit tenor totius epistolæ. Irruit autem primū præter morem absq; ullo proemio, zelo quodam sanctissimo percitus, & iusta indignatiōe ob rei indignitatem atq; insolentiam concitata. Nam iustus dolor nonnunquam omnem artem ad componēda uerba uiua ac fortia superat. Proponit ergo primum admirationem suam erga illorum factum & errorem, in re præsertim omnium grauissima: nimirum recedere à uera salutis doctrina, ac eius loco recipere mortiferā falsitatis prædicationem. Id enim intolerabile est atq; admirandum. Quocirca & factum ipsum, & ipsius facti auctores detestatur, & anathematizat hoc primo capite usq; ad eum locum. Modo enim hominibus suadeo &c. Quo in loco rationes afferre incipit tantæ fiducia, usq; ibi. Nos natura Iudæi &c. In secundo autē cap. incipit argumentari ab autoritate, ac rationibus pluribus de scripturis collectis, usq; ad quintū cap. Vbi protestatur circa illorum damna, si in errore persistant. Eradhörtatur ad reuersionem in euangelicam ueritatem, pseudoapostolos semper arguens. Vbi etiam (sicut semper facere cōsueuit) adijcit instructionem bonorum morum usq; in finē. At, ergo,

Miror quòd sic tam citò transferimini &c. Ad admirationē proponit, & ipsius admirationis causas simul connectit. Nam cum multæ rerum mutationes sint admirandæ, ea uidetur admiratione dignior, quæ est circa legem Dei & dogmata. Miramur enim si qui patrias leges cōmutent, & peregrina decreta sponte recipiant. Sed multò magis quum, si quid semel receptum est tanquā melius, ab eo in aliud rursus leuiter & citò trāferimur, quod nunquā aliās suscepimus, & quod etiam aduersatur rei semel susceptæ, sicut erat in proposito. Galatæ enim cum essent Gætæ, non Iudæi, susceperant iam euangelicam fidem ab omni superstitione purissimam, & amabili libertate commendabilem: ac deinde quā citissime in Iudaismum labebantur, & seruitutem legis antiquæ, sub qua nunquā fuerant cōstituti. Vnde & mutatio ipsa mirum in modum miranda: & non minus quòd tam uelox esset ac tā cita atque repentina mutatiō, quæ signum porrigebat maximè leuitatis. Adijciunt, eiusmodi mutationem non solū fuisse mutationem & præperam mutationem, sed de bono in malum, & de certo bono in certum malum: quo uehementius aucta est admirationis occasio. Vnde ait.

Miror quòd sic tam citò transferimini, id est, alienemini, ab eo qui uos uocauit, id est, à Deo Patre, qui per Apostolicam uocem uocauit uos, in gratiam CHRISTI: in gratiā uidelicet quæ CHRISTO data est, & ab eo manat tanquam ex abundantissimo fonte in omnes. Iuxta quod scriptum est, De plenitudine eius oēs accepimus: & gratiā per gratia, ut idē esse gratiam & euāgelium intelligamus. In aliud euangelium. Ecce indigna mutatio, & peruersa alienatio, nimirum à Deo Patre & gratia CHRISTI, quæ est euangelium uerum, in aliud euangelium, quod uerum esse non potest. Nō est enim euangelium uerum, nisi unum solum: quia una fides, una spes, unum baptisma, unus Mediator Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS: iccirco addit. Quod non est aliud, ac si dixerit. Euangeliū nomine hæc uobis nouitas obtruditur. Istud semper fecerunt, & nunc etiam faciūt nouitij hæretici, qui se euangelicos impudentissimè iactant. Sed falsum est eorum euangelium. Quamobrem tales talis euangeliū auctores perstringit, ut eos notos faciat, & omnibus prodatur.

1. Io. 1.

Nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium CHRISTI. Hæc cōiunctio: Nisi; ponitur aduersatiuè pro; sed; ut sit sensus. Sed sunt aliqui qui uos conturbant. Aut (quod magis placet) propter uim uocis exceptiuæ, referri ad ea potest quæ à principio ipso dicta sunt. Miror quòd sic tam citò transferimini: nisi sint aliqui qui uos cōturbant, Vt admiratio sit ex ignota causa, quæ tum cessat, quum causa ipsa cogitatur, ac si dixisset: Mirandum hoc esset, si ex uobis ipsis soli moueremini, & non aliquorum autoritate impulsis. Quo in loco & illos aliquo modo excusat à culpa, ut qui à maioribus, & istis quidem magno simulationis artificio instructis peruersi essent, & illam reijcit in ipsos tam inconsummatus

facti



facti auctores. Ait ergo: *conturbant uos*. Nam quæ maior turbatio, quam quæ accidit ex pessima cōmutatione, ut auertatur homo à matre sua ecclesia, & nascatur sectæ & schismata, ut non unanimes & unius moris habitetur in domo Dei?

Et uolūt cōuerrere, hoc est, trāsuerrere Græce, n. rectè legitur, *μεταστρέψαι*. Et pulchrè hoc quidem dicitur: quia cum ex euangelio in iudaismū eos traherent, qui euangelium præcedebat: hoc non erat aliud, quam transuerrere euangelium, & cōstituere finem, quod erat ad finem. Iudaismū enim ad euangelium tendebat, ut adueniente euāgelio cessaret iudaismū, non e conuersō. Ideo transuerrere euangelium, cuius dignitatem ac summam perfectionem ad legis (neminē ad perfectum adducentis) imperfectionem & infirmitatem reducebant. Hoc autem perinde erat, ac si à solido cibo iam ætate maturus reuocaretur ad lac: & à solida doctrina ad elementa. Quare in spiritum euectus audacter pronunciat.

Sed licet nos, aut Angelus de cælo &c. Hic dubitā ab importunis mouetur, quam potestate B. Paulus anathematizet Angelum Dei, id est, excommunicet, & ostensionī ponat, ut abiectum à consortio amicorum & familia Dei. Sed non sunt uerba hæc B. Pauli exercētis potestatem, sed exprimentis certam ueritatis notitiam. Non enim ei data erat potestas in Angelos Dei, sicut nec aduersus seipsum. Et tamen etiā in seipsum anathema pronunciat, si aliter euangelizet. Enūciatiua ergo illa oratiō erat & conditionalis, & uera: quoniam reposita impossibili, quod Angelus Dei aliter euangelizasset, aut ipse: absq; dubio anathema fuisset. Hoc & optare se B. Paulus sub indicat (si ita euenire posset) & comprobare. Nam hæretici ipso iure excommunicati sunt: qui aduersarios Dei se statim constituunt. Vnde Papa hæreticus ipso iure non est Papa, sed anathema. Quare nulla urget, ut deponat, necessitas: sed ut iam à Deo depositus, pronuncietur sic esse.

Et ut certitudinem & immobilitatem huius scientiæ ipsemet amplius declararet, idem rursus repetit. Et nota id quod ait, *præterquam quod euangelizauimus uobis*. Non enim dixit, *præterquam quod euangelizauimus*, sed, *euangelizauimus*: ut clarè intelligerent, prædicatam ab eo doctrinam nō esse doctrinam propriam, sed apostolicam & catholicam, ut confidentius posset anathema in aduersarios proferre. Quo stante intellectu, quem ego uerissimum arbitror (quoniam illi ratio & uerba ipsa ualde fauent) non solum ex hoc loco non adiuuantur hæretici, sed egregiè confutantur. Hi etenim sunt, qui contra Apostolicam & catholicam doctrinam perfidè peccant. Et ait: *Præterquam quod accepistis*, id est, præter id quod me prædicante accepistis. Hoc sermone exaggeratur eorum culpa, & leuitas: quoniam non solum prædicauerat B. Paulus, uerum etiam ipsi eam prædicationem, ut sanam acceperant, & catholicam, signis, miraculis, ac uirtutibus comprobata ac stabilitam: à qua recedere cum esset bonum & sanctum, longè fuisset deterius, quam si nun-

quam recepissent, ut et in quosdam contestatur Princeps Apostolorum. Melius erat, inquit, uiam ueritatis nō nosse, quam post agnitā retrō cōuertī ab eo, quod illis traditum est sancto mādato.

Sed qui prodierunt nostro tempore hæretici, hoc B. Pauli loco impudētissime abutiuntur ut illo se protegant, & insolentiam illam apud imperitam multitudinem excusent, cur pertinaciter hæreant fallacibus suis opinionibus, asseuerantes se fretos autoritate scripturæ Apostolicæ: sicut hīc B. Paulus faciebat. Vnde & ipsi excommunicant alios omnes qui, quod ipsi docent, non credunt. Quasi sit æqua & par illis cum Apostolo Paulo causa. Itane (quæso) profligant omnem perditū homines pudorem, ut sic de seipsis aufint proferre, quemadmodum de se B. Paulus uerissimè testificatur: Ego Apostolus Dei sum, neq; ab hominibus, neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM? Neminem hætenus legi tanta adhuc impudentia prædicatum, qui istud de se iactaret. An ergo ipsi signa sui Apostolatus ostenderūt in uirtutibus, & prodigijs, & nō quibuslibet uirtutibus, sicut B. Paulus? His omnibus desituri contendere tamen nō desinunt, etsi nullum signum fecerint. An igitur saltem cōtulerunt isti euangelium suum nouum cum ijs qui uideantur columnæ ecclesiæ, nec B. Paulum imitati in uanum currerent, aut cucurrissent? Ne id quidem: imò uerò fronte meretricia fatetur ipsimet se contra B. Augustinū, & insignes alios Doctores, & aduersus ipsū ecclesiæ sensum docere. Denique possuntne isti reuera dicere, suadere se Deum, & non homines, adeo insanam libertatem pollicentes, & aliud euangelium, cum tamen nō sit aliud? O miserum sæculum, & deploranda etas nostra, qua redigimur ut conferamus deas tenebras cum clarissima luce, & Spiritum CHRISTI cum spiritu Belial.

Hoc lector prudens consideret, unum commune omnium hæreticorum fuisse semper refugium, in quod sese conijcere possint conuicti, ut dicant. Ita apertè scripturæ loquuntur, quarum nos autoritate anathematizamus aduersantes. Sed illud quod arrogantissimè sumunt, uidelicet ita dicere scripturas, & adeo apertè, unde nos docent? Semper enim à probatissimis ecclesiæ luminibus aliter edocti sumus, idq; per scripturarum doctrinam: Quapropter & illi anathema in eos pronunciarunt, qui secus sentirent. Quid ergo hoc in loco aliud facturum est uir sapiens, nisi ut iubeat eos ualere cum suo anathemate: quod meritò in ipsos conuertitur, postq; ita uolūt miserī. Nihil enim ego amplius ab eis requiro, nihil aduersus eos efficacius, nisi quod ipsimet consententur, uidelicet hanc suam ipsorum doctrinam aduersari sententijs sanctorum, & ipsius ecclesiæ sanctæ. Nam hoc unum aduersariorum testimonium uiro prudenti ac pio plus satis est ad eligendū, cui potius hæreat, Lutherone infœlici apostatæ: an uerò illis tot & tantis ecclesiæ luminibus. Animaduertit uersutus ille præiudicium tantum (quod & facile uideri poterat) & uehemētè laborat

Perfugium hæreticorum.

borat quo sese ab illo miris fucis atq; præstigijs explicare possit, quæ per me nolo ignorare lectorem, ut uideat & iudicet.

Lutherani nō tent & uideant quæ sequantur.

Etenim in suis postremis ad hanc epistolam commentarijs, quod ad hoc pertinet, præter alia multa ita scribit. Valdè igitur speciosum & robustum hoc argumentum pseudoapostolorum fuit, quod & hodie plures commouet, scilicet. Apostoli, sancti Patres, & eorum successores sic docuerunt: ecclesia sic sentit & credit. Impossibile est autem quòd CHRISTVS tot sæculis ecclesiam suam errare sinat. Tu certè solus nō sapi plus quam tot sancti uiri, & tota ecclesia &c. hoc modo Diabolus in Angelum lucis transfiguratus, per uirulentos quosdam hypocritas hodie nos insidiosè adoritur, qui dicunt: Nihil moramur Papam, Episcopos, summos uerbi contemtores & persequutores. Detestamur etiam hypocritism & imposturam Monachorum &c. Sed sacrosanctæ catholicæ ecclesiæ autoritatem cupimus illæsam. Ea tot sæculis sic sensit & docuit. Sic senserunt & docuerunt omnes primitiæ ecclesiæ doctores uiri sanctissimi, multò maiores ac doctiores te. Quis tu es, quod ausis ab his omnibus dissentire, & nobis diuersum dogma obtrudere? Quado Satan hoc urget, & conspirat cum carne & ratione, perterrefit conscientia & desperat, nisi cōstiter ad te redeas, & dicas. Siue sanctus Cyprianus, Ambrosius, Augustinus: siue sanctus Petrus, Paulus, Ioānes, imò Angelus è cælo aliter doceat, tamen hoc certò scio qd humana nō sua deo, sed diuina, hoc est, quòd Deo omnia tribuo, hominibus nihil &c: hæc illè. Vbi uides, pie lector, confiteri illum manifestè se aduersus ecclesiā docere, & sanctos Patres, addens paulò inferius, hæc uerba. At ais: Ecclesia est sancta, Patres sunt sancti. Bene. Sed ecclesia quamlibet sancta, tamè cogitur orare: Remitte nobis debita nostra. Sic Patres quamlibet sancti, tamen per remissionem peccatorum saluati sunt. Ergo neq; mihi, neq; ecclesiæ, neq; Patribus, neq; Apostolis, neq; Angelo è cælo credendum est, si quid contra uerbum Dei docemus. Sed uerbum Domini stet in æternum. Alioqui hoc argumentum pseudoapostolorum maximè ualuisse cōtra Pauli doctrinam: quia profectò magna, magna, inquā, res fuit opponere totā ecclesiā cū toto choro Apostolorū Galatis, contra Paulum unicum, & eum recentiorum, ac minus autoritatis habentem. Firmissimū ergo hoc argumentum fuit, & potenter conclusit. Nemo enim libenter dicit ecclesiam errare: & tamen necesse est dicere iam errare, si extra uel contra uerbum Dei aliquid docet. Petrus Apostolorum summus uiuebat, & docebat extra uerbum Dei: ergo errabat. Neq; Paulus hūc errorē, licet in specie leuis uidebat, dissimulauit. Quia uidebat hoc cessurum in perniciem toti ecclesiæ: sed in faciem illi restitit, reprehendens in eo quòd secundum ueritatem euangelij non ambularet, infra cap. 2. Igitur neq; ecclesia, neq; Petrus, neque Apostoli, neq; Angeli audiendi sunt, nisi asserant & doceant purum Dei uerbum: hæc ille.

Vbi uides (ut iterum dicam) pie lector, confiteri illum manifestè se aduersus ecclesiam docere. Et hoc, exemplo Apostoli Pauli: quasi & ille contra ecclesiam doceret, & contra B. Petrum, & reliquos CHRISTI ueros Apostolos. At hoc non est uerbum Dei purum, sed purissimum mēdaciū à patre Diabolo, qui habitabat in illo, per illum prolatum. Nullus fuit B. Petri, aut cæterorum Apostolorum error circa legalia: sed quædam fuit paulò laxior indulgentia B. Petri in gratiam Iudæorum. Itaq; de dogmatis ueritate nulla fuit unquam inter Apostolos ambiguitas aut dissensio. Idem omnes sentiebant & probabant, ut suo loco dicemus.

Nunc illud prosequimur, ad quod ipse statim controuersia redit. Ipsi enim in hoc uno nituntur fundamento, à seipsis purum Dei uerbum prædicari, & illud ipsum quod ipse scripturæ sanctæ & inuolabiles pronunciant. At nos contra, dicimus purum Dei uerbum penes nos esse. Dent igitur certam puri uerbi notam, quòd infirmiores qui & nos & illos audiunt, utri parti debeant adhærere, dignoscant. Hoc est argumentū, quo (ut non ualuit inficiari ipse Lutherus.) suā causam uehementer prægrauari sentiunt. Hoc argumentum (inquit) & hodie maximè prægrauat causam nostram. Nam si neque Papæ, neq; Patribus, neq; Luthero credendum est, nisi doceant purum Dei uerbum, cui tum credendū est: Quis interim certas faciet conscientias, utri purum Dei uerbum doceant, nos, an aduersarij nostri? Nam & ipsi iactant se purum Dei uerbum habere, & docere: hæc ille. Et cum sese hāc illac torquens ac disfracans, nullum uideret subterfugendi exitū, tandē rem ita concludit. Quisq; igitur uideat, ut certissimus sit de sua uocatione & doctrina, ut cum Paulo certissimè ac securissimè ausit dicere. Etiam si nos, aut Angelus de cælo &c. Itaque uide prudens lector, ad quem tandem locum se redigant isti, ut probent nobis suum purum euangelium, nimirum quòd certissimi sunt & securissimi, sicut Paulus, de sua uocatione ac doctrina. Nec tamen de sua reuelatione quicq; docent, sicut Apostolus noster, nec eam nobis obieciunt: fortè ob humilitatē, ut hac parte etiam Apostolum superent, ne uideantur iactabundi. O infœlix sæculū, & miseranda illa regio, ubi reperiuntur qui talibus præceptoribus adhærescant. Sed hoc Satanæ est, non humanū opus.

Modo hominibus suadeo, an Deo? Græcè melius. Modo homines suadeo, an Deum? Hic suæ fiducia rationem reddit. Ipse enim Deum respiciebat in sua prædicatione, nō homines: ut quod ad gloriam Dei pertineret, non ad homines & eorū gloriam, suaderet. Vnde cōcludit ueritatem à se prædicari. Et sustentatur hoc in ea CHRISTI propositione: Qui gloriam Dei quærit, hic est uerax: 104. 7. & econuerso. Qui quærit gloriam hominum, hic sit mendax. Et hoc pacto intelligendum est illud:

Quid requiratur ut quis sit uerax, uel mendax. Ut enim quis uerax sit, illum ex habitu habere istud necesse est, ut sit dispositus ad ueritatem dicendam. Nam is qui utrunq;

ut cuncti dixerit ueritatem, non propterea uerax dicitur. Alioqui Diabolus etiam esset uerax: qui & ipse aliquando confitetur Deum. Similiter autem ut sit quis mendax, oportet illum ita esse ad mendacium dispositum, ut est suapte natura omnis homo. Vnde qui ex errore dicit mendacium nesciens, non est proprie mendax. Fieri autem non potest ut non sit mendax homo, quatenus homo: quia dum (ut talis est) non amet, nec quaerat gloriam Dei, sed propriam: ubi quae accidit suae gloriae quicquam contrarium, quae aduersatur gloriae Dei, non erit paratus diligere ac pronuntiare ueritatem, & ita non erit uerax.

At homo Dei iam supra hominis conditionem eleuatus, qui praec oculis Dei gloriam, non suam habet, uerax erit: quia ad ueritatem erit dispositus, & non curabit odium hominum, quod incurritur ex ueritate, iuxta prouerbum. Obsequium amicos, ueritas odium parit: & praesertim ex ea ueritate, quae displicet mundo & mundanis, ut est ueritas crucis CHRISTI. Sic enim CHRISTVS ex ueritate odium in se contraxit: quia testimonium perhibuit ueritati, quod opera mundi erant mala. Similiter & sanctissimus Ioannes Baptista, & B. Paulus. Et ob hoc non poterant credere Iudaei, & assentiri ueritati, quia gloriam quae a solo Deo est non quaerebant, sed quam ab inuicem accipiebant. Et ob eam causam illi principes qui crediderunt in eum, non confitebantur: quia dilexerunt magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. Non sic autem Apostolus Paulus: & a re ipsa ostendit, quam palam uidebant.

At quare hominibus placere: ut possitis me arguere quasi mendacem, & inanis gloriae studiosum sectatorem? Haec namque radix mendacii est, quaerere placere mundanis. Quo fit ut suadeatur humana, non diuina. At contra de se ipso praedicat Apostolus: ut illi agnoscerent id uicium esse in pseudoapostolis, id est, in Iudaeis, qui oppugnabant ueritatem ut placerent carni. Ideo legem iactabant, ut praegentibus sese erigeret, sicut inferius docet. Quicumque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi, tantum ut crucis CHRISTI persecutionem non patiantur. At B. Paulus, qui contra praedicabat, ostendit uel ob hoc ipsum se gloriam non quaerere, qui Hebraeorum in se odia concitabat, quos sibi conciliare potius studuisset, si placere eis uoluisset. Vnde addit.

Si adhuc hominibus placerem, CHRISTI seruus non essem. Homines hoc in loco eos appellat, qui ut homines sese habent, id est, qui humana sapiunt, quosque regit & mouet prudentia carnis, quae est inimica Deo. Vnde & Sapiens ait. Ego sum stultissimus uirorum, & sapientia hominum non est mecum. Et Dominus noster. Quod hominibus altum est, abominatio est coram Deo. Cum igitur homo & Deus in sapientia & praecipis discordent, non potest homo esse CHRISTI seruus, ac consequenter placere Deo, ac simul placere hominibus: quia non potest duobus Dominis seruire, opposita iubentibus, mundo & Deo. Quod si quaeras, utrum sit melius Deo placere, an homini

bus: audi quid Propheta de his qui placent hominibus dicat. Deus (inquit) dissipat ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Audi rursus eundem pro his qui Deo placent, & seruiunt. Custodit Deus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Quid autem quaeso optabilius? Dissipare ossa, quod seruatur his qui hominibus placent: an custodiri ossa a Deo, quod est eorum qui placere Deo student? Lector consideret, si tamen digna res est quae debeat in considerationem uenire.

Huic autem Apostoli sententiae: Si hominibus placere, CHRISTI seruus non essem, obstat re uidetur quod ad Corinthios idem ait: Per omnia omnibus placeo. Sed aduertendum, non dixisse illum: Hominiibus placeo, ne quis intelligeret homines mundi huius. Nam ipse nescit gratias erat, sed displicebat. Quod ergo ait: Per omnia omnibus placeo, non est aliter accipiendum, nisi ab eo omnem datam operam, ut ex parte sua ea faceret, quae placere omnibus recte iudicantibus iure debebant. Salua enim & integra fide & causa Dei, se omnibus accommodabat, ut ipsemet exprimit: Omnia omnibus factus sum, ut omnes lucrificiam. Et ideo postquam dixit: Per omnia omnibus placeo, subdit. Non quaerens quod mihi utile est, sed quod pluribus, ut salui fiant.

Lutherus, & alij eiusdem farinae uiri, magna cum impudentia hoc in loco se ipsos fecerunt, sibi usurpantes mala fide, & haeretica licentia hanc Apostolicam gloriam, nempe qui sua praedicatione non studeant hominibus placere, cum ipsi ea praedicent, quae minus placere mundo consueuerunt. Docemus enim (ait Lutherus) omnes homines natura esse impios, & filios irae. Liberum arbitrium, uires humanas, sapientiam, iustitiam, omnemque religionem uoluntariam damnamus. Summa: Nihil in nobis esse dicimus, quod ualeat ad promerendam gratiam ac remissionem peccatorum: sed sola unica ac mera Dei misericordia propter CHRISTVM, eam nobis contingere praedicamus. Sic enim enarrare gloriam Dei, & opera eius, damnatis uniuersis hominibus ac operibus eorum, hoc certe non est praedicare in gratiam hominum & mundi. Mundus enim non potest grauius, aut acerbius irritari, quam cum damnatur sapientia, iustitia, religio, potentia eius. Haec optima & summa dona mundi damnare, profecto non est adulari mundo, sed potius odium & infortunium (ut aiunt) uultu quaerere, & in promeritu etiam inuenire. Nam si homines, & omnia ipsorum in speciem optima studia damnamus, fieri aliter non potest, quin statim inueniamus eorum acerbissima odia, persecutiones, excommunicationes, damnationes & caedes: haec ille, quae aliquando praese ferre ueritatis colorem uidentur.

Tu igitur, acute lector, attende, & praedicationem lutheranam a nostra catholica praedicatione sanis oculis discerne. Ait ille. Nos praedicamus omnes homines natura esse impios, & filios irae. Haec autem prima praedicationis pars, non est lutherana praedicatione, sed nostra. Et haec discere

discere potuit infelix a sanctis doctoribus nostris, antequam ab ecclesia defecisset. Calumniosum igitur atque iniuria hanc sibi tanquam propriam uendicat. Addit: Nos liberum arbitrium, uires humanas damnamus. His uerbis si penitus ab homine uult liberum sufferre arbitrium, ut habet eius peruersum dogma, iam se prodit non tam falsum esse ac mendacem, quam insanum: quia eiusmodi doctrina leges omnes tam diuinas, quam humanas, omnem moralem uirtutem, consultationes omnes, omne denique siue praemij, siue supplicij meritum e uita hominum penitus tollit. Quo fit, ut etiam mundo tam absurda praedicatione displicere merito debeat. Neque enim recte semper sequitur, quicquid mundo displicet, mox id bonum esse & uerum.

Quod si nec humanas uires, nec liberum aufert arbitrium, sed praedicat per se non sufficere ad recte ac meritorie coram Deo agendum, nisi informetur gratia, & ab ipso Deo adiuuetur, iam haec non est lutherana praedicatione, sed nostra, quam sibi falso pariter arrogat. Subdit: Nos sapientiam, iustitiam, omnemque religionem uoluntariam damnamus. Si de sapientia, quae carnis est & mundi loquitur, similiter eius non est haec praedicatione, sed nostra. At si de sapientia intelligit, quae desursum est, pudica, pacifica, modesta, suauis, bonis consentiens, & hanc se damnare faretur (ut certe damnat) agnoscamus hanc praedicationem uere lutheranam esse, & mundo quidem non displicere. Nam haec sapientia mater est contentiosis, & haesum, & schismatum. Haec sapientia insanam carnis libertatem praedicat: opera quaecumque, & omnem iustitiam repudiat & damnat, non distinguens sano intellectu iustitiam propriam quae ex lege est Moisaica, & quae suppliciorum metu, aut praemiorum terrenorum amore progredit, a iustitia quae est ex fide, & a Deo, cuius opera ex diuina charitate fluunt, quae grata sunt & pretiosa in conspectu Dei, quibus uita aeterna & debetur, et redditur. Nos ergo damnamus iustitiam quae ex proprijs uiribus compararetur (nec est lutherana praedicatione) At iustitiam, quae ex Deo est, donum nobis infusum, quod non capit mundus, catholica praedicatione extollimus. Et hoc est quod Lutherus conculcat, & ideo placet mundo: quia salutem & regnum Dei sine iustitia pollicetur. Contra: quod dixit Dominus. Primum quaerite regnum Dei, & iustitiam eius. Passiones ac tribulationes omnes, quas uiri iusti propter Deum, & ad imitandum CHRISTVM patiuntur, suis meritis ac mercede fraudare diabolus per os istius uiri. Belial contendit. Sed non est haec apostolica praedicatione, quae clamat: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. et: Si sustinebimus, & conregnabimus. Et ipsemet CHRISTVS Saluator noster ac Redemptor. Si quis (inquit) uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et hoc non uno, aut altero die tantum, sed quotidie, ut addit Euangelista. Non-

enim in eo statu sumus, in quo laxendae sint ad libidinum fomenta habenae. Vix qui carnem castigant uigilijs ac ieiunijs, & uarijs assumptis laboribus, in seruitutem spiritus redigere possunt. Quid igitur de illis cogitandum est, qui eam delictijs nutriunt, & omni licentia donandam praedicant? Quare huiusmodi hominibus, quorum Deus uenter est, nos Catholici audacter opponimus. Haec est praedicatione quae parum est grata mundo, O Lutherane. Tua uero admodum placet, quae omnem laborem, & satisfactionem, & poenitentiam pro peccatis, quae post baptismum scelerate admittimus, in CHRISTVM reijcit, uultque sub spinoso capite (quod nulla ratione decet) membra esse delicata. Quod uero tu uoluntariam religionem damnas: si intelligeres per uoluntariam religionem Deorum cultum, gentilium sapientia exquisitum atque adinuentum, nobis minime contradiceres. Sed cum clarum sit, illum quem CHRISTVS, & Apostoli docuerunt, & ecclesia sancta proponit & custodit, te reprobare, qui negas Spiritum sanctum ecclesiae instructorem: hoc ipso te ipsum miser condemnas, ostendens sapientiam tuam contentiosam, ac propterea terrenam, animale, diabolicam, qualem Frater Domini detestatur. Et haec satis ad huius contentiosum & diabolicum hominis fucos refellendos.

Notum autem uobis facio fratres euangelium etc. Hic probat quod dixit, se non posse seruum CHRISTI esse, ac simul studere ut hominibus placeat, cum esset positus euangelizare euangelium Dei, quod est Dei lex, & beneplacitum, quia non est secundum hominem, id est, iuxta spiritum & sapientiam hominis: quod indicatur non solum ex tenore & materia eius, quandoquidem in illo ea continentur quae sunt aduersantia hominibus, ut homines sunt animalia terrae: Verum etiam ex autore illius qui illud immediate a Deo accepit, cuius uiae & cogitationes ita distant & opponuntur uis & cogitationibus & studijs hominum, sicut caeli distant & exaltantur a terra. Ait enim se non accepisse euangelium, nec didicisse ab homine. Quaedam enim euangelij accipiuntur, ut sunt articuli primi, ueluti principia. Et quaedam discuntur, ut sunt quae ex ijs consequuntur: exempli causa. Accipimus ab euangelio, quod B. VIRGO CHRISTVM genuit. Hinc dicimus illam esse Dei Matrem: quia CHRISTVS erat Deus. Item accipimus Petro promissas clauas a CHRISTO. Hinc discimus fuisse illum loco CHRISTI positum in ecclesia caput ecclesiae: & sic de similibus.

Sed per reuelationem IESU CHRISTI. Quod probauit omnibus modis necessarijs, ut sacra probat historia. Alioqui quilibet posset pro arbitrio asserere. Ego habeo reuelationem, si in sola reuelatione, nullis caelitus adhibitis testimonijs & miraculis, talis facultas consisteret.

Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam

Pp. 52.

Ibid. 33.

1042.

In eos qui studeant hominibus placere.

Prou. 30.


Luc. 16.

Matth. 6.

Act. 14.

2. Tim. 2.

Iac. 3.



gnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius amulator existens patrum meorum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret Filium suum in me, ut euangelizarem illum in Gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neque ueni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.

Deinde post annos tres ueni Ierosolymam uidere Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum uidi neminem: nisi Iacobum fratrem Domini. Quae autem scribo uobis: ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde ueni in partes Syriae, & Ciliciae. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudae, quae erant in CHRISTO. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequeretur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me clarificabant Deum.

Audistis enim conuersationem meam etc. Vult hic ostendere Apostolus, & suadere ueritatem euangelij quod praedicabat. Et primo quidem a miraculo conuersionis suae, qua ab uno extremo in alterum extremum adductus est. Nam de Saul, Paulus: De lupo, ouis: De persecutore & osore christiani nominis, amator & portator nominis CHRISTI: Denique de impugnatore ecclesiarum acerrimo atque infestissimo, propugnator strenuus, & indefessus earumdem aedificator.

Plerique miracula efflagitant: Sed quodnam maius miraculum dari potest, quod possit cum tanta mutatione atque conuersione conferri? Accidit hoc etiam multis, qui per CHRISTVM admirabili conuersione, a uitij insignibus ad contrarias derepente uirtutes translati sunt.

Et expugnabam illam. Sed quomodo expugnabat, cum potius illis persecutionibus ecclesia cresceret, sicut & praedixit Dominus: Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam? Respondent quidam: Expugnabat ex parte, non omnino. Haec expositio non placet. Valla pro expugnabam, legit oppugnabam. Nec id satisfacit: quoniam graeco legitur ἐπιποθέω, quae uox expugnabam significat. Hoc ergo magis placet, ut sit more scripturae locutus, ut pote qui ea agebat & moliebatur, unde reuera expugnatio ex natura rei sequebatur, eo quod esset per se potens ad expugnationem: & re ipsa expugnatio contigisset, nisi a Deo miraculose sustentata fuisset. Vnde & legitur: Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel. Saep̄ expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Quid est enim, Saep̄ expugnauerunt, nisi ipsi quidem id egerunt & (quod in eis fuit) ad expugnationem? Quid est autem: Etenim non potue-

Miraculum sum-  
mum, tam su-  
bita conuersio  
Gentium.

Matth. 16.

Pro euangelio,  
quod dum expu-  
gnaretur, non  
est expugnatum

runt mihi, nisi ipsius Dei uirtute euasi, & eorum potentia refracta est? Quo magis perspicitur digitus Dei, & laudatur, et glorificatur, qui destruit omnem potentiam, & omnem munitionem expugnantium dilectissimam ecclesiam suam.

Et proficiebam in Iudaismo. Vocat Iudaismum, carnalem illam eius gentis collectionem. Et in eo proficiebat: quia pro tuendis paternis traditionibus militabat, nomen Christianum in nascente ecclesia ex hominum memoria funditus delere studens, quae uidebatur synagogam reprobare. Hic erat ferus ille Ismael aduersus placidum Isaac: sed eicitur ancilla simul cum filio suo.

Supra multos coetaneos meos, abundantius amulator existens patrum meorum traditionum. Pharisaeas traditiones illas intelligit, quas dānat scriptura, quae ait. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Quidam de traditionibus Moyses per legem interpretantur. Sed hoc mihi non satis probatur. Nam Mosi legem in sacris literis uenire appellatione patrum traditionum, non memini me ullo in loco ipsius scripturae legisse. Et B. Petrus uanā paternae traditionis uocat conuersationem. Lex igitur Moyses antequam antiquaretur, minime uana erat dicenda: cum laudentur apud B. Lucam magni Baptistae Ioannis parentes, qui ambulauerant in omnibus iustificationibus legis. Et propter illiusmodi obseruantias multi martyres facti sunt: ut legimus de Machabaeis & alijs. Itaque lex nendum non erat uituperanda, sed commendatione digna, cum bona esset & utilis, si quis ea tamen legitime uteretur. Illas igitur traditiones, quas apud B. Matthaeum & Marcum suis coloribus depingit Dominus, & ipse Apostolus, uituperantur hic ab illo, nisi fallor. Porro si quis contemderere pertinacius uoluerit, de caerimonialibus legis eum loqui, non inuitus illi cedam.

Est & hic locus, quo pariter haeretici abutuntur, ut destruant leges omnes & canones: solumque euangelium pro lege habendum esse dicant, & scripturas sanctas. Quod utinam ipsi saltem reuera facerent: profecto & ea reciperent quae a scripturis apostolicis, & ore ipso CHRISTI commendata sunt. Scriptum est enim de B. Paulo, quomodo praecipiebat custodiri praeccepta Apostolorum & seniorum. Et iterum dogmata quae erant decreta ab Apostolis & senioribus. Et ad Thessaliam. Tenete (inquit) traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ut uideas quanti fecerit eas traditiones, recognosce ibidem illos, qui eas non seruabant, sed inordinate ambulabant, a soliditate caeterorum iussos excludi.

Ergo non omnes prorsus traditiones sunt respuendae, sed cum iudicio & certo illo quidem: ut quae militant aduersus pietatem & Dei legem: & quae item sunt superuacanae & superstitiosae, haec respuantur. Alioqui de ijs quae tendunt in aedificationem, & a praelatis sanctis inuenta sunt, (quos a Spiritu sancto inspiratos fuisse quis nisi temere ausit inficiari?) CHRISTVS ipse, ut seruarent, mandauit

Matth. 15.

1. Pet. 1.

Act. 15.

2. Thess. 2.

De traditionibus cum iudicio loquendum.

Luc. 10. mandauit amplissimis uerbis dicens. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Et Matth. 16. B. Petro ac caeteris dixit. Quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in caelis. Id ergo primum, imo uero hoc unum animaduertendum est in traditionibus, aduersenturne diuinae legi: an potius ad eius obseruantiam non parum conducant. Tunc etenim tenendae atque seruandae sunt: nec licet praeterire, aut praeuariari impune.

Turpiter autem peccant haeretici, qui nihil unquam distinguere uolunt: sed omnes Patrum traditiones aequè improbas iudicant. Vnde & ordines Religiosorum fratrum, & regulas cuiuscumque ordinis, seu etiam Canones sanctissimorum Pontificum uelut porci immundi suis lutulentis pedibus conculcant, hac tantum freti scriptura, quae B. Paulus paternas traditiones uituperare superioribus uerbis est uisus. At uenire illis in mentem oportebat, traditiones Aplicas & seniorum omnino custodiri ab eo mandatas. Oportebat insuper detegi prius traditionum & canonum Apostolicorum impietatem, aut superstitionem aliquam, ut illas possent merito reprobare. Tatum nuda pronuntiatione aiunt: Vota Regularium sunt impia & superstitiosa. Aiunt hoc certe, sed friuolis rationibus moti mentiuntur in perfidum caput miseri. De qua re alibi, & proprio tractatu latius aduersus illos de scripturis sanctis disserui.

Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae. Nunc probare incipit Apostolus suum euangelium: quia a solo Deo accepit ad hoc electus, & in hoc ab illo instructus, & non a quolibet Apostolorum. Ex utero. Vocat uterum matris, synagogam, quae mater & ancilla est. Ecclesia uero mater & libera. Segregauit autem electione uoluntaria, non ex meritis eius. Sunt qui exponant de carnali matre: sed non est illustris sensus. Et uocauit per gratiam suam. Licet enim omnes gratiose uocet: quosdam tamen peculiari gratia, qualis fuit Paulus, qui deprehensus in ram magno et flagranti scelere uocatus est. Excusabatur autem ut ipsemet expressit, quia per ignorantiam faciebar.

Vt reuelaret Filium suum in me. Non dixit: mihi; sed: in me; quia CHRISTVS quum reuelatur a Patre sanctis suis, miro modo interne sese insinuat, ut in illis existens, appareat etiam alijs tum innocentia uitae, tum puritate doctrinae. Et sic euangelizant illum opere & sermone. Primum quidem opere: deinceps autem sermone. Hanc Dominus IESVS sanctissimam recte uiuendi normam tradidit, qui primum coepit facere, & tum docere. Ut euangelizarem illum in Gentibus, id est, inter Gentes. Nam specialiter ad illas missus est B. Paulus, ut praedicaret, quemadmodum ipse saepe testatur, ut uerificaretur per eum quod scriptum est: Quibus non esset annuntiandum de eo, uidebunt.

Continuo non acquieui carni & sanguini. Vel non contuli cum carne & sanguine. Vocat hic carnem & sanguinem, uel homines mundi huius, qui secundum carnem ambulant: uel Iudeos, quibus lege erat coniunctus ob carnis eiusdem coniunctionem: uel forte cognatos & propinquos. Ideo

Peculiares sunt quorundam uocationes.

Nota quicumque euangelium praedicat.

Caro & sanguis in scripturis quid.

autem non acquieuit, seu non contulit cum illis: quia doctore Spiritu iam ueritatem illam nouerat: Inimici hominis domestici eius.

Nec istud arbitror ad Apostolos referri posse: quanquam aliter dicat B. Hieronymus. Attamen non placet, nec uidetur rectum ut caro & sanguis dicantur Apostoli, cum haec uox in scripturis in mala parte accipiat. Caro enim & sanguis non possidebunt regnum Dei, ait B. Paulus. Apostoli autem iam erant caelesti conuersationi integerrime dediti, & iam dudum de mundo isto a Domino selecti, de quibus ad Patrem orans. Ego, inquit, dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

Præterea mox dicit. Neque ueni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam. Hoc in Act. Apostolorum supprimitur: sed priusquam in Arabiam pergeret, ingressus est Damascum, et ibi mansit cum discipulis CHRISTI dies aliquot & CHRISTVM magno seruire atque uehementia Spiritus praedicauit, sicut habetur in Act. ac deinde abiit in Arabiam, ut hic exprimitur. Et iterum reuersus sum Damascum. Et tunc diuturniore tempore ibi mansit, praedicans etiam uehementius, atque expugnans Iudeos, donec persecutione urgente, & structis insidijs, oportuit illum inde clam recedere, qui & emoenis ciuitatis per sportam ut saluaretur, demissus est.

Hoc item in loco (quem enim specie aliqua fauentem praetermittunt?) sibi ipsis placent & applaudunt Lutherani. Ecce (inquiunt) ubi primum B. Paulus doctrinam a CHRISTO hausit, praedicauit protinus: nec adiuit statim Apostolos, qui eam probarent. Quid igitur peccamus nos, si iam euangelij puritatem edocti praedicamus exemplo Pauli, nihil morati iussionem uestram Pontificiam. Vide ut perpetuo elati homines abutuntur scriptura, & B. Pauli exemplo: perinde ac si illos pari miraculo segregauerit Deus, quo & B. Paulum, ut similiter sint ipsi uasa electionis. Praeterea si B. Paulus certa missione sua fretus, praedicauit CHRISTVM eo tempore, nunquid ita praedicauit, ut quicquam noui afferret, aut quippiam aduersus apostolicam doctrinam doceret? Hoc idem faciant, & eos nequaquam de dogmatibus damnabimus. Deinde B. Paulus non multo tempore post, se ad B. Petrum recepit, ut cum eius benedictione euangelicam praedicationem prosequeretur. Vnde ait.

Deinde post annos tres ueni Ierosolymam uidere Petrum, ductus a Barnaba. At scriptura asserit illum ad Apostolos fuisse ductum. Recte id quidem. Nam in B. Petro intelliguntur caeteri: & hoc uelim maxime animaduerti. Etenim quando legitur. Dic ecclesiae: Ecclesiae uocabulo (ut recte B. Chrysostomus exponit) primum Praelatus intelligitur cui dicendum est: cui si dicatur, toti ecclesiae dictum uidetur. Et propter hoc suscitatus a mortuis Dominus dixit. Dicite discipulis meis, & Petro, id est, Petro maxime. Et mansi apud eum diebus quindecim. Iam, n. euangelium praedicauerat: nec

Matth. 10.

1. Cor. 7.

In haeticos.

Pro primatu B. Petri.

Matth. 18.

Marc. ult.



tamen quicquam à Principe Apostolorum Petro edoctus est, aut admonitus, tanquam ad ueritatem euangelij non ambulasset: quin potius eius prædicationi ac doctrinæ consensit. Et hoc illi satis fuit ut liberius posset prædicare, cū esset B. Petrus totius ecclesiæ pastor. Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobū fratrem Domini. Quamuis, se solum uidisse dicat, non autem cum illo habuisse sermonem: non sit tamē uerisimile non fuisse alloquutum tantum Aplm. Fortassis nihil eo tempore cū illo contulit de doctrina, cui satis fuit cum ipso B. Petro contulisse. Non enim quindecim dies illos tm gratia uidendi B. Petrum assumpsit. Sed plusquam uerisimile est de summa euangelij inter eos frequentissimū in illo temporis spacio, & longissimum fuisse sermonem.

Hic autem nascitur quæstio de Iacobo, cuius hic meminit Apostolus, quisnam fuerit, & cuius filius. Certum est primò non fuisse illum Iacobum Ioannis fratrem, qui sub Herode decollatus est, quicq; Iacobus maior est appellatus. Fuit autem quorundam opinio negantium hunc Iacobum fuisse unum ex duodecim Apostolis. Crearunt enim hunc nouum quendam Iacobum Domini fratrem, præter illum qui Zebedæi, & alterum qui Alphæi filius fuit. Quod & Erasmus perpetuus nouitatum amator literis mandare ausus est: quin & B. Hieronymi autoritatē (quam in suum usum ubi lubet, astutē usurpat) citare nō neglexit, cuius tamen sensum minime percepit: nec meminisse uoluit, ubi oppositum B. Hieronymus manifestè asserit in libro suo aduersus Heluidium. Sed non hic locus hæc pertractandi subtilius. Nemini dubium esse debet, quin hic Iacobus sit ille filius Alphæi & Mariæ, frater et Apostolus Domini, unus ex duodecim quos Euangelistæ enumerant.

Que autem scribo uobis, ecce coram Deo: quia non mentior &c. Manifestum iururandum, quod & alibi manifestius elicitur à B. Paulo factum. Quare hæreticorum superstitium improbanda est, qui omninò tollunt iururandum quasi nunquam licitum: quod tamen si opportunum fuerit, ad religionem potius pertinet, & meritorium est. Elicitur enim ex charitate: sed ut sit iustum, quatuor concurrere debent. Primum, rei grauitas: ne ad quædam minima roboranda Deus in testem adhibeatur. Secundum, ueritas: ne aduocetur ad mēdacium quasi testis, ipsamet ueritas Deus. Tertium, necessitas: quæ à malo est, cum aliter quod uerū est non suadetur facile. Quartum, religio: ut solus Deus glorificetur, per quem iuratur. Ipse enim creditur adfuturus, & testaturus comprobandæ ueritati.

Deinde ueni in partes Syriæ &c. Cæsaream et Damascū. Eram autem ignotus facie &c. Facilis est contextus. Ex hoc cap. ad summam accepimus, B. Paulum uerum fuisse Aplm, & de illis insignibus unum, quibus erat habenda fides: quoniam non ab hominibus, nec per homines erat creatus Apostolus, sed à Deo Patre & CHRISTO, immediatè per ipsum. Hæc persuasio tribuebat auto-

ritatem doctrinæ ad eorum salutem. Et hoc ipse intendebat, non suam propriam gloriam.

CAP. II.



DEINDE POST ANNOS quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis euangelium quod præ-

dico in Gentibus. Scorsum autem iis, qui uidebantur aliquid esse: Ne fortè in uanum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostrā, quam habemus in CHRISTO IESU, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab iis autem qui uidebantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus enim personam hominis non accipit) Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed contra, cum uidissent quod creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis (Qui enim operatus est Petro in Apostolatū circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dexteram dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem. Tantum ut pauperum memores essemus: Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere:



Deinde post annos quatuordecim &c. Postquam supius se insinuauit B. Paulus, et per apostolicā gratiam ostendit se dignum fide, si cum Pseudoapostolis conferretur. Nunc incipit etiam per comparationem & contentionem cum ueris conferens Apostolis id commendare, quod ipse in hac re & quæstione potissimum semper mouit & tutatus est. Ait ergo.

Deinde post annos quatuordecim &c. Ab eo scilicet tempore, quo ueni in partes Syriæ, ut plures ex interpretibus uolunt. Caietanus à tempore conuersionis computat. Eruditus iudicet quid aptius quadret. Ascendi Ierosolimam. Hoc item narratur à B. Luca in Act. cap. 15. Quamuis alii qui dicant non esse eandem historiam quæ hic describitur, cum illa quæ in Act. quam multò antè contigisse aiunt. Sed minime uerum esse arbitror, cum multa conueniant, & nihil conturbet imò

Quis fuerit Iacobus frater Domini.

Iururandi conditiones quatuor.

imò si illa fuit multò prior (ut uolunt) iam quæstio de legalibus, quo ad Gentes, fuisset decisa: nec unquam B. Petrus commisit aduersus concilij manifesta decreta. Cum Barnaba, assumpto & Tito. Duos istos non sine causa præcipuè commemorat, cum & alij fuissent comites, ueluti restes omni exceptione maiores, quorum alter erat Iudæus, alter Gentilis: ut ostenderet conuenisse ambos in ueritatem euangelij, & non sequutos carnem, aut carnis honorem. Secundum reuelationem, ne hæc facta crederentur humano spiritu.

in hereticos.

Et contuli cum illis euangelium &c. Nota hæreticæ, contulisse B. Paulum euangelium cum Apostolis, & ijs qui maiores uidebantur: & scorsum cum ijs qui uidebantur esse aliquid, uidelicet Petro, Iacobo, & Ioanne. Nam hi maxime erant inter alios conspicui, tanquam columnæ ecclesiæ. Tu uerò cum quo confers o superbes: Quod ergo ait. Qui uidebantur esse aliquid, Non quasi cū respectu dictum accipiendum est, ut uerba ipsa latina sonare uidentur. Græcè tamen legitur; τοῖς δοξοῦσι, ut probatos & in pretio esse intelligas, & deest esse aliquid, licet mox addatur: atq; tropo: quodam dictio; aliquid; magnum quid sonet in sacris literis. Sic enim legimus de Mago, qui aiebat se esse aliquē, id est magnū & insignē.

Act. 8.

Ne fortè in uanum currerem, aut cucurrissem &c. Gaude putes à B. Paulo hoc dictum propter seipsum quasi uacillaret, aut quasi testari uoluerit se euangelij sui accepisse testimonium ab hominibus, tanquam manus fidei Dei reuelationibus habuisset: sed id quod dicit, Ne forte; seu, ne quouis modo, in uacuum currerem, propter alios dixit, qui illum audiebant. Minore enim fide prædicatione illius suscepissent, si uisus fuisset ab alijs discrepare, aut cum illis non conuenire, qui habebantur in tanta exsultatione, ut primæ ecclesiæ columnæ uocarentur, penes quos residebat autoritas probandi doctrinas. Quo in loco diligentijs attende, bone lector, multa declarari atq; probari ab ecclesia, non ea ratione quasi non sint his certa qui eiusmodi poscunt declarationem: sed ut fiant alijs certa ad ædificationem ipsorum.

Nota.

Porrò Lutherani & hæretici respondent. Certo scimus (aiunt) nos bene loqui, nec ullam nobis aliam putamus necessariam probationem. Sed quis (obsecro) probat hanc nobis certitudinem? Cum quibus ecclesiæ columnis suū euangelium contulerunt? Aut quo illud signo probarunt, nisi signo contumaciæ & rebellionis? Hæc sanè omni uiro prudenti ac pio ad censendum satis esse poterat. Quis enim tam stupidus dari potest, qui nequeat tali excusationis lenocinio uti, & asseuerate se rectè ac uerè loqui? Equidem non est magnopere mirandum, si tot inter hæreticos capita ex talibus nascantur principijs. O miseri. Et hi sunt qui ab exemplo Pauli suam causam audent defendere, hominum arrogantissimi atque infœlicissimi. Et nota Apostoli uerbum; currerè; quod propriè his conuenit qui mittuntur, & legatione funguntur: ut intelligas eos expeditos & promptos ad iter conficiendum, eaq; exequen-

da, quæ in mandatis acceperunt. Talem suū Mercurium Poetæ cum talaribus componunt. Vnde & B. Paulus alibi ait. Nihil horum timeo, dum modo consummein cursum meum, & ministeriū uerbi. Hinc & pedes pulchri dicuntur ad currendum hoc pacto, euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sic & dicitur de ijs qui sibi legationem arrogant. Ego non mittebam eos, & ipsi currebant. Et nunc quot currunt, bone Deus, qui non solum non mittuntur, sed etiam prohibentur: aut uerius si mittantur ab ipso diabolo mittuntur: O scelerosos, o inquinatissimos pedes in sempiternum ignem præcipitandos. Hactenus ergo B. Paulus probare uoluit euangelium suū & commendare, uel ab hoc ipso quod collatum est cum Apostolis & comprobatum, & præcipuè circa hanc partem, de qua suscepta erat disputatio. Nam ob hoc maxime contulit, ut colligatur in Act. 15. ubi apparet hanc quæstionem fuisse causam huiusmodi collationis.

Act. 20.

Ier. 23.

Sed neque Titus qui mecum erat. Vt probaret nō solo uerbo comprobatum esse suum circa hoc euangelium, uerum etiam facti obseruantia, & in iudicio contentioso, subdit: Neq; Titum, cum esset Gentilis, compulsus esse circuncidi. Et ipsum quid em ita componitur argumentum. Si necessaria fuisset circuncisio homini Christiano, non esset ullus incircuncisus acceptus ab Apostolis ut Christianus: sed compulsus esset & ipse circuncidi. Hoc aut non est in Tito seruatum, sed ab Apostolis sic receptus est ut Christianus: imò (quod maius est) ut Episcopus, nam talis erat. Id est in contentione statutū est, cum aliter in contentioso iudicio fieri postulerent Pseudoapostoli. Igitur non necessaria erat homini Christiano ad salutem prisca illa circuncisio.

Illud hic est etiam atq; etiam aduertendum, quod ait: Non est compulsus circuncidi, cum esset Gentilis. Ac si dixerit, secus esset si Iudæus fuisset. Sed quis tuebitur etiam Iudæum ad circuncisionem compellendum fuisse, cum circuncisionis obseruantia iam debuisset cessare, postquam uenerat uera circuncisio non manu facta, quæ per illam manufactam significabatur, & adueniente ueritate cessare debeat figura? Respondemus, propterea dixisse B. Paulū; Cum esset Gentilis; non ut Iudæus deberet compelli si nollet, sed tolerari potius si uellet. Gētilis uerò non solum nullo modo compelli si nollet, sed nec prorsus tolerari si uelit. Et tamen etiā Iudæus aliquis propter alios infirmos, ne scandalum aliquod paterentur, aliquo modo compelli potuisset ad eam inutilem obseruantiam, quæ solum ad removendum scandalum tunc fuisset utilis: & ideo maiorum præcepto facienda in loco & tempore. Sic & Gentiles compulsi sunt decreto synodi abstinere à sanguine & suffocato ad tempus.

Ad intelligendā circuncisionis quæstionē.

Vide igitur miram Dei suauemq; cum in Iudæis, tum in Gentibus prouidentiam. In Gentibus quidem, ne introducerentur alienæ & inutilis carimonix, quibus nunquam alligati fuerant, ne rursus captaretur negotium eas reci-

dendi. Quis enim uelit quenquam ulli obseruantia assuescere, cui si esset assuetus, desuescere tamen oporteret. In Iudæis uerò ad tempus obseruantias illas tolerabat Deus, licet iam mortuas: quia olim his assueti erant, nec tam facile poterant qui ab eis, ueluti à lacte pueri, pendebant, amoueri. Erant enim obseruantia illæ tunc non aliud quàm cadauer quoddam dum effertur ad sepulchrum, à quo non possunt diuelli qui carnem sapiunt infirmi quidam ac stolidi, quales erant illi Iudæi. Vnde & carni aliquid condonabatur: sed diutius ferendum non fuit, ubi primùm incœpit fœtere cadauer. Sepulchro itaq; concludi oportuit: quemadmodum & postea sensim tandem factum fuit.

Contra hæreticos.

Deut. 22.

Qua in parte impiam obserua & manifestè falsam Lutheri, & aliorum hæreticorum doctrinam. Ex hoc loco facit ille liberam circumcisionem, ita ut etiam in lege CHRISTI teneat posse hominem circumcidi quia dicit B. Paulus Titum non fuisse compulsum, ac si id permiserit, modo non coactus id fecisset, nec posuisset in ea re fiduciam. O egregium magistrum, & nouum legislatorem, qui illud permittit quod prohibet Moses ipse, uidelicet, Arare cum boue & asino: & in diu uestimento lana simul ac lino contexto. Hoc tamen in primis ipsimet uituperant, legem admiseri euangelio. Quæro enim ab eis, cur permittant circumcisionem? Vtrum quia ex lege Moyses? Si istud: Legem ergo uolunt posse seruari, quam tamen fatetur abolitam. Sin autem, quia ex Patribus est circumcisio: profectò non data fuit Gentibus, sed hñs solùm qui ex semine Abrahamæ, ad quod Gentes non pertinent. Quamquam quatenus ex Patribus uenit ipsa carnalis circumcisio, abolita est per circumcisionem spiritualem. Falsum est igitur & horrendum penitus dogma, liberam facere circumcisionem, quæ mortua nedum est, uerùm etiam mortifera. Nec in cultu diuino & cærimonijs admittendum est quicquam uanum & inutile, & quod non sit uel præceptum à Deo, uel probatum ab Ecclesia, quæ regitur Spiritu sancto. Sed hac de re dabitur iterum inferius disceptandi locus.

Regilla HA

Nunc illud fati, Non propterea eam elici debere permissionem, quia excludatur compulsio. Alioqui ex eius sermone qui rectè & uerè diceret: Non est compellendus quis ad negandum CHRISTVM, elici posset permissio negationis CHRISTI: quod est absurdissimum. Ex hac Lutheri doctrina descenderunt Eleutherobaptistæ, qui liberum fecere unicuique baptismum aquæ. Nam eadem est causa circumcisionis, quæ & baptismi. Si licet homini circumcidi, licet etiam non baptizari: quoniam præter fidem nihil est homini necessarium ad salutem, ait Lutherus.

Sed propter subintroductos falsos fratres. Durus est hic (si quis alius in B. Paulo) locus, quantum ad literæ structuram spectat. Potest autem dupliciter cum superioribus copulari. Vno modo ut sit hic sensus. Titus non est compulsus circumcidi propter subintroductos falsos fratres, id est,

non tantum ualuerunt illi efficere, ut Titus circumcideretur. Vnde uiderur abundare coniunctio illa: sed; ut ait B. Hieronymus.

Abundare scilicet bus nocet facili tati uerborum.

Verùm alia datur, quæ mihi potius placet, expositio, ut quiddam subaudiatur. Quod hñs frequenter accidit, qui sensu & sententijs copiosius quàm uerbis abundant: tanquàm si quis admiraretur cur hoc factum sit, ut talis quæstio incidere, uidelicet de circumciscendo Tito. Nam cum dixerit non esse Titum compulsum circumcidi, manifestè arguit aliquos fuisse, qui eum ad circumcisionem cogere uellent, utpote sustinentes ad literam per omnia seruadam Moyses legem. Nunc Apostolus ait. Sed propter subintroductos etc. ac si dixerit. Noli mirari hoc uenisse in quæstionem. Id enim non fuit ob causam ullam iustam, qua postulante res deberet in istud adduci discrimen: sed sic euenit ob subintroductos falsos fratres, id est, propter Iudæos illos qui christianitatem simulabant. Nam hi subintroierant, ut subdolè explorarent libertatem christianam, quæ erat expedita ab illius legis oneribus & cærimonijs. Quam habemus (inquit) in CHRISTO IESU. Quia CHRISTVS liberauit Iudæos à iugo legis, quod erat certè in cærimonijs innumerabili obligatione. Illorum aut finis erat, ut redigerent Galatas in seruitutem pristinam, sub qua erat populus ille, tanquàm sub pedagogo existens: quia puer erat, & fermè nihil distabat à seruo, cum esset sub tutoribus & actoribus, ut inferius ipsemet Apostolus declarabit.

Contra falsos religiosos.

Attende & tu hoc in loco lector, qui fortè quæstiones quæ ab hæreticis motæ sunt, habere dubitatione putas: quia uides in eos gratiã conuocata synodum ad decidendum. Nam propter infirmos id actum est, & propter subintroductos falsos fratres, qui conturbant omnia: atq; adeo nunc ita conturbant, ut & quæ clara sunt, obscurentur: propterea maiores ipsi meritas penas dabunt. Hoc dictum in falsos religiosos et mendicantes, quos tædet pigetq; sanctæ conuersationis. Respexerunt enim retrò, & suam turpitudinẽ eo pacto tegere arbitrantur, dũ non seipfos, sed uitæ genus à sanctis tamen patribus institutum, & ex euangelica doctrina desumptum uituperant & damnant infelices apostatæ, ad multò maiorem in se metipfos damnationem.

Quibus neq; ad horã celsimus subiectioni. (Missam hinc faciens falsam lectionẽ, qua legerunt quidam affirmatiuè. Quibus ad horã celsimus) Sensus est. Non erant iam in tam grauibus & noxijs consideranda scandala infirmiorum, ut propterea illis cederemus. Quod enim Iudæi adhuc seruaret in recenti synagogæ casu & caduere cærimonias suas, ferri poterat quousq; fœterent grauius, & suo putore excluderentur. At Gentiles ipsos ad hoc adducere, intolerabile erat, nec ullo pacto ferendum, quantum uis scandalum quodlibet deuitaretur: quia per hoc obscurabatur ueritas euangelij, quæ pura illis à principio tradẽda erat. Ideo ait. Nec ad horam celsimus, uidelicet sicut pro Iudæis concessimus (ad tempus tamẽ) & hoc ut ueritas

ueritas euangelij remaneat, scilicet pura & illibata apud uos, nimirum Gentiles. Sequitur.

Ab ijs autem qui uidebantur esse aliquid. Manifestè hic locus interruptum habet sermonẽ, & quippiã subaudiri oportet: forte hoc. Ab ijs autem qui uidebantur esse aliquid. (supple tu) nihil mihi collatum est, id est, nihil ab ijs didici. Quod inferius exprimitur. Aut hoc potius: Ab ijs autem qui uidebantur aliquid (supple tu) occasionem acceperunt & fomitem hæc controuersia: queniã nimis indulgenter se gerebant cum Iudæis, ut sic daretur locus falsis fratribus. Videtur autem tacitè subnotare B. Petrum & Iacobum, quorum peculiã cura erat in circumcisione, & circa hoc zelabant pro Iudæis, ut hic patet, et in Act. cap. 21. Nolut autem fortè hoc exprimere: quia nimirum propter autoritatem illorum tantorum Apostolorum inuidiosum uidebatur.

Matth. 20.

Quales aliquando fuerint, nihil me interest. Potest hoc & in bonam & in malam partem capi, ut dicat nihil ad se pertinere. quales aliquando fuerint, id est, quàm magni fuerint Apostoli, & Domino coniuncti, ut erat B. Iacobus. Aut quales fuerint aliquando, id est, aliquo tempore, dum scandalum propter Iudæos præbebant Gentibus. Et quod ait: Nihil me interest: significat hoc ad se non pertinuisse, quasi ipse in eodem errore fuerit, aut illis consenserit. Vel: nihil me interest: hoc est, nõ ad me pertinet iudicare: quia iudiciũ Dei est. Deus enim personam hominis non accipit. Hoc dicit uel propter B. Petrum, qui erat super omnes: uel propter B. Iacobum qui erat frater Domini: ac si dixerit. Non oportet arguere ab horum celsitudine contra ueritatem: quia Deus personam non accipit, ut propter personam, quæ probanda non sunt, prober. Sic enim tanq; non accipiens hominis personam, dixit illis duobus. Sedere ad dextram, aut ad sinistram non est meum dare uobis: quia carnaliter ut fratres Domini secundum carnem petebant. Deus autem non accipit personam, id est, in gratiam personæ non mouetur in iudicio, sed pro ueritate pronunciat. Nec in donis distribuendis cogitur, sed cui uult spõte largitur.

Mihi enim qui uidebantur esse aliquid etc. Potest in eũ sensum intelligi, ut nihil ab eis didicerit circa euangelij doctrinam. Et quod ait: nihil contulerunt: idem sit ac si dixerit: nihil addiderunt. Sed græcus sermo potius hunc subministrat sensum: nihil contulerunt: id est, nihil communicauerunt. Et ob eam gratiã nihil me interest, seu nihil ad me pertinet quid ipsi egerint, rectene an secus: siquidem nihil mihi de suo euangelio communicauerunt, sicut ego illis de meo communicauit. Sed contra, cũ uidissent gratiam quæ data est mihi etc. Quid est quod ait: contra: nisi quod non ipse illis assensus est qui nihil sibi contulerunt, sed contra, illi sibi assenserunt conferenti. Vnde ait: cum uidissent, scilicet ex collatione mea cum illis, mihi creditum esse euangelium præputij, id est munus ad euangelizandũ gẽtibus, Iacobus, frater Domini, & Cephas, id est, Petrus, & Ioãnes, qui uidebantur, id est, apparebant (sicut & reuera erant) columnæ ecclesiæ, dederunt mihi

dexteras societatis, id est, declarauerunt cõfirmãtes Dei factũ, ut ex æquo cũ illis apostolico fungerer munere, agnoscentes hanc autoritatem esse mihi, sicut & illis, immediatè à Deo traditam: nõ autem ab hominibus, neq; per hominem, sed per IESVM CHRISTVM.

Quo in loco illud considera, maxime Paulo fuisse propriũ, ut esset Apostolus Gẽtiũ: ne miremur si pro illis officium suum sollicitus obibat, & honorificabat, sicut aliàs dixit. Neque mirum si abundãtius ab ipso Deo in salutem ipsarum Gẽtium subministrata sit illi noticia euangelicæ puritatis. Nam aliñ potius Apostolatũ suum exercebant in circumcisione. Quare & hoc habet parenthesis illa ( Qui enim operatus est Petro in Apostolatũ circumcissionis, operatus est & mihi inter Gẽtes) Multa Deus operatus est B. Petro inter Iudæos, qui prima & secũda prædicatiõẽ cõuertit ad CHRISTVM quinq; millia hominum: & multa millia post adiecta sunt, ut habetur in Act. Apostolorum. Quomodo autem operatus sit Deus in Apostolatu Pauli inter Gentes, etiam hoc fufius comemoratur in Act. Cum ergo (inquit) uidissent Iacobus & Cephas & Ioannes qui uidebantur (ut certè erant) columnæ esse, nimirum ecclesiæ, dexteris dederunt mihi & Barnabæ societatis. Fuit autem societatis inquit eiufmodi inter illos pactũ, quo munus Apostolicũ ita diuideretur, ut B. Paulus & Barnabas inter Gentes præcipuè laborarent: illi autem inter Iudæos. Ea tamẽ cõditione addita, ut adiuuare teneret B. Paulus pauperes fratres, qui erant Ierosolymis Deo seruiẽtes Christiani, qui ob gentis malitiam & irreligionem non poterant de uictu sibi prospicere. Quod & lubẽs fecit B. Paulus & diligentissime, ut apparet ad Cor. ad Thessal. & alibi in Act. Fuerunt olim qui dubitarent, num qui hinc à B. Paulo dictus est Cephas, esset reuera B. Petrus Apostolus. Quidam enim negarunt, & finxerunt alium quendam Cepham: quod nulla fidelis probat historia, nec ullo pacto uerti debet in dubium: uel hac sola ratione, cum iste Cephas tam honorificè nominetur cum alijs ecclesiæ columnis. Nam quis alter Cephas cum illis pari societate ualisset coniungi? Quin Apostolus tollit omnẽ prorsus dubitandi occasionẽ, qui paulò superius asserit se Ierosolimã ob eam causam profectum, ut Petrum, quem nunc Cepham nominat, uideret. Nec ob reprehensionem subsequenter metuentum est, ne quid propterea autoritati primariæ depereat, sicut declarabitur.

Cephas & Petrus idem.

Cũ uenisset aut Cephas Antiochiã, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo, cũ Gẽtibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum uidissem quod non rectè ambula-

rent ad ueritatem euangelii, dixi Cephae coram omnibus. Si tu cum Iudaeis sis, gentiliter uiuis, & non iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare?

Cum autem uenisset etc. Hic latius ostendit quam frustra niterentur aduersarii autoritate maiorum, uidelicet B. Petri & Iacobi, qui propter Iudaeorum scandalum plus nimio fauebant illis caerimonijs. Ait ergo quod in faciem ei resistit, Cephae scilicet, ob istam causam, quia reprehensibilis erat. Graece melius, quia reprehensus erat, ut sit sensus: Meruit ut in faciem ei resisteretur, quia iam erat reprehensus. Verisimile est enim quod nonnulli ex Gentibus quererentur, cur ita ageret fauens caerimonijs: cum certo sciret, & sic diceret coram Gentibus, eas non prodesse ulterius. Caietanus reprehensum a Iudaeis intelligit. Sed quae consequentia ut ideo illi fuerit resistendum in facie: quia illum reprehenderant Iudaei iniurias. Cui placet capiat, nihil obsto.

In quo erat reprehensibilis Petrus.

Prius enim quam uentrent quidam a Iacobo cum Gentibus edebat etc. Demonstrat in quo reprehensibilis erat B. Petrus, qui falsis illis fratribus a Iacobo missis, propter bonum pacis cesserit. Sed non erat attendenda pax quae contra euangelij ueritatem pugnabat, & pax quae mox maiorem paritura erat dissensionem. Digno uocabulo ait: Quidam, quasi non digni nomine. Erant enim falsi fratres: & forte ea de causa missi fuerant a B. Iacobo, ut Iudaeorum uitaretur scandalum inde acceptum, quod Gentes quae ueniebant ad fidem, non erudiebantur de lege: imo rumor sparsus erat, discessionem a Mose ab Apostolis doceri, & ita erudiri ipsos Iudaeos, qui Gentibus permixti erant, ut in Act. Apostolorum patet cap. 21. Quare B. Petrus nimis ab eis metuens, cum prius cum Gentibus gentili more conuersaretur comedens omnia, et non discernens iuxta legis decreta, illis aduentantibus coepit se subtrahere a Gentibus, & ad morem iudaicum reuerti. Unde scandalum, & maius quidem eo facto scandalum (quod maxime animaduertendum erat) oriebatur: quia Gentes propter B. Petri exemplum adducebantur ad illas obseruantias. Sic enim se ab illis subducens (licet hoc faceret non ex animo tanquam probans Iudaica) cogebat illas iudaizare, non qui eis uerbo praeciperet, sed illo facto & exemplo, cum talis esset, ad quem quasi ad uiam legem, & recte uiuendi normam oes aspicerent. Dicit et illi simulationi consensisse ceteros Iudaeos, qui scilicet sciebant rei ueritatem: & (quod eum uehementius permouit) etiam Barnabam: de quo minime hoc erat putandum, cum satis instructus esset ab ipso B. Paulo comite suo. Hic uide, quas in utraque parte uires habeat Principis autoritas, ut non solum uitia in se aut uirtutes concipiant, sed & in ciuitates quoque & subiectos populos infundant. Quia n. B. Petrus primus erat & pastor omnium, merito in illum ceterorum oculi coniciebantur. Sed quid B. Paulus noster? Audi illum.

Quales princeps, tales et subditi.

Sed cum uidissem quod non recte ambularent ad ueritatem euangelij, dixi Cephae coram omnibus. Quid est quod ait: non ambularent ad ueritatem euangelij? Certe non existimandum est idem esse, quod nescire ueritatem illam, aut errare circa illam mente & intellectu: sed potius non tendere opere ad illam. Hoc est enim ambulare, facto ipso & opere prouehi. Potest autem esse, imo euenit sepius, qui intelligunt ueritatem in uniuersali, eos non ambulare secundum illam in particulari, quam ipsi facto non applicant. Et illud animaduerte quomodo illi dixerit coram omnibus: quia peccatum publicum manifeste & palam arguendum est, ut praecipit scriptura, & ipse B. Paulus: & hoc, ut amouetur scandalum. Peccantes (inquit) coram omnibus argue. Et audi quid dixit.

De correctione publica.

Si tu cum Iudaeis sis, gentiliter uiuis, & non iudaice: quomodo cogis Gentes iudaizare? Hic primum nota, Gentiliter uiuere (ut hoc in loco propter subiectam materiam accipitur) significat liberè, & sine ullae legis alligatione ad caerimonias. Unde ait: Et non iudaice: ut pro eodem habeat: gentiliter, & non iudaice: similiter intelligendo; iudaice, pro superstitione uiuere, & non secundum legis obligationem. Alioqui, Gentiliter uiuere, in malam partem sumitur passim in scripturis. Apostolus enim alibi ait: Sicut Gentes quae ignorant Deum, Et perpende argumentum Apostolicontra B. Petrum, ut ostendat illum non ambulasse ad ueritatem euangelij. Si tu, inquit, non seruas legis caerimonias, quae certo scis secundum euangelium esse antiquatas: & hoc agis existens Iudaeus, quod longè est fortius, cum lex data sit Iudaeis non Gentibus: neque potes id iure facere, nisi scires legem esse solutam, & in CHRISTO IESU non esse ulterius Iudaeum, aut Graecum, sed nouam creaturam. Quomodo inquam tu qui haec omnia nosti, cogis nunc ad Iudaismum Gentes, quibus nihil profus erat commune cum Mose, nec unquam fuit? Hic est huius loci uerissimus sensus.

1. Thess. 4.

Sed multa cum propter haereticos, ut eorum uidentur errores, tum ipsius ueritatis gratia, hoc in loco diligenter (praesertim tamen sermone) tractanda sunt, quod ipsa euangelij pura ueritas pateat. Primum ergo statuendum est, legem Moyses antiquatam fuisse per mortem ac resurrectionem CHRISTI. Nunquid autem hoc omnino, ut etiam quae ad moralia pertinebant, euacuata sint, & non solum caerimoniarum & iudiciorum? Respondeo: Si lex ipsa consideretur tanquam Moyses, quasi Moses ipse sit promulgator & autor, omnino cessauit lex, & per omnia: quia nihil illius legis faciendum est nunc, quatenus Moses eam tradiderit, cum ipsemet Moses aduenienti Domino nostro & suo uero legislatori (qui est CHRISTVS legis noster) cesserit. Qua in re primum ab haereticis maxime distamus, qui impie ac proterue negant adesse nobis CHRISTVM legislatorem, contra manifesta scripturarum testimonia Iosuae, & Fratris Domini, & alia plura, quemadmodum alibi diximus. Si autem de nudis praecipis legis per se fuerit consideratio, dicimus:

Quomodo lex dicatur cessasse

dicimus: Quaecumque moralia fuerunt a Mose praecipita, quae includuntur in duobus illis praecipis charitatis, non cessasse, nec euacuata esse per mortem & resurrectionem CHRISTI. In nouo enim statu positi maxime tenemur diligere Deum, & proximum nostrum: & cuncta item agere, quae pertinent ad horum implementum praecipitorum, quae decalogo continentur. Quod dum haeretici pessimi ac perniciosissimi inficiantur, nonne contra uniuersam scripturam dogmatizant? Qui non diligit (ait Dilectus) manet in morte. Et quicumque non obedit praecipito charitatis, non possidebit regnum Dei. De caerimonijs autem & iudicijs, & nominatim de circuncisione, dicimus haec omnino & per omnia euacuata: nec tenetur illis uinculis quisquam, nisi qui uult sponte astringi, ad propriam tamen damnationem. Illae namque caerimoniae iam euaserunt mortiferae: nec ullo pacto sunt cum puritate euangelij admiscendae. Et quamuis ad tempus sint in Iudaeis toleratae propter infirmitatem eorum fidei, & longam assuetudinem: in Gentibus tamen nec ad horam. Tantummodo propter conuictum prohibitum est eis esus sanguinis & suffocati. Et in hoc etiam impingunt perniciosi haeretici, qui nunc liberas faciunt omnes caerimonias. Ideo aduertendum est magnopere, ne quis eorum dolose decipiatur.

Adhaec: Quoniam in causis iustificationis, imò & in ipsa ratione iustificationis plurimum atque pestilenter aberrant: Iccircò & hic breuiter admonendus est lector, primum ab illis rationem uocis huius peruertere, cum dicant, iustificari non esse iustum fieri, sed pro iusto reputari, idque per iustitiam CHRISTI. Itaque uolunt eos qui iustificantur, iustos esse (ut ita dicamus) imputatiue tantum: quoniam fide apprehedunt CHRISTI iustitiam, qua fuit ille iustus, ut imputetur eis & per illam iustifaciant Deo pro omnibus peccatis quocumque tempore & statu ab homine perpetratis. At catholica fides multo aliter hac in parte docet: Ait enim hominem infidelem & iniustum, qui nunc fuit in CHRISTO, per fidem gratis, non per opera legis quaecumque iustificari uerè, non per imputationem: idque formaliter per donum iustitiae quod infundit Deus, ut sit nobis inherens, & per illud uerè simus & dicamur iusti, & non solum reputemur. Et insuper possumus per illud donum iustitiae amplius iustificari ad effectum salutis. Quoniam & iustificari dicitur iustus, quum per opera bona maius iustitiae pondus acquirit, ut dignus habeatur corona iustitiae, sicut mandauit Dominus dicens: Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Et dilectus dixit: Qui iustus est, iustificetur adhuc.

Matth. 5.

Apo. 12.

Fatemur tamen hoc iustitiae donum, quo uerè iusti efficiuntur & grati Deo, obuenire nobis propter iustitiam & merita CHRISTI, quae nobis meruerunt hoc donum. Animaduertat igitur prudens lector & acutus, quantum attinet ad eam quaestionem, Vtrum ex sola fide, an ex operibus legis fiat iustificatio. Et primum con-

stituat hominem ex iniusto fieri iustum a Deo tantum, secundum causam effectricem. Quia ipse solus potest facere mundum de immundo conceptum femine. Deinde consideret, dum hanc iustificationem Deus in nobis operatur, aliquid a nobis ab illo requiri. Et multum interest si quisita quaestione proponat. Quid requirat ab homine iniusto Deus, ut illum iustificet? An uerò sic. Quid est illud quod in nobis operatur Deus, quo iusti sumus? Si quis enim ad primam quaestionem respondet. Deus requirit ab homine iniusto (ut illum iustificet) fidem formatam, id est, fidem cum charitate: inepte & falso responderit. Qui enim charitatem habet, iam iustus est. Similiter si responderit: Requirit opera legis ut iustificet, peruerse responderit. Ab iniusto quomodo opera legis bona fieri possunt? Recte ergo responderit, si dicat: Requirit Deus fidem synceram absque dolo, quae continet ante actae uitae poenitentiam, & uotum sacramenti suscipiendi, & pactum Dei. Si enim sic dispositus homo fuerit, tunc a Deo iustificatur per infusionem iustitiae.

Attende lector, quia in hoc coefferit plurimum fallacia.

Et cum succedit ista alia quaestio. Quidnam agit Deus in nobis: Et quid est illud quo formaliter iusti simus? Respondetur: Infundit Deus donum illud charitatis & iustitiae in corda nostra. Vnum est enim donum, & illud est quo proprie ac formaliter iustifimus. Est autem qualitas coelitus ueniens informans animam, per quam tales efficiuntur, & nominamur. Et illa est per quam habiles reddimur ad faciendum opera legis perfectae. Dico legis charitatis, per quae iustificationem amplius iustificamur. Prima namque iustificatio est ad cursum & agonem: secunda ad brauium & coronam. Haec est uera & catholica doctrina, quae haec signa gerit. Conciliat scripturas: coeuenit cum sensu ecclesiae: in promptu habet ut resoluat omnes haereticorum argutias: & fideliter suscepta facit animum quiescere.

Signa doctrinae catholicae de iustificatione.

Nunc redeamus ad propria loci huius. Difficultas in litera ea nascitur: quoniam Apostolus uidetur iniquè B. Petrum reprehendisse de illo errore, de quo ipsemet poterat coargui, ac eo seuerius increpari, quanto alios ipse tanta fronte, & ipsum principem Apostolorum de eodem facto reprehendebat. Ecce enim in primis, Timotheum filium patris gentilis, cum primum illum secum assumpsit, propter Iudaeos circuncidit qui illis in locis reperiebantur. Et de ipsomet B. Paulo legitur, quomodo rasit sibi caput in Cenchreis: quia uotum habuerat. Adhaec suasu B. Iacobi, cum postmodo uenisset Ierosolimam, purificauit se more Iudaeorum cum his qui uotum habebant super se: & cetera cum illis uisus est confirmare, quae lex de Nazareis praeciperat.

Huius igitur argumenti efficacia motus B. Hieronymus, atque ex ueterum sententia scribens, negat uerè fuisse & seriam Apostoli Pauli in B. Petrum reprehensionem, sed fictam atque simulatam, & in speciem propter Gentes: ut hypocrisis illa B. Petri, quae ualebat ad retinendum Iudaeos, cum non parum obesset Gentibus, moderaretur hypocrisis



crisi Pauli, quæ pro Gētibus faciebat, in & Iudæorum præiudicium instruebatur, ut sic amborum simul collecta simulatio retineret tam Iudæos quæ Gentes in CHRISTO. Quod enim liceat interdum officiosè simulare, sacræ literæ multis in locis permittere uidentur.

Contra hæc B. Augustinus aliquot argumentis, & ipsa quidem ualidis infurgit. Primò: Quia si hoc admittimus, B. Paulum animo ficto & simulato in ea reprehensione usum fuisse, duo sequuntur absurda. Alterum peccauisse illū ita simulando: quoniam simulatio ista non poterat fieri sine culpa, cum sub mendacio contineretur. Omne autem mendacium malū est. Nec sunt facienda mala ut eueniāt bona, Apostolo ipso teste & iudice. Quomodo igitur tantus Apostolus fecisset contra doctrinam propriam? Alterū absurdū istud est. Non solum ipse B. Paulus illud agens conuinceretur de mendacio, uerū etiam (quod est nephādissimum asserere) scriptura ipsa similiter mendacij nomine argueretur. Ait enim quod Petro restitit in faciem. Si autem non uerè restitit illi, sed simulatè: falsa inuenitur scriptura quæ ait, quod restitit illi. Resistere namque simulatè, non est resistere. Bis igitur mendax inueniretur B. Paulus, qui tamen superius protestatus erat: Ecce (ait) coram Deo quod non mentior.

Ad hæc, ipsa quæ subduntur uerba: Quia reprehensibilis erat, si sic habet litera, faciunt contra illud quod asseritur, simulatè reprehensum esse. Si enim erat reprehensibilis, cur simulatè reprehenditur ac non uerè? Alioqui reprehensibilis iudicabitur, qui reprehendendi onus suscipiens, non tamen serio reprehendat uerè reprehensibilem. Ad hæc, & ibi subdit se uidisse quomodo non rectè illi ambularent ad ueritatem euangelij. Hoc autem uerūne est, an falsum? Si falsum: mentitur (quod uel pronunciaré horreo) scriptura: & ipse tantus Apostolus iterum periurus inuenitur, qui dato iureiurando contestatus est se non mentiri. Si autem uerum, non ambulasse eos ad euangelij ueritatem? An (quæso) tali in errore uersabantur qui deberent simulatoricè reprehendi? Hoc si dicitur, nec uerè nec rectè dicitur.

Nec uerò sum nescius ad id quod legitur; In faciem restitit; quid responderi potest, quemadmodum B. Hieronymus secundum ueteres exponit, ut sit idem dicere; in faciem; quod in publico, siue in specie, idest, non uerè, sed apparenter. Quam responsionem (ni fallor) B. Augustinus non percepit. Sed hæc interpretatio minime recipienda est, quæ reuera militat contra totum B. Pauli conatum, qui maximè erat apud Gentes, ut persuaderet inutilitatem circuncisionis, & cærimoniarū legis. Qui si de ea re B. Petrū simulatè reprehēdisset, nedum ea debere tolli, sed potius suo exēplo persuasisset seruari. Quamobrem (ut paucis concludam) hic intellectus omnem totius epistolæ neruum infringit, si quis diligenter & rectè perpendat. Quænam præsentis (rogō) epistolæ esset & tanti uiri grauitas, in quo loquebatur CHRISTVS, & ipse coram Deo se lo-

qui tam sæpe testatur, si confessus esset simulationem suam, & simul probasset illam B. Petri? Ac per hoc fidem nostram siue initia fidei, simulationibus esse fundata ac firmata? Præterea, Reliqua oīa quæ in epistola subduntur, huic interpretationi minime quadrant. Denique res ipsa & ratio satis demonstrat, in B. Petro maiore ac prudentiore aliquantò circumspectionem desideratā, dum suo facto atque exemplo cogeret Gētes iudaizare, cum id esset admodum periculosum, neque ullo pacto ferendum.

Quamobrem respondendum est iam argumentis. Et primū quidem, quātum ad illud uotum attinet, quo obstrictus dicitur torondisse sibi in Cenchreis caput, male opinor ad B. Paulum referri posse. Longè melius etiam secundū literam applicatur ad Aquilam, si rectè animaduertas. Nec tam facile persuadebor B. Paulū habuisse huiusmodi uotū. Illud uerò quod purificauit se B. Iacobi hortatione, cum quibusdā Iudæis, ad nullum pertinet scandalum Gentium. Propter Iudæos enim fecit citra ullam Gentium offensionem: quin uerius illud probatū est, quod ipse de se prædicauit. Omnibus omnia factus sum ut omnes lucrifacerē: his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, non ignarus propter infirmos sic ad tempus gratum fuisse Domino.

Maioris est momēti argumentū de Timotheo, qui erat ex patre gentili. Nā par uidetur & eadē ratio, quæ erat in Tito, qui cū esset Gentilis, non debuit circuncidi. Verū non ab re scriptū est, matrem ei fuisse hebræam. Quia enim religionis fauore proles religiosum sequitur parentem, ut rectè colligitur ex cap. 7. ad Corinthios, ubi siue uir siue mulier sit infidelis, sanctificari dicitur per fidelem, ut filij non dicantur immundi. Item quia tunc nondum erat reprobata synagoga, sed in Moyse sola reputabatur, & in CHRISTO etiam tunc gentilitatem præcedebat: idē computatus est Timotheus, & habitus inter Iudæos. Vnde & ab infantia (ut de illo ipse B. Paulus testatur) erat instructus in lege & sacriliter: quem B. Paulus fuisse Gentilem nusquam docuit, sed tantum de patre hoc dixit. Titus uerò qui merè gentilis erat utroque parente gentili, idē non compulsum est circuncidi. Quod uigilanter hoc in loco B. Paulus commemorans commonefacere nos uoluit, non solum dicens illum circuncidi non compulsum, uerū etiam rationem adijciēs: Cū esset Gētilis: ac si dixerit manifestè. Si fuisset Hebræus, fuisset utique circuncisus propter infirmos, ut cum honore ad tumultum deferretur synagoga. Et hoc satis quod ad literam pertinet.

Irruunt autem portæ inferi aduersus Petrū multis modis circa literam ex hoc huius epistolæ loco. Et quidam B. Petrum non habuisse primatū inter Apostolos nonnullis argumentis suadere nituntur. Nam, cum B. Paulus memoret columnas ecclesiæ, primò Iacobū, deinde Petrum nominat: quod non fecisset, si Petrus princeps Apostolorum fuisset. Et nunc habetur pro re uehemēter absurda, si quis Cardinalis ante Papam

Contra primatum circa literam ab hæreticis

Papam nominaretur. Secundò patere aiunt, non fuisse B. Petrū uniuersalem Episcopum: quia illi credita fuit cura in circuncisionem, & Paulo in Gentes. Tertiò quia reprehēditur ab ipso B. Paulo. Non est autē minoris maiorem reprehendere, præsertim Papam. Ad hæc probare nituntur quidam nequiores ex hoc loco, B. Petrū errauisse in fide, ut concludant multò magis & Papam errare in fide posse (contra quam tamen conclusionem asseritur uniuersaliter à Catholicis, & recta doctrina) & hinc uolūt sequi, cōcilium esse supra Papam. Vnde & adijciunt primum Apostolorum & seniorum concilium, ubi Iacobus confirmat sententiam Petri: imò ipse dicit se iudicare. Et ipsa pronuntiatio fit nomine totius concilij, & non B. Petri solum.

Pro cuius rei intellectu, ut ordine respondeamus ad obiecta. Primum, si circò arguunt, B. Petrū non habere primatum, quia illi antefertur Iacobus in litera, dum res exponitur: Etiam dicerēt CHRISTVM non fuisse primum respectu B. Pauli & Apollo: quia similiter postponitur, cū (ut uidimus) narratur quosdam dixisse: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephas, ego CHRISTI. Et quodam in loco Beatissima VIRGO post Apostolos memoratur. Sed dicit quis aduersum nos parum pius & religiosus, qualis Erasmus, & Lutherus. Si hoc inualidū est argumentū, cur uos hoc uno maximè utimini, quo statuat primatum eius? Nam quia in cathalogo primus ponitur Petrus, idē illi primatum asseritis. Sed ostendunt qui ita dicunt, se non percepisse uim argumenti. Non enim Doctores nostri ob eam tantum causam arguunt fuisse primum B. Petrū, quia primò enumeratur: sed quia cum primo loco enumeratus esset, & positus primus, etiam primus uocatur. Non ex hoc quod positus est primus, sed ex hoc quod iam positus primus, etiam hoc nomine nuncupatur & honoratur. Dicit. n. Euangelista; Primus Simon Petrus, ex quo eius primatum non ab re colligimus. Aliud est enim primò poni in narratione: Aliud eundem etiam asseri primum in dignitate & iurisdictione.

Quòd si quis etiam quærat. Quare hic Petro præponitur Iacobus in narratione, nec est ei seruata sua dignitas? Respondeo. Non est præpositus Iacobus Petro, sed Cephas, idest, homini illi, non ut erat Petrus & Papa, sed adhuc ut Apostolus circūcisionis: quoniam Iacobus erat episcopus Ierosolymitanus, & in hoc maior Petro, non considerato primatu illius. Consideret lector & probet si placet. Non enim puto B. Paulū hoc in loco nomen sine causa mutasse, ut modo gentiliter Petrum, modo syriacè Cepham nuncupauerit. Quod & dedit occasionem errori: quoniam inde putarunt quidam (ut dixi) hunc fuisse alium quendam Cepham, non Petrum Apostolū: qui sic euadebant, ut à blasphemijs potius, quam ab argumentis Porphyrij sese uindicarent, B. Paulo arrogantiam obiectantis, qui ausus esset arguere superiorem. Sed nihil necesse erat ad id comenti confugere, quod ex nullo scriptu-

ræ loco fulciri potest. Dicendum potius est; Nihil mirum si à principio in fauorem Iudæorum nondum reprobatorum, & nec dum statuta B. Petri cathedra firma, Iacobus eorum episcopus hac prærogatiua donatus est. Nam & ob istam causam non sine Dei nutu (ut existimo) Iacobi epistola inter septem canonicas primum sibi locum uendicauit. Vnde meritò B. Hieronymus (ut in epistola ad Rom. artigimus) in quosdam succensus fuit, qui inuertentes ordinem ab ecclesia antiquitus præstitutum, epistolas B. Petri præposuerūt epistolæ B. Iacobi, propter præ excellentiam Petri: non considerantes mysterium. Decebat enim prius doceri Iudæos ab episcopo suo: quoniam ipsi priores esse debebant in donis. B. uerò Paulus doctor gentium postposuit illos gentibus, ut agnosceremus & hac in parte mysteriū ab ipso met explicatum, post intratam gentium plenitudinem, tunc omni Israeli salutē quoque ad futurā.

Ad secundum rectè dicimus, minime se cum B. Petro comparare B. Paulum in autoritate & iurisdictione: sed rātum in Apostolatus officio, & prædicationis cura, per Dei providentiam illis ita diuisa, ut B. Paulus inter Gentes magna operaretur: Petrus uerò inter Iudæos. Neque enim fieri poterat ut B. Petrus per se prædicaret ubique. Vnde necessariū fuit ut curā Apostolatus partirent. Nec per eiusmodi distributionem, autoritatem primariam & iurisdictionem à se auocauit. Reprehendit ergo Paulus Cepham, non Petrum, idest, illum ut peculiariter Apostolum Iudæorum nimis pro Iudæis zelantem: non autem ut Papā & omnibus superiorem, & curam omnium sibi creditarum ouium administrantem.

Ad tertium, Nihil prohibet minorē autoritate interdum superare maiorem, sapientia & prudētia. Et hac circūspectione dari multi doctores & aduocati possunt, sciētia superiores multis iudicibus & iuridicō præfectis, nec tamē priores illis potestate ac iurisdictione. Sic ergo reprehendit Apostolus B. Petrum, non tanquam antecelleret scientia, sed ut circumspectior, & ad scientiæ legitimum usum rectius ambulans. Quod si arguatur (ut Porphyrius perfidus arguere non est ueritus) de arrogantia Apostolus Paulus, cum eius non uideantur esse partes, qui minoris sit autoritatis, maiorem reprehendere, præsertim tanta asperitate, & cum resistētia illa in faciem. Respondetur. Imò uerò & potest, & debet fieri: uerum tamen à persona idonea, cum res in perspicuum fidei præiudicium uergit. Eo namque tempore & casu omnes reddimur pares.

Ob istā causam uult Deus summo Pontifici adesse assistentes, & à consilijs graues scientia, omnique uirtutum genere præditos uiros (quos Cardinales uocamus) ut & eorum utatur consilio si opus sit, & scientia, & admonitionibus: & dum res grauioris præiudicij occurrerit, etiam durius obstant, eique in faciem zelo Spiritus accensi, si opus fuerit resistent. Nam Deus in egregium posteris exemplū permisit, ut id in tam magnis Apostolis accideret. Et Paulus quidem exemplum præberet

Cur B. Iacobi epistola prima inter canonicas.

Contra primatum circa literam ab hæreticis

De officio Cardinalium.

1. Cor. 1.

Act. 1.

Matth. 10.

Cur Petro præpositus Iacobus.

præberet zeli & fiduciæ, etiam ad corrigendum superiorem. Petrus uero humilitatis & respiscendi ad recipiendum ab inferioribus factam correctionem, & ad mutandam sententiam.

Quod si quis obiiciat. Non omnes Pontifices sunt Petrus, qui mansuetè audiant bona consilia, quum uolunt carni complacere & sanguini. Illud cogitare debet, nulli ab officio suo esse licitum desistere, propterea quod alius non impleat suum. Videat ergo ne illud; Vg; multos maneat quod Isaias aiebat, Vg; mihi quia tacui. Quæ non raro excusatio est declinans in peccata. Multa namque Pontificibus facta nouimus indigniora, quibus si in qui uidentur columnæ esse, apertas suas sententias, & nasciturum inde scandalum opposuissent & erroris grauitatem, non lugeret pusillorum scandala pia mater ecclesia. Sed ferè omnia præposterò ordine conuersa sunt. Paucissimi sunt qui audeant: Plures qui ueritatem Dei in iniustitia detinent: Assentatorum non est numerus. Sed portabunt iudicium, quicumque sint illi.

Hoc uero in loco illud insuper notandum est, & ex ipsius Porphyrii annotatione corrigendum, notum fuisse, & sine ulla controuersia receptum, B. Petrum fuisse Principem Apostolorum. Hoc enim sumit in argumento suo Porphyrius tanquam principium & dignitatem apud Christianos: quod nemo Catholicorum illi negauit. Hoc aduersus eos sit dictum, qui audent dicere hunc primatum fuisse ab Imperatoribus Romanis constitutum. Certum est enim Porphyrium, antequam ullus esset Imperator Christianus, in philosophiæ professione claruisse. Erat igitur, & fuit, & erit semper (uelint nolint perfidi) hoc constantissimum in ecclesia, B. Petri & successorum primatum, illis fuisse à CHRISTO constitutum. Et uix ullus est alius fidei nostræ articulus adeo firmus & stabilis, qui tot habeat testimonia ex Patribus, & ipsa quidem robustissima consuetudine atque usu perpetuo.

Porro quod à quibusdam asseritur, B. Petrum in fide errauisse: & hinc educunt, Papam etiam in fide posse errare, Cogit nos hoc in loco plures conditiones & B. Petri, & sedis eius, paucis perstringere ac reducere in conclusiones. Prima ergo sit. B. Petrus, id est, illa B. Petri persona ex illo tempore quo fuit Pontifex, non potuit amittere fidem. Rogauit enim pro eo peculiariter Dominus, ne deficeret fides eius. Et ne putaretur rogasse pro sede illa tantum, non autem pro persona, uocauit eum nomine suo illo antiquo Simo. Sic enim ait B. Lucas. Ait autem Dominus Simon. Simon, ecce Satanas expetiuit uos ut tribuaret sicut triticum. Ego autem rogauit pro te, ne deficiat fides tua. Pro te, uidelicet Simone particulariter. Et certè hoc decens erat, ut qui primus eligebatur CHRISTI Vicarius, super quem ædificanda erat ecclesia, nequaquam ullo modo à fide posset deficere.

Secunda conclusio (quæ ego ueram credo) Sicut ille non solum non potuit in fide deficere, ita nec errare in fide, id est, aliquam falsam conclusionem tenere, quæ pertineret ad fidem. Aliud

est enim errare in fide: aliud est deficere in fide, uel à fide. Deficit homo à fide uel in fide, cum infidelis efficitur, & fidem ipsam negat & repudiat. Errare autem circa rem fidei etiam fidelis potest, dum tamen non sit in errore pertinax. Et licet ita res sese habeat, non propterea existimo B. Petrum errare in fide potuisse, cum esset constitutus Domini electiōe magister fidei: & ab initio oportuerit statui perfectum pastorem ac magistrum, quæ essent fidei apprimè scientem: quia ex eius ore omnes oportebat illa accipere. Quin & de omnibus Apostolis hoc piè & cum magna ratione putandum est, ut non solum non possent deficere, sed nec errare in fide: quoniam promissus erat illis affuturus ueritatis Spiritus, omnem eos ueritatem edoctrurus.

Tertia conclusio. In actis & gestis B. Petri potuit esse aliquid (sicut uerè fuit) quod non esset secundum scientiam suæ fidei, unde posset aliquid scandali contrahi & erroris in alijs, circa ea quæ sunt fidei: quemadmodum in casu proposito accidit. Sciebat enim pruculdubio B. Petrus uniuersaliter legem iam esse per CHRISTVM impletam, & consequenter abolitas esse cærimonias. Nam hac de re plenissimè fuit à CHRISTO instructus, ut constat ex uisione lintei. Verum cum hac scientia illud quoque sciebat, ad tempus esse tolerandos Iudæos, ac uelut pueros non de repente ablaetandos. Quin imò ut eleganti exemplo B. Augustinus illustrat, & iuxta scripturas (quanquam Erasmus hoc fatuet atque insipienter irideat, ut multa solet) erat synagoga cum aliquo honore ad sepulcrum efferenda, & cum fletu: sicut fleuerunt Moyses Iudæi in campis tribus diebus triginta, & Dominus sepeliuit eum, ut eius memoria nusquam appareat. At Iosue non fleuerunt, sed ipsi sepelierunt eum. Quæ quidem historia inclusum gerebat hoc mysterium quod carnales Iudæi excæcati non uident.

Cum igitur ista optimè sciret B. Petrus, ut scandalum tamen uitaret, ferebat Iudæos suos in ea carnalitate manentes, ne infirmæ illorum fidei (quæ nondum solidas egerat radices) noceret, obinueratam ferè in illis cærimoniarum assuetudinè, repentina mutatio. Itaque cum illis ostendebat se quodam modo legis esse obseruatorem. Sed tum in hoc uersatus est errore, dum hæc pietatem atque indulgentiam, plus quam ratio postularer, nimium produxit. Non enim ex altera parte animaduertebat, cum Iudæorum infirmitati prospectum uellet, scandalum perspicuum à se porrigi gentibus, à quibus se coram Iudæis subtrahens (quantum uis simulatè) ostendebat facto ipso atque exemplo, cum ipse talis esset (ut paulò ante diximus) ad quem omnes respicere, & à quo exemplum capere deberent, ostendebat, inquam, gentibus uerè legem retinere adhuc suam integritatem & uigorem, & seruandam ipsis gentibus, cum uideret Principem fidei non communicare se illis ob ista solum gratiam, quod non seruarent legem. Et hinc ob istam quandam incircumspectionem, nascetur in alijs error fidei, licet non in B. Petro. Et cum

cum non esset hoc tolerandum mox à Domino Deo prouisum fuit per B. Paulum, qui huic malo occurreret, & resistendo mederetur.

Error ergo in B. Petro fuit cuiusdam incircumspectionis, non fidei. Ex illa tamen incircumspectione sequebatur error magnus in fide, non in ipso, sed in Gentibus. Hunc autem eo tempore minus animaduertebant B. Petrus & Iacobus, qui toti intenti curare peculiariter Iudæos, proprium ministerium honorificare studebant. Sed zelus ille moderandus erat, qui alijs Christianis plurimum detrimenti afferebat. Animaduertit hoc Beatus Paulus Gentium doctor honorificans & ipse erga suos ministerium proprium, sed prudenter & cum æquitate. Neque uero existimandum, graue fuisse B. Petri peccatum: quia talis incircumspectio humana fuit, & ex bona charitatis radice profecta. Vitabat enim scandalum Iudæorum: ne periclitarentur immaturi adhuc, & in fide admodum teneri, qui Moysi nominis eiusque legis tam citò obliuisci non poterant. Atqui paulatim erant & cum magna moderatione ad integram euangelicæ ueritatis puritatem suauiter pertrahendi. Quod si quis in bonam piæ interpretationis partem pendere uoluerit, non magnoperè mirabitur B. Petrum eò erga suos progressum fuisse. Euenire siquidem frequenter sapientes homines considerant, dum quis diligentius atque perfectius unum malum deuitare laborat, fieri ut in aliud nonnunquam improuidè impellatur: & talis ex rei angustia excusatur. Eò enim deducta iam res erat, ut alterum necessariò oporteret euenire ob quorundam Iudæorum curiositatem & audaciam, qui clam explorabant et scrutabantur libertatem Apostolorum & Christianorum. Excusabilius itaque B. Petro fuit in eam partem pendere, ne illi scandalum pateretur, quorum curam gerebat. Quare uel nullum fuit B. Petri peccatum (quod rectius puto) uel admodum leue, & omni uenia dignissimum. Imò quia ex mera charitate, & salutis eorum desiderio omnia illa faciebat, non dubito quin & ea parte quoque meruerit. Ne fuerit munificentior erga obstetrices Deus, quæ ex officioso mendacio laudem ab illo & præmia retulerunt, non quidem de mendacio ipso, sed de officio, cui tamen coniunctum fuit mendacium. Pari pietate sentendum est de B. Petro. Verum quia illud factum afferebat magnum (ut diximus) præiudicium ueritati fidei, quam ipse norat, & non magnoperè (cogitatione ad Iudæorum utilitatem abstractus) aduertebat, idè reprehensum illum oportuit.

De quolibet autem alio Papa, præter B. Petrum, prima conclusio ista sit. Nihil prohibet Papam errare etiā in fide, ac deficere: Tametsi quidam nouitij scriptores ausi sint præter communem doctorum sensum, oppositum defendere. Quos ipsi libenter sequeremur, si cum ratione possemus: nec ulla nos reprimeret antiquorum autoritas. Nec enim nostra sapientia fingenda sunt priuilegia, ubi nequaquam sunt necessaria. Isti autem periclitari fidem putant, si contin-

geret errare Papam in fide. Quod longè abest à uero. Non enim quisquam tenetur credere, quæ ipse Papa credit: sed quod ipse Papa proficit & docet, ac mandat legitime esse credendum. Non autem permittit Deus Papam ullum, etsi in errorem perniciosum inciderit, illum tamen de cathedra docentem confirmare, & mandare recipiendum tanquam rem fidei. Quinimò cum casus iste euenit, Papam in hæresi lapsam fidem amittere, etiam ipsum simul cum fide amisisse papatum non est dubium, ut scriptura probat: quia infidelitas repugnat substantiæ tanti sacerdotij. Unde dicimus, licet hæresis non palam appareat, ipso tamen iure eum definire esse Papam. Gerere autem se pro Papa potest, & coram hominibus esse, donec manifestetur hæresis, ut deponatur. Et hic casus eius modi est, ob quem Papa potest deponi. Quæ sententia non à Papatu excluditur (quo iam ipso iure ob perfidiam priuatus fuit) sed solum ab administratione: quæquam Occhan, et Caietanus in libro de autoritate Papæ & concilij aliter docuerunt. Verum Caietanus retractans hoc ipsum, aliter postmodo, & rectius scripsit, in opusculo de Primatu Petri ad Leonem Decimum.

Secunda conclusio sit. Papa ut Papa, id est, sedendo, & legitime (iuxta ritum utendi clauæ scientiæ sibi singulariter commissa) determinando rem fidei, non potest errare, ita ut decidat aliquid contra fidem. Non autem datur iste casus ob singularem Dei prouidentiam, scilicet ut uerus Papa, aut etiam qui per ignorantiam inuincibilem uniuersaliter putatur uerus Papa, licet non sit, directè quicumque determinet, & proponat esse credendum ex fide, quod esset error. Quod priuilegium, sedis illius est, non personæ. Datum enim est illi, non quidem propter illum, sed propter ecclesiam. Sicut quilibet sacerdos sacrificans, si seruet ritum ab ecclesia præstitutum, intendens illud facere quod facit ecclesia, etiam si fuerit infidelis, sacrificabit. Nihil tamen prohibet (de Papa loquor) posse illum aliquid per modum statuti ac præcepti uel falsum, uel iniquum decernere, sicut nonnunquam accidit: ita ut inueniantur decreta Pontificum nonnulla & uaria, et inuicem contraria. Sed quicquid ex fide credendum proponere, & asserere esse ex fide, quod non sit ex fide, nec istud fecit unquam, nec ullus Papa facere potest. Deus etenim hic ne faciat assistit, non quidem propter illum, sed (ut dixi) propter ecclesiam.

Veruntamen seriò aduertendum est, duplici modo fieri posse determinationem. Et uno quidem modo, uerbo. Alio uero modo, Facto ipso & usu. Sicut duplex est lex. Vna quæ consistit in dictando, & sit scripto, ita ut legi possit: Alia quæ consistit in moribus, quando quid consuetudine firmatum est. Et quia nulla lex robur habet & uim præcepti, nisi iam firmata sit: Tunc dico non posse esse errorem in re determinata circa fidem, quando ita sit determinata, uel expressis uerbis in modum sententiæ, uel consuetudine, ut uel clarè appareat, uel tacitè subaudiatur hoc præceptum, quod omnes ita credere & sentire

Conclusiones  
pro priuilegio  
Petri, & primæ  
cathedræ.

LUC. 22.

In quo error  
Petri.

Duplex deter-  
minatio.

tire debeant, sicut est determinatum. Quare in proposito. Quia illud Petri factum, si diutius fuisset toleratum, & sic uersum in consuetudinem, tanquam uim legis obtinisset (quandoquidem ab eo Pastore fiebat, cuius erat declarare, proponere, ac mandare cæteris, quæ sint credenda) Ideo non permisit Deus transire in correctum, ne inde sumeretur exemplum & efficax argumentum pro re falsa in fide. Quanquam reuera illud non faciebat B. Petrus ut uniuersalis Pastor intendens obligare fideles, & illo suo facto determinare id esse uerum, quod esse falsum sciebat. Sed quia ex facto illo colligi aliquo modo potuisset ille error ad fidem pertinens. Ideo Dominus citò (ut diximus) occurrit per Apostolum Paulum. Qua in re declaratur prouidentia Dei magna, ne ullus possit error in ecclesia circa fidem obrepere, tanquam à Papa determinatus.

Quamobrem hic locus non solum non seruit aduersarijs: sed contrà, in nostrum potius fauorem totus conuertitur, qui falsam à Pontifice dari in fide determinationem inficiamur. Hæc igitur pauca si considerentur, est illud rectè intelligitur, quid sit: Papa errare non potest, id est, ut Papa, ut doctor fidei, ut sedens in cathedra, & proponens aliquid, & præcipiens illud credendum esse, quod non sit secundum fidei ueritatem. Ne autem illud faciat, aut potius ne illud efficiat, prohibet Deus, non propter ipsum (ut diximus) quem nihil uetat esse malum & errare, sed propter ecclesiam suam, in qua oportet esse illibatam fidei doctrinam, ut ipsa uerè intelligat & quid credendum, & quid sperandum, & quid per dilectionem operandum sit: quæ si non credat sic edocita, & speret, & operetur, nihil habeat excusationis apud Deum, sed illa exprobatore opprimatur illi os, quam dixit Dominus. Quid debui facere uinæ meæ, & non feci?

Postremò, Quod producebatur de concilio antiquo, nihil prorsus facit in diminutionem cathedræ Petri. Neque ibi obstat B. Petri dictum à Iacobo confirmatum: quia illa confirmatio in disceptatione fuit, non autem post sententiam & definitionem datam. Nec obstat si ibi B. Iacobus dixerit: Propter hoc ego iudico &c. quia est iudicium duplex, Vnū autoritatis & potestatis: Alterum uerò certæ scientiæ. Hoc postremū scientiæ iudicium potest esse in multis, qui non sint Petrus, id est, Papa. Imò sæpe usu euenit, dari posse aliquem Episcopo Romano longè doctiorem: qui talis habebit scientiam multo maiorem & clariorem, ut possit cognoscere & iudicare quod uerum est, nec tamen propterea habebit scientiæ clauem, quæ secum fert decernendi potestatem. Alioquin considera (quæso) mecum stultorum insipientiam. Si enim quia dicat B. Iacobus; Ego iudico; intelligunt de iudicio iurisdictionis & potestatis; profectò hoc suamet ipsi sententia deferunt Iacobo, quod negant esse datum Petro. Quo quid absurdius, cum istud sit inauditum? Nam ubi, et quando accepit hanc Iacobus potestatem, ut iudicaret super alios,

Adhæc, patet sententiam eo tempore fuisse nomine uniuersæ synodi latam. Nec id ulla in re autoritati B. Petri quicquam detrahit. Nos enim defendimus in legitima synodo esse omnem authoritatem: quia in ea Petrus est semper, & à Petro tanquam à capite proficiscitur. Et nihil uirium illud habet, à quibusdam minus circumspectè adiectum: quoniã scriptum est de Apostolorum collegio, qui miserunt in Samariam Petrum & Ioannem. Ut sic eliciant Apostolorum collegium maioris fuisse quàm Petrum, qui ab illo mittitur, autoritatis. Mittere enim authoritatem & (ut ita dicam) maiorem in mittente supponit: & e contrario, in eo qui mittitur inferioritatem. Nos uerò respondemus, non quidem nonnullos imitati, qui negant hoc sumptum, cum Spiritus sanctus mittatur à Filio, cui tamen est æqualis. Nam in his instans est saltem autoritatis maioritas. Maior est enim autoritate Pater quàm Filius: & Filius maior quàm Spiritus sanctus ratione originis. Sed responsio nostra hæc est, Petrum siue Papam considerari multipliciter posse, uidelicet, ut homo est, ut uisus CHRISTI est, & ut quiddam pertinens ad ecclesiam, sicut unumquodlibet aliud CHRISTI membrum iuuando corpori obligatum. Et iuxta hanc considerationem, haud dubium Papam synodo subijci, quia sibi ipsi: & sic missus fuit à semetipso aliter atque aliter considerato, ut minor erat, & maior. Nam & dum peccata sua confitetur, & potestatem dat audienti super se, minor est ea in re ipso sacerdote audiente, ac seipso ut Papa est. Denique uerba quæ locutus est in ea synodo B. Petrus, manifestum eius primatum probant & magisterium, cum in hunc modum sit elocutus. Viri fratres, Vos scitis quòd ab anti quis diebus Deus inter nos elegit per os meum audire Gentes uerbum euangelij & credere. Quis hoc poterat dicere? Nam si poterat hoc alius, cur ille sibi hoc uendicauit singulariter de se status, & aien; per os meum; & non dixit; per os nostrum? Cur B. Paulus hoc audiens tacuit, & honorare neglexit ministerium suum, cum tamè esset Magister & Apostolus gentium, & non resistit illi in faciem, qui falsò sibi uni autoritatem decernendi absolutam arrogabat? An credendum in eo concilio talem uel ignorantiam, uel metum, seu assentationem erga Petrum fuisse, ut nullus prorsus errorem illum Petri auderet corrigere? Quæ cum absurdissima sint, & hæreticorum ueteri odio sedem Apostolicam prosequentium commenta, facile nos qui ueritatem et amamus, & liberiter defendimus, prorsus debemus contemnere.

Itaque dicendum, quæ B. Petrus proferebat, ea ad iurisdictionem sui Papatus attinebant, quam illi ab ipso CHRISTO datam recenti memoria Apostoli ipsi, & tota pura illa ecclesia optimè nouerant: sic led assensere oēs penitus, & Petri determinationem amplexi sunt: quæ & ad gentes transmissa, maximam eis lætitiã attulit, ut habetur in Act. Aposto. licet quidam illum locum inepta

Pro assistentia Spiritu sancti prima cathedra.

Isa. 5

Papa multipliciter consideratur.

Quæ sunt summi Pontificis propria.

inpta interpretatione frustra eneruare nitantur. Denique multis modis comparari potest Petrus ad alios, & ad ipsummet concilium. Erat enim uisus CHRISTI: erat discipulus: erat sacerdos: erat episcopus: erat Apostolus: fuit et Papa, & CHRISTI Vicarius: & in hoc cunctis eminebat. Circa alia uerò uel æqualis fuit cæteris, ut in eo quòd sacerdos & episcopus. Nam æqualem paremque cum cæteris sortitus est potestatem. Porro quis eorum maior fuerit in ministrando fortiter ac fideliter, non est nostrum (nec ad rem presentem spectat) iudicare. In ipso quidem Apostolatu quoad dignitatem, par cæteris fuit B. Petrus: quoad fructum uerò & laborem, minor Apostolo Paulo, qui reliquos omnes laborum tolerantia & magnitudine uicit. At in Pontificatu uniuersali solus ipse cæteros præcedit: cui dictum est soli. Pasce oues meas. Et ideò ad ipsius tribunal deferuntur causæ maiores & uniuersales, ut eas cognoscat atque decernat. Ipse concilia congregat, ipse probat, ipse reprobat. Ipse canonizat scripturas, & reprobat falsos. Apostatas discernit ac hæreticos, & anathemati subdit. Ipse etiam doctrinas discernit, has commendans & recipiens, illas uerò uel ut apocryphas repudiat, uel ut pestiferas etiam damnat. Interpretatur cum authoritate scripturas: ut omnibus necesse sit eius interpretationem, quam facit determinando, recipere. Ipse regulas statuit Apostolicas. Ipse regulares uitas approbat: conuenticula autem noxia dissoluit. Ipse creat episcopos, confirmat, & (ubi opus est) exautorat. Reges de sede exturbat, cum eos rebelles & contumaces experitur, aut exurgentes aduersus ueritatem summi omnium regis CHRISTI. Hæc autem omnia in ædificationem, non in destructionem de quibus (ut dixi) alius est, & proprius differendi locus.

1. Cor. 1. 11

Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem IESU CHRISTI. Et nos in CHRISTO IESU credidimus, ut iustificemur ex fide CHRISTI, & non ex operibus legis. Propterea quòd ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quòd si querentes iustificari in CHRISTO, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid CHRISTVS peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico: prauaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam: CHRISTO confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego: uiuit uerò in me CHRISTVS. Quòd autem nunc uiuo in carne: in fide uiuo Filij Dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia: ergo gratia CHRISTVS mortuus est?

3. Cor. 1. 11

Nos natura Iudæi etc. Hoc in loco insurgit B. Paulus egregiè aduersus illam Galatarum persuasionem, qua erant à pseudoapostolis imbuti, oportere per omnia seruari legem Moyses. Arguit autem sic ab usu magnorum Apostolorum, & ab eorum fide qui erant columnæ. Et hoc primum sumit tanquam certum, ipsos Apostolos summos & primarios legem non seruasse, cum tamè essent natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores, tametsi indigentes gratia Dei sicut cæteri. Nos, inquam, uidelicet Apostoli qui electi sumus ad fundandam fidem, quos impossibile est aberrare propter uerbum Domini, qui dixit de Spiritu, quia docturus esset eos omnem ueritatem, scilicet pertinentem ad fundamenta ecclesiæ. Nam fundamenta Dei oportet omnino stabilia esse. Nos igitur tales licet Iudæi simus, & natura quidem Iudæi, ad quos maxime pertineret seruare legem, nisi esset abolita: credimus tamen, id est, confidentiam nostram nacti sumus in CHRISTO IESU per fidem, non in obseruationibus legis. Et quare per fidem? nisi quia reuelante CHRISTO sciimus ex fide CHRISTI non iustificari, & non ex operibus legis: Propterea quòd ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, id est, nulla caro. Caro enim non uiuificatur, nisi per spiritum. Spiritus autem non uenit nisi ex fide: iccirco ad iustificationem hanc nostram, quæ est iustificatio uera coram illo, non coram hominibus, elegimus uiam per fidem. Cuius igitur hoc ex certa scientia agimus: non quidè perinde atque hi qui ex fragilitate non seruant mandata, sed scientes quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem IESU CHRISTI: profectò uos qui debetis nos sequi, etiam absque scrupulo hoc debetis recipere. Vide igitur ut rectè ab ipso Apostolorum facto arguit, quòd à certa scientia ueniebat. Nam ad eos pertinet quòd ait. Nos natura Iudæi: Non enim uniuersaliter poterat attinere hic sermo ad Iudæos: quoniã ad hunc intellectum falsus esset, propterea quòd magna Iudæorum pars aliter sentiebat & seruabat, eorum etiam qui uenerant ad euangelicam fidem.

Doctrina de iustificatione.

104. 16.

Locus dignus intellectu, contra Iulianos.

Quòd si querentes iustificari in CHRISTO, inuenti sumus et ipsi peccatores &c. Confirmat dictum, CHRISTVM reuera iustificare à peccato, & nullo modo Moyses legem, quæ potius operabatur iram. Pro cuius loci uerissimo intellectu prænotandum est, quòd uera iustificatio quæ est per CHRISTVM in homine, operatur cum extinctionem peccatorum præteritorum, tum etiam facultatem operandi iustitias legis, & implendi præcepta charitatis. Hos autem effectus si non præstaret iustificatio, quæ in nobis est in CHRISTO, ita ut homo existens in CHRISTO adhuc inueniretur non habere extinctum peccatum, ac per hoc adhuc inueniretur peccator, hoc est, peccati seruus, sustineret dominatum peccati: profectò sequeretur fuisse CHRISTVM peccati ministrum. Sic probatur. CHRISTVS Legislator nouus, in sua noua euangelij lege non solum non aufert præceptum charitatis, sed ut AA q perfectius



perfectius seruetur mandat, quam mandauerit lex: & ipse precipue dixit. Non concupisces: quin & quaedam legis subtraxit licentias, ligans nos adhuc arctius ad minus concupiscendum.

Si ergo eadem & maiora imperat nobis CHRISTVS, & non iustificat: & non etiam adiuvat, ut quod imperat fieri possit, peccati profecto minister est. Quandoquidem precipiendo peccatoribus, uires peccati (quod superari non uult) exuiscitat. Cumque dominetur peccatum in homine, id efficit, ut fiat supra modum peccans ipsum peccatum. Talis ergo esset CHRISTVS, qualis lex uetus olim, quae iram illo modo operabatur: quoniam suo imperio ministrabat peccatum, mandans seruari preceptum, & non dans tamen, quo seruari posset, auxilium. Hoc idem & CHRISTVS faceret: imo etiam magis efficeret, si non per gratiam iustificaret, & consequenter non abfuisset peccatum, & non extinxisset illius peccati dominationem subministrando facultatem implendi precepta charitatis, quae longe constituit grauiora, quam essent antea. Hoc autem relinquit Apostolus uelut absurdissimum, & contra innumeras scripturas: quia scriptum erat per Isaiam. Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Et per Ieremiam. Ecce dies ueniunt dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda foedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus uestris in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam &c. Vbi perspicue uides nouum promitti testamentum, & legem datam iri in uisceribus eorum, & in corde eorum superscribendam. Similiter & per Ezechielem, ubi legis. Effundam super uos aquam mundam, et mundabimini ab inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris. Et dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri: & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri: & faciam ut in preceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini &c. haec ibi. Vnde B. Paulus exclamans ait, Absit, scilicet ut non iustificet CHRISTVS, & ita non auferat peccatum, gratiamque & facultatem bene operandi non donet: & ita ille sit peccati minister, sicut erat lex: quod est peruersissimum cogitatu. Probat autem, uidelicet CHRISTVM, si non iustificasset, esse peccati ministrum. Et directe iugulat hic lutheranam insanissimam positionem, quae uult per CHRISTVM in baptismo non tolli peccatum, sed solum non imputari. Et ita, modo non imputetur, destrutum esse peccatum uolunt. Sed audi Apostolum.

*Si enim quae destruxi.* Hunc locum sic exponunt alij. Si enim quae destruxi, uidelicet legalia, cre-

dendo in CHRISTVM: illa iterum aedifico seruando illa, praearicatore me constituo: quia hac ipsa mea obseruantia declaro me non credere in CHRISTVM, sed illum & gratiam eius abijcere. Aut praearicatore me constituo: quoniam ab initio abieci legalia, quae abijcere non debui secundum conscientiam meam, cum illa nunc reperam. Hoc autem uelut absurdissimam rem penes Apostolos relinquit, ut modo aliqua destruant, modo iterum aedificent.

Alius tamen sensus profundior, & uicinius ad mentem Apostoli accedere mihi uidetur, qui & continet oēs alios: nimirum. *Si enim quae destruxi,* uidelicet per fidem & sacramentum. Quae autem sunt quae destruxit, nisi praecedentia peccata, quae destructa sunt in baptismo: & consequenter onera illa legis, quae illi statui conueniebant. Si ergo ista iterum aedifico, id est, si iterum pecco: quod necesse mihi est, si non iustificor ex fide, & non renouor mente. Peccato enim in me dominante cogor necessario redigi sub illo captiuus, ac propterea in opera praua iterum atque iterum, & continuo relabi: propterea praearicatore me constituo. Ille enim est praearicator, qui committit in eam legem, quam sibi nouit esse praescriptam. Praearicationem autem mors sequitur & damnatio. Ergo CHRISTVS qui uenerat uitam daturus, inuenietur minister peccati: & propterea non ad uitam, sed ad mortem, & quidem maiorem mortem uenit. Nam maioris praearicationis reos nos constitueret: cum longe sit iniquius & grauius post agnitam ueritatem iterum sanctum transgredi mandatum. Alia igitur hostia desideraretur pro nouo peccato. Tacet autem quod alibi expressit, post primi status mutationem si denuo uoluntarie praearicemur, non superesse amplius hostiam prorecediuo. At cum hoc (ut manifeste absurdum & falsissimum) sit explodendum: addit.

*Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam.* Haeretici hunc locum quo ualde premuntur, uariè exponunt. Lutherus sic, quod per legem, scilicet gratiae & fidei, erat mortuus legi simpliciter, id est, omni legi: quia legem gratiae non uult esse legem, sed nudam promissionem, & eius apprehensionem per fidem. Verum quoniam hoc durum erat & satis perplexum, Burlingerus quidam, per legem intelligit eandem legem, ut sit sensus: Ego per legem illam, quae mihi dicit se esse inutilem ad iustificandum, ipsi legi sum mortuus, ut Deo uiuam.

Sed uerus sensus est: *Ego per legem,* uidelicet nouam gratiae, qui est ipse CHRISTVS, legi mortuus sum, legi nimirum Moseos: quia iustificatus sum per CHRISTVM. Qui enim talis est, nouus homo est, non sub lege, id est, sub legis imperio & subiectione: & ita mortuus illi. Lex enim in homine dominatur quandiu uiuit. Mortuus ergo, non est sub lege illa: quia sic mortuus, iustificatus est à peccato, id est, à debito quo ipse obnoxius erat ipsi peccato, ut esset sub eo: cum sit scriptum. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et cum

Heb. 7. et. 10.

104. 8.

cum iam sit iustificatus à peccato, etiam non inuenitur sub lege. Ille enim sub lege est, qui quae iubet lex aut timore facit, aut etiam transgreditur: ut sic supplicio legis subiaceat & maledicto. Hic autem omnis maledictus & seruus, ad quem data est lex illa Moseos, quae non est posita iusto, sed iniustus, & contumacibus, ut testatur Apostolus. CHRISTI autem lex e contrariò, posita est iusto: imò ipsa facit iustum. Et propterea per hanc CHRISTI legem homo Iudaeus moriebatur legi Moseos, illi uidelicet legi minitanti, atque imperioso iubenti ac seuerè, ut quae peccatorem inuenerit, & rebellem, atque osorem boni, quae alligabat illos miseros Iudaeos, ueluti pedagogo erroneos, & rectam disciplinam fugitantes pueros: Ideò autem mortuum se legi ait & peccato, ut consequenter Deo uiuat: quoniam conformatus erat CHRISTO in cruce, qui mortuus est ut uiuaret Deo, id est, in gloriam eius, ut Unigenitus. Viuere autem Deo (quod ad nos attinet) est per seruitium & obsequium charitatis ingenium ac liberale, praepcepta eius seruare, & illustria opera facere, unde Deus glorificetur. Et qui eo spiritu agitur, uerè Deo uiuit. Quò obrem uerissimum fit me praearicatore me constitui, nisi quae iubet lex gratiae seruauero uiuens Deo. Non enim quia non sub illa Mosaica lege uiuimus, sed sub gratia, soluti propterea ab omni lege sumus, ut isti exleges blaterant: in quo est maximus & intolerabilis error. Superest enim nobis lex fidei, & gratiae, & euangelij, sub qua sumus: non ut peccatores, sed ut iusti: non ut inuiti, sed ut uolentes quod ipsa lex uult: quae similiter imperat charitatem, & illam edicit nobis, & similiter praecipit: Non concupisces. Sed hoc ipsum quod edicit, etiam ipsa efficit: quia in corde nostro spiritus est charitatis, qui deprecatur ad optima, & simul illa nobiscum operatur.

Cum ergo ait Apostolus: *Ego enim per legem legi mortuus sum,* Christiani personam induit, & CHRISTI legem, quae est charitas collaudat, quae data est in cordibus nostris. Haec facit hominem legi timoris mortuum. Neque enim haec duo simul stare possunt, timore incedere, & amore: minis, & blanditijs: spe terrenorum, & spe caelestium: ligatum uinculis, & solutum: oppressum carne, & spiritu leuem esse atque expeditum. Lex CHRISTI lex est amoris, quae me legi timoris mortuum facit, ut non iam metu uerberum uitam malum, & operer bonum: sed desiderio & amore iustitiae. Oderunt enim peccare mali, formidine poenae. Oderunt peccare boni, uirtutis amore. Vnde & B. Ioannes. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Lex CHRISTI, lex libertatis est, qua constitutor pristinae legis seruituti mortuus. Homo ipse donec peccator est, seruus peccati est, id est, concupiscentiae suae, cui obtemperauit. Sed qui per legem CHRISTI liberatur ab isto peccato, seruus factus est iustitiae, quae seruitus est ingenua. Haec necessario declaranda, & saepius sunt inculcanda: quia uulgo non intelliguntur.

1. Tim. 1.

Maximus Lutherianorum error.

1. 104. 4.

Predicatores hoc obseruent.

Lex ergo CHRISTI quae habet uerba praemiorum aeternae uitae (ut ait B. Petrus) constituit me mortuum ueteri Mosaicae legi, quae temporalia promittebat, in quibus non consistit uera spes. Vera enim spes uerè ardua respicit: & haec sunt aeterna reuera. Nihil temporale, praeter quae sunt aeterna, excelsum atque arduum uideri debet. Lex itaque CHRISTI, quae est lex ueritatis, & ueri corporis, legi mortuum me facit, quae habet figuras & umbras. Lex CHRISTI, quae est perfecta, & perfectam praecipit charitatem, euacuat quae sunt imperfectionis & adhuc paruult. Quo fit ut legis remissiones, & indulgentias circa carnem: ut in diuortijs: in pluralitate uxoribus: in odio inimicorum: in uindicta huius mundi, ferre non possit. Ob eam causam Dominus. Audistis (inquit) quia dictum est antiquis &c. Lex CHRISTI quae spiritum habet & tendit in Deum, non indiget tot uinculis & oneribus carmoniarum, quibus astringatur homo, aut opprimatur ne in deteriora labatur. Ideò mortuum est illi legi onerosae, & ea alliganti, quae illorum patres portare non poterant, ut non detineatur sub illis, uelut puer & seruus, sed expeditè ab his liber factus seruiat Deo. Denique lex CHRISTI uiuax est & potens ad operandum, ut potè in corde expressa, non tam ad sciendum (Nam & hoc facit naturalis lex, habes suum dilectionis Dei & proximi praepceptum) quam etiam ad operandum. Dat enim ut illa perfici possint, quae ipsa iubet: quicquid dicant stultissimi haeretici. Omnia enim possum (ait Apostolus) in eo qui me confortat. Haec igitur lex interna enicit legem quae foris est, quae solum dicitat quid est faciendum: & dicitat homini in carne, non in spiritu existenti. Dicitat tamen spiritualia, sed quae operari non ualet. Et per hoc uerissimum uides, eum qui in CHRISTO est, per CHRISTI legem mortuum esse legi, cui ulterius non uiuit, sed uiuit Deo. Viueret autem legi, si illam adhuc comminantem haberet, & ueluti inuito dominantem. Tunc lex ut bona laudaretur & sancta: & uituperaretur homo, ut malus, & legis bonae ac sanctae praearicator.

CHRISTO confixus sum cruci. Ex crucis mysterio, quasi in quadam figura, rem totam exponit. Sic enim imaginari oportet, talem fuisse hominem ante acceptam iustitiam, quoad conditionem peccati & mortis, quae uenit ex peccato, qualis fuit ipse CHRISTVS antequàm cruci affixus esset, respectu uitae corruptibilis & mortalis. Gessit enim typum peccatoris, & peccati. Sicut ergo CHRISTVS dum ista uita uiueret, expostus fuit passionibus carnis huius, & corruptioni uitae mortalis, antequàm cruci confixus esset & expirasset: Ita sese habet homo in statu naturae suae lapsae respectu uitae peccati: quia in eo peccatum uiuit, & ipse uiuit peccato fructificans illi ad mortis danationem. At si ingressus in CHRISTVM semel affigitur cruci (quod fit per fidem & sacramentum) statim mortuus est peccato, postquam satisfecit illi Dñs per mortem cum non teneretur, & non ulterius uiuit illi: quia uirax

Matth. 5.

Qui diligit ueritatem, uide ut haeretici confutentur.

Figura Christi, et hominis peccatoris.

AA in huic

perfectius seruetur mandat, quam mandauerit lex: & ipse precipue dixit. Non concupisces: quin & quaedam legis subtraxit licentias, ligans nos adhuc arctius ad minus concupiscendum.

Isa. 59.

Ier. 31.

Ezech. 11. et. 36.

Cotra Lutheri positionem, non esse sublatum peccatum baptismo.

huic terrenę non ultra est addictus. Hoc est enim uiuere CHRISTVM peccato, scilicet tandiu uiuere donec sit peccato satisfactum. Post uixit, et uiuet in sempiternum Deo, qui gloriosus & gratiosus apparet in conspectu eius, non quasi inimicus sub ira, sed amicissimus sub gratia: nec amplius moriturus pro ullo peccato, sed regnaturus in eius gloriam sempiternam.

Talis ergo esse debet omnis qui CHRISTVM semel indutus est, & cum eo confixus cruci, ut mortuus inueniatur peccato, & legi peccati: & rollantur omnia quę erant uetustatis (ut iam diximus) dominatus peccati, & legis timor, & cetera imperfectionis commemorata: & uiuat homo Deo, seruiens illi in iustitia & lætitia, cum timore tamen illo sancto, qui cum amore coniungitur, & dicat cum B. Paulo. *Viuo ego, iam non ego: uiuit uero in me CHRISTVS.* Quid est dicere; *Viuo ego, iam non ego:* nisi duos Adam esse considerandos, ueterem scilicet carnalem, & nouum spiritualem: Et quod homo in natura sua positus, est in ueteri homine, qui uetus homo de suo infundit in eum quę sunt concupiscentiæ, & peccati, & mortis: Quamdiu enim sic se habet homo ipse, dicitur uiuere per eam uitam quam habet ab ueteri homine: quoniam sic operatur ut habet in his principijs à uetere homine acceptis. At ubi semel CHRISTVM crucifixum induit, hic idem homo mortuus inuenitur secundum id quod erat prius, & fit noua creatura: quia resurgit in CHRISTO, & nouę atque alterius uitę habet principia, quę sunt infusa dona. Dilectio etenim ipsius Dei in illo est: & sic uiuit, non iam ille prior quasi in ueteri homine existens eiusque influxus recipiens, sed quasi in nouo: ut ipse nouus homo dicatur uiuere in eo per principia gratiæ & dilectionis, quam misit in illum CHRISTVS, sicut uitis in palmitem. Hoc est ergo quod ait. *Viuo ego, iam non ego,* id est, non talis qui eram prius, in quo operabatur uetus homo, sed ut nouus homo CHRISTVS. Qui enim in CHRISTO est, aliquo modo & ipse Christus est: atque sic optima ratione appellatur ab Apostolo, cum sit CHRISTVS in eo per suum donum Spiritu suo in eum impressum, in quo dono expressus est CHRISTVS. De huiusmodi uita dixit Dominus aliquando: *Adhuc modicum, & mundus iam me non uidet.* Vos autem me uidetis: quia ego uiuo, & uos uiuetis. *Ac si dixerit, per me uiuetis:* quia ego uita sum, qui & mittā de Spiritu meo in uobis, ut maneat, & sic uos inseret in me illa uera uita, per quam palmites, qui in ea manent, uiuunt.

Quod autem nunc uiuo in carne: in fide uiuo Filij Dei etc. Ad huic sensum est hoc intelligendum. Videbatur non posse hominem, dum in his est corporis compagibus inclusus, uitam habere, uitam scilicet gratiæ: quia caro ista cum sola carnalia concupiscat, non est eiusmodi uitę susceptibilis. At homo qui adhæret Deo, unus spiritus sit cum eo. Et sic licet in carne ista adhuc concupiscibili sit quodam modo positus: quia ta-

men spiritu mortificata est, non uiuit in eius concupiscentia, sed in fide Filij Dei. Ex fide. n. super quam ædificatur charitas, Deo iungitur qui est Spiritus, ut sit unus spiritus cum illo: & ita non est ulterius in carne dicendus, sed in spiritu. Essentia nāq; nostra ex ea parte iudicatur, quę uincit. Si enim in homine caro uincat, dicitur ille homo esse in carne, uel esse caro. Sin autem spiritus superat, dicitur esse spiritus, & in spiritu. Propter quod scriptum est: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Vos autem iam in carne non estis, sed in spiritu: si modo Spiritus Dei habitet in uobis. Fides ergo quę est æternorum, eximit nos à carne, ne eius concupiscentijs succumbamus ob spem meliorum, quę dantur nobis per CHRISTVM, cuius gratia exigitur fides in illum. Nam ipse est uia & ueritas, & uita nostra æterna. Porro alienum omnino esset habere quenquam uitam, & non credere in eum qui est ipsamet uita, & uitę illius autor, quā speramus, & per quem illam obtinemus: præsertim qui tanto nos amore est prosequutus, ut tradiderit in mortem semetipsum pro nobis. Vnde ait.

*Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me,* id est, loco mei. Ego ipse merito mortis supplicij tradendus eram, non ille. Aut potius: *pro me:* ut mihi ad ueram salutem prodesset: Vtrūque enim uerum est. Nam loco nostri nostras suscepit pœnas: ut sic peccatum nostrum dilueret. Itaque tanti beneficii gratiam se habere memoriam ostendens Apostolus, tandem concludit.

*Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitię ergo gratis CHRISTVS mortuus est.* Nihil locus hic continet difficultatis. *Non abijcio* (inquit) *gratiam Dei:* quod perinde est ac si dicat. Non confido in lege, nec in Mose, ut nanciscar iustitiam quoniam sic abijcerem gratiam Dei, quę obuenit nobis gratis per CHRISTVM. Hoc enim iustitię donum gratis nobis donatur: idē & gratia Dei iure dicitur. Lex quidem per Mosen data est (ut testatur B. Ioannes) Gratia autem & ueritas per IESVM CHRISTVM facta est. Neminem uero lege Moseos iustificari, clarum ex eo est: quandoquidem si ita se res haberet, CHRISTVS gratis esset mortuus. Cur enim oportuisset eum mori, si iustitiam, id est, donum illud quod quis sit iustus, operata esset lex in ipso homine, ut coram Deo uerē uiuere posset?

Hic nota pie lector, quā perpetuē & calumniosē nos accusent hæretici, qui contra Apostolum nos docere uociferantur, per obseruantiam legis obtineri donum iustitię: quod nullus unquam Catholicorum uel somnauit. Etenim B. Augustinus, & doctores catholici omnes, & uniuersa CHRISTI ecclesia semper docuit, Neminem posse suis uiribus à peccato resurgere, nec quicquam agere quod mereatur tantum iustitię donum, cum excedat omnem humanam potentiam. Alioqui gratia, quam prædicat omnis ecclesia, non esset gratia. Non igitur in hoc est neruus disputationis, & controuersię status inter nos & illos: sed in alijs, quę notata sunt.

Rom. 8.

104. 1.

Calumnia hæreticorū in Catholicos.

C A P.

CAP. III.



**I**NSENSATI GALATÆ: quis uos fascinauit non obedire ueritati, ante quorū oculos IESVS CHRISTVS profcriptus est, & in uobis crucifixus? Hoc solū à uobis uolo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cū spiritu cœperitis, nunc carne consummami? Tanta passi estis sine causa? si tamē sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritū, & operatur uirtutes in uobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuñciavit Abraham. Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Quicūque enim ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanerit in omnibus quę scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestū est. Quia iustus ex fide uiuit. Lex autē non est ex fide: sed qui fecerit eam homo, uiuet in illis. CHRISTVS non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus (quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abraham fieret in CHRISTO IESU, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.



**I**nsensati Galatæ. Iustę reprehensionis uerbum & correctionis, quasi Magistrī & Præpositi. Alia enim ratione nemo potest hoc dicere fratri suo: cui iuxta sententiam Domini, si dixerit: *Racha:* reus erit cōcilij. Et si dixerit: *Fatue:* reus erit geennę ignis. Eo spiritu Dominus gratia correctionis dixit: *O stulti & tardi corde.* Et alibi: *Adhuc & uos sine intellectu estis.* Adiecit & hoc uerbum; *Galatæ:* alludens ad ethymum uocis (B. Hieronymo teste) quasi essent negotiatio ne quadam transmutati. Deinde quærit: *Quis uos fascinauit?* Oculus debilior per potētiore oculum, dum in eum attentius intenditur, fascinatur. Eiusmodi passio est puerorum propria, ab ijs qui malos habent oculos. Mira enim quadā uic afficitur, ut fascinentur. Sic accidit & in his qui pueri sunt sensibus circa ea quę fidei sunt. Fascinantur enim oculi horum puerorum ab oculis nequam hæreticorum, si sese inuicem offendant. Fortior nāq; oculus est hæretici, qui præoccupat quodam modo, & depressum reddit infirmorum intuitum. Caue ergo ne oculum suum in oculum

Matth. 5.

Luc. 24.

Matth. 18.

Qui fascinatur ab hæreticis.

tuum ille figat, ut eum sua malitia informet. Si enim oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit. At si nequam fuerit, etiam corpus tuum fiet tenebrosum. Caue inquam, & diligentissimē: quia in eius oculo malū est, & præstigiū.

Ante quorū oculos IESVS CHRISTVS profcriptus est. Quidam legunt; *præscriptus:* Et sensus erit. Vsq; adeo fascinati estis, ut præscriptum uobis ante oculos CHRISTVM non uideatis? Hic sensus licet sustineri possit, nō placet tñ: quia alius uidei illustrior. Alius ergo sensus est, eo sine fascino factum esse, ut CHRISTVS sit illis profcriptus, id est, damnationi datus quasi ex demeritis, sicut facinorosus quidam: quales olim profcribebantur, qui rei deprehendebantur criminum. Hęc intelligētia à B. Ambrosio probatur & Augustino, ut rectē subdatur. *In uobis crucifixus,* id est, ille qui in uobis crucifixus est, ut perire faceret peccatum, iam profcriptus manet, itā ut nihil operetur in uobis, si reus mortis suomet peccato punitus est, & non ad iustificationem uestram. Aut sic potius: *In uobis crucifixus,* id est, nō solū profcriptus est ut reus, uerū etiam in uobis crucifixus, ut non uiuat & resurgat.

Hoc solum à uobis uolo discere. Vult probare illorum amentiam. Probatio autem in hoc sustēta: Amentis est tñ putare aliquid esse necessariū consequendæ alicuius rei causa, quando appareat iam eā sine illo obtentam esse. Ipsi enim Galatæ præsupponuntur quærere salutem & uitā, quę est à spiritu. Spiritus est enim qui uiuificat, & iustum facit, & compotem salutis hominem. Supponit etiam ipsos accepisse Spiritum Dei, quemadmodum tunc patebat in donis eius: quia loquebantur linguis, & prophetauerant. Quærit ergo B. Paulus: Hunc Spiritum quem iam accepistis, & cuius certa signa sensistis, nunquid accepistis ex operibus legis, an ex auditu fidei: ut sit uobis baudias. Non ex operibus legis, sed ex auditu fidei. Et hinc concludas insignem illorum stultitiam, quam honoris gratia suppressit, quę erat: *Stultē ergo & insipienter id quæritis habere per legem, quod iam habetis per fidem & gratiam.*

*Sic stulti estis.* His uerbis perficitur stultitię probatio à peruersitate ordinis. Hic nimirum reuertus est ordo, ut à carne in spiritum trāseat: nō econuerso, à spiritu ad carnē redeatur, ut alio in loco: *Nō prius (ait) quod spirituale est, sed quod carnale.* Lex autē eo pacto data est carni, ut promoueret ac proficeret in spiritum: cum uideret homo carnalis se eam legem implere non posse, quādiu in carne existeret. Non autem data est spiritui: quia iusto non est posita lex, uidelicet illa dominans & minitans. Cum igitur sic se ordo habeat: Videte, ait B. Paulus, quā stulti sitis, ut cum cœperitis spiritu, uelitis carne consummari, seu perfici. Quod sanē est peruersissimum: quoniam caro non potest possidere regnum Dei. Nam homo nedum carnis ipsius societate ad promouenda spiritus opera iuuatur, sed cōtrā prorsus infirmatur per carnem, ne possit iustificationem, quę lex exigit, consequi.

Luc. 11.

1. Cor. 15.

Tanta

Tanta passi estis sine causa? Additur illud ad exaggerandam stultitiam, cum labor aliquis magnus, qui ob fructum assumptus est, redditur frustra & inanis ex propria stultitia. An non insensati estis, sine causa uelle sustinuisse pericula & passiones, cum eas potuisset cum fructu percipere? At qui carne consummaretur, amittit spiritum: & ideo sine causa passiones & persecutiones sustinuit. Temperauit autem dictum Apostolus, ne in aliquam desperationem illos coniceret, & ait. *Si tamen sine causa.* Ac si dixerit, potest esse non sine causa, si tamen respiscatis, ac stabiles permaneritis in predicata, & a uobis recepta euangelii ueritate.

Qui ergo tribuit uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis &c. Arguit eadem argumenti uerba paululum immutata. Nam superius ab ipsemet qui spiritum acceperunt, deduxit argumentum. Nunc uero ab ipso datore spiritus arguit. Licet enim ipsemet Spiritus sit dator munerum: per homines tamen dat illa, uelut per ministros & instrumenta quaedam. Quærit ergo. Ille qui uobis tribuit spiritum, & uirtutes operatur. Verecunde semetipsum insinuat tacens personam suam, qui operabatur magnas uirtutes in Gætes, & illas quidem non ab obseruantia legis, sed a Spiritu fidei. Nam Apostolus manifeste non seruabat Moyses legem. Operabatur ergo illas uirtutes non ex operibus legis, sed ex auditu fidei: quia & ipse audiuit & credidit, propter quod & loquutus est, ut ad Corinth. superius (ut uidimus) restatus est. Vnde addit exemplum.

Abraham (inquit) credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Possumus aliter hunc locum intelligere: et hoc ad ipsum Deum referre, qui illa contulit Apostolis & Gentibus charismata, non ex operibus legis quæ fecerunt, sed ex auditu fidei. Quoniam qui ea signa & uirtutes faciebant, uel ex Gentibus erant, qui non habebant Moisaicam legem: uel ex Iudæis, qui iam illam non seruabant.

Sed cum ex hoc loco hæretici moueantur ad contemnenda opera, & mercedem operum, nolentes sano intellectu scripturas intelligere: considerandum est subtilius, & clarum fiet eos ex ipso hoc loco egregie confutari. Dicitur enim à Deo Abræ. Noli timere Abram: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et post hæc scriptum est: Credidit Abraham Deo &c. Hic primum fidem agnosce, quæ habet obiectum suum promissionem eternorum. Dixit enim Deus: Ego merces tua magna nimis. Ex illa igitur fide, agnosce iustificationem primam sine ullis præcedentibus operibus gratiosam. Sed nondum est merces illi fidei: quia merces ibi promittitur, non redditur. Cum autem merces promittitur, opus exigatur (ut Apostolus ad Rom. testatur) & ipsa uis uocis aperte declarat. Iustificatio ergo illa prior non fuit ex opere. Non ergo erat merces adhuc, quæ datur operibus, sed quia promissa est ibi merces, etiam opera expectanda erant, quæ sequuntur fidem, ut daretur mercedis locus. Iustificatio enim plena quæ secum habet mercedis debitum, ex operibus perficitur: & merces ipsa tunc post se-

nem laborum redditur: quod nolunt hi perfidi.

Cognoscite ergo quia qui ex fide &c. Ratio hæc sustentatur in hoc: quia filius Abraham re promissus est spiritus & hæreditas, sicut erat scriptum. Et ne deciperentur, credentes hanc filiationem esse secundum carnem intelligendam, ait: *Cognoscite ergo*; ac si dixerit: Intellectu spirituali percipite, ipsum Abraham ex fide factum esse patrem eorum qui fide illum imitentur. Et sic illi qui ex fide sunt, non filii Abraham sunt, & non Iudæi tantum. Est autem tropus hebraicus; esse ex fide. Sicut et dicitur: Esse ex ueritate; Ex lege; Ex carne; Ex contentione, & huiusmodi. Nam ex his quendam modum essendi uarium declarat, coram Deo credibilem. Ergo illi sunt filii Abraham, qui sunt ex fide, id est, natiuitatem suam obtinuerunt ex fide, ut sint quodam modo noua creatura. Quod etiam autoritate è scripturis petita sic probat.

Prouidens autem scriptura &c. Argumentum sic componitur. Hi sunt filii Abraham, ad quos pertinet illa data Abraham benedictio. Illa autem data Abraham benedictio pertinet ad omnes omnium nationum gentes, quæ consideratæ sunt in ipso Abraham, uelut filii eius. Sed non erant omnes gentes proditurae ex Abraham secundum carnem, sed una gens tantum, illa nimirum Iudæorum. Ideo oportet considerare Abraham filios alio modo, quam secundum carnem. Igitur secundum spiritum, qui datus est ipsi Abraham, ut esset pater multarum gentium, non unius gentis tantum. Datus est autem illi spiritus non ex operibus legis, cum lex nondum esset: nec ex operibus absolute quibuscunque, sed ex fide, ut ait scriptura. Ergo & hoc similiter de filiis est dicendum; ut in illa benedictione concludantur. Vnde bene & efficaci ratione concludit Apostolus noster, & ait.

Igitur qui ex fide sunt, id est, qui ex fide facti sunt noua creatura: benedicentur, id est, spiritualibus donis ornabuntur, cum fidei Abraham. Et nota quod ait. Prouidens scriptura &c. ut ostendat hoc esse propheticum. Quia enim semel Deus statuit iustificare impios ex sola fide: & uidit uenturas ad se per fidem gentes, quo facto imitaturæ erant Abraham patriarchæ illi. Ideo prænucliauit in eo esse benedicendas: quia uidit & Abraham similiter crediturum, & propter eximiam eius fidem, ueluti patrem fidei futurum, hoc ipso quod in ea suscipienda daret exemplum omnibus. Et postquam probauit dari spiritum filiis Abraham ex fide, sicut prius datus est ipsi Abraham patri, etiam amplius probare contendit, per legem contrariò non posse dari spiritum, sed ex ea potius maledictum legis uenire: quod sic probat.

Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt. Dicitur ex operibus legis esse (iuxta tropum scripturæ) qui in ea substantia uel essentia est, qualem legis opera constituunt. Homo enim si legis opera fecisset (quod tamen non poterat, nisi ex fide prius esset iustificatus) ex suis illis operibus habere gloriam poterat apud homines, non apud Deum: nisi quod ipse legis benedictionum carnalium creditor esset, quas enu-

merat Moses. Sin autem econuerso transgressor legis fuisset, sicut proculdubio fuisset (nemo enim poterat seruare legem absque gratia, quæ obtinetur per fidem) inueniretur maledictio legis subiectus. Quia igitur nemo faciebat opera legis tanquam ex lege existens, & non ex fide: circo ait B. Paulus absolute, eos qui erant ex operibus legis & non ex fide, fuisse sub maledictio. Nemo enim illorum prorsus faciebat legem: sed nec facere quidem absque gratia dono poterat.

Oportet mente hæc & cogitatione sapienter distinguere: Aliàs nunquam intelliget quisquam Apostolum. Et hoc hæreticis uidemus contigisse, qui dum loca scripturarum distinguere & conciliare negligunt, in errores turpissimos & perniciosissimos inciderunt. Sunt enim considerandi diligenter uarij hominum status, quos Apostolus huiusmodi dicendi modis significare consuevit, nimirum. Esse ex lege, aut ex operibus legis: & esse ex fide. Et illud in primis mordicus tenere debemus, legis appellatione legem Moyses, quæ fide præcedebat, esse intelligendam: cuius hæc intentio secundum Deum initiare hominem, & quodammodo candidare ad fidem, inducendo per uiam mandati impossibilis miserum illum ad notitiam sui infelicis status, ut eum sui ipsius poeniteret, sibi que displiceret: & quæreret suo infesto morbo medicinam ab ipsamet lege propheticè ostensam. Hæc est CHRISTVS, & in eum fides, unde uenit iustitia: ut sic postea iuste posset ac legitime certare ad acquisitionem coronæ, & sempiternæ felicitatis, quæ ex lege expectanda non erat.

Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Parum differt locus hic citatus ab ipso fonte Deut. 27. Non legitur ibi: in omnibus; sed facile subinteligitur: quoniam unius transgressor, omnium reus est. Qui enim præcepit alia, præcepit & illud. Ideo is conuincitur non diligere, qui uel unum prætermittit seruare diuinum mandatum.

Obsecro uero te, bone lector, attende diuine prouidentia pro hominis peccatoris reparatioe sapientissimum ordinem. Primum animo contemplari debes, hominem promouendum in CHRISTVM sic debuisse disponi, ut agnosceret semetipsum peccatorem, infirmum ad omne bonum. Tum benignam Dei prouidentiam, qui dignatus est parare illi Redemptorem & medicum IESVM CHRISTVM, qui unctioe sua illum ab ea infirmitate sanaret: modo ille & Redemptor, & medicum similiter agnosceret, eumque inuocaret. Secundò cogitare debes ipsum hominem esse natura superbum, & sibi ipsi modo mirando (seu uerius miserando) ignotum, ut de semetipso & suis uiribus præsumat grandia, & magnifica: & ita putare se sanum, nec indigere ullo medico. Quamobrem Dominus Deus dedit ei legem: quia arbitrabatur homo se uires habere ad obseruandum, & implendum illam, ut probaret tandem experimento per transgressiones talem sibi potentiam deesse. Rogatus enim fuit data lege, utrum uellet eam seruare & custodire. Et clamauerunt cuncti

una uoce lecto & audito libro legis: Omnia quæ loquutus est Dominus, faciemus: & erimus obedientes. Et postquam exposita fuerunt eis maledictio legis non seruantibus illam, similiter clamauerunt omnes, Amen. Sciebat Deus eos legem non seruaturus, & sub maledictio legis esse premendos. Quamobrem conclusit eos sub eo maledictio, ut misericorditer traheret ad CHRISTVM. Itaque sic sub legis maledictio constitutis, atque conclusis sub peccato, promissit & dedit illis locum poenitentia, ut sic redimerentur ex maledictio per CHRISTVM. Qui si rursus auersi essent à nouo mandato & CHRISTO: tunc Moyses inuocat testes cælum & terram, obnoxios fore maledictio, non iam legis illius, sed CHRISTI, uidelicet illi eterno cum audient: Ite maledicti in ignem æternum. Quapropter ait. Prædico tibi hodiè quod pereas, & paruo tempore moreris in terram, ad quam Iordane transmissio ingredieris possidendam. Qui semel receptus Iordane transmissio, id est, per baptismum intrauit in terram, quæ est CHRISTVS, si illi respuat per mala opera, erit ei damnatio æterna, quod absit. Lege cap. 30. Deut. Est enim clara ibi enunciatio & promissio euangelij.

Quod autem in lege nemo iustificatur apud Deum etc. A quibusdam fortassis dici poterat (licet non secundum ueritatem, sed apparenter tantum) extitisse multos qui legem seruauerunt absque adminiculo fidei, & sic non subiacerunt maledictio. Quia tamen non per hoc uerum fuisset, iustos coram Deo ex ipsa uel legis fuisse: ideo ut omnium obstruatur adiungit. Quod autem in lege etc. id est, ex ui & autoritate legis, quæ per Moysen uenit. Alioqui in lege existentes multi saluati sunt: sed liberati & ipsi à Deo per IESVM CHRISTVM, non quasi minime tenerentur seruare legem: sed qui illam non seruarent ex lege, id est, ex ui & potentia legis minatis, & promittentis, sed ex fide que per charitatem operatur. Ideo manifestum esse ait, in lege neminem iustificari. Primò: Quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, quæ scilicet est æternorum, id est, lex præcedit legem fidei in homine. Nam post legem uenit fides. Lex enim non dicit: Qui fecerit legem, habebit uitam æternam. At hoc lex fidei dicit, quæ est sperandarum substantia rerum. Si enim lex proposuisset præmia æterna: quid opus fuisset CHRISTO & fide in illum? Moses enim omnia præstitisset. Ergo subsequuta est hæc fides ipsam legem: ut quod lex Moyses non potuit, perficiat euangelica fides.

Et ne dicas: Nullum ergo præmium statuebatur facienti: Respondet Apostolus, quod nequaquam iustificationem coram Deo efficiebat: quia lex ipsa quæ promittit, non aliam uitam promittit, quam illam, quæ in ipsa continebatur. Scriptum est enim. Qui fecerit ea homo, uiuet in illis. Hoc iam expositum est in ea quæ ad Romanos. Viuere enim in mandatis legis nihil aliud est, quam eam uitam ex eis consequi, quæ in eis iuxta litteram promittitur, non iuxta spiritum. Nam talis est, qualis debetur mundanæ iustitiæ, ut quis scilicet sit longeuus super terram, & fruatur ipsius terræ

In confusam hæreticorum doctrinam.



terre diuitijs, & huiusmodi que legis litera spō-  
debat. At explens opera fidei, uiuit in mandato  
fidei, quod est CHRISTVS, qui manet in æternū.  
Quamobrem? quia ipse CHRISTVS est manda-  
tum nostrum, & lex nostra. Itaq; in ipso inueni-  
tur uita ipsa, cum idem sit uia & uita: ut qui ope-  
ratur parendo præceptis & sequendo illum in  
uia, obtineat illum tandem in patria. Audi ergo  
quō lex nō est ex fide: & ob eam causam inu-  
tilis quantum pertinet ad consequutionem eter-  
norum, ad quæ fides respicit. Nam apud B. Pau-  
lum. Omne quod non est ex fide, aut uanum, aut  
etiam peccatum est. Fidei enim omne quod  
nō est ex fide, peccatum est, si sit actus humanus:  
quia Christianus omnia debet in Deum dirigere,  
saltem (ut Theologi & dispositione aiunt) uirtua-  
liter intentione quadam primaria.

Non est hoc in loco omittendū, quod cuius  
non satis in scripturis exercitato potest occurre-  
re dubitationis. Quomodo uerum sit legem nō  
esse ex fide: & nos iam exposuimus, quōdilla præ-  
cesserit fidem. An non igitur ante legem fuit  
fides, quæ ab initio mundi fuit in Adam, & Ha-  
bel ac cæteris patribus? Respondeo, fuisse quidē  
fidem semper post Adæ peccatū de CHRISTO  
uenturo: & sic antequā lex data esset Moyfi. Ve-  
rū Apostolus uoluit docere reinaturam, & or-  
dinem cum Iudæis à Deo seruatum per media-  
torem Moſen. Primò enim Dominus uoluit  
congregare populum illum, & erudire ac præpa-  
rare, ut illum redderet idoneum ad fidem, ut sua  
die aduenientem CHRISTVM reciperet. Igitur  
coegit illum in angustijs sub rege Ægyptiorum  
Pharaone, ita ut magno clamore uociferarentur  
ad Dñm. Deinde nunciavit se uelle per manū  
Moſeos educere illos licet renitentis & dicentis.  
Mitte quem missurus est, intelligendo de CHRIS-  
TO: de quo tamen Dominus nullum uerbum  
adhuc. Solum enim temporalia promittuntur, &  
terra illa Chanaā. In hoc cōstituitur Moſes Deus  
Pharaonis, quem plagis decem afflixit, & fecit  
tandem demergi in mare cum curribus & equi-  
tibus suis. Et post murmurationes multas, et ten-  
tationes ad aquas contradictionis, dedit eis legē,  
nihil mandans adhuc de fide, quæ proprie respicit  
æterna: sed solum carnales promissiones & ter-  
renam felicitatem proponens seruantibus eam.  
Et contra, non seruantibus supplicia merè tempo-  
ralia. Vnde euidenter apparet, legem non esse ex  
fide, sed præcessisse fidem. Nam post hæc omnia  
Moſes ut propheta, non ut legislator, de CHRIS-  
TO annunciat, & illum uenturum prædicat au-  
diendumq; mandat: quia lex gratiæ à CHRISTO  
est, non à Moſe. Et est postrema lex: quia carna-  
lia priora sunt spiritualibus: figuræ priores sunt  
ueritate: & pedagogus prior magistro. Sic lex  
illa non præcessit fidem: quia lex fuit pedagogi  
lex, nec ualuit quenq; per se unquam ad perfectū  
adducere: quin potius operata est peccatum &  
maledictum, à quo illos erui oportuit. Vnde ab  
ipso Apostolo opportunè adiungitur.

CHRISTVS uos redemit de maledicto legis. Qui

redimit (ut ait B. Hieronymus) proprie quod fuit  
erat, redimit. Eramus enim ante omne peccatum,  
CHRISTI: sed postmodo traditi sumus Satanæ  
sub maledicto omnes. Maledictum fuit commu-  
ne in Adā, in quo omnes peccauimus: & in quo  
omnes eramus natura filij iræ. Sed nō qui erant  
sub lege adiungebatur maledictum legis, non ser-  
uantibus illam. Ab utroq; autem maledicto libe-  
rat CHRISTVS cūctos. De maledicto enim Mo-  
ſeos hīc exprimitur, propter id quod dixerat. Qui-  
cunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt:  
ut intelligamus & Iudæos esse à speciali suo male-  
dicto liberatos, licet in eis abūdauerit peccatum.  
Illis nanq; prouisum est, ut ubi abundaret pecca-  
tum, superabundaret & gratia. Adducit scriptu-  
ram ad istud fortius confirmandum.

Maledictus omnis qui pēdet in ligno. Septuaginta in-  
terpretati sūt: Maledictus à Deo. Aquila & Theo-  
dotion: Maledictio Dei. Et sic habet hebraica ue-  
ritas, cuius est tropus. Sic Iudæi appellabantur  
circuncisio: quia circuncisi. Sic CHRISTVS, in  
quem cecidit omnis nostra maledictio, etiam ma-  
ledictio uocatus est à Deo: sed ad horam & mo-  
dicum quid, ut statim in omnem benedictionem  
conuerteretur maledictio illa in illum, et in om-  
nes, qui eius charitatem eximiam deuotè ample-  
ctūtur. Symmachus interpretatus est: In blasphemiam  
Dei suspensus est. Alij: Iniuria, siue contumelia  
Dei. Alij: Cōuicium Dei. B. Hieronymus à  
suo præceptore se didicisse ait, sic legi posse. Quia  
contumeliosè suspensus est. Et ad illius scripturę  
intellectum sciendum est, ibi cauere lege: Quan-  
docūq; peccaret homo morte plectēdus, & adiu-  
dicatus esset patibulo, non permittendū mane-  
re cadaver eius in ligno, sed eadem die sepeliri:  
Quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.  
Et hoc, ne contaminetur terra, quæ data erat  
illi Hebræo populo possidenda.

Hic locus, si ad nudam literam consideretur,  
nihil dignum intellectu continere uidetur. Quid  
enim mali habet permittere manere suspensum  
in ligno? Et quænam eo cadauere euenit terræ  
contaminatio? Attamen quia iuebantur quædā  
in figuram futuri, iccirco ille locus specialiter de  
CHRISTO (iuxta spiritū) debet intelligi: in quo  
sensu hīc à B. Paulo allegatur quàm manifestissi-  
me. Non permissum manere in ligno, sed eadem  
die crucifixum sepultumq; iuxta literam fuisse,  
hoc habet quidem ipsa historia.

At sensus allegoricus habet, quōd sicut cor-  
pus CHRISTI illud factum peccatum & male-  
dictum pro nobis (quod figurabat ipsum nostrū  
peccatum & maledictionem) cum est crucifixū,  
extinctum est & mortuum, & nō potest ulterius  
manere super terram, sed debet sepeliri & à con-  
spectu hoim auferri: ita significatur & nostrum  
peccatum, & nostram maledictionem, seu cor-  
pus peccati, quod eramus nos, debere cū CHRIS-  
TO mori suspendio: & mortuum quidem pec-  
cato non sic manere, sed sepeliri ut non uideatur  
cadauer, hoc est, ille sētor coram cœlo. Quin nec  
in sepultura tale corpus diu manere potest. Ergo  
& nos

Allegoria de  
morte Christi  
& sepultura.

& nos sic sumus, qui mortui sumus cum illo in  
mysterio, & sepulti cū illo, ut itidem resurgamus  
cum illo, ad ostendendum omnem maledictionē,  
& blasphemiam, & iniuriā Dei, per crucifixionē  
CHRISTI & sepulturā esse sublatā: ut & nouus  
homo inueniatur super terrā, qui ambulet absq;  
corruptiōe peccati, uetere profuse extincto hoīe,  
et à conspectu Dei remoto cadauere per sepul-  
turam. Si quis ergo crucifixus in CHRISTO,  
adhuc manere uelit in ligno suspensus, nec sepel-  
tur cadauer, & sic non resurgat in uitam nouam,  
esset contaminatio terræ, idest, CHRISTI, qui  
uera est nostræ promissionis terra. Perinde enim  
esset, ac si uellemus CHRISTVM non desisse à  
peccato, idest, peccato non satisfecisse semel pa-  
tiendo: sed continuè uellemus eum ad passionem  
assiduè peccātes adigere, & ab eo satisfactionem  
illam petere, quam semel fecit, & quam in baptis-  
mo semel obtinere possumus. Et tamen istud uo-  
lunt, & ita docent recentiores hæretici.

B. Hieronymus miratur cur hīc Apostolus;  
Dei, uocabulum reliquerit, & adiecerit: Omnis; cū  
non ita sit in hebræo, nec apud Septuaginta. Et  
suspensus est ab Hebræis in Christianorum inui-  
diam additum illud: à Deo: ut putaretur prophe-  
cia de CHRISTO qui esset maledictus ab ipso  
Deo. Nam (ut ait) nunquam legitur in scriptu-  
ris à Deo quemq; esse maledictum. Sed nihil ue-  
rendū est, hoc in scripturis fuisse peculiariter præ-  
dictum de CHRISTO, cum ipse sumeret perso-  
nam omnium nostrū, & reatum omnium pecca-  
torum, ut propterea dici rectè potuerit maledi-  
ctum à Deo: quod ad maximam eius laudē per-  
tinet. Et illud similiter in eius reuerentiam manda-  
tum est, ne cadauer eius manere deberet, sed eadē  
die daretur ad sepulturam, idest, postquam satisfe-  
cit peccato honorādū fuit sepultura & contegē-  
dum, ne uelut maledictum ulterius putaretur, &  
contaminaretur terra. Nam ob hoc maximè be-  
nedictus est: quia in se peccatum & maledictum  
nostrum transtulit, & poena illa affectus extinxit.

Adhæc miror B. Hieronymi dictum, nō in-  
ueniri in scripturis quemquā maledictum à Deo.  
Nam Ecclesiastici. 3. legitur: Maledictus à Deo  
qui exasperat matrem. Excusasset fortè, Ecclesia-  
sticum apud Hebræos inter scripturas non reci-  
pi. Legitur tamen apud Malach. cap. 2. Ait Do-  
minus: Maledicam benedictionibus uestris. Item  
Tren. 2. Maledixit sanctificationi suæ. Quōd  
uerò Apostolus omiserit, à Deo; & addit: Omnis;  
nihil sensum immutat: quoniā omnia hæc subin-  
telliguntur. Nā in ipso CHRISTO uelut sub capi-  
te, & tanquā palmites in uite, omnes eramus. Et  
qui simpliciter dicitur maledictus, intelligitur ma-  
ledictus à Deo. Hæc est enim uera & solida ma-  
ledictio, & omnium maledictionū consummatio.

Sed quid est quod ait: Ut in gentibus benedictio  
Abrahæ fieret in CHRISTO IESV, ut pollicitationē  
spiritus accipiamus per fidem? An idē redēpti sunt  
Iudæi ex maledicto, ut Gentes benedicerentur?  
Certè hīc fuit in prouidentia diuina ordo, ut etsi  
omnes uellet redimere Deus, tamen prius Iudæis

prospiceretur, deinde Gētibus. Ut enim nos Gē-  
tes à peccato redimeremur, prius illi debuerunt  
redimi etiam à suo maledicto: quō magis hono-  
rare? populus ille à quo ueniebat CHRISTVS;  
propter ipsum CHRISTVM. Et nota, dicit  
pro illis maledictum factum esse CHRISTVM,  
pro nobis autem omnibus peccatum, ut iustitia  
Dei efficeretur in ipso. Benedictio uerò Abrahæ  
fuit secundum Spiritum, & in omnes Gentes,  
nō autem in solos restricta Iudæos: sed citra per-  
sonarum acceptionem in omnes tam Iudæos q̄  
Gentiles, modo illi benedictioni sese aptarent,  
eamq; sibi per fidem applicarent, sicut Abraham  
pater fidei sibi ipsi applicauit.

Fratres (secundum hominem dico) tamē  
hominis confirmatum testamentum nemo  
spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ  
sunt promissiones, & semini eius. Non dicit;  
Et seminibus; quasi in multis: sed quasi in  
uno; Et semini tuo; qui est CHRISTVS.  
Hoc autem dico. Testamentum confirma-  
tum à Deo, quæ post quadringentos & tri-  
ginta annos facta est lex, non irritum facit  
ad euacuandam promissionem. Nam si ex  
lege hæreditas, iam non ex promissione.  
Abrahæ autem per repromissionem dona-  
uit Deus. Quid igitur lex? Propter trans-  
gressionem posita est, donec ueniret semen  
cui promiserat: ordinata per Angelos in ma-  
nu mediatoris. Mediator autem unius non  
est: Deus autem unus est. Lex ergo aduer-  
sus promissa Dei? Absit. Si enim data esset  
lex quæ posset uiuificare, uerè ex lege esset  
iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub  
peccato, ut promissio ex fide IESV CHRIS-  
TI daretur credentibus. Prius autem quā  
ueniret fides, sub lege custodiebamur con-  
clusi, in eam fidē quæ reuelata erat. Itaq;  
lex pædagogus noster fuit in CHRISTO, ut  
ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam  
non sumus sub pædago. Omnes enim fi-  
lij Dei estis per fidem quæ est in CHRISTO  
IESV. Quicūque enim in CHRISTO ba-  
ptizati estis, CHRISTVM induistis. Non est  
Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque  
liber: non est masculus, neque fœmina. Om-  
nes enim uos unum estis in CHRISTO IESV.  
Si autem uos CHRISTI: ergo semen  
Abrahæ estis, secundum promissionem,  
hæredes.

Fratres (secundum hominem dico) &c. idest, secū-  
dum humanā traditionem, quæ rationabiliter fa-  
cta creditur, & probatur ab omnibus. Inducit  
hoc in loco Apostolus rationem ad suadendum  
quod uult, & ait. Tamen hominis confirmatum testa-  
mentum nemo spernit, aut superordinat &c. Spernere  
hominis

hominis testamentum, est abjicere & floccifacere, ut non consequatur effectum. Superordinare autem, est aliquid addere, uel immutare. Hoc ergo uniuersaliter accepto, nemini concessum esse ut testamentum semel factum & constitutum (ipso testatore excepto) spernere possit, aut superordinare: sumit hoc. Deus disposuit testamentum suum Abraham & semini eius: quia illi promissit & semini eius dispositione testamentaria. Et uocat multitudinis numero, promissiones: quia plures fuerunt, & admixta est promissio spiritualium donorum carnalibus promissionibus: de quibus est aliquantulum latius considerandum.

Primo dictum est Abraham, cap. 12. Gen. Egredere de terra tua. Et post hæc illi dicitur: Faciam te in gentem magnam: & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedictibus tibi: & maledicam maledictibus tibi. Atque in te benedicentur omnes cognationes terre. Hactenus solum Domini Dei præceptum, & pura futuræ prolis ac benedictionis enunciatio: non solum ipsius, uerum etiam in ipso omnium gentium. Et post hæc cum obtemperasset ei Abraham, & peregrinus in ueniretur cum Loth in terra Haram: inde cum illo egressus est, ueneruntque in terram Chanaan, ubi habet uisionem, & ei terra illa promittitur. Quo in loco ædificauit altare Domino: & inde transgrediens montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, habens ab occidente Bethel, & ab oriente Hai: & ibi quoque ædificauit altare Domino. Et cum interueniret Loth, propter pastorum iurgia, separatio: ipse Dominus promittit ei terram Chanaan, & eius semini post eum in sempiternum. Semen autem promittit se aucturum ad numerum pulueris terræ. Et post hæc cap. 15. cum iam certasset, & obtinuisset contra quatuor reges: cumque obuiaisset Melchisedech sacerdoti panem & uinum sacrificanti, & benediceretur ab illo: factus est sermo Domini ad eum per uisionem, & dictum est illi. Noli timere Abram: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Hic enim prius significatum est CHRISTI sacrificium, & testamentum in illius sanguine. In hoc uera æternorum promissio, quæ exigebat fidem ex gratia Dei iustificatam. Quo in loco Abram rogat semen, cui & repromittitur. Ipse autem credidit Deo non de se tantum, in eo quod illi promissa esset æterna uita: uerum etiam de semine & hærede ex futuro, in quo & ipse, & cæteri omnes essent benedicendi. Post hanc fidem promittitur ei terra: & super hoc nascitur pactum, & feritur in uaccarima, & capra trima, & ariete trimo, & in turture & columba: cuius sacrificij mysterium alium & longiorem tractatum exigere, & alium doctorum qui idoneus posset explicare. Post hæc item Abræ fidem, & promissionem, & pactum de terra Chanaan, rursum cap. 17. apparet ei Deus, & ait. Ambula coram me, & esto perfectus: ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te uehementer nimis. En quo post fidem requi-

rit ut ambulet coram se, & perfectus sit. Sic & ait CHRISTVS discipulis. Estote uos perfecti. Et hic promittitur ei pactum, & futura eius multarum gentium paternitas. Unde dilatatur ei nomen, ut iam non sit Ahram pater unius tantum gentis, sed Abraham pater multarum gentium. Et iterum promittitur ei terra: & accepit signum pacti & fidei, circumcisionem, quam uocat pactum & signum pacti inter se & illum, & eius semen custodiendum: quia in eo signo ipsum pactum CHRISTVS significatur. Sic enim scribitur. Circumcidetur ex uobis omne masculinum: & circumcidetis carnem præputij uestri, ut sit signum inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis, omne masculinum in generationibus uestris &c. His peractis nascitur ei Isaac: qui ubi adoleuisset, tentatur super illo pater, cui inuento promptissime obediens, confirmatur iure iurando testamentum, & promissio de CHRISTO futuro per Isaac, in quo benedicendæ essent omnes gentes. Ut benedictio omnium gentium in Abraham intelligatur, uelut in exemplo ac typo per imitationem, ut qui credat cum fidei Abraham, adipiscatur benedictionem, sicut ille adeptus est. Benedictio autem omnium gentium in semine intelligatur, tanquam ex illius SEMINIS benedicti.

Et huc literæ filii si subtiliter aduertas, potes hactenus in ipso Abraham perfectum Christianum hominem contemplari.

Primo renunciat diabolo, & omnibus pompis eius, & ueterem hominem carnalem exiit. Istud in eo accipitur, ubi iubetur de terra sua egredi &c. Secundo, quum ad tempus fidei uentum est, promittitur ei cœlestis hæreditas, & protectio: & mandatur ut omnem expellat timorem: quia uera charitas mittit foras timorem. Et hic est inchoatio uitæ in fide, quæ dicitur iustificatio à peccato, ut possit homo iam receptus & signatus signaculo fidei, procedere in agonem siue in cursum, ut meritorie coronam & brauium percipiat. Fides enim minime ociosa esse debet. Et ideo accepit præceptum Abraham à Deo, ut ambularet coram illo, & esset perfectus. Quod præceptum ut implere posset, circumciditur: in qua re fuit opus fidei spiritualiter. Denique uenit tentatio, quam uiriliter superat: & ex hoc uocatur amicus Dei, & noua confirmatione stabilitur eius merces antea promissa.

Igitur in ipso Abraham (ad uerum ex spiritu scripturarum sensum considerato) omnis doctrina fidei relucet. Nam in illo incoeperunt promissiones & carnalium simul & spiritualium: quia illi sunt dictæ, & semini eius. Illi quidem de multiplicatione seminis secundum carnem, & secundum spiritum: quoniam uerum Iudam, id est, CHRISTVM, & Iudeorum populum ex se erat propagaturus, & adhuc ueros per fidem spirituales filios. Et de possessione terræ similiter secundum carnem, & secundum spiritum: quia terra illa Chanaan, & item uera promissionis terra, uidelicet CHRISTVS nostra cœlestis hæreditas, promissa est. Semini autem similiter iuxta intellectum

Matth. 5.

Quo Abraham typum nostrum gessit.

intellectum carnalem, promissa est carnalis multiplicatio. In Isaac enim seminis constituitur fundamentum, ex quo ortus est ille populus. Et similiter spiritualis propagatio, quæ est per fidem in uero Isaac, qui est CHRISTVS. Et huic promissa est terra gentium, & filijs eius: quorum possessio est ipsemet CHRISTVS. Sic ergo huic semini, non pluribus seminibus repromissa est. Etenim & ipsi CHRISTO repromissa est gloria sua. Nam exinanitus & humiliatus propter nos abiecit eam, & ut sibi illam & nobis simul per crucis obedientiam acquireret, qui inueniremur unum cum illo.

Hoc eleganter, nec ab re, notat hic B. Paulus: quoniam omnes in CHRISTO unus sumus. Ne quis diuersos, & ob eam causam diuersarum legum populos uelit effingere. Nam ipse est qui omnes unius moris facit habitare in una & eadem domo. Ergo promissio, uidelicet propagationis & terræ spiritualis, facta est Abraham, & semini eius CHRISTO. Et hoc est testamentum, uidelicet Patrem illum futurum, non quidem unius populi solius, sed multarum gentium (quemadmodum fuit) ut hæc omnes gentes, ad quas pertineret hoc testamentum, comprehenderentur in semine uno, qui est CHRISTVS. In CHRISTO autem benedicendos ipsum Abraham & illius posteros (hoc nimirum erat Abraham testamentum) fieri illud oportuit per fidem. Sic unum semen omnes efficiuntur, quasi uno eodemque spiritu in unum conflati. Hoc inquam est testamentum adhibito iure iurando confirmatum, propter insignem illam Abraham et rarissimam obedientiam, tanquam non posset ulterius reuocari: sicut scriptum est. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, ita ut ante illam Abraham obedientiam ostendatur quodam modo reuocabilis promissio.

Hoc autem dico: Testamentum, confirmatum à Deo etc. Hoc igitur testamentum sic confirmatum, quod tamen factum fuit antequam lex esset per quadringentos & triginta annos, lex non potuit irritum reddere ad tollendam promissionem. Huius conclusionis medium paulo ante perstrinxit, nempe: Testamentum hominis confirmatum nemini licitum esse spernere, aut superordinare. Sed spretum fuisset hoc Dei mandatum, & super illud ordinatum fuisset ad irritandam promissionem eius, si ex lege ueniret hæreditas: quia si ex lege, iam non ex promissione. Atqui hoc firmatum est pacto & testamento huiusmodi, ut sit iure iurando uallatum, uidelicet ex promissione obuenturam nobis cœlestem hæreditatem, non autem terrenam, quando ueniret ille uerus Isaac, paternus ritus (in quo sibi bene complacuit) illud uerum semen cui repromissum est. Et hoc postquam intercederet mors testatoris: quia à morte perficitur testamenti confirmatio. Si igitur hoc euincitur: Ex testamento uenire hæreditatem, recte sequitur: Ergo non ex lege.

Quo in loco illud animaduertendum est, diuersos esse hos duos autores, scz autorem legis

teris & Autorẽ noui testamenti, & promissionum factarum Abraham & semini eius. Autor siquidem legis est Moses: Autor uerò testamenti, Deus CHRISTVS Saluator noster ac Redemptor, qui dixit Abraham. Noli timere: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et quia credit, hæres designatus est. Nec turbetur ex eo quispiam quod lex uideatur data à Deo: & sic et autorem habere ipsummet Deum. Eri enim omnia sint à Deo tanquam à primaria omnium causa & origine, differunt tamen non parum inter se. Sunt nonnulla quæ Dei esse dicuntur, tanquam ab eo nullo medio uenientia. Non sic autem alia: ut de baptismo B. Ioannis præcursoris, & de CHRISTI ipsius baptismo. Nam illius autor Ioannes dicitur: alterius, id est, nostri baptisimi, CHRISTVS. Et tamen ille dicitur baptisimus Ioannes, licet ueniret à Deo, sed alia ratione & fine. Et hic noster dicitur baptisimus CHRISTI. Sic & lex & gratia tanquam diuersorum autorum dicuntur propter diuersos, per quos illæ leges ministratæ sunt, legislatores. Moseos enim lex dicitur. CHRISTI autem dicitur gratia. Unde & ipse B. Ioannes dixit. Lex per Moysen data est: Gratia & ueritas per IESVM CHRISTVM facta est. Ut & hic annotes fuisse datam legem, non factam. Gratia autem ipsa facta dicitur. Non enim erat Moseos facere legem, sed solum enunciare. CHRISTVS autem etiam creat & facit legem in corde nostro, gratiam statuens & charitatem, quam nobis infundit, non iam in tabulis scriptam lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Sed hoc in loco oritur quædam dubitatio: Quoniam reuera aliud uidetur esse pactum, & fœdus, & promissio: aliud uerò testamentum. Et nihilofecius B. Paulus hæc uidetur pro eodem accipere, & ista quodam modo confundere. Quam ob rem B. Hieronymus ait. Manifestum est id fecisse Apostolum, quod promissit: nec reconditis ad Galatas usum esse sensibus, sed quotidianis & uilibus, & quæ possint (nisi præmisset: secundum hominem dico) prudētibus displicere.

Adhæc, Consideratio illa B. Pauli, singulari numero dictum; semini; & non; seminibus; uidetur minus circumspecte facta. Qui enim sciret legem, id facile contemneret: quoniam in toto ueteri instrumento (si quis diligenter reuoluerit) minime reperietur hæc uox, nisi in singulari tantum numero, nunquam in plurali. Itaque ad idem redit B. Hieronymus, Apostolum excusans tanquam qui ad crassos Galatas usus sit argumentis leuioribus, & apud prudentes inualidis.

Quæ certe mihi nedum absurdè & falsò, sed etiam periculose dicta uidentur (salua tamen semper sit, quæ tanto Doctore debetur reuerentia) ut mox ostendemus. Neque hoc dicitur, ut minus habeatur fidei tanto ecclesiæ Lumini, quem certè ob singularem in hæreticos zelum, quo præditus fuit, peculiari ueneratione prosequimur, sed ne simpliciores decipiant, maxime ad sentiendum de Aplo Paulo iniquius. An non graue absurdum

Iudicandū est, si admitteremus B. Paulum inua-  
lidis argumentis probare uoluisse ueritatem fi-  
dei, eo potissimum tempore cum haberet infe-  
stos acres illos falsos fratres Iudæochristianos,  
quorum perniciosam prædicationem potentis-  
simis rationibus (necum triualibus argumentis)  
e mentibus Galatarum euelli oportuit, quos cu-  
pit tanto spiritu abscondi. Et nunquid Spiritusan-  
ctus & CHRISTVS qui per illum loquebatur,  
uellet eum ea loqui quæ prudentibus displicere  
possent? Quasi uerò apud Galatas deessent Iudæi  
legis doctores, qui hæc improbare nescirent:  
præsertim cum (ut diximus) in contentione ad-  
uersus illos adducerentur. Aut quasi non scribe-  
rentur hæc etiam posteris, ipso Spiritu sancto ne  
quid inepti adesset, præcurrente, & providente.  
Quare absit ut hæc fidelis quisquam recipiat.  
Nam illud eiusdem Doctoris commentum quis  
ferat? Apostolum idè illud præmississe: *Secundum  
hominem dico*; ut ostenderet argumentum suum  
nequaquam ualere? Itaque duo sunt hic notanda,  
quæ an tanto Apostolo digna sint, prudens le-  
ctor consideret. Primum: Argumenta, quibus  
uult Galatas coarguere, leuia esse, & ita ineffi-  
cacia & crassa, ut uel quæ possint displicere ui-  
ris prudentibus. Alterum uerò, quod ipsemet  
B. Paulus hoc profitetur, uidelicet se secundum  
hominem loqui, idest, minus idoneè ad ea pro-  
banda ac persuadenda quæ uelit. Egregium sanè  
genus ad persuadendum. Certè non secundum  
hominem hoc fateretur, crasse scilicet se loqui non pro-  
sapientibus, sed pro insipientibus. Equidem hoc  
in loco satis mirari nequeo tantum Doctorem:  
Nisi illud uerissimum experirer & probarem,  
Neminem omnibus horis sapere. Et in eiusmodi  
monere lectorem operæpretium putauit, ut cum  
in hæc scandala incidit, se prudenter gerat, et me-  
dia uia incedat: ne uel in omnibus sanctorum pe-  
riclitetur auctoritas, propter unum aut alterum  
errorem: uel ne ita contemnatur, ut nihil faciat  
præiudicij uel momenti ad persuasionem, & ne  
quid aduersus illam pertinaciter defendamus.

Ad hæc illud: *Quæ post quadringentos & tri-  
ginta annos facta est lex*, scilicet ab ipsa promissio-  
ne, non uidetur iuxta ueterem literam, quæ te-  
statu Abraham dictum quadringentos annos ser-  
uituros, ac deinde eripiendos à seruitute alienae  
rum gentium. Et hic B. Hieronymus fatetur se  
nescire quomodo satisfaciendum sit. Nec (inquit) par-  
ua hæc res: & à multis quaesita, nescio an ab ali-  
quo sit inuenta. Mihi tamen præsens locus  
non admodum difficilis uidetur, si exacta fiat &  
recta supputatio. Nam Apostolus incepit ab  
ipsa promissione & testamento, à Deo ante nati-  
uitatem Isaac promissio, quod fuit semen, Gen.  
cap. 17. et non cap. 12. ut ait Caietanus, & male.  
Quod uerò ei dicitur, annos quadringentos  
semen peregrinum futurum, necessario oportet  
terminum; à quo; incepisse ab ipso ortu semi-  
nis, idest, ipsius Isaac. Quo obseruato nihil con-  
trarij iam supererit, nec ulla literæ obscuritas.

Illud de semine obiectio & testamento, uidetur

plus habere difficultatis. Nam (ut dictum est)  
friuola uidetur B. Pauli argumentatio ex eo col-  
ligentis CHRISTVM hæredem: quoniam non  
est dictum; *seminibus*; sed; *semini*; cum nunquam  
in scripturis inueniatur scriptum; *seminibus*. At  
Rom. 3. mihi contra, admodum uidetur inane in B. Pau-  
lum hoc argumentum, nisi & hoc quoque pro-  
betur simul, appellatione seminis in scripturis  
plura semina aliquo in loco intelligi. Quod non  
probabitur unquam. Hoc audeo dicere auctori-  
tate B. Pauli fretus. Nec enim ualet, si nullo in  
loco inueniatur in scripturis in plurali, idcirco  
non potuisse & in plurali dici, si illud usu inua-  
luisset. Valuisset autem, si plura fuissent semina,  
quibus esset promissum. Nam si Philosopho  
fingere nomina licet, quando ea omnino defunt,  
quibus exprimatur animi conceptio: cur Spiri-  
tui sancto non licuisset (etsi forte præter consue-  
tudinem) ista uoce uti numero multitudinis?  
Quinimò, Nonne in hoc ipso loco utitur B. Pau-  
lus illa uoce plurali numero? Quis istud non ui-  
deat? Verè igitur inepta & nimis audax hæc con-  
tra Apostolum argumentatio. Illam tamen secu-  
tus est Erasmus, qui cum scandalo & conten-  
tione, B. Hieronymi auctoritate (quam tamen  
eleuatam hoc in loco oportuit, se uestiens et mu-  
nians) similiter hanc Apostoli ratiocinationem,  
tanquam nihil momenti habentem, contempserit.

Fortius illud obstare uidetur, quod ad Ro-  
manos idem Apostolus significare uidetur plu-  
ra esse semina, ubi ait: *Ut firma sit promissio*  
Rom. 4. *omni semini*. Sed nos hoc iam resoluimus: imò  
ostendimus confirmari ibi quod hic docet rectè  
consideranti: quoniam illud; *Omni semini*; idem  
est ac si dixisset; *toti ac integro semini*. Redeat le-  
ctor ad ea quæ ibi scripsimus, si placet.

De testamento uero, etiam multò magis mi-  
ror B. Hieronymum ita ausum, & contra Se-  
ptuaginta: imò & contra ipsummet Apostolum.  
Non enim ualet ea excusatio, ad crassos Galatas  
fuisse hic Apostolum loquutum. An, quæso, sunt  
dicenda crassa & inania, præsertim à tanto Apo-  
stolo, propter aliorum crassitiam? Sunt ne item  
illi per inania argumenta ad fidei ueritatem ad-  
ducendi? Si istud daremus, suspecta profectò fi-  
des potius redderetur, quam confirmaretur apud  
credentes. Emendatius ergo & uerius dicen-  
dum est, ut consententur etiam doctissimi Rabbi-  
norum; BERT; utrunque significare, & pa-  
ctum siue foedus, ac simul testamentum. Vnde  
cum uerè concurrat hæreditatem per pactum  
promitti, hoc idem simul erit & pactum, & te-  
stamentum: quod certè sic fuit, quia CHRISTVS  
testatus est. Ipse enim promisit Abraham & semi-  
ni eius, idest, CHRISTO sibi ipsi (nam qui in eo  
sunt, unum sunt) ipsam hæreditatem, paternam  
substantiam, uitam æternam. Et quemadmodum  
in alijs accidit, ad constituendum uerè testamen-  
tum, oportere ut effectum suum sortiatur post  
mortem testatoris: sic quoque in CHRISTO  
fuit. Mortuus enim est CHRISTVS: &  
ita confirmatum est hoc testamentum morte  
testatoris,

testatoris; & idè proprie testamentum. At cum  
in uita pacto fuerit promissa ista hæreditas, ea ra-  
tione pactum rectè dictum est.

Nam & olim hæreditates pacto acquirebantur  
emptione per æs & libram. Et nescio qua de cau-  
sa ritus ille antiquus uiguerit, ut nulla reconci-  
liationum foedera, nisi medio sanguine fierent.

Gen. 15. Sic cum ipso Abraham feruit pactum Dominus  
per uaccam triennè, & capram trimam, & arie-  
tem trimam, & turtorem, & columbam. Quan-  
quam hac in re, sicut in cæteris omnibus, satis no-  
bis esse debet B. Pauli auctoritas & hic, & ad  
Hebræos; ubi sic accipit hanc uocem; BERT;  
ut proprie etiam testamentum significet.

Nec potest honestè obijci, illud ad Hebræos  
ueluti ad crassos & ignaros legis esse loquutum.  
Propterea Caietanus eò se permisit adduci, ut uel  
huius argumenti gratia illam ad Hebræos epi-  
stolam uocauerit in dubiū, an esset B. Pauli Apo-  
stoli. Et hoc & alijs argumentis probare nititur  
non esse B. Pauli. Quod uehementer displicuit, et  
hodie adhuc displicet cunctis pijs, & catholicis  
uiris. Alioqui si ob eam caulam erat illa episto-  
la reprobanda, aut in dubium reuocanda: pote-  
rat quoque pari scrupulo de illa dubitari quæ ad  
Rom. ubi similiter citatur ex Isaiâ iuxta transla-  
tionem Septuaginta, locus quidam ubi testamen-  
tum uocatur, quod isti pactum uocari uolunt.  
Quinetiam uterque Zacharias, & ille Ioannis ba-  
ptistæ pater in cantico: & alter in libro suo pro-  
phético, uocabulo: testamenti; utuntur non; pa-  
cti. Ille enim Zacharias Pater Ioannis ait. Et me-  
morari testamēti sui sancti. Alter uerò. Tu quoque  
in sanguine testamenti tui emisisti uinctos de la-  
cu. Denique ipsa summa Veritas hoc pactum no-  
mine testamenti manifestè declarauit. Hoc (in-  
quit) est testamentum meum in meo sanguine.  
Quis igitur contra uerbum Domini ausit?

Sed unus adhuc scrupulus restat, quia testa-  
mentum hoc dicit confirmatum Apostolus, etiā  
ante legem datam. Id uerò quo pacto, cum testa-  
mentum confirmetur morte (ut ait ad Hebræos)  
nondum autem intercesserat mors? Respon-  
deo, Extiterunt qui minimè hunc locum intelli-  
gentes, etiam uim argumenti non apprehende-  
runt, quæ in hoc reposita est. Lex quæ iam inue-  
nit confirmatum testamentum, non potest irritum  
illud facere. Erat ergo confirmatum ante legem,  
quando tamen nondum erat mors, unde uenit  
confirmatio. Sed duplex est attendenda con-  
firmatio, Prima ut immutabiliter firmum sit quod  
dispositum est, ne ualeat irritari: & hæc fit iureiu-  
rando. Secunda confirmatio, ut iam adiri pos-  
sit hæreditas: hæc autem fit morte. De prima au-  
tem confirmatione loquitur hic Apostolus. Ad  
Hebræos autem de secunda. Prosequitur.

Quid igitur lex? Hac interrogatione uult argue-  
re, ex superioribus legem uideri superflua. Nam  
si non uiuificabat: ad quid igitur? Non enim dici  
potest temerè, & nullo sine esse datam. Respon-  
det ergo Apostolus: *Propter transgressiones adie-  
ta est*; hoc est, ob hoc subordinarunt eam Angeli

per mediatorem Moysen, ut apparerent transgres-  
siones. Hoc idem explicauit ad Romanos. Sic  
enim disponebatur homo ad CHRISTVM per  
agnitionem peccati, & eius abundantiam: qui re-  
cognoscens in se morbum, impellebatur rogare  
medicum & medelam. Quis enim agnouisset pec-  
catum, nisi lex diceret: Non concupisces: Vbi psi-  
mum autem illa concupiscere uetuit, per sententi-  
am infelix homo se ex seipso non posse non concu-  
piscere, ueniebat in notitiam suæ infirmitatis, &  
se ægrotum recognoscens, admonitus ab ipsa le-  
ge de medico, illum cogebatur adire & implo-  
rare salutem. Non enim similiter liberatur animi  
morbus, idest, peccatum, sicut corporis: quia cor-  
pus interdum uel inuito homine sanari potest.

Non sic autem morbus animi: sed ut uolunta-  
te contrahitur, sic & uoluntate sanatur conue-  
nienti antidoto poenitentiae, & doloris, ac resipi-  
scētiæ. Lex igitur propter transgressiones adiecta  
est, ut hæc cognoscerentur: & cognosceret homo  
miser & infelix se conclusum in obligatiōe pec-  
cati. Non autem eo sine ut in immensum, & in  
perpetuum peccaret: sed donec ueniret semè cui re-  
promissum erat, idest, ipse CHRISTVS, cui re-  
promissum erat in ipso nos omnes benedicēdos.  
Et de eo scriptum erat. Veniet ex Sion qui erip-  
iat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à  
me testamentum cum abstulero peccata eorum.

Ordinata per Angelos. Ne quis putare æquali  
maiestate ambulare legem ueterem cum gratia  
CHRISTI & euangelio, quod ipsemet CHRIS-  
TVS ore suo docuit & tradidit. Et addit.

In manu Mediatoris. Quidam hunc Mediatorem  
CHRISTVM intelligunt, in cuius manu fuit lex  
posita: quia ipse Dominus erat etiam sabbati, &  
uerè Legislator. Mihi autem longè uide-  
retur congruentius; si Mediatoris; uocabulo hic  
intelligatur Moyses. Ipse enim instar Mediatoris  
fuit inter Deum & populum illum: propterea ip-  
semet Moyses dixit. Ego sequester & medius fui  
inter Deum & uos; in tempore illo. Itaque illius  
testamenti (quod uetus dicitur) quia inueterauit  
& interijt, mediator Moyses fuit: CHRISTVS  
autem noui. Porro qualis est differentia inter te-  
stamentum & testamentum: talis inter mediato-  
rem & Mediatorem. Vnde B. Paulus ad Hebr.  
Nunc autem melius sortitus est ministeriū, quan-  
tò & melioris testamenti Mediator est, quod in  
melioribus repromissionibus sancitum est. Nam  
si illud prius culpa uacasset, non utique secundi  
locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit:  
Ecce dies uenient, dicit Dominus, & consumma-  
bo super domum Iuda testamentum, non secun-  
dum testamentum quod feci patribus eorum in  
die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem  
illos de terra Aegypti. Quoniam ipsi non perman-  
serunt in testamento meo, & ego neglexi eos, di-  
cit Dominus. Quia hoc est testamentum quod  
disponam domui Israel post dies illos, dicit Do-  
minus. Dabo leges meas in mentem eorū &c.

Mediator autem unius non est: Deus autem unus est.  
Vt mihi quidem uidetur huius loci (quem ferè  
B B ij omnes

De sanatione anime & corporis.

Isa. 59.

Deut. 5.

Heb. 8.

Duplici modo quedam confir- mantur.



omnes prætereunt: & quidam ualdè alienū sensum comminiscuntur: hæc est uera interpretatio. Erat intentio Apostoli probare uerum Mediatorem esse CHRISTVM, non autem Mosen. Et primum hoc sibi sumit, Mediatorem unius esse non posse: sed dari necesse est duos, inter quos (ut ita dicam) mediare debeat. Tum tacitè quodam modo supponit hanc mediationem debuisse inter Deum & oēs gentes interuenire: quia omnes sub ira Dei tenebantur. Et non satis erat esse mediatorem Mosen inter Deum & unum illum populum Iudæorum tantum. Non enim ille tm̄ populus corruerat, & indigebat gratia Dei, sed uniuersum genus humanū. Hoc autem sic probat. Deus ipse unus est, & consequenter omnium Deus est, non solius populi Iudæorum. Ergo quia omnī Deus est, omnibus uoluit misereri, et per Mediatorem unum omnibus prouidere. Quo fit ut uerus Mediator, sit omnium Mediator, et non unius populi tantum. Is ergo fuit CHRISTVS, non Moses. Et hunc intellectum didici ex altero Apostoli loco ad Timotheum scribentis. Vbi ex eo quod unus est Deus, probat illum uelle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: & consequenter per unum Mediatorem ipsius Dei & hominum, hominem CHRISTVM IESVM.

Lex ergo aduersus promissa Dei? etc. Rursum arguit contra prædicta, ac si diceret. Si lex non uiuificat, sed facit exundare peccata: & ad hoc est posita, scilicet propter transgressiones: Ergo esset aduersus promissa Dei. Nam illa peccatorum abundantia & præuaricationū, uidetur operari directè contra salutem quæ promittebatur. Sed non uidetur posse istud dici de lege, ut sit contra Dei promissa: Ergo dicatur potius uim legi inesse ad uiuificandum. Ad quam objectionem respondet Apostolus. Primò rejicit & reprobat istud consequens, uidelicet quod lex uiuificaret. Quandoquidem si lex potuisset uiuificare, uerè iustitia ex lege proficisceretur: & ita per Mosen, non per CHRISTVM. CHRISTVS autē ipse gratis uenisset, & gratis mortuus fuisset. At hoc falsissimū est, et contra omnium prophetarum oracula dictū. Nā per CHRISTVM iustitia est, ut ait Daniel: Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna: nimirum per IESVM CHRISTVM, ut statim aperit. Secundo, Nullā uim prorsus argumēto reliquit, negans exundantiam peccati & infidelitatē promissionibus Dei obstatis: imò bonitatem Dei eò magis ad misericordiam exercendam prouocarunt, quò atrocius inualefcentem peccati morbum considerauit. Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia. Nam prima iustificationis gratia necdum impeditur peccato, quin potius prouocat: quia priora peccata, quæ sub ueteri testamento admittuntur, longè sunt excusabiliora, utpote ab impotente, & ante acceptam gratiam admissa.

Præterea, Aduentus medici à nulla pendeat conditione: sed erat pura & libera promissio, ac deliberatio omnino à Deo mittēdi Mediatorem, Vnde & B. Paulus ad Rom. inquit. Quid enim si quidam illorū non crediderunt? Nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Esto autem uerax Deus, omnis autem homo mēdax, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Et perinde est istud quod hic subdit.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide IESV CHRISTI daretur credentibus. Ac si dixerit, Necessarium fuit finire peccatum in omnibus tam Iudæis, quàm Gentibus, ad noscendum morbum, & medici necessariam opem. Et hoc est scripturam, siue Deum conclusisse homines sub peccato. Nam alibi dixit: Conclusit Deus, ac per hoc scripturam: cum in ipsa scriptura quæ id nobis pronunciauit, apparere fecerit. Scriptum est enim: Non est iustus quisquā, non est intelligens &c. uel dicas: Scriptura, id est, scripta lex, conclusit omnia sub peccato: quia per legē præcipientem; Non concupisces; factum est, ut omnes possent sese cognoscere peccatores, & in uitio esse ac morbo conclusos omnes tam Iudæos, quàm Græcos. Verum finis huius conclusionis hominum sub peccato à scriptura seu lege, uel Deo, hic erat, ut promissio ex fide IESV CHRISTI daretur credentibus. Hæc erat promissio redemptionis à peccatis per gratiam, et donum iustitiæ: quod & amplius adhuc declarat.

Prius autem quàm ueniret fides, sub lege custodiebatur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Ait ergo priusquàm ueniret fides, illa uidelicet explicita de IESV CHRISTO. Nam prisca fides, uix fidei rationem habebat, cum non contineret certam æternorum præmiōrum mercedem, & Mediatore IESVM explicitum, in cuius solo nomine statuta erat salus. Ait ergo custoditos esse sub lege interim Iudæos. Custodia autem in hoc fuit: quia Deus per Mosen ordinauit in omnem euentum siue maledictionis, siue benedictionis (quas & præuaricatoribus, & factoribus legis pronuntiat) futuram nouam benedictionem per Dominum IESVM, & mandatum nouum, ut apparet in Deut. Illud enim mādatur pertinere ad fidem CHRISTI declarauit ad Rom. Sed reuelanda erat hæc fides, quæ non nisi uelacè continebatur in ueteri lege.

Itaque lex pædagogus noster fuit in CHRISTVM, ut ex fide iustificemur. Lex siue in eo quod iubebat, siue in eo quod per figuras docebat & umbras, siue in eo quod illum populum premebat carniarum oneribus, adducebat quidem illum ad CHRISTVM, tum monstrando morbum et medelam (ut diximus) tum augendo ipsum morbum per transgressiones, ac propterea impellendo in agnitionem & implorationē medici, ac medelæ. Lex igitur quæ ut pædagogus se habuit ad doctorem perfectum qui per fidem docet, adueniente doctore illo & fide, cessare debuit: ideo ait,

At ubi uenit fides, iam non sumus sub pædago, quia uenit perfectus Magister & doctor perfecti mandati

mandati. Omnes enim filij Dei estis per fidem: Quia ex fide uiuimus, & filij Dei efficimur: sicut scriptum est. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Ob hoc enim præscriptum fuit: Ego dixi Dñi estis, & filij Excelsi omnes. Et hoc probat. Quicumq; in CHRISTO baptizati estis, CHRISTVM induistis. Non est iudeus etc. Sicut CHRISTVS cum baptizatus est, induit omnes, ut totum illum ueterem hominem aquis immergeret: ita & nos in baptismo nostro illum induimus, ut cum illo ueteri homini moriamur, & uiram nouam similiter cum ipso adipiscamur. Et nulla est hac in re distinctio: quia non est acceptio personarum, ita ut sit in CHRISTO Iudæus, & non Græcus: liber, & non seruus: mas, & non foemina. Vigebrunt quondā in lege hæc populorū discrimina, quæ in CHRISTO per euangelium penitus sublata sunt.

Omnes enim uos (inquit) unius estis in CHRISTO, uidelicet tanquàm unum corpus: ut intelligamus ita sublatum esse discrimen, ut adsit tamen ordo in membris, ueluti in corpore suis partibus rectè composito. Et hinc egregiè concludit. Si autem uos CHRISTI: ergo semen Abrahæ etc. Si enim semen Abrahæ CHRISTVS, quicumq; in illo sunt, in semine illo, cui hæreditas repromissa est, inueniuntur. Illius nos ipsi hæreditas sumus: propterea illi à Patre dicitur. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ille autem nostra foelicissima hæreditas est futurus modo (quod Deus auertat) nostris eam flagitijs non profligauerimus.

CAPITULUM IIII. DE QUANTO TEMPORE HÆRES PARUULUS EST, Nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est usq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruentes.

At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex Muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda uestra, clamātem Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per Deum.

Ico autem quanto tempore hæres etc. Quia semel confessus erat B. Paulus Abrahæ & semini eius promissam fuisse hæreditatem: & semen (ut ipsemet interpretatus est) erat CHRISTVS, Videri fortassis potuisset, populum illum fuisse abseq; prouidentia & fide derelictum, quantum ad salutem

eorum pertinet, qui præcesserunt aduentum Domini, & consequenter aduentum fidei. Et cum legem non esse ex fide inficiatus fuerit, eamq; ueniente fide cessasse docuerit: possumus sic argumentari. Aut ille populus erat sine fide: Aut cum fide. Si sine fide asseruerimus eum fuisse: ergo damnatus. Si cum fide: debuit ergo habentibus fidem cessare lex, quibus iam aduenit CHRISTVS. Ad quæ respondens Apostolus, appositissimo exemplo ostendit qualis tunc esset mundus, nimirum ueluti puer, qui licet ea ætate institutus sit hæres à Patre, hæreditate tamē non potitur: sed sub tutoribus atque curatoribus, uel iconomis custoditur, donec legitimum ætatis impleatur tempus ab ipso patre præfixum.

Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis etc. Tales ergo erant Iudæi ante CHRISTVM, cum essent uelut hæres paruulus: & sub lege & prophetis seruabantur ad tempus à Deo præstitutū. Enimuerò quantū ad hanc considerationem spectat, nihil distabant à seruo: quoniam perinde erant ac qui in seruitutem sunt redacti. Tales autem sunt omnes homines qui in peccato nascuntur, cuius serui sunt per elementa mundi, hoc est, per ea principia, quæ de creaturis mundi huius eruebant, quibus quodam modo prælucentibus tenebatur in Dei agnitionem. Neq; enim clarior explicabatur eis fides, nisi implicite tm̄ sub ænigmatibus, & figuris uarijs, & multiplicibus umbris.

B. Hieronymus uult per tutores, insuper Apostolos Dei intelligi, per quos etiā regebantur anti quæ gentes, & docebantur per elementa mundi, ut nonnullam ueritatem Dei assequi possent: sicut multi salui facti sunt, & de ipsis quidem Gentibus (B. Dionysio teste) per Angelorum ministerium. Nec hoc loco accipienda sunt ad eum sensum elementa, quò ad Coloss. accipi oportet. Nā ibi admonet illos ne decipiantur per philosophiā, & inanem fallaciam, iuxta traditiones hominum, & elementa mundi, id est, principia ab hominum sensibus ducta: quæ sunt ad ea coniectanda quæ existunt supra sensum, fallacia: qualia diceremus argumenta à Philosopho collecta, quibus se probare æternitatem mundi putauit. At hinc per elementa mundi, sunt ea capienda, per quæ ad aliam quam Dei agnitionem uenimus, & quæ aliquos nobis Dei effectus declarant, quò ad illius cognitionem tendamus. Vera autē doctrina desursum est, & inde descendit. Hæc quæ per elementa est, ascendit: Et cum sit ad tantam lucem debilissima, ad ea quæ Dei sunt, noscibilia solummodo per fidem homo potest illuc peruenire.

Itaque mundus figurari potest in homine, qui suas habeat ætates, & per incrementa temporum accipiat doctrinam perfectam. Figuratur & pulchrè in CHRISTO, qui proficiebat sapientia et gratia apud Deū & homines: qui cum esset puer, subditus erat patri & Matri, & ab Angelis regebatur: licet Angelos parte diuina regeret. At cū maiusculus, & in plenā ætate euasit: perinde ac si non curet matrem, dicit. Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? non quasi Matrem, per BB. iij contemptum

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Dan. 9.

Rom. 3.

Rom. 11.

Psal. 11.

De fide ante CHRISTI aduentum.

Deut. 30.

Rom. 10.

Luc. 2.

Matth. 12.

contemptum negans, sed ut nos qui toti ferè pen- demus à carne instrueret, dñi coelestis Patris agi- tur negocium, tum carnis esse postponendos pa- rentes. Quo sensu est intelligendum. Nolite uo- bis uocare patrem super terram. Sequitur.

*At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus etc.* Temporis plenitudinem intelligit ætatem mun- di maturam atq; perfectã. Et dicit. *Factum ex Mu- liere*. Quemadmodum enim à muliere initium fuit peccati, quo oēs infecti sumus: ita per Mu- lierē similiter uenire debuit salutis initium. Hoc in loco blasphemus Lutherus, ut se clarè ostende- ret cuius esset feminis effectus, sic scripsit. Paulus quasi per contumeliam (ut apparet) Virginem matrē Filij Dei, mulierem tantum appellat. Quod ex ueteribus patribus quosdam malè habuit &c. O uerè inimicum CHRISTI Filij, qui hæc de illius sanctissima & charissima Matre ualuit cogi- tare. Laus ista est VIRGINIS summa, ut singu- lariter appellata sit Mulier, in sensum illū illustrè expositū: & longè quidem maior laus, quàm si VIRGO appellata fuisset. Ipsa nanq; est rara illa Mulier, quam tanto desiderio in spiritu que- rebat Salomon, dicens. Mulierem fortem quis inueniet? CHRISTVS etiam Filius nusquam uo- cauit eam nisi hoc nomine; Mulier; ut intelligen- remus, Sicut ipse singulariter fuit Vir iter uiros, ita illa inter mulieres singularē fuisse Mulierem. Sed hæc non sunt canum & porcorū: nec etiam superbiorum, & minus piorum hominum.

*Factum sub lege*. Deus obligauit illum peculiari- ter illi legi, cū ipse alioqui esset legis Dominus. Nam & particularis quedã pro Iudæis, qui erant sub maledicto legis, requirebatur redemptio. Vnde ait. *Vt eos qui sub lege erant redimeret*, uideli- cet à maledicto illo peculiari legis. Ipse enim CHRISTVS pro illis impleuit legem. *Vt filio- rum adoptionem reciperemus*. Admisit & Gentes: & quasi unum ex illis seipsum facit. Significat au- tem legitimum salutis adipsedæ ordinem: quo- niam prius quàm posset Gentibus uenire salus, antè oportebat Iudæis prospectum esse.

*Quoniam autem estis filij Dei*, idest, uos omnes simul facti unum, Iudæi & Gentes. *Misit Deus Spiritum Filij sui etc.* Hinc insurgit dubium. Potius quippe uidetur esse dicendum ex spiritu uenire adoptionem, & sic filiationem Dei, quàm ut ecō- trariò ex filiatione ueniat Spiritus. Non enim n̄ censeri possunt filij, qui sunt sine Spiritu Dei.

Respondeo: Non uno tantum modo dicun- tur filij. Erant quidem Iudæi filij, sed paruuli qui nondum habebant Spiritus perfectionem. Et hinc loquitur de Spiritu perfectionis, quo clamatur Abba Pater. Est enim quodam modo, et nō est filius, qui reficit adhuc uocare patrem.

Possimus & filios Dei duplici modo intelli- gere. Et primo quidem secundū potentiam: quia erant iam quasi candidati omnes ad recipiendã adoptionem. Alio modo secundum actum, in quo cōsistit perfectio. Et nota hinc dici ab Apo- stolo ipsum Spiritum clamantem: qui ad Rom. dixit: Nos clamantes, ut idem dictum esse intelli-

gas; & clamare Spiritum; & nos per Spiritū cla- mare. Sic. n. & rectè de homine dicitur: Homo uidet, & oculus uidet. Videt tamen uerè ipse ho- mo, sed per oculū uidet. Sic clamat homo Ab- ba Pater, & per Spiritum datum nobis, & inhæ- rentem nobis clamat. Et istud attentius est pro- pter eos animaduertendum, qui uolunt in nobis Deum facere & operari omnia sine nobis. Item nota, *Abba Pater*, duo esse posita uocabula idē prorsus significantia, quibus declararetur in diuersis, uidelicet Iudæis & Gentibus, idem Spi- ritum, idem clamans: ut iam omnis per CHRIS- TI Spiritum ostendatur sublata distinctio.

*Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius etc. hæres per Deum*. Concludit effectum testamenti, (quod est hæreditatis apprehensio) uenisse, sed nondum perfectè: quoniam ambulamus in spe, quandiu peregrinamur à Domino. Et ait, *per Deum*, idest, CHRISTVM: quia in illo sita est om- nis gratia, quæ in nos uenit. Nota ergo duas Domini de CHRISTO promissiones, quæ no- mine hæreditatis significantur. Prima pertinet ad substantiam præsentis gratiæ. Et hanc iam obtinuimus in donis fidei, & spei, et charitatis.

Secunda uerò pertinet ad substantiam futuræ gloriæ. Et hanc expectamus, nobisq; eam opera- mur per patientiam in tribulationibus, & passio- nibus carnis, et multiplicibus huius mundi miseri- rijs. Nobis enim dicitur. Cum timore ac tremore uestram salutem operamini.

Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt Dii, seruibatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cog- niti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, qui- bus denuò seruire uultis? Dies obserua- tis, & menses, & tempora, & annos. Timeo uos, ne fortè sine causa laborauerim in uo- bis. Estote sicut ego: quia & ego sicut uos.

Fratres, obsecro uos. Nihil me læsistis. Scitis autem, quòd per infirmitatem carnis euangelizauit uobis iam pridem. Et tentatio- nem uestram in carne mea non spreuistis, neq; respuistis: sed sicut Angelum Dei exce- pistis me, sicut CHRISTVM IESVM.

Vbi est ergo beatitudo uestra? Testimo- nium enim perhibeo uobis, quia si fieri pos- set, oculos uestros eruissetis & dedissetis mi- hi. Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis? Aemulantur uos non be- ne: sed excludere uos uolunt, ut illos æmu- lemini. Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantum cum præsens sum apud uos. Filioli mei, quos iterum partu- rio, donec formetur CHRISTVS in uo- bis. Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meam: quoniam confun- dor in uobis.

Duplex facta de CHRISTO promissio.

Phil. 2.

*Sed tunc quidem etc.* Vult ostendere beneficiū Dei magnum, qui ab infelicissimo statu in opti- mum eos reduxerit. Et ea ratione stultiā eorū insignem detegere, eamq; ante oculos illis oppo- nere, qui reuerti ad statum pristinum, & quo- dam modo retrogredi non uererentur. Ait ergo. *Sed tunc quidem ignorantes Deum*, hoc est, Antequam uenissetis ad fidem, nedum eratis in statu cog- nitionis Dei ueri: sed cōtrā in cultu falsorum deo- rum qui natura non sunt dñi, & ita uon ueri dñi erāt. Verus .n. Deus est natura Deus ex se, & nō fit ex placito hominum Deus, ut siebat illi. Qui autem participant deitatem, ut & ipsi dici quo- dam modo dñi possint, ab ipso Deo habent, non ab hominibus. Cum ergo in eo statu essetis infœ- licissimo illo quidem & periculossimo, & ex il- lo erepti ueneritis in Dei cognitionem, imo ipsi, sitis cogniti à Deo, hoc est, dilecti ab eo. Ob hoc .n. cognoscitis illum: quia prius cognouit uos, qui oculū direxit in uos paternæ misericordiæ suæ ac prouidentæ, donans uobis ueritatis, & suæ erga uos charitatis notitiam.

Cum igitur hæc ita sese habeant. *Quomo- do cōuertimini iterum ad infirma & egena elementa etc.* Hic palam ostentat Galatarum dementiam. Nā cum ita se res haberet ut Deum iam nossent, ut pote ab eo cogniti, nihilosecius patiebantur per falsorum prædicationem Apostolorum sese ite- rum transferri ad elementa, quæ ordinabantur ad ipsam Dei cognitionem, ut sic ea inquirerent quæ iam erant consequuti: & (quod omnem sus- perabat insipientiam) inquirerent per illa Iudæo- rum elementa, infirma & egena, quæ iam per euā- gelij lucē explosa erant: ideoq; superstitiosa, ut- pote uel mendacia, uel inania: imò etiam contra spiritus libertatem. Ait autem. *Quibus denuò seruire uultis*, Vt notaret iudaicas obseruationes nulla in re iam à superstitionibus Gentium differre, quantum pertinebat ad infirmitatē, & quatenus egena, cum minime sint potentia ad cognitionē Dei inducendam: sed magis id promitterent, quā præstarent, cum iam mendacia (ut diximus) red- dita essent & inania. *Dies obseruatis, & menses etc.* Dierum obseruatio erat in Sabbatis, & Neome- nijs. Mensium autem obseruatio erat primi, & se- ptimi. Annus uerò obseruabatur, septimus, & quina- quagesimus Iubilei. Sed hæc omnia eo tempo- re mysteria habebant recondita, quæ nunc sunt clara & aperta. Vnde nobis quidem prodest ea scire: illis autem uti nedū utilitatem adferret uo- lū, sed cōtrā nunc non parum detrimenti: quod ipsi miseri Iudæi non intelligunt. Sequitur.

*Timeo uos, ne sine causa laborauerim in uobis etc.* Charitatem suam ex timore ostendit. Non tamē adhuc animum de illis despondisse (cum præ- cipiatis eis) simul innuit, qui nō ita essent corrupti, ut ad ueritatem reuerti nō possent, ad quam eos mira suauitate inuitabat aëns, *Estote sicut ego, quia et ego sicut uos*. B. Hieronymus ait, illos ab Apосто- lo inuitari, ut ad sui imitationem sint in liberta- te: quia & ipse aliquando, quemadmodum & illi, fuerat in seruitute constitutus. Sensum non im-

probo. Mihi ramen placet potius sic debere intel- ligi, ut horretur eos uelint esse sicut ipse, uideli- cet non obseruantes legalia. Ipse enim licet Iu- dæus esset, erat tamē uelut ex illis Gētilibus unus, uimurū liber ab ijs elementis: quia in CHRISTO IESU omnes unus erant effecti.

*Fratres obsecro uos*, idest, obsecrādo magis quā imperando hæc à uobis obtinere percupio. Hic exemplum Prælati, ut leniter cum subditis agāt, & non cum supercilio, austeritate, & potentia. *Nihil me læsistis*. Ex quo potestis conijcere me so- lius ueritatis gratia loqui aduersum uos. *Scitis au- tem quòd per infirmitatem carnis etc.* Euangelizare per infirmitatem carnis est hinc B. Hieronymo, euangelizare inefficaciter propter carnalitatem, non suam quidem, sed audientium. Verum huic expositioni planè uerba sequentia nequeunt aptè accomodari: nec eo sensu seruari digna ip- sius sententiæ proprietates. Mox etenim ait. *Tentatio- nem uestram in carne mea non spreuistis*. Euangeli- zasse ergo per infirmitatē carnis, se ob eā causam testatur Apostolus: quoniam non cum potestate & uirga, sed leniter cum illis & omni mansuetu- dine ambulauit. Sic & eadem uoce utitur ad Co- rinth. Quasi infirmus (ait) fuerim hac parte.

*Et tentationem uestram etc.* Illam infirmitatem suæ carnis, illorum tentationē appellat: quia per illam instigabantur ad ipsius contemptum, ut po- tē qui ferè nihil in eos posse uideretur. Et tamen eam illi infirmitatem non spreuerunt, neq; con- temperunt: sed cōtrā potius, *Sicut Angelum Dei* (inquit) *accepistis me sicut CHRISTVM IESVM*. Et hac in parte eos plurimum cōmendat, cum sic iuxta uerbum Domini dicens: Qui uos accipit, me accipit: & qui uos spernit, me spernit.

*Vbi est ergo beatitudo uestra?* Græcè melius sic: *Que erat igitur beatitudo uestra?* ac si dixisset. In quo tunc bonum uestrū ponebatis, quādo tanto me affectu & honore tāquā Angelum Dei, aut ip- sum IESVM recipiebatis? Vtrum in me qui eram infirmus: an uerò potius in eo quod ex me audiebatis, scilicet ueritatis uerbo? Certè in uer- bo ueritatis, non in me, qui ex me nihil eram: & nihil esse etiam (quòd ad uos pertinet) me esse ostentabam, euangelizans uobis non in potentia, sed in infirmitate. Et ut hunc eorum erga se af- fectum uehementissime exaggeraret, addit.

*Testimonium enim perhibeo uobis, quia si fieri pos- set, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi etc.* Ni- hil poterat maius ac pretiosius afferri. Quid .n. nobis charius ipsis oculis esse potest? Cum igitur hæc omnia tunc fuissent causa beneficii huius, idest, acceptæ ab eo salutaris ueritatis, ex eo re- ctè ac potenter à rei indignitate cōcludit. Ergo inimicus uobis factus sum uerum uobis dicens? Hoc cer- tè nihil peruersius excogitari potest. Propterea & Dominus in Iudæos: Oderunt me gratis. Et: *104. 15.* Si ueritatem dico uobis, quare nō creditis mihi? *Ibid. 5.* Quid enim amabilius debet esse ueritate, & ea ue- ritate quæ salutem afferat sempiternam? Quam- obrem cum emphasi pronuntiandum est, ut sum- ma inde atq; admiranda ostendatur derefectio.

Ergo inimicus factus sum uobis, uerū dicēs uobis? Hoc est, quia ueritatē salutarē attuli uobis: Et addit.

Emulantur uos non bene &c. Omnem huiusmodi tam admirandæ rei causam reijcit in pseudoapostolos, in quos: *Emulatur* (inquit) uos, idest, per æmulationem, qua aduersum nos prouocantur, afficiuntur erga uos, ut in eorū uos deris disciplinam, eisq; subiectos uos profiteamini: quatenus possint ipsi, in uestra carne gloriari. Et ideō non bene; quia non ueritatem prædicant. Non salutem uestram tales, non gloriam Dei simul & uestram quærunt: sed suam, & eam quæ ab hominibus est: quam Deus exosam habet. Videte quā non bene: quia etiam, *excludere uos uolunt*, idest, uolūt uos ab ecclesiæ gremio, & sanctis Apostolis excludere, ut sic exclusi cogamini emulari, idest, per æmulationem illis hæreschæ, qui se cum suis segregant ab ecclesia. Postquā autē id obtinuerunt, ac subdolē suis sectatoribus ipsam ecclesiam odiosam reddiderūt, utpote à qua sensim per eos sunt segregati, cogunt mox sic illusos econuerso ut se æmulentur, idest, ut cum præ pudore uereantur reuerti ad ecclesiā (quam spreuerunt) græmium, æmulationem cogantur exercere pro illis, & controuersias alere, & factiones, & ipsa factionum capita mordicus tenere, & subdillis. Istud nostris temporibus apud nouos hæresichas accidisse non sine gemitu uidemus, quibus propterea adhærent non pauci ab eis seducti: quoniam uident se ab ecclesia alienatos, & instillante demone perniciosissime sibi persuadent, locum iam nullum apud illam relictum: aut etiā redire uerecundia præoccupati reformidant. Vnde coguntur quodam modo æmulari Magistris suos, idest, pro Magistris illis falsis: zelantes contendere: quod & faciūt quā tamulētissime. Quo fit ut magnificēt sectas, & nomine nouo se ipsos secernentes, uocant Euangelicos: & nos ignominia: causa Ecclesiasticos, aut Papistas: ut uel in hoc se ipsos redarguant, qui euangelium ab ecclesia segregant quā imperitissime.

Bonum autem æmulamini &c. Tria admonet cōsectanda. Primum, ut æmulentur: sed quod bonum est, idest, ut æmulatione fatagant assequi bonum ut alibi: *Emulamini* charismata meliora: Bonum autem ueritas est: cui & charitas congaudet. Secundum est, ut bonum æmulentur in bono: hoc est, uia bona tendentes, in illud nō improbē, sicut Lucifer qui æmulatus est chærisma eximium, sed nō bene. Et sicut ille Simon Magus qui Spiritus potestatem appetebat, sed non bene: quia illam uolebat sibi comparatæ pecunia: Aut in bono, idest, quatenus bonum, ut illam bonitatem respiciatis, non personam. Tertium est, semper nō ad oculū duntaxat, idest, solum modo quum is qui potest, redarguere, præsens, ad se, sed perseveranter.

Filii mei quos iterum parturio &c. Maternum hic exprimit erga illos affectum. CHRISTVS dixit conuersus ad discipulos: Qui fecerit uoluntatem Patris mei, hic mihi frater, & soror, & ma-

ter est. In eo frater, ut possit & pater esse: & in eo soror, ut ualeat & mater esse. CHRISTVS omnium pater fuit, qui futuri sæculi futurus pater, apud Isaiam prædicatur: quoniam ut sacerdos & doctor genuit nos uerbo ueritatis. Sed ut pro nobis patiens fuit in carne sua, matris uice nobis fuit. Itaq; mater fuit, qui suis doloribus & angustijs nos parturiuit ac peperit. Sic & B. Paulus ad Corinth. sese illis ut patrem ostendit, quos ait se genuisse in CHRISTO per uerbū euangelij. Nūc uerō ad Galatas ut matrem se ostendit: quia iterū eos per lacrymas, & orationes, & desideria parturiebat, donec (inquit) formetur CHRISTVS in uobis, uidelicet ex fide & charitate. Hi affectus à Deo sunt: sed sancti illos per orationes impetrāt, & gemitus, & suspiria, & affectus uehementes, quod est spiritualiter parturire. Hunc eūdem affectum sentiebat ille qui dolens aiebat. Nunquid ego in utero cōcepi omnem populum istum? Ob istam causam ecclesia sancta uocatur mater, quæ assiduē lacrymis & gemitibus parturit ut pariat. Sed super omnes in CHRISTO fuit MATER nostra secundum spiritum, illa quæ illius fuit secundum carnem. Hæc parturiuit omnes nos, & peperit, sub amara ficu: quod plurimi mortalium non cogitant, & ob id minus erga tantam redemptionis nostræ difficultatem commouentur.

Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meam &c. Mutare uocē ait, ut mihi uideatur, non (ut exponit B. Hieronymus) quasi de scriptura in linguam, quasi uiua uox maiorem habeat energiam: sed quasi de blandiloquentia & infirmitate, in increpationes & obiurgationes potentiores. Nam & ipsa dilectio hos uarios operatur affectus. Cum enim filij quos uehementer diligimus, non ambulant uiam salutis rectam, eos uellemus quo eumq; conatu ab errore uia reuocare. At cū blanditiæ minus profunt, mutare uoces, & in duras increpationes erumpere cogit amor: præsertim cum illi nos spernere uidentur ueros patres, & illis indignē hæreschæ, qui nō solum non diligunt, sed contra corrumpunt eos, & perdunt. Ostendit autem eo se teneri desiderio: quoniam non poterat absens tam aptū increpationis genus eligere, quemadmodum præsens fecisset. Nec enim epistolæ omnia ferunt. Quia confundor in uobis. Græcō non est confundor in uobis, sed ἀπορρομα, quod est herere, dubium esse, & quasi indigētem consilio nescire quò sit erupendum, nisi tandem in obiurgationes. Hoc idē alibi aiebat: Quis scādalizatur, & ego nō uror: Hi omnes paterni sunt affectus, & amoris sollicitudine pleni.

Dicite mihi qui sub lege uultis esse: Legem non legistis? Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla & unum de libera. Sed qui ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina in seruitutem

Notet qui ab ecclesia ad se ductores discunt.

1. Cor. 12.

Act. 8.

Matth. 12.

1.9.

1. Cor. 4.

Moses. Nū. 11

2. Cor. 11.

Pro sensu mystico scripturæ.

seruitutem generans: quæ est Agar. (Sina. mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nūc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Latere sterilis, quæ nō parit: erumpe, & clama, quæ nō parturis: quia multi filii deserti, magis quā eius quæ habet uirum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quemadmodum tūc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillā & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.


Dicite mihi &c. Mirè exprimit iustam indignationem, qua certam iustitiæ præterdit in eos causam: & quasi argumentum proponens ad quod nequeat responderi, interrogat. Dicite mihi. Vbi diligenter notandum, illa argumēta quæ de allegoria sumebantur, fuisse illis temporibus magna, & graua & potentia: quæ tamen nunc paruifaciunt homines noui, à quibus uel hoc signo intelligitur abesse Spiritus ille, quo iudicamus spiritualiter, & in lumine certitudinis. At B. Paulus hæc potenter uidens, etiam potenter obiicit: Qui sub lege esse uultis. Quod perinde est, ac sub peccato esse & seruitute: legem non legistis? Græcō nō audistis: Legem uocat hoc in loco, scripturā Moyses. Et hinc est diligenter aduersus, apud B. Paulū non esse tum legerē uel audire legem, cum nō capitur sensus Spiritus: contra istos spirituales neotericos, qui nihil nisi literam tantū quærunt. Scriptum est enim. Nota est historia. Tu conuenientiam accipe iuxta expositionem Apostoli. In Agar agnosce testamentum legis uetus, quod ab ipso monte Sina generauit in seruitutem. Agar enim (sic legitur in græcis) est Sina mons in Arabia. Ait quidā illum montem arabicā lingua uocari Agar, & ibi data est lex. Et postquā data est, sancta est foedere ac testamento in sanguine, & lecta audiente populo, & ab eo confirmata: qui omnes promiserūt se eam legem facturos, & fore obediētes. Et ideō in seruitutem generauit & maledictum, cum illam non fecissent.

Sed illud dubium. Quoniam modo coniunctus sit iste mons Sina Ierusalem, cum tanto inter se spacio distent, quantum nō rūt. Geographi. Missa omnia facientes, quæ à pluribus non apte hūc afferuntur: uerius illud est (cum hic græcē, ουσΙΩΝ εἶ, legatur) ut coordinationem quandam significari intelligamus: ut facere doctores solēt, qui quædam docendo coordinant, ut inspiciantur rationes & proportionēs. Ecce, ut capias quō ista coordinentur. Debemus in Abraham primum unum patrem multarum gentium, in quo erat Deus, contemplari. Huic duæ aptantur quodam modo ad generandum mulieres. Est Agar

ancilla: est & Sara, libera. Agar ancilla primò uel & potentia carnis Ismaelem concipit, & parit. Sara uerò cū esset natura sterilis, ex promissione concipit & parit Isaac. Ista sunt duo testamēta, idest, in his duo testamēta significantur. Et in Agar quidem uetus legis testamentum: In Sara autem nouum gratiæ. Et quia uetus natum est in Sina monte qui dictus est Agar, appositè in Agar ancilla multis de causis, designatum est: quia & ipsa seruit cum filiis. At mons Sion & Ierusalem, unde exiuit lex & uerbum Domini (ut ait Isaias) dominabatur, et sic inuenitur ista coordinatio, ut in signo subiecto apparet.

ABRAHAM.

Pater



Ecce igitur quo modo mons ille Sina coordinatus est ad Sion & Ierusalē, nō respectu quidem loci, sed mysterij. Et inde quod per Ierusalem intelligitur Ecclesia quæ de sursum uenit, cui aptatum est euangelium & gratia: unde libertas. Et hæc multo plures peperit, ut scriptum est. Latere sterilis quæ nō parit &c. Parum admodum difert hæc citatio à B. Hieronymi translatione, qui ait. Latere sterilis, quæ non parit: laudem decanta & hymnum &c. Declarat autem deinde Apostolus, ad quem ipsi ordinē attinerēt, & ait.

Nos autem, fratres, secundum Isaac &c. Et non secundum Ismael derelicti in carne. Sed quomodo tunc his qui secundum carnem &c. Aptat perfectè allegoriam: quod sicut carnalis filius erat persecutor eius qui erat ex promissione, idq; ob superbiam carnis & primogenituram (ut ait B. Hieronymus) ita & Iudaicus ille carnalis populus spiritualem deridebat, & persequebatur. Verum admonet eius quod scriptura tandem dicit. Eice ancillam & filium eius &c. Quæ ad iora uerificata sunt secundum spiritum: quia inuētus est ille populus eiectus, & extra ecclesiam seruus, donec iterum sua die recipiatur.

Illud uerò notandum omninò, in tota scriptura antiqua nusquam reperiri ubi Ismael sit persecutus Isaac: sed tantum iussisse cum illo. Ut intelligas reuera omnem aduersus Christianos persecutionem

Isa. 2.



sequutionem ludum esse quodam modo puero-  
m, qui cito trāsit: & nihil n̄s qui patienter amore  
iustitiæ sustinent, nocet. Potest tamē intelligi uer-  
bū illud, ludere; pro illudere & subfannare, quod  
est propriū carnalium, qui illudere n̄s soliti sunt,  
qui proficiunt spiritu. Sed qui sic illudunt, nōne  
illudentur? Et qui speruunt, nonne spernentur?  
Væ (ait scriptura) qui spernis: nonne & ipse  
sperneris? Et meritō quidem.

Ex hoc loco noui hæretici etiam argumen-  
tum elicerunt ut se, suamq; causam tuerentur.  
Negant enim hæreticos esse gladio perseque-  
ndos: sed debere potius doceri, & conuinci ratio-  
nibus, & attrahi charitate. Non est (aiunt) eccle-  
siæ propriū suos persequi hostes: sed ecōuerso, po-  
tius persecutionem pati. Hoc apparet ab exem-  
plo Ismaelis persequentis, & Isaac patientis.

Nos palā ac libenter confitemur, non esse ec-  
clesiæ mouere persecutionem. Nec enim illa  
mouet in eos persecutionem ullam, sed attrahit  
dulciter quantum potest, docerque rationibus  
suadēs, & autoritate quam habet à Deo. Quos si  
pertinaces compererit, castigat ad disciplinam.  
Quod si hoc nō prodest, etiā eicit foras à filiorū  
consortio, ne suo contagio reliquos inficiant. Et  
ita esse agendum hoc exemplo didicimus. Sicut  
enim legimus Ismaelem persequentem Isaac dū  
esset minor: sic etiam legimus imperantem Sarā  
ut foras eiceretur, uelut indignus spe filiorum.  
Hucusque in hæreticos excandescit ecclesia.  
At si seculari curiæ & potestati tradantur, hoc  
non ex euangelio fit, sed ratione politiæ, ut no-  
xij homines, & publicæ tranquillitatis perturba-  
tores (quod se optare paulo inferius ostendet  
Apostolus) tollantur è medio. Nam tantū abest  
ut euāgelium potestatem regiam auferat, ut etiā  
vehementer cōfirmet, iubens reddi quæ sunt Cæ-  
saris Cæsari, & illud. Reddite, omnibus debitum.  
Item nedum bonis & modestis, sed & dycolis iu-  
bet Princeps Apostolorum esse parendum.

CAP. V.



**Q**UA LIBERTATE CHRIS-  
TVS uos liberauit, state: &  
nolite iterum iugo seruitutis  
contineri. Ecce ego Paulus  
dico uobis: quoniam si circū-  
cidamini, CHRISTVS uobis  
nihil proderit. Testificor  
autem rursus omni homini circūcidenti  
se: quoniam debitor est uniuersæ legis faciē-  
dæ. Euacuati estis à CHRISTO, qui in lege  
iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim  
spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.  
Nam in CHRISTO IESV neque circūci-  
sio aliquid ualet, neque præputium: sed fi-  
des quæ per charitatem operatur. Curre-  
batis bene: Quis uos impediuit ueritati nō  
obedire? Nemini consenseritis. Persuasio  
hæc non est ex eo qui uocat uos. Modicum

fermentum totam massam corrumpit. Ego  
confido in uobis in Domino, quod nihil  
aliud sapietis. Qui autem conturbat uos,  
portabit iudicium, quicūque est ille. Ego  
autem fratres, si circūcisionem adhuc præ-  
pico, quid adhuc persecutionem patior?  
Ergo euacuatum est scandalū crucis? Uti-  
nam & abscindantur qui uos conturbant.



**V**A libertate etc. In CHRISTO liberi  
erant non solū à seruitute peccati  
(quia ad peccatum non cogebantur,  
cum amplius non essent sub peccato)  
uerū etiam à seruitute cærimonia-  
rum tam multarum, quæ sic premebant, ut no-  
cerent spiritus efficaciam. Multitudo enim cæri-  
moniarum suffocat potius opera spiritus, & spiri-  
tum ipsum, quā recreet & reficiat. Nam cæri-  
moniarum ex eorum genere sunt, non quæ oporteat  
facere, sed quæ non oporteat ommittere: si ta-  
men cōuenientes fuerint. At cum longē immo-  
dico numero superant, & superflue sunt, serui-  
tus mera est, & in spiritus libertate nequaquam  
ferendæ. Sunt nanq; ipsæ cærimoniæ uelut fo-  
lia in arbore, quæ si nimis densa sunt, succum fru-  
ctibus suffurantur, ut nequeant maturare. Ideo  
cum ab his essent Galatæ per statum nouum gra-  
tiæ liberati, admonet B. Paulus ut in eo statu sta-  
biles perseuerent, nec uelint iterum iugo seruitu-  
tis detineri. Dicit: iterum, quia & Gentis habebat  
suas ineptas ac seruiles cærimonias. Et hic  
attende, differre iugum istud & onus legis, à iu-  
go & onere CHRISTI. Nam CHRISTI iugū  
suauē, & onus leue: & eiusmodi ut pacem afferat  
animabus nostris. Contrā uerō, iugum & onus le-  
gis (præsertim cum euaserit in superstitionē) spiri-  
tum premit & angit. Vnde addit.

Ecce ego Paulus dico uobis etc. Licet olim pro-  
desset circūcisio quæ erat ex fide, si opera adhi-  
cerentur, & hoc antiquis Iudæis: Post CHRIS-  
TVM tamen mortuum & suscitatum, inutilis fa-  
cta est. Gentibus autem semper noxia fuit: quā-  
quā Iudæis ob fidei infirmitatē tolerata sit ad  
tempus. Testificor autem rursus etc. Opera enim  
legis exigebantur à Iudæis: & qui circūcidebant  
se, ipso hoc facto in eo populo claudēbantur eius-  
dem religionis professione, & ita tenebantur ad  
legem. Quod esse maxime considerandum.

Hinc esse offert illa de Indis quæstio, qui cū  
CHRISTVM profiteantur, etiam circūciduntur:  
neq; tamē putat se ad legis onera teneri obli-  
gatos. Verū hic error potest quidē condo-  
nari, ne sit noxius ad mortem. Nō enim ea se gra-  
tia circūcidunt, quasi ex lege teneantur. Nec  
circūcisione utuntur, qua ueluti sacramēto quo-  
dam prænunciari CHRISTVM uenturum pro-  
fiteantur. Ad solam CHRISTI imitationem ex-  
deuotione eam suscipiunt. In hoc tamen non le-  
uiter errant: qm̄ non omnis actio CHRISTI est  
à nobis exercitanda, nisi pares adsint circūstan-  
tiæ. Ipse enim circūcidit se, ut sua circūcisione  
circūcisio

De cærimonijs  
immodicis.

De Indorū cir-  
cūcisione.

circūcisio illius populi uigorem acciperet, &  
uetusti hominis uirtum in sua illa innocentissima  
carne præcideret. Quæ profectō ratio in alijs celsa-  
sar. Sic & agnum Phasæ manducauit, ut uetus  
testamentum expleret: non autem qui talia fa-  
ciendi exemplum hac in re alijs relinqueret.  
Euacuati estis à CHRISTO qui in lege etc. id est, orio-  
se & frustra agitis, & absq; CHRISTO. Declarat  
legem & circūcisionem non posse concurrere  
cum euangelio & gratia in ueritate, licet aliquo  
tempore tolerati sint Iudæi. Aliquādo autem ad  
Rom. dicens, Iudæo prodesse quidem circūci-  
sionem cum legis obseruantia, loquebatur secun-  
dum illud tēpus, quo uerē proderat: necdum ibi  
erat locus pandendi omnino cessationem eius.  
Quantū ex eius doctrina id optimē accipi po-  
test in epistola illa, à nobis iam explicata.

Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.  
Sensus est: Ad salutē consequendam, quæ est spes  
iustitiæ, non ualet circūcisio illa carnalis, sed spi-  
ritualis, quæ à spiritu uenit. Et spiritum uocat ip-  
sum donum Dei, quo illi iungimur, iuxta illud:  
Qui adhæret Domino, unus spiritus est cum illo.  
Hic autem spiritus charitas est: & dicitur gratia  
quæ est ex fide, ita ut ex ipsa charitate formaliter  
iusti simus. Nam per hanc erudimur de bea-  
ta spe iustitiæ quam expectamus, & quam sci-  
mus iustis sua die retribuendam: quia promissit il-  
lis Deus. Hæc spes ipse CHRISTVS est, qui & pro-  
pitiatio, & iustitia nostra est, in quo pretiosi Deo  
nos sumus, & opera nostra digna præmio, quasi  
ab illo facta, qui inuenitur in nobis per Spiritum  
suum, qui & pro nobis hoc postulat.

Nam in CHRISTO IESV neque circūcisio ali-  
quid ualet etc. Circūcisionem carnalem non ua-  
lere in CHRISTO, idem est qd̄ cuanuisse: quia  
CHRISTVS attulit spiritualem quæ in baptismo  
fit, unde cessat illa carnis. Primus aut quā ueni-  
ret CHRISTVS, & fides de illo explicata, uale-  
bat quidem circūcisio ex fide CHRISTI ueni-  
turi: Sed iam non ualet in eodem exhibitio, id est,  
in explicata lege CHRISTI, quæ est de eius mor-  
te & resurrectione. Præputium autem non ua-  
lere in CHRISTO clarum erat. Ergo in CHRIS-  
TO; hoc est, cum quis CHRISTVM baptismo  
indutus est & iam iustificatus, solū ualet fides  
ad expletionem spei, id est, ad salutem. Nō tantū  
sola & nuda fides, ut aiunt heretici, à quibus quæ-  
sumuis uerfutus & callidis, & omnia ad peruer-  
sum suum dogma referentibus, non poterit tamē  
hic locus unquam contra opera depruari. Va-  
let (ait B. Paulus) fides in CHRISTO. Sed quæ nā  
fides? quæ ociosum hominem reddit? Nihil mi-  
nus, sed fides (inquit) quæ per charitatem operatur.  
Hæc est quæ absolutam iustificationem efficit.  
Nam reuera antequam simus in CHRISTO, fide  
de iustificamur: quia Deus credentem tantum iu-  
stificat per infusionem doni iustitiæ, quæ est cha-  
ritas, qua iusti sumus coram illo. Per illam om-  
nis uirtus, & uirtutis actus habet uitam & gratiā  
coram Deo. Non est enim sine fide & spe infusus  
donis, quæ ab ipsa charitate uitam accipiunt, ut

grata sint & placeant Deo. Itaq; fides quæ non  
operatur per charitatē, otiosa est, nec placet Deo  
in eo scilicet, qui semel induit CHRISTVM.

Currebatis bene. Cursui uitam nostram com-  
parat, sed respectu brauij & coronæ, ut signifi-  
cet non debere impediri cursum hunc, quūm re-  
ctā tendit ad coronam. Et ideo conqueritur aic̄s.  
Quis uos impediuit etc. Deest in græcis id quod se-  
quitur. Nemini consenseritis. Addit. Persuasio hæc non  
est ex eo qui uocauit uos. Deus enim erat qui uoca-  
uerat, & fidem exigebat, non antiquas legis ob-  
seruantias. Spiritus .n. & gratia, & CHRITVS  
ab ijs prædicabatur, qui euangelium promulga-  
bant, nō lex & Moses, qui famulus erat in domo.

Modicum fermentum totam massam corrūpit. Hoc  
ad doctrinam referri potest, ut parum quid con-  
tra ueritatem CHRISTI dictum, corrumpat to-  
tam fidei massam. Et uerē sic res habet: quia qui  
in uno quouis articulo pertinax est, nihil uerē  
credit. Nam de cæteris quæ sibi uidentur credere,  
fidem non habet, sed opinionem aut suspensionē.  
Ratio est in promptu: quoniam in uno discre-  
pans ab ecclesia, spernit eam quæ est columna &  
firmamentū ueritatis, cui omnes inniti debemus.  
Potest id ad homines & magistros applicari, &  
melius. Etenim n̄ non secus ac pestilens quod-  
dam fermentum de massa plurimum corrūpuit.  
Quod autem fermentum malam doctrinam signi-  
ficet, probat ipse Dominus qui dixit. Cauete à  
fermento Phariseorum. Et euangelium similiter  
assimilauit fermento. Alibi, fermentum malitiæ,  
& nequitiae dicitur. Et uerē si unum de atinenti-  
bus ad fidem corrumpitur, totum pariter sus-  
pectum reddi, & negari potest. Quare nihil omnino  
est admittendum malæ doctrinæ in ijs quæ fi-  
dei sunt, sed syncerē tradenda sunt omnia.

Ego confido in uobis in Domino. Græcè legitur,  
eis uox, id est, erga uos, non in uobis: ut confiden-  
tia sit in prouidentia Dei erga illos. Quod nihil  
aliud sapietis: Quidam dictum hoc putant ab Apō-  
stolo propheticè, ut B. Hieronymus: sed hoc du-  
rū uidetur. Nā superius ubi ait: Timeo uos &c.  
ostendit timorem in oppositum, quod non est ha-  
bentis prophetiam. Sed ualere ad exhortationē  
solet istud, nunc timorem ostendere, nunc confi-  
dentiam: ut & metu simul ac spe auertatur à uer-  
bo mendacis, quibus studiose timemus.

Qui autem conturbat uos, portabit iudiciū etc. Qui-  
dam impij hoc quasi aduersus Petrum dictū ac-  
cipiunt: quod uel cogitare est horrendum. Inuit  
ergo aliquem insignem pseudoapostolum. Por-  
tat autem iudicium, quicūq; dat suæ culpæ poe-  
nas: qm̄ etsi culpa transeat, reatus tamē manet.

Ego autē fratres, si circūcisionē adhuc prædico etc.  
Hic oportet subintelligere, à malignis illis quicir-  
cūcisionem & legis opera suadebant, etiā  
calumniosè Apostolos huius esse sententiæ ad-  
ditum fuisse. Vnde respondet. Certa est per-  
secutionis meæ causa, nimirum ex eo quod  
cruccem prædico absque Mose, lege, & circū-  
cisione. Istud scandalum est Iudæis, qui suam,  
nō CHRISTI iustitiam uolūt statuere.

Quare uult ar-  
ticulū fidei ne-  
gans, oēs nege

Luc. 12.

1. Cor. 5.

Isa. 33.

De poena in hæ-  
reticos.

Rom. 13.  
1. Petr. 2.

Vtinam & abscindantur qui uos conturbant. Non aut, abscindantur illis membra pudenda, ut quidam sine ratione intelligunt: sed optat ut ipsi abscindantur simili modo à corpore, scilicet ecclesiae. De spirituali itaq; abscissione est absq; dubio intelligendum. Sicut enim in circūcisione CHRISTI illa pelliculæ abscissio significauit præcidēdos à corpore illo suo benedicto: ita optabat Apostolus gladio anathematis id fieri in Magistris illos & fato res errorum, qui circūcidi Gētes procurabāt. Alludit enim ad abscissionem illam quæ in circūcisione carnali fiebat: quasi dicat. Vtinam & isti qui diligunt abscissionē, sic ab ecclesia abscindantur, sicut eorum caro in ea iudaica obseruantia abscinditur. Quod desiderium nō nisi ex sancta charitate ueniebat, quod saluū corpus fieri posset. Nec opus est hoc in loco ea cōmiseriscisci, quæ B. Hieronymus ad excusandū Apostolum affert, qui tamen nec se excusare illum omni nō à peccato fatetur: quod mihi nequaquā placet, nec potest placere.

Vos enim in libertatem uocati estis fratres, Tatum ne libertatem in occasionem detis carni: sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis: uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autē in CHRISTO: Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico uobis (sicut prædixi) quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt CHRISTI, carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem in-

Vos enim in libertatem etc. De libertate nō carnis, sed spiritus intelligit, occurrens hæreticis nostri temporis, qui prætextu huius libertatis uniuersam legem euertunt, & concupiscentiæ laxissimas habenas tradūt. Grata quidem uoluptuo-

sis hominibus prædicatio. Sed ne talem ab Apostolo libertatem doceri quisq; arbitraretur, cautissimè protinus addidit. Tatum ne libertatem in occasionem detis carni, id est, Modo ne, quæ libertas est spiritus, in libertatem carnis conuertatur ad libidinum uoluptatem, quam uel Plato malorum escam appellabat, quod ea uidelicet homines capiuntur ut hamo pisces. Qua quidem nulla capitalior pestis in sensibus nostris insidere potest. Hoc idem B. Petrus uetabat. Quasi liberi (inquit) & non quasi uelamen habentes malitiæ, libertatem. Per CHRISTVM enim eò res erat deducta, ut qui prius serui erant peccato & legi: liberi autem, id est, soluti à lege iustitiæ: rursus e contrario hi facti à peccato liberi, & à lege illa quæ cōgruebat peccatori, serui fierent iustitiæ.

Verum caro quæ audit libertatem extolli, dat aures: & interpretatur eam esse libertatem quæ liberum hominem facit à iustitia, quæ illa odit, ut si illi dixeris. Serua uota, quæ distinxerunt labia tua, cum scriptum sit: Vouete & reddite Domino, continuo respondeat. Nos in libertatem uocati sumus. Illud enim: Vouete, & reddite Domino, olim erat, & est inter iudaicas obseruantias reponendum. Alij dictionem illam, NEDER; quam ubiq; sancti interpretes nostri uerterunt; Votum; negat significare propriè uotum. Sic ait Suinglius, à quo & hoc didicit Ochinus quidam insignis quondam hypocrita (sed insigni apostasia & turpissima fuga iam obscuri & semisepulsi nominis) uerū significare munera & spontaneā oblationem. Ut hic uidere liceat triplicem carnis sapientiæ: & male sentire: & male facere: & insipienter atq; arroganter se excusare aduersus omnium ueterum sensum tam de re, quam de uoce, quos aduersum se habet, qui & uerbo & facto ipso aliter scripturas sunt interpretati. Hoc nos alibi proprio tractatu luce clarius ostendimus.

Item si dixeris: Obedi Ecclesiæ, & Præpositis. Suscipe deuotè indicta ab ecclesia ieiunia, & iustum CHRISTI, ut in gaudium possis intrare cum illo: & alia huiusmodi addas quæ ad carnis castigationem faciunt, & spiritum roborant, similiter in sua carnis sapientia nobis obijciunt. Nos in libertatem uocati sumus &c. Nec uult intelligere eorum caro, quod sequitur. Tatum ne libertatem in occasionem detis carni. Non est enim carnis, sed spiritus distinguere, Longè aliud esse alligari oneribus legis & obseruantijs, quæ minime quidē castigandi corporis rationē habebāt. Aliud uerò edomare corpus, & in seruitutem talem redigere, ne obsistat spiritui: & ut interim luceat anima quasi uidua, utpote Spōso suo CHRISTO à se sublato. Quod & CHRISTVS prædixit. Venient dies quando auferetur ab eis Sponsus, & tunc ieiunabunt. Origenes aliter hunc locum magno apparatu exponit, hūc tandem respiciens, Ita eos deberel libertatem profiteri, ut nō propterea darent scandalum carni, id est, infirmis in fide. Sed hæc expositio non attinebat ad propositum. Nam Apostolus apud illos uoluit rem omnino præscindere, cum maturum tēpus iam

104. 3. ita posceret securis ad steriles ficulneq; radicē poneret. Euangelium enim (quæadmodū & B. Ioannes de seipso testatus est) crescere debuit, & legē minui. Ne scilicet nimia indulgentia perpetuo penderent ab uberibus matris synagogæ Iudei. Vbi autē pertinaciores sunt animi, maior uis adhibenda est: ut qui ob dulcedinem à rebus gratis ablatari non poterant, uel cū aliqua amaritudine ad solidū cibum deducerentur. Quam ob causam arguit eosdem Apłs alibi, qui cū deberent iam temporis progressu magistrī esse, rursus indigebant instrui quænam essent elementa sermonum Dei.

104. 5. Sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Ecce christiana seruitus, quæ cum charitate atq; dilectione coniuncta, à libertate non seiungitur. Est enim spiritualis non carnalis dilectio, qua liberaliter seruitur. Seruitus quippe earum mala est, quæ opera facit non bona: aut si bona, ea tamen non lubens operatur. Qui autē opera charitatis facit, & lubens facit & promptè: quoniam per charitatem & non inuitus, seruitute bona & beata seruit. Omnis enim lex. Melius; uniuersa lex; ut græca lectio habet. Non enim plures sunt leges, sed una CHRISTI, quæ est dilectio Dei & proximi, ad quam cuncta referenda sunt. Hoc declaratum est in ea quæ ad Rom. c. 13. Nam in dilectione Dei tantum, seposita dilectione proximi (ut ibi, si fieri posset, sisteres) non esset impletum: sed fundamentum, & pars potissima legis. Tum demum absolutè impletur lex, ubi & propter Deum proximum quoque dilexeris: & ob dilectionem eius omnia feceris, quæ summantur & recapitulantur in hoc unū breue præceptum. Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Quod si inuicem mordetis etc. Detractionis uitiū, quod est directò contra charitatem, detestatur: quoniam illud bonum à fratre suo interceptum, quod est inter humana maximum, idq; est fama. Comparatur autem detractor cani mordaci, qui rabido ore lacerat hominem. Homo enim non solum consideratur qua parte oculis carnis cernitur: sed ea maxime quæ minime uideri potest. Considerari autem (ut christiana synceritas hortatur) debet, esse aliquid coram Deo, & hominibus per uirtutes. Quæ si illi detrahantur, moribus detractoris læditur eius existimatio, & sic proculdubio consumitur. Cum igitur mutua exardescunt detractiones, necessariò, ut inuicem absumantur, euenire oportet.

Nunquid autem erit detractio, si forsā uerum dicatur? Est equidem, quum illud uerum est occultum. Et licet non detrahatur de uirtute quæ non habet, detrahatur tamen de existimatione & fama: quod est peccatū, cum fit animo nocendi proximo suo. Quem enim fraterna correctione forte poterat emendare, hostili illum odio antè fœdasti. Et quem debuisti (si uel malum pateret) contegere: contra, cum non pateret, prodidisti.

In uitium detractionis. Graue peccatum detractio, quod è diametro præstā tissimæ omnium uirtuti, charitati scilicet, opponitur. Et apud Christianos tamè plurimum crassatur, ut detractorio sermone nullus ferretur.

in ore multorum crebrior: Quia in parte quid de nouis hæreticis cogitadum: qui nedum uenenois uerbis & libris, Pontificibus, Episcopis, religionibus non parcūt: sed & os blasphemū in cœlum posuerunt, Sanctissimam Dei MATREM, Sanctos omnes, nō honoribus, quibus à CHRISTO capite tanquam charissima membra, sunt ornati, spoliare non perhorrescunt impij. Nam si uerbi otiosi seuera est in die iudicij reddenda ratio, quid expectare debent detractores & blasphemij? Locus hic esset ad salutare monitiones apposituissimus, quem concionatores uerbi Dei tenentur attentius in suum usum conuertere, quod detereantur à tam frequenti linguam in fratrum existimationem laxandi consuetudine. Volat enim irreuocabile uerbum, & læsæ proximorum famæ fiet tandem terribilis exactio.

Dico autem in CHRISTO. Ne putarent eos qui semel induit CHRISTVM, necessariò manesuros semper in CHRISTO, ut quidam hæreticorum arbitrati sunt, hortatur Apostolus aiens: Spiritu ambulate, id est, quod dicat Spiritus atque agit, ac suauiter impellit, uos duci permitte. Possunt enim resistere Spiritui, & possunt sequi. Peccatum enim non iam dominatur nisi uolenti, & ultrò manus porrigenti. Si Spiritum sequitur homo Dei, ambulans ut Spiritus docet & ducit, nihil erit damnationis: quia peccatū non poterit nobis inuitis ad damnationem consummari. Hoc dicere claris uerbis uoluit B. Paulus. Et desideria (inquit) carnis non perficietis. Non pollicetur extinctas iri omnes concupiscentias, & carnis petulantiam suas partes neglecturam, sed dixit: non perficietis consummantes consensu uestro, quo peccatum perficitur: quod abundè satis est. Impossibile est autem secundum communem charitatem, crucifixam esse omnino concupiscentiam, sed solum non obtinere dominatum. In quibus autē ipsæ carnis concupiscentiæ crucifiguntur, nō perfecti sunt, & perpauca: & tales iam in CHRISTO sunt consummati. In charitate communi locum habet sequens conflictus.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum etc. Licet caro nequaquā dominetur, concupiscit interim tamen, ut non rarò contingat uos non ea facere omnia quæ uelletis. Hæc, inquā, inter carnem & spiritum concertatio sic urget, ut homo facere quæcunq; cuperet, minus possit: ut assidue hæreat Deo, & semper unum illud necessarium meditetur, quod uerè bonum est, & illa pars optima, quæ nunquam aufertur. Itaque oportet propter humanas necessitates, & carnem assidue repugnantem & remurmurentem, reuerti ad semetipsum. Et tamen ipse spiritus contra, postulat quæ sua sunt propria. Quamobrem pro loco & tempore audiendus est spiritus, & carnis cura tantisper omittenda, in his uidelicet quæ sunt præcepta: remurmuret licet, aut recalcitret quantum uelit caro. Quod si fiat, rectū tenetur salutis iter, & bene sperandum est.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Ducit spiritus ad quædam præcipiendo, quæ si facit homo

homo, non est sub lege, utpote qui spiritualiter faciat, id est, liberè & amanter obtemperet. Ducit præterea Spiritus interdum ad alia quædam consulendo & exhortando, non præcipiendo: qui si ab homine cui hæc inspirat, etiam in his obtineat, remissius erit ille homo sub lege, qui paret spiritui. Illud item hic considerandum: Esse in statu aliquo; & secundum illum statum uiuere, non parum habere discriminis. Verbi gratia: Sunt multi in statu gratiæ, quoniam baptizati induerunt CHRISTVM, qui tamen cum non uiuant ut lex gratiæ dictat, non sunt sub gratiæ (à qua per peccatum exciderunt) sed sub lege: à qua si per poenitentiam liberentur, rursus sub gratiæ constituuntur. Quicunque igitur sub gratiæ sunt, potestatem habent uel manendi sub illa, dum sequuntur spiritum: uel decedendi ab illa, dum post carnis concupiscentias eunt, subditi legis imperio quæ iram & uindictam minatur. Quam postremam partem numerosior Christianorum pars hodie eligit: inde omnis proborum morum propter imitationem corruptio, potissimum cum nulla iam adsit christiana disciplina in ecclesia: & omnes ordines à sancto illo rigore longè declinarunt. Quocirca facilius (irato in nos ac permittente Deo) multis imponunt non uiu hæretici, primi ipsi corruptissimi, dum effectum gratiæ CHRISTI hac parte, qua fit ut peccatum non dominetur, negant. Non enim uidetur esse plerisque uerum, qui hoc in seipsis non experiuntur: sed contra, sentiunt se abstinere à peccato non posse. Non autem aduertunt miseri sua culpa iterum illam infirmitatem esse contractam, ut in deteriore statu, quam prius, præcipitati sint. B. Petro teste qui ait. Melius erat illis non cognoscere uiam ueritatis. Ad suam uerò dationis cum mulum addit duritiam, dum uiam suæ reparationis ingredi nolunt per ueram ac synceram poenitentiam, per fructus ipsa poenitentia dignos. Si enim semel & ex contrito corde supplices reuerterentur ad Deum, eiusque gratiam lacrymis implorarent, & eius misericordiæ fiderent, haud dubium quin sentirent in seipsis nouum aduenientis Spiritus sancti auxilium, quo certò conspicerent factam sibi peccatorum suorum remissionem. Quoniam uerò maxima pars non agit cum Deo serio, non tangitur dolore cordis intrinsecus, nec ut diuinæ Maiestatis offensa requireret, & nostræ salutis apprehensio, commouemur: ideo & pauci sunt uerè Christiani, & multorum corda patet seductionibus nouorum nostri temporis magistrorum exposita.

Vnde occasio-  
nem accipiunt  
hæretici ad erro-  
rem.

2. Pet. 2.

Quare tã pau-  
ci uere chris-  
tiani.

Manifesta sunt autem opera carnis etc. Ut cognoscatur ergo quis sit uerè sub gratiæ, & qui sub lege, ab operibus docet. Nam carnis opera, illa scilicet quæ auferunt spiritum & gratiam, manifesta sunt: quæ sunt fornicatio etc. Omnia hæc uitia non ignota sunt. Porro attende inter opera carnis, non ea solum crimina collocari quæ ad sensum uoluptatis pertinent, qualia sunt crapulæ, & ebrietates, & obscenæ uoluptates. Verum et quæ ex alijs affectionibus flagitia & scelera committuntur, ut idolatria, & scelerum æmulationes, & contumelias,

& rixæ, & ueneficia, & huiusmodi alia quæ ab Apostolo enumerantur. Quodcumque enim non est à Spiritu sancto, sed prodit ex homine, ex carne uenit. Nam & ipse hominis spiritus in carne computatur: & totus homo caro dicitur in scripturis, in quo non est Spiritus Dei. Ceterum eius modi criminum uocabula, cum nota sint, consulo illa omitimus. Potius aduertendum quod ait. Qui talia agunt regnum Dei non consequentur, nisi scilicet illos poeniteat & resipiscant. Nam si poenitentia ducti ad iustitiæ reuertantur, uidentur nunquam illa commisisse, iuxta legem à Deo datam: Si reuertatur impius à uia sua, omnium iniquitatum eius non recordabor, dicit Dominus.

Exech. 18.

Fructus autem spiritus est, id est, illius doni, quod insignantur qui sunt in CHRISTO. Caritas etc. Sed uideri posset, charitatem esse ipsummet spiritum: nisi capias hic charitatem pro actu. Aut intellige Spiritum largius pro ipso largitore, quicum sit in nobis per charitatem suam, quodam ineffabili modo parit nostram charitatem, & inde gaudium, & postmodo pacem. Vnde longanimitas, & patientia, & bonitas in affectu, & benignitas in effectu: tum fides, qua promissa seruantur: & debita ipsa citra ullam fraudem redduntur. Nam uirtutum omnium fundamentum est fides. Deinde, πραότης, id est, mansuetudo. Denique ἐγκράτεια, id est, temperantia, quam uocem tribus uocabulis reddidit nobis latinus interpret, quæ sunt, modestia, continentia, castitas. Est enim temperantia iuxta eruditorum expositionem, communis quædam uirtus, quæ in omnibus modum quendam atque ordinem rectissimum constituit, siue in dictis, siue in factis.

Aduersus huiusmodi non est lex. Notent hæretici aduersus quos non est lex, nempe aduersus eos qui habent fructus spiritus, charitatem, gaudium, pacem, quorum est longanimitas, patientia, & cetera uirtutum opera. Aduersus huiusmodi non est lex. Ergo aduersus illos est lex, qui à charitate exciderunt, & præuaricatores constituti sunt: non item aduersus eos qui secundum legem uiuunt. Qui enim tales sunt, sponte & libenter cum gaudio quæ sunt legis operantur, & secundum uirtutem: nec habent sibi legem aduersariam, cuius minas ac terrores & supplicia despiciunt, dum bene agunt. Et uide loquendi modum. Non negat his legem esse positam: sed dixit, cum sit et illis posita lex, quam debent custodire, non esse tamen his aduersam qui illam custodiunt, sed familiarem ac beniuolam eam sentiunt in corde suo, pollicentem bona, & afferentem gaudium et pacem, etsi nondum perfectam, ut sæpe dictum est. Qui autem sunt CHRISTI etc. Apud B. Paulum dicuntur esse CHRISTI, qui iam perfecti sunt & consummati, siue per abundantiam gratiæ, qua impleti sunt ab initio: siue per eum uicium quem tenuerunt ambulantes in spiritu. Nam si aliquando eò perueniunt, ut crucifixerint carnem suam cum uitijs omnibus, et concupiscentijs: ita ut iam nec ipsæ concupiscentiæ excitentur, & uix sentiant primos motus. Sed isti rarissimi sunt: Esse

Esse tamen posse arbitror, cum hoc quam manifestissime ponat Apostolus: & utinam sic crucifigamur nos cum CHRISTO aliquando. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus etc. Horatur ergo tandem pro more suo ad uitam christianam & spiritualem. Et sensus est. Si uiuimus spiritu, hoc est, si à spiritu illa uita est, quæ uera est, spiritualiter uiuamus. Tandiu enim penes nos ipsum spiritum retinemus, quandiu illi obdienter sumus. Si ergo ita est, spiritu & ambulemus, id est, deducamur in actionibus ipsis, quemadmodum Spiritus ipse uerus imperat: non autem ut caro, uel spiritus erroris impellit. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi &c. Ad Iudæos & Gentes simul hic sermo dirigitur, qui se inuicem prouocabant, præsertim per inuidiam & æmulationem. Iudæi liuore quodam tabescentes, molesti erant & iniuriosi in Gentes, quæ tanta multitudine & promptitudine assumebantur, dolentes communicatum & illis spiritum: quasi fieret eis à summo Patre iniuria qui bonus est. At illi nequā habebant oculum, ut exprobratur cuidam in euangelio.

CAP. VI.



RATRES, ET SI PRÆoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem CHRISTI. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit: Opus autem suum probet unusquisque: & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.

Communicet autem is qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.



Resequitur doctrinam ad christianos mores pertinentem, ut in omnibus principatum semper teneat ipsa charitas, & mutue salutis desiderium. Ait ergo. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo etc. Significat delictum ex inconsideratione ac fragilitate commissum. Hoc innuit uerbum, præoccupatus: Et spirituales uocat eos, qui se tales præsumebant. Et propriissime ait: homo; humanam

infirmitatem designans. Ergo uaria peccati ratio, uarium quoque correctionis genus exigit. Si quis enim ex infirmitate, nulla data opera, sed præoccupatus peccat, dignus est misericordia, et leniter corripitur, atque instaurari. Instruite (inquit) eiusmodi. Emendatius; instaurate; seu perficite, iuxta græcam uocem. Aliud est si præmeditatus malitiosè peccauerit. Tunc enim non tanta lenitas est adhibenda. Item si peccatum sit grande & periculosum, noxiumque alijs, tunc durè ac seuerè corripendus est homo.

Considerans teipsum, ne & tu tenteris. Mira conuersio de plurali ad singularem numerum: non quidè facta ex imperitia, ut B. Hieronymus opinatus est (Nimis enim crassus hic lapsus fuisset, potiusque incuria quam imperitia commissus) sed quam reuera nec per imperitiam existimo accidisse. B. Paulo, nec per incuriam, quin potius de industria sic esse ob eam causam dictum: quia quod singulariter dicitur, efficacius etiã ab uno quoque singulariter tanquam sibi uni dictum accipitur. Ea namque sermonis commutatio unumquodque seorsum commouefacit uiuacius, ut dum audit, seipsum interroget atque exploret, dicens: Nunquid me hic sermo pungit? Et proditum se esse intelligat, si quis sibiipsum conscius se se talem inueniat, qualis nota illa singulari designatus est. Nam quæ communiter in omnes iaciuntur, frigidiora sunt, nec eandem uim ad mouendum singulos habent. Videtur ergo B. Paulus duritiem & austeritatem fortè cuiuspiam tacitè subnotare, cui remedium præbet subiungens.

Alter alterius onera portate. Onera nostra, sunt peccata nostra: aut potius ipse reatus qui contrahitur à peccatis. Ergo portare alterius onera, est peccatorum alienorum reatum in se assumere, & poenas pro eis luere: quemadmodum CHRISTVS satisfecit pro omnibus. Vnde & rectè dicitur. Et sic adimplebitis legem CHRISTI, quæ est charitatis lex. Eo enim modo impletur, quo & ipse impleuit. Ille portauit iniquitates omnium nostrum, & sic adimpleuit omnem iustitiam, id est, integram & absolutam iustitiam, cum non solum ipse pro se iustus fuerit, sed etiam ad nostram iustificationem in se transtulit supplicia peccatis nostris debita, ad eò dilexit nos. Et hunc commendauit nobis dilectionis modum dicens: Hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. In quo postremo uerbo explicatur dilectionis modus eximius: Sicut (inquit) dilexi uos, qui animam meam pro uobis posui. Verum quotusquisque est qui hæc consideret, nedum qui persoluat? Audiamus reliqua.

104. 15.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit etc. Quod ait; Nam; non obscure innuit rationem, cur homo est in alios immisericos, durus, ac minus iustus, utpote qui nolit alterius fratris onera portare. Est autem ratio, sui ipsius ignorantia, ac præsumptio de seipso: quasi non sit ipse quoque peccator, nec ulla habeat onera, quæ debeant leuari per alios. Qui falsam hanc de seipso concepit estimationem, uel hoc ipso peccator est maior, qui CC ij non



non solū seipsum non nouit, sed & insuper alios spernit. Meritò ergo in illū dicitur: *Qui se existimat aliquid esse, quasi ex se sit id quod est.* Hoc proprie significat: *Esse*; nimirum per se esse, quod est proprium Dei. Qui ergo se existimat aliquid esse, cum uerè nihil sit (quoniā si quid habet, accepit) ipse se seducit. Græcè, mentem decipit. Sic mentitur iniquitas sibi, falsa de seipso credenti.

*Opus autem suū probet unusquisq; & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero:* Sensus est *Ut possit uerè gloriosus esse homo in opere suo, siue illud sit opus doctrinæ, siue aliud quoduis, bene probet ipse opus suum, & nō de malo aliorum opere, tanquā comparatione quadā, exulet, quasi ea non admittat flagitia, quæ alij: Vel fortè sua bona opera anteponat, & pluris proprio iudicio æstimet.* Nam & operatur forsā et illud: aut fortè aliud quiddā & peius. Quòd si ea sit foelicitate præditus, ut nihil mali operetur: tunc etiam non minus clemens & mitis in alios esse debet, quibus non est collata tanta gratia. Verè homo Deo gratus debet (ut eleganter dixit B. Augustinus) deputare sibi dimissum, quod non fuerit à seipso, gratia Dei auxiliante, commissum. Qui hanc regulam non sequitur, sed se conferens cum alijs seipsum iudicat, est illi Pharisæo similis, qui in eo gloriam suam statuebat, quòd non esset uelut publicanus, & cæteri hominū.

Sunt & alij, qui in aliena gloria suam gloriā statuerunt, & propter illos putant se aliquid esse: quales illi qui dicebant. Ego sum Pauli &c. Hos pleriq; imitatur gloriantes patres nostros sanctos fuisse, & hos quidem celebri sanctitate commendabiles: quorum & nomina atq; numerum laudi nobis ad plausum uertimus. Hoc illi meruerunt, & fatemur omni ueneratione & cultu dignissimos. Verū sicut nec aliena me iniustitia uel condemnat uel commendat: ita nec iustitia, nec operis alterius probatio opus meum reddet bonū, si malum fuerit ante oculos iusti Iudicis.

Potest & aliter locus hic intelligi. Non deesse quosdam qui non accuratè atq; sedulo in opus suum inspicunt, ut per se illud quale sit probent, sed quale alijs uideatur expectant, ut sic se probent aliorum iudicio. At hæc non est legitima probatio. Non enim quæ homo commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

*Unusquisq; enim onus suum portabit, id est, unusquisq; de proprio onere seu peccato iudicabitur.* Neq; uerò per alterius opus, si alius benefecerit: aut per alterius iudicium, si bene alius de illo senserit, exonerabitur, sed ipsius Dei sententia.

Hoc in loco quidam sciolus ex hæreticorum grege, nititur probare inualida esse uiuorum suffragia, quæ pro defunctis fiunt. Et quòd insignem uideas eius arrogantiam, simul & impudentiam cum pari inicitia coniunctam, producit ex Hieronymo testimonium his uerbis. Annotauit autem in hunc Pauli locum B. Hieronymus, quod telatere nolui. Est enim utile imprimis, omnibusq; pijs gratissimum, sed Italicis cananæis proculdubio ingratisimum. Obscurè licet docemur, ait, per

hanc sententiolam nouum dogma quod latitat, dum in præsentī sæculo sumus siue orationibus, siue consilijs posse nos inuicem coadiuari. Cum autem ante tribunal CHRISTI uenerimus, non Iob, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quocumque, sed unumquemq; portare onus suum. Quæ ergo fronte audent sacrifici Rom. Pont. defunctorum: necessarijs polliceri Diuorum intercessionibus, & pro peccatorum expurgatione uendere Missas: Hæc profectò impostorum ars est, non sacra sacerdotum Dei fides. Hæc iste nescio quis Burlingerus, quasi B. Hieronymus ibi loquatur de sacrificijs pro his defunctis, qui iam dormitione in Domino acceperint, cum eiusmodi dogma minime latitaret, quod semper obseruauit ecclesia. Ergo manifestè ipse B. Hieronymus satis innuit dogma latitans, aduersus quod illa diceret. Erat quippe serpens adhuc Origenis hæresis, qui uolebat omnes aliquando & homines, & Angelos malos adepturos salutem. Illam igitur hæresim iugulat, quæ tunc latitabat. Supererant eo tēpore aliquot Origenis defensores, qui clam illa secum musitabant, quos ille sanctus zelo fidei flagrans uellicabat. Absit autem ut rem in ecclesia nedum minime latitantem, sed assiduo semper communi usu patentem, uoluerit uir Ecclesiasticus (ut hic nebulo imponit) sua solū autoritate damnare, idque per eum Apostoli locum, quo nequaquam possit euinci. Mens est ista ergo B. Hieronymi aperta: Cum uenerit illa dies, qua quisq; recepturus est prout gessit in corpore, ad flectendam iudicis sententiā nullæ præces tunc, nullæ obsecrationes ualebunt, ut qui damnationem æternā meruerint, possint euadere aliquando: cuius oppositum cogitabant Origeniani.

*Communicet autem is qui catechizatur uerbo &c.* Institutum Domini hoc in loco B. Paulus commendat, ut doctores qui diuites in uerbo sunt, pauperes autem in bonis (nam etiā sic dicebantur) participarent bona eorum quos instruebant, ut quædā hinc æqualitas nasceretur: & per charitatem mutuam qui minus, & qui plus collegissent, æquarentur. Hoc ad Cor. explicatum est. Et hic: Bona; uocat communi acceptione, quæ pertinent ad uitæ commoda & sustentationem. *Nolite errare: Deus non irridetur.* Erant in alia sententia nonnulli, qui putabāt se non obligatos ad communicandum de suis bonis suo doctori. A quibus cū non peteretur lite forensi, se suos elusisse doctores ridebant, meritis stipendijs fraudatos. In hoc ergo errabant, quod etsi deriderent homines, Deum tamen ipsum irridere non possent. Deus enim nulli subiacet irrisioni. Irridetur uel ignarus, qui decipitur: uel impotens, qui non ualet irrisionē uindicare. Sed non decipitur Deus quasi ignarus: nec impotens est ad uindicandū, qui irridetē potest adigere statim in fletum ac luctū æternū: quod & facturus est, sed sua die.

*Quæ n. seminauerit homo, hæc & metet.* Seminatur homo uel opera carnis, uel opera spiritus. Per opera carnis se egregiè pascit, & uoluptuosè agit hæc uitam. Sed horum exitus est corruptio: quoniā caro

caro cōtumis bene & diligētè curata, corrūpetur tamen & breui. Per opera uerò charitatis pascit spiritum, ut iustitiæ coronam metat. Sic est seminare in carnē, & seminare in spiritum, id est, uel carnem in futurum prospicere: uel spiritum. Et sicut caro subiecta est corruptioni, sic opera quæ in carnem facta sunt, euanescent. Similiter sicut spiritus uiuit in æternum, ita & opera quæ in spiritum facta sunt, æterno condonantur præmio. Crescit enim assidue spiritus, qui bonis operibus alitur, ut hinc metamus uitam æternam. Notet hæc Lutheranus, & agnoscat peruersitatem suæ doctrinæ. Verū Tacianus quidā hereticus hunc locum turpiter intelligens, stultam hæresim commentus est, nuptias hic prohibitas, asseuerans illa nuptiarum opera esse in carne seminare. Sed iam dudum explosa est hæc insana hæresis. Nihil est secundum carnem dicendum, quod uolente sit & iubente Deo, & sacramento sanctificante. Nam quicumq; legitimas nuptias contrahit, ad spiritum tendit ut prolem Deo generet.

*Bonum autem facientes non deficiamus &c.* Negligentiam & torporem in operando bonum, optima ratione dissuadet. Perseuerantium enim usq; in finem corona est. Et sicut aberit omnis lassitudo, & labor, & fastidium, & tēdium in possessione coronæ: ita hic debemus nō deficere tædio in operando, fingentes laborem in præcepto, habita præsertim breuitatis temporis ratione, quæ est (ut alibi ait) leuis, & momentanea.

*Habere tēpus.*

*Ergo dum tempus habemus &c.* Dicimur habere tempus, quādo est ad usum ut possimus mereri. Nostrium enim est, quādiu ad beneficium nostrū cedit, honest, quādiu sumus in hoc mundo, & possimus operari. Postmodo autem fit quod scriptū est. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Deus & Dominus noster IESVS dicitur accipere tempus ut iudex iudicaturus: quā postq; litigantes assignato certo tempore produxerunt pro sua causa quod libuit, non habent ulterius facultatem produceri. Venerunt tunc dies iudicis, nec quicq; relinquitur homini, quò sibi ualeat & suæ causæ prospicere. Hic locus proculdubio mirificè cōfutat & apertissime hæreticos, qui tanta contentione æternā uitam operibus reddi incipientur, & nullam inesse uim ad promerendum mercedem. Apostolus autē bona opera respectu æternæ uitæ, comparat semini respectu fructus qui metitur. At in semine insita uis est ad producendos fructus: ut qui seminat semen suū, iustè metat quòd promanat ex semine. Cum hæc certò uiderint hæretici, non mirum si dū ad hæc loca perueniunt, tanq; reformident & fugiant, magno silentio quieti prætereunt. Aliàs ubi minimam nanciscuntur occasionem dicendi contra opera, uelut cicadæ ac ranæ nullum faciūt coaxandi finem, eadem sexcenties inculcando. Nam Lutheri ad hanc epistolam commentaria, nihil aliud ad summam continent, quā tres aut quatuor conclusiones, quās infinitis infarciens, lectori tēdium affert recensendi. Hoc autem in loco de operibus ac merito operum bonorū ac

*Hereticorum uersutia.*

malorum est sermo. Et bona opera quasi semina producere nobis uitam æternam, sicut econuerso, mala æternam mortem, ait B. Paulus. Quid autem Lutherus? Ecce in primis quasi aliud agēs, sic excusat. Ego istiusmodi sententias non libenter interpretor. Videntur enim nos commendare, ut reuera commendant. O uirum omnis aspernatorum gloriæ: imò uerò ò insignem hypocritam. Sed ne omnino intactam rem derelinqueret, quā prorsus prætereire sine sui præiudicio non poterat, adiecit. Hic quæstio est, Vtrum per bona opera mereamur uitam æternam. Id enim Paulus uideatur hoc loco asserere. De sententijs quæ de operibus & mercede loquuntur supra cap. 5. satis diligenter et copiosè disputauimus. Valdè autem opus est exhortari, exemplo Pauli, credentes ad bene operandum, hoc est, ad exercendam fidem bonis operibus. Ea enim nisi sequantur fidem, certissimū signum est fidem non esse ueram: hæc ille. Vbi uides quā nutet, quā nihil dicat, nec satisfaciatur suis ijs fucis prudenti lectori. In quinto autem cap. sic hanc questionem tractauit, ut passim aberret ac blasphemet: et ea profert de libertate christiana, de charitate, & charitatis operibus, quæ certè solūm recitare ad confutationem supersunt. Verū quia longa hæc esset historia, & reuera maxima afficior molestia dum ista recolo, prudens missa facio. Nam & lectori pio & catholico nihil utilitatis parerent. Satis est apprehendisse neruum argumenti, quo ita perturbantur hæretici, ut ipsam uocem amittant.

Videte qualibus literis scripsi uobis meam manu. Quicumque enim uolunt placere in carne, ii cogunt uos circuncidi, Tantum ut crucis CHRISTI persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt: sed uolunt uos circuncidi, ut in carne uestra gloriantur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In CHRISTO enim IESV, neq; circuncisio aliquid ualet, neque præputium: sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini IESV in corpore meo porto. Gratia Domini nostri IESV CHRISTI cum spiritu uestro, fratres. Amen.

*Videte qualibus literis &c.* Hæc ergo epistolam sua propria manu, præter morem, scripsisse B. Paulum hæc uerba testantur, quò rei grauitatē quæ id postulasset, ostenderet. B. Hieronymus tamē uult ut ex hoc loco ea tantūmodo quæ sub sequuntur, esse scripta manu illius capiamus: non autem quod ante scriptū erat. Verū aliud uerba ipsa porrigere uidentur, dum ait: *Scripsi uobis* CC lli & non

*Nota uerba Lutheri.*

*Contra negantes suffragia pro mortuis.*

Et non ait; scribo uobis. *Quicumq; enim uolunt placere in carne etc.* Homines quosdam notat de gentibus, qui uolebant seruire Iudæorum tumori, qui eo nomine inflabantur in carne, quod essent Iudæi per circumcisionem: & cogebant alios etiã circumcidi, *Tantum ut crucis CHRISTI persecutionem non patiantur:* Crucis enim CHRISTI persequutio exercebatur uerè in Christianos tũ à Gētib; tum a Iudæis. Gentes autem nõ sæuiebant in eos qui in Iudæorum populo computarentur. Quocirca & ex Gentilib; qui CHRISTVM confitebantur, circumcidebant se nonnulli, ut uiderent uenientem à Gentibus persecutionem crucis. Nam dum se Iudæos confitebatur, de patrijs legibus ac religione non poterat quisq; illis facere negocium. Hoc enim legibus primarijs Cæsaris, & Augusti, & Tiberij sancitum erat. At qui in præputio manebant, non poterant eo iure uti: & ideo undiq; persecutionem crucis habebat, ut ait B. Hieronimus, & rectè. Quod autè ob eam causam circumcidantur, quia uolunt placere in carne, & nolunt pati persecutiones, uel ex eo facile patere ait Apostolus, quoniã etiã circumcisi, *Legem non custodiunt*, idest, non curant seruare illã. Solum ergo circumcisionis prætextu, uelut quodam clypeo, protegiã persecutionibus uolũt, & in carne uestra gloriari, quos habent discipulos.

*Mihi autem absit, etc.* Hinc uera gloria, uidelicet in cruce Domini IESV, dum cum illo comparatur, ut & tandem in solatio sempiterno conregnemus. *Per quem mihi mundus etc.* aut potius, per quã crucem. Nam CHRISTS crucis agit diligētib; affigi cum CHRISTO, ut & mundus sit illis crucifixus: & illi uiceuersa mũdo, idest, sit illis mundus miseria, & uituperium, & maledictum, non secus atq; crucifixus quoddam, et omnibus abominabile. Et ita econuerso, illi sint ipsi mũdo similiter uelut crucifixus, idest, despicabiles, & abominabiles, ac detestatione prosequendi.

*Neq; enim circumciso aliquid ualet etc.* Non est mundus ei crucifixus, qui fides in carne, & gloriatur uel ut Iudæus, uel ut Gentilis: quia in Domino gloriandum est, in quo nec circumcisio iam inuenitur, nec præputiũ, sed noua creatura, CHRISTVS enim morte sua mortuus fuit peccato, et circumcisioni ac legi, & in nouã creaturam Deo uiuens euasit. Talis iuxta proportionem efficitur, qui cum CHRISTO moritur in baptismo. Immeriso namq; aquis, seu crucifixo uetere Adã, resultat nouus, qui secundum Deum creatus est, omni terrena creatura altior. Et hæc est salutaris regula de qua testatur, addens.

*Et quicumque hanc regulam sequuti fuerint etc.* Non potest esse uera pax quandiu sumus in hoc mundo, et non auellimur prorsus ab eo: quoniã non est firma spes regni. Hi soli qui inde auulsi sunt, & semetipsos quantum possunt, (Deo iuuantè) auellunt, certi sunt de misericordia Dei, & in pace sunt. Et isti dicuntur Israel Dei, qui est secũ

dum electionem, non secundum carnem. Isti præceteris uident Deum, aut fortes sunt cum Deo, sicut uox ipsa; Israel; significat.

*De cetero nemo mihi molestus sit etc.* idest, Nemo mihi laborem imponat, tanq; sim unq; eos toleraturus qui aliter sapiãt, aut daturus manus. Et signum cur non possit cum illis consentire. Ego enim stigmata Domini IESV in corpore meo porto: quia iam signatus erat stigmatibus CHRISTI in toto corpore: ac si dixerit. Non possum iam negare quin fuerim professus gloriam crucis in impropertis: neq; commutare illam cum gloria huius mundi, cum habeam semper contra me militantiã signa illa in meo corpore, quæ ut turpissimum desertorẽ me semper accusarent. Erat Paulus (ut uerisimile est) toto corpore signatus, ut qui à Iudæis quinque quadragenas una manus accepisset, ac fuisset ter uirgis cesus, & semel lapidatus, & pro mortuo nonnunq; derelictus: quæ oia erant magna animi cõfirmatio. Etenim Christianus uerus quanto pro CHRISTO aliquid passus est acerbius, tanto èt magis pati desiderat: idq; pluribus de causis, quas pio lectori ad ad frustrum spiritus relinquo meditandas.

Indignantur autem hoc in loco noui Apostate atq; heretici aduersus fratres Minores, qui ad regulam Beatissimi Francisci & eius stigmata, hæc Apostoli uerba applicant. Fremunt huius rei gratia, & hanc rem quasi piaculum magnum uerbis atrocibus insectantur. Nam regulam illius gloriosi Sancti, quæ nihil præter egregiã CHRISTI imitationem redolet, blasphemant: & stigmata illa negant, quæ uniuersa ecclesia semper credit. Scelestus ille, facinorosus, atq; impius Lutherus, primũ de ea regula quẽdã pronunciat, quẽ uel recitare puto nefas. Deinde stigmata à CHRISTO in eius corpore impressa ridet: et interim uera CHRISTI stigmata ipse sibi cum Paulo arrogauit. O hominem audacissimũ, & Satanæ organum: O dementatos et excoecatos, qui has orbis uniuersi pestes & faces audent cõsectari. Domine IESV ostende potentiam tuã & ueni, & uisita uineam tuam. Satis enim superq; satis exterminauit eam Aper hic de sylua: & singularis ferus depastus est eam. Sed redeamus ad nos metipsos, & ad percipiendam Beatissimi Apostoli Pauli benedictionem, ait.

*Gratia Domini nostri IESV CHRISTI cum spiritu uestro fratres, Amẽ.* More suo, loco; Vale; Gratiam in ultimo adicit, quam in principio salutationis precatur. Hæc nobis largiri dignetur clemētissimus Pater: cui cũ Filio & Spiritu sancto honor & gloria, & gratiarum actio in sæcula. Amen.



ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.



PHESII, AD QVOS PRÆSENTEM EPISTOLAM B. PAVLVS Apostolus scripsit, ab Epheso cognominati urbe Asia, quæ erat metropolis Ionia, per triennium habuerit doctorẽ eundem B. Paulum. Et primò quidẽ in synagogis: deinde in schola cuiusdam Tyranni docentem: ubi uirtutes multas operatus est, & fructum prædicationis retulit uberrimum. Et cum denũ Ierusalem proficiscens ad eos diuerteret, prophetauit quæ essent sibi obuentura de uinculis suis & catenis. Concionem quoque ad illos habuit egregiam, plenam charitatis, protestans post discessum suum exorturos Magistros mendaces, subuersores, & discipulorum abductores. Post completam iam suorum uinculorum prophetiam scripsit ad eos à Roma per Thalicum epistolam hanc: cuius argumentum facile est ac breue. Non enim aliud continere uidetur, quam puram ad perseuerandum hortationem: ut quæ ipsi de euangelio Dei eterno audierant, inconcussè fideliterque retinerent. Quod ut persuadeat, aliquot rationes affert, quibus suo ordine & loco dilucidè explicandis dabimus (largiente Deo) diligentem operam.

COMMENTARIA

IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.



AVLVSApostolus IESV CHRISTI per uoluntatem Dei, omnibus qui sũt Ephesi, & fidelibus in CHRISTO IESV: Gratia uobis et pax à Deo Patre nostro, & Domino IESV CHRISTO.

dici poterat; *Qui estis Ephesi.* Et item quod ait; *Sandis et fidelibus in CHRISTO IESV;* In eũ sentum fortassis accipiendũ est, ut cõsideremus ista separari propriè nõ posse. Qui enim sanctus est, etiã fidelis in CHRISTO est, si eam fidẽ habeat quẽ sola ualet, idest, quæ per charitatem operatur. Et tamen suos gradus habet sanctitas, ut nec omnes fideles sanctos uocemus, secundum excellentiores sanctitatis modos. Est enim eximia sanctitas & ex seipsa, quæ est solius Dei propria. Vnde singulariter ad illum clamant in cœlis Seraphin, SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS. Et nos CHRISTO dicimus: Tu solus SANCTVS. Et tamẽ alia est eius sanctitas quatenus est Deus: & alia quatenus homo. Licet & hæc sit summa ad omnium sanctitatem creaturarum comparata. Sic enim sanctificatus est per gratiam, ut de illo homine uerum sit, quod est filius Dei naturalis propter unionem naturarum in hypostasi diuina, quæ est VERBUM. Vnde cœlestis nuncius Gabriel foelicissimæ illi VIRGINI dixit. Quod ex te nascetur SANCTVM: uocabitur filius Dei: quod de nullo mortaliũ fas est dicere. Et item alia scriptura. Non dabis SANCTVM tuum uidere corruptionem.

*De uarijs gradibus sanctitatis.*



REVIORIS hinc & insequentibus epistolarũ inicitis erimus, ne eadẽ sæpius repetamus. Nam quæ ad explicationem nominis; Pauli; & Apostoli; conditionisq; ac status pertinebant, superioris tradidimus. Salutationem de more præmittit expresso proprio nomine & officio, ut certius quæ scripturus erat, exciperetur. Possimus in eos obiter istud meritò obijcere, qui lucem exosi suppresso nomine libellos edunt, quò turiores populis pestiferã suã doctrinam infundãt. Quem nos dolum in opusculis nostris materno sermone, aperuimus. Porro quod nos legimus; qui sunt Ephesi; rectius

Proximè sequitur CHRISTI sanctitatem, etiã singularis quædam ipsius Beatissimæ VIRGINIS sanctitas; de qua etiã specialiter dicitur. Sanctificauit

*Luc. 1. Pf. 15.*

Pf. 45.

Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Et ipsa uocatur Arca sanctificationis, quæ immediate contingit Domini sui & nostri sanctitatem. Post hanc, est & nobilis quorundam sanctitas, qui pleniore coram Deo gratia pollent: quia & ipsi magis appropinquarunt CHRISTO, Apostolorum uidelicet sanctitas, Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, nobilium Confessorum, qui abundantiore gratia sanctificati, meruerunt propius accedere & assimilari Domino, configurati prius illi in hoc mundo doloribus, & passionibus, ut & conformarentur in gloria.

Est & communis quidam sanctitatis modus, secundum quem quicumque fide & charitate coniunguntur Deo in CHRISTO, sancti communiter dici possunt. Vnde & sanctificari dicimur in baptismo: & unum quodam modo spiritualiter fieri. Et per hanc connexionem spiritus fit communicatio, & illa sanctorum communio, unum ex primis fidei nostræ articulis. Sic enim uerè sanctificatur, & sancta dicitur Dei ecclesia. Sed hæc sanctitas inchoata est, quæ augeri oportet & crescere donec perficiatur. Id autem fit incumbendo bonis operibus factis ex fide & charitate, quæ sunt fructus spiritus, quos uidens Deus dignatur ipse augmentum apponere donorum iustitiæ & gratiæ, ut fructus etiam reddat uberiores.

Luc. 19.

Siquidem habenti dabitur, & abundabit.

Sciendum tamen, Nullam sanctitatem, quæ sit in hoc mundo, esse summo sine perfectam tam in anima, quàm in corpore. Et de corpore quidem manifestum est, per naturam peccatum & corruptionem. De anima uero etiam nobis certum: quoniam per fidem ambulamus, & non per speciem. Necdum perfecta est charitas nostra, quæ non penitus excussit timorem. Vix enim potest id fieri, dum adhuc uersamur in medijs tam uasti pelagi periculis. Et ob istam causam non audemus uocare sanctos quoscumque dum agunt in hoc sæculo, donec hinc cum pace exierint, & reliquerint testimonia ecclesiæ clara ante actæ uitæ inculpata & sanctæ. In paradiso igitur expectanda est omnium perfecta sanctitas. Nec erit tam æqualis omnium: sed ut quis maiore abundauerit gloria, & propinquior fuerit Autori & Patri gloriæ. Hic ergo Apostolus generaliter de sanctis, quales esse in hoc mundo possunt, loquitur: in quibus continentur fideles omnes in CHRISTO, non propterea ullum præiudicium facere hac sententia intendens altioribus excellentioris sanctitatis gradibus,

Benedictus Deus & Pater domini nostri IESU CHRISTI, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in CHRISTO: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per IESUM CHRISTUM in ipsum: secundum propositum uoluntatis suæ, in

laudè gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in CHRISTO, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte uocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in CHRISTO. In quo & uos, cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius.

*Benedictus Deus etc.* Pro more suo decenter incipit à gratiarum actione. Intendit autem (ut ipsemet declarat) confirmare Ephesios in fidem iam accepta, ostendens dispensationem mysterij CHRISTI, id est, prædicationem incarnationis, & gratiosi aduentus eius prouidentia Dei ac precepto tunc maxime uigere, & sibi esse creditam, sicut & alijs: sibi tamen specialiter apud Gentes. Vnde & cogitur ob tantam memoriam beneficij perpetuo in animo excitati, suam sibiq; similitudinem electionem ac prædestinationem, & sic donorum abundantiam uberiorem prædicare, ut illi manerent in gratia euangelij: Nec scandalum paterentur ullum à uinculis & pressuris quibusangebatur, sed, nullo modo succumbebat. Declarat item per euangelium euacuatam esse ludæorum gloriationem. Nam & Gentes uocauit Deus ut esset quoque euangelij participes, perseverante tamē quadam ludæorum prærogatiua: quoniam ab ipsis & eorum prædicatione & doctrina deriuare illud oportebat ad Gentes. Post hæc autem hortatur ad unionem & pacem, secum simul & cum Iudæis, cum sint omnes unum, aut potius unus, & noua creatura in CHRISTO. Alia præcepta & instituta sancta commemorat plena gratiæ, & ueritatis, & mysteriorum. Denique animat eosdē & instruit aduersus diabolicas insidias, & satanicas pugnas, & pro se orationes fieri rogat. Et quomodo ipse agat, per epistolæ latorē Tyticum ait illos intellecturos. Hæc summa totius huius præsentis epistolæ.

Benedicit ergo primū Apostolus Deo, confitendo, & acceptum ferendo illi dona & munera sua. Quæ est prima pars & sola gratiarum actionis, quam ualemus erga Deum exercere. Ingratus est enim & dignus amittere, qui donatori non refert omnia accepta. Grati autem erga Deum aliter esse non possumus, cui nos pares referre gratias

gratias, nec quicquam possumus retribuere, cum ille bonorum nostrorum nec egeat, nec sit bonorum nostrorum (quæ proprie non sunt nostra, sed ab illo profecta omnia) capax.

Nota.

Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Istud est quod de Deo confitetur Apostolus. Et loquitur manifestè de seipso, & alijs Apostolis, quibus madata erat euangelij prædicatione, quos ad eam functionem ornari decuit omni dono. Vocat enim benedictionem Dei, quod uis donum ab eo manans. Nam benedicere Dei, est benefacere: quoniam non potest ille quicquam dicere cum uoluntate ut fiat, quin continuo illud factum sit. Vnde legimus, Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Et licet omnia bona dona ab ipso sint, & in nos descendant: Apostolus tamen hic non de quolibet dono loquitur, sed de spiritualibus. Sunt enim & carnalia bona, quæ nobis sunt cum bonis & malis, imò peccudibus & bestijs communia: quandoquidem plerumque his mali homines maiori copia abundant quam boni. Ipse uero de quo genere bonorum intelligat, subiiciens aperit.

Pf. 148.

In omni benedictione spirituali. Ut nullum sit benedictionis genus, & doni ad ministerium illud tam magnum opportuni, illis denegatum. Et ut distinctius has declararet spirituales benedictiones, Adiecit: In cælestibus, ac si dixerit. Non consistunt hæc benedictiones in terrenis & perituris, sicut illæ benedictiones quas per Moysen distinxit Dominus illi hebræo populo: sed in cælestibus & æternis, ad quæ uir Dei aspiras habet conuersationem suam, non iam in terris, sed in cælo. Vnde alibi monet: Si cōsurrexistis cum CHRISTO, quæ sursum sunt querite, ubi CHRISTVS est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. In CHRISTO: In quo esse illos oportet & manere, qui potiri uolunt his benedictionibus. Qui enim in illo sunt, iam resurrexerunt cum illo, ut mortui peccato deinceps uiuant Deo. Tales erant insigniter Apostoli, & B. Paulus, uidelicet sic CHRISTO hærentes, & tanta in eo fide & dilectione coniuncti, ut essent ueluti in uite palmites, unde succum spiritualē (quo & se & alios aleret) posset assidue trahere, ad reddendū uberes ipsi Deo & suaves fructus. Porro unde uenerit, & qua gratia, aut quo illorum merito, ut huiusmodi benedictionibus, quibus uerè impleti sunt, donarentur: Audi consentiētem Apostolum, qui omnia ascribit electioni diuinæ, & æternæ prædestinationi. Ait enim.

Col. 3.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati (Græcè, irreprehensibiles) in conspectu eius in charitate. CHRISTVS ipse electus proculdubio ante & super omnes. Sed in quo electus? Haud dubium quin fuerit electus in Deo Patre, id est, in gratiam & gloriam Patris. Non enim datur ullum medium inter CHRISTVM & Deum, Filium scilicet & Patrem. Deus, CHRISTI caput est: Apostoli, & quicumque ei in hoc munere similes electi fuerunt in CHRISTO, fuerunt electi in gratiam & gloriam eius: quia ca-

put uiri CHRISTVS, ut ex illo tanquam fonte inexhausto omnium donorum riuuli manarent in membra, & illuc ad eius gloriam redirent.

Ante mundi constitutionem. Hic locus difficultatibus est refertus. Quo nimirum modo ante constitutionem mundi electi sint isti: cum antequam mundus constitueretur non essent, imò ipsi de mundo dicantur electi? Ait enim Dominus: Ego uos elegi de mundo. Præterea, Qua ratione dicitur: ante constitutionem mundi; cum non sit ullum; Ante; nisi posita iam ipsa constitutione mundi cum; Ante; & Post; sint differentiæ temporis. Quæ runt enim homines quidam rudiores à propria phantasia decepti, quidnam erat ante quam mundus fieret? Et minus aduertunt quæstionis suæ ineptiam, qui fingunt tempus aliquod extitisse ante tempus, hoc est, ante mundum, cum dicant; Ante; quæ uox ad differentiam temporis spectat. At nullum tempus erat, sed una tantum sola Dei æternitas, quæ non est cum tempore conferenda: nec de illa (si proprie loqui uolumus) dicitur quod sit ante tempus. Itaque ut melius intelligamus: Quædam dicuntur & admittuntur de Deo & æternis, quæ ualde dicuntur improprie. Vnde nisi utamur intellectu ad distinctionem, nouerimusque non accipiendas uoces iuxta usitatam intelligentiam, sed ut quoquo modo intelligamus, pro nostro captu de Deo, quæ aliter explicare non possumus, aberrabimus longissime. Ergo ad intellectum loci huius præmittendæ sunt opinionæ, ut quid sit uerius apparere facilius possit.

Fuerunt qui docerent electionem hanc non fuisse nisi iustam, & ex præcedentibus meritis, ante mundi tamen constitutionem. Ponebatur enim ante hunc uisibilem mundum, cælum, terram, mare & cætera quæ in eis sunt, fuisse spirituales & inuisibiles creaturas: inter quas & animæ aderant, quarum quædam peccauerant, & quædam minime. Vnde electio quædam facta est, & missæ sunt rursus in hunc mundum bonæ & malæ, ut acciperent corpora: & quæ malæ essent, per aliarum prædicationem, puta, per Paulum & similes erudirentur ad poenitentiam, quod iterum ad priora loca redirent. Verum hæc mera fictio est, & purum eorum mendacium, qui sibi temere arrogant earum scientiam rerum quæ nec sunt, nec ipsi ullam possunt de eis reddere rationem. Ipsi tamen ad hoc fingendum adducti sunt declinandi illius absurdi gratia, quod multos male habet & grauiter premit, si poneretur, Deum quosdam quidem per suum beneplacitum eligere: quosdam uero etiam contra ullam aliam causam reprobare ac damnare, quemadmodum porrigere ipsæ scripturæ uidebantur. Isti ergo finxerunt creationem, & animarum peccata ante mundi creationem. Sed iam hoc commentum explosum est, & merito condemnatum.

Fuerunt ergo alij qui & dicerent electionem hæc fieri in Deo, & sic in sua mente æterna, quæ dicitur ante omne tempus, non quasi proprie dicitur; Ante; sed sic dici consuetum est, quo intelligamus tempore etiam non existente, nec mundo, nec

Ante mundi constitutionem, quid significet.

104. 15.

Hæresis anti-  
qua Orig.



nec ulla creatora, fuisse tamē Deum ipsum, quos uolebat ex his qui erant creandi eligentem, & alios dimittentem. Electio igitur ista fuit in mente Dei aeterna: quae quidem aeternitas ante omne tempus est, sicut est declaratum. Et ob id dicitur: *Ante mundi constitutionem*: quia quae agit Deus, agit in sua aeternitate. Verum si sic intelligimus, offeruntur multa quae iure uidentur absurda, uidelicet quod Deus odio habuerit Iudam, illumque damnauerit ante mundi constitutionem. Simili modo quotquot pereunt, aeterno Dei in illis odio perire. Haec sanē interpretatio parum illustrē sensum habet, & minime Apostolico spiritui consentaneum, si solum nobis insinuare uoluisset praecellentiam aeternitatis Dei respectu temporis, in qua disposuit & condidit omnia, ipsis oculis aernuntur quae.

Adhaec cauti prudens lector, & paulo accuratius atrede, quid Dominus in iudicio (ut Euāgelista testatur) diciturus est iustis. Accipite regnum paratum uobis a constitutione mundi: & non dicit: Ante constitutionem mundi. Cur hoc rogo, tam uariē? Hic dicitur: *Ante constitutionem*: Ibi autem a constitutione. Equidem merito hic haeritabunt, si qui priorem sensum uelint defendere. Imo adde: Cur dicit nō reprobis. Itē in ignem aeternum paratum uobis ante constitutionem mundi. Imo nec dicit: paratum uobis a constitutione mundi. Sed dicit: Paratum diabolo & Angelis eius.

Alia hēritatio est, & quidem longē grauior, multumque afferens molestias. Vt tā multos Deus absque ullis demeritis praecedentibus reprobet, & cruciandos destinet poenis & supplicis aeternis. Quod autem proferunt nonnulli: quia praesciuit Deus merita Pauli futura, idēo elegisse illum. Et e converso, cum reliquorum demerita praescideret, eodem merito reprobasse, Iure optimo B. Augustinus improbat & reprehendit. Attramen hęc uidetur (si uerum fateri uolumus) fuisse omnium ueterum Patrum opinio. Hoc expressis uerbis dicit Origenes, quem sequuti sunt B. Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, quis non? Quantum ego quidem legerim, nullus antiquorum aliter in hac quaestione docuit: quemadmodum B. Prosper & Hylarius in epistolis ad B. Augustinū clarē testificantur. Si quis autem scripturas sacras paulo diligentius scrutatus fuerit, oppositum huius opinionis euinci deprehendet: quod & doctē in Pelagium ipsemet B. Augustinus declarat. Hic enim Pelagius idē asseuerabat quē & nunc interim aliquot nouorum dogmatistarum audent sequi, qui tamē uel ex hoc loco aperte redarguuntur. Ait enim Apostolus electos fuisse: ut essent sancti & immaculati non quia tales essent, aut prauii tales futuri, sed ut tales efficerentur. Itaque non propter prauii bona opera quisquam eligitur aut sanctificatur: sed ipsa electio omnem anteit & praestat sanctificationem, ut & ipsa sanctificatio possit opera perficere tandem ad salutem.

Si igitur ita se habeat, ut nō sit ex meritis ul-

lis a Deo prauiis primaria illa electio. Relinquitur peracris quaedam anxietas, qua uehementer multi conturbantur, Quomodo scilicet sine meritis stare possit electio, quauē illud equitate faciat Deus, ut quosdam de multis eligat ad uitam: reliquos autē derelinquat. Vt desideremus adhuc illius dicti ueritatem. Deus uult omnes homines saluos fieri. Et quidem circa Electos minus esset scrupuli: quoniam nō est necesse electionem, quae in sola innititur gratia, ex meritis uenire. Posset quippe respondere Deus homini de bono alterius conquerenti: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? An non licet mihi de meo quod uolo facere? Enim uero istud (nisi uelimus iniqui esse aduersus Deum arbitri) abundē satis esse debet respectu Electorum. At uerō esse alios relictos, imō (ut aiunt) ad aeternas flammās ac supplicia nullo eorum praecedente flagitio destinatos, & praesertim in tāta hominū multitudine, durū hoc prorsus, & minime aequū esse uidetur. Quare tantam atrocitatem perpendens B. Augustinus, mitigātam rem putauit, si huius iudicij causa in antiquam primorum parentum peccati uersionem reuocaretur, uolens ex illo puniri multos ob id quod dimittantur in massa perditionis: ut sic ab iniustitia uindiceretur Deus, qui nō dimittit supplicis nisi promereres.

Hęc opinio quantum habeat duritiae (nequid grauius dicam) iam in ea quae ad Rom. factis est dictum: & quomodo nimis supra modū exaggeret ipsum originale peccatum, dignum illud aestimans aeterna poena, & igne illo Diabolo & Angelis eius parato. Ostendimus item quā extenuet efficaciam crucis CHRISTI omnium Redemptoris, qui non tulisset peccatum mundi, nec deleuisset chyrographū pacti, quod erat aduersus nos, id est, absolutam penitus illius peccati obligationem: contra uniuersam scripturam.

Nos igitur qui diu multumque scripturarum diligentē perscrutatione habita, de electione ac praedestinatione cogitauimus, ita tandem sentiedum (quod multis qui se liberarunt a sectarum obligatione placuit) literis mandauimus, quod quidem & hoc in loco, quoad pressius fieri poterit, perstringemus.

Nemini prorsus dubium esse debet quin diuersae sint electiones, quatenus ad uaria ministeria respiciunt. Quidam sunt ad Apostolatū electi: quidam ad curam pastoralem: & sic alij ad alia. Iudas electus fuit in Apostolum, qui tamen non perstitit. Dixit enim Dominus: Nonne ego uos duodecim elegi? Sed de his & alijs electionibus, noster praesens sermo non est institutus: sed de illa tū quae est ad gloriam. Et circa hanc quoque inuenio in scripturis uarias & inter se differentes electiones. Certum est enim in regnū nullos, nisi qui electi fuerint, intraturos. Verū diuersum est & uarium electionis genus: Est electio quaedam praecedēs merita omnia: & est electio quae ea subsequitur. Et in utroque genere sunt proprii gradus: quoniam non est aequalis (ut par est credere) omnium electio est.

Priua

Isa. 43 Cant. 5.

Ibid. c. 6.

Matth. 10.

Prima quidem ac summa, in qua caeterae omnes positae sunt & consistunt, fuit electio CHRISTI: de qua singulariter dictum est. Ecce puer meus quem elegi. Et in Cant. Electus ex millibus. B. Petrus uocauit eum praecognitum, id est, praedilectum ac praeelectum ante constitutionem mundi. Hanc uerō tantam electionem sequitur illa quae fuit Beatissimae VIRGINIS, de qua & illud singulariter dicitur. Vna est electa mea. Post hanc, nobilis fuit electio B. Ioannis Baptistae, Apostolorum, & his similibus: de qua electionis specie hic loquitur Apostolus noster, cui & ob istam causam (ut ego existimo) peculiari ter datum est, ut hoc electionis mysterium ipse praeter ceteris reuelaret, de quo dixit Dominus. Vas electionis est mihi iste &c. Quis dignius de hac electione poterat habere sermonē, quā ille ipse qui uas erat electionis? B. tamen Ioannes Euangelista & in euangelio suo, & in epistola, quaedam attigit, & seipsum inter electos collocauit, ut paulo post adducemus. Ergo uera huius electionis nota haec est, quā ipse idem Apostolus indicat his uerbis, aiens: *Ante mundi constitutionem in CHRISTO.*

Pro cuius loci intelligentia, considerare quaedam diligenter conuenit. Primō quid sit; Mundus; deinde, quid ipsa mundi constitutio: ut facilius sciamus quid sibi illud uelit, Esse electū ante mundi constitutionem. Et Mundi quidē uox significare uidetur uniuersum genus hominū, quod Dominus Deus condere ac creare, ut haberet initium temporis, in sua prouidentia disposuit. CHRISTVS tamen dicitur non esse ex hoc mundo: non quia sit extra genus reliquorum hominum, sed quia persona ipsa aeterna est: & quia etiam ut homo, ē cœlis uenit, utpote Spiritus sancti uirtute conceptus. Quocirca fuit homo ille summo modo electus, ut esset talis, qualis est, nimirum uerē Filius Dei, cui debeatur & terra ipsa iure & cœlestis hereditas.

Verū cum non esset bonum eundem relinqui solum, electa est post illū Mulier, quae posset esse adiutorium simile illi, Sponsa perpetua, & immaculata. Et haec sola fuit digna, ex qua ipse carnem acciperet. Et quia nec sic erat bonum ut ij duo soli beatis nuptijs fruerentur, uoluit Dominus eligere praecipuos quosdam, & eos tanquā de mundo euocare, qui essent amici Sponsi, & filij nuptiarum tantarum, quo modo loquitur scriptura. Tales fuerunt Apostoli, & qui pares illis in praedestinatione fuerunt. De his enim dicitur peculiariter. Non possunt filij Sponsi, & filij nuptiarum lugere, donec cum eis est Sponsus. Haec est Sponsa illa, quae cū Sponso uenire ad iudicandum socia describitur: cui & obuiā uenient illae parabolicæ uirgines, id est, Christiani, quorum causa uidebitur pendere sub iudice. Hi igitur qui Sponsi nomine peculiariter designantur, dicuntur electi in CHRISTO, id est, in eius gratiam, ut amici praecipui atque assistentes ministri, quales in suis aulis & palatijs Principes uiri ad illustriorem maiestatis suae splendorem

Marc. 2.

104. 6.

Doctrina de uaria electione.

dorē habere uolunt. Et ij dicuntur electi ante mundi constitutionem. Non intelligas autē antequā mundus conditus esset. Alioquin falsum redderetur, ipsos de mundo fuisse electos, quod tamen contestatur Dominus: sed antequā ipse mundus esset constitutus. Placuit mihi hoc in loco B. Hieronymi consideratio, qui eleganter notauit graecae uocis significationem, quae latinē interpretata est: *constitutio*; non hac latina uoce satis exprimi. Graecē enim legitur, *πρό καταβολής*, quod perinde significat, ac si dixeris: Ante iacta fundamenta mundi; quod ego sic interpretor. Antequā mundus, id est, antequā caeteri qui manent in communi sorte, qui mundi appellatione ueniunt, in mente Dei & prouidentia eius, haberent suae salutis exordia: quia mundus non est capax talis ac tantae electionis. Deus enim primō & maxime respicit Electos, quos apertat ipsi CHRISTO primario fundamento: ut & ipsi post illum sint fundamenta, super quibus constituatur mundus, id est, caeteri de mūdo. Vnde & habemus de Spiritu illo Paraclēto nouo consolatore qui oia perficit: Quē ait mundus non potest accipere. Nam ille Spiritus est proprie electorum, & horum qui ad illam sortem quouis modo exeuntes de mundo perueniunt. Vnde Dominus non ab re dixit. Et alium Paraclētum dabit uobis, Spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Dixit; alium Paraclētum; ne intelligerent communem illum, quā iam eis datus fuerat, sed peculiarem perfectorum & electorū. Ideō mundus illum non potest accipere, id est, qui in sorte communi relinquuntur.

Est igitur communis caeterorum electio ad gloriam, quae non est quidem ante mundi constitutionē, sed post ipsam mundi constitutionem, id est, post iacta salutis suae fundamenta. Imō post cursum consummatum in aduentu Domini electionem certam habent per bonorum operum merita comparatam. Vnde scriptum est de huiusmodi, in consummatione saeculi uētuos Angelos, qui eligent bonos in uasa &c. Eligent, inquit, ut tunc eorum firma pateat electio. Horum igitur ad gloriam electio non praecedit opera, & operum merita: etsi gratia, eorumque iustificatio bona opera praecedat, nec ex prauiis bonis operibus eis conferatur. Paratur namque & illis regnum, non ea tamen firmitate, qua Electis ante mundi constitutionem, sed a mundi constitutione. Nec ita paratur, ut non possint ab eo excidere: quoniam non certō praedestinati sunt, id est, determinati ut sint eius. Possunt quidem esse: quia Deus illis idoneus, & quantum satis est, offert gratiam. At illam possunt suo arbitrio respuere: aut acceptam sua propria culpa amittere, ut tandem mereantur damnationem. Istud uerō non contingit insigniter Electis ac praedestinatīs: qui tanta gratia & protectione reguntur a Deo, ut non permittantur ad postremum excidere: licet possent in semetipsis considerati.

Hanc praedestinationis uim Ioannes ille dilectus, qui (ni fallor) est Electorum typus, plane declarans

104. 15.

104. 14.

Matth. 13.

1. 104. 2. declarans, dixit: Prodicunt ex nobis, hoc est, à doctrina nostra, qui iniati sunt in CHRISTVM per mysteria eius, & ministerio nostro: sed non erant ex nobis, hoc est, ex numero electorum & prædestinatorum. Si enim fuissent ex nobis, utique mansissent nobiscum, nec potuissent excidere propter gratiam Dei summam, ac protectionem singularem, quæ non est omnium, sed paucorum. Pauci enim sunt electi: pauci perfecti. Vnde & quidam dixit. Pauci quos æquus amavit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus.

Vergilius.

Quæ cum ita sint, non propterea debemus ulla desperatione frangi, aut cessatione rectè factorum torpere nos, qui ex illis electis non sumus: quia paucos amare Deus noster non nouit, quin plurimos potius: imò omnes, cum sit Creator omnium. Sic Deus (teste ipsa Veritate) dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Ecce hoc fidelissimo testimonio salus mundo promittitur, & non solis de mundo electis. Et CHRISTVS Dominus noster ac Redemptor orat non pro illis tantum, quos dedit sibi Pater, ut eos omnino saluaret, & nemo eorum perderetur: sed pro illis quoque qui credituri erant per ipsos, qui tanquam in secunda non ita dilecta classe sunt collocati, dilecti tamen & non reiecti. Nō reprobati, inquam, sed inuitati ad salutem, & adiuti abunde ut possint eam, si uelint, assequi, modo studeat & uigilent, nec filij sint diffidendi diligentes magis tenebras quam lucem: alioqui possunt ab ea excidere si fuerint ignaui, & certe re recusauerint. Quemadmodum autem ordinatum est ut in utrumque possint, sic etiam re ipsa contingere existimo, ut horum aliqui tandem excidant, aliqui uero salui permaneant.

Ibid. 17.

Quid (quæso) prohibet ita sentire atque asserere, nisi quod (ut ait quidam) consueuimus aliter opinari? Addicuntur sectis plurimi, quibus eoulsq; meticulose adhærescunt, ut se merito multis ueritatibus priuent. Imò uerò audi rem sanè admirabilem: & quantum potest antiqua consuetudo atque persuasio uide. Cū hæc sententia reddat materiam facilem, difficultatesque penitus omnes à prijs mentibus remoueat, & suauiter atque æquissimè à Domino cuncta esse disposita demōstret: reperiuntur tamen nonnulli qui ob hanc ipsam causam, illam respuant: utpote quos ea sciri delectat quæ sciri nō possunt, & ea dicere, de quibus differere, quæ obscuritatibus undique obstita nec ipsimet intelligunt, nec qui talia audiunt.

Æquo igitur animo quæque per se singula consideret prudens ac pius lector à nobis posita. Ponimus enim primò ueritatem hanc: Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quid hoc habet incredulitatis? Nonne est Apostoli sententia? Nonne & omni plausu, & manibus expansis excipienda pro gloria Dei, cuius gratiam mirificè & bonitatem amplificat? Obijciat (scio) aliquis. Verum illa Apostoli sententia, interpretatione eger exaltiore. Esto, sed non glossis quæ contextum in-

ficiant, atque peruertant. Nam ut simpliciter dictum est & absolutè: Deus uult omnes homines saluos fieri; ita si fieri potest, est simpliciter & absolutè intelligendum. Imò cur nō sic simpliciter intelligatur, cum (ut aliàs probauimus) sint tam multa quæ prohibent ne aliter intelligatur?

Secundò ponimus: Ex his omnibus, quos uult Deus saluos fieri, uult quosdam benigniore uoluntate omnino fieri saluos, nec tamen sine medijs operibus: imò nec sine insignibus meritis, quæ ampliora ab eis ac perfectiora requirit. Nā ipse est qui dat abundantiorē illis uirtutem, ut præstare ualeant quæ ipse exigit, & faciet etiam ut præstent: quæ admodum apud Ezech. legitur cap. 11. & 36. Et hoc item quid habet absurdum? Si dare potest, quid causæ est cur nolit? An fortè non bonus est, sed ad largiendum cœlestia dona tenacior? Imò ipse summa est bonitas. Quod si queritur decencia, Nonne decuit CHRISTVM habere iuxta se magnos, & tales qui maxime illi obligati essent, ut excellerent alios? Quod si etiam exigitur meritum, An non hoc sibi meruit ipse CHRISTVS, non solum propter dignitatem suam, uerum etiam propter passionem? Aut nunquid inuidit eis tantum bonum, quasi metuens ne quid sibi propterea deperiret? Nonne potius ad maximam illius gloriam ista munificencia pertinet, cum nos hæc omnia prædicemus disposita esse in illo, per illum, propter illum? De illo enim in hunc modum scribit Dilectus. Cum dilexisset suos (suos inquit, id est, hos peculiare dilectos) usque in finem dilexit eos, scilicet usque ad perfectum, ut essent cōsummati in ipso. Ille eos ut oues proprias & peculiariter dilectas, uocat nominatim. Quod ait, Nominatim; tantumdem est ac si dixisset, non cum cæteris in turba. Sic dixit Moysi: Noui te ex nomine. Et audet pro illis dicens. Ego cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Ac si dixerit: Non sunt de illis, de quibus dico. Venit lupus, & rapit, & mactat, & dispergit oues. Nā nec cōfunditur tales specialiter uocare fratres. Hæc ex uerbis Domini collecta.

104. 13.

Exod. 33.

Ego autē dum cogito, profectò miror posse ullos existere, quibus non placeat hæc positio, quæ Dei gratiam & bonitatem uerè magnificat. Vnde Apostolus non ab re pro istis, se ipsum cum illis merito statuens (cum esset uas electionis) dixit. Quid ergo dicemus adhæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quid est quod ait; Omnia nisi omne doni genus quod decebat, & oportebat esse in ecclesia, quæ est illius sponsa dilecta?

Rom. 8.

Dicet fortè aliquis. Bene equidem narras. Sed quis dignus? Quasi uerò non illius sit eos facere dignos quos uoluerit. Alioqui quis per se inueniri potest ulla gratia dignus? In CHRISTO sitam esse omnem nostram dignitatem fatemur.

Verum

Verum alia parte occurrendum est utriusque argumentis. Sunt enim non pauci, quibus aliquando uel in luce meridiana cæcutire gratum est: nec finem unquam interrogandi faciunt. Semper discunt, & nunquam (ut ad Timotheum scribit Apostolus) ad ueritatis scientiam peruenientes. Huiusmodi breuem omnibus in rebus controuersis darem regulam, ut semper eam partem amplectarentur, quæ meliora de bonitate Dei sentit & misericordia, potissimum cum de peccati originalis merito aduersus nos suscipitur disputatio. Et item cum de munificentia Dei erga quosdam nostri generis singulari agitur: imò erga ipsum CHRISTVM caput, cui talia membra, ut eius summa dignitas exigebat, sunt à Deo Patre aptata. Hoc nostra positione defendi nullus inficiari potest. Instabit igitur aliquis, & dicet. Cur non similiter se erga omnes gessit, ut nullus perire posset? Inspiciens tu quisquis sic interrogas. In magna domo nunquid sunt solummodo uasa aurea & argentea: nonne & lignea, et fictilia: & quædam in honorem, quædam in contumeliam? Quis in uno corpore plura membra recuset uaria, & alia alijs honorabiliora, & digna quæ abundantiore honore ornentur & custodiantur? Nam quanta præsidia dedit oculis natura? Vnde sunt qui coram Deo tanquam pupilla oculi custodiuntur.

2. 1. 11. 2.

Tertiò ponimus: Post istos electos, secundo genere, uocationis uocat multis ac uarijs modis cæteros, & ne unum quidem derelinquit in hoc mundo, nisi ipsemet sibi deesse sua inertia uelit. Hoc autem quis adeo peruersæ mentis inueniri tamque sæuus potest, qui ausit iam improbare, cum id magis ad laudem bonitatis Dei faciat, nec quicquam urgeat aduersus hanc positionem? Quidam olim aduersus prædestinationem iactabant (teste B. Hieronymo) non posse uerè dici beneplacitum Dei, nec uerè credere in laudem gloriæ gratiæ suæ, alios quidem sic elegisse, alios uerò reprobasse. Nos enim minime uolumus hoc sustinere, ut reprobet Deus ullum ex beneplacito: sed ex nouo & proprio tantum delicto excludit à gratia & gloria, & tradit geennæ. Alioqui non esset uerè beneplacitum, ut illi dicebant nec esset gratia digna laude, quæ cum malo multorum ac tristitia daretur. Quo fit ut facile credam, ipsos Dei filios & Electos ea humanitate erga sui eiusdem generis homines & pietate præditos, ut id præbare non possint, uelintque soli cœlo potiri. Nec enim in detrimentum laudis gratiæ Dei redundat, si gratiosè aliqui paulò sublimius præ cæteris euehantur: modo alij non sint à necessaria sibi gratia destituti. Non æqualiter donat omnibus Deus: & istud est in euangelio perspicuum. Ecce in parabola. Alijs unum, alijs duo, alijs quinque talenta credita sunt ac tributa. Quiesce igitur inquietus, & noli gerere oculum nequam, quia Deus bonus est: sed tolle potius quod tuum est, & uade. An non licet Deo de re sua facere quod placet? Nam & lege humana citra reprehensionem di-

Matth. 25.

citur: Quilibet sitæ rei est moderator & arbiter.

Quartò tandem ponimus. Huius ordinis (hoc est, non sic electorum) cum sint omnes aptati ad uitam, & in eorum sic manu & uelle trahi, & nolletitem perseverare, & non perseverare, multos esse quos à gloria contingit sua culpa excidere, dum uel oblatam sibi repudiant gratiam: uel post ad receptam, iterum eam per peccata amittentes, & in peccatis tandem morientes, æterna merentur supplicia. Et contra, sint etiam multi qui non excidant: quia inueniuntur tandem obediens, & gratia sua bene usi. Nam de tanto uocatorum numero (quæquam non electorum) inficiari, nullum inueniri qui perueniat ad palmam, quibus tamen perueniendi non defuit facultas, nescio qua fiducia, quoue argumento, qua denique coniectura probari, aut honestè defendi possit. Deus ergo clementissimus constituisse unum ordinem diceretur, in quo animarum myriades, & penè sine numero continentur, & unicuique idoneè prouidit ad salutem, & tamen nullus consequetur salutem? Qui potest hoc credere, credat. Id certe non est tam hominem frustrari sine sibi præstituto, quam & ipsum quodammodo Deum (quod uel cogitare est iniquissimum) frustrari sine quem in ordine illo intendit. Quod si hoc de Angelis non dicitur, quorum, ut B. Augustinus docet, non fuit ulla prædestinatio & electio, licet B. Thomas contra dicat: sed admittamus interim hoc ut uerum, & concedamus tanti uiri autoritati. Si inquam, ipsorum Angelorum absque præuia huiusmodi electione ac prædestinatione plures salui facti sunt, quam damnati, cur non idem multò magis propter CHRISTVM in hominibus asseramus? Verum hæc satis nunc sint, cum rem totam futuriorum disputatione alibi tractauerimus.

Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum.

Hoc quod est; prædestinare; ipse alibi declarat, dicens esse diuinam deliberationem in prædilectos, conformes fieri imagini Filij sui. Decuit enim eum qui se nobis assimilauit in carne, ut & nos pariter sibi secundum carnem faceret assimililes, et pro carne quam de nostro accepit, redderet nobis de suo spiritu: sed illis præcipuè quos perpetua charitate decreuit prosequi, & sic prædestinauit. Additur; In seipsum; nimirum Deum, hoc est, in gloriam suam. Nam gloria Filij, Patris est gloria. Vnde Isaias: Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum, formauit eum, & feci eum. Inuocat nomen Dei, qui didicit oratione à CHRISTO nobis traditam. Pater noster qui es in cœlis &c. Hoc enim est nomen quod manifestauit Filius hominibus: & in quo nemo uerè potest inuocari, nisi per acceptum illius spiritum sit filius.

Rom. 8.

Isa. 43.

104. 17.

Secundum propositum. Græcè melius; euðonias; id est, beneplacitum, uoluntatis suæ. Vt si queratur ratio, cur elegerit atque prædestinauerit illos Deus: Respondeatur, quia placuit: & non solum quia placuit, sed quia bene placuit. Quod

DD includit

includit rationem bonitatis suae, & propensam ad beneficentiam uoluntatis, quasi explicitius dicitur: quia bonus est. Boni autem maxime proprium est, sese diffundere & communicare.

Sed adiecit: *In laudem gloriae gratiae suae*, hoc est, ut gratia sua per mutuas nostras laudes redderetur inter nos gloriosa. Non quod inde quicquam accrescat boni aut gaudij ipsi Deo, quasi ab extrinseco ueniens, qui plenus est sua beatitudine in seipso, & omni gaudio: sed quod nos ipsi amplius perficeremur, dum gloriae Domini glorificamus. Illud autem proprium est eius, qui est causa efficiens & finis omnium, ut mera bonitate operetur in omnes, seipsumque diffundat: non autem ut quicquam recipiat. Alias non esset summum Ens, & summum Bonum, ac beatissimum: cum sit beatius dare quam accipere.

Act. 20.

Hic interim notandum in Pelagianos, electionem esse & praedestinationem merae gratiae, quatenus laudetur Deus de bonitate, & non ex operibus quibusuis uel praeuicis. Si enim opera praeuicis essent quouis modo ratio praedestinationis aut causa, etiam illa causa quam uocatis sine qua non; profecto non merae gratiae esset praedestinatio. At istud est contra Apostolum manifeste. Praescientia ergo siue praeuidentia bonorum operum consequitur praedestinationem: quoniam uocatio ipsa & iustificatio, unde opera bona sunt, effectus sunt praedestinationis. Itaque uniuersaliter operum bonorum ratio, gratia est. Gratiae autem ratio, beneplacitum Dei. Beneplaciti autem Dei ratio, est laus gratiae suae: ut sit in hac bonitatis parte mirificus gloriosus. Haec autem dona esse in quibusdam firmissima, ratio ipsa est alia nulla, quam eorum praedestinatio & electio, quae haec prorsus omnia praecedunt. Si quaeras: Quare uult Deus gloriam illam de bonitate sua in Electos? Tibi respondebitur quarenti: quia bonus est & iustus. Ipse enim meretur glorificari ex benefactis, licet in eum (ut saepius dicendum est) nihil hinc redundet: in nos ipsos tota redit haec gloriae accessio, quo efficitur ut illius magis expeditur bonitas & comunicetur. Non est sane paruum donum glorificare Deum, cum hoc ad iustitiam pertineat & ueritatem. Haec est tandem summi natura boni, ut cum nihil a quoque accipiat, semper tamen in omnes inexhaustum manens effundat. Si quisquam improbus, aut stolidus insuper quaerat. Quare Deus sit ita bonus erga nos & iustus. Huic imponendum est mox silentium. Nam primum Ens, & primum Verum, et primum Bonum, causam non habet, sed est omnis causa, & efficiens, & finalis per semetipsum.

In qua gratificauit nos in Dilecto. Ecce fundamentum omnis gratiae & praerogatiuae, nimirum ipse Dilectus. Graece enim simpliciter legitur, *in Dilecto*; nec additur: *filio suo*; quod diligenter obseruauit B. Hieronymus. Sed trahit ad hunc sensum, ut dicatur Dilectus ab omnibus, qui cum sit iustitia & redemptio & sanctificatio nostra, hac saltem consideratione dignus est, quem omnes de-

beant iure diligere. Interpretationem hanc non reijcio. Mihi tamen magis placet, simpliciter & absolute IESVM uocari Dilectum, ut per hoc unice eximia illius praedestinatio atque electio declaretur, tanquam nullus praeter ipsum Dilectus: quia praeter illum nullus. Et quicumque alius dilectus fuit aut est, per illum, & propter illum dilectus est. Unde ipse summè, uerè, ac simpliciter dicens est Dilectus. Hic est filius meus dilectus (ait Patris aeterni de caelo uox) in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Mat. 17.

In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nos. Agnosce non modo Dilectum, sed etiam Diligentem: quia per illum redempti sunt praecipue Electi in ipso, qui permissi fuerunt cadere in prima praeruaricatione patris nostri: sic tamen ut iterum instaurarentur. Dilectus ergo ille Patris, cui sanguis acceptissimus fuit in pretium redemptionis nostrae: & ipse nos diligens, & praesertim Electos suos pro quibus se dedit in mortem, & pro nobis etiam omnibus, totoque mundo. Dilectus eius discipulus in persona praedestinatorum: Ipse est (inquit) propitiatio pro peccatis nostris: non solum pro nostris, sed pro totius mundi. Vide ut hic Doctor noster ingeminat beneficium gratiae, ut plurimam gratiam intelligas, & illam in primis quae Electorum est propria: ait enim.

Secundum diuitias gratiae. Et tanquam hoc non satis esset, adiunxit: *In omni sapientia & prudentia*. Certè haec tanta dona non sunt omnium qui salutem adipiscuntur, sed propria praedestinatorum atque electorum, ut similes CHRISTO fiant, qui praedestinatus fuit in gloriam ipsorum primo, ut & ipsi sint praedestinati in gloria aliorum, tanquam coadiutores & cooperatores Dei, ministri euangelij pacis pro nobis: quoniam ita superabundant gratia, scientia, ac prudentia, ut possint alijs impertiri, & item possint dicere. Imitatores nostri estote, sicut & nos sumus CHRISTI. Vbi pulcherrimum ordinem considerare licet. Ipse Dominus de suo sanguine morti uicinus dixit. Qui pro uobis, uerè, quos elegi, intelligens in eis omnes electos: & pro multis effundetur etc. Et hic nota dici sapientiam quae uersatur circa ueritatem aeternorum, Prudentia uerò est recta ratio rerum agibilium, & in actibus omnium uirtutum uersatur, ut scilicet rectus ordo adsit, seruetur ratio, inspiciatur finis, considerentur quoque modus & tempus, & caeterae circumstantiae.

Ut notum faceret (Vel; qui notum fecit nobis) sacramentum uoluntatis suae. Graece: *mysterium*; quod nos sacramentum dicimus. Interpretes tamen quandoque graecam uocem relinquit, & quandoque uertit in latinam: quod factum nequaquam oportuit. Ecce proprium Apostolorum secundum eminentiam. Nam cum futuri essent euangelij buccinatores & testes, operae pretium fuit eos esse plenos sapientia, & prudentia, & quibus notum redderetur diuinae uoluntatis mysterium. Quo circa ad eosdè. Iam non dicam uos seruos: quia seruus

Mat. 17.

1. Io. 2.

Luc. 22.

1. Io. 15.

seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumque audiui à Patre meo nota feci uobis. Et hoc mysterium est incarnatio CHRISTI & aduentus eius, non ad salutem unius populi tantum, sed omnium.

Secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo. Graece legitur: *In seipso*; uidelicet hoc beneplacitum huius notitiae proposuit in seipso Deo, ut quando sibi aptum uideretur tempus, tunc demum dispensaret: & tantam notitiam mysterij ipsi mundo per Electos daret. Si legas; *Proposuit in eo*; intellige in CHRISTO, ut per illum primum effunderetur in eos, & ab eis in mundum.

In dispensationem plenitudinis temporum: ac si dixerit. Non ad eum finem fecit notum Apostolis hoc mysterium, ut illi sciret: & (ut quidam) dicerent. Secretum meum mihi, sed ut dispensarent illud praedicatione uniuerso mundo: quoniam plenitudo temporis aduenit. Graece legitur, *καρπῶν*, quod significat non tam substantiam temporis, quam occasionem in tempore ad aliquid faciendum oblatam. *Instaurare omnia in CHRISTO*. Graece: recapitulare & assummare. *Quae in caelis, & quae in terra sunt in ipso*. Cauendum primò hac parte ab Origene, qui ex hoc loco uolebat etiam Angelos malos esse instaurandos, propterea quod dixerit Apostolus, instauranda quae sunt in caelis. Instaurantur enim satis omnia, reparato humano genere: quoniam multi ad gloriam lapsum Angelorum perueniunt. Aliqui referunt ad animas hominum in caelis existentium, quae & instaurabuntur per CHRISTVM accipere corpore. B. Hieronymus non patitur ut legamus, *instaurare*; sed recapitulare, quo uerus sit hic sensus: Quaecumque enarrata sunt in scripturis (quae quidem omnia figuratè significabant CHRISTVM) in ipso CHRISTO fuisse; ut ita dicam, recapitulata siue assummata. Non secus ac si quis particulatim aliquas pecuniarum summas colligeret, & in unam quae alias omnes contineret, assummaret. Et hac ratione, historia de primo Parente Adamo & eius lapsu: de Noe & arca; de aedificatione turris, & uarietate linguarum; de sacrificio Abraham, & caeteris multis, quibus referta est scriptura ueteris testamenti, recapitulata intelliguntur in CHRISTO: quoniam in illo ad ueritatem impleta sunt.

Attamen cum huiusmodi expositio non plane exponat, quomodo quae sunt in caelis recapitulentur, adiecit (quod est ponderandum) B. Hieronymus diligenter attendendum esse, non eas solum omnes scripturarum historias, quas in hoc terrarum orbe gestas Spiritus sanctus enumerat: sed & in caelestibus omnia, quae nobis occulta sunt mysteria, in CHRISTI passione recapitulata esse intelliguntur. Mihi uerò non displicet primus sensus, nec similiter alius quem subiijcio: quoniam per peccatum Adae non solum terrena, uerum etiam caelestia sunt immutata. Nam CHRISTVS ipse mutatus est, ut qui alias uenturus esset glorificator, uenit et Redemptor, ideò infirmus. Ipse autem magna pars erat & di-

gnior caelestium omnium & terrenorum, ac per hoc omnia uerè sunt mutata. Prius Angeli sub CHRISTO erant: peccante autem Adam, paulò minus, id est, ad parum temporis minuitur ab eis CHRISTVS. Imò & per eos in hac uita regitur, qui rector aliquando fuisset omnium. Per passionem autem & resurrectionem acquisiuit postea, ut ipse esset ea maiestate caput omnium, qua fuisset ab initio, & sic fuit in Dei dispositione, nisi peccatum obstitisset. Itaque recapitulata sunt omnia & instaurata: quia in ipso & sub ipso capite nunc inueniuntur omnia caelestia, ut destruat omnis principatus & potestas, etiam in ipsis caelis: ut per hoc instaurantur et recapitentur in CHRISTO omnia, sicut & in illo fuerunt condita. Unde post resurrectionem dixit. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et hoc mihi uidetur plenior expositio ac uerior.

Matth. ult.

In quo & nos sorte uocati sumus etc. Graece non legitur: *nos*; & longè melius, ne sit nugatib; aut batologia, uel sensum reddat obscuriorem. Nam paulò antè iam dictum erat: *nos*; Nec legitur; *uocati*; sed *ἐκλεχθέντες*, quae est uox composita ancipitis significationis & ambigua, ut quae modo sortem, modo haereditatem significet. Sed hic placet, ut à sorte dicatur, & significet; sortiti sumus; passiuè, aut sorte electi sumus. Quod ita accipiendum est: quoniam non ex ullis meritis, aut ratione ulla quae in homine possit excogitari, descendit. Ideoque sorte illud fieri dicitur; quod ex Dei beneplacito uenit: nec disquiratur ratio, quare hic potius quam alius eligatur. Etenim quàm hoc non fuerit inspectum in B. Paulo, luce clarius patet, qui tunc eligitur, dum capitali odio ecclesiam persequeretur, eoque plenus minarè & caedis in discipulos Domini. Sorte ergo illi obtigit ut talis potius & ad tantam rem uocaretur, quàm alij multi innocentes.

Sic forte fuerunt electi caeteri Apostoli. Scribitur enim de Domino: Elegit quos uoluit. Nec eo tempore sanctiores illi erant ac meliores reliquis mundi huius hominibus. Unde & Iudas dicitur excidisse à sorte sua, & in sortem Matthias uocatus. Adduci autem non possum ut credam illam B. Mathiae electionem illo sortis genere factam, quam sibi uulgus persuadet. Sed sorte fieri dicitur apud scripturas, quod ex uoluntate & electione quasi desuper ex patris dispositione uenit. Quapropter et ipsa haereditas, quae dispositione & placito patris facta assignari consueuit, Graece eodem uocabulo, *κληρονομία*, significat.

Mar. 5.

De electione B. Matthiae.

Non est autem probandum, imò non caret peccato; si quis utatur sorte, ubi rationis discretio existit, ne tentetur Deus. Si quis alium sensum existimet uerorem, non obsto: serupulū meum indico, quem mihi alius sensus inijcit.

Praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suae. Ecce quomodo uoluntas Dei est causa omnium quae fiunt per ipsum: & ita est causa praedestinationis. Ne tamen putarem uoluntatem Dei temerè esse, nullocq; ferri & moderari consilio, ait: *Secundum DD ij consilium*



*consilium uoluntatis suae.* Noli putare consilium Dei esse, quale est in nobis cū quadam disquisitione, quæ ignorantiam præsupponit: sed abiectis defectibus intellige, quod superest in ratione consilij, ut ex consilio recta ratio & iudicium eorū quæ decernit facere accipiatur: quod tamen consilium non ligat uoluntatem eius, ut si aliter faceret, improbe faceret & iniquè, quemadmodum accidit in omni creatura, quæ habet legem superiorum coactus iudicij, quam nec transgredi absque crimine, nec impune licet: sed quod Dei uoluntas probat illud esse bonū. Et tamen aliquæ rationes prædestinationum & electionum Dei assignari possunt. Nam electos fuisse aliquos eximia electione in CHRISTO, ratio est bonitas Dei, ut diximus. Quod item præcipue si fuerint Apostoli, hoc exigebat officium. Eum qui alios docturus est, & ad æterna instituturus, esse scientè oportet, & longè eminere omni munere & dono. Præterea Apostolos ex Iudæis potius quam ex Gentibus electos (nullus quippe legitur fuisse Gentilis, nisi forte in apochryphis) continuo in promptu est ratio, quam et B. Ambrosius ad hæc uerba affert: *Vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus.* Iudæi enim fuerunt, qui ante alios sperarunt in CHRISTO. Vnde congruum fuit, ut prædestinati & electi specialiter ad hoc munus Apostolatus, essent ex populo illo prædicto in laudem gloriæ ipsius Dei Benedicti.

Ex eo populo CHRISTVS originè duxit: non ita fuit, ut ad Iudæos hæc gratia restricta, ut ex Gentibus, quos non fuerint prædestinati aliqui: sed non quibus primū hoc munus Aplatus committeretur. Hactenus enim hæc omnia uidentur pertinere ad Apostolos electos & prædestinatos. Nunc ad ipsas Gentes sermonem conuertit, ne sibi partem in regno Dei deesse arbitrentur: quin ut intelligerent suum locum seruatum, quia ipsæ erant superædificandæ super fundamenta Apostolorum & Prophetarum, ait.

*In quo & uos.* Quod audis: in quo, subintellige; CHRISTO. Quod autem sequitur: *Et uos;* subaudi, apertè estis: tanquam secundo loco post nos: imò & per nos, id est, per ministeriū nostræ euangelicæ prædicationis. Non tamen quasi B. Paulus illis ab initio prædicauerit, licet in synagogis disputauerit, sed Apollo fuit qui coepit agere cōfidenter in illa metropoli, docens eos & prædicans, & confirmans ueritatē CHRISTI diuinā. *Cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ.* Nam fides ex auditu, & ex fide gratia & iustitia. *In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto &c.* Spūs sanctus credentem in IESV signat intus per characterem & donum gratiæ, in quo est promissio cœlestis hæreditatis. Et ipsa eadem gratia & charitas, pignus est uel potius arrha, ut græca ueritas habet: et (ut B. Hieronymus notat) quæ sit pars & quædam libatio ipsius hæreditatis: quoniam ut filij Dei per illud signati estis in hoc à Iudæis differentes, quod illi signati in carne carnali gladio, aut carnali petra: & uos spiritualiter à Petra uiua & spirituali, quæ est

CHRISTVS refecans fluxū sanguinis nostri.

*In redemptionem acquisitionis,* hoc est, ut perfecta redemptione potiamini perfectè redempti uos, qui acquisiti estis per sanguinem filij Dei. Sicut enim circumcisio dicitur populus circumcissus: ita acquisitio, dicitur populus acquisitus. Vnde B. Petrus uocat populum acquisitionis.

Animaduerte perpetuò, tu pie lector, aduersus hæreticos, illam nobis dari arrham Spiritus, & illā nos accipere, ut bene ea utentes perficiamus redemptionem nostri, uel redemptionem ipsius hæreditatis. Nisi enim bonis operibus cooperemur, et pretium totum amittemus & arrham.

*In laudem gloriæ eius,* id est, ut perficiatur laus gloriæ suæ. Cum enim Deus uelit laudari & glorificari, ob ueritatem à Iudæis: quia promissa seruauit de CHRISTO, & de redemptione Israel in reliquijs. Vult insuper misericordia laudari à gentibus, quibus nihil promiserat: ut laus duabus uis, per quas ipse uenit ad nos, impleatur: sicut scriptum est. Vniuersæ uia Domini misericordia & ueritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Nam in testamentis, quæ fuerunt Iudæorum, promissio fuit: & cum seruauit promissa Deus, apparuit ueritas. In testimonijs autem Apostolorum, oblata est & apparuit misericordia in Gentibus, ut & ipsæ intrarent in testamentum æternum.

Propterea & ego audiens fidem uestram, quæ est in CHRISTO IESV, & dilectionem in omnes sanctos: non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut Deus (Domini nostri IESV CHRISTI Pater) gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis: & quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credidimus, secundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in CHRISTO suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem Principatū, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiā, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

*Propterea & ego audiens fidem uestram:* Aut potius, ego autem audita fide uestra. Et declarans illorum fidem, ait. *Quæ est in CHRISTO IESV.* Fides enim: circumcisorum secundum carnem, fuit in Deo & Mose seruo eius: illa quidē erat habitatio promissionis terrenarum rerum. Nostra uero est æternorū & cœlestium. Et dilectionem in oēs sanctos

sanctos etc. quorum prædicatione atque exemplis illi uenerant in eam fidem: & merito, quia ab illis per euangelium geniti erant. *Non cesso gratias agere pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis.* Et ut intelligant quid oraret, adiecit. *Vt Deus Domini nostri IESV CHRISTI.* Deus Pater, merito Deus IESV CHRISTI uocatur, ut in què singulariter illius respicit prouidentia: & singulariter ab illo respectus est. Vt nulla pietas siue patris in filium, siue in patrem filij, possit omnino cum paternis Dei Patris erga CHRISTVM uisceribus comparari. Et pari uicissitudine, nulla filij reuerentia cum filiali reuerentia ipsius CHRISTI erga Patrem conferri ualeat. Quare plerunq; ingeminat in psal. Filius, Deum inuocans hoc pacto: *Deus meus, Deus meus.* Hic autem Deus IESV dicitur, & Pater gloriæ, uel quia uniuersè omnium gloriæ autor est: uel quia Pater est IESV CHRISTI, qui est gloria ipsius Patris. Legimus enim: *Gloria patris, filius sapiens.* Nam per Filium Pater glorificatus est, & per Patrem Filius. Vnde ipse ait. *Manifestaui nomen tuum hominibus. Et: Pater, clarifica Filium tuū, ut Filius tuus clarificet te. Et ille: Clarificaui, & iterum clarificabo. Quod fuit: cum resurrexit, & sedit in maiestate.*

*Det uobis spiritum sapientiæ, ad cognoscenda æterna quæ speranda sunt nobis: Et reuelationis.* Hoc uidetur adiungere: quia nemo potest supna sapere, nisi prius oculi mentis reuelentur ab affectu carnalium ac temporalium, quæ sunt tanquam uelū, quo nobis occultatur cœlestia. Quare & Dauid orat. *Reuela oculos meos, & confidam mirabilia de lege tua: Vt sciatis quæ sit spes uocationis eius.* Quoniam non ad terrena respicit spes. Quæ iam uidet quis, quid adhuc sperat? *Et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis.* Et si enim omnes erimus gloriosi, tamen peculiariter Sancti Dei abundabunt, & illi Electi diuites erunt & locupletes, quos iterū hinc memorat. *Et quæ sit supereminens magnitudo uirtutis (siue potentiæ) eius in nos qui credidimus.* Innuit illam excellentem ac potētiam Dei efficacem, qua operatus est in Electos suos, præsertim Apostolos, uocando ipsos cum essent admodum pauperes, & illuminando, & euangelizando illos, & igne Spiritus incendendo, & ineffabilia dona largiendo. Hæc Dei in istos potentia assimilatur illi potentiæ, quæ exercuit in suscitando Filium à mortuis, restituens illum ad uitam, & donans ei stolam gloriæ in decore, & in incorruptione, & fortitudine sempiterna. Tales facti sunt spiritualiter quodam modo Apostoli, suscitati quidem primū de morte ad uitam, & clarificati, & incorruptibiles à corruptione peccati, propter eximiam Spiritus protectionem & lumen, & gratiæ fortitudinem: quod totum mirificè in hoc ipso tanto electionis Vase apparuit. Vnde rectè addidit.

*In nos qui credidimus secundum operationem potentiæ eius.* Melius, secundum efficaciam potentiæ uirtutis suæ, siue roboris, aut fortitudinis suæ: *quam operatus es in CHRISTO suscitans eum à mortuis etc.* Considera excellentiam Electorum, qui partici-

pes facti sunt illius summæ efficacæ, quam in CHRISTVM suum ostendit & declarauit. Non enim postquam suscitatus est ille, ulterius mortuus est, sed uitæ restitutus sempiternæ. Sic illi spiritualiter ita uehementer per Spiritum Dei à mortuis tandem excitati sunt, id est, à peccatis in quibus mortui erant, ut non essent ulterius morituri.

*Et constituit ad dexteram suam in cœlestibus.* Ille ad dextram Dei, est esse in robore ac potestate paterna: ne quis carnaliter cogitet de situ. Nam & Pater dicitur à dextris Filij, in eodem psal. Dominus à dextris tuis. Et ipse Filius alibi. *A dextris est mihi ne commouear.* Et significat potentiam Patris pro Filio: Et hinc potentiam Filij à Patre. *Super omnem Principatū, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem etc.* Iuxta doctrinam B. Dionysij, Principatus est summus ordo, siue primus chorus ultimæ hierarchiæ. Potestates autem, & Virtutes, & Dominationes mediam perficiunt hierarchiam. Et si aliter circa hos ordines B. Gregorius docuerit quàm B. Dionysius, non tamen ut Pontifex, sed ut quilibet alius priuatus doctor ecclesiasticus. B. Hieronymus in ea uidetur esse sententia, ut existimet Apostolum hos ordines Angelorum ex traditionibus Hebræorum, uel de scripturis subtilius intellectis, didicisse. At cur non potius ex reuelatione, cum & ipse in tertium cœlū raptus sit: nec tunc ibi fuerit absque Angelorum suauissimo atque familiarissimo commercio?

*Et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* Si ergo Apostoli secundū hanc tam excellentem potentiam uocati sunt, merito penes illos residebit in spiritualibus, siue cœlestibus post CHRISTVM, summa potestas. Nā & illis fuit dictum. *Hæc & ijs maiora facietis.* Et in hac potestate extinxit B. Petrus Ananiam & Saphiram. Et Simonē Magum super aera uolantem, & simplices rudesque homines ludificantem suo iussu fecit de cœlo ruere. Apostolus Paulus excœcat magū alium Barieu nomine: & Dæmoni imperat, ut arripiat hominem nefariè pios uiros à fide auertentem. Verūm hæc in edificationem omnia, non in destructionem. Talis ergo & tanta fuit electio Apostolorum & uocatio, quibus & alios similes fecit Deus, ut in multis sanctorum rebus gestis latissimè patuit.

Ergo nomen CHRISTI est super omne nomen, hoc est IESVS: quia ipse est super omnes. Nomina enim quæ à Deo & scriptura ipsa imponuntur, sunt personis conueniētia. Et non sicut accidit nobis, qui sæpenumerò habemus nomina, quorum significationē uita & operibus nedū non implemus, sed contra diuersitate morum longè dissentimus. Interim cogitandum est futura nomina, quæ adhuc uocabuntur in alio sæculo, quamuis nobis hoc tempore sint ea ignota. Sed hoc satis nobis superque satis, quibus nosse datum est nomen hoc, IESVS, quod est super omnia: Et utinam uerè & bene nosceremus. *Et omnia subiecit sub pedibus eius.* Credo item pontifex, Et, pro quia. Frequenter enim (ut sæpius diximus) in hebraismo idiomate reperitur.

DD iij Nunquid

1. Cor. 15.

Nunquid ergo & Angeli, & Cherubin, & Seraphin sub pedibus eius? At istud uidetur de solis inimicis dictum: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deinde ipse Apostolus uidetur sibi contradicere, qui alibi dixit: Nondum uidemus subiecta illi omnia. Primum ergo hoc certo ponendum est, ab ipsomet Apostolo iam alibi declaratum, Patrem quidem subiecisse illi prorsus omnia, solo uno seipso qui subiecit omnia, excepto. Dicuntur autem sub pedibus eius, non qui omnia ipsius Maiestati subiecta conculcet, nisi inimicos solos: sed quia sub illo erunt omnia. Et uerum illud est, nondum subiecta esse illi omnia. Nam & Diabolo aliquod etiam relinquitur in malos imperium, quos eius potestati iusta sententia dimittit Deus: & ipsa mors uires suas exercet assidue. Denique inimici eius nondum sunt ei subiecti, sed erunt paulo post. Experientur enim breui superstites haeresiarchae, & impij ac flagitiosi homines, re ipsa quid sit illud: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nihil prohibet etiam per pedes intelligere humanitatem CHRISTI, sicut per caput diuinitas ipsa in scripturis intelligitur.

Et ipsum dedit caput super omnia ipsi ecclesiae. Et pro quia. Quia enim ipse datus est caput ecclesiae, ideo illi subiecta fuerunt omnia. Ut enim in toto corpore dignissimum membrum est caput: & quemadmodum sub illo compacta sunt reliqua membra, & ab illo accipiunt. Ita CHRISTVS dignitate est super omnes & potestate, a quo excipiunt omnia reliqua subiecta membra quicquid habent spiritus & uigor: ideo dicitur. Quae (scilicet ecclesia) est corpus ipsius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Possemus pariter dicere iuxta graecam dictionem: Qui omnia in omnibus adimplet: Si enim legimus; adimplet; significat CHRISTVM tanquam omnium caput, existentem uirtute sua in omnibus, Spiritu suo adimplere omnia. Si uero legis; adimpletur; intelligas ipsam ecclesiam esse CHRISTI plenitudinem. Nam CHRISTVS existens omnia, cum non sit tantum Iudaeus, sed Graecus, Barbarus, & Scytha, hoc modo adimpletur ipse in omnibus, ut sit perfectus per ecclesiam, quae corpus eius est. Non enim totus esset CHRISTVS, si solummodo in Iudaeis esset. Sic autem implens omnia, ipse per illa eadem quae implet, impletur: ut sit ipse caput perfectum, & perfecti corporis caput.

CAP. II.



**E**T VOS CVM ESSETIS mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desy-

deriis carnis nostrae, facientes uoluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filii irae, sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & confedere fecit in caelestibus in CHRISTO IESU: ut ostenderet in saeculis superuenientibus abundantes diuitias gratiae suae in bonitate super nos in CHRISTO IESU. Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum est, non ex operibus: ut ne quis gloriatur. Ipse enim sumus factura, creati in CHRISTO IESU in operibus bonis, quae praeparauit Deus, ut in illis ambulemus.



**R**adidit distincte Apostolus peculiarem Iudaeorum gratiam, & uocationem primam electorum ex Iudaeis, a secunda ipsarum Gentium uocatione (Nam & signa habuerunt praerogativae suae clarissima, uel hoc unum excellentissimum, quoniam locutus est eis per Filium, & non alijs gentibus, quibus solum per Apostolos est loquutus) Nunc generaliter et promiscue docet, & aperit gratiam omnibus fuisse communicatam, ipsis etiam gentibus, quae longissime ab ea distabant: ut & cognoscerent se merae Dei gratia consequutas uerae aeternae salutis spem, ad quam retinendam firmam, oportebat eas operari bona perseverando usque in finem. Facit autem mirifice ad perseverantiam memoria beneficiorum cum gratiarum actione, & ista necessaria de illo cogitatione, quoniam qui inceptit, etiam perficiet. Nam si ab inimicitia reuocat, ut amicos sibi conciliet, et stabiliat, multo equidem magis amicis iam constitutis erit admodum beneuolus & beneficus: Ait ergo.

Et uos cum essetis mortui delictis, et peccatis uestris. Non eadem significatione hic sumitur; mortuum esse peccatis, quae ipse alias quando dixit: Ita & uos existimate mortuos esse peccato. Nam peccato ibi est casus datiui, non ablatiui, sicut hic; peccatis; Ille enim mortuus est ipsi peccato, cui non dominatur peccatum. Ille autem mortuus est in peccatis, qui per peccata, quibus inuolutus tenetur, amisit uitam gratiae & gloriae. Et ita hic intelligitur; mortuos esse peccatis; in illis scilicet, aut per illa mortuos esse, hoc est, priuatos uita gratiae. Differentia autem inter delicta et peccata, secundum aliquos haec esse uidetur, ut delicta quidem ipsa ad omissionem boni pertineant: peccata uero ad perpetrationem mali. Attamen B. Hieronymus, quia graeco legitur τοῖς παρὰ νόμοις, καὶ ταῖς ἀμαρτίαις, uult prima uoce significari leues lapsus: posteriore autem grauiiores. Cum essetis mortui delictis & peccatis. Et deest uerbum ad integritatem sententiae reddendam. Quidam

Mortuum peccato, uel peccatis, quid.

Rod. 12.

Ioan. 7.

1. Ioan. 2.

Luc. 8.

Matth. 8.

Quidam igitur aptant superioribus: & qui legunt; adimplet; sic iungunt; Adimplet et uos; Alij ad illud referunt quod superius dictum erat; Et dedit caput super omnia, et quod nunc sequitur intelligunt, etiam super uos, sed istud coacte. Mihi rectius uidetur supplendum esse aliquod uerbum. Nec aliud appositius occurrit, quam; suscitauit; ut postquam dixit Apostolus de electis; uiuificati sunt secundum illam efficacem operationem Dei, quae suscitauit Filium suum e mortuis; subiungat & de ipsis, qui & ipsi (secundo ramen loco) fuerunt eius suscitationis participes, cum essent mortui in delictis, & proprijs peccatis.

In quibus aliquando ambulastis. Ambulare in peccatis, est in concupiscentias malas perseverando progredi, quae a frequentatione peccatorum in dies crescunt, ut de malo in malum; de peccato in supremam mortem praeruaricantes adducantur. Secundum saeculum mundi huius: quod uocatur nequa. Homines enim qui carnalibus uacant, filij huius saeculi dicuntur. Vnde alibi B. Paulus. Nolite conformari huic saeculo. Et de mundo hoc, quae uox in malam partem frequentissime accipitur, testimonium hoc protulit CHRISTVS, eius opera esse mala. Et Dilectus: Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo. Insipientes quidam homines ex hoc loco somnauerunt esse plures mundos, & plura saecula. Verè duo dicuntur saecula, Saeculum praesens huius uitae: & saeculum futurum alterius uitae. Nec sunt alia uerba saecula; neque plures mundi. Nisi forte dixeris, alium fore mundum post hunc praesentem: quia hic nunc est nunc, inuouabitur, & erit quodam modo alius. Verum non proprie dicitur de his, plures mundos esse. Sed ad rem. Malum est ergo ambulare secundum saeculum hoc nequam: quia ambulatur non in spe aeternorum, quae sola est uera spes, sed temporalium, quae nullam stabilitatem habent, sed fluunt & euanescent.

Secundum principem potestatis aeris huius. Vnum in signem principem nominat Diabolum Satanam serpentem. Vocat autem principem potestatis aeris, utpote qui omnium malorum angelorum princeps est constitutus: quorum omnis potestas cum sit ad malum, quasi una singulari numero significatur. Et dicitur potestas aeris: quoniam in hoc aere exercent potestatem hanc exules a summo caelo, & expectantes residuum damnationis suae, cum omnes in inferna in sempiternum trudentur. Vnde quidam illorum rogabant Dominum, ne praecipitarentur in abyssum. Et quidam: Venisti ante tempus perdere nos. Interim enim dum hunc aerem incolunt, ad perficienda suae malitiae opera seruantur, ut & propter hoc perferant duriores cruciatus in infernis.

Quidam ex nostris uolens reuocare commenta Platonica, ex his uerbis nisus est probare spiritus esse animalia habentia corpora aerea, non tamen aeris huius. Cui opinioni non modo uerba huius loci non seruiunt, sed potius aduersantur: nec argumenta quibus ille mouetur. De qua re mentionem in nostris Annot. fecimus.

Illud potest merito dubitationem relinquere: Quomodo princeps adhuc dicatur, qui iam principatu ab eo spoliatus est qui dicit. Nunc princeps mundi huius eicietur foras. Et: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa eius arma auferet in quibus confidebat & spolia eius distribuet. Cui dubitationi ita satisfacere conuenit, ut certo credamus per CHRISTVM, omnem Diabolo prorsus dominatum sublatum. Sed reperiuntur nonnulli, qui etiam per CHRISTVM a dominatu eius sunt liberati, rursus tamen ipsius insidijs succumbentes, & credere ueritati recusantes illamque sectari, sub eius repetita potestate redigunt & manent. Vnde Dominus. Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, quarens requiem. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam: quod perinde est ac si dixerit, considerans cor hominis, cuius ipse pacificam prius possessionem habebat, esse uacuum, quasi uacua domum quae non receperit Dominum suum, hoc est, IESVM, Tunc uadit iterum magna confidentia, & assumit secum septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus, id est, adducit secum, Domino iustissima sententia permittente, uniuersam malitiam. Sic igitur fit denuo princeps eorum qui diligit hoc saeculum nequam, nec recipiunt spem aeternorum in CHRISTO. Et in eos qui huiusmodi sunt, exercet Satanas potestatem suam, quae spiritus est. Vnde appositue sequitur: Spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiae. Ecce in quos exercet potestatem, id est, illum suum malitiae spiritum, nimirum in filios diffidentiae. Sic hebraico more loquitur, illos uocans diffidentiae filios, qui incredulitatis & diffidentiae uitio uelut forma quadam, certam generationem & modum essendi nanciscuntur. Sic dicuntur filij saeculi & tenebrarum: & e contrario, filij lucis & diei: qui ambo quodam habitu a moribus, uel saeculi & tenebrarum, uel uerae lucis contracto, generantur uel formantur. Illi quidem ad profundiores tenebras: Isti uero ad illustriorem lucem.

In quibus & nos aliquando conuersati sumus, id est, non uos solum gentes, sed & nos Iudaei. Voluit his uerbis Apostolus docere Gentes, nullum tale Iudaeorum extitisse meritum, quo excitatus ad illos uenisset CHRISTVS, cum essent & ipsi peccatores & serui peccati, ante cognitam CHRISTI nouam legem, & gratiam perceptam, & propterea in delictis ac peccatis uersati, sicut & Gentes: Vnde ait. In desiderijs carnis nostrae, facientes uoluntates carnis & cogitationum, earum profecto quae deorsum pondere carnis & grauitate feruntur. Has scriptura commemorat, quae ait: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Rogabit aliquis: Ergone Iudaei omnes tales erant, ut nullus inter illos inueniretur iustus? Respondeo: Iudaeus, id est, homo. il-

Ioan. 12.

Luc. 11.

Quomodo diabolus eiectus est foras.

Pf. 39.

lius gentis quandiu in suo maneret iudaismo, talis erat: nec alius quam peccator esse poterat, quousque inueniretur in CHRISTO collocatus, secundum doctrinam Apostoli. Qui autem ad CHRISTVM iam peruenerat, in illo infertus non iam amplius ut natura Iudæus, sed ut spiritalis: non à Iuda filio illo Iacob, sed à uero Iuda CHRISTO IESV censebatur.

Et eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Reddit rationem efficacem, cur & ipsi in suo iudaismo in oēs libidines incitarentur & explerent, aiens. Et eramus &c. idest, quia eramus; et; pro, quia accipit, ut sapissimè deprehendo: natura filij iræ sicut & ceteri, nō Iudæi: quia omnes sub antiquo peccato æqualiter tenemur, & egemus gloria Dei. In hoc præcipuè erat ira Dei per illud peccatum in omnes: quoniam carebamus spe gloriæ Dei. Non una est eius ira tm̄. Est quædam ira prior, quam nos propter Adæ peccatū incurrimus. Et hac ira exclusi sumus à gratia, & donis, & protectione Dei. Et hoc per naturam nostram, non quatenus sumus à Deo creatore bono in lucem editi. Qua consideratione nulla prorsus Dei creatura mala dicenda est. Nec qua parte sumus per CHRISTVM regenerati: nam tales iam non sumus sub ira, sed sub gratia Dei. Itaque dictum est nos natura iræ filios: quia tales nascimur quicūque descendimus à patre nostro Adam præuaricatore. Vnde tanquā filij præuaricatoris quærum ad hoc pertinet censemur, ut ueniamus in hunc mundum donis omnibus spoliati, in puris naturalibus relictī, quibus propter carnem magis sumus animales & carnales, quā spirituales, non ualentes perficere ullū bonum. In quo nos statui uissemus. Semper omnes, nisi Deus clementissimus Pater prouidisset nobis meliora per Vni genitum suum: quod exprimit Apostolus.

Deus autem (inquit) qui diues est in misericordia &c. Diligenter est attendendum, citra ullum discrimen spectare istud ad omnes tam Iudæos quā Gentiles. Nam de utroque populo prædixit in hoc capite, ut annotatum est. Sed cum uellet admonere Gentes, per parenthesin ad eos loquitur, dicens (Gratis saluati estis) & loquitur de salute in spe, non in re. Et sermonem prosequens omnibus communem, ait. Et conresuscitauit, & conresuscitauit in cœlestibus in CHRISTO IESV. Hic tria suo ordine distincta habes: conuiuificare: cōresuscitare: & cōsedere facere in cœlestibus. Primum refertur ad gratiam, quam primò inimus in CHRISTVM: & est cōuiuificatio à mortuis. Secundum; conresuscitare; ad illud refertur quod erit in carne post mortem in aduentu Domini. Tertium; cōsedere; ad ascensionem in cœlum, ut ibi semper maneamus. Et hæc perinde ac si iam facta essent, more scripturæ commemorat, ut quæ omninō scilicet sunt decreta fieri suo tempore. Non desunt ex Interpretibus nonnulli, qui & hæc uelint spiritaliter etiam in hoc mundo suam ueritatem assequi: quia horum omnium arrham quandam habemus. Hi autem potissimum qui sunt electi, quorum conuersatio

iam non terrenis, sed tota in cœlis est.

Vt ostenderet in sæculis superuenientibus. Sæcula intellige, quæ post hanc uiam in patria regnabunt, quibus plenè apparebunt hæc omnia. Potest tamen intelligi de sæculis superuenientibus in hoc mundo post CHRISTI aduentum: nam se necus eius in misericordia uberi. In bonitate, aut potius, benignitate super nos, idest, Iudæos primum, deinde Gentes, in CHRISTO IESV: in quo neque circumcisio ualeat, neque præputium, sed noua creatura. Et ad erudiendas in uera humilitate Gentes, sermonem conuertens, ait.

Gratia enim saluati estis. De ea salute loquitur quæ est (ut loco non ita remoto dixi) in spe quæ & alibi ipsemet declarat: Spe salui facti estis, per fidem, quam Deus imputat ad iustitiam, ut superius ad Romanos declarauimus. Et hoc non ex uobis. Quid est; non ex uobis? nisi quod saluati sitis per fidem, absque ullo uestrorum operum merito. Neque enim ille fidei actus computatur inter opera ut sit in meritis, ut propterea homo quasi ex merito iustificetur: sed acceptat illam fidem Deus gratiosè ad iustitiam. Dei enim donum est, uidelicet quod sitis salui: quia per gratiam & iustitiam, siue charitatem formaliter salui facti estis, quod est donum Dei. Igitur nō ex meritis, alioqui non esset gratia siue donum. Multi ex hoc loco colligunt fidem esse donum Dei, qua iustificamur. Quibus etsi non repugnem, an tamen planè hinc probetur, alij considerent. Mihi non aliud colligi uidetur quā hoc totum, Quod salui sumus, est à gratia, & ita est donum Dei: quam tamen gratiam ex fide accipimus, idest, ex actu fidei. Primum enim requirit à me Deus fidem meam, ut ipse donet donum iustitiæ suæ, & sim iustus uerè, idest, iustus in conspectu eius. Non eo inficias, quod ego actum fidei elicuerim, uenire ab ipso Deo illuminante intellectum, & mouendo, eo modo quem nouit ille, uoluntatem meam, ut actus ille fidei eliceretur ab intellectu, & sic iustificaret iustitiæ Donum infundens, quo reddimur iusti nō sine interno fidei dono ac spei. Non enim infundit Deus charitatem sine fide ac spe in eo, qui fidei donum non habet. Primus igitur actus fidei meæ à Deo gratiosè acceptatus ex quo iustificor, meus est: quia ex me procedit libera uoluntate & arbitrio, ut rectè B. Hieronymus in principio huius epistolæ docet: sed non est eius æstimationis homo, qui adhuc gratia caret, ut gratiam mereatur. Est igitur illa mea fides dispositio quædam ad gratiam, sicut alibi abundè est declaratum: Vnde adiecit.

Non ex operibus, idest, non ex operū ullo ualore, aut merito. Ne quis gloriatur. Salutaris additio ad reprimendum tumorem nostrum, ad quæ sumus admodū, propensī natura omnes, ut pote superbi atque elati. Sed non decebat, præsertim post peccatum, cuiquam relinqui istam gloriationem, ut posset quouis modo mereri instaurationem suam in CHRISTO, cum esset omninō alienatus à Deo. Decuit igitur ut laudaretur Deus de pura misericordia. Sic ab initio Deus creauit

creauit hominem, & dedit illi dona ex mera gratia: nec expectauit ulla ipsius hominis opera, quibus ea sibi dona posset meritò acquirere. Hoc prorsus non conueniebat, ne in semetipso gloria retur. Si ante peccatū sapiētissimè factum istud est (non. n. aliter conueniens erat, ne gloriaretur in semetipso) An non multo magis conueniens reditum est post peccatum, statuere ne ullis meritis eam gratiam homo peccator recuperaret? Id duabus de causis præcipuè fieri oportuit. Prima: quoniam gratia quæ est donum excedens ordinem naturalium, sua præstanti dignitate nō patiebatur, ut humanis quibusuis operū meritis posset comparari. Tum etiam quia ipsum delectū, sub quo eramus inuoluti, obstabat omninō ne possemus facere opera digna homine, nedum digna Deo. Itaque longè aberat homo à meritiratione, ut gloriari posset in semetipso. Vnde doctè profertur Apostolus.

Ipsius enim sumus factura. Loquitur de his qui erant iā in CHRISTO regenerati, & noua in illo creatura effecti. Et propterea non est intelligibile, posse aliquem semetipsum creare. Quemadmodum enim in statu naturæ nemo creare se ipsum potuit, ut qui non existeret: Sic nec in statu gratiæ, nullus iterum potest seipsum creare. Quicunque ergo in CHRISTO sunt noua creatura, oportet esse creatos non à semetipsis, nec per operam ipsorum ullam, sed à Deo qui suscitatur mortuos. Eodem testatur Dauid in psalmo. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. De hac locutus spirituali generatione manifestè: Alioqui si de prima & naturali generatione hominis loqueretur, quis erat unquam dubitaturus neminem posse, antequam sit, seipsum conderet? Ergo de noua creatura secundum spiritum loquitur: sicut & hoc præsentī loco Apostolus, dum ait.

Ipsius sumus factura; creati in operibus bonis. Sūt qui hunc locum, ubi dicitur, in operibus bonis, emendare conati, interpretantur ad opera bona. Quod si ferat Græca lectio, nō reclamamus. Nā in hoc conditi sumus in CHRISTO, ut operemur bona. Alij quidam exponunt (& horum iudiciū plurimum sum admiratus) in operibus bonis quæ fecimus, aut facturi sumus: cum istud sit contra Apostolicum sensum, qui tam expressè ac lucidè hoc amouens dicit: Non ex operibus. Et tamen ista creatio non est sine operibus. Operatus est enim ille qui creauit. Vt intelligamus, in operibus, uidelicet CHRISTI, cuius meritis nos recreauit Deus, sicut & per ipsum prius nos condidit, & per ipsum grati sumus illi redditi. CHRISTVS autem hoc rarissimè egregio summæ dilectionis modo nos creauit, qui dando uitam suam mortalem, uitam gratiæ cui eramus mortui, nobis recuperauit: & abiciendo gloriam suā, amissam nobis gloriam excellentius restituit.

Hactenus nos talia cum Apostolo uituperamus opera, uerè & libenter consententes minime nos per illa instaurari, neque effici nouam in CHRISTO creaturam. At postquā in CHRISTO regenerati sumus, & in illo gratiosi facti,

possumus, & necessariò operari bona opera debemus, ad meritum & acquisitionem salutis. Id B. Paulus perspicuè docet, qui postquam dixit: creati in operibus bonis; adiunxit. Quæ præparauit nobis Deus, ut in illis ambulemus. Cuius sensus est. Opera CHRISTI quæ meruerunt instaurationem nostram, fuerunt à Deo Patre præparata, tāquam exemplaria nobis, ut in illis nos discipuli ambularemus imitādo uestigia summi Magistrī. Hanc passim doctrinam nobis scripturæ ipsæ cōmendat. Ecce in primis ipse Dominus. Exemplū dedi uobis, ut quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Si hæc scitis; beati estis si feceritis ea. Et Princeps Apostolorum: CHRISTVS (inquit) passus est pro nobis, uobis relinquens exemplū, ut sequamini uestigia eius. Et Dilectus: Qui dicit se in CHRISTO manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et hæc sunt uestigia fidei quæ imitatus est Abraham obediendo: & hinc uenit quies & gaudium, fructus bonorum operum. Vnde B. Ambrosius in expositione superioris cap. aduersus istos nouos steriles fidei prædicatores, & bonorum operum otores, eleganter in hunc modum scribit. Redempti, hæc redes designati sunt, si in regeneratione perdurant, ut fides prima, ueniam; sancta uerò conuersatio perdurans cum fide, mereatur coronam. Et in hoc ipso loco iterum sic ait. Ideo nō est gloriandum in nobis ipsis, sed in Deo: quia nos regenerauit natiuitate cœlesti per fidem CHRISTI, ad hoc ut bonis operibus exercitati, quæ Deus nobis iam renatis decreuit, promissa mereamur accipere: hæc ille. Quid his poterat breuius magisque perspicuè contra istos dici? qui nec distinguunt tempora, nec status, nec leges, nec opera, nec iustificationes, ut omnia callidè confundant, sicut & ipsi mente confusi sunt.

Propter quod memores estote, quod aliquando uos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: qui eratis illo in tempore sine CHRISTO, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in CHRISTO IESV uos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine CHRISTI. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum: & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mādatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem: ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenç

104. 13.

1. Pet. 2.

1. 104. 2.

B. Ambrosii sententia contra hereticos.

Pro meritis operū post aditā gratiam.



& aduenæ, sed estis ciues sanctorū, & dome-  
stici Dei: superædificati super fundamentū  
Apostolorum & Prophetarum, ipso sum-  
mo angulari lapide CHRISTO IESV: in  
quo omnis ædificatio constructa crescit in  
templum sanctum in Domino. In quo &  
uos coædificamini in habitaculum Dei in  
Spiritu sancto.

*Propter quod &c.* Sensus est per se clarus, &  
admonitio utilis. Nam beneficium Dei magnū  
recognoscitur, cum quis memor cōditionis sue  
antiquæ malę & infœlicis, uidet se ad fœlicē ac-  
beatum statum esse miseratione diuina transla-  
tum, ut hinc excitetur spiritus humilitatis, & gra-  
tiarum actionis. Ecce quę uolebat eos perpetua  
tenere memoria, quod aliquando uos (ait) eratis gen-  
tes in carne, idest, carnis concupiscentiis citra ullā  
spiritus repugnantiam deditæ: qui dicebamini præ-  
putium, quo significabatur rebellio & contuma-  
cia illa, quam naturaliter ex primo parente con-  
trahimus. Eo nuncupabatur nomine Gentiles  
in contumeliam ab ipsis Iudæis.

Quidam exponunt. Qui dicebamini præputiū,  
ab ea quę dicitur circumcisio &c. Mihi tamen magis  
placet ut dicamus: Dicebamini præputium ab ea,  
idest, præ ea, siue in respectu & comparatione il-  
lius populi qui dicitur circumcisio, propter circū-  
cisionem in carne manu factam. Sicut alius dicit:  
Nihil minus feci à magnis Apostolis, idest, com-  
paratus alijs magnis Apostolis, nihil minus ope-  
ratus sum. Et de Publicano ait Euāgelista, quod  
descendit in domum suam iustificatus ab illo,  
hoc est, præ illo. Quo in loco et si præ Iudæis ui-  
litate quadam Gentes ostendat inferiores, uo-  
cans illas præputium propter obtusionem cor-  
dis simul & aurium, obliquè tamen pungit Iu-  
dæos, ne purarent se perfectos, nimisq; gentium  
comparatione sibi blandirentur: quoniam nec-  
dum ipsi erant perfectam circumcisionem ade-  
pti, quæ est non circumcisio carnalis in carne, sed  
spiritualis in corde & auribus cordis, quæ per  
CHRISTVM ueram & uiuam petram, non au-  
tem gladio siue petra materiali, fieri debet. Re-  
uocat insuper illis in memoriam, quomodo ali-  
quando sine CHRISTO uixerant, idest, absque  
salute: quoniam non est aliud nomen datum  
sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri.

*Alienati à conuersatione Israel,* Correctius, *alie-  
ni:* quàm; *alienati;* Et melius; *à ciuilitate;* siue; *poli-  
tia;* quàm; *à conuersatione.* Et loquitur de Israel nō  
secundum carnem tantum, sed multò magis se-  
cundum spiritum, cuius ciuilitas non est huius  
mundi, sed cœlestis: quoniam ad cœlum suspirāt  
in ea positi, & iam hunc mundum non aliud  
quàm uiam deserti æstimant. Hoc figurarunt  
Israelitæ qui exierunt de Ægypto, idest, de con-  
uersatione & politia carnali. Vnde & amplius  
declarans, ait, *Et hospites testamentorum,* idest,  
extranei & expertes testamentorum Dei: quoniam  
nec uetus illud Iudæorum, nec nouum testamē-

tum ad eos pertinuit. Cum autem utrumq; te-  
stamentū reuera tēderet ad spiritualia bona, quo-  
rū est una promissio: & per uetus testamentū in-  
tenderet Deus ducere in nouum, idē adiecit.  
*Promissionis,* ut cum superioribus connectatur.  
Potest & construui cum sequētib; ut dicas. *Pro-  
missionis spem non habentes.* Sed siue cum inferiori-  
bus, siue cum superioribus annectas, non uaria-  
tur sensus. Spes propriè iuxta Theologū, æter-  
norum est, et sic apud B. Paulum declaratur.

*Et sine Deo in hoc mundo.* Sed quomodo erāt  
sine Deo, cum ipso Apostolo teste, non Iudæo-  
rum tantum esset Deus, sed & Gentium? Respō-  
demus. Sine Deo ob eam causam fuisse dicuntur:  
quoniam Deus nullū cum illis pacto aut testa-  
mento habebat commercium, nec colloquiū ul-  
lum. Vnde erant in pura naturæ conditione re-  
lictī, habentes tantum hunc creaturarum librum  
ad cognoscendum Deum, si quo modo ex eo  
ualerēt coniectare, & atrectare, & inuenire illū,  
ut ipsemet Apostolus Athenienses docuit. Nō  
enim deerat Deus etiam unicuiq; illarum. Quin-  
ctiam B. Dionysius testatur (ut sæpius adduxi-  
mus) Deum ministerijs Angelorum usum fuisse  
pro illarum, & uniuscuiusq; & salute. Nā scri-  
ptura sancta memorat de quodam Archāgelo,  
Persis præfecto, quorum salutem procurabat.

Nunc autem in CHRISTO IESV, uos qui eratis  
longè facti estis propè. Ecce gratia Dei magna &  
misericordia erga Gētes, digna omni gratiarum  
actione, quæ cum longè essent à salute sua, factæ  
sunt propè: quia CHRISTVS illis per gratiā ap-  
propinquauit. Interim autem semotus est Israel  
secundum carnem, qui in propria innitebatur  
iustitia quæ est ex lege absq; fide, per quam fidē  
(ut opus est inculcare) uenit gratia & potentia  
operandi recta & placita, & idē meritoria co-  
ram Deo. Loquitur ergo de appropinquatione  
Dei per gratiam: Alioqui potentia & uirtute  
adeest semper omnibus Deus, imò inest in omni-  
bus. Et ad augendum amplificandumq; tam in-  
estimabile beneficium, subiunxit. *In sanguine  
CHRISTI,* idest, per sanguinem CHRISTI fa-  
cti estis propè. *Ipse enim est pax nostra,* idest, au-  
tor & causa nostræ pacis, quam habemus & cū  
Deo, & inter nos. Sic est iustificatio nostra, & re-  
demptio nostra, & gloriificatio perfecta.

*Qui fecit utraque unum,* idest, duos dissidentes po-  
pulos fecit unum in Domino. Et modum uide  
quo hæc fecit. *Et medium parietem macerie soluens in-  
imicitias in carne sua.* Et pro quia. Declarat enim  
quo pacto fecit unum: quia medium parietem,  
qui erat sepes quædam, seu maceria interposita  
inter hos duos populos quò minus inter se cō-  
uenirent, tulit de medio. Hic autem paries erat  
lex decretorum, quæ particulariter data erat Iu-  
dæis, in quibus decretis maxime discrepabāt à Gē-  
tibus. Et primū quidem quantum ad Dei cul-  
tum pertinebat, uetabat lex: Nō facies tibi sculp-  
tile, eo sine ut illos à Gentibus separaret, sibi in-  
numera simulachra fabricantibus, & rem eis face-  
re sacram honoresq; exhibere diuinos gestiētibus,

Adhæc

Adhæc: Lex ordinabat ad sacrificiū plura ani-  
malium genera, quæ à Gentibus magna religio-  
ne colebantur, & ingens piaculum erat illa sacri-  
ficare. Contrā autem, aliā sacrificabant Gentes,  
quæ erant apud populum Dei abominatio. Vn-  
de Moses: Abominationes Ægyptiorum immo-  
labimus Deo nostro. Erat & magna differentia  
in alijs rebus sacris & obseruantijs, ac propemod-  
um in cunctis religionis decretis, in sanguine,  
& suffocato, quę ut recēdere longum nimis esset,  
ita & minus hoc in loco necessarium.

Factum est igitur ut hac lege mandatorum  
siue decretorum euacuata per mortem CHRIS-  
TI, Iudæi & Gētes facilius in unum possent cō-  
uenire. Hoc uerò effici p̄ ipsum CHRISTVM  
necesse omninò fuit: in quo posuit Deus reatum  
iniquitatum omnium in carne illius innocentissi-  
ma luendum. Vnde destruxit in semetipso legē  
Moseos, scilicet illam mandatorum, siue decre-  
torum inutilem. Quā unā sola lege penè hoc fie-  
bat, ut distingueretur ille populus ab illo gentili  
in cærimonijs, quæ alia consideratione nullam  
in seipsis habebant utilitatem, nisi quatenus iam  
dictum est, & in significatione aliqua, & ad cohi-  
bendū populum illum quibusdā uinculis ad tem-  
pus tanquàm lubricum puerum astrictum, cum  
esset ad lasciuiam & idololatriam admodū pro-  
nus. Postquā idololatriæ scelus admiserunt,  
mandatum fuit illis de cærimonijs per Moysen: le-  
gem autem Decalogi orē Dei antea, cuius uoces  
tantum populus audiebat. Quamobrem Domi-  
nus per Ieremiam conqueritur: Non sum locu-  
tus cum patribus uestris: & non præcepi eis in  
die, qua eduxi eos de terrā Ægypti de uerbo ho-  
lōca uisum & uictimarū, sed hoc uerbū præ-  
cepi eis. Audite uocem meam &c.

Deus ergo uolens cum omnibus per CHRIS-  
TVM pacē facere, qui suo sanguine pro om-  
ni populo & gente satisfecit, & consequenter re-  
conciliatas Patri suo gētes omnes reddidit, tulit  
illam Moseos legē. Legē dico decretorū, non le-  
gem absolutē. Tulit, inquam, illam de medio,  
quæ erat causa odij inter illos & gentes (ut dixi-  
mus) quoniam uarietas religionis magna, aut  
potius summa est dissensionum causa. Gen-  
tes autem cum essent idololatræ, secundum legē  
erant uelut quædam abominatio Domino. At  
Iudæi erant Deo chari: iccirco lex illa erat quasi  
inimicitia inter Deum & Gentes: & inter popu-  
lum & populum; quæ tandem pace facta cum  
gentibus soluta est, pro quibus satisfecit CHRIS-  
TVS, quò eas à uinculis Dæmonum, quibus te-  
nebantur, liberaret: & sic penitus à cultu falso-  
rum Deorum cessarent, nullā eis facientes ulte-  
rius ad cultum redendum simulachra, sed CHRIS-  
TO Deo uero. Non enim facere simulachra  
est malum, sed adorare illa ut quid diuinum, uel  
repræsentare per illa falsos Deos: istud omninò  
est malum & ueritum: Sic ergo Gentes in CHRIS-  
TO existerent, per illum debuerūt abijcere oma-  
nem falsum cultū: & ubi hoc præstarunt, gratæ  
Deo redditæ sunt. Sic & ipsi Iudæi debue-

runt se agnoscere liberatos ab illa lege decreto-  
rum, quæ erat potissimum condita à Deo, ut per  
illam à Gentibus distinguerentur, sicut ex parte  
dictum est. Plenius autem in illa quæ ad Roma-  
nos. Sed hæc Iudæi quidā crassi, & nimium suæ  
carnis amātes, capere detrectabāt, ueriti ne quid  
per eā doctrinā detrimenti gloriatio legis accipe-  
ret. Consideret lector, quæ subsequuntur, &  
erunt per se satis clara omnia.

Legem mandatorum in decretis euacuans, idest, il-  
lam legem quæ consistebat nō in præceptis, quę  
natura docet, sed in quibusdam alienis decretis,  
nempe illis: Ne tetigeris: Ne gustaueris. Quæ  
propriè decreta appellātur: quia ex deliberatio-  
ne aliquo casu emergēte facta, aut quauis ratioe  
interponuntur, non quasi ex seipsis simpliciter  
pertineant ad aliquod honestum, aut turpe. Et  
istud est ualdè considerandum pro ueriore scri-  
pturatum intellectu. His autem euacuatis non  
dicitur lex euacuari, cuius principalis substan-  
tia ac neruus manet, præceptum scilicet dilectio-  
nis Dei & proximi, & cætera omnia quæ ad  
hoc præceptum implendum tendunt.

Vt duos cōdat, idest, denuò creet. In semetipso.  
Iudaicus populus etiam indigebat iterum crea-  
ri in CHRISTO, cum esset totus in peccatis.  
In unum unum hominem. Quicunq; renascuntur in  
CHRISTO propter unū corpus & unū spiritū  
(quia de uno pane & calice participant) unus  
quodam modo sunt, & nouus homo creatus in  
iustitia & sanctitate ueritatis, ut sit iustus &  
sanctus ad similitudinē Creatoris IESV CHRI-  
STI Domini nostri. *Faciens pacem,* inter recon-  
ciliatos. Vniti semel in CHRISTO nullam ha-  
bent amplius discordiæ aut dissensionis causam.  
Vt reconciliet ambos in uno corpore, nimirū CHRIS-  
TI corpore exaltato, ad quod omnia attraxit,  
& secum conuinxit, ut essemus unum & unus in  
illo. De semetipso dixit: Cum exaltatus fuero à  
terra, omnia traham ad meipsum. Et sic omnes  
reconciliauit Deo Patri per crucem, in qua fuit  
illa exaltatio, qua traxit ad seipsum omnia.  
*Interficiens inimicitias.* Iam hoc expositum est.

Et ueniens, scilicet in Spiritu suo sancto per  
Apostolos, euangelizauit pacem uobis qui longè fuistis:  
quoniam in præputio eratis immundi, & fluxū  
carnis assidue perpeti coacti. Mitto uestram sum-  
mam à Deo auersionem, qui Dæmonibus uestris  
crudelissimis hostibus seruebatis, & non Deo  
uiuenti, & omnium parenti. Scriptum est: Longè  
à peccatoribus salus, idest, IESVS, qui inter-  
pretatur salus. *Et pacem ipsi qui propè,* idest, Iu-  
dæis, qui erant secundum legem propè. Nec hīc  
legis transgressiones commemoro, ob quas &  
uos longè elongati estis, sed expendo tantum  
beneficia Dei maxima erga utrumq; populum.  
Quoniam per ipsum, nimirum IESVM, habemus ac-  
cessum ambo, Iudæus & Gentilis, in unum spiritū, siue  
ad Patrē. Qui est principium omnium, & diuina-  
rum personarum, & omnium creaturarum. Quo-  
circa & ad illum omnia tandem reflectuntur, ut  
in illo consistere ualeant, quæ in se non possent.

Ergo

Rom. 8.

Act. cap. 17.

Ierem. 7.

Quæ dicantur  
decreta.

Col. 2.

104. 12.

Psal. 118.

Ergo iam non estis hospites & aduena &c. Concludit, tales per nouū gratiæ statum euasisse, ut deserint esse prorsus hospites & extranei à domo Dei, quæ est ecclesia militans. Licet simus omnes peregrini respectu patriæ cœlestis: sumus tamen ciues sanctorum & domestici Dei secundū promissionē & spem. Porro aduerte quid addat. *Superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum &c.* ut intelligamus primum fundamentum esse CHRISTVM, in quo primi Apostoli sunt ædificati, & prophetæ electi à Deo. Fundamentum igitur sit ipse CHRISTVS, & ipsi sint ædificatio superposita. Deinde ipsi Apostoli & Prophetæ censeantur tanquam aliud fundamentum, in quo reliqua constructio innitur. Quo fit ut minime mirum sit, circa fundamenta fuisse maiorem Deo curam. Et propterea maior fuit & fauorabilior electio. *Ipsū summo angulari lapide CHRISTO IESV.* Vocat lapidem angularē CHRISTVM IESVM: quoniam sicut angulus pars illa est in quam duæ lineæ incidunt, ut Mathematici docent, Ita CHRISTVS, in quē duo populi cōuenerunt. *In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctū in Domino.* In quo scilicet CHRISTO. Cum per illum & in illo constructa sint omnia, ita & per illū crescunt & in illo, ut fiant templum sanctum. Et quod ait: *in Domino*; ne quid redundans ponatur, credo de Spiritu sancto intelligendum: quod cōfestim declarat addens. *In quo & uos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto*, tanquam lapides uiui, & ad hoc templum, quod inhabitare dignat Deus, pertinentes. In græcis desideratur: *sanctos*; Nihil inde præiudicij. Siue enim exprimat, seu supprimatur, nihil officit. Nam teste B. Hieronimo, cum absolute dicitur: Spiritus; in scripturis de Spiritu sancto semper intelligitur.

CAP III.



**H**UIUS REI GRATIA EGO Paulus uinctus. CHRISTI IESV pro uobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in uobis: quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio CHRISTI, quod aliis generationibus non est agnatum filijs hominum, sicuti nunc reuelatū est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu, gentes esse cohæredes, & concorporales, & participes promissionis in CHRISTO IESV per euangelium, cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundū operationem uirtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gra-

tia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias CHRISTI, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia creauit, ut innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in CHRISTO IESV Domino nostro. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra.



**I**N hoc capite indicat Apóstolus suam curam & sollicitudinem, & ardens desiderium erga salutem eorum ac perfectionem: ait. *Huius rei gratia: quoniam & uos superædificandi estis in nobis, qui longè eratis.* Nam & ad uos ex mādato Domini pertingimus, qui iussit. *Vade, quoniam in nationes longè mittam te.* Huius, inquam, rei gratia, scilicet quia prædicationi Gentibus hanc salutem, & pro uobis labores uarios subij, et pericula multa. *Ego Paulus uinctus*

CHRISTO IESV. Supplendum mihi uidetur uerbum substantiuum: *sum*; quod frequētissime in hebraico idiomate, & sæpe in græco omittitur: licet B. Hieronymus aliter reconcinnet, imperitiam sermonis Apóstolo attribuit. Vocat autem se uinctum IESV CHRISTI, ut quem non alligassent homines, sed IESVS CHRISTVS, idest, amor in IESVM feruentissimus. Est autem; *uinctus*; non participium, sed nomen, ut patet in græco uocabulo, *δέσμιος*. Quo nomine, tanquam sit sibi proprium, utitur, ut amplius quid significet, quasi factum sibi connaturale esse uinctum. *Pro uobis Gentibus.* Hoc fuit querela Iudæorum in illum acerba, quod prædicaret nomen CHRISTI in Gentes. Ob istam causam uinctus fuit in Ierusalem, & inde Romam deductus. Huius rei memoria maximam sibi beneuolentiam meritò apud illos conciliare debuit.

*Si tamen audistis.* Ac si dixerit, Notam narro historiā: & quæ de me sæpius ac passim uulgata sunt. *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei,* idest, ministracionem euangelij, in quo Dei gratia cōtinetur: *Quæ data est mihi in uos,* qui Gentes estis. *Quoniam secundum reuelationem,* idest, nō per aliorum prædicationem: sed per immediatam reuelationem à Deo. *Notum mihi factum est sacramentum,* hoc est, mysterium incarnationis CHRISTI. *Sicut supra scripsi in breui,* paucis uerbis. Et hinc manifestè habes B. Paulum inter eos electos numerari, quibus Deus abundantior gratiam impartitus est ad aliorum instrucionem. Unde ore CHRISTI uas electionis est dictus. *Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam.* Siue, intellectum meum, in mysterio CHRISTI. Ac si dixerit. *Ex his oibus quæ scripsi,* optime potestis certiores

Act. 13

Pro excellentia Apóstolus eius Pauli.

certiores fieri, me esse instructum de mysterio Dei, & ordine prouidentie suæ in electione ac prædeterminatione suorum, & quomodo non deseruerit mundum Deus, sed sapienter cuncta & suauiter ordinauerit ad procurandam omnium hominū, qui illā non respuerint, salutem.

*Quod (uidelicet mysterium) alijs sæculis non fuit notum, filijs hominum.* Non dicit simpliciter non fuisse notum: sed tantum filijs hominum negat fuisse notum. Appellatione autē filiorum hominum ueniunt in scripturis turbæ, & gentes, siue uulgus promiscuum hominum eorū qui in peccatis ambulant, quales erant omnes gentes. Sed mox post Domini mortem uerum incepit fieri quod uaticinatus est Dauid: *Filij hominum in regmine alarum suarum sperabunt, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* Fuit igitur antè Patriarchis & Prophetis notum: nō autē filijs hominum. Nam de Abrahā testatur Dominus apud B. Ioannem: *Abraham, inquit, exultauit ut uideret Deum meum. Vidit & gauisus est.* Ad istud mysterium pertinebat morientis Iacob Patriarchæ prophetia. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Rarissimis uerò insinuatum fuit: quoniam nondum capax erat mundus ad recipiēdas tam pretiosas margaritas, & ante immundos homines conculcandas proijci non oportuit. Quin & maiores inter Iudæos, & miraculorum magnitudine excitati non poterant capere. Huius rei clarissimum habemus in Nicodemo testimonium, qui ipsius hominis p baptismū mirabatur renouationem posse fieri. Et Dominus ad eum. *Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis spiritualia, credetis?*

Psal. 35.

Ioan. 8.

Gen. 49.

Isa. 3.

*Sicut nunc reuelatum est sanctis Apóstolis eius, & Prophetis.* Dici poterat, antea etiam fuisse reuelatum filijs hominum, saltem Iudæis. Adijcitur hæc conditio, eo tempore non fuisse reuelatum, sicut nunc Sanctis eius & Prophetis: quia non fuit ita explicitè reuelatum & particulariter, constitutas gentes cohæredes in testamento CHRISTI, sicut & Iudæos, idest, institutos esse omnes à Domino in testamento suo, in carne & sanguine Filij sui conscripto, & propterea *concorporales*; idest, facti sunt omnes unum corpus in CHRISTO: & ita *complices promissionis eius in CHRISTO IESV per euangelium*, ut qui interim partem suam habeant ex Spiritu sancto arrham quandam felicitatis æternæ, quæ erit tandem plena hæreditatis possessio.

*Cuius factus sum ego minister.* Cuius, euangelij scilicet, uel CHRISTI. *Secundum donum gratiæ Dei.* Articuli græci his uocabulis affixi uim habent quandam maiorem, ac si dixerit: secundum illud donum illius gratiæ Dei. *Quæ data est mihi.* Ut no-retur insignis gratia huic tanto Apóstolo ad fidem CHRISTI efficacissime prædicandam tributa, quam apertius adhuc explicat. *Secundum operationem.* Græcè ἐνεργειᾶν, quæ uox significat operationem efficacem, ut illa

magna electio significaretur, *uirtutis eius,* seu potentie eius. Et quasi uehementer hanc rē totam admiratus, emphasim addidit ingeminans dictū.

*Mihi enim.* Græcè non legitur; enim; & melius: ut uim sermo habeat quasi admirationis & stuporis. *Mihi (inquit) omnium sanctorum minimo data est gratia hæc.* Nunquid, quæso, re uera putabat Apóstolus se omnium sanctorum esse minimum. (præsertim si ea uoce intelligas omnes sanctificatos) cum se sciret Electum, imò uoce Domini uas electionis appellatum? Respondeamus, B. Paulum hoc ipsum de se in corde suo sensisse, quod erat minimum omnium, non iudicans de Dei gratia in se, sed de suis meritis respectu adeptæ gratiæ: ut magis eam consideraret partem qua erat dignus, uidelicet ut esset omnium minimus, cum esset persecutus ecclesiam Dei, quàm quod per superabundantem electionis gratiam acceperat, ob quam non poterat meritò gloriari. Sic mihi intelligendum uideatur. Nam quilibet existimationem de seipso non à gratia, sed à meritis suis debet accipere. Ad quæ seipsum attentè referens peccator quilibet, cui perpercerit Deus statuet se semper cæteris inferiorem: quoniam de alijs nescit, nec illorum iudicare demerita, at de seipso potest. Sancta igitur ac prudens, sinceraq; erat existimatio ista Apóstoli de se hoc modo intellecta. Et explicat hoc donum gratiæ suæ, ait.

Quo Apóstolus se minimū sanctorū dicat.

Serui Dei notēt & discant huius militatem uerā

Isa. 64.

*In gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias CHRISTI.* Magnum omnino donum legatione tanta fungi pro CHRISTO, præsertim tot ac tantis adiectis signis & donis, quæ tanto ministerio erant opportuna & necessaria. Per CHRISTI diuitias intelligit bona cœlestia, quæ summa sunt, & nunquàm peritura. Dicit autem; *Inuestigabiles*; quia nullus hominum poterat cogitatione sua eas inquirere ac deprehendere, sicut alibi scriptum est. *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non uidit, Deus, absque te, quæ præparasti diligentibus te.*

*Et illuminare omnes.* Non contentus dixisse, euangelizare, quod significare poterat simplicem annunciationem, adiecit; *Et illuminare omnes*; quoniam per gratiam habebat doctrinam efficacem cum lumine, ad illuminandum omnes, etiam ipsas gentes quæ nunquàm audierant.

*Quæ sit dispensatio sacramenti,* idest, quò tendat, quid sibi uelit hæc generalis dispensatio mysterij CHRISTI, & prudens prædicatio, qua dispensatur doctrina cœlestis quasi panis familiæ Dei. Deus enim certo & opportuno illo tempore, & cum ordine ac delectu uoluit manifestare diuitias bonitatis suæ oibus gētibus. Manifestauit autē in humanitate CHRISTI, in qua apparuit (ut græcè exprimam efficacius) ipseus Dei, *φανερωπιε*.

*Absconditi à sæculis in Deo.* Repetit absconsonem huius mysterij, quæ fuit à sæculis præcedentibus: sicut dicitur. *Abscondisti hæc à sapientibus.* Et sæculi nomine intellexit generationes sæculorum, quæ non fuerunt dignæ hæc intelli gere.

Luc. 10.

gere. Licet possint intelligi per saecula, priora tēpora certis. periodis distincta: magis tamen placeat prior intelligentia data. Abscondita autem fuerunt haec in Deo, quia Deus ista sibi seruauit.

Qui omnia creauit. Graecè additur: Per IESVM CHRISTVM; Videtur mihi hoc adiectum pertinere ad probationem siue persuasionem dicti, uidelicet illud fuisse Dei propositum, ut uoluerit totum mundum tandem aliquando bonitatis suae per IESVM CHRISTVM participem facere: ut per quem omnia creauerat, per eundem congruentissima ratione recrearet. Non enim ulla alia creatura ad tantum opus erat digna. Ut innotescat nunc principibus & potestatibus in caelestibus per ecclesiam. B. Ambrosius per principatus & potestates, intelligit homines huius mundi, qui alijs praefecti erant, & in multis uersabantur erroribus. Sed obstat huic sensui (ni fallor) quod additur: in caelestibus; quidam alijs de Daemionibus intelligunt. Mihi rectius uidetur, si etiam de caelestibus Angelis dicatur, quibus Apostoli facti erant spectaculum, ut ipse B. Paulus alibi dicit.

1. Cor. 2.

Quomodo Angeli nouerint incarnationis mysterium.

Dices: Ergo hoc mysterium ignorarunt Angeli? Hoc autē qui fieri potuit, cum uel prophetae innumeris scripturarum locis hoc praedixerint, & de uocatione Gentium expressam mentionem fecerint? At prophetae ipsi à quibus (rogo) nisi ab Angelis acceperunt? Dicendum est igitur, loquutum hinc Apostolum de noticia intuitiua, & ea quam experimētalem uocant. Multum enim interest, reuelatione accepisse futura: & oculis proprijs ea spectare dum geruntur. Ostēdi potest familiari exēplo eorū qui comœdias prius quam recitentur, legerunt domi, ad quas tamen cum aguntur in scena, se conferunt audiendas, ut pronuntiationem percipiant, gestusq; ipsos spectent: quoniam aliter uident cū gerūtur, & maioribus permouentur atque afficiuntur affectibus. Atque ideo aiebat Dominus discipulis. Multi reges & principes uoluerunt uidere quae uos uidetis, & audire quae uos auditis, & non audierunt. Multa relucet in ipsa actione, quae non explicantur puro sermone. Reuelationes quidem pertinebant ad summam rerum: sed pleraque circumstant particularia, quae tum propemodum sine numero esse, dum res ipsae aguntur, perspicuntur. Antea autem (neque enim id conueniebat) clarius autem fuerant manifestata.

Luc. 10.

Verum itaque hac ratione fuit Apostoli dictum, ut innotuerit etiam Angelis per ecclesiam, multiformis (seu multiuaria, ut ita dicam) sapientia Dei. Et re uera multiformis fuit illa sapientia, quae tandem fecit apparere sapientiam in stultitia. Postquam enim mundus per sapientiam Dei non cognouit Deum: placuit uariare modum se ipsum insinuandi, qui fuit per stultitiam, hoc est, per illud quod stultum omnibus hominibus uideri potest, eum qui natura erat innocentissimus & ditissimus, in gratiam peccatorum hominum, & omnibus uerè bonis destitutorum, tradere se opprobrijs & exinanire, mortemq; ipsam subire & illam acerbissimam. Quis ita unquam iuxta sa-

pietiam hominum desipiat, id ut committere uelit? Mirabile hoc sanè, ut stultissimum Dei fieret nobis omni sapientia hominum sapientius. Ad hanc tamen stultitiam non se adegerat prima cogitatione Deus. Non enim sapienter factum istud fuisse: sed postquam nos euauimus in sapientia eius, hoc est, in his quae sapientissime ordinauit, coegimus eum ut sapienter stultus fieret, ex qua stultitia maximam ipse sibi comparauit gloriam. Ab initio disposuit Deus mundum, & cuncta sapientissime. Mundus autē non profecit in illa Dei sapientia, sed periclitatus est, & propter superbiam suam perditus, non intelligēs honorem eximium, quo ornatus fuerat per summam illam Dei Patris sapientiam.

Destructo itaque per peccatum mundo, ut repararetur per iustitiam, cogitauit Deus cogitationes pacis & non afflictionis: & uoluit stultus fieri adigens semetipsum ad formam serui, & (tāquam rapinam) fugiens ostētare se aequalē Deo. Abdidit enim sub ea serui forma quodam modo diuinitatem suam. At hoc profecit citra conuersionem stultum fuisse, sicut & prima facie apparet, nisi finis optimus propositus, & fructus adē magnus insequutus & illi & nobis fuisset. Hac humilitate mundum ipse iacentem erexit: omnia quae in caelis sunt instaurauit: & seipsum reddidit gloriosorem. Effecit insuper ut sua hac stultitia & infirmitate ad ueram nos uerè inspiceres & stulti proficeremus sapientia & uirtutem.

In hac stultitia est uaria & admirabilis multis rationibus sapientia Dei, qui per infirmitatem sanitate operatus est: & per hunc humanitatis suae, quo unxit oculos caeci nati, lumen nobis oculorū restituit. Quid his uariū magis & admirandum: Sed relinquo ista ijs cogitanda, qui mentes habent purius caelesti lumine illustratas, quibus perspicunt quā in hoc mysterio innumerabilia sint mirabilia, omni gratiarum actione digna.

Secundum praefinitionem saeculorum, quam fecit in CHRISTO IESU Domino nostro. Quod nos legitimus; secundum praefinitionem; graeca uox idem quod; secundum propositum; seu propositionē significat. Et egregiè & uerè sensum attigit interpret. Nam Dominus Deus ita praefixerat certa tempora, ut fluere uellet aliquot saecula ad manifestationē diuinorū arcanorū disponētia. Quae fecit; Rectius & commodius hoc relatiuum refert praefinitionem, quā ecclesiam, aut sapientiam: tametsi & ad illa quoq; referri ualeat, at longè minus ad ecclesiam. Sensus est ergo: Eam sapientiam uariam fecit Deus in CHRISTO IESU Domino nostro: et uerum est. Aptior tamen uidetur sensus, istam saeculorum praefinitionem fuisse à Deo in CHRISTO IESU hoc modo factam. Fuit in mundo secundum ueritatem existentiae uarijs aetate, ut proficeret sapientia & gratia. Prius in utero latuit, postmodo inde exiuit, circumciditur, euadit in puerum, & latere post uoluit, & manere in Aegypto. Tum subditur parentibus: parumper coepit se ostendere cum duodecim esset annorum in templo, daturus

Pro sapientia Dei in aetatibus Christi

daturus aliquod specimen sapientiae suae diuinae apud doctores. Ex quo tempore in silentio uersatus legitur: donec tandem procedit ad maturam aetatem, & tum baptizatur in Iordane, & mittit manum ad fortia. Ad eum tenorem saecula ipsa decreta sunt, ut quaedam ex illis tanquam in utero abditum continerent CHRISTVM: quaedam haberent aliquid notitiae eius quasi ex utero proredientis. An non puer fuit Hebraeis sub lege? Nonne in prophetis coepit aliquatulum maiusculum apparere, & sui prebere lumen, atque expectationē semper propinquorem? Tandem uidimus eum baptizatum baptismo crucis, de quo ipsi ait: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur? Et hoc est tempus praefinitum in IESU, in quo debuit ostendi mundo uexillum Dei explicatum, & conscissum sacculū, in quo nostrae redemptionis includebatur pretium: & circumdaremur omnes laetitia tā Iudaei quā Graeci. Ipse enim extra ciuitatē crucifixus est, ut se pro omnium salute, & non Iudaeorum tantum, pendere ostenderet bonus & salutaris serpens deserti, ut quicumque fide in illum intuerentur, à moribus sanarentur uenenosorum serpentum.

Luc. 22.

In quo habemus fiduciam. Graeca uox significat libertatem quandam loquendi, quae ob certam rei ipsius notitiam & facultatem adest homini, ut alibi idem sibi quod & propheta tribuerit: Credidi, propter quod loquutus sum. Vbi notandum, non esse bonum praedicatorum, nisi illum qui certò & uerè possidet quae loquitur, ut possit persuadere, & contradicentes resellere. Et accessum in confidentia. De accessu quem ipse habebat ad Gentes per IESVM CHRISTVM existimo eum loqui, & haec omnia à fide: Vnde ait. Per fidem eius: quoniam ipse credit dicenti. Vade, ego mittam te longè in nationes. Non poterat enim frustra esse Dei uerbum, quantum ad accessum ad eos. Sed quia non omnes erant ita electi, ut non paterent casibus ad ruinam tendentibus, hoc metuēs Apostolus more suo ad exhortationes recurrit, subdens.

Psal. 115.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis. Tētarum poterant, ut uerissimile est, ab eo qui tentat circa B. Paulum tantis crumnis & periculis, & opprobrijs asiduo circumdatum, ut scriptum fuit de capite. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Sed ratio aliter docet, id est, ne in huiusmodi deficiamus, utpote in quibus enitet ueritatis gloria, cum fides nostra per patientiam & fortitudinem nostram probatur, & splendidior reddatur. Quae est gloria uestra, si non deficiatis. Dum ego pro uobis patior ad probandam illustrandamq; ueritatē fidei, est gloria uestra. Graeca tamen lectio patitur ut pro seipso peteret, ne in illis angustijs deficeret: quem sensum notare uoluit B. Hieronymus, & ad illum interpretatur. Vtrumque autem non dubito uerū fuisse. Nam ad Corinth. testatur, se eo usque fuisse angustijs pressum, ut iam caderet illum amplius uiuere.

Act. 22.

Luc. 22.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri IESVM CHRISTI, ex quo omnis paternitas in caelis, & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtutē corroborari per Spiritū eius in interiori homine, CHRISTVM habitare per fidem in cordibus uestris: in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem scientiae charitatem CHRISTI, ut adimpleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potēs est omnia facere superabundanter quā petimus aut intelligimus, secundum uirtutem quae operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia & in CHRISTO IESU, in omnes generationes saeculi saeculorum, Amen.

Variis est mos orandi in Ecclesia, & à fidelibus secundum decentem compositionem corporis obseruandus. Qui enim orat, constituit se quodam modo ante faciem Dei. Quare debet & animo & corpore decenter compositus apparere, ut qui consistat ante conspectum summi omnium Principis, & optet gratiosè audiri: qua in re uulgò turpissimè peccatur. Quoties. n. uidere liceat, qui non exterius indecentibus corporis gestibus, aium indicēt ubi uis potius esse, q̄ corā Deo: CHRISTVS legitur flexisse genua, & cecidisse in faciem suam. B. Stephanus similiter genua posuit, dum orauit pro alijs. Qui modus orandi ostendit humilitatem, & humilitationem magnam ad Patrem: & quod non confidit homo in meritis proprijs. Nam genibus stamus, & per ea fortitudinem nostram asserimus, qui pugando stare consueuimus: quae dum curuamus & flectimus confitemur imbecillitatem nostram & recognoscimus. Flectere autem genua praecipue tum obseruandum est, cum oratur pro alijs, & sunt deprecationes pro peccatis, aut pro magnis rebus & arduis. Et uerè ille flectit genua coram Deo, qui hoc primò secundum spiritum facit, infirmans (ut more B. Pauli loquar) semetipsum, & subiiciens se Deo sponte ac deuotè, non coactè. Nam hoc inferni Daemones faciunt, qui genua curuant coram Domino cum tremore & horrore. Ad patrem Domini, nostri IESVM CHRISTI. Primam illam personam sanctae TRINITATIS, proculdubio intelligit: licet B. Hieronymus admoneat haec uerba: Domini nostri IESVM CHRISTI: adiecta esse in latinis, quae tamen etiā nunc & in graecis leguntur. Est igitur prima illa persona, Domini nostri IESVM CHRISTI unico & singulari modo Pater.

Luc. 22. Act. 7.

Ex quo omnis paternitas. Graecè: familia; id est congregatio quae caput habeat, ut particularia omnia capita ab uno & sub uno sint summo oium Patre. Intellexit ergo familiae nomine B. Paulus.



lus, sodalitates & congregationes, & particu-  
 psal. 22. lares ecclesias, de quibus scriptum est. Et adora-  
 bunt in conspectu eius omnes familiae gentium.  
 ibid. 26. Et: Afferte Domino patrie gentium, afferte  
 Domino filios arietum, idest, Apostolorum.  
*In caelis & in terra nominatur. Dicitur nominatur; pro;*  
*est; quoniam quod est, nō nominatur. Et existimo il-*  
*lum uoluisse hoc loquendi genere notare distin-*  
*ctionem familiarum, quae sit per aliquas differen-*  
*tias suis nominibus distinctas. Et tales sunt in ce-*  
*lo, & futurae sunt. Vnde alij sub alijs suberunt, & cæ-*  
*tera nomina quae innuunt esse familias etiam in*  
*caelis. Ista sunt figurata in lib. Num. ubi describū-*  
*tur familiae cum signis & uexillis suis, in quibus*  
*haud dubium est, quin ea significatione, uariorū*  
*ducum qui sunt in Ecclesia, & in caelestibus, no-*  
*mina & ordines uarij intelligantur.*

Ecce autē orationis apostolicae summa. *Vt*  
*det uobis secundū diuitias gloriae suae uirtutē, idest, potē-*  
*tiam illam abundantiore, iuxta diuitias gloriae*  
*suae, idest, secundum illam multam potestatem quā*  
*accepit CHRISTVS, qui est gloria Patris, corro-*  
*borari, ut corroboremini per spiritum eius, qui est*  
*spūs charitatis fortissimus.* B. Amb. legit: *cō-*  
*firmari; qui enim corroboretur, etiam confirma-*  
*tur. In interiori homine.* Est homo interior, qui ui-  
*ta uiuit longē superiore quā sit uita sensuum.*  
 Exterior autem homo est ipsum animal, quod  
 est in homine, quod sensu uiuit, & quae supra sen-  
 sum sunt non curat: *habitare CHRISTVM per fi-*  
*dē in cordibus uestris, ac si dixerit. Hoc uotis omni-*  
*bus opto & oro, ut corroboremini in interiori*  
*homine: quod fit per inhabitationem CHRIS-*  
*TI per fidē uiuā. Habitat enim in nobis CHRIS-*  
*TVS per fidem, cum in eum sincerē credimus.*  
 Non autem illam fidem intelligit quae esse Dae-  
 monum potest: sed quae habet secum charitatē.  
 Haec fides est quae firmat & roborat: unde ait.

*In charitate radicati & fundati.* Haec est illa exi-  
 mia uirtus quae unit nos cum Deo per CHRIS-  
 TVM, & facit nos radices agere in ipsa spiri-  
 tuali petra, in qua & fundamur. Hoc in loco B.  
 Amb. pro ea sententia quam nos in secunda ad  
 Corinth. in fine magis probauimus, in hunc mo-  
 dum scribit. Apostolus in eo petit eos magis fir-  
 mari ut nō ambigant, sed magis credant CHRIS-  
 TVM habitare in se, quem non uident his ocu-  
 lis, ut spiritus datus hoc eis per Dei donū infun-  
 dat, ut certi sint de CHRISTO quod uiuit, & fi-  
 lius Dei est, & habitat per fidem in cordibus no-  
 stris: ut cum fidem eius habemus in cordibus no-  
 stris, ipsum habere uideamus. Quod eō proficit,  
 ut securi simus de auxilijs eius, quia non deserit  
 nos, sed semper adest propter fidem suam quā  
 uidet in nobis. Quippe cum idē Spiritus eius,  
 qui & Dei Patris est, detur nobis, ut uice eius  
 tutos praestet nos si ei assentiamur, ut occul-  
 ta reueler, per quem utique ipsum in nobis habi-  
 tare ambigere non debemus. Haec B. Amb. At  
 nos particularem de hac re tractatum condidi-  
 mus aduersus eos qui negabant esse cuiquā pos-

se certam gratiae suae notitiam, quantumuis fan-  
 cto, absque speciali reuelatione.

*Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae*  
*sit latitudo &c.* Homo cum iam per charitatē ra-  
 dices egit in CHRISTO, incipit scire latitudi-  
 nem bonitatis & misericordiae Dei, quae expan-  
 ditur ad omnes. Itē longitudinem, qua intelligit  
 admirabilē Dei peccatorū tolerantiam, quā uo-  
 care solet Apostolus longanimitatē. Item sub-  
 limitatem, qui etsi ad nos uenit per suas uias, ipse  
 tamen semper in sua manet sublimitate. Deniq;  
 profundum, idest, abyssum consiliorum suorum,  
 & prouidentiae, quā multis & quā miris mo-  
 dis adducat ad se peccatorem, Non desunt  
 qui haec figurent in cruce CHRISTI, & aliter  
 exponant. Certē in cruce CHRISTI cernitur la-  
 titudo, & longitudo, & profundum, & sublimi-  
 tas. Et latitudinem quidem agnoscere licet in  
 CHRISTI cruce, ea parte qua extensis brachijs  
 omnia, ut sua, est amplexatus. Longitudinem ue-  
 rō ex alia parte: quia in saeculis aeternis cōtinuit  
 dominatum. Eius enim regni nō est finis. Et pro-  
 fundum: quia usque ad inferos diuina potentia  
 penetrauit, ad quos continuō post emissum spī-  
 ritum descendit. Et sublimitatem: quoniam  
 ascendens tandem in altum captiuam duxit ca-  
 ptiuitatem. Possunt haec alijs ac uarijs modis ac-  
 pijs exponi, sicut Spiritus donare atque docere  
 potest & solet, quos uult amicos suos.

*Scire etiam supereminētē scientiae charitatē CHRIS-*  
*TI, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Hic  
 locus plures interpretationes recipere uidetur,  
 nec est alienum singulas discutere. Fit enim ple-  
 runque ut cum multiplex proponitur collatio  
 & comparatio, quānam sit ueritas magis appa-  
 reat. Primum B. Amb. hunc locum sic legit:  
 Cognoscere quoque supereminentem scientiam  
 charitatis CHRISTI. Et sic interpretatur ac si  
 dixerit: cognoscere charitatē CHRISTI, quae  
 notitia est supereminētis scientiae, idest, est super-  
 omnem humanum captum, & humanam exce-  
 dit cognitionem. B. Aug. quodam in loco  
 legit: *scientiae; datui casus: ut cognoscenda sit*  
*CHRISTI charitas, quae supereminet ipsi scien-*  
*tiae. Nam inter dona potior est charitas, quā*  
*scientiae donum. Verum huic sensui graecale-*  
*ctio planē repugnat, in qua; scientiae; non datui*  
*casus est, sed genitiui, τῆς γένεως. Est & alius*  
 B. Hieronymi sensus, docentis eam esse Aposto-  
 li mentem, ut uelit nos habere notitiam charita-  
 tis CHRISTI, quam ille habet in eos qui sciu-  
 nt eū perfectē, hoc est, qui in illo & de illo cogitant,  
 ac meditatur die ac nocte, & quae meditatur ip-  
 so opere cōplent. Et hic certē est pulcher sensus.  
 Mihi autem dudum uidebatur nos à B. Paulo  
 moneri, ut daremus operam, quō possemus sci-  
 re supereminentem charitatem quae aduenit ho-  
 minibus ex scientia CHRISTI. Qui enim uerē  
 scit CHRISTVM natum, & nobis datum, à no-  
 bis & pro nobis crucifixum, habet aditum facili-  
 limum ac pulcherrimum ad supereminentem  
 charitatem, ad quam Apostolus semper nos  
 uehementissime

uehementissime cohortatur, & super omnia: quae  
 tamen non potest constari nisi ex hac scientia,  
 per multam fidem in nobis infixam & radicata.  
 Nam hinc uenit in nos omnis plenitudo Dei, ut  
 nofeat homo illud uerbum. Qui diligit me, dili-  
 getur à Patre meo: & ego diligam eum, & mani-  
 festabo ei meipsum. Et iterum: Si quis diligit me  
 sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget  
 eum, & ad eum uenimus, & mansionem apud  
 eum faciemus. Eligat ergo lector quem sensum  
 maluerit.

Ioan. 14.

*Ei autem qui potens est super omnia.* Sic enim  
 graecè legitur: & hic Deus, qui est super omnia,  
 Pater est. Ad patrem ergo dirigitur sermo, *facere*  
*superabundanter, idest, ad faciendum: uel ut faciat*  
*superabundanter propter suam eximiam poten-*  
*tiam. Supra quā petimus aut intelligimus, secundum*  
*eam potentiam quae operatur in nobis.* Apostolos in-  
 telligit, quos fecit mundi Magistros. *Ipsi gloria*  
*in ecclesia in CHRISTO IESV, & in generatio-*  
*nibus saeculi saeculorum, Amen, idest, in capite & in*  
*membris, & in generatione saeculi saeculorum,*  
 quae est generatio Beatorum, quae fiet cum sede-  
 rit in maiestate sua Deus, & nouam & electam  
 generationem ducet in caelos ad gaudia coeli-  
 citatis aeternae perfruenda.

## CAP. IIII.



B. SECRETA QVE VOS  
 ego uinctus in Domino, ut  
 dignē anabuletis uocatione  
 qua uocati estis, cum omni  
 humilitate & mansuetudi-  
 ne, cum patientia supportā-  
 tes inuicem in charitate, solliciti seruare uni-  
 tatem spiritus in uinculo pacis. Vnū cor-  
 pus, & unus spiritus: sicut uocati estis in  
 una spe uocationis uestrae. Vnus Dominus,  
 una fides, unū baptisma. Vnus Deus & pa-  
 ter omnium, qui super omnes & per om-  
 nia, & in omnibus nobis. Vnicuique autē  
 nostrum data est gratia secundum mensurā  
 donationis CHRISTI. Propter quod di-  
 cit: Ascendens in altum, captiuam duxit ca-  
 ptiuitatem, dedit dona hominibus. Quod  
 autem ascendit, quid est, nisi quia & descen-  
 dit primū in inferiores partes terrae? Qui  
 descendit, ipse est & qui ascendit super om-  
 nes caelos, ut adimpleret omnia.



Raui semper & anxia cura teneba-  
 tur Apostolus, ut conuerſae ad fi-  
 dem Gentes in ea stabiles perſiste-  
 rent: et quod presenti sermone pra-  
 stare non poterat, literis & nuncijs  
 efficere satagebat. Vide ut dulciter admonet, &  
 cum quadam erga se commiseratione, aens.  
*Obsecro itaque uos ego uinctus, scilicet uinculis ad*  
*corpus applicatis: in Domino.* Hoc addidit, quo-  
 niam inter eos erat qui persecutionē patiebantur  
 subnūcia

tur propter iustitiam, nec à Domini confessione  
 ob quocunque inflicta supplicia recedebant, sed  
 manentes in ipso per testimonium sanctum ueri-  
 tatis, quod placet Deo in CHRISTO IESV.  
 Obiicit autē uincula sua propter CHRISTVM,  
 quō eisdem ad imitandum exciter, ut solidi ac fir-  
 mi maneant in Ecclesia, & unusquisque iuxta uo-  
 cationem suam ambulet exemplo sui ipsius, qui  
 à uocatione sua nullis uinculis poterat auelli.

*Vt dignē ambuletis uocatione qua uocati estis.* Erat il-  
 la uocatio ad uitam aeternam. Dignē autem am-  
 bulare ista uocatione, est ambulare per opera bo-  
 na & in illis proficere, ut dignē peracto peregrina-  
 tionis cursu possumus allequi promissionem  
 illam uitae beatae. Hoc apertē contra haereticos  
 facit, qui negant nos ita posse institui & compa-  
 rari, ut dignē ambulemus ad praemium. Potest  
 ad quascunque particulares uocationis modos  
 accommodari expositio, ut qui uocatus est in  
 matrimonio, dignē ambulet illa sua sorte. Qui in  
 caelibatu similiter: & ita de cæteris statibus, qui  
 minime christianae uitae opponantur. Ecce au-  
 tem communis exhortatio declaratur, quō di-  
 gnē, quātū ad omnes pertinet, debeāt ambulare.  
*Cum omni humilitate & mansuetudine, supportantes in-*  
*uicem in charitate.* Haec charitatis uirtus à cunctis  
 prorsus in omni statu exigitur, & oēs uirtutes  
 habet socias. *Solliciti seruare unitatem spiritus in uin-*  
*culo pacis.* Pax hoc in loco est uoluntatum unio,  
 qua uelut uinculo quodā artissimē colligamur,  
 ut seruetur unio spiritus, quo ipse nostrae alio-  
 qui effraenes uoluntates, fortius cum Deo con-  
 iungantur. Nam & si qui iam sunt unanimes,  
 eosdem tamen uniti strictius charitas, quae est spi-  
 ritus. Si enim dissensiones intercedant & haere-  
 ses, ut aliud sapiat unus, aliud alter: ab eis abhor-  
 ret spiritus, tantū abest ut hos coniungat. Et Ephe-  
 sios ad hanc unitatem hortans, ne sint inter illos  
 pernicioſa schismata, addit familiari exemplo ra-  
 tionem corroboretam, aens.

*Vnum corpus, supple estis.* Si unum corpus, an  
 non alienum prorsus si inuicem distrahantur mē-  
 bra? *Vnus spiritus, quo ipsa membra colligantur.*  
 Quo igitur animo potest quis ab eo spiritu sciu-  
 gi, nisi qui nolit ueræ fieri particeps uitae, quae in  
 illo solo posita est? *sicut uocati estis, ut unum &*  
*eundem spiritum omnes accipiatis.* Sunt autem  
 diuersa eiusdē spiritus dona, quae nō solum uni-  
 tatem non soluunt, imō magis eam conseruant  
 & augent. Necessaria nāque sunt in uno corpo-  
 re diuersa membra, quae non eundem actum ha-  
 beant, tamen ad unum omnia tendant, unumq;  
 respiciant: ut sit saluum corpus atque integrum  
 in omnibus membris suis. Vnum membrū suble-  
 uat alterum, adiuuat, congaudet, compatitur, ut  
 ad unum bonum tandem perueniant. Hanc com-  
 mendans unionem siue unitatem, ait. *In una spe uo-*  
*cationis uestrae: quando quidem ad idem brauium*  
*omnes uocamur, & caelestem coronam.*

*Vnus Dominus, sub quo omnes sumus.* Re-  
 demit enim nos omnes pretio sanguinis sui da-  
 to, quo à miserrima antiqua seruitute in ueram  
 EE III sub

sub illo libertatem assereremur. *Vna fides*: quoniam omnes unum credimus, & per eam in unum congregamur ad unam & eandem aeternae spei. *Vnum baptisma*, id est, unum tantum signum professionis & protestationis fidei nostrae, quod est baptismus, quo signantur milites Dei sub duce CHRISTO. Et non est ulterius prisca illa circumcisio, qua ueluti signo populus a populo olim distinguebatur. *Vnus Deus & Pater omnium*. Omnia in unum cohaerere oportuit: quia unus est Deus, & unus omnium Pater, non tantum Iudaeorum, sed etiam Gentium, sub quo omnis familia congregari debet ad unitatem seruandam, in qua fortitudo uera consistit. Diuisiones enim uires debilitant unitatis quae scinditur. *Qui est super omnes, & in omnibus nobis*. Super omnes est Deus Pater, qui omni creaturae supereminet: & ipse est in diuinis aliarum personarum principium, ut in hoc praestet quodammodo caeteris personis, quae ab eo procedunt. Est item super omnes, & in omnibus, uelut principium quoddam fluens, & per omnes suas creaturas meas, qui & ex alia in aliam uirtutes suas influit. In omnibus insuper est uirtute sua et assistentia, qua omnia, praesertim suos qui consententur illi, regit: & occurrunt in unitate fidei, ut sint unum, sicut ipse Pater & Filius eius unum sunt, uno amoris Spiritu coniuncti: sed illi inter se ineffabiliter & summo nexu. Et si ergo aliquo modo sit omnium Deus, & Pater omnium, & per omnes meae (ut diximus) siue per omnia, ut quidam poeta dixit, Deum ire per omnes terrasque, tractusque maris: tamen peculiariter Pater est & Deus eorum qui credunt & diligunt, & in hac unitate permanet. Quod si quis ab hac unitate recedit, sequitur ab hoc pacis uinculo soluit, testimonium nobis clarum dat & sibi ipsi (si non solui scripturam uelit) se iam non nouisse Patrem, neque Filium, & in eum degenerasse, qui perfidia filius Dei esse desinit. Audiant haec haeretici transfugae, & uersent sermo in corde suo. Considerent ubi sint miseri, ut reuertantur tandem antequam ueniat dies Domini terribilis. Non miror ego illos qui ex confesso pugnant contra ecclesiam Dei, qui recesserunt ab ea: sed eos mirum in modum admiror, qui cum uideri uelint ecclesiastici, ea sunt tamen in cognoscendo delatores tarditate, ut non statim iudicent istos esse aduersarios, quos nouerunt olim nobiscum fuisse in ecclesia, & sua sponte ab unitate postmodo turpiter ac seditiosè recessisse.

*Vnicuique autem nostrum data est gratia*. Hoc adiecit ut occurreret obiectioni, ne quis scilicet putaret donorum multiplicium in ecclesia, ac uariarum functionum distributionem cum unitate pugnare: secundum mensuram donationis CHRISTI. Hoc est, sicut donatum fuit CHRISTO pro membris. Propter quod dixit: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus*. Sensus est. Quod ascendens ad Patrem, postquam functus est munere suo mandatum exequutus obedientiae, quando duxit secum in caelum eos quos ab antiqua captiuitate liberauit, scilicet

antiquos Patres conseruatos in limbo: & alios quos ab inferis eruit & supplicij, quicumque fuerint illi. Certò enim iam creditur, totum ab eo purgatorium in tam recenti gloria ac triumpho euacuatum, ut & in caelum omnes animas secum, quae illic erant addictae purgationi, eueherit. Ascendens, inquam, ad Patrem, & ueniens cum triumpho & spolijs hostium, accepit ab eo dona non iam pro se, qui dudum illa acceperat plenus gratia ab initio: sed pro hominibus. Et dedit ea hominibus uaria quidem, sicut ipse uariè se habet in nobis: quia & membra oportet esse uaria in corpore perfecto. Propheta dixit: *Accipit dona in hominibus*. Ipse in omnibus per gratiam suam existens, accepit à Patre pro eis dona. Quae autem accepit, dedit: ut exponit hic B. Paulus. Nam hoc est accipere in hominibus: quia Dominus induit personam omnium nostrum: & pro quolibet accepit, ut pro cuiusque captu distribueret singulis. Et non unum donum accepit, sed plura & uaria, pro ipsorum hominum uarietate & ministeriorum, ut statim explicabit.

*Quod autem ascendit, quid est nisi quod descendit primum in inferiores partes terrae*. Ex ipso psal. uult probare, eum qui ascendit, prius descendisse: hoc uelut principium sumens, quo probet neminem prorsus eorum qui sunt huius saeculi, & patriam suam habent naturaliter in his locis infirmis, huius esse uirtutis ut possit in caelum ascendere. Facilis quidem (ut ait ille) descensus Auerni: sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Ille ergo potuit solus in caelum ascendere, qui cum caeli prius esset incola, potuit de caelo descendere. Hic est CHRISTVS Dominus noster, homo coelestis, propter excellentiam personae suae singularem. Et hoc claris alibi uerbis ipsemet expressit: *Nemo ascendit (inquit) in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis, qui est in caelo*. Ad istum sensum: *Nemo ascendit, id est, nemo habet ascendendi facultatem in caelum, nisi ille qui inde descendit: quo facto ostendit hominem se esse coelestem, & in caelis esse patriam suam, ad quam possit, cum placuerit, liberè reuertit: à qua ita recessit, ut ibi tamen semper praesens adsit. Filius hominis, qui (inquit) est in caelo, ut intelligamus per descensum illum non perdidisse iura caeli. Idem namque qui est Filius hominis, est pariter Filius Dei. Et quamuis ea parte qua Filius hominis est, descenderit: Ea tamen qua Filius Dei est, uerus Deus & immutabilis semper mansit. Illius ergo fuit ascendere, qui potuit dicere. Reuertar ad patriam meam. Nam cuiuslibet alij ascendere uolenti potest obijci, Vnde es tu? & cur tanta fronte audes tuos transgredi limites: Vade & incole terram in qua natus es. Quocirca oportet nos haerere CHRISTO, ut possimus respondere, Ecce frater noster, Deus & Dominus noster dixit & dedit ut possimus ascendere. Aut uerius, non ascendimus nos, sed ille nos assumit & secum euehit. Equis potest ei dicere, cur ita facias?*

*Descendit in inferiores partes terrae, id est, in hunc mundum*

Quo dicitur IESVS descisse de caelo.

104. 3.

NUM. 10.

mundum qui terra est, & haec caeteris elementis inferior, & respectu caeli, unde uenit. Dicitur similiter & uerè, Postquam de peccato uictor triumphauit & diabolo, descendit in inferiores partes terrae, i. in inferna, ut inde captiuos educeret. Nam eorum quidam ibi tenebantur à primi parentis primo peccato. Et horum alij erant amici, qui mortui in gratia, solùm poenas luere tenebantur ad integram peccatorum satisfactionem: & non erant in loco Purgatorij. De quibus licet uariè doctores sint locuti, probabilius tamen uidetur, omnes inde fuisse à Domino liberatos. In tanta uictoria, in tam magno ac recenti gaudio & triumpho, nonne alienum & minus decens uidebatur, si quenquam amicorum dolere adhuc permisisset? Qui autem in purgatorio sunt, inter amicos sunt referendi. De his uniuersaliter scriptura testificatur, quae ait: *Deus CHRISTVM suscitauit, solutis inferni doloribus*. Nam in inferiorum parte ponitur esse Purgatorium. Alij uerò in inferioribus locis tenebantur inimici, qui sunt in peccatis suis mortui. Et de his nullus Scholasticorum (quos legerim) ausus est probare, quenquam horum fuisse liberatum, cum ecclesia dicat. In inferno nulla est redemptio. Haec lex Dei est & regula, quae illud praescribit quod est secundum meritum, & praefixum ordinem. Verum quis ligauit manus Dei, ut his regulis uinctus constringatur? Ego quidem sicut non temere quicquam horum quae non sunt nota ecclesiae, asserendum censo: ita nec praecipitanter damanda, quae contra scripturam & ecclesiam non pugnant. Multa nobis occulta esse existimo, quae ipse Deus operatur & in hoc saeculo, & in alio ad beneficium nostrum. Legi de huiusmodi reuelationes sanctorum uirorum & mulierum, quae minus cum Scholasticorum placitis conueniunt. Has quidem ut non tenemur tanquam certò à Deo profectas admittere: ita nec tanta facilitate mox damnare debemus. Si quis diceret ab inferno aliquos per CHRISTVM liberatos tunc fuisse (ut habet quorundam reuelatio) rem fortasse non prorsus absurdam, & quae omni careat ratione proponeret. Si enim oratione B. Gregorij liberatus est Traianus, ut uiri pater credunt, cur non & CHRISTVS ualuerit & uoluerit sic extendere gratiam suam, ut sui ipsius contemplatione nonnulli à perpetuis ignibus eruerentur? Et sic uerum fieret: *Ero morsus tuus inferne*. Leguntur quaedam in uitis S. Patrum de B. Machario, cuius orationibus releuabantur animae in inferno damnatae. Legi & apud B. Augustinum in historia de B. Perpetua, quaedam enarrari similia, quae ille uir prudentissimus non est ausus damnare, tametsi non conuenirent, cum regulis & communi estimatione doctorum, ut qui nosset apprimè consilij Dei omnem scientiam nostram superari: cuius omnipotentia, & misericordia, & miserationes habere non debent praefixas à nobis & iudicij nostris suos limites.

Act. 2.

Os. 13.

Oramus & pro defunctis in Missis, ut animae defunctorum liberentur à poenis inferni, &

de profundo lacu, & ab ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscura &c. Quae certè uerba cum ab uniuersa ecclesia sint recepta, & iccirco maximae autoritatis, quantum cõueniant cum Scholasticorum dogmatibus ego quidem non uideo. Itaque tutum arbitror in huiusmodi non esse inuentorem nouorum dogmatum, nec tamen facilem eorum improbatorem, quae non habeant expressam reprobationem uel in scripturis contentam, uel in concilijs determinatam.

*Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos*. Quidam ex his uerbis opinantur Dominum humanitatem suam extulisse supra conuexum ultimi caeli empyrei, rati hoc ad dignitatẽ CHRISTI pertinere si sit super omnes corporeos caelos: cum reuera non detur supra, nisi ubi est locus. Indignum esset, & nescio quid insolentiae saperet, si quis doceret illo caelo minime contentum esse CHRISTVM, ubi est Pater, qui dicitur esse in caelis, & non super omnes caelos. Quin etiam ibi CHRISTVS esse dicitur collocatus ad dexteram eius in coelestibus: et non dicitur, supra coelestia. Quare interdum facere non possum quin quorundam pertinaciam detegam, qui sectis sunt & Magistris addicti, ut nihil tam absurdum tradi possit, ad quod defendendum non sint mox parati. CHRISTVM igitur super omnes caelos ascendisse ea sapientia intelligi debet, ut contineatur in supremo caelo, sub eius conuexo tamen, & sit super eius (ut ita dixerim) cõtignationem excelsior omnibus factus: ut & caelorum uocabulo intelligantur Sancti, & illi summi Archangeli, quibus ipse longè supereminet uerus illorum Deus & Dominus. Satis ergo sit illuc redisse, unde dicitur descendisse. Non enim dicitur descendisse nisi de caelo, & non de loco super caelum, uel de super caelo (si liceat sic dicere) cum nec locus, nec super, uel supra, sit extra caelum. In caelum igitur ascendit, unde uenit, non supra caelum, unde non uenit.

Superest nunc ut discutiamus, quomodo CHRISTVS dicatur uenisse de caelo & descendisse. Nam secundum naturam diuinam nulla datur penitus mutatio. Secundum humanam uerò non potuit descendere de caelo, cum antea nunquam ibi fuerit. Dicunt aliqui descendisse illum non motu locali, sed assumptione humanae naturae. Haec ratio minus fortè satisfaceret ingenio acutiori. Sic enim nunquam ascendisse in caelum secundum hanc partem dici posset: qui nunquam dimisit istam naturam inferiorem, & non dimittens, assidue uidetur assumere, & ita sempiternus esset eius descensus. Si dicas: *Ascendit, quia intulit illam naturam in caelum: nondum comperisset eius descensus modum, qui debuit esse de regione huic ascensui oppositus. Ut enim uidetur ascendisse, postquam hanc naturam intulit in caelum: ita quoque dicatur descendisse, ubi naturam istam intulit de caelo: quod uidetur manifestè falsum.*

Potius igitur dicendum est, ipsum ideo dici descendisse de caelo: quia eam assumptione naturam humanam, non quae sibi debebatur ab initio

Quo Christus dicitur ascendisse super omnes caelos

In eos qui semetipsos congregant ab ecclesia.

in initio ratione dignitatis personæ, scilicet immortalitatem, spiritualem atque cœlestem, illoque dignam ipso iure (nam nisi peccatum inturbasset, talis erat decretus uenturus, & hæc erat forma Dei) Sed assumpsit naturam corruptioni & mortalitati obnoxiam, quæ est forma serui. Et in hoc maxime consideratur descensus ipsius CHRISTI de cœlo propter nos. Ab illo loco rectè descendisse dicitur, cum locus ille deberetur naturæ humanæ, quam suo iure debuit assumere: sed propter peccatum nostrum eadem, quò nos ab illo liberaret, ad rem pus dimisit.

Quare quicumque est in CHRISTO in hoc sæculo, similis illi est. Incipit enim debere illi cœlestis locus, tanquam CHRISTI membro. Verùm sicut CHRISTVS Dominus inde descendit ut impleteret uoluntatem Patris: ita & nos expectare debemus, & ita quodam modo descendere, donec eius exemplo per expectationem ac patientiam locum illum promereamur & possideamus. Quod si (ad rem redeundo) de CHRISTO dixeris. Ergo cum resurrexit, debuit dici ascendisse etiam antequam ascenderet, non negauerim: si hoc modo intellexeris, quòd recepit Dei formam, dignam cœlo, & iam terra indignam. Illud breue temporis interuallum quo mansit in terris, fuit dispensatiue ordinatum, quò solidius resurrectionem suam probaret. Debita iam inde illi fuit ab initio ascensio, postquam resurrexit in tali forma, licet de facto moram dispensatione (ut diximus) traxerit ad quadragesimum diem: qui dies ad utilitatem nostram concessi, suis sunt etiam referti mysterijs. Sicut enim anima illius in inferno detineri non potuit, sed propter alios dispensatiue eò accessit, ut inde illos educeret: sic nec corpus eius gloriosum poterat detineri in terris. Non erat hic mundus dignum illo corpore domicilium. Ideo pari modo dispensatiue mansit, 40. dies ob memoratam causam, & alias quas nouit Deus. Ascendit igitur super cœlos, ut impleteret omnia. Nam cœlum ipsum sine CHRISTO carebat proprio Domino. Deus quatenus Deus, non indiget cœlo: non ita se res habet de CHRISTO, ut erat homo & creatura. Indignus enim cœlo ut impleteret illud gloria sua, & omnem creaturam ibi existentem, præsertim hominem, qui sine CHRISTO non habuisset plenitudinè felicitatis suæ. Sic implet CHRISTVS omnia, & adimpletur ab omnibus.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam autem Prophetas: alios uero Euangelistas: alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis CHRISTI: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuen-

tionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput CHRISTVS: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iucturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

Dominus IESVS uno eodemque spiritu implet ecclesiam quæ est corpus: sed non æqualiter oēs illius spiritus fiunt participes, neque eadè sunt omnium membrorum functiones. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos. Hic euidentissimè probatur CHRISTVS Deus, qui eadem operatur quæ Pater, & per eundem Spiritum distribuit officia. Etenim quæcumque ad Corinth. dicunt facta à Patre, hic ipse CHRISTVS dicitur facere: ut unam amborum operationem intelligamus, & eundem Spiritum ab ambobus procedentem.

Quosdam autem Prophetas, id est, qui spiritu prophetiæ afflati reuelant scripturarum arcana. Unde & interpretes scripturarum, prophetæ apud B. Paulum dicuntur. Non me latet eos pariter prophetas dici posse, qui eodem spiritu instructi reuelant alia ad hoc periturum sæculum attinentia, quæ tamen ad spiritualia rediguntur: qualis fuit Agabus, & filia Philippi, ut habetur in Actis Apostolorum. Alios uero Euangelistas, forte scriptores euangeliorum: licet alibi in aliam significationem accipiat, quando ait. Opus fac Euangelistæ: Vbi clarè significatur annunciator euangelij.

B. Ambrosius diaconos fuisse euangelistas ait, ut fuerunt B. Stephanus, & Philippus. Nam & diaconos posse euangelizare testatur, sed sine cathedra, id est, quasi delegatam habentes ab Episcopo curam. In ecclesia primitiua fuit seruatum in illis spiritus principijs, ut si cui reuelatum esset, aliter taceret. Sed desuetudine hoc abolitum est, & merito. Nam (ut uerè hic idem B. Ambrosius) nonnulla erant tunc opportuna, quæ fundatam iam & instituta ecclesia obseruari non debuerunt. Hanc temporum discretionem uariorū qui non habent, in multis necessariò aberrant. Alios autem Pastores & Doctores. Rectè B. Hieronymus docet, non diuersas hic personas explicari, qui non ita loquutus est, alios quidem pastores: alios doctores: ut intelligat qui pascendi curam habet, eundem habere docendi. Doctrina siquidem sub pastura comprehenditur. Hæc autem omnia munera distribuuntur, Ad consummationem Sanctorum, id est, ut perficiatur totum CHRISTI corpus in sanctitate. In opus ministerij, in ædificationem corporis CHRISTI. Hi ueri sunt ministri, qui operando perficiunt ædificationem militantis ecclesiæ, quæ est corpus ipsius CHRISTI.

Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei. Hoc talis ministerij opus per hæc officia durabit, donec omnes qui sumus in ecclesia occurramus in unitatem fidei, hoc est, donec omnes quasi unus per fidei unitatem uiuentes; quem

Act. 2. 1.

2. Tim. 4.

Quaedam in ecclesia consuetudines mutatae.

quem credimus, etiam agnoscamus filium Dei occurrentes illi ad iudicium uenire. Ipse autem ueniet, cum hæc ecclesiæ suæ consummatio perficietur, ut sic euadamus, in uirum perfectum. Nam totum corpus cum capite CHRISTO, quasi unus cœsus est, qui assidue crescit donec perficiatur.

In mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI. CHRISTVS cum desijt seruire terræ ut iret ad Patrem suum, erat in ætate perfecta. Iam enim triginta tres annos expleuerat: sic erit corpus eius ecclesiæ, quando ueniet ad recipiendam illam.

Ut iam non simus paruuli. Hoc debet continuatione annexi cum superiore dicto à principio, scilicet. Obsecro ut dignè ambuletis &c. ut hic consequentissimè post illud uerbum: In uinculo pacis, sequatur, ut iam non simus paruuli. Cætera quæ interposita sunt, pertinuerunt ad commendandam illam unionem, siue unitatem communem, qua efficitur ut qui in ea maneat crescat assidue, ne semper paruulus perseueret, fluctuans ad omnem doctrinæ uentum. Tales existunt multi qui non firmiter hærent capiti cum reliquis membris, sed permittunt se ab hominibus astutis errores doctibus abduci. Fluctuantes omni uento doctrinæ. Appellat congruè uentum doctrinæ, quæ sicut uentus quodam impetu uenit exufflans, nec permansens. Ista fuit semper omnium hæreticorum doctrina hæc & illæ perflans, & mox euanescentes. Neque uerò pures hoc in loco Apostolus se paruulum profiteri, & eum qui circumferatur omni uento doctrinæ. Non est asserentis dictum istud, sed est ostendentis desiderium non tam pro se, quam pro alijs quos instruebat. Hic dulcis est Prælatorum exhortandi & instruendi mos, cum ita sermonem charitate temperant. Vellem iam tandem nos esse prudentes, ut non simus perpetuo uelut paruuli. In nequitia hominum: uel grauioribus & ueteratorum in ludis. Tales sunt hæretici, sed in ludo pessimo, qui & delusores ab Apostolo uocantur. In astutia ad circumuentionem erroris, id est, ut suo congressu atque familiari commercio alios in pestiferum errorem pertrahant.

Veritatem autem sectantes, id est, CHRISTVM & uerba eius, quæ sunt ueritas & uita. Latine legimus. Veritatem autem facientes, quæ fit custodiendo legem & præcepta Dei: In charitate. Potest hoc etiam superioribus construi, ut dicas. Veritatem sectantes, seu facientes in charitate: crescimus in illo. Potest & cum inferioribus non minus aptè, ut dicas. In charitate crescimus: quia sic crescimus in charitate, sectando ueritatem per opera bona in fide facta. Crescimus autem in illo per omnia, id est, ex omni parte perfecte. In illo autem crescere nos uult, quæ est caput. Ipse quidem in se perfectus: sed nondum in ecclesiâ & membris suis. Ex illo tamen uenit omnis opportunus influxus in corpus, quo reliqua membra perficiantur.

Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iucturam subministrationis &c. Clarus est sensus. Dicit enim de capite CHRISTO: manare, ut totum corpus crescat: quoniam corpus

quod ex plurimis membris constat, habet compacta membra & conglutinata, ut alterum alteri subministrat, & de eo impartiat quod propinquius illi ministratur à capite. Sunt namque iuncturæ subministrationis, quibus unum membrum alteri necitur, ex quo possit præfidi sui recipere. Secundum operationem, id est, iuxta id quod placet Deo operari & influere in quodlibet membrum, ut ueniat ad certam mensuram suam. Omnia .n. sapienter in pondere, numero, & mensura à Deo constituuntur. Sed per augmentum omnia hæc fiunt, donec appareat ædificatio corporis perfecta in ueritate. Nam ueritas doctrinæ, & ueritas uitæ, est illa quæ perficit totum corpus hoc spirituale. Quæ quidem uidentur cuncta pertinere ad homines qui crescunt, & non ad Angelos, qui in seipsis incrementum non suscipiunt.

Sap. 1. 1.

Hoc igitur dico & testificor in Domino, ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulantes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à uita Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impuditiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiâ. Vos autem non ita didicistis CHRISTVM: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est ueritas in IESU, deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis.

Hic summa totius apostolicæ exhortationis colligitur, cuius scopus erat ut confirmaret eos in fide ad fructum bonorum operum. Ex fide enim uelut radice omnes uirtutes exoriuntur: ait ergo. Hoc igitur dico, & testificor in Domino, id est, quæ à me superioribus dicta & testificata sunt de CHRISTO, de me ipso, de uobis, hæc tandem spectant. Ut non ambuletis sicut & gentes ambulantes in uanitate sensus sui, hoc est, insipienter & uanè iuxta suas cogitationes, faciètes sibi idola sua, quæ in scripturis uocantur uanitas. Cum enim propositum sibi scopum uerum & certum non habeant, in uanum laborant & ambulant: & ita futurum est, ut tandem inueniantur in rebus destituti, quas cœca mente perquirunt, hoc est, sine felicitate quam quisque tamen naturaliter appetit. Inuenire autem non potest, quandiu eam in re ubi non inuenitur, inuestigar. Tales sunt gentes; Tenebris obscuratum habentes intellectum; carnalibus scilicet affectionibus. Hæc sunt densæ mentis tenebræ, quæ intellectui oppositæ, lucem ueritatis adimunt. Alienati à uita Dei per ignorantiam quæ est in illis, qui ignorant illam Dei bonitatem, quæ uult oēs homines saluos fieri: à qua salute



& consequenter à uera uita, alienati sunt per suam ipsorum ignorantiam: Propter cœcitatē cordis ipsorum, eò quòd ex cœcati sunt mente cordis sui, quales sunt qui intellectum ad appetitū prauæ uoluntatis formant. Et ne quis putet illud absq; propria eorum culpa contigisse, addit.

Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem immunditiæ omnis in avaritiâ. Ecce causa cœcitatē eorum. Etenim cum ex hoc libro creaturârum, qui est omnibus in eo fudere uolentibus in promptu, uiderē possent prouidentiam Dei, & magnam sapientiam, qui in gratiam ipsius hominis tot & tanta facere dignatus est, quæ inferuient solatio atq; utilitati hominū, debuerūt digniori conclusionē inde coniectare, aliquid adhuc melius seruari sibi à Deo in alia uita. Hoc per Angelos illis, Deo ita uolente, suggestebatur. Si tot ac tanta sunt propter corpus hominis parata, quomodo non multò excellentiora propter animam? Sed illi desperantes, repudiata scilicet hac luce, ex qua spes æternorum concipiēbatur, tradiderunt semetipsos impudicitie, scēdantes corpora sua, ut qui omnem operarentur immundiciam, id est, omne uitium carnis, & opus flagitiosum. In eos locum habet illa sententiā: Manifesta sunt opera carnis &c. quæ omnia homines in avaritiā impellunt: quæ quisque habendi cupiditate exardescit, quatenus suas explere libidines ac desideria fœdarum uoluptatū possit.

Græcè non legimus, ἀπληκότες, quod est desperantes: sed, ἀσηλγικότες, quod significat homines sine sensu & dolore sui mali. Et iā hoc non est tam desperatorum, quàm eorum qui non amplius dolent ob ea facinora quæ admittunt: sed contrariò iacturam boni quam turpiter uiuendo amittunt, non apprehendunt, nec cogitant quidē. Sunt enim uelut stupida membra uisentiēdi carentia, qui præcipites se dedunt in flagitia, & in mortem more freneticorum, qui furore perciti nihil prouidentes, in omne periculum ruunt. Vtraq; lectio uerum continet sensum: Lectoris est eligere, quæ aptius quadrare ad mentem ipsius Apostoli uideatur.

Vos autē non ita didicistis CHRISTVM, id est, CHRISTI legē in eius uita uobis explicatā. Qui uult dicere CHRISTI legē, eū pro libro habeat. Si tamen illum audistis, hoc est, si audistis uerba de illo restituantia. Alioqui minimè erat dubiū, quin illum docentem non audissent. At cū illud, id est, audire de CHRISTO, non satis esset, subdidit. Et in ipso edocti estis, hoc est, in fide ipsius euangelicam doctrinam didicistis. Qui non credit, non est in ipso, nec edoceri potest. Sicut est ueritas in IESV. Sensus est: Si modo audistis ac didicistis, sicut se habet ueritas quæ est in illo. Ipse enim est tanquàm liber ueridicus, in quo cuncta distinctè perspicuntur, & legi possunt quæ faciunt ad æternam salutem. Sed quidnam illud est, quod Ephesi audierant, & edocti erant, quodq; inuenitur in hoc libro IESV mandatum eis ut faciant? nēpe, Deponentes uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem &c. Vetus homo est Adam qui

est in omnibus nobis, & conspicitur in exteriori homine nostro, qui & natura ad omne malum procliuus est: quia suam omnem conuersationem reflexit in hunc mundum, ubi suam fixit fœlicitatem. Est uerbum græcum, ἀναστροφὴ, quo licet significetur conuersatio, potest & inuersionem quandam significare, cum quid præpostero fit & perturbato ordine: ut conuersatio inuersa atque præpostera hominis ueteris declaratur, tanquàm qui sit abductus à bona conuersatione ad malam. Ad quem modum abducti fuimus omnes per Adam, cum prius rectissimè nos habituri essemus ex Dei sapientia, si se ille nō inuertisset. Hoc autem totū discimus quasi in libro, in CHRISTO infirmo propter nos, & crucifixo propter peccatum, ut illo de cruce deposito, & de medio sublato ac sepulto, intelligamus etiam nos oportere deponere ueterem hominem, & consequenter ueterem conuersationē. Non enim fas est ut ambulemus ulterius in corruptione, quæ fit à peccatis nos ad interitū mortis sempiternæ præcipitibus: quia CHRISTVS non nisi semel moritur. Satis sit igitur, imò nimium omninò sit, antè actæ uitæ tempus datum corruptioni fuisse. Iam iam nos reuocari oportet, sicut CHRISTVS surrexit in nouam uitam factus homo nouus, non amplius moriturus. Hæc inculcanda sunt creberrimè propter hæreticorum dolos, qui non distinguunt status hominis uarios: sed constituunt omnes, etiā in CHRISTO existentes, peccatores & in statu peccati, non aptantes seiplos in mysterio baptismi ipsi CHRISTO, cuius representatur historia mortis, sepulturæ, ac resurrectionis æternæ. Ut & mortuum similiter intelligatur peccatum ac sepultum, & nos renouatos ad uiuendum Deo, id est, ad operandum quæ Deo placent, quando iam possumus & tempus est acceptabile. Verum cum non sit omninò perfecta renouatio nostra in hoc tempore, appositè sequitur.

Renouamini, longè melius, Renouari autem spiritu mentis uestræ, hoc est, Nō in CHRISTO solum didicistis deponere ueterem hominem secundū pristinam conuersationem, sed simul renouari spiritu mentis uestræ. Etenim prima hæc renouatio in spiritu est, & nondum in corpore uelut cadauere tantisper relicto, dum finiatur nostræ peregrinationis cursus, & tunc erunt perfecta omnia. Hæc autem renouatio fit per indumentum noui hominis CHRISTI, quem fide suscipiendo induimus, superædificata spe & charitate. Hic est homo, qui creatus est in iustitia, & sanctitate, id est, per iustitiam & sanctitatem. In hoc est hæc creatio nostra noua, quæ Deus sic uestit nos donis, ut simus per ea iusti, & ambulemus in iustitia & sanctitate coram illo, non corā hominibus, omnibus uitæ nostræ diebus. Et hoc est quod ait. Et induere nouum hominem qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Nā fide purificantur corda: & sic fiunt munda per aduentum cœlestis gratiæ, & charitatis.

Propter

Propter hæreticos hæc præcedenda.

Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cū proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare Diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationē fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in CHRISTO donauit uobis.

Propter quod deponentes mendacium &c. Sensus est. Nemo mendaciæ fraude alterum decipiat, uel per malam doctrinam, uel in contrahendo & commercijs: quoniam non est rectum in eodem corpore membrum à membro iniuriam pati. In CHRISTO autem sumus omnes & proximi & fratres effecti. Irascimini & nolite peccare &c. Ex Psal. quarto iuxta Septuaginta. Alij ad hebraicam ueritatem redigentes, interpretati sunt: Pauete & nolite peccare. Sed ut ait quidam eorum Rabbi, significat & quandam animi perturbationem, quæ non imperatur quidem, sed quasi in nostra hac humana & animali natura permittitur: ac si dixerit Propheta. Permittitur: ac si dixerit Propheta. Permittitur aliqua ira, hoc est, animi perturbationē in fratres, sed citra peccatum. Hoc uerò tunc seruatur, cū perturbatio non tendit in cogitationem, & consensum uindictæ & nocuenti. Vbi enim proxima ad inferendum damnum peruenit ira, iam progredi ulterius nō licet. Est uerò ira bona, cum in peccatorem emendationis eius gratia irascimur, & in quandam neminem (ut Græci uocant) propter iustitiam uenimus. Omnem tamen iram nostram sententiam reponentes semper in manu Domini, & uolentes prius misericordiam de manu eius, quàm iudiciū, donec est res integra.

Sol non occidat super iracundiam uestram. Pulcher & uerus sensus est, ut intelligamus de ratione & lumine iudicij, quod est ueluti sol, qui nō debet occidere super iracundiam nostram, id est, non debet esse tam acris & implacabilis ira, quæ constituat hominem absq; misericordia & iudicio furiosum, & sæuam bestiā. Alioqui si de hoc sole corporeo dictū capiamus, Quid si quis ab ortu solis irascetur, & antequam sol occideret per iram scelus quoduis perageret, nunquid hoc iniquum nō esset? Et si noctu irasceret, ferro hunc & illum percuciens aut fuste, an licitum esset, quia sol non occidit super eius iracundiam? Absit ut ista concedamus. Possemus etiam for-

tè intelligere his uerbis, quasi ad modū cuiusdā prouerbij, quo Philosophi uti solent, affirmantes eam iram meliorem, aut minus uituperabilem esse, quæ citò frangitur & recedit. Prior tamen expositio uerior, cui & fauere articulus uidetur, ut de certo quodam sole dictum intelligas: præsertim cum hic sit mos loquendi apud scripturas. Vnde Amos propheta: Occidit sol in meridie, & Micheas: Occumbet sol super prophetas.

Amos. 8. Mich. 3.

Nolite locum dare Diabolo. Datur locus Diabolo, quando uel tantillum ceditur illi mala suggerenti, ut quum in suspenso est animus hæsitando, aut disputando de præcepto: aut quamuis occasionem præbendo carni: quò ardentius accendatur à Diabolo, quo pacto seducta est prima mulier. Audiendū est potius saluberrimum Sapientis consilium: Si spiritus (inquit) potestatem habentis ascēderit super te, ne dimittas locum tuū. Potest & hic locus aptari ad superius dictū spiritualiter: quia locus datur Diabolo, dum in cogitatione exercendæ iræ persistitur, quatenus ira crescat in odium, & trabem insufflante Diabolo faciat de festuca, & sic animam cupiditate ultionis flagrantem, reddat homicidam.

Eccl. 10.

Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret &c. Attende quomodo non satis est non facere malū Christiano, sed oportet et facere bonū. Vnde præcipitur manibus laborare, ut ualeat impartiri patienti, id est, habenti necessitatem. At quotusquisq; hodie inter Christianos reperitur, qui huic apostolicæ sanctissimæ hortationi obsequatur: O quam refriguit nostris miseris temporibus uirtus istius charitatis. Utinam saltem qui non tribuunt inopi, ab eo rapaces manus absternerent, suis facultatibus satiati.

Omnis sermo malus. Græcè, obscenus & uitiosus: ex ore uestro non procedat. Sed si quis bonus est ad ædificationē fidei. Loco fidei, græcè legitur, ἡ χάρις, id est, utilitatis, seu (ut legit B. Hieronymus) opportunitatis, ad eum sensum: Omnis sermo sit pro otioso accipiendus, & de quo reddemus rationem in die iudicij, nisi sit utilis & opportunus ad ædificationem. Ut det gratiam audientibus, id est, ut sit gratiosus his qui audiunt. Et nolite contristare Spiritum sanctū Dei, in quo signati estis. Nō contristatur Deus ipse: quia non potest contristari. Sic igitur exponendū est: Nolite quicquā agere, quo si fieri posset, merito contristaret Spiritus sanctus. Aut potius in hunc sensum: quia dum in corona ubi pñ uiri intersunt, sermo incidit obscenus, quo illorum piorum uirorū spiritus conturbatur & fit tristis, etiam ipse Spiritus sanctus conturbari uidetur. Nam qui hæret Deo, unus spiritus est cum illo.

In quo signati estis in die redemptionis. Deus ea die qua nobis applicatur redemptio per baptismum, signat nos Spiritu suo characterē imprimens, & gratiæ arrham infundēs in corda nostra. Omnis amaritudo, & ira &c. Loco eius quod legitur: indignatio; tumor potius dicitur, id est, inflatio: sed uicinæ significationis sunt. Nā quicunq; indignatur, ex tumore indignatur pati nesciens.

Estote

Culpa gentiū Deū ignorantium.

Gal. 5.

Præceptū aduersus iram.

*Estote autem inuicem benigni: potius, suaves (teste B. Hieronymo) contra amaritudinē, ut fert græca uox: misericordes, contra tumorem & iram. Donant es inuicem, contra clamorem & blasphemiam. Sicut Deus in CHRISTO donauit uobis. Ut obligationem agnoscamus: quoniam sicut ille miseratus est nostri condonans nobis omnia, cum debitores illi in immensum essemus: sic & nos debemus misereri conserui nostri longè minus debētis nobis, in quo est CHRISTVS ipse creditor noster, cui, si ad rigorem exigere uelit, satisfacere non ualebimus.*

CAP V.



**E**STOTE ERGO IMITATORES Dei sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & CHRISTVS dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiā Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno CHRISTI & Dei.



**V**i perfectē Deum imitatur, hac in parte præcipuē imitatur, scilicet in donando inimicis. Qui hoc arduum opus exercet, hic uerē Dei Patris filius est, & illi charissimus, ait. *Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi.* Filius Dei ita prius fecit in uos, ut & uos ita in proximum faciatis, possitisq; tanquam filij Dei hereditatem accipere. Beati pacifici (inquit) quoniam filij Dei uocabuntur, et iterum: Diligite inimicos uestros. Benefacite his qui oderunt uos, ut sitis filij Patris uestri, qui in cœlis est. *Et ambulate in dilectione etc. Sicut & CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum Deo oblationem etc.* Ipse ergo CHRISTVS fuit & oblatio & offerens, sacerdos & hostia siue sacrificium. Et eleganter dicit: *In odore suauitatis:* quia odor illius sacrificij, cum esset Agnus immaculatus, impollutus, innocēs, & eximia charitate perfectus, per seipsum oblationis suauissimum odorem sparsit ad nares Patris æterni, qui & utrumq; probauit, uidelicet sacerdotem & sacrificiū, priusquam ac plusquā Habel & munera eius. Nam quæ Habel obtulit, iccirco probauit: quia ad hanc hostiam uerū Agni in cruce immolandi ille aspexit.

*Fornicatio autem.* Vide quā frequentem de fornicatione sermonem habeat, quō eam omnino uete: nesimus in pari cum Ethnicis & Iudeis carnalibus turpitudine, qui hoc uitij uidelicet

simplicis fornicationis, non referendum inter ea credunt, quæ displicent Deo. Nam solum adulterium, uel incestus, aut raptus, & qui in alienam iniuriam fiebant concubitus, illicita habebantur. Immunditia uerò generale nomen est ad omnem lasciuia carnalis lapsus spectans: licet quidam ad uoluntariam illam pollutionem, qua seipsum aliquis foedat, restringat: quæ res admodum turpis est, & prorsus detestanda. *Nec nominetur in uobis, id est, inter uos.* Quædam uitia non solum continent in se turpem operationem, sed & insuper ipsorum nominatio turpis, & sæpenuerò non parum noxia. Excitatur enim uoluptuosa memoria, ex qua oritur sensim periculosa titillatio. Quamobrem sanctorum sermo purissimus est, abhorrens ab huiusmodi turpium nominū mentione. *Aut turpitudine, cuiuscunq; generis illa sit.*

Mirabitur autem aliquis, qua ratione inter turpia posuerit; Auaritiam, nisi per eam intelligat lucrū turpe, quale est quod usura, aut quod arte mercetricia, aut (ut ita dixerim) lenonia comparatur. *Aut stultiloquium.* Quod non solum uanum est, sed etiam stultum: ut cum narrantur stultæ fabulæ, & quoduis nihil habens cordati hois, aut salis. *Et scurrilitas.* Græcè, ἐντραπικία, quæ tamen apud Aristotelem potius uirtus æstimatorum pertinet ad animi relaxationem. Et significat quippiam facetè & urbanè & iucundè dictū: quod tamen Apostolus uidetur hic improbare. Et uerè improbandum est, si adiungas quod sequitur. *Quæ ad rem non pertinet.* Vult enim Apostolus ut ea quæ à sanctis uel dicuntur uel fiunt, omnia cedere debeant ad ædificationem. Hic est scopus, quem semper ob oculos ponere sibi debent tanquam regulam omnium, qui à Deo suas omnes actiones probari student. Ne autem nimis tetricus esse Doctor noster uideri posset, adiunxit: *Quæ ad rem non pertinet, non ignorās ali quod facetè dictum & urbanè, unde oriretur honesta recreatio, propter nostram infirmitatē nō esse improbandum.* Nam sic ad rem pertinere putatur, ut fortiores ad seria reuertamur & lætiores. Sæpenuerò tamen & hac parte contingit deceptio: quoniam modū tenere difficile est, & ferè sepe sumus nimij, nimisq; nostris solatijs indulgentes, ut detur non raro ad aliquam ruinā Diabolo locus. Adhęc, distinguēde sunt persone. Nam quæ ualeāt concedi laicis & sæcularibus, profectō non nisi turpia sunt in sacerdotibus & religiosis: quanto autem magis in Prælatibus, quorum ludi debent, dum alij ludunt, esse lacrymæ, & cura, & sollicitudo suarum plebium, laudes diuinæ & orationes & sacrificia.

*Sed magis gratiarū actio, id est, hoc potius, quā illud.* Aut si forte quadam indulgentia illud toleretur: istud tamen semper sit absq; ulla dubitatione eligibilis & melius. Non loquitur autem de gratiarum actione quæ fit Deo, ut cum superioribus aptetur congruè (quod & acutè annotauit B. Hieronymus) sed de sermone gratiæ, & cuiusdam spiritualis iucunditatis. Nam huiusmodi sermones iucundi qui ex ore sanctorum ueniunt, miram

*De facijs & urbanitatibus.*

miram pariter spiritus alacritatem. Testatur & in hebraico quodam euangelio memorie proditum, CHRISTVM discipulis dixisse: Nunquam læti sitis, nisi cum uideritis fratrem uestrum in charitate proficere. Si enim oculis ipsis cernere nobis daretur, quā acerba manent peccantes assidue, in futuro sæculo supplicia, tenuissimam haberemus mundanarum consolationum occasionem. Contra uerò, si firma fide apprehenderemus quanta seruantur à Deo in illa beata cælesti patria omnium bonorum solatia in societate tot myriadum Angelorum, semper læti essemus, cogitantes hæc nobis, si charitatem coluerimus, reposita sine fine duratura.

*Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus etc.* Hæc sententia est contra sensum carnis faciat, eam tamen intellectus, nisi desipiat, uerissimam probat. Certè qui spiritualis est ita iudicat: quoniam quæ sunt carnis aduersantur spiritui. Deus autem cum sit spiritus, facta carnis nulla ratione probare potest.

*Aut auarus, qui est idolorum seruitus.* Sic melius græcè legitur: ut auarum intelligas esse idoli seruum. Nam sibi ipsi pecuniam Deum suum constituit, cui contra mandata Dei obtemperat. Merito ergo qui talis est, non habet hereditatem in regno CHRISTI & Dei: quod unum & idem regnum est, sicut CHRISTVS & Deus, unus Dominus sunt. Notat eleganter B. Hieronymus, hic non coniunctum esse cum fornicatione & immunditia & auaritia: stultiloquiū & scurrilitatē; quoniam non perpetuò hæc peccata à regno Dei excludunt, & si poena nonnulla sint digna: Ut hinc Purgatoriū elicere liceat.

*Pro purgatorio, B. Hieronymus.*

Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentia. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulare. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS.

*Nemo uos, etc.* Admonet Ephesios ne sese inanibus uerbis seduci sinant. Verè enim inania uerba effutiunt, qui contra ueritates euangelicas obloquuntur, et argumentis uafis obstrepere non desistunt: ut magnum sit tædium uel audire illos propositiones ineptas & iniquas iactantes (puta qui defendunt immunditiam, & auaritiam) qui nō sunt capaces spiritus sapientia.

*Propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentia.* Ira Dei illa magna uenit propter istam præputij auersionem seu obtusionem, quæ nescit suaderi, sed habet contemptui euangelicæ ueritatis puritatem. Hinc uerba blasphemiae, quæ inaniter euomunt ausu temerario & arrogantia contra ea quæ reuelauit Deus. Tales uocantur hebraico tropo: filij diffidentia; B. Hieronymus hic eos particulariter taxat, qui negabant aliam esse peccati poenam præter ipsamet peccatum, quo uno satis homo punitur.

Hoc quidam inanis philosophus nostro sæculo defendere molitus est, qui mortalitatem animæ ex doctrina Philosophi, & ex philosophia principijs certam se tenere putabat, & ut Sadducæus quidam, nullum credebat esse spiritum. Sed quā hæc falsò atque inaniter dixerit, ipse nunc uerè sentit infelix. Nulla est enim alia conuenientior aut dignior aduersus istos insuasibiles persuasio, quā ut re ipsa id experiantur quod noluerunt credere. Nunc ipse planè nouit & spiritus esse, & pro peccatis merita inferri supplicia, quæ sunt aliud ab ipso peccato. Væ mundo, si nulla alia poena peccatis præter ipsa peccata infligeretur. Quid enim in rerum natura consistere posset? Sed hoc nec ciuilibus, nec naturalis ratio patitur, quo nihil perniciosius, & quod magis pariat peccati licentiā. Nunquid igitur sapiētior erit mūdus Deo ipso, aut iustior? Nonne scriptum est: Deus ultionū Dominus, Deus ultionū liberè egit &c. Et paulopost. Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat? Qui corripit gentes non arguet? &c. Nolite ergo fieri participes eorum, scilicet in dogmate, ne sitis unā suppliciorum & peccatorum illorum participes. Est enim Apostolica doctrina, quod qui huiusmodi hominibus dixerit, Aue; comunicat eorum operibus malignis.

*Inuit Peretum.*

*psal. 93.*

*Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* More scripturæ utitur uocibus significantibus formas & qualitates absque subiecto, accipiēs tenebras, pro tenebrosis: & lucem, pro illuminatis: ac si dixerit. Quod aliquando fuisstis tenebræ non ita erat uobis imputabile: quoniam nunquam in luce fueratis constituti. Ac nunc si reuerteremini ad tenebras, cum iam sitis lux, iudicium in uos pareret iustissimū tam insignis prauitas. Etenim in hoc erit iudicium (ait Dominus) quod uenerit lux in mundum, & dilexerint homines magis tenebras quā lucem. *Vt filij lucis ambulate.* Qui à luce sunt, debent secundum lucem ambulare, ut à luce digni proueniant fructus illi, quos ipsemet declarat, aiens.

*Fructus enim lucis sunt in omni bonitate, iustitia, & ueritate.* Bonus est apud Apostolum (ut alibi declarauimus) qui effundit de suo. Iustus, qui reddit cuique quod suum est. Verax, qui seruat quod promissit. Hæc tamen omnia pertinent quoque ad iustitiam ut partes eius, quatenus iustitia generalis ē & omnis uirtus, id est, uniuersa

*iod. 13.*

uirtus. Probantes quid sit beneplacitum Deo, id est, ita ambulate in luce, ut probetis quid sit beneplacitum Deo: quod quidem beneplacitum lux ipsa ostendit. Tum autem probat hoc homo, quando consentit interius iudicio suo cum ueritate, hoc est, quando non est prauè affectus, ut quod est dulce accipiat pro amaro: uel conuerso.

Et nolite comunicare operibus infructuosis tenebrarum, laudando illa: aut quouis modo consentiendo illis, qui ea faciunt: quod maxime in dogmatibus animaduertitur. Nam heretici propriè tenebræ sunt, quibus uel si dixerimus: Aue; teste Dilecto, comunicamus eorum operibus malis. Non enim esse possunt opera ullius heretici bona, etsi interdum uideantur in specie, cum sit maculata eorum mens & conscientia, & omnia in malum intendant. Sunt & eorū opera si quid boni præse ferant, sterilia: quoniam non ueniunt ex charitate. Magis autem etiam arguite. Vos scilicet qui ambulatis in luce potestis ac debetis eos arguere, ne hoc sibi uendicent peccatores cū sint tenebræ, ut uelint fugare tenebras: & qui trabem habent in oculo, uelint festucam de oculis aliorum, contra Domini præceptum, eijcere.

Sed dicit, aliquis: Quis fieri potest ut simul arguam, & eorum societatem fugiam? In arguendo enim conuersatione opus est, quæ uno die fieri nequit. At mihi periculum imminet, ne fortè dum immundū tango, ab eo polluar. Respondet B. Augustinus. Duobus modis (inquit) non te maculat malus, si ei non consentias, & si redarguas. Hoc est non comunicare, non consentire. Quasi dicat Apostolus. Non sitis consentientes malis, ut ea probetis: neque negligentes, ut non arguatis: neque superbientes, ut insultanter arguatis. Ad prælatos autem potissimum hoc præceptum pertinet, qui errantes debent in uiam ueritatis reducere. Magna scio opus esse uirtute atque anni magnitudine, si quis legitime uelit suas partes obire, præsertim cum subditi opibus & nobilitate pollent, & tamen peccatis assidue uacant. Verum audiendus erat Sapiens antequam hanc prouinciam susciperes. Noli, inquit, quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumperè iniquitates.

Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Loquitur non obscure Apostolus de hereticis qui erant hypocritæ, à quibus horribilia facinora in occulto admittebantur, quemadmodum de Manichæis legimus, & alijs huiusmodi, qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt, ut quidam dixit. Sed gratias nunc agimus Deo, qui nostra ætate neminem permittit hypocritæ hereticorum seduci. Ita manifestò multi perfritæ frontis homines primam fidem irritam faciunt: & eosque manifestis se sacrilegis inquinant, auaritiæque scelera sectantur, ut possint per se omnem ratione præditum hominem à suo consortio detertere. Quosdam uero adhuc latere scio, qui egregiè agunt hypocritas. Sed hos Deus (ut spero) etiam manifestabit, sicut & incipit ex parte: saltem hoc implebitur sua die.

Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur, id est, omnia quæ digna sunt ut arguantur, à lumine fiunt manifesta. Nō enim potest nisi lux ueritatis arguere mendacia & falsitates. Qui ambulat in luce, is potest arguere ambulantes in tenebris, & iudicare eum: quia non possunt coram luce consistere, nec possunt ita latere ut nō appareant esse tenebræ. Omne enim quod manifestatur lumine est, id est, oportet esse afflatum lumine, ut manifestetur. Lux enim est obiectum uisus. Itaque cum manifestantur tenebræ, lux fiunt, quæ in hoc lucent, ut semetipsas ostendant, & prodant quomodo tenebræ sint.

Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS. Non expressit quis hoc dicat. Restat ergo ut hoc Deū in aliqua scriptura dixisse suppleamus. At nulla inuenitur quæ hoc dicat, ut testatur Hieronymus. B. Thomas inducit illam Isaiæ: Surge illuminare Ierusalem &c. Sed uerba illa ualdè differre ab his uidentur. Hic enim manifestè de dormientibus loquitur: & eo in loco Isaiæ manifestè Ierusalem iubetur surgere, & illuminari in aduentu Domini primo. Nisi fortè & ad ultimum aduentum uerba illa extendantur: quod non negauerim rectè dici posse. Aut nisi fortè quod hic dicitur: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, attineat ad eos qui in peccatis dormiunt, & sunt in eis mortui, quibus in aduentu Domini primo ut surgant iubetur: quā illuminandi à CHRISTO, id est, à lumine CHRISTI, agnoscant sua ipsorum peccata & tenebras, à quibus deinde debeant abstinere. Cognoscent enim peccati foeditatem: & ita eos uitæ prioris pudebit, ut erubescant ad eadem redire. Hoc ad Rom. scriptum: Quem fructum, inquit, habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

Attamen cum uerius uerba hæc ad ultimū diem pertineant, dicendum est tunc uerum similiter fore: quia reuelabitur dies ille in igne & lumine, ubi manifestabuntur abscondita tenebrarum, illucente CHRISTO quasi die quodam bonis & malis, sed aliter atque aliter. Nam boni illuminabuntur, non solum ut cognoscant se lucem esse in Domino, uerum etiam ut de fulgore gloriæ suæ in ipso corpore participant.

In libro Ecclesiastici de ipsa Sapientia, quæ est CHRISTVS, hæc uerba, ad quæ forsitan aspexit Apostolus, habetur. Penetrabo (inquit) omnes partes terræ, & inspiciam omnes dormientes: & illuminabo omnes sperantes in Domino. Quod ergo ait; Inspiciam omnes dormientes; quid est, rogo, aliud quàm dicere: Surge qui dormis? Ab aspectu enim CHRISTI ueniet uita in nobis. Et quod ait; Illuminabo omnes sperantes in Domino; quid aliud est, quàm illuminabit te CHRISTVS? Ipse est uera sapientia illuminans omnes suos. Cæteri uero tunc quoque illuminabuntur ad cognoscendas proprias tenebras, quibus perpetuò inuolentur.

Et hæc satis ut probetur, quæ digna sunt argui, ea manifestari à lumine: & quod manifestatur

statur hæc parte, lumen est: non quasi ipsum quidem illuceat, sed quia participat luce aliena, quæ sic illuminatur, ut cognoscatur. Nihil enim uideri potest quod sit in tenebris, & per illas occultum: sed cum aduenit lux, & aliquo modo illustrantur à lumine tenebræ, tunc uidentur & clarissimè cognoscitur, quales sint. Sic fæx & lutum, dum sunt in obscuro, non uidentur. Si autem lumine illustrentur, quodam modo lux erunt & cognoscuntur, & tamen manebunt fæx & lutum. Lux enim nullo modo imiscebitur eis. Oportebit igitur oēs uelint nolint, uenire tandem ad lumen, ut manifestentur opera eorum, & referat unusquisque prout gessit in corpore.

Est & alia lectio à B. Hieronymo considerata, quam & si B. Augustinus citans hunc locum probare uideatur, cōmuniter tamen alij doctores non sequuntur: nec enim quicquā faceret ad rem propositam. Nam loco; Et illuminabit te CHRISTVS; ipsi legunt; & continget te CHRISTVS. Testatur ergo B. Hieronymus fuisse qui dicerent CHRISTVM esse illo in loco crucifixum, ubi fuit Adam sepultus, & ob eam causam ipsi Adæ dictū, quod uerificabitur in postrema die, Surge qui dormis, à Adam, & exurge à mortuis, & continget te CHRISTVS. Hoc autem uelut cōmentitium quoddam, nec ad rem præsentem attinens (ut ipsemet attestari uidetur) reiiciendum est prorsus.

Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria: sed impleamini Spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus: cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri IESU CHRISTI Deo & Patri. Subiecti inuicem in timore CHRISTI.

Videte &c. quia omnia manifestabuntur à lumine, nec poterunt latere abscondita tenebrarum, ait Apostolus, Videte: hoc est, considerate attentius quomodo cautè ambuletis; ne offendatis in uia mandatorum Dei. Non quasi insipientes, qui non considerant futura, sed solum & uix quod est ante pedes. Sed ut sapientes, iuxta illud: Utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Redimunt tempus multis modis. Postquā enim opportunitates benefaciendi fuerint nobis nullis rectè factis elabi, resarcire debemus in posterum. Hoc tum demum præstamus, quando ita deuotè, & ita strictè utrimur tempore inferuentis Deo, ut nihil de eo nostris commodis indulgeamus: imò dementes etiam nobis aliquid de peccatis

cessitatibus nostris. Aliter quoque redimimus tempus, dum quæ possemus impendere cōmoditatibus corporis, illis utimur ad animæ lucrum. Est enim quasi redimere illud & commutare, ut demus pro ipso temporis pretio comoda nostra, ut fructus spirituales exigamus.

Addit rationem huius redemptionis. Quoniam dies mali sunt, hoc est, quoniam dies nostri hanc habent malitiam, ut inferant multas uitæ necessitates. Unde multum temporis amittitur, & sine ullo fructu effluit. Bene dixit Præceptor ueritatis: Nolite cogitare de crastino. Crastinus enim dies sollicitus erit sibipsum: sufficit diei malitia sua. Hic ergo Apostolus idem alijs uerbis admonens, ait. Redimite tempus, id est, auferte illud ab usu uestri corporis, & necessitatum uitæ quantum potestis, quia dies habent hanc malitiam, ut semper uobis uelint de tempore intercipere, retrahentes ab honestis actionibus, propter necessitates & comoda uitæ periture, quibus potius studeatis. Sed sufficiat diei malitia sua.

Propterea nolite fieri imprudentes. Imprudens est qui non sibi prospicit ad felicitatem & uerum bonum: sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. De qua uoluntate alibi. Hæc est, ait, uoluntas Dei sanctificatio nostra, ut sancti simus animo & corpore. Hic finis in què debemus intendere. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum ait Dominus: ac si dixerit. Si uultis iungi mecum, conueniamus. Ego enim sanctus sum, & non ualeo non esse sanctus. Vos igitur efficiamini sancti, qui hoc potestis, sed per me. Alioqui imprudentes apparebitis, si putetis in uestris immunditijs placere Deo, & ita quod est sanctum conuenire cū pollutis, & mittendum canibus.

Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria. De uino ad literam possumus intelligere, in quo est luxuria. Non tamen per luxuriam intelligas ueneream solum libidinē: Nā uox græca ἀσωτία, luxum potius significat. Qui uino sunt dediti, ad omnia flagitia admittēda proueniunt. Possumus & uini appellatione intelligere uoluptatem mundanorum, qua qui inebriantur, prodigi sunt, omnia diuina & spiritualia amittentes: nec istis quæ sunt carnalia & temporalia, saluantur. Filius ille prodigus est omnibus exemplo, qui dissipata tota paterna substantia in tantā redactus est inopiam, ut pascere porcos in uilla sit coactus, id est, Diabolo immūdos, qui hominibus porcorum in sordibus uitæ simillimis delectantur.

Sed impleamini Spiritu. Qui est dilectio & amor Dei. Hoc uinum est spirituale, in quo nullus est luxus, & qui eo impletur & inebriatur, beatus. Nullum prodigalitatis potest esse periculum, quantumuis alijs impartiat. Quin potius quod effundit copiosius, eò magis ipse impletur. Ille uero prodigus est, qui spargens nihil sibi relinquit.

Loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Homo loquitur sibipsum in hymnis, psalmis, et canticis, cū per psalmos intelligit mediū quo itur ad beatitudinē, & illud sibi applicat. Et per hymnos agnoscit mirabilia Dei

2. Io. 7.

Eccle. 7.

De moribus hereticorum.

Contra latentes hereticos.

Isa. 60.

Rom. 6.

Eccle. 24.

B. Aug. in psal. 3.

Deut. 28.

Quomodo redimatur tempus.

Matth. 6.

1. Theff. 4.

Leuit. 21.

Luc. 15.

Pro dilectio ne Dei.



omni digna laude. Et per cantica enunciat summa Dei erga eos beneficia, qui Deum diligunt. Et notandum quod sequitur. *Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino.* O quanta hinc merito possemus cum indignatione congerere in præposterum multarum ecclesiarum morem, quæ non aliud curant quam cantus, & uocum reboationes non Domino, sed hominibus, in facellis principium, & ecclesiis cathedralibus, ut nullam ferè ipso auditu liceat percipere syllabam: sola uoluptas aures demulcet, ad cor autem nihil attingit. Et hos magno pretio conducunt, quasi satis sit cecinisse absque mente et spiritu, & alios sui loco suffecisse. Iam enim magnos, qui in ecclesia sunt, prelatos pudet cantare, & malunt audire non Dei uerba, sed uocum uolubilitatè & symphoniam lasciuarum cantilenarum imitatricem. O cœcitatè maximè deplorandam.

*Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri IESU CHRISTI Deo & Patri.* De omnibus rebus debemus gratias agere, & hoc semper, idest, assidue, siue bona sint, siue mala. Mala enim ipsa uerti possent in bonum prouidentia Dei, quando illa humiliter, & cum gratiarum actione suscipimus, sicut habemus exemplum in B. Iob, & alijs gloriosis sanctis qui uirtute patientiæ claruerunt. *In nomine Domini &c.* In hoc nomine gratiosè suscipitur à Deo Patre, quicquid suscipitur: quoniam primò Deus, est Deus CHRISTI, & primò Pater, est ipsius CHRISTI Pater: noster autem & Deus & Pater est, per ipsum & in eius gratiam.

*Subiecti inuicem in timore CHRISTI.* B. Hieronymus hoc in loco sic ait. Audiant hæc episcopi, audiant presbyteri, & omnis ordo doctorum, subiectis suis se esse subiectos. Et hoc facit uera charitas, ut alibi: Per charitatem seruite inuicem, quoniam ad hoc ipsum adegimus CHRISTVM, ut seruiret nobis. Non tamen hic locus eò torquendus est, ut faueat Lutheranis, qui ordinem & iurisdictionem destruunt in ecclesia & gradus. At quid est, rogo, aliud, quàm destrucere corpus CHRISTI, & uelle totum corpus unum dicitur esse membrum, & frustum carnis: Et ideo declaratur ista subiectio qualis eè debeat, nimirum; *in timore CHRISTI*; ut intelligamus in eo spiritu, quo CHRISTVS subiectum se præbuit oibus propter Deum, seruiens nobis in charitate. Vel ut intelligamus nihil fieri debere timore hominum, sed timore CHRISTI, qui timor sit potius in Deum reuerentia, quàm timor ille quem foras mittit charitas. Nam in uno quoque debemus agnoscere inhabitantem CHRISTVM, & illum reuereri.

Mulieres uiris suis subditæ sint sicut Domino: quoniam uir caput est mulieris, sicut CHRISTVS caput est Ecclesiæ: ipse Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est CHRISTO, ita & mulieres uiris suis in omnibus. *Viri, diligite uxores uestras,*

sicut & CHRISTVS dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxore diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio hahuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & CHRISTVS Ecclesiam. Quia mēbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrè suā, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in CHRISTO & in Ecclesia. Veruntamen & uos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligit: uxor autem timeat uirum suum.

*Mulieres uiris suis subditæ sint sicut Domino, ita ut loco Domini uxor uirum suum habeat.* Comendatur Sara, quæ uocabatur Abraham Dominum suum. Et ratio adiungitur cur hoc facere debeant. *Quoniam uir caput est mulieris.* A sententia Domini post peccatum, & adhuc ante peccatum, Adā cēlebatur ut caput Heuæ. Sicut CHRISTVS caput est ecclesiæ: & ipse est Saluator corporis eius. Hoc ideo dicit, quia ad caput pertinet ut reliquum corpus saluet. *Sed sicut ecclesia subiecta est CHRISTO, ita & mulieres uiris suis in omnibus.* Omnium appellatione in scripturis nunquam uenit quod malum est: quia malum ut malum, defectio est, & nihil. Sed arguet quis: Si ita subiecta esse debet uxor uiro, quo modo ecclesia CHRISTO, non ergo in eis carnalis copula locum habebit. Et tamen ad Corinthios iubet uxori à uiro debitum reddendum. Imò suadet, si orationum gratia ad tempus separentur, continuo tamen reuertantur in illud opus. Quo argumento adeò motus est B. Hieronymus, ut (quod uehementer admiratus sum) dixerit, aliud dixisse Corinthiis qui erant imperfecti, aliud Ephesiis. Sed non oportebat, meo quidem iudicio, moueri eiusmodi argumento, quasi concludat: quia inter CHRISTVM & ecclesiam minime cogitetur talis secundum carnem copula, pari applicatione non debere inter uirum & uxorem cogitari. Absit ut hanc doctrinam tradiderit Apostolus: sed uoluit proportionaliter ista intelligi. Quemadmodum in coniunctione quæ est secundum spiritum, ecclesia subicitur CHRISTO in omnibus, ita debet esse in coniunctione quæ est secundum carnem inter uirum & mulierem, ut uxor in omnibus similiter obediat uiro. Dico in omnibus, quæ scilicet continent ad curam domesticā, ut sunt officia mulieris & matrisfam. Sunt enim mulieres adiutoriū quoddam uiris in seruanda domo, & augendis opibus

1. Pet. 3.

opibus, sub uiris suis tamen, ut dictum est. *Viri diligite uxores uestras, sicut & CHRISTVS dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea &c.* Seruat similitudinem, & ostendit qualè dilectionem habuerit ad ecclesiam CHRISTVS, nempe eam, qua maior cogitari nõ potest: qua tradidit seipsum, idest, proprium corpus & uitā pro illa, idest, pro sanctificatione ipsius, quæ fit in baptismo, ita ut dederit corpus, quò illi quæreret spiritum sanctificationis, mundans illam lauacro aquæ. Hic magna q̄stio inter Scholasticos, quomodo aqua ista, elementaris, possit attingere maculas & peccata, ut mundet nos ab eis, & gratiam conferat, ut per aquam hæc fiant uelut per instrumentum. Ingredi hunc labyrinthum non est animus. Fateor enim primū, me non posse hæc capere ( nisi me ecclesiæ id clarè definitis compellat autoritas. ) Quomodo possit hæc corporalis aqua ad sordes animæ pertinere. Sicut enim quod intrat in os corporeum non potest animam coquinare, ut ait Dominus: Ita quodcumque corporeum extrinsecus adhibeatur ad carnes, nõ uidetur posse quouis modo ad sordes animæ exergendas pertinere. Omnia igitur, breui sententia, dicenda sunt consistere in pactis. Deus enim inuisibiliter facit in anima, quod fieri uisibili signo, idest, lauacro aquæ significatur: ut quod in corpore natum est fieri per aquam, intelligas fieri intus per spiritum. Dicitur tamen per aquam hoc fieri, quoniam sine hac humiliatiõne hominis ad aquam lauacrum, non faceret Deus. Et hanc uirtutem intellige sic datam aquæ: quia Deus alio modo nõ operaretur in hominem regulariter. Illud præterea dicitur, quandoquidem ipsa gratia qua sanctificamur, in scripturis aqua uocatur, & aqua uiuēs, quā Dominus Samaritanæ sedaturum pollicebatur salientem in uitā æternam. Et propheta de illa prædixerat: Effundam super uos aquam mundam &c. profectò non de elementari aqua intelligebat, sed de illa spirituali quæ per elementarem significatur. Nec est nouū ut de signo ea sæpe dicantur, quæ signato conueniunt. Et propterea dicitur aqua elementaris ablucere corpus: quoniam aqua illa spiritualis, quæ elementaris significat, hoc agit interius.

Matth. 15.

104. 4. Ezech. 36.

Hæc opinio mihi uerior uidetur: nec tamen libet contendere, nec placet quicquā tenere mordicus, si aliud ab ecclesia definiretur. Sed non constat hæctenus esse definitum, & si quidam hoc obiecerint ex concilio Florentino, ubi habetur quòd sacramenta nouæ legis continent gratiam, & conferunt eam. Illa enim uerba multipliciter exponi possunt, imò & exponi debent, ne sensus nobis porrigant absurdissimos, & derideamur merito ab huius mundi sapientibus. Nam quomodo continent (quæso) gratiam sacramenta? Nunquid in aqua abluciente est gratia, sicut est in corde hominis? De uno tamen sacramento potest sanè & uerissime dici, quòd continet gratiam. Continet enim corpus CHRISTI, in quo habitat plenitudo diuinitatis, cor-

poraliter, & illud uerè Eucharistia est. Quod sequitur est citra controuersiam; in uerbo uitæ; Ecce quomodo reuera mundatur ecclesia per uerbum uitæ. Hic est CHRISTVS sermone pronunciat, & corde susceptus: hæc est fides quæ purificat corda. Quæ obrem ipse aiebat. Vos mundi estis propter sermonem meum. Nam homo audiens sermonem uitæ, ac recipiens in corde per fidem, absque dubio dispositus est ad recipiendam gratiam & charitatem, donum iustitiæ, quo corda purificantur, quod subito ut synceram fidem uidet, infundit Deus: & istud in lauacro isto non solum significatur, sed etiam re ipsa exhibetur atque efficitur.

104. 15.

*Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam.* Hæc, perspicue uidentur pertinere ad diem postremum, quando erunt omnia perfecte purgata. Non est enim sine macula aut ruga interim est in uia & militat, & sæpe maculatur in membris suis atque inficitur. Retinet item propter corpus aliquid rugarum ueteris hominis. Gloriosam non esse in hoc mundo quis non uidet? Nisi forte uelis satis esse, modo uerificentur hæc uerba in eximijs membris, quale fuit beatissima VIRGO semper immaculata, & ij qui proxime ad illam gratiam accesserunt. Sed nec sic, ut mihi uidetur, completur prorsus ista significatio.

Non desunt qui contrahant uerba hæc ad ecclesiam Romanam quantum ad dogmata fidei, quia semper permansit illibata sine ulla macula erroris, aut ruga falsi aut superstitiosi cultus. Verum prior expositio uerius quadrat, quæ & B. Augustinus probauit, præsertim cum uerba illi maxime faueant. Primò enim dixit, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam &c. ut per hoc intelligas finem ipsius fidei & baptismi, qui est exhibitio ecclesiæ ipsi CHRISTO in gloria. Porro tandiu minime fit exhibitio ista, quādiu sumus in uia: potissimum autem cum addatur, et declaretur fieri istam exhibitionem in gloria, ubi reuera nihil erit ueteris hominis, sed perfectissima renouatio ac regeneratio sine ulla penitus macula, aut aliquo huiusmodi. Sed ut sit sancta & immaculata, quod tunc erit plenissimè, ut frequenter diximus.

*Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua.* Perstat in proposita similitudine. Quemadmodum caput ecclesiæ CHRISTVS: ita caput mulieris uir, unde unum corpus cum illa efficitur. Et ideo, *Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit*: cum sit pars corporis sui, & una caro cum illo uinculo tantæ matrimonij effecta.

Nemo enim carnem suam unquam odio habuit. Videtur tamen hoc posse refelli instantiis. Multi uel odisse, quò nanque sunt inuenti in corpus suum proprium intelligendū. odia exercentes. Imò CHRISTVS præcipit ut odio habeamus nosmetipsos, & corpora nostra. B. Paulus corpus castigat, & in seruitutem redigit. Sed reuera ut quis oderit corpus suum non est ex natura rei, sed per accidens (ut ita loquar) quatenus uel per illud homo affligitur: FF in per

per illud ab aliqua concupita foelicitate prohibetur. Sententia ergo Apostoli est secundum naturam nulla alia habita consideratione. Homini enim à natura comparatum est ut diligat carnem suam: qui si aliter sine causa faciat, improbè agat & peruersè, & innaturaliter. Sed nutrit, scilicet cibo & potu: & fouet eam, uestibus & unguentis ubi opus est: sicut & CHRISTVS ecclesiam. Dominus prospexit de cibo ecclesiae suae dando seipsum, & de fomentis per alia sacramenta, quae sunt loco salutarium unctio-nis misericorditer nobis relictarum.

Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Videndum in primis quomodo sumus membra eius, & de carne eius & de ossibus eius. Hoc certè carnaliter non est intelligendum, sed spiritualiter. Ipse generauit nos in passione suae Crucis, & ad seipsum traxit, ut futurum ecclesiae corpus exinde tanquam ex carne eius & ossibus eius procederet: quoniam caro ecclesiae non est iam sub peccato, sicut nec CHRISTVS cum in terris ageret fuit sub peccato, licet in carne simili peccatrici carni, in qua tribulationes passus est à peccato, ut sic uinceret peccatum, & destrueret iura peccati, & sic gloriosam redderet carnem suam. Nos igitur regenerando uoluit adhuc eam carnem habere, quae post sublata prorsus peccati iura, esset tamen sub tribulationibus peccati ad imitationem sui & similitudinè, donec in resurrectione generali merito redderet gloriosam, illa scilicet quae peccati stimulis nec acquirerit nec succubuerit.

Et haec in Lutheranos egregiè concludit, qui contra CHRISTI gratiam docent per baptismum non deleri peccatum, sed adhuc manere in carne. At hoc in loco dicimus una caro cum CHRISTO, utpotè educti de carne eius, & ossibus eius. Nūquid igitur caro CHRISTI erit caro peccati? aut potius in similitudinè carnis peccati? Nam & si B. Paulus fo mitem, qui manet in nobis, peccatum uocauerit, non ob eam causam ita uocauit, quasi adhuc uerè esset peccatum, sed quia uenerat à peccato, & ad peccatum extimulat. Verum supina iam est & crassa eorum inscitia, qui modos dicendi apud scripturam nolunt admittere. Dixit uerò carnem ex carne eius, & os ex ossibus eius: quoniam CHRISTVS habuit carnem quidè infirmam, sed non sine ossibus, quae significant fortitudinè spiritus perfectam, qua fortitudine seruos suos maiora ecclesiae membra armauit. CHRISTI enim fortitudo nunquā in eo fracta est. Et hoc Dei praeepto mysticè in illa sententia intellecto. Os non cōminuetis ex eo: singulariter enim uerum fuisse in CHRISTO non est dubitandum. Nos alii Adae latronis filii, qui in latronibus figuramur, habemus cōminuta ossa, quia nullus uisus naturae posset sustinere fortiter opprobria crucis, nisi ille iuuaret. Multos igitur fuisse firmos inde euenit, quoniam de ossibus CHRISTI per gratiam ipsius participauerunt.

Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &

adhaerebit uxori suae: & erunt duo in carne unam. Verba haec ex Genesi excerpta sunt, quae maximè nexum, qui est inter uirum & uxorem, eleganter declarant. In Gen. legitur: Propter hoc; Sed hic graecè legitur, ὡς ἰ τοῦτο, idest, pro hoc, seu uice huius, aut è regiōe huius proportionabiliter, ut ita dixerim: quasi clarius dixisset. Ille futurus est homini cum uxore nexus, quo Dñs IESVS CHRISTVS cum ecclesia colligari debet, ut sit quasi loco CHRISTI uir, & uxor loco ecclesiae, uideatque quid fecerit CHRISTVS propter ecclesiam. Illum enim maximè nexum esse oportet, qui ab alio magno nexu & uinculo separet. At certè inter patrem & filium, & inter matrem & filium magni sunt nexi, ut deceat esse unum & eundem conuictū, & domum unā.

Et tamen ab hoc nexu, per hunc alium spiritualis matrimonii nexum utpote ualidiorem, distractus est homo CHRISTVS, qui tanto amore ecclesiam suam est prosequutus, ut se & à Patre quodam modo segregaret & à Matre, legibus istius saeculi & iuri se summittens. Segregauit enim se à Patre CHRISTVS quodam modo propter ecclesiam, quando apparuit in mundo in forma serui. Propterea dixit: Exiui à Patre, & ueni in mundum. Segregauit se & à charissima MATRE, cum propter eandem ecclesiam mortuus ē in cruce, illa relicta sub discipuli cura.

Et erunt duo in carne unam, idest, ex duobus fiet una caro, quae nulla humana potestate separari possit. Sic caro CHRISTI facta est una cum ecclesiae carne. Nā in passione & morte sua mirificè haec nuptiae sunt celebratae, & factū est atque expressum uinum bonum. Sacramentum hoc magnum est: Quid est, sacramentum hoc magnum est, nisi coniugium inter uirum & uxorem? Illa uide licet carnalis copula magnum est sacramentum: Nam in ea perficitur carnale matrimonium, ut sic fiat omninò indissolubile.

Est quæstio tamè exorta propter hæreticos, An matrimonium sit sacramentum. Cum enim hic uocetur sacramentum, etiam esse reuera consequenter probari uidetur. Respondent, Graecè legitur mysteriū, & non sacramentū. Quasi uerò graecè dici poterit sacramentum, cum sit uox latina recepta: & quasi quod graecè dicitur mysteriū, non dicatur latinè sacramentum. Dicent, At quaedam mysteria uocantur in scripturis, quae tamen non sunt sacramenta, quo sensu capiunt sacramenta Scholastici: qualia sunt illa septem quae ipsi enumerant, & nota sunt. Sed nihil prohibet quin possint uocari sacramenta quaelibet mysteria, quauis non sunt de illis septem. Nonne mysterium incarnationis CHRISTI dicitur etiam sacramentū? Non probant ergo, matrimonium non esse unum, uidelicet ex illis septem sacramentis, cum interim constet à B. Paulo dici sacramentū, & nihil ueret esse unum ex septem. Imò ratio & magna doctorū a uitoris contrarietate est: cui sese opponere semper fuit hæreticorū.

Sed uidendum quomodo sacramentum sit, quod docet Apostolus, ajens, Dico autè in CHRISTO & in ecclesia. Et est sensus, carnale coniugium ea ratione esse sacramentū: quia signum est spiritualis coniugii inter CHRISTVM & ecclesiam contracti: Conditiones namque eadem sunt. Et hinc accipe non ad similitudinem carnalis coniugii creatum fuisse spirituale: sed contra potius, ad similitudinem spiritualis decretum fuit carnale, tamen si prius tempore fuerit carnale quam spirituale. Ut enim quò hæret ecclesiae sponsus CHRISTVS, quodam modo reliquit Patrem, idest, Deum à quo exiuit exinaniendo seipsum: & Matrem suam Beatissimā VIRGINEM secundum carnem, quam permisit periclitari, & ab eius carnali cōsortio auulsus est, ut acquireret sibi Sponsam suam, & applicaret sibi, eiq; hæret in sempiternum (quod perfectè uerificatur in illa unice Electa & Dilecta, & post illam in cæteris uasibus electionis) Ita facta est lex in nexu matrimonii carnalis, ut sic obseruet maritus propter uxorem suam, & nunquā eam dimittat. Et in hoc matrimonii uinculo significatur nexus CHRISTI cum ecclesia.

Dimittet homo patrem & matrem quid.

Alio modo reliquit CHRISTVS Patrem & Matrem, idest, patriarchas, & prophetas, & synagogam suam, ut hæret ecclesiae suae. Et tertio modo reliquit patrem Adam, & matrem Heuam secundum carnem, quod permisit in peccatum labi. At primariam Sponsam suam ab æterno sibi decretā MARIAM VIRGINEM semper Immaculatam, cui & semper adherere uoluit, non permisit nec dimisit in communi sordè hominum pollui, ne pro ullo unquā quantumuis leui momento esset iræ filia, & Diabolo & peccato subiecta, quod iam horrendum est uel cogitare nunc pñs & deuotis animis.

Veruntamen & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligit. Veruntamen, idest, ceterū: & uos singuli, idest, unusquisque uestrum uxorem suam diligit sicut proprium corpus, & eandem carnem, sicut est reuera. Alioqui tenetur homo communi praeepto proximū sicut semetipsum diligere. Sed non additur sicut corpus suum, & carnem suam: ut quandam insuper carnalem dilectionem, castam tamen & sanctam, declaret propter finem sanctum ad sobolem gignendam Deo. Uxor autem, suppleta diligit, ut timeat, reuerentiæ timore, uirum suum, ut caput.

Veruntamen & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligit. Veruntamen, idest, ceterū: & uos singuli, idest, unusquisque uestrum uxorem suam diligit sicut proprium corpus, & eandem carnem, sicut est reuera. Alioqui tenetur homo communi praeepto proximū sicut semetipsum diligere. Sed non additur sicut corpus suum, & carnem suam: ut quandam insuper carnalem dilectionem, castam tamen & sanctam, declaret propter finem sanctum ad sobolem gignendam Deo. Uxor autem, suppleta diligit, ut timeat, reuerentiæ timore, uirum suum, ut caput.

## CAP. VI.



ILII OBEDITE PARENTIBUS uestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione) ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et uos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros: sed educare illos in disciplina & correctione Domini. Serui obedite dominis carnalibus

cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri sicut CHRISTO: non ad oculum seruientes quasi hominibus placet, sed ut serui CHRISTI, facientes uoluntatem Dei ex animo: cum bona uoluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus: Scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino siue seruus, siue liber. Et uos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & uester Dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud Deum.



Postolus pergit formare Ephesios circa mores. Post praeeptum autem uiro & mulieri de mutua eorum dilectione datum, sequitur praeeptum honoris erga parentes. Porro quæri potest, quare in lege praeeptū de uiro & uxore omisum fuerit: & de parētibus tantū traditur. Hoc fortè fuit in causa: quia non debuit sic sanctificari matrimonium ante CHRISTI aduentum, quod foedatum erat, & propter lasciuam conculatū per diuortia, & cōcubinatus, & per uxorū pluralitatem ad tempus toleratam. Nā hæc lex & dilectio quæ hic imperatur, est ad exemplum CHRISTI & ecclesiae. At istud tam excellens sacramentum nondum patebat: & sic nō poterat tunc esse uerum signum tanti sacramenti, ut inde eliceretur praeeptum istud. Ideoq; peculiariter est praeeptum primis patribus, & noui testamenti. Et hanc rationem esse ueram puto. Quare meritò diminuta fuit illa lex, in qua hoc praeeptum poterat desiderari. Sed impleta est lex uetus per legem nouam.

Filii obedite parētibus uestris in Domino. Possunt obedi- dire parentibus multi, sed non in Domino: quia non propter Dominum: aut quia nō existunt in Domino per fidem & charitatem. Eiusmodi autem obedientia uana est, & uacua merito: quā uel Ethnici exhibent. Potest fortè intelligi de parentibus qui sunt in CHRISTO, ut nō obediantur, non autem infidelibus. Hoc enim iustum est, tanquā à lege imperatum, & naturaliter iustū. Et hoc probat ex ueteri scriptura. Honora patrem tuum, & matrem tuam: quarum uocum significatio extenditur in scriptura sancta ad omnes parentes superiores, qui & patres similiter & matres dicuntur. Quod est mandatum primum in promissione. Non simpliciter primum, sed primum in promissione. Nulli enim priori mandato facta est specialiter repromissio. Illa superior, qua Deus retribuere postteris dicitur, & facturus misericordiam in millia, non est promissio, sed propheta: nec est propter obseruantiam unius cuiuslibet mandati, sed in genere: ait enim. His qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Vi bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Hæc intelligenda sunt non solum carnaliter, sed multo magis

magis spiritualiter, & de terra coelesti, quae est  
CHRISTVS. Vnde de alibi de hoc pietatis man-  
dato testatur, repositam illi promissionem uitae  
praesentis & futurae, in qua impletur promissio.  
Hoc tamen interest. Nam uitae praesentis pro-  
missionem habebat ex Mose, futurae autem ex  
CHRISTO. Est autem notandum, hanc merce-  
dem ac retributionem, quae promittitur in lege  
morigeris filijs atq; parentes suos honoratibus,  
persuasam quoq; ipsis Ethnicis fuisse. Quidam  
enim praecleari illorum autores & poetae hoc  
docuerant, & forte ipsi de sacris literis hauserant:  
aut rei conuenientiam sua ratione & iudicio inue-  
stigari & comprobantes. Illud certum, ab omnibus  
philosophis naturali ratione edocis, praecipua  
de honore parentibus post Deum debito, graui-  
ter & concorditer esse literis mandata.

De educatione  
liberorum

Et uos patres uolite ad iracundiam prouocare filios  
uestros. Sicut nimia parentum in filios indulgen-  
tia improbat, ira & nimia seueritas ac duritia  
hic prohibetur. Nec enim Heli sacerdos indul-  
gens filijs probatus est: nec Saulis in Ionatam  
tolerata fuit illa nimia asperitas. Sed educate il-  
los in disciplina & correptione Domini. Non ergo sit  
saecularis disciplina, quae laedit saepe pietate: ne-  
que correptio saecularis, quae exasperat: sed sit  
Domini disciplina, & correptio lenis & spiritua-  
lis (pro modo in errorum) ad scientiam Dei & me-  
dicinam, & emendationem morum: cum omni  
moderatione. O si seruetur hoc praecipuum: O  
patres, patres, imò uerò O crudeles, filiorum &  
filiarum uestrarum parricidae, quibus traditis  
doctrinas lasciuorum poetarum & procorum,  
uerius porcorum. Vae inuolutis huiusmodi sor-  
dibus, nisi eos cito misericordia Dei eripiat. Haec  
moneo toto corde. Ira enim Dei propter haec  
magnam concitatur: qui non apprehendit, malo  
suo tandem aliquando miser per sentiet.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore ac tre-  
more. Sed cum timor hic & tremor non tam de-  
beat homini, quam CHRISTO, ideo addit: In  
simplicitate cordis uestri, non nequiter, non simula-  
tè: sed sicut CHRISTO. Non ad oculum seruientes,  
quasi hominibus placentes, quod pleriq; ferè omnes  
faciunt: sed ut serui CHRISTI, quem debetis in  
illis considerare, & illi seruire. Tum proderit &  
ad luenda peccata, si quae ad fuerint: uel ad me-  
rita comparanda, si peccata defuerint. Facietes uo-  
luntatem Dei ex animo, non uiolenter: cum bona uo-  
luntate (graecè, beneuolètia) seruientes sicut Domino,  
cui debemus beneuolentiam: & non hominibus. Nō  
esset aequum aliquando ut quibusdam homini-  
bus seruiretur ab ijs, qui fortè sint multo melio-  
res & sapientiores. Sed Dominus uult haec tole-  
rari ad uitanda maiora mala: imò & ad com-  
paranda maiora merita. Nihil enim absurdi est,  
si ex absurdis sequantur absurda. A Patrefam,  
cuncta ad integritatem redibunt sua die, & resti-  
tuerur cuilibet suus gradus: unde multi domini-  
um apparebunt serui: & multi seruorum, liberi.

Scientes quod unusquisque quodcumque fecerit bo-  
num, hoc recipiet, etc. Et si sit in terris hac persona-

rum acceptio, cessabit tamen in caelis, ubi siue ser-  
uus, siue liber, hoc recipiet à Domino quod fece-  
rit. Legant hoc & non fugiant haeretici, qui tan-  
ta fronte pro benefactis nō reddi mercedē in cae-  
lis audent asserere. Hic manifestè ait B. Paulus:  
Unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet. Ac  
nunquid illud ipsum meret bonum quod fecit, re-  
cipiet: minime, sed praemium eius. Dixit autem  
doctissime: hoc recipiet: Est enim praemium quo-  
dam modo in merito ipso absconditum.

Nota pro me-  
ritis.

Et uos domini eadem facite illis. Non intelligas;  
eadem: ita dici, ut etiam ipse dominus debeat ser-  
uire seruo suo in eisdem officijs, sed in quibus il-  
le pro conditione status debet, ut in timore &  
tremore ea faciat erga illum, simpliciter & ex ani-  
mo beneuolo quae debet facere, & humanitas exi-  
git, tanquam faciens ea CHRISTO, cogitando  
sibi haec à CHRISTO in illo postulari. Et quae-  
nam sunt quae postulat à domino seruus? cibis  
& disciplina, id est, utilis castigatio uel instructio,  
ut possit operari non seruiliter, sed ex animo.

Quare summopere cauere debet dñs ab op-  
probrijs & contumelijs, à uerberibus & minis.  
Remittentes (inquit Apostolus) minas. Quod si ista  
seruis à dominis quibuscumq; debentur: quid di-  
cimus de liberis & ecclesiasticis uiris, qui impe-  
rant suis curialibus imperiosius & grauius, quam  
si essent serui captiui, & pretio redempti? O mi-  
serum uerūq; genus, & eorum qui dominan-  
tur, & eorum qui tam superbam patiuntur do-  
minationem. Sed non aliam ipsi merentur, qui  
contra Apostolum fecerunt se seruos hominū.  
Quanta ego uidi & audiui: Et quanta etiam to-  
lerauī compresso stomacho, non reprehendens  
ut debuī? Audiāt quomodo perterrefaciāt Apo-  
stolos. Scientes quod & illorum & uester Dominus est  
in caelis. O uerbum grauissimi, sed apud quosdā  
leuissimi pōderis, qui ignorant, hoc tempore mi-  
feri. At paulopost derepente experientur, & im-  
prudenter ac nequicquam dicēt: Ego non puta-  
ram. Quid est non putaram? Nōne ijs turpe erit  
dicere: Non putarā? quorum praecipue erat offi-  
cium docere alios, cum essent pastores, & ad eos  
pertinebat tenere sacra scripturam, & B. Paulū,  
non autem dare operam delictijs, & ignauijs, ue-  
tri & carni, & alijs quae honestè nominari non  
possunt. Haec à me dicta sint, obsecro, cum fru-  
ctu, si qñ ad eorum manus ista peruenerint: &  
sibi certò persuadeant non de stomacho & animo  
inimico prodire, sed ex imis misericordiae & cha-  
ritatis uisceribus. Et non est acceptio personarum  
apud Deum. Ille personas ex proprijs meritis iudi-  
cabit, & nō erit apud eum seruus, aut liber: Pre-  
latus, uel subditus.

Prelati & qui  
eis seruiunt, no-  
tent

De cetero, fratres, confortamini in Do-  
mino, & in potentia uirtutis eius. Induite  
uos armaturam Dei, ut possitis stare aduer-  
sus insidias Diaboli. Quoniam non est no-  
bis colluctatio aduersus carnem & sangui-  
nem: sed aduersus principes & potestates,  
aduersus

aduersus mundi rectores tenebrarum ha-  
rum, contra spiritualia nequitiae in coele-  
stibus. Propterea accipite armaturā Dei,  
ut possitis resistere in die malo, & in omni-  
bus perfecti stare. State ergo succincti lum-  
bos uestros in ueritate, & induiti loricam iu-  
stitiae, & calceati pedes in praeparationem  
euangelii pacis. In omnibus sumentes scu-  
tum fidei, in quo possitis omnia tela ne-  
quissimi ignea extinguere: & galeam salu-  
tis assumite, & gladium Spiritus, quod est  
uerbum Dei.

Hortatur modo uniuersaliter omnes, ut tā  
quam in militia existentes, uigiles, armisq; spiri-  
tualibus accincti sint: Tempus enim ita esse faciē  
dum postulat. De cetero fratres etc. Reliquum est,  
ō fratres, ut uires accipiatis in Domino: quoniam  
nullae sunt in uobis ipsis ex uobis. Et in potentia  
uirtutis eius, siue fortitudinis. Induite uos armaturam  
Dei. Armatura Dei est, quam ipse Deus donat,  
& sunt uirtutes coelitus uenientes, & ipsa ueri-  
tas. Vel armaturam Dei uocat, qua ipse Domi-  
nus noster IESVS CHRISTVS usus fuit in  
dæmonem, quae fuit patientia & ueritas, in qua  
immutus perstitit. Ut possitis stare aduersus  
insidias Diaboli. Nemo etenim suis armis Dæmo-  
num callidissimis artibus, & incredibili fortitudi-  
ni resistere longo interuallo posset.

Quonia non est nobis colluctatio aduersus carnem &  
sanguinem. Fortè de perfectioribus loquitur, qui-  
bus, cum iam carnem superauerint, superest ut  
Diabolicis insidijs resistant. Aut intellige dictū:  
Non est nobis colluctatio etc. tanquam haec quae cū  
Dæmonibus suscipitur, sit praecipua conflictatio,  
& periculis extremis exposita: ut iuxta mo-  
dum loquendi, illud intelligatur quasi non esse,  
quod pra alio modicū habet esse, ita ut quodā  
modo nihil sit estimādū. Aut supplendū est, solū-  
modo, id est, Nō est nobis solummodo colluctatio aduersus  
carnē. At iuxta hanc expositionē debuisset dicere  
cū copula: sed & aduersus principes: & in dicit,  
sed aduersus principes. Quare superiores expo-  
sitiones magis placent. Sed aduersus principes  
& potestates etc. Manifestè Angelos praearica-  
tores qui ceciderunt, his nominibus notat: qui &  
ipsi in sua militia ad diuersa facinora habent or-  
dines & principatus. Et licet cuncti ad malū ten-  
dant, diuersi tamen ad diuersa scelera & peccata  
incitant, quibus consentiunt multi. Et propterea  
principes dicuntur, quia regunt mundum istum,  
id est, homines mundanos, quos tenebras uocat  
Apostolus. Aduersus spiritualia nequitiae, uel po-  
tius malitiae, id est, aduersus quaedam illorū ar-  
ma quae sunt spiritualia, procedentia ex eorum  
malitia. In caelestibus: hoc est, in ijs quae pertinent  
ad caelestia. Omnis nanq; illorum conatus & ra-  
bies cō fertur ad decipiendum incautos, ut unde  
illi ceciderunt, arceant ne illuc nos ascendere ua-  
leamus. Nō admodum curant an nos tempora-  
ria abundè possideamus (imò extimulant, ut ipe-

incumbamus auidissime) modo ab aeternis nos  
abstrahant. Alius sensus est: contra spiritualia  
nequitiae in caelestibus: hoc est, contra spirituales ne-  
quitas, quae sunt, in caelestibus, id est, in aeris re-  
gione, quae coeli appellatione uenit. Vnde & Do-  
minus uolucres coeli dixit Dæmones, in sua pa-  
rabola seminis, qui uerbum salutis auferunt.

Luc. 8.

Propterea accipite armaturam Dei: qua necessa-  
riò indigetis contra tot & tam excercitatos atq;  
infestos pugnatōres. Ut possitis resistere in die malo.  
Vocat diem malum (ut arbitror) iudicij diem,  
qui est dies uindictae & irae, cui tantum nō resistūt,  
in quibus nihil iuris habuerit ipse Diabolus.

Hanc diem scripturae uocant diem malam, diem  
irae, & furoris, & tenebrarum, & turbis, nebulae,  
& caliginis: à qua die mala liberet nos Deus per  
IESVM CHRISTVM. Et in omnibus perfe-  
cti stare. Graecè in hunc modum habetur: Et  
omnibus perfectis stare: ut sit talis sensus. Ut possitis  
resistere in die mala, scilicet calumniantibus Dæ-  
monijs, & repetentibus animas uestras. Et possi-  
tis stare cum omnia perfeceritis, id est, cum im-  
pleueritis mandata, & fueritis pleni operibus bo-  
nis, quae dant sobriam confidentiam in die illa.  
Qui enim bene agit, nō odit lucem: sed uenit cō-  
fidenter ad lucem, ut manifestentur opera eius: quoniam  
in Deo sunt facta. Et hoc contra eos  
qui uolunt in tempore illo, neminem secundum  
iustitiam honorum operum inueniri securum.

104. 19.

State ergo succincti lumbos in ueritate. In lum-  
bis sedes luxuriae est. Succinguntur autem lum-  
bi ab ijs qui ueritatem illam Domini capiunt,  
quom dixit. Sunt Eunuchi qui se castrauerunt  
propter regnum Dei. Et induiti loricam iustitiae:  
Iustitia est donum Dei, quo si induiti fuerimus,  
seruit nobis tanquam lorica aduersus tela Dia-  
boli. Per ipsam enim habemus in promptu man-  
data Dei saluberrima, à quibus nolimus rece-  
dere: quo fit ut omne telum & fallacia Diaboli  
retundatur. Hanc loricam habebat Dominus  
cum tela rei cebar, dicens. Non tentabis Domi-  
num Deum tuum. Et calceati pedes in praepara-  
tionem euangelij pacis. Homo calceatos habet pe-  
des dum ambulat in diebus poenitentiae, ut pec-  
cata sua penitus deleantur: & sic praeparetur ut  
possit abiectis postmodo calceamentis euange-  
lizare. Nam qui in terra sancta sunt, debent ex-  
trahere calceamenta, hoc est, iam opera poeniten-  
tiae perfecisse. Vbi uide quomodo sit praepa-  
ratio eorum qui alijs praedicare praesumunt.  
Nam qui adhuc in peccatis est, & in ordine poe-  
nitentium, nondum praeparatus est, nisi expleu-  
rit primū legitimae satisfactionis tempus.

Matth. 29.

In omnibus sumentes scutum fidei. Ut oppona-  
tis uos tentationibus & persecutionibus. In quo  
possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Tela  
ignea esse puto cupiditates, & ardentia ambitio-  
nis desideria ad honores huius mundi, & appeti-  
tum glorie. Haec tela iaculatur Diabolus, quae  
urunt homines miserabiliter, sed scuto fidei retū-  
duntur. Qui enim oculo fidei intentè respicit ad  
caelestia, terrenas omnes cogitationes retundit.

Et galeam



Rom. 9.

M. lth. 10. Ibid. 5.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Et galeam salutis assumite. Per hanc galeam intelligo spem, quæ caput, id est, mentem nostram à concussionibus tribulationum protegit. Spes intuetur bona æterna, quorum desiderio creata, facile temporalia incommoda despicit, sciens optimè quàm non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et gladium Spiritus, quod est uerbum Dei. Non solum arma defensionis, sed offensio- nis quoque debemus assumere. Et hæc sunt uerba CHRISTI, quibus acerbissimè torquetur Diabolus: quale est illud. Nolite timere eos qui occidunt corpus. & illud: Primum quærite regnum Dei. item: Beati pauperes. Beati qui lugent.

Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso uigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelii, pro quo legatione fungor in catena: ita ut in ipso audeam (prout oportet me) loqui. Ut autem & uos sciatis quæ circa me sunt. Quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in Domino: quem nisi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra. Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre nostro, & Domino IESU CHRISTO. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum IESUM CHRISTUM in incorruptione, Amen.

Per omnem orationem & deprecationem orantes. Verè sine oratione & deprecatione impossibile esset Diabolis resistere. Deprecatio enim necessaria est, qua mala à nobis deprecamur: Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Oratio est qua petimus uaria, ut occurrat. Dicit autem, omnem orationem: non ad diuersa orationum genera spectans, sed ad perfectionem orationis, quæ habeat suas circumstantias, ut quod oportet oremus, & quomodo oportet, attentè, fideliter, humiliter. Græca enim uox sæpenumero totalitatem (ut ita dixerim) atque integritatem sonat. Non est autem oratio integra, cui aliqua necessariorum circumstantiarum deest. Quotusquisque igitur est, qui ea perfectione oret? Et ideo non impetramus miser. Ut uerissima fiat B. Iacobi increpatio. Petitis (inquit) & non accipitis, eò quòd male petatis. Ante tempus orare prouidentia est. Tempore constituto, obedientia. Tempus orandi præterire, negligentia. Tandem quippe debet crebrior esse oratio, quanto utilior. Tunc ueraciter homo Christianus orat, quãdo in corde nihil aliud cogitat. Maxime uerò sum iudex ad preces flectitur, si à sua prauitate peccator recedat. Nam oratio ipsa duobus precipue modis impeditur, ne quod postulat, à Deo

impetret: cum scilicet peccata committere homo perseverat: aut si peccanti in se ex toto corde non dimittit. Quemadmodum enim non profest uulneri adhibitum medicamentum, in quo adhuc manet infixum ferrum: ita nihil eius proficit oratio, quod odium retinet in corde. Quot, rogo, uel ex ipsis religiosis uiris existunt, qui ariditatem non sentiant, & stupiditatem mentis in orando, ut solis orantes labijs non attendant neque quid dicant, neque cui loquantur? In causa illud est:

Nos uelut ex quadam consuetudine, nulla ferè reuerentia ad Deum accedimus, neque præparamus ante orationem animas nostras. Quid, aliud cogitare debet homo Christianus dum ad orandum accedit, quàm propheticum illud: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, ubi Rex regum stellato sedet folio, innumerabili & ineffabili circumdatus beatorum spirituum exercitu? Quanta ergo cum reuerentia, quã toto timore, quã illuc humilitate accedere debet (ait deuotus. Bernardus à palude sua procedens & repens uilis ranunculus. In cunctis igitur actionibus nostris etsi multa opus sit animi uigilantia, potissimum in oratione. Licet enim semper à Domino uideamur, sed tunc etiam præsentamus & ostendimus nos quasi facie ad faciem cum Deo loquentes. Obsecrare igitur uerecundo debemus affectu. Orare puro affectu non dissimulantes peccata nostra, minimeque nobis blandientes, scientes unumquodque citius gratiam apud Deum inuenitur, quòd fuerit durior iudex in semetipsum. Postulemus insuper amplius ostendentes affectum, & fiduciam latitudinem. Postulet (inquit B. Iacobus) in fide nihil hesitans. Et tunc ad gratiarum perueniamus actionem, quæ debet esse deuotione plenissima, & delictis affluens. Hos orationis modos nos Apostolus breui sententia ad Timotheum scribens docuit. Obsecro primum omnium fieri, ait, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus &c. Verum, ut paulo antè dixi, quotum quæque reperias ex his qui in communi Christianorum sorte uersatur, qui non uerit orandi modum, imò uerò qui uel Missam cum aliqua corporis reuerentia nouerit audire? Itaque non mirum si tanta est uis & spiritualis sterilitas, quã orationis (ut ita dicam) non impinguat debita assiduitas. Hanc tamen diligenter commendat Apostolus noster, subdens. In omni tempore, tam prosperitatis, quàm aduersitatis. Sunt enim qui facilius interdum in prosperitatibus corruunt. In spiritu, id est, in dilectione Dei existentes: Nam spiritus amor est. Et in hoc ipsum uigilantes, id est, in hoc spirituale certamen: In omni instantia, ut saltem propter importunitatem exaudiamini, & surgere faciatis Patrem fam. è lecto (ut est in euangelica parabola) pro instantia orationis, quòd saltem propter improbitatem perentis, expugnetur quamtumuis avarus. Non est reuera avarus ipse Dominus, sed dum nostra delectatur industria, ad modum avari se habet, exigens instantiam & importunitatem nostram: quod clare apparet in exemplo Cananæ. Hoc autem

1. Tim. 2.

Luc. 11.

Matt. 15.

Act. 12.

facit ut uehementius cupiamus, & digni simus aliquo pacto accipere. Et obsecratione pro omnibus sanctis, non tantum pro uobis. Græcè tamè legit deprecatione, quæ ad ea propriè mala accommodari solita est, quæ oratione petimus amouenda. Et pro me, ut detur mihi sermo &c. Sensus est clarus. Vbi obiter tamen notandum: Euangelicum ipsum munus tale esse, ut indigeat ad cursum facilem orationibus ecclesiarum. Unde & oramus pro Pontificibus. Ecclesia sine intermissione orabat pro B. Petro dum esset in carcere. Et nos similiter debemus orare pro omnibus, & illis potissimum qui sunt in administratione, & de quorum actionibus ac deliberationibus pendet status, tranquillitas, & uera salus multorum.

Vt autem & uos sciatis &c. Postremò, cum unicuique magna sit & anxia cura atque sollicitudo, rescire de absentibus, & amicis, & necessariis, & multò magis ubi intercedit nexus charitatis CHRISTI, cogitans Apostolus illo erga seipsum desiderio Ephesios teneri, ait. Ut autem et uos sciatis (supple) sicut multi alij sciunt; quæ circa me sunt, id est, quæ ab alijs in me inferuntur. Et quid agam? omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in Domino. Commendat hominem ut illi habeant fidem. Imò addit: Quæ mihi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda uestra. Mirabile est: prius ait, circa me; & modo ait; circa uos: ut ostendat quæ ad se pertinet, ad illos simul pertinere. Ostendens autem ea quæ ad se pertinebant bona esse, addit; Et consoletur corda uestra; Hæc autem bona erant, ipsum uidelicet esse in catenis pro CHRISTO, & CHRISTI euangelio ad salutem Gentium. Qua in re nomē CHRISTI celebre reddebatur, & ipsius merita crescebant, & Christiani illi qui sapiebant, in fide fortius ex tanta Apostoli constantia confirmabatur.

Pax fratribus, et charitas cum fide &c. Vbi pax est, etiam charitas est. Et si charitas adest, etiam fides adest. Et hæc omnia à Patre nostro Deo, & Filio eius Domino IESU CHRISTO. Potest & fides hoc in loco pro confidentia accipi, seu fiducia. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum IESUM CHRISTUM in incorruptione, Amen. Perpede genus salutationis, quo nunc utitur Apostolus. Optat omnibus his gratiam, qui diligunt IESUM CHRISTUM Dominum nostrum: & non quouis modo, sed, in incorruptione; siue in incorruptibilitate. Multi quidem diligunt CHRISTUM quãdiu est illis bonus in hoc mundo, iuxta illud. Cõ-

Psal. 4. 8.

104. 6.

sistebitur tibi, cum benefeceris ei; de cuius sanguine uiuunt hic & regnant. Non est hæc uera ac bona dilectio. Tales figurant in illis, quibus obiciebat Dominus: Amen Amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia manducastis, & saturati estis. Potest & alius esse sensus, nimirum: Talis sit gratia ut nulla adsit corruptio, quæ accidere consuevit per transgressiones & peccata. Dicere insuper possumus ab Apostolo optari gratiam diligētibus IESUM CHRISTUM incorruptibiliter, hoc est, sincerè & simpliciter, non mente corrupta, sed ut perseuerent usque in finem sine peccato. Amen. Hæc uox desiderij est: cuius utinam me & omnes impetret fieri uerè participes gloriosus Apostolus noster, ut inter Ephesios (quæ uox desideratos significat) cõnumeremur per IESUM CHRISTUM Redemptorem, cui cum Patre & Spiritu sancto sit honor & gloria, & omnis gratiarum actio in generationes sæculi sæculorum, AMEN.



# ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.



**H**ANC EPISTOLAM NONDV M VIN-  
culis liberatus, è Roma misit B. Paulus per Epraphroditum anno  
Domini, ut quidam tradunt, quinquagesimo octauo. Argumentum (ut  
uno uerbo absoluam) est adhortatio, ut confirmentur ac permaneant in  
euangelio, quod receperant. Mirificè uerò cuncta diluit quæ illos ab eua-  
gelica ueritate possent abducere, aut abstrahere: Et illa affert quæ ad retinendam  
ea soliditatem ueram apprimè conducunt.

# COMMENTARIA IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD  
PHILIPPENSES.



**P**AULVS  
& Timotheus ser-  
ui IESV CHRISTI  
omnibus sanctis in  
CHRISTO IESV  
qui sunt Philippis,  
cum Episcopis &  
Diaconis: Gratia  
uobis & Pax à Deo  
Patre nostro & Domino IESV CHRISTO.



**D**E MORE PRIMVM SA-  
lutationem ponit. Paulus & Ti-  
motheus. Quemadmodum iam  
aliàs scripsimus, non dedigna-  
batur B. Paulus admittere alios  
discipulos suos quasi coadiuro-  
res (ut ita dicam) epistolæ, ad  
exemplum humilitatis & charitatis præbendū,  
cuius est alijs propria communicare. Ideò ait  
hic: Paulus & Timotheus, Mysticè autem, ut in-  
telligamus per duo maximè nos confirmari in  
euangelio, quæ ñs duobus nominibus significan-  
tur. Paulus uidelicet, ac Timotheus, hoc est, hu-  
militate, quæ in Paulo significatur, & Dei hono-  
ratione & cultu, qui in Timotheo significatur.  
Serui IESV CHRISTI. Verè nullus superbus, &  
qui syncerè non colit Deum, potest esse seruus

IESV CHRISTI. Et econuersò: Nullus humilis  
& colens Deum, potest non esse seruus IESV  
CHRISTI. Vnde ipse Dominus aiebat: Si Deus  
pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego enim  
ex Deo processi & ueni. Et alibi queritur: Ego ho-  
norifico Patrem meum: & uos inhonorastis me.  
Pater omne iudicium dedit Filio, ut omnes glo-  
rificent filium, sicut honorificat Patrem. Qui  
non honorificat filium, non honorificat Patrem  
qui misit illum. Omnes ergo humiliari oportet  
sub omnipotenti manu Filij, cuius iudicium est.

Hic mirum uideri potest, cur (præter morem)  
facere mentionem de dignitate Apostolatus sui  
prætermiserit. Aliqui respondēt, ita scripsisse:  
se: quoniam hac salutatione asciuit socium Ti-  
motheum non Apostolum. At hoc perimitur in-  
stantijs. Nam in prima ad Corinth. asciuit sibi  
Sosthenen fratrem qui non erat Apostolus, &  
tamen se uocat Apostolum. Et in secūda ad Co-  
rinth. similiter Timotheum sibi adiungit socium,  
nec prætermittit Apostolatū suum. Alia igitur  
erat reddenda melior ratio. Videtur itaque hoc  
omissum, quasi minimè hac in epistola necessariū,  
cum, ut in tota epistola apparet, Philippenses fuis-  
sent morigeri, nec ullo pacto consentientes Pseu-  
doapostolis, nec scandalum passi propter uincula  
Pauli, Imò & ipsi persecutionem sustinentes.  
Ideò nomine potestatis expresso non fuit opus.  
Solum ergo Philippensibus scribens & Thessalonis  
censibus

104. 8.

Ibid. 5.

censibus hoc nomen suppr. essit, eadem ut mihi  
uideretur de causa. Etenim epistola rota placida  
est, & plena maternis affectibus & dulcedine. Nul-  
la hic interferitur querela, nulla obiurgatio: sed  
mera cum summa eorum laude adhortatio. Di-  
scant similiter Prælati ubi non est opus, non ostē-  
tare potestatem: sed quasi unum ex multis se ex-  
hibere, amabili tamen grauitate semper seruata.

Omnibus sanctis in CHRISTO IESV, id est,  
omnibus uerè sanctis. Qui enim in CHRISTO  
IESV non est, nec esse sanctus potest: & qui in  
illo est, non nisi sanctus esse potest, id est, mundus  
per fidem, quæ purificat corda. Non intelligas  
fidem sine charitate, cum talem loquendi morē  
scripturæ nesciant, ubi simpliciter & absolute  
de fide loquuntur. Qui sunt Philippis, cum Epi-  
scopis & Diaconibus. Videretur absurdum plures  
in eadem ciuitate fuisse Episcopos. Sed hæc  
erat prima ciuitas partis Macedoniae quæ colo-  
niā, id est, habitatores seu colonos receperat ex-  
teros. Et propterea quid mali si quilibet suam, si  
quam nactus erat, curabat nationem? Addimus  
item (& istud est diligenter aduertendum) cum  
olim Apostoli in sudarent in acquisitionem gen-  
tium, ordinabant prius quos probabant uiros  
idoneos ad hoc munus obeundum, quos ad ma-  
num postmodo haberent paratos, si quem in lo-  
cum ad propagandam fidem mittere opportu-  
num esset. Ita mihi intelligendum uideretur: unde  
& quos creabant sacerdotes, eosdem & ordina-  
bant Episcopos. Nam presbyteri nomen & ad  
ipsos Episcopos extendebatur, ut apparet in epi-  
stola ad Titum. Postmodo cum dilatata est  
ecclesia, segregati sunt qui munera episcopa-  
lia exercebant, ab ijs qui solum sacerdotis sim-  
plicis munere fungebantur: & pro numero ciui-  
tatum constituti sunt episcopi. In hac quoq; di-  
gnitate constituti sunt sui gradus, ut alij Archie-  
piscopi, alij Primates, alij Patriarchæ uocentur,  
qui omnes quomodo distinguantur inter se, &  
quæ sint eorum propria munera, de Canonibus  
requirendum est. Utinam uerò unusquisq; (quæ  
admodum par esset) sese intra suos fines contine-  
ret, & obseruaretur hic pulcherrimè distinctus  
ordo in ecclesia. Et ipsa ante omnia probitas ui-  
tæ & integritas uigeret: ut quò sublimiore quis  
dignitate constitutus est in ecclesia, eò splendidius  
reluceret in omni uirtutū opere. Sed oia sunt im-  
mutata. Dominus uideat, & remediū adhibeat.

Nota.

Aliud hic annotandum est, apud Caietanū  
diaconos, de quibus hic loquitur B. Paulus, nō  
altaris, sed solum mensarum ministros fuisse, ser-  
uientes tantummodo temporalibus. Quæ opi-  
nio ut est singularis Caietani, ita non digna quæ  
recipiatur, sed magis explodetur. Hanc discu-  
tiendam differimus in epistolam ad Timoth.  
Reliqua salutationis, cum abundè iam sint alibi  
exposita, superuacaneum esset inculcare.

Gratias ago Deo meo in omni memoria  
uestri semper in cunctis orationibus meis  
pro omnibus uobis, cum gaudio deprecā-

tionem faciens super communicatione  
uestra in euangelio CHRISTI, à prima  
die usque nunc, confidens hoc ipsum: quia  
qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet  
usque in diem CHRISTI IESV: sicut est  
mihi iustum hoc sentire pro omnibus uo-  
bis: eò quòd habeam uos in corde, & in uin-  
culis meis, & in defensione, & confirmatio-  
ne euangelii socios gaudij mei omnes uos  
esse. Testis enim mihi est Deus, quomo-  
do cupiam omnes uos in uisceribus IESV  
CHRISTI. Et hoc oro: ut charitas uestra  
magis ac magis abundet in omni sciētia &  
in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis  
synceri, & sine offensa in diem CHRISTI, re-  
pleti fructu iustitiæ per IESVM CHRIS-  
TVM in gloriam & laudem Dei.

Primum incipit eos certiores facere suæ  
erga illos beneuolentiæ & charitatis: quod ad  
suadendum semper est potissimum. Gratias ago  
Deo meo in omni memoria uestri, id est, quotiens oc-  
currit uestri memoria: occurrit autem semper in  
omni oratione mea, siue præcatione. Et ut  
ostendat ipsum animi affectum, adiungit: Cum  
gaudio; Ad orationis autem tenorem indican-  
dum; deprecationem; siue orationem, faciens su-  
per communicatione uestra in euangelio CHRISTI.  
Gratias igitur agebat, uenisse illos in participa-  
tionem euangelij: & insuper orabat ut in eo do-  
no cōfirmarentur; A prima die: qua scilicet uocati  
sunt, & responderunt uocationi. Fuit enim ta-  
lis apostolica ad illos prædicatio, non ex uolun-  
tate propria, sed ex cœlesti reuelatione, ut patet  
in Act. Apostol. cap. 16. Usque nunc, id est, ad  
hanc horam. Significat illos semper fuisse mori-  
geros, obsequentes, & constantes in fide.

Confidens; seu persuasum habens, hoc ipsum:  
quod is qui cœpit opus bonum in uobis, ipse perficiet  
usque ad diem IESV CHRISTI. Primum hac  
parte nihil sibi arrogat Apostolus, sed cuncta  
penitus bona quæ illi obtinuerunt à notitia eua-  
gelij, refert accepta Deo. Certum autem se de  
illo ait qui incœpit, nempe de Deo: quoniam  
etiam perficiet. Non est enim Dei imperfecta re-  
linquere opera sua. Quòd autem Deus inceperit,  
præter quàm quòd nemo Christianus homo  
negare potest (Firma est etenim scripturarum &  
omnium S. Patrum hæc sententia, Omnis bo-  
ni initium esse à Deo docente, excitante, atque  
adiuuante donec perficiatur) Illud tamen est  
peculiare de Philippensibus testimonium, quo-  
modo B. Paulo nocte apparuit uir quidam Ma-  
cedo stans & orans eum, ut transiens per Ma-  
cedoniam adiuuaret eos. Quæ uisione tanquàm  
diuino admonitus oraculo factus est certus B.  
Paulus à Deo sibi mandari, ut apud illos euan-  
gelicam legem prædicaret, scilicet Philippis,  
quæ erat prima partis Macedoniae ciuitas.

Et hic considera lector, quæ tenuè fuit initiū,  
GG & quo

Aff. 16.

& quo pacto coepit inde latius euangelium manifestari: ait scriptura. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot conferentes. Die autem sabbatorum egressi sumus foras iuxta flumen, ubi uidebatur oratio esse. Et sedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant. Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria, ciuitatis Thyatorum, colens Deum audiuit, cuius Dominus aperuit aures cordis intendere his quæ dicebantur à Paulo. Lege reliqua, & cōmentare per te ipsum prudens lector admirabilem, & nobis inuestigabilem Dei prouidentiam. Et quomodo ipse est qui mouet euangelizantem, & audienti aperit aures: & ex modico fermento totam massam fermentat. Frustrà enim laborat lingua exterius docentis, (ait Magnus Gregorius) nisi Deus retigerit cor interius audientis. Ab ipso enim est omnis nostra sufficientia.

Vsque in diem IESV CHRISTI. Dies IESV CHRISTI dies iudicij est, quo nullus relinquit ulterius operadi locus. Omnis fiducia nostra cōstitueda tunc, ex præcedēte uita repeti debet. Misericordiam siquidem tunc nequiquā postulerit, qui ipse nunc misericordiam non præstiterit. Sicut est iustum mihi hoc sentire de omnibus nobis etc. Sensus & ordo literæ hic est. Ea quæ de uobis sentio, quos ad perfectū uenire faciet Dominus usque in diem illum postremum, sic sentio, sicut iustum est me sentire, tum ex parte Dei, qui (ut dixi) non incipit ut opus imperfectum deserat: tum uerò quoniam ego habeo uos in corde. Non leue est diuini amoris signū, quando aliquis sanctus & Deo charus, suscipit alicuius protectionem, & ex corde pro illo supplicationes ad Deū porrigit. Hoc enim modo solet diuina prouidentia operari, quæ uult per aliquos aliquibus salutem dare. Inspirat enim in corda amicorum suorum ut pro illis intercedant, & suspiria atque orationes fundant. Et in uinculis meis: ad corroborationē psuasionis adiecit se eos omnes habere in suis uinculis, & in defensione & confirmatione socios: quoniam illi misericordia erga eius uincula & tribulationes commoti sunt, & participes facti passionum eius, manentes semper in fide & euangelio immobiles. Et licet tanta eis contradictione ab iniquis resisteretur, defensionem tamen & confirmationem ipsius euangelij adiuuabant intrepide. Vnde & participes merito efficiantur gratiæ, qua abundabat B. Paulus.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes uos in uisceribus IESV CHRISTI. Deest uerbum in græcis ut uidetur, ideo interpret adiecit esse, ut sit. Sensus: Ad probandum esse sibi illos uerè in corde, testem proferit Deum, qui nouit abscondita cordis sui & affectus erga eos, & quomodo eosdem cupiebat inueniri in uisceribus IESV CHRISTI: quod est inueniri misericordijs (ut ita dicam) & miserationibus eius uallatos atque protectos. Quibusdam magis arridet, si quod ait: In uisceribus IESV CHRISTI; referatur ad suum erga illos desi-

derium, quasi declarans non humanæ fuisse affectionis desiderium, sed in uisceribus IESV CHRISTI. Prior tamen expositio mihi præmissa probatur. Nam imperfectum quoddam redolet, dicere; Cupio uos; Si cui tamen posterior hic sensus uideatur, non contendam cum illo: parui admodum refert. Et hoc oro, uidelicet cupiens uos in uisceribus esse IESV CHRISTI, oro insuper. Ut charitas uestra adhuc magis ac magis abundet etc. Ecce illius desiderij affectus, ut inueniretur in uisceribus IESV CHRISTI. Charitas enim inde contrahitur, uberius abundans in dies, magisque ac magis. Sic euenit in uia Dei, & ita debet fieri ut crescat homo usque ad perfectum. Alioquin in uia Dei (teste B. Gregorio & uerè) non progredi, est retrogradi. Porro, adhuc quiddam aliud desiderabat B. Paulus Philippensibus, qui benè currebant.

In omni scientia, Græcè legitur; In agnitione; Charitas nanque ex cognitione procedit: nec, n. fertur amor in incognitum; Et in omni sensu; seu potius, intelligentia. Ut probetis portiora. Homo charitatem Dei habens quæ non est absque lumine, etiam intelligentiam consequitur, ut possit probare quæ uerius eligenda sunt. Quamobrem ab eodē Apostolo dictū est, spiritualis esse iudicare omnia: quoniam habet legem, & regulam rectam in corde. Ut sitis sinceri. Ille sincerus est, in quo dolus non est, nec hypocrisis, sed columbæ simplicitas. Et sine offensa, id est, nullam dantes offendiculi occasionem quantum fieri potest, nisi fuerit Pharisæorum offensa. Cum infirmis autem circa hoc agendum est cautè admodum, ne contristetur Spiritus sanctus. In diem CHRISTI, qui dixit. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis &c.

Repleti fructu iustitiæ per IESVM CHRISTVM in gloriam, & laudem Dei. Vide lector quæ clarè B. Apostolus non solum admittit posse impleri legem per Dei gratiam: uerum etiam hoc fieri debere indicat, ut inueniatur homo in illa die plenus fructibus iustitiæ, quæ sunt opera bona: ac propterea securus, ut possit comparere ante faciem Dei ac Domini nostri IESV CHRISTI sine querela. Quoniam uerò hoc non potest contingere ex nobis, quasi ex nobis, cum ille dixerit: Sine me nihil potestis facere, ideo adiecit, per IESVM CHRISTVM. Et quæ hæc omnia uertuntur in gloriam & laudem ipsius Dei, cum & gloria nostra, & gloriæ meritum à gratia Dei ueniat: in gloriam (inquit) & laudem Dei. Ipse enim laudabitur & glorificabitur usque in sempiternum ab omnibus Sanctis & Electis suis, fructu bonorum operum referentis.

Scire autem uolo uos, fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectū uenerunt euangelij, ita ut uincula mea manifesta fierent

rent in CHRISTO in omni pratorio, & in ceteris omnibus, ut plures è fratribus in Domino confidētes in uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbum Dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiā & contentionem. Quidam autē & propter bonam uoluntatem CHRISTVM prædicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionē euangelij positus sum. Quidam autē ex contentione CHRISTVM annuntiant non sincerrè, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per ueritatē CHRISTVS annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

Scire autem uos uolo etc. Nulla esse uidetur in litera difficultas. Illud in pectore conseruandū, Res CHRISTI & nostræ in illū fidei, eius generis esse, ut semper in contradictionibus & persecutionibus illustratæ sint & auctæ. Hoc B. Paulus ad Philippensium confirmationem, uolebat eosdem scire, ut intelligerent quæcūque aduersus illum à persecutoribus Iudæis commota fuerant, copiosius ad profectum uenisse euangelij, hoc est, conuersa esse in commodum euangelij: quoniam manifesta facta sunt uincula eius in omni pratorio, seu potius, in toto pratorio. Prætorium hoc in loco significat, quod Augustale. Quintilianus uocat, ubi Cæsaris officiales ius dicebant. Nam ad Cæsarem B. Paulus appellauit. Fuit autem manifestatum illa uincula esse in CHRISTO. Attende loquendi modum quo B. Paulus utitur. Hō existens in CHRISTO, non potest uincula & persecutiones pati, nisi propter iustitiam, & propter CHRISTVM ipsum: ita quod hoc totum fuisse manifestatū asserat, non solum in toto pratorio, uerum & in ceteris omnibus, hoc ē, uniuersa Vrbe Roma, quæ eo tempore erat ueluti quidam paruus mundus, cum illuc ex omni genere homines et natione concurrerent. Hæc autem tanta manifestatio pertinebat ad clarificationem CHRISTI. Oportuit enim notam esse iudicibus, causam, cur esset uinctus illis uinculis. Cumque nihil illum patrasse flagitij ac sceleris cognouissent, laxarunt uincula: cui & permiserūt domū habere conductā, ubi eruditè annuncians & euangelizans mysteria de uerbo Dei. Sed antequam ipse soluere-tur, quidam perspecta ipsius B. Pauli constantiā, animati sunt & ipsi ad prædicandū euangelij. Et plures è fratribus in Domino confidētes in uinculis meis, id est, fiduciam capiētes de mea patientia. Uocat fratres in Domino, & sinceros, abundantius auderent sine timore uerbum Dei loqui. Vide quomodo uirtus CHRISTI in homine qui confidit, fortior est omni tyrannorum potentia & persecutione. Verum quoniam continebat prædicari CHRISTI uerbum uarijs de causis, & à quibusdā non sincerrè ne existimarent Phi-

lipenses, omnes ambulare in ueritate, & ne deciperentur, ait. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: Quidam autem & propter bonam uoluntatem CHRISTVM prædicant. Sensus clarus est. Quæ autē subsequuntur inuersa sunt ac perturbata, & sic debent legi. Qui quidem ex contentione CHRISTVM annuntiant non sincerrè, hi putant pressuram (siue tribulationem) suscitare uinculis meis. Declarat eorum malignitatem qui CHRISTVM ex contentione prædicabant. Id enim faciebant putantes B. Paulum esse sibi ipsis simile, inuidum & æmulatorē, ac propterea uehementer angere ac torqueri, cum resciret ab eis euangelium prædicari, sibi uerò uinculis impedito idem efficere non liceret, quasi inde iactura aliqua illius existimationi inferretur, qui cessaret alijs laborantibus. Sed talis non est, qui gloriam Dei querit, non suam propriam.

Qui autē ex charitate, sciunt quod in defensionē, etc. Ac si expressius dixerit: Illi qui ex charitate annuntiant, aliud de me existimant. Nā ipsi optimè sciunt, quomodo ego non propriā gloriā quero, sed euangelium ipsum defendo, & sic innocens patior. Hac cōmiseratione permotus illi euangelij cursum adiuuare prædicando conantur, ut leuiora reddant mea uincula: quemadmodum & ego reuera leuius ea fero tali mihi nunciata pietate: ut consequenter & ipsi efficiantur gloriæ meæ participes, illius quæ mihi paritur ex uinculis.

Quid enim? Dixerat illos contentiosos arbitrari sua prædicatione pressuram afferri uinculis, quibus ipse Apostolus tenebatur: uolens igit ostendere secus esse, ait. Quid enim? nunquid scilicet ob hoc tristor, quoniam illi CHRISTVM tametsi per inuidiā prædicant: & respondet. Dum omni modo, siue per occasionē, siue per ueritatē CHRISTVS annuntietur, & in hoc gaudeo. Sensus est clarus: Tantum abest (inquit) ut ullā huius rei gratia tristitia sentiam, ut contrā gaudeam: modo tamen annuntietur CHRISTVS, & ego sim huius boni uel causa uel occasio. Non autem me recreat, nisi ex ueritate id agant. Magnum hic exemplum ab Apostolo prædicatoribus datur, ne quid agant ex contentione & æmulatione, sicut accidit multis: ut raros uideas ex ueritate & charitate prædicare. Ait autem Apostolus non solum se gaudere, sed in futurum etiam. Sed & gaudebo (inquit) cuius etiam futuri gaudij rationes annectit in his quæ subsequuntur.

Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem, & submissionem Spiritus IESV CHRISTI: secundum expectationē & spem meā, quod in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur CHRISTVS in corpore meo siue per uitā, siue per mortem. Mihi enim uiuere, CHRISTVS est: & mori, lucrum. Quod si uiuere in carne, hic mihi fructus operis ē: & quid eligam ignoro. Coartor autem è duobus, GG ij desiderium



desiderium habens: Dissolui, & esse cum CHRISTO, multo magis melius. Permanere autem in carne, necessarium propter uos. Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus uobis ad profectum uestrum, & gaudium fidei: ut gratulatio uestra abundet in CHRISTO IESU in me, per meum aduentum iterum ad uos.

Rom. 8.

Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem. Redditur hic ratio futuri gaudii, quæ est notitia, fore tandem ut illa omnia proueniant ei ad salutem: ut uerum fiat in ipso, quod alibi dixit, Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum, uel ea ipsa quæ uidentur mala, præsertim cum adduntur orationes. Per uestram orationem & subministrationem Spiritus IESU CHRISTI. Nam per orationes mouetur CHRISTVS ad subministrandum Spiritum abundantius, quo homo in omni pressura inueniatur fortis. Hoc enim pacto membra membris inuicem adiuuantur.

Secundum expectationem & spem meam: quia in nullo confundar. Notat Apostolus hæc prouentura sibi ad salutem, quoniam id summè expectabat, & sperabat nullo euentu confundi. Sed in omni fiducia, seu libertate: sicut semper, & nunc magnificabitur CHRISTVS in corpore meo, id est, per passiones corporis mei, quas illius amore iam multoties & uariè perpeffus sum, & adhuc perpetiar; siue per uitam, siue per mortem; quoniam & uita mea seruitium est CHRISTI, & mors mea erit pretiosa in conspectu eius. Ipse enim reddet mihi præmium summum, & superexcedens omne genus passionis & mortis.

Mihi quidem, uiuere CHRISTVS est, id est, Vita mea est gloria CHRISTI, quatenus ipse glorificetur in omni actione mea et tolerantia. Et mori lucrum. Si enim uitam meam illi totam deuoui, istud inde lucrum optatissimum capiam, quoniam ipse econuerso pro morte mea reddet mihi uitam, semetipsum. Ipse est uera uita nostra: & hoc pacto lucrabor illum, quo ille dixerat. Qui perdidit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Hic est

Luc. 9.

Statim post mortem datur præmium uitæ æternæ.

locus, unde satis probatur, dari statim post mortem præmium uitæ æternæ. Si mori est lucrum CHRISTI, proculdubio beatitudinem consequitur, qui lucratur illum, qui beatitudo nostra est. Quod si uiuere in carne, hoc mihi fructus operis est. Sunt qui exponant, Quod si uiuere in carne, subaudi contingat, hoc, id est, ipsum uiuere in carne, fructus est operis, id est, operatur mihi fructum in uita futura. Aliqui exponunt: Quod si, siue; si autem: pro quauis, uel etsi. Sed hoc extorquere est. Equidem sermo iste mutilus est, & necessariò est aliquid subintelligendum. Hic fortassis sensus est. Dixerat; Mihi uiuere CHRISTVS est, cui ille uiuebat: Mori autem erat lucrum ipsius CHRISTI. Et cum utrumque esset optabile, uenit Apostolus in considerationem, quod è duobus latius esset & optabilius. Ait

ergo. Quod si uiuere in carne, supple tu, est bonum & eligibile, quia uiuo CHRISTO: hoc, id est, mori & ita lucrari CHRISTVM, est mihi fructus ipsius operis, ac propterea eligibilis uidetur: nam propter fructum est opus. At dum in hac fluctuatione ancipitis electionis non conuiesceret Apostolus, adiunxit.

Et quid eligam ignoro. Et causam dubitationis exponit. Coartor enim è duobus, desiderium habens, hoc est, Duo sunt quæ me suspensum tenent & ambiguum, cum utrumque sit optabile. Primum; In dissolui, & esse cum CHRISTO (sic habet græca lectio) multo magis melius, hoc est, in hoc euentu dissolutionis meæ, quo fit ut sim cum CHRISTO, absolutè est bonum, & multo magis bonum, quàm permanere in carne. Permanere autem in carne magis necessarium propter uos. Ex superiore dicto clarè sumitur, post hanc uitam eos qui in Domino moriuntur, continuo beatitudine cælesti donari. Tum quia hæc duo copulantur, uidelicet dissolui, & esse cum CHRISTO: Tum uerò cum dicat hoc multo esse melius quàm uiuere in carne. Falsum autem esset, si beatitudinem non consequeremur statim post mortem.

Postremo huic dicto occurrit dubium. B. Paulus asserens esse pro illis optabile si adhuc permaneret in carne, uidetur contradicere nonnullorum sanctorum dictis, qui cum hinc recederent, solari superstitibus fratres consueuerunt, pollicendo se plus illis profuturos orationibus ante Deum presentes, quàm si manerent in uita eisdem curantes. Ad huiusmodi dubitationem responderi potest, illud esse uerum, cum iam labor eorum in hac uita perfectus & excursus est, non antea: quæ res sub Dei cognitione posita latet nos. At B. Paulus cui Spiritus, à quo dirigebatur, plurima reuelabat, ait.

Et hoc confidens, aut potius persuasus, scio quod manebo, & permanebo cum omnibus uobis, id est, ego uobiscum manebo, ad profectum uestrum & gaudium fidei &c. Manere Apostolum in uita operabatur profectum illorum & gaudium, quod ex fide concipitur, quod soli norunt qui exercentur meditationibus & contemplationibus in puritate uitæ. Ut gratulatio. Græca lectio habet. Gloriatio uestra abundet in CHRISTO IESU in me per meum aduentum iterum ad uos. Gloriantur Philippenses & merito de tanto Doctore: quæ gloriatio restorebat ipso Apostolo iterum redeunte ad illos, quod creditur factum. Nam post biennium quo Romæ egit, recessit inde, & multas uisitauit ecclesias. Creditur etiam Hispaniam peragrassè. Certum esse per hæc uerba debet, illum ecclesias Asiæ denuò repetiuisse. Quod autem promittit se iterum illos inuisurum, continet illa tacitè cõiuncta admonitione, quæ sequitur.

Tantum dignè euangelio CHRISTI conuersumini, ut siue cum uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritui unanimes, collaborantes fidei

In hereticos posse impleri mandata negantes.

Contra negantes merita.

In Pelagianos.

fidei euangelii. Et in nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Et hoc à Deo: Quia uobis donatum est pro CHRISTO, non solum ut in eum credatis, sed ut etiã pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

Tantum dignè euangelio CHRISTI conuersumini. Hoc iugulat eos qui negant posse nos dignè conuersari, ut euangelium requirit: sed satis esse credere. Sed hoc non satis est Apostolo qui ait: Ut siue cum uenero, & uidero uos, siue absens, audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euangelij. Significantius græcè legitur; concertantes: quia militia quædam est uita Christiani hominis super terram. Concertat autem fidei, id est, simul cum fide euangelij, qui fide munitus quasi cum illa certans, Diabolo, & mundo insultanti resistit. Aut qui pro ipsa euangelij fide sustinet omnia, si sit opus, etiam quæcunque extrema. Et in nullo terreamini ab aduersariis. Istud præstat fides, & spes æternorum cum charitate. Si enim non adsit charitas, quid faciet fides, aut spes, quæ uana esset: Quæ illis est causa perditionis: uobis autem salutis. Verissimè est hoc. Nam ut aduersari euangelio est causa perditionis meritorie: sic econuerso, est meritorie causa salutis ipsi qui sustinent. Hæc pòderent heretici, qui tanta contentione merita ad salutem auersantur. Græcè tamè legitur; Quæ illis quidem est ostensio perditionis: uobis autem salutis. Et hoc item uerum est: quia ex causa ostenditur effectus. Valeret enim argumentum. Ille fidem persequitur: ergo peribit. Sustinet ille pro fide: ergo regnabit. Et hoc à Deo. Quid est à Deo? Salus est à Deo. Item salutis meritum, quod est à constantia & patientia uestra, à Deo est: cuius subdit rationem.

Quia uobis donatum est pro CHRISTO non solum ut in eum credatis, sed ut etiã pro illo patiamini. Audiãt Pelagiani ac Pharisæi quæ ab eis suas uires, & in semetipsis cõfidebant. Ecce totum ex dono est, & quod credamus, & quod sustineamus, & consequenter quod præmia consequamur æterna. Qui ergo gloriatur, in Domino gloriatur. Eleganter hoc in loco B. Io. Chrysostomus in hunc modum scribit. Mentem ipsorum ad modestiam instruit, dum omnia Deo ascribens, gratiam & gratuitum donum esse dicit pati pro CHRISTO, ac maioris admirationis quàm sit mortuos suscitare, & signa miranda patrare. Nam illuc quidem debitor sum: hic autem debitorem mihi acquirero. O rem admirandam, largitur ille, & debitor mihi obstringitur. Addit etiã idem Doctor egregie: Hoc donum Dei quo efficitur ut pro illo patiar, non esse totum Dei, sicut alia dona. Est enim in eo aliquid nostrum, qui ex uoluntate liberè patimur. Verum totum illi ascribitur, cum potior pars eius sit, & ut nos ad modestiam instruat. Idem certamen habentes quod uidistis in me, & nunc audistis, siue audistis, de me. Verum est uerum

bum illud; Omnes qui pie uiuere uolunt in CHRISTO IESU, persecutionem patientur. Viderant admirabile B. Pauli certamen Philippenses, quod describitur ex Act. cap. 16. Et tunc aliud iterum audiebant nouum, cum esset in uinculis, ex persecutione Iudæorum perpetuò illum & ubique infestantium.

## CAP. II.



QUA ERGO CONSOLATIO IN CHRISTO, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis: implete gaudium meum, ut idem sapia

tis, eandem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum.

Hoc enim sentite in uobis, quod & in CHRISTO IESU, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æquale Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine, IESU, omne genua flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus IESVS CHRISTVS in gloria est Dei Patris.



Iqua ergo consolatio, &c. Magna profectò est obsecrationis huius Apostolicæ in his uerbis uis & grauitas, & admirabilis ipsi qui diligunt, & quorum conuersatio seu patria in cælis est. In Filium enim omnis paternus amor cõuertitur, & nullus à summo Patre respicitur, nisi agnoscatur in illo membrum eius. Hæc cõsolatio est afflictorum maxima: nec ulla potest esse alia tã uera & efficax, quàm quæ est in CHRISTO: quoniam est euidenter æternæ salutis ostensio. Quicumque enim in hac uita compatitur, in futura cum illo glorificabitur. At hanc cõsolationem nullus potest habere, si nullus potest habere certitudinem suæ gratiæ. Cum uerò Sancti omnes in hac uita illiusmodi consolationibus participantur, sequitur illos absque dubitatione habere signum diuinæ erga se dilectionis.

Si quod solatium charitatis. Interpres idem græcum uerbum, ἀγάπη, significans dilectionem, modo dilectionem modo charitatem reddit. Ego uerò maluissimè, unam eandem uocem nobis perpetuò reddidisset. Charitas, qua nos inuicem in CHRISTO diligimus, idem

GG in eundem

idem habet magnum solatium. *Si qua societas*, siue cōmunio, *Spiritus*. Hic unus ex articulis fidei; Sanctorum cōmunio; quam exigit & facit charitas. Quod enī de amicis dici solet, Amicorum omnia cōmunia, ut quæ unus habet, singuli habeant; longè est in his uerius, quos perfectum charitatis glutinum & spiritus copulauit, inter quos dum membrum unum gaudet, etiam congaudet aliud membrum. Idem accidit si luceat, aut tristetur: quia omnes propter eundem spiritum, unum sumus, uel unus, idest, unum corpus, una persona, cuius caput est CHRISTVS.

*Si qua uiscera miseracionis.* Græcè; si quis uiscera & miseraciones; quæ sanè lectio duriuscula est. Significat autem: Si quis est qui tali ac tanto teneatur affectu, ut uiscera & miseraciones dici possit. Aut si quis est, in quo uiscera & miseraciones locum habeant. Per uiscera teneritudinem illam charitatis significari non est dubiū, unde miseraciones quæ sunt effectus misericordiae, quasi è uisceribus effluunt.

*Implete gaudium meum*, quod de uestra conuersione concepi. Et modum explicat quo implebitur. *Vt idem sapiatis*, siue sentiat, hoc est, In dogmatibus fidei non sit ulla inter uos dissensio. *Eandem charitatem habentes*. Vt in idem uestra feratur dilectio, ne sit scissio inter eiusdem corporis membra. Nam si quis amauerit gloriam Dei, alius gloriam propriam, non poterit coalescere in huiusmodi mutuo amor, ubi singuli discrepabunt. *Vnanimis, id ipsum* (pro idem) *sentientes*. Exponit fundamentum, ex quo eadē conflatur charitas. Et hoc est, unanimiter idem sentire, quasi uno animo idem probare ut uerū bonum. *Nihil per contentionem, aut per inanem gloriam, subaudi facientes.* Etenim contentiones ab appetitū inanis gloriæ promanant, qua quis uideri uult superexcellere ingenio aut doctrina, cuius morbi antidotum subiungit: *Sed in humilitate*, idest, per humilitatem. *Superiores sibi inuicem arbitantes.* Sensus est per se clarus, quæ & græca lectio lucidius adhuc exprimit, quæ sic habet.

*Qua rōne debeat quis omnibus inferiorē se estimare.*

*Sed in humilitate alij alios sibi inuicem superiores existimantes.* Mouebitur tamen aliquis, & dicet. Qui possum ego superiorem illum existimare, quem oibus modis inferiorem me esse certō scio, tum eruditione & doctrina, qua citra ullam dubitationem illum supero: tum probis moribus, cum ipse flagitiosus sit et perditus omnium iudicio, & factis ipsis nimium patētib; An Apostolus uult nos esse insensatos, ut quæ perspicuē noscimus, stupida simplicitate non noscamus? Respondeo, Non est istius modi B. Pauli mens: sed longè altius ista, quā tu ipse, considerat. Audi ergo ipsum B. Paulum, hoc ipsum continuō declarantem, ait enim.

*Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quisque quæ aliorum.* Subaudi sunt. Attende lectōr! Vult Apostolus manifestè nos non intellexisse sic existimare, sed facto ipso & ope, ut quāto quis maior sit, tantō magis seipsum summissius gerat ac deprimat propter proximum,

idest, ita se componat seruiendo ac ministrando, ut minorem se esse ostendat. Hanc compositionem perficit charitas atque humilitas simul, quæ nihil aduersus ueritatem molitur. Sed audi modū: Nunquid rectè diceremus ipsum CHRISTVM ita uerè de se sensisse, ut existimaret ullā sibi creaturam superiorem? Absit: Ipse uerè sciebat quisnam esset. Et tamen hoc pacto, iuxta sensum quem ex B. Paulo uolumus colligi, ut placeret Deo, se eouiscq; demisit atque summisit, ut ea omnia faceret propter nos, quæ solent qui minores sunt maioribus exhibere. Ecce ipsemet prius hoc præceptum tradens dixit. Qui maior est uestrū, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Ecce quomodo ipse CRISTVS Dominus propter excellentissimam humilitatem suā & charitatem, superiores ceteros arbitratus est, non intellectus assensu, sed ipso facto præcingens se, seruiens & ministrans illis.

Non ergo docet nos Apostolus ut ignoremus scientiam, aut uirtutes si quæ fortè nobis, quibus alijs præcellimus, insint, dicamusq; alios nobis præcellere, quos uerè constat & fidei testimonio non præcellere: Tantum uult ut cum omni præcellentia nostra (quā tamen à Deo habemus) perinde nos geramus per humilitatem & charitatem erga proximos, ac si uerè illi superiores essent. Imò uerò ea consideratione secundum regulam spiritus reuera superiores existunt: quia dum illis seruiamus, non illis seruiamus, sed CHRISTO, quem in illis recognoscimus, qui proculdubio maior est omnibus. Cur ille (quæso) ministrat nobis, & illo se pacto reddidit in terris, minorem, nisi quia respexit in nobis Patrem, quem agnouit maiorem se, qua parte homo erat, & seruus ipsius: Ipse Pater de illo: Ecce, inquit, seruus meus suscipiam illum. Aut ut quidam significanter exprimunt, nitar in illo: Electus meus, in quo sibi cōplacuit anima mea.

Mitto hinc deceptiones quibus inuoluuntur multi, qui se præstantiores esse ceteris arbitrantur. Quidam enim in scientia innituntur quæ inflat, & qua non placemus Deo. Sola charitas est qua placemus illi. Quis autem metiri ausit uel suam, uel alterius charitatem? Præterea cum uerè quis rātus sit, quantus est coram Deo, quis seipsum omnino nouit? Et quis etiam alterius causam, qualis sit coram Deo, diiudicare potest? Persequebatur Paulus ecclesiam, qui uel eo tempore diligebat hoc modo à Deo. Etenim Deus non tam respiciebat quæ ille admittebat, quàm quod eidem conseruabat propter prædestinationem. Quamobrem ab hoc iudicio debet homo abstinere, cum sit periculosissimum et solius Dei, cuius expectanda est aperta & firma sententia: tunc uerè apparebit quis sit inferior, & quis superior. Hæc quæ prædiximus ipse B. Paulus in typo ipsius CHRISTI quem mox subiunxit manifestissimè declarat.

Luc. 22.

Ipsa 42.

Hoc tamen in loco monendus est lector, ne ob quorundam manifestè falsam & insanam doctrinam decipiatur, qui ad superandam omnino superbiam opus esse asserunt ut quis credat, & ut certissimum sibi constituat, se non solum esse reuera omnium scelestissimum, sed esse propriè causam omnium scelerum, quæ commissa sunt ab initio mundi etiam ab ipsis Dæmonibus, & quæ præterea committentur usq; ad extremum iudicii diem. Hoc uerò tantum paradoxum, indignū est ut rationibus refellatur, cum seipsum sua absurditate, quam præ se fert, ostendet abundè atq; damnet. Sed prosequamur typum nobis ab Apostolo in CHRISTO propositum, ait.

*Hoc enim sentite in uobis quod et in CHRISTO IESU.* Tanta est in his paucis uerbis doctrina, ut ea satis sint ad perficiendum hominem, si in suū usum & praxim redigeret. *Hoc enim sentite in uobis.* Græcè, sentiat: & subintelligitur, quisq; eundem autem sensum porrigit, nimirum; *Quisque in uobis*, idest, quisq; uestrum; *sentiat*; id uidelicet in semetipso; *quod in CHRISTO IESU*; subaudi fuit, aut sentit, siue sentire debet. Quidnam est autem istud quod sentire debet homo in CHRISTO IESU, aut de illo? nempe. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit etc.* Quam huic sententiæ intelligentiā dederint alij communiter, cū sit iam uulgare, non commemorabo. Quæ manifestè cōfundit Arrianos. Mihi tamen (ut uerum ingenuè fatear) non facit satis: quoniam minus ad rem propositā facere uidetur. Datur enim alius sensus qui itidem Arrianos iugulat, & mihi uehementer probatur, ut potè qui ad mentem ipsius Apostoli maxime quadret.

Pro cuius faciliori intelligentiā cogitandum est, CHRISTI formam, quæ dicitur forma Dei & forma serui, non accipi secundum eam partē qua erat Deus, sed secundum humanitatē assumptam, quæ modo Dei formam, modo serui exprimit. In Dei forma dicitur nunc esse CHRISTVS: quoniam uestem humanitatis quam induit, habet nunc sicut decet Deum gloriosam. Et in hoc habitu & hac forma uiderunt eum tres illi præclari discipuli transfiguratum in monte sancto: Propter quod ait Dilectus: Et uidimus gloriā eius, gloriā quasi Unigeniti. In forma autē serui fuit, cum hanc nostram carnem sumpsit ab initio mortalem, corruptibilem, & expositā cūctis huius uitæ necessitatibus ac miseris. Hoc igitur sumpto, patere incipit Apostoli doctrinā de CHRISTO dicentis. Qui cum in forma Dei esset, uidelicet secundum decretum Patris: quia in hoc erat prædestinatus, ut ueniret gloriosus in gloriā nostram, secundum quam formam apparebat (sicut & erat) æqualis Patri, nisi peccatum intercessisset. Ipse tamen CHRISTVS non arbitratus est hanc rapinam, hoc est, summisit uoluntatem suam Patris uoluntati, qui uoluit ut ad modicum deponeret illas gloriæ suæ sibi debite uestes, & ira deponeret quodam modo illam æqualitatem, idest, habitum quo illa æqualitas

indicabatur. Nam si aliter fecisset, non conuenienter exsoluisset quæ nos rapuimus. Et tamen ipse dixit: Quæ non rapui, tunc exsoluebā. Quid est quod rapuimus nos, nisi diuinitatem quā Diabolo excitante patres nostri concupierunt? Et hanc ipse se exsoluisse ait Dominus, & nō rapuisse. Verè non rapuit, qui habuit eam summo Dei dono & gratia. Et uerè hanc persoluit, quando (ut iam diximus) illam quodam modo secundū uestem deposuit, & indigno uestimento carnis nostræ contexit, cuncta extrema perpeffus dum illum persequebatur eius inimici iniuste, & usq; ad infamiam crucis adegerunt. Hoc igitur pacto non rapuit, quin potius exsoluit eam pro nobis. Vt enim nos non habentes diuinitatem, & contra Dei uoluntatem concupiscentes, illam rapuimus: sic ille cum haberet, & quodammodo deposuerit, non solum eam non rapuit, sed eam propter nos impendit, quam tamen postmodo recuperauit: quia promeruit, ut eleganter Dilectus dixit: Dignus est Agnus qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Nam hæc omnia propter nos dimisit ipse factus infirmus, & insipiens, & imbecillus & inhonoratus, & inglorius. Et hoc est, quod ait Apostolus. Non est arbitratus hanc rapinam se esse æqualem. Fuisset enim rapina, si suimet gratia se ostentasset Deum, & uoluisset in illis uestibus sese manifestare, qui habuisset præceptum à Patre, in opus redemptionis nostræ, quæ hanc illius humilitatem requirebat: ut sicut nos optantes quod non erat nostrum, amissimus omne donum: ita ille quod erat suum quodammodo abiiciens, & pro nobis exsolueret, & seipsum clarificaret in summum. Quod amplius declarans Apostolus ait:

*Sed exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* Exutus enim est forma Dei: quod fuit seipsum exinaniere propriè, ut est declaratum. *In similitudinem hominū factus.* Non qui uerè nō esset homo, si consideretur natura quæ à Deo fuit, & mansit in homine etiam peccatore: sed quod non erat homo secundum naturam, quam homo ex peccato contraxit, sed similis homini secundum infirmitatem, & corruptibilitatem, & passiones, quibus propter peccatum subiectus est homo. *Et habitu inuentus ut homo*, idest, ut peccator similis nobis. Sic enim debuit nobis assimilari, ut nos in statum nostrum hac sua deiectione restitueret, qui per superbiam uolentes illi similes fieri, statum nostrum perdidimus. Sic per ea quæ peccauimus, conuerso modo, saluati sumus. Nos existēs in honore, sed non contenti nostra sorte, similes Deo esse uoluimus, & cecidimus, & facti sumus iumentis insipientibus similes. Ille autem cū similis esset Altissimo, similem se nobis faciens diluit peccatum nostrū: & hac uia semetipsum ex-rulit supra modum, ut mox dicet.

*Humiliauit semetipsum.* Multi humiliantur ab alijs, sed non humiliant semetipsos. Tales sunt Dæmones, & qui inuiti atq; nolentes succumbunt potentioribus. Verū Dominus noster semetipsum humiliavit

Psal. 63.

Apo. 5.

humiliauit uolens: imò etiam desideras facere uoluntatem Patris. *Factus obediens usque ad mortem, inclusive: quoniam ille nullo modo debebat mori, utpote qui esset à peccato immunis. Accepit uerò mandatum mortis, ut ipse dixit. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc. Ac si dixerit manifestius: Eamus ad mortem, & ego ero primus. Mortem autem crucis, Infamem, plenam doloribus, & latronibus ipsis conueniētem: quales eramus omnes nos qui rapuimus, sed ipse pro nobis exsoluit.*

*Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Hoc est illud nomen: IESVS; quod significat Saluatorem. Hoc nomen in absoluta significatione, in qua illud capere oportet, diuinum est, hoc est, nulli in ueritate conueniens nisi Deo soli. Hoc tamen nomen lucratum est CHRISTVS per agonem suum, & mortis celeberrimum triumphum, ita ut in nomine IESVS omne genu flectatur, uel se flectat, caelestium, terrestrium, & infernorum. Sed quinam sunt caelestes isti, nisi spiritus illi Angeli beati, quorum patria caelum est: Ipsi enim in caelo & simul cum ipso caelo sunt conditi ante omnem diem. Et ipsi in hoc nomine; IESVS; tenentur genuflectere: tū quia, ut communis sententia est, ipse IESVS est illorum Dominus: Tum uerò quia etiam Angeli (ut ego credo) suam salutem CHRISTO referunt acceptam. Ipsi namque ut scripturae sanctae uidentur non obscure porrigere, mandatum acceperunt ab initio de CHRISTO ut susciperent illum, & adorarent. Quicunque igitur obediētes fuerunt, in hoc nomine etiam genu flectunt: quia CHRISTVS est IESVS eorum. Et quicunque respuerunt eum, itidem genu flectunt: quoniam (quod pertinet ad Deum) ipsi quoque in hoc nomine saluati fuissent, si non recusassent.*

*Et omnis lingua confiteatur, tam angelica, quam humana: quod Dominus IESVS CHRISTVS (subaudi) est; id est, ipse absolute ac simpliciter est Dominus. Nec tamen propterea aufert suam Patri Dominationem, sed magis statuit. Quod enim IESVS sit Dominus, à Patre habet. Unde ait Apostolus. In gloriam Dei Patris, sic habet gratia lectio. Vulgata autem editio habet: In gloria est Dei Patris. Et sensus est clarus & uerus. Praefendam tamen arbitror gratiam lectione, ut quae sensum subministrat longè elegantior. Quod scilicet omnis lingua confiteri debet IESVM absolute Dominum, Hoc autem in gloriam Dei Patris, unde origo est & principium omnis principatus, & dominationis, & potestatis.*

Itaque charissimi mei, sicut semper obediētis, non ut in praesentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, Cum metu & tremore, uestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere, pro bona uoluntate. Om-

nia autem facite sine murmurationibus & haesitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauae & peruersae, inter quos lucentis sicut luminaria in mundo, uerbum uitae continētes ad gloriam meam in die CHRISTI: quia non in uacuum cucurri, neque in uacuum laboraui. Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei uestrae, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Id ipsum autem & uos gaudete, & congratulamini mihi.

Quod legimus: *charissimi mei*; Graecè legitur, ἀγαπῶτός μου, id est, dilecti mei. B. Hieronymus tamen plus aliquid significare ait uocem hanc gratiam, quam dilecti; & includere meritum dilectionis, eò quod sint insuper diligibiles, non solum dilecti. *Sicut semper obediētis non ut in praesentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum timore ac tremore uestram salutem operamini.* Magna in praeccepto hoc concluditur doctrina ad uitam recte ac sancte degendam. Inuitat illos primum ut operentur sibi suam salutem. Quid hic mutire illi possunt, qui negant liberum arbitrium, & opera bona esse nostra: aut nos posse bonum ullum operari, sed sine nobis omnia agere Deum in nobis? Si nihil operamur, sed solum habemus nos passiuè excipientes in nobis Dei operationem: aut si sumus uelut insensata instrumenta, cur praecipitur nobis ut operemur? Sed haec haereticorum amentium est penitus: & tanta, in qua defendenda nemo queat consistere, quando sibi etiam aduersetur, dicendo multa, & opere & faciendo, quae oppositam ueritatem perspicue supponunt.

Secundò, modum operandi exponit Apostolus, nimirum; *cum timore ac tremore*; Timor est malorum futurorum, & ad animum pertinet: Tremor ad corpus. Porro cum innumera sint mala quae possunt hominibus obuēire, uidentum est de quibus malis hoc praecceptum intelligatur. Primum sunt mala quae à mundo nobis inferri possunt, id est, à mundanis hominibus, qualis est mors, exilium, proscriptiones, bonorum direptiones, infamia, carceres, & alia huiusmodi. Verum haec timenda non sunt, nisi quatenus à Deo ueniunt ob culpas & peccata nostra. Iussit enim Dominus in euangelio ne haec timeremus. Est aliud malum quod ab ipso Deo potest nobis inferri non tantum in hoc saeculo, uerum etiā in futuro: & hoc maxime timendum est. Unde Dominus de malis à mundo, inquit. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Et de malis poenarum & supplicij cōfestim subditur: Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in geennam. Vnum autem malum est, & omnium malorum pessimum, & illud est peccare: quia est contra Dei mandatum. Istud est uerè summum malum & summè timendum. Alia mala propter hoc timenda sunt, à quo trahunt originem. Hunc timorem exigit

B. Paulus

B. Paulus à nobis quod uirtute est & charitate. Alij omnes timores natura proficiscuntur, & possunt esse mali. Certè semper sunt mali timores, si hunc timorem peccandi non habeat comitem, sed excludant. Hic timor est qui seruat hominem à peccato immunè. Id eò B. Paulus aliàs monebat: Tu qui stas, uide me cadas. Vbi deest hic timor, cessat oratio: cessante oratione homo mittitur in tentationem. Deus autem merito deserit non timētem, sed superbè in seipso confidentem, aut stultè confidentem in sola fide. At derelictus à Deo, non potest non succumbere tentationi. Hac succubuit Petrus incauta audacia, qui cōfusus est in seipso.

Rom. 11.

Cōtra confidentem in se ipso.

Cōtra hereticos pro bonis operibus.

104. 16.

In sana heresi Luth. in liberij arbitrium.

Hoc igitur loco oppugnatur illa nimia haereticorum confidentia, qua abijciunt hunc sanctum offensae Dei timorem. Illi enim in sola fide innitentes, & in ea libertate qua confidunt se liberos ab omnibus praecceptis legis, non possunt uenire in hunc timorem. Vbi lex non est, nec praeruaricatio est: quanquam nec in hac positione constantes sunt, nec quidem esse possunt, tam est absurda, & ita pugnat cum ratione. Id uel ipsemet Lutherus saepenumero fatetur in suis commentarijs ad Galatas. Hoc item in loco probatur contra negantes, Nos esse nostrae salutis operarios, si cut alibi Dominus dixit: Operamini uobis cibum qui non perit. Hinc rectè elicitur meritum rationis. Certum est enim opera nostra non posse nobis, in uinea ad laborandum conductis, parere salutem, quae est in manu Dei, nisi per uiam meriti.

Sed reperiuntur qui ad hoc respondēt, aīetes ab ipsomet Apostolo sententiā declaratam, qui subdidit. *Deus est enim qui operatur in uobis & uelle, & perficere, pro bona uoluntate.* Ecce, inquit, quomodo mereris tu pro eo quod facit Dominus? Si enim Dominus operatur in me illud uelle, & illud perficere, qua fronte tu & unde merita tua singis? Audi & tu bone uir. Dic, rogo, nobis econtrariò. Si Deus solus operatur in nobis uelle & perficere: quid est ergo quod B. Paulus iubet ut operemur? An forte corrigit dictū suū per hoc quod subiunxit: Deus operatur? Absit. Etenim nec uerba fauent, nec umbra ueritatis ulla apparet. Operamur ergo salutem nostram nos, uolendo & faciendo quae sunt nobis praeccepta: quanquam Deus operetur in nobis & uelle & perficere, hoc est, quanquam ipse Deus operetur ut uelimus illuminando, mouendo, trahendo suauiter. Nos tamē sumus qui uolumus, cum possemus plerumque non uelle. Nam esse reuera multos qui nolint & recusent, manifestum est. Unde per Ezechielem ait Dominus: Facite uobis cor nouum, & spiritum nouum. Et nos sumus qui facimus & perficimus, sed Deo ipso cooperante & adiuuante tum per gratiam ipsam internam, quam donauit: tum etiam per externa multa auxilia. Et sic ipse operatur ut nos operemur. Hoc per eundem prophetam dixit: Et auferam cor lapideum de carne uestra: & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in praecceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiamus & operemini. Vide igitur quomodo Deus opere-

Ezech. 18.

Ibid. 36.

Matth. 10.

De timore christiano.

tur in nobis, ut tamen & nos pariter operemur. Operatur enim aliquid ille in nobis sine nobis, ut cum uocat, cum excitat. Nos autem sine illo & gratia eius siue interna, siue externa nihil penitus. Oportet enim eum concurrere saltem generali auxilio: sed ad opus uerè bonum etiam auxilio speciali, de meritorio nemo dubitat. Apostolus, Deus (inquit) est qui operatur & uelle & perficere pro bona uoluntate: Ac si dixerit. Nemo extollatur, nemo inflatur, sed timeat: quoniam non est ipse per se potens, sed à Deo habet non solum ut ualeat operari, uerum etiam ut operetur praeuente gratia & concomitante. Deus autem superbis, & de se superba praesumentibus resistit, qui contra humilibus dat gratiam.

Hic tamē Bullingerus ait. Significatur ergo quod uelle & perficere nobis à Deo donentur pura Dei gratia, & nullo nostro merito. Non enim nos illum dileximus, sed ille nos dilexit prior, & tradidit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris: haec ille. Tu uerò acutè lector attende & distingue. Verum est enim nos primam gratiam nullo nostro opere promereri posse. At postquam illam iam merè gratis obtinuimus, mereri possumus eius augmentum, & operum, quae cum illa nobis donata gratia fecerimus, mercedem. Vide ergo ne decipiaris. Posteriora enim illius uerba inania prorsus sunt aduersum nos, qui insolentissimè addit. Miror autem quid ad haec respondere possint, qui sua uendunt merita. Tametsi enim mercedis & meriti uoces reperiuntur in scriptoribus classicis, attamen ipsum meritum nostrum gratia est. Quid enim habemus quod non acceperimus? Quod si omnia à Deo bona accepimus, quid gloriamur de quibusdam quasi nostris? Si à Deo illa non sunt, sed à nobis, certè bona non sunt. Si mala sunt, nullum ipsis debetur praemium, nisi execratio. Haec uerò est egregium illud meritum de quo gloriantur, qui sine Deo uires humanas praedicant. Haec istius uerba quae nihil contra nos. Non enim meritum nostrum tollunt, imò statuunt, cum dicant uenire à Deo, & Dei gratia. Hoc & nos dicimus. Cur igitur nostat opere auerantur, qui merita ex gratia Dei facta, ad gratiae commendationem praedicant, nisi quod ipsi inconstanter & confusè loquuntur: quasi homo in CHRISTO, adhuc peccator inueniatur. At hoc Apostolicæ aduersatur doctrinae, ut superius ad Galatas copiosè annotauimus loco suo. Sed ad rem nostram.

*Pro bona uoluntate.* Sensus est, Deum pro sua bona uoluntate, id est, gratiosa uoluntate, operari in nobis & uelle & perficere. Ipse enim nulli tenetur obligatus. Et dum meritum constituit, gratiosè illud constituit. Meritum enim nostrum tale est, ut eius gratiae non praedicit, cum ipsius meriti radix sit gratia. Nam sua se sponte debitorem gratiosè constituit, ut cum merito uiuat gratia, & per gratiam uiuat meritum ad gloriam. *Sine murmurationibus & haesitationibus:* melius, discipationibus. Murmuratio in eam significationem, qua accipitur frequenter in ipsa scriptura, iniusta



Exod. 17.

Matth. 5.

Ibid. 5.

Rom. 2.

Dan. 12.

est iniusta, & priuatum hanc illam effusa querela contra superiores, quae non secus Deo displicet, ac si directè in ipsum fieret. Moses increpabat populum. Quid obiurgamini, ait, contra me? Cur tentatis Dominum? Prohibet autem discrepationes, quia aduersantur paci. *Vt sitis sine querela.* Ille enim sine querela est, qui nihil mali agit, & mala sustinet patienter; *Et simplices;* siue synceri, non duplices animo; *Filij Dei;* hoc est, pacifici & benefici erga omnes sicut dixit Dominus Beati pacifici: quoniam filij Dei uocabuntur. *Sine reprehensione,* siue irreprehensibiles; *In medio nationis prauae ac puerse.* Nam quanto hoc difficilius, tanto admirabilius, & praeclearius. Vnde ait. *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,* hoc est, in tenebris. Etenim mundus ipse nisi illustraretur lumine, tenebris est per se ipsum oppletus. *Verbum uita continentis.* Hic est CHRISTVS lux mundi, quo autore & largitore prodeunt opera egregie illustrata. Qui uero in se lucem continet, opera ipsius lucis operatur tanquam filius lucis. *Ad gloriam meam in diem CHRISTI.* Expectabam dictum iri ab Apostolo, eo modo quo Dominus dixit. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent (inquit) Patrem uestrum qui in caelis est. Dicit autem; *ad gloriam meam;* Querebat ergo gloriam suam B. Paulus? At hoc uiruperat Dominus. Respondeo: iam de gloria Dei frequentissime mentionem fecerat, quae erat omnium finis: hic tantum gloriam suam quaerit non in hoc mundo, sed in die CHRISTI. Hanc nobis omnes quaerere ex benefactis deberemus. Nam ad Rom. de retributione in illa die, ait. Qui reddet unicuique iuxta opera sua: ihs quidem qui per patientiam boni operis gloriam, honorem, & incorruptionem quaerunt, uitam aeternam. Notandum interim hoc in loco, quam magni sunt coram Domino futuri, qui alios instruxerint. Hoc pollicitus est ipse Dominus. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Et apud Daniele. Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates: quod post gloriam Dei ualde est in Domino concupiscendum, atque persanctè emulandum.

*Quia non in uacuum cucurri, neque in uacuum laboraui.* Vbi etiam illud considerare debemus, quod licet omnino B. Paulus de suo cursu & labore esset remunerandus, tamen in uacuum quantum ad duritiam audientium attinet, cucurrisset ac laborasset, sit tamen aliqua gloriae maioris accessio, cum effectum suum consequitur labor & cursus, qui in die CHRISTI coram omnibus apparebit. Non enim usque ad illum diem erit definitum, quot animabus ad salutem profuerit. Eadem ratione de flagitiosis hominibus, & haereticis in primis statuendum, qui ante illum diem non sunt habitu sui integritatis suorum pestiferorum dogmatum supplicium aeternum. Nam omnia damna ac detrimenta quae propter illos patitur & patietur ecclesia, in eos reuoluentur, quorum luent poenas in aeternis uinculis ac cruciatibus. *Sed et si emulor.* Vicio scriptorum, non ipsius interpretis, reponitur

fitum est; *emulor;* loco; *immolor;* Super sacrificium & obsequium fidei uestrae. Graecè, super hostia, siue oblatione fidei uestrae; *Gaudeo & gratulor omnibus uobis,* sensus est: Beatus Paulus hoc suum ministerium praedicationis per, quae acquisiuit multas gentes CHRISTO, & inter illas praecipue Philipenses qui crediderunt in eum, uocat liturgiam quamdam, id est, oblationem & sacrificium. Sacrauit enim illos & obtulit Deo, & uocauit oblationem & sacrificium fidei: quia per fidem mundificati sunt & sacrati Deo nostro. Et addit. Quod si propter hoc, aut super hoc sacrificio etiam immolor, id est, mortem oppeto & occubo, me ipsum Deo offerens & sacrificans in martyrio, *Gaudeo & congratulor omnibus uobis:* quia propter uestram fidem immolabor. *Id ipsum & autem & uos gaudeo, & congratulamini mihi.* Vt gaudium plenum sit: quod tunc perficitur, cum gratulatio mutua est, & causa laetitiae & gratulationis digna adiungitur.

Spero autem in Domino IESV, Timotheum me citò mittere ad uos: ut & ego bono animo sim cognitis quae circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. Omnes enim quae sua sunt, quaerunt: non quae sunt IESV CHRISTI. Experimentum autem eius cognoscite: quia sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad uos, mox ut uidero quae circa me sunt. Confido autem in Domino, quoniam & ipse ueniam ad uos citò. Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, uestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meae, mittere ad uos: quoniam quidem omnes uos desiderabat, & mortuus erat propterea quod aueratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est eius. Non solum autem eius, uerum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinatius ergo misi illum, ut uiso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus CHRISTI usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium.

Facilis est textus. Hoc notandum, ad maximam Timothei laudem pertinere, cui reddit testimonium Apostolus, neminem se habuisse tam unanimem ad opus euangelij exercendum, & ita erga Philipenses sollicitum: & addit rationem.

*Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae IESV CHRISTI.* Mirum tanti uiri de his qui secum erant testimonium. Id forte eo tempore accidebat, quum

## CAP. III.



DE CAETERO FRATRES mei, gaudete in Domino. Eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium. Videte canes, uidete malos operarios, uidete concissionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruiamus Deo: & gloriamur in CHRISTO IESV, & non in carne fiduciam habentes: quamquam & ego habeam confidentiam in carne. Siquis alius uidetur confidere in carne, ego magis, circuncisus octaua die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Phariseus, secundum emulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam quae in lege est, conuersatus sine querela.



Beatus Paulus haec uerba pertinet ad superius caput. Et hinc incipere debuit caput tertium. *Eadem uobis scribere, mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium.* Graecè *ὁσφάλης*, id est, tutum & necessarium ad cauendum. Hic locus aduersus eos facit, qui ita delicatas habent aures, ut sit illis graue uel ea audire, uel ea repetere, quae semel aut etiam iterum dicta fuerunt. At cum necessitas & salutis lucrum compellit, opportunum est citra ullum tedium seu fastidium imò cum aliqua auiditate, capere uel laudare, uel audiendi curam uel decies repetitam.

*Videte canes.* Quod ait; *Videte;* positum est pro cauete. Monet enim ut uideant ad cauendum. Canes autem uocat hic Iudaeos pseudoapostolos, quos excitauit Diabolus contra CHRISTVM, sub eius tamen ficto pallio incedentes. Quare autem canes, nisi quia quod in CHRISTO erat sanctificatum, pollutum faciebant? Aut enim reuertebantur ad uomitum sicut canes, recedentes a sancto, quod semel receperant, mandato: Aut detrahebant ueritati, & hominibus ueritatem praedicantibus, ut erat B. Paulus, mordendo ac lacerando. *Videte malos operarios.* Mali operarij sunt, qui nedum ipsi non aedificant, sed et destruunt. *Videte concissionem,* id est, schisma & secessionem. Alludit ad uerterem circuncissionem, quae erat causa concissionis illius.

*Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruiamus Deo.* Diuersae sunt ex graecis codicibus lectiones. Alij qui legunt; *Spiritu seruiamus Deo;* quod significat Spiritum sanctum esse Deum. Alij legunt; *Spiritu Dei.* Alij; *Spiritu Deo seruiamus;* Quicquid sit, sensus est certus. Vera circuncisio, quae est circuncisio spiritualis, seruit Spiritui sancto Deo, & ipso Spiritu mouente qui est Spiritus Dei, seruit ipsi Deo.

Potes

2. Tim. 4.

Querere quae sua sunt.

quum uiri strenui non essent cum illo. Testatur enim ipse in sua prima defensione neminem sibi affuisse. Illud expositione dignum. Quidnam sit, quaerere quae sua sunt; Profecto non aliud quam diligenter curare propria, & nihil eorum quae sibi debentur praetermittere. Hoc autem nimium est & malum, cum propter propria, ea quae sunt IESV CHRISTI relinquuntur. Erit, exempli causa, subditus qui spernit Principem, aut Praesidem suum. Male facit, qui quod debet non impendit Principi, aut Praefuli suo. Indignatur ergo Princeps, aut Praefulus, & ea repetit quae sibi debentur, honorem, reuerentiam, obedientiam: haec enim quae sua sunt. Id autem non est iniurium, nisi simul dimittat aut postponat quae sunt CHRISTI: ut cum debetur Praefato, aut Principi honor, reuerentia, obediencia a subdito: Et ipse debet subdito clementiam, benignitatem, commiserationem. Haec quae debet subdito, debet IESV CHRISTO. Si igitur quaerit quae sua sunt, his omnibus quae sunt IESV CHRISTI, uitiosè agit. Et eodem uerso cum subditus a Praefato quaerit commiserationem, clementiam, benignitatem, & huiusmodi, non paratus reddere quae inuicem illi debet, quem loco CHRISTI obseruare tenetur, pariter uitiosè agit quaerens quae sua sunt, non quae IESV CHRISTI. Quam fronte exigit homo quae sua sunt, non reddens ipse, aut reddi non curans, quae sunt IESV CHRISTI. Quomodo uero istud obseruetur, meditentur quos hic sermo tangit. *Experimentum autem eius cognoscite:* quia sicut patri filius, aut ut in graeca lectione habetur, sicut cum patrefilius, mecum seruiuit in euangelio. Non dixit: mihi seruiuit; sed mecum: quia ambo serui IESV CHRISTI erant. Sed B. Paulus in eo negotio erat ut pater, instructor, atque admonitor illius. Caetera clara sunt: Vnum tantum aduerte, ubi legimus: *Quoniam & ipse ueniam ad uos citò;* Quidam legunt; ueniet; sed male & corruptè. Nam Apostolus de seipso loquitur, qui sperat se aliquando, si Domino ita placuerit, reuerturum ad illos.

*Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum &c.* Nulla apparet in littera difficultas, sed clara sunt omnia, ut expositione non egeant. Solum ex hoc loco admonendi sunt populi & congregationes, ut spectatos uiros Dei seruos, ministrosque uerbi & sacramentorum excipiant honorificè, & in pretio habeant, praesertim qui propter opus CHRISTI uitae dispendium minime curant, ut de hoc Epaphrodito testatur Apostolus nostrè. Traxat uero obiter quosdam qui negligentiores fuerunt in obsequio, seu officio pio erga seipsum: quorum negligentiam suppleuisset illum Epaphroditum testatur. Hoc uero tenetur hodie totus ferrè populus christianus, qui non aestimat laborem eorum qui in praedicationibus & sacramentorum ministrante assidue inseruiunt. Sed Deus ipse tandem aliquando seueriorem rationem istius ingrati animi exiger. Et eos qui laborauerint cum mulatissimo praemio in futura sempiterna quietate cum beatis illis angelicis Spiritibus donabit.

Potes tamen si legas: Spiritu Dei; uel de Spiritu qui est illa tertia persona intelligere, uel simpliciter de Deo, qui spiritus est. Per circumcisionem uero non intelligit carnalem illam, sed spirituale circumcisionem, quæ per Spiritum fit, idest, per infusionem gratiæ, qua aufertur peccatū, & redditur homo habilis & idoneus ad seruiendum Deo. Et quicumque tales sunt, uera circumcisio dicuntur, & semen Abrahæ. Scriptum est enim: Semen Abrahæ serui eius: Et gloriamur in CHRISTO IESU, non in Abraham & Mose. Nos enim per CHRISTVM accepimus spiritum, non autem per Abraham aut Mosen, qui & ipsi CHRISTI gratia egerunt. Hoc explicat subdens. Non in carne fiduciam habentes. Et ut fortius persuadeat, ostendit non se hæc repudiare tanquam ipse non posset confidere in carne, cum esset Iudæus. Verum loquatur ipsemet potius. Quamquam, inquit, & ego habeam confidentiam in carne, hoc est, Habeo multa, unde possem confidere in carne.

Si quis alius uideatur confidere in carne, ego magis, scilicet habeo ad confidendum. Et explicat rationes gloriationum; Circumcisus octauo die: iuxta præceptum Abrahæ datum, & secundum legem Moyses; Ex genere Israel; non profelytus. De tribu Benjamin, quæ nobilis erat & coniuncta Iudæ: & sancta ciuitas Ierusalem erat sub ea tribu. Nec solū hebræus ex patre, sed ex hebræis, idest, patre & matre. Secundum legem Phariseus: ut indicaret sectam pharisaicam secundum legem fuisse probatam. Secundum æmulationem, persequens ecclesiam. Vocat æmulationem illum zelum excitatum in illa generatione ex affectu carnis contra CHRISTVM & eius ecclesiam, alludens ad Agar & Ismael, qui contemebat Sara & Isaac. Figura enim erant illius persecutionis Iudæorum, quæ tunc uigebat aduersus ecclesiam: & hoc plurimū attinebat ad gloriationem carnis.

Secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Caue, lector, pures (licet aliqui ita exposuerint) B. Paulum asseuerare se omnino secundum legem fuisse conuersatum, qui contra legem persecutus erat CHRISTVM in ecclesia sua: sed hoc tantum uoluit significare, se non fuisse unquam sub ulla iudiciorum legalium querela. Non enim fuit accusatus furti, aut adulteri, seu cæterorum criminum quæ lege puniebantur. Contra autem, caue existimes (ut quidam tamen dixerunt) similiter dictum fuisse de parentibus Ioannis Baptistæ, de quibus ait B. Lucas: Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Nam B. Paulus hic non testificatur se iustum ante Deū, ut qui ambulasset in omnibus mandatis & iustificationibus Domini: Imò de se palam oppositum prædicauit. Et ad Ephesios se cum Gentibus componens, seruisse quoque cogitationibus carnis in suo Iudaismo confitetur.

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter CHRISTVM detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentū

esse propter eminentem scientiam IESV CHRISTI Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitrator ut sterco, ut CHRISTVM lucrificā: ut inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est CHRISTI IESV: quæ ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius configuratus morti eius: si quo modo occurrā ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Non quod iam acceperim, aut iā perfectus sim. Sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à CHRISTO IESU.

Sed quæ mihi fuerunt lucra etc. Lucra uocat illas carnis glorias. Sic enim illi uidebatur antequam lumen acciperet in baptismo. Nouit autem postmodo ea omnia esse detrimenta, & ita reuera iudicauit: quoniam illa erga carnem affectio aduersabatur CHRISTO, qui præferendus erat omnibus huius sæculi diuitijs & honoribus. Hoc latius explicat, aiens, Propter eminentem scientiam IESV CHRISTI Domini mei. Siue; propter eminentiam cognitionis Domini mei. Sensus est: In notitia quæ de CHRISTO habuit, cū etiam illi apparuerunt esse damna: quoniam obstabant acquisitioni regni Dei, quod est CHRISTVS. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitrator esse sterco, quæ putent naribus Angelorum & Sanctorū; ut CHRISTVM lucrificā. Si enim fallacem propter CHRISTVM istam mundi gloriam conculcauerimus, manebit nos uera & sempiterna cœli gloria. Ut inueniar in illo. Quicumque lucratur CHRISTVM, inuenitur in illo eius membrum, ut tandem regnet cum capite.

Non habens meam iustitiam quæ ex lege est etc. Hoc in loco triūphat & exultat magno uerborum apparatu hæreticorum oratio, ut quem iactitent aduersum nos ad stabiliendam illam, quam sibi finxerunt, Christianam iustitiam, non intelligentes, aut longè uerius intelligere nolentes, se uel ex hoc loco propriè confutari. Attende pie lector, ne fortè uideri possint aliquid ad suasionem dicere. Homo in primis qui inuenitur in CHRISTO ut membrum eius, consideratur factus & insitus in illo per coniunctionem & nexum spiritus. Oportet enim ex eius plenitudine accipere, ut quis inueniatur consors diuinæ naturæ. Consideremus ergo quid sit illud quod accipimus, & per quod inuenimur in illo: profectò non est aliud quam iustitia. Si enim iusti sumus coram Deo, filij Dei sumus, & hoc per ipsum. Verum cū duplex sit iustitia, Quædam quæ ex uiribus nostris & lege monstrante & cogente comparatur: Quædam uero non ex lege, sed ex fide, operæpretium est discutere, quænam harum nos coram Deo iustificet, ut CHRISTVM lucrificamus. Certè illa iustitia quæ

Locus in hæreticos quo tamen abutuntur in nos.

2. Petr. 1.

quæ est ex proprijs uiribus & ex lege, non iustificat: nec potest quidem iustificare coram Deo. Quamobrem? quia non est uera iustitia, sed apparatus. Cur non uera? Quoniam non renouat intus hominem, sed eundem finit esse qui prius erat, iniustum & peccatorem, hoc est, pronum ad omne malum. Et propterea non potest placere Deo, qui non uidet in eo insignia imaginis suæ: aut si illa quidem uidet, maculata ac fœdata uidet. Ob eam causam si quid facit homo in hoc statu secundum mandatum legis, non facit illud ex fide & charitate: sed uel ex timore, aut ex pudore & amore gloriæ mundi huius. Itaque non est uerè coram ipso Deo bonum, sed solū coram hominibus qui uident ea quæ apparent: quæ autem interna sunt, in ea penetrare non possunt. Igitur B. Paulus stoccificabat hanc humanam iustitiam, & eā quæ erat ex lege. Non habens meam iustitiam. Egregiè dixit meam: quæ ex uiribus nostris uerit. Et adiecit, quæ est ex lege: uidelicet minitante, aut etiam temporalia præmia pollicente.

Est ergo alia iustitia quæ ualet coram Deo: & hæc dicitur esse ex fide, utpote quæ per fidem comparatur. Hæc iustitia in corde nostro est, illi quæ inhæret, & mentem renouat: ad cuius aduentum recedit peccatum, idest, macula illa, quæ à peccato ex priuatione gratiæ ac iustitiæ resultat, & imaginem Dei uiuam & pulchram restituit. Hæc iustitia de super descendit: nec est aliud quæ eximium illud donum, quod tantopere extollit Apostolus & prædicat æmulādum, nempe charitas. Hæc est, quæ facit hominem approbare legem Dei, & condelectari in illa secundum interio rem hominem. Hæc facit hominem operari libenter, strenuè: non timore, non ad oculum, non ex pudore, aut gloriæ humanæ cupiditate more mercenariorum turpium, qui præferunt terrena cœlestibus. Hæc est illa iustitia quam B. Paulus habebat charissimā, & de qua gloriabatur in Domino. Vnde repudiata illa iustitia quam potest lex externa in nobis producere, quæ merito sterco cori comparatur & panno menstruatæ, addit.

Sed illam quæ ex fide est IESV CHRISTI. Non intelligas illam quæ est CHRISTI IESV, ut heretici intelligunt, sed illam quæ est ex fide CHRISTI IESV, idest, ex fide qua creditur in CHRISTVM IESVM uenit, & inserit in corde nostro, reputante Domino Deo illam credentis fidem ad iustitiam. Quæ ex Deo est, non humanis uiribus comparata, sed è cœlo ueniens, iustitia infusa. In fabulis quondam poetarum latebat nescio quid theologicæ ueritatis ex uetustis (ut facile crediderim) traditionibus profectū. Dicebant enim Astreā, idest, iustitiam è terris exulasse, & in cœlos euolasse. Verè exulauit, sed ab initio: quam iterum oportuit redire in terras, sicut ex prophetis apparet. Daniel dixit: Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populū tuū, & super urbem sanctam tuā, ut consumetur præuariatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Iustitiam in fide, idest, illam iustitiam, cuius funda

Dan. 9.

mentum & radix est fides. Nam sine fide iustitia illa esse non potest. Quod si quis dicat, quid hic agit ipsa fides? Respondet Apostolus, & ait.

Ad cognoscendum illum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius. Ecce quid operetur fides, quò incēdatur charitas, nempe notitiā CHRISTI. Quid est notitia CHRISTI, nisi notitia dilectionis diuinæ ac paternæ? Audi Dilecti testimonium. Sic Deus dilexit mundum, ait, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat uitam æternā. Quis tanta dilectione prouocatus non accendatur, si qua in eo fuerit charitatis scintilla? Et uirtutem resurrectionis eius: quæ patet nunc in suis effectibus. Fecit nos resurgere à peccato, ut possimus persuasam habere uirtutem eius perfectam. Nā & nos similiter resurgemus in corpore gloriosi, sicut iam resurreximus mente à morte peccati. Et societate passionū eius. Notitia societatis passionū, est notitia illa qua edocemur, Si cōpatiamur illi in hac uita, conglorificabimur in futura. Qui igitur habet hanc iustitiam in hac fide fundatā, iā conformatur & cōfiguratur ipsi CHRISTO in morte, qui innocens passus est: & ita oportuit fieri decreto Dei Patris, ut sit intraret in gloriā suam. Ait ergo B. Paulus se habere illam iustitiā & notitiā fidei, configuratus morti eius. O fœlicè configurationem, ex qua oritur illa perfecta resurrectio. Granum enim frumenti antequam fructū faciat, oportet in terram cadere & mori. Hic est fidelis ille sermo: & minime fallax ad consequendam ueram salutem doctrina, qua dilectum discipulum Thimotheū instruebat. Fidelis, ait, sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & corregebamur: si negauerimus et ille negabit nos. Non est enim dignus regnare cū capite, qui labores, afflictiones, opprobria, & mortem denique ipsam, si quando res fidei ita postulare, non uult perpeti cum capite. Hanc cōfigurationem rectissime omnes Sancti intellexerunt, & amauerunt, & ipso uite tenore in seipsis exprimere studiosissime sunt conati. Hanc hæretici non solum non æmulantur, sed delere falsis dogmatibus assidue nituntur: ut iam rarissima appareant inter Christianos CHRISTI uera membra. Sumus natura ad delicias propensissimi & uoluptates, quarum impetus & ueluti ignis dum rigore uitæ & penitentiae luctu deberet extingui, contra Lutherani exuscitant, & oleum peccatoris addentes impinguant caput præuaricantium. Non est uerorum Christianorum ista configuratio, sed eorum qui uolunt huic sæculo (quod uerbat Apostolus) conformari. Elegantissime à B. Bernardo & uerissime dictum est: & hoc in cordibus nostris insculpi deberet, & omnibus locis ad pietatem promouentibus literis aureis scribi: ait. Deuotissimus Abbas; NON DECET SVB CAPITATE SPINOSO MEMBRVM FIERI DELICATVM. O fœlicè, inquam, configuratio, nūquam gloriari, nisi in cruce domini nostri IESV CHRISTI. Hæc est quæ preparat hominem ad illā fiduciam quam Apostolus subiungit.

Ioan. 3.

Luc. 24.

Ioan. 12. 2. Tim. 2.

B. Bernardi au rea sententia.

Si quomodo occurrat ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Vtitur proprio uerbo; *occurram*; Illa siquidem die ueniet Sponsus & Sponsa, & nos oportebit oēs p̄dire illi obuiā. Quod uerò ait; *Si quomodo occurrat*; nō est dubitatis uerbum, sed modeste de se loquentis. Nemini enim dubium esse debet, configuratum morti CHRISTI, configuratum iri uitæ eius, quæ est æterna. In eo esse dubitatio potest, quandoquidem illa configuratio CHRISTI in hoc stadio & cursu potest cessare per negligentiam & ingratitude. Res est admodum ardua, ubi iam nō suscipitur aduersus carnem & sanguinem colluctatio, sed aduersus principatus & potestates &c. Loquitur ergo de re ardua. Nō quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Ex uerbis superioribus absq; dubio non poterat accipi illum esse consummatū, cum diceret se expectare donec occurreret ad illam resurrectionem, quando futura est ultima consummatio.

Sed aduertendum est, duplicem esse hominis consummationē. Prima est q̄ fit expleto huius uitæ cursu, quando anima coronabitur. Altera uerò hic tātū per manet, dum liceat recipere cōsummationē perfectam in corpore. Quam nondum erat assequutus, & de qua nō loquitur Apostulus. Apparebat enim satis illum tunc non hac consummatione fuisse perfectum, qui stigmata assidue portabat pro CHRISTO plenius doloribus & afflictionibus. Sed loquitur de priore cursu sui in hac uita cōsummatione, ne quis crederet illū perinde esse p̄fectū, ac qui mortui sunt, qui certo certius nihil aliud expectant, quam glorificationē corporis, secundum animam perfectē iam beati. Poterat enim hoc fortē suspicari quis de B. Paulo, qui tanta operabatur & sustinebat. Ille autem ne quis erraret, id prorsus negat. Non quod acceperim, uidelicet primā stolā securus de altera; aut iam perfectus sim, sicut qui dormierūt. Ego enim sum adhuc in cursu positus, ad coronam per uarios sudores & labores aspirans.

Sequitur autem si etiam comprehendam, in quo comprehendens sum à CHRISTO IESU. Sequor, inquit. Quem sequeris B. Paule? illum qui dixit. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Quod autem uadit ille? Vadit Romam iterum pati. Ipse iam dudum præcessit, nobis relinquens exemplū. Sequor igitur & ego. Sed cur sequeris? Vt comprehendam. Quemnam comprehendas? Ipsum CHRISTVM. At quomodo comprehenditur CHRISTVS? Perseuerantia in cursu usque ad finem eius. Tum demum ab his comprehenditur qui fideliter eum sectati fuerint. Cursus autē eius finiuit in morte: Tunc igitur comprehenditur. At quo pacto? eo scilicet quo ego comprehendens sum ab ipso. Comprehendit Dominus IESVS Paulū, cū illū persequebatur. CHRISTVS sequebatur Paulum ut eum comprehenderet, & ille fugiebat; comprehendit tandem, & lucratus est eum. Quoniam pacto? patiēdo, moriendo in cruce. Tūc enim traxit ad se omnia & comprehendit Paulum IESVS Nazarenus, quē persequebatur Paulus. Sic igitur debuit cōprehendere CHRISTVM

Paulus quasi fugientem, & euntem ad mortem duram: & nos omnes similiter, ut cingamur & ducamur quō minime uellemus. Multi fugiunt, & non comprehendunt: quia non imitantur Dominum nos eo pacto comprehendētem. Multi alii penitus non sunt idonei, qui nedum CHRISTVM nō sequuntur, sed sese illi uocanti opponunt, quales erant illi Iudæi in quos Dominus. Ego uado, inquit, & quō ego uado uos non potestis uenire. Tales nūquam comprehendunt. Alij uerò aliquo tempore nō sunt adhuc ad tantam cōprehensionem idonei. Tales erant discipuli Dñi, quibus nō dixit simpliciter & absolute. Quō ego uado non potestis uenire, sed dixit: Non potestis uenire modo, innuens eos postea uenturos. Nam & clarē ipsi Petro declarauit: Sequeris autē postea. Beatus autem Paulus sentiens in se diuinam uirtutem dixit; Sequor: seu sector, autem si comprehendam, id est, ut comprehendam. Loquitur enim, ut dixi, tanquam de re ardua, cuius difficilis est comprehensio.

Expositum hactenus habes locū hunc, pie lector, iuxta sensum catholicum alienum à fermento Lutheranorum. Nunc quid illi dicant, & quibus argumentis expugnentur, uidentum est. Primum ipsi interdum nobiscum uerbis cōuenire uidentur, sed non in ueritate. Ecce B. Paulus abijcit iustitiam propriam quæ ex lege est. Omnes igitur uerē Catholici, & qui se Catholicos arbitrantur, nos conuenire in hoc oportet, ut iustitiam quæ ex lege mosaica est abijciamus, tanq̄ nō utilem ad iustificationem. Verum quid per iustitiam quæ ex lege est, intelligatur, quæ ut sterces reputanda est, accuratius est considerandū. Nā hac in parte nequaquam nos cum Lutheranis consentimus. Illi absolute intelligunt de lege & iustitia qualibet, per quam operamur opera bona, quoniā ois nostra iustitia, aut, est ueluti pannus menstruatus coram Deo: ita ut & opera facta in fide, eorum iudicio & æstimatione, talia sint. At huic intelligentiæ prorsus uniuersa scriptura repugnat, ubi opera quæ ex fide proficiuntur & charitate, placere Deo, & ipsi salutem nobis comparari passim legitur: & hanc sententiam passim testimonia S. Doctorum confirmant.

Ergo B. Paulus non abijcit hanc iustitiam, neq; huiusmodi bona opera, quæ non sunt opera ueteris legis, sed fidei. Iustitiam enim legis, siue quæ ex lege est, planē opponit iustitiæ fidei, aut iustitiæ quæ ex fide est. Itaq; iustitia legis non dicitur ex fide: & similiter opera legis non sunt opera fidei. Istud manifestē ad Gal. declarauit Apostolus, quod lex non est ex fide, sed post legem fides. Idcirco dicimus nos, quicquid iustitiæ habere potest homo absque fide, non prodesse, nec habere ullam apud Deum gloriam: fortē apud homines, ut declaratum est. Ecce primum in quo discrepamus, nimirum dum ab unaquaque parte accipitur uariē, iustitia quæ ex lege est. Similiter discrepamus accipiēdo iustitiam, quæ dicitur esse ex fide. Illi dicunt iustitiam quæ ex fide est, esse CHRISTI iustitiam nobis impu-

taram

taram, & dono datam, quam apprehendit fides. Et per illam obtinemus, autem, iustificationem, qua nos non realiter sumus iusti, sed solum per imputationem. Pronunciamur enim à Deo iusti coram se, quamuis non simus uerē iusti.

Nos Catholici p̄ iustitiam quæ ex fide est, intelligimus iuxta B. Augustini & aliorum sanctorum doctrinam, donum Dei quoddam inherens nobis, quo uerē ac formaliter iusti sumus: & per hoc donum & fructus eius, quæ sunt opera bona inde proficiuntur, sumus filij eius, & ei placemus: quoniam per illud peccatū expellitur, & omnis macula criminis, qua contrahitur inimicitia cum Deo, abstergitur. Hanc omnium esse catholicorum sententiā & B. Augustini, non est dubium: nec ipse Lutherus, nec Melancthon, neq; Calvinus, neq; Bucerus, Bullingerus & ceteræ eiusmodi bestię eunt inficias.

Modo autem ut paucis rem perstringam: Primò statuo contra istorum pertinaciam, concordem omnium doctorum sanctorum sensum. Deinde oppono absurda, quæ sequuntur ex eorum positione. Quæro enim ab illis, An ipsi credentes, filij Dei efficiantur reuera? Non dico secundum naturam, sed secundum adoptionem, per aliquod donum medium quod nobis inherere? Si negant, Protinus confutantur innumerabilem testimonio scripturarum. Beatus enim Petrus dixit nos, per dona quæ nobis donauit Deus, effici consortes diuinæ naturæ, regeneratos in spem uiuam. B. Ioannes tanta emphasi expressit. Videte, ait, qualē charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus. Si fatentur (fateri autē eos oportet) quæro ab illis de hac inherente iustitia quæ non est ex lege, & inheret & nō est floccifacienda, quid statuit Apostolus? Nunquid de ea non loquitur? Cur (rogo) non loquatur, præsertim cum ueniat ex fide & sit à Deo? Inueniant nobis locū ubi ista reijciatur iustitia ex fide, & ex Deo ueniens: quam uocare p̄num mensuratę, blasphemia est. Quomodo igitur exulabit de scripturis? Exulet potius ista istorum iustitia chimerica per Diabolum cōficta, qua nec uerē iusti simus, ut fatetur, sed solum reputamur. An non constituunt mendaces scripturas isti miseri, quæ pronunciat multos fuisse iustos, idq; coram Deo? Sed proprio tractatu hac de re uel ad saturitatem lectoris scripsimus, quæ commentaria non admittebant.

Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrō sunt obliuiscens, ad ea uerò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatū persequor, ad brauiū supernæ uocationis Dei in CHRISTO Iesu. Quicūq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliud sapitis, & hoc uobis Deus reuelauit. Verumtamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei esto te, fratres: & obseruate eos qui ita ambulāt,

sicut habetis formam nos. Multi enim ambulat quos sæpe dicebam uobis (nunc autem & scēs dico) inimicos crucis CHRISTI, quorum finis interitus, quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrēna sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est: Vnde etiam Saluatorem expectamus dominum nostrū IESVM CHRISTVM, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subiicere sibi omnia.

Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Hoc ideo ait: quia nondum expleuerat cursum uitæ huius, ac propterea cursum uitæ merendi. Contra illam hæresim, qua quidam aiebant ita ueniri ad perfectum in uia posse, ut addi quicquid supra non posset. Vnum autem, subaudi intendo ut scopum, sciens unum esse necessarium, seu oportunum. Ad plura enim in hoc mundo distrahi remoratur currentem. Quæ quidem retrō sunt obliuiscens, id est, quæ antecesserūt. Hæc autē quænam sunt, nisi quæ iam respuimus uelut stercore, bona uidelicet mundi, & glorias terrenorum: Periculosissimum est enim retrō aspicere. Hoc uenit Dñs noster aiens: Qui mittit manum suam ad aratrum, & respicit retrō, nō est aptus regno Dei. Memento uxoris Lot. Possumus etiā interpretari, quasi obliuisceretur ea quæ retrō erant & bona & mala quæ gesserat ad illum dñm. Hoc enim uiri est iam perfecti in uia, primū obliuisci mala & peccata quæ cōmiserūt, tanq̄ omnino uerē per CHRISTVM deleta ex misericordia eius, nec dubitare de hac remissione. Alioquin in ea dubitatione hæres, nūquam ad perfectum ueniet. Tum obliuisci etiam bona quæ fecit, hoc est, nihil pendere tanq̄ nihil sint, & non condigna cœlesti præmio, neq; comparanda cum obligatione, qua debet homo ipsi Deo inseruire, & propterea se ad ea extendere q̄ sunt priora, hoc est, perfectiora crescēdo de uirtute in uirtutē.

Ad ea uerò quæ priora sunt extendens me ipsum. Hic mos est cursorū, qui nō metiuntur quantum iam uitæ confecerint, sed quantum eis restat ut ad metam perueniant. Nam respicere ad ea quæ retrō sunt, siue mala quæ patrauimus nimis eponderādo, & de remissione eorū dubitādo: siue ad bona quæ gessimus plurimi faciēdo, non est aliud quam remorari perfectum nostrum. Ad destinatū persequor, id est, ad præfixum scopū, quem declarat esse brauiū supernæ uocationis Dei, id est, præmium certaminis, aut cursus. Hic erat scopus Apostoli. Vbi ergo sunt isti hypocritæ, qui respici ad præmium in operando uituperāt, sed purē & ex mera charitate oportere bene agere? Quasi uerò sit impurum opus, & non potius mera charitas, si supernæ mercedis intuitu operemur. Verum quidem istud esset, si hic sisteret homo, & non hanc suam spem in HH ñ gloriam

Ioan. 8.

Ibid. 13.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 3.

Luc. 9.

Pro respectu ad præmium.



gloriam & laudem Dei tandem referret: Alio- qui (ut B. Ambrosius & Gregorius testatur) bonus mercenarius est, qui & propter Dei gloriam & propter suam operatur. Nam ueri Christiani gloria in Dei gloriam recidit, quae est finis omnium.

Quicumque ergo perfecti sumus &c. Quid est in primis quod B. Paulus se perfectum uocat, nec se unum solum, sed alios pariter secum adiungit, cum paulo ante negauerit se perfectum? Facilis est solutio, si (quod non faciunt haeretici) perfectionem distinxeris. Est perfectio quaedam uia, id est, quae in uia adhuc & in cursu consideratur. Et est perfectio exacta iam uia secundum animam, non secundum corpus. Erit autem postrema perfectio in patria, cum & carnem hanc nostram illuc detulerimus. At B. Paulus illa perfectione se perfectum ait modo, quae poterat in uia contingere, quae perfectio ex fide est constanti, & charitate non ficta, sed illa quae expellit timorem, quatenus fert haec nostra, dum uiatores sumus, conditio. Hoc sentiamus. Sentire apud B. Paulum est experimento probare intus in corde, & externe per opera. Quid est autem quod oportet sentire & probare, nisi ueram circumsionem esse spiritus non carnis, ex lege fidei & non ex lege Moyses, & in hanc esse proficiscendum usque ad perfectum? Omnis namque nostra in hac uita perfectio recipit incrementum: & qui uere sapit, non debet ea animaduertere quae retrorsum sunt, & iam relicta. Haec sentire, id est, probare in seipso, perfectorum est.

Et si quid aliter sapitis, hoc uobis Deus reuelabit. Vertit sermonem ad imperfectos, & ait. Et si quid aliter sapitis, seu sentitis, cum non sitis perfecti: etiam hoc uobis Deus reuelabit; si profeceritis ambulantes obediens, & sitis patientes. Quanta sunt quae ab initio conuersionis nostrae probamus, quae postmodo cognoscimus non prodesse. Veruntamen ad quod peruenimus, eadem incedamus regula, idem sentiamus. Hic est sensus: Circa quae in ecclesia iam clara & determinata sunt (ad haec enim dicimur peruenisse) debemus eodem canone teneri, ut sciamus quae credere, & quae agere ad aeternam salutem nos oporteat.

Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos &c. Ad imperfectos sermonem dirigere perseverat, quibus duo maxime illis necessaria praecipit. Primum ut se imitentur: Alterum, ut illos diligenter obseruent, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Graece significantius: Sicut habetis formam nos, ut non formam de scriptis aut literis mortuis accipiant, sed literis uiuis, quae sunt mores & opera lucentia, quae eos qui spectant, sua dignitate & praestantia excitant ad aemulationem. Multi enim ambulantes quos saepe dicebam &c. Sermo hic mutilus est, tanquam illius qui praere rei indignatione contineat se, ne effluat quod concepit. Magnum tamen est quod uocauit eos inimicos crucis CHRISTI: quam rem etiam cum fletu expressit. Est autem considerandum eos uocari inimicos crucis CHRISTI, qui ut uitarent opprobria crucis, desertores efficiebantur euange-

lij ac puritatis eius. Nam ut persecutionem fugerent, miscere uolebant cum euangelio legem Mosaicam, & ueteris synagogae caerimonias.

Nunc autem noui haeretici mirifica techna iactantes se nolle cum lege euangelium iungere, euangelium ipsum mutilant, & optimam eius partem tollunt, ac totum eneruant. Attende lector: Ipsi puram omnino promissionem, euangelium esse docent nulla conditione uallatum, nisi de fide: ut solum credenti promittatur nedum prima iustificatio, sed salus aeterna: ita ut de cruce nullum uerbum, obliuiscam CHRISTI dicentis. Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Ipsi autem ex fide sola & comparant & retinent discipulatum. Crucem uero ut aliud quoddam ab euangelio semotum, dissimulant & frigidissime tractant, si quando praepudore coacti tractant.

Nos autem euangelium in duas secamus partes. Prima continet iustificationis promissionem credenti: quod & ipsi dicunt. Secunda uero habet promissionem regni caelorum operanti per dilectionem iuxta legem fidei & charitatis. Hanc partem ipsi abijciunt. Aiunt enim hoc non esse aliud quam miscere legem cum euangelio, tanquam euangelium totum non sit lex: & quasi B. Paulus cum legem explodit, absolute omnem legem explodat, quod est infandum dictum. Hoc ad Rom. detestatur aies: Legem ergo destrui mus per fidem: Absit: imo legem statuimus. Isti sunt, qui destruant legem per fidem. Non est ergo ea fides quam B. Paulus praedicabat: nam per eam lex non destruebatur, sed statuebatur. Lex quidem Moyses destruebatur, quatenus erat Moyses. Vnde omnino iudicialia & caerimonialia excludebantur per fidem: non autem ea quae pertinent ad charitatem erga Deum & proximum, ad quae duo praepcepta omnia rediguntur prophetarum scripta, teste ipso CHRISTO. In his duobus mandatis uniuersa lex pedit, & prophetae. Et quicumque haec impleuerint, in aeterna uita ex pacto & conuentione Domini redditur.

Quorum finis interitus. Audiant illi, si aures habent, Quorum Deus uenter est, qui propterea ieiuniorum praepcepta non recipiunt & delectus ciborum, ut uentri, quem pro Deo sibi elegerunt, inseruiant. Sed quis tandem finis? Et gloria (inquit Apostolus) in confusione illorum qui terrena sapiunt. O egregium pictorem, qui tam graphice representat nobis istos novos carnis concionatores. Hi enim posuerunt gloriam suam in confusione illorum, quibus placent terrena. Credere autem istis quid est aliud quam in confusione corruiere, & in babylonicam captiuitatem? Verum babylonicam captiuitatem meditatus est ab initio Lutherus spiritu Veritatis cogente, quo nomine librum quendam inscripsit uere phylam irae Dei, & babylonicam captiuitatem, qua irretiuntur qui spiritus puritatem exosi, carnis sordibus uoluntari delectantur. Apostolus autem quid de se & sui imitatoribus dicat, audiamus. Nostra autem (inquit) conuersatio est in caelis.

In haereticos euangelium mutilantes.

Luc. 14.

Rom. 1.

Matth. 23.

Regula seruandi se in ecclesia.

Qui terrena sapiunt, id est, gustant & gustando probant, de terra sunt & de terra loquuntur. At eorum qui uere sapiunt, conuersatio seu ciuitas, non est in terra, sed in caelis. Hic est interim uia: ibi erit foelicissima patria. Via quidem per se non diligitur, nisi quatenus conducit ad patriam.

Vnde etiam Saluatorem nostrum expectamus Dominum nostrum IESUM CHRISTUM. Inde enim uenturus est ad iudicandum. Qui reformabit corpus humiliatis nostrae configuratum, siue conforme, corpori claritatis suae. Membra enim debent cum capite suo conuenire. Secundum operationem, siue potius, uim & efficaciam, qua etiam possit subijcere sibi omnia: ac si dixerit. Nemo miretur hanc CHRISTI potentiam: quoniam non erit CHRISTI, ut absolute est filius hominis, sed ut hic filius hominis est Dei filius, secundum quam efficaciam omnia potest sibi subijcere, cum sit ipse uerus omnium cum Patre conditor creaturarum. Nam & semetipsum a mortuis tertia die sua unius potentia suscitauit. Hoc apertissime apud B. Ioannem testatus est, dicens. Sicut enim Pater uiuificat mortuos, ita & ipse Filius uiuificat.

CAP. III.



ITAQUE FRATRES MEI charissimi & desyderatissimi, gaudium meum & corona mea: sic itate in Domino charissimi. Euodiam rogo, & Syntychem deprecor, id ipsum sapere in Domino.

Etiam rogo & te Germane compar, adiua illas quae mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uita. Gaudete in Domino semper, iterum dico; gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim propere est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei quae exuperat omnem sensum custodiat corda uestra, & intelligetias uestras in CHRISTO IESU.



Itaque fratres mei charissimi. Hic quodam modo uidetur uoluisse claudere epistolam. Admonitio primum est uniuersalis, ut sic persistant in Domino quales erant, uidelicet, illibati a fermento malo pseudoapostolorum. Vocat eos gaudium suum & coronam in die CHRISTI, ut in quibus tunc apparebit fructus laborum suorum. Euodiam, graece Euodiam rogo & Syntychem deprecor. Idem uerbum graecum reddidit diuersis uocibus, modo; rogo; modo; deprecor: Poterat dicere, Euodiam obsecro: Et Syntychem obsecro,

id ipsum sapere, seu sentire, in Domino. Fortem erant ex Iudaeis istae mulieres, tametsi nomina ipsa sint graeca & gentilia. Paulatim. n. solebant sibi assumere nomina, postquam commisceri cum Gentibus ceperunt. Mirum uideri potest de his duabus nominatim mentionem a B. Paulo factam, tanquam certo dubitaret de huiusmodi ne corrumpentur. Saepem autem in scripturis a nominibus etiam mores cum probi, tum & improbi significati sunt. Verum nunc aliud ago.

Etiam rogo te Germane compar. Hic locus, ubi nonnulli B. Paulum suam quondam uxorem admonuisse crediderunt: & legunt, Germana compar. Alii contra, miris modis obsistunt, admittere prorsus recusantes B. Paulum habuisse uxorem. Hac ego de re uelim omnino contendere. Si quis a me quaerat quid credam: huic respondo. Constantissime credo, & nullo modo dubito, B. Paulum, si ante conuersionem non habuit uxorem, nunquam habuisse. Nam habens demandatam euangelizandi per uniuersum orbem prouinciam, fuisset omnino insipientissimus, & contra suam & CHRISTI doctrinam facto ipso militallet, si duxisset uxorem. Et quam foelix coniux tali marito fuisset, iniurijs, uerberibus plagis, stigmatibus, instabilitate, summa egestate circumdato. Delitiosae, inquam, eae nuptiae futurae erant. Idem omni contentione defenderem, omninoque euincerem & persuaderem non propter uentum (nam esset admodum facile) neminem Apostolorum & discipulorum CHRISTI quem secuti sunt, post conuersionem suam nuptias nedum contraxisse, sed iam contractis renunciasse.

Quod si quis rursus me roget: Quid absolute putas? Habuit ne uxorem Paulus, an secus? Respondeo primum, me non ignorare & B. Hieronymum, & nonnullos ex nostris id negare. Contra autem, antiquos Graecorum nonnullos asserere. Sed cum ea quae eiusmodi sunt uel de scripturis sanctis, uel de historijs ac traditionibus accipi debeant. Si quaeratur, an in scripturis contineatur, Paulo uxorem nullam fuisse. Id non reperiri arbitror. Esti quidam moueantur ex illa prima ad Corinth. epistola cap. 7. Sin autem econuerso rogent, Vtrum existimem de scripturis probari posse oppositum. Respondeo me ita existimare, modo non sumus pertinaces, & duri nimis. Nam & in eo cap. 7. & in hoc praesenti loco multo magis suaderi crediderim. Quae enim dicemus esse Germanum comparem Graecum enim legimus, οὐδὲν γε γυναικός. Quod enim ait, οὐδὲν γε, manifeste id graece sonat quod coniunx apud nos. Quod autem ista sit mulier, suaderi potest: quia rogat ut adiuet eas quae collaborarunt in euangelio. At hoc mandatum spectare uidetur ad mulierem, non ad uirum, ut se admisceat cum mulieribus in officijs foeminarum: quae officia innuere uidetur cum dicat, ut cum illis laboret. Sed sunt qui putant γυναικός, esse masculini generis, non communis. Non ita scribunt in lingua graeca periti: nec ipse B. Chrysostomus. Quare hoc puto uerius de scripturis, H H in Praeterea

Præterea sunt traditiones veterum quæ hoc declarant. B. Ignatius in epistola sua: & ( ut ad Rom. citauit ) In reuelationibus B. Brigittæ uiduæ de Sueuia, huius rei apertum habetur testimonium, nec debet temerè sperni. Denique ego uehementer miror nonnullos, qui nimis tenaciter hac de re certant, ne si id concedamus, faueat nouis hæreticis, cum non solum non faueat eis, uerum etiam illos acriter reuerberat: quoniã manifestè patet ex proprio ipsius Apostoli testimonio, thorum fuisse omninò inter eos separatum, & se uia uxore inter uiduos computasse cap. 7. ad Corinth. Et cap. 9. testatur non circumduxisse illam secum comitem, quæ admodum alij quidam Apostolorum ducebant. Vocauit autem eam mulierem sororem, ut thori intelligeremus separationem. Nam quas alias sorores circumducebant alij Apostoli, nisi coniuges suas? Et facile esse potest, ut nunquam illam tetigerit. Siquidem adolescens erat, & tunc fortè sponfus nondum maritus quoad thalamum, cum persequebatur ecclesiam. Quicquid sit; & quicquid hæretici de hoc sentiant, non magni faciendū existimo: modo illud nobis detur, nullo pacto in Apostolatu usum esse matrimonio, sed ambos, ac si uterq; uiduus fuisset, seruisse euāgelio, ut par erat. Dicit autem mulieres collaborasse, aut potius concertasse in euāgelio, aut pro euāgelio. *Cum Clemente.* Hic fuit postmodo Pontifex Romanus CHRISTI Vicarius. Et cæteris adiutoribus meis. Quilibet enim suo fungebatur proprio officio ad promotionem euāgelij.

Quorum nomina sunt in libro uitæ. Ac si dixisset, Et si omnium nomina expressè non scribam, scripta tamen sunt in libro uitæ. Librum uitæ, librum prædestinatorum intelligunt Scholastici. Dictū non improbamus, sed addimus in eo libro etiam nomina reliquorum omnium scribi qui ad CHRISTVM ueniunt: quæ tamen nomina possunt de Ieri. Nonne oramus ut istorum nomina beatæ prædestinationis liber ascripta retineat? Alioquin orare de nominibus prædestinatorum, ut fixa ibi atq; rata permaneat, superfluum uideretur, cum oratio non fiat, nec fieri de ijs debeat quæ iã decreta sunt, & mutari non possunt. Stultū. n. esset orare sic simpliciter & in uniuersū pro prædestinatis. Particulariter aut, quæ de ijs certò nescimus, orare licet: & ea oratio ad nos reuertitur, & nobis prodest non illis, quantum ad hanc partem attinet, ut maneant scripti nec deleantur.

Adhæc, De quibusdā est oratio, seu potius prophetia, quæ ait: Deleantur de libro uiuentium, quæ nō potest pertinere ad prædestinatos. Et in Apoc. dicitur. Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis: & non delebo nomen eius de libro uitæ.

Quantum ergo de scripturis colligitur, liber uitæ continet omnes qui dederint nomen, & militiam professi sunt sub duce CHRISTO uita nostra. In eo enim omnes uiuemus, si in militia positi ad hostium castra non declinauerimus, sed fortiter insidijs eorum resistentes uictoriam reportauerimus. De hoc libro taulti deleripossunt;

sed in finem seruabitur huiusmodi circumscripcio atq; delerio: quoniam iuxta Daniele propheciam. Omnes salui fient, qui in tempore illo extremo inuēti fuerint scripti in illo libro. Inueniētur autem omnes qui perseuerauerint. Orat autem interim ecclesia, & similiter ab omnibus fidelibus orandum est, ut liber ille ascripta retineat omnium fidelium nomina. Ait; omnium fidelium; non ait; omnium prædestinatorum: quod manifestè superuacaneū esset. Quid, quæso, aliud esset quàm orare de eo qui iam prædestinatus est, ut prædestinaretur, & sic ut fieret quod iam præordinatum est? Nec est hīc locus argutiolis. Vbi rem planam in scripturis uideo, nō me præcipit in inextricabiles quæstiones propter Scholasticos dedo, qui eò se in hoc articulo concluderūt ita laborantes, ut fateatur præclarissimi eorum, inter quos Caietanus, hæc se non capere.

*Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete.*

Dum geminat bonam imprecationem, ingentis desiderij sui ostensio est. Aut per duo, considerauit & bona præsentia in re, & bona futura in spe: de quibus cupiebat eos gaudere. Qui non sentit bona, quomodo gaudebit? Similiter qui non sperat, in qua spiritus iucunditate potest existere: Est autē modus gaudendi, uidelicet in Domino, admixtus timore ac tremore sancto. Non autem more inconsideratorum & hereticorum, qui à Dæmonibus ludificati iactitant se ita comprehendisse, ut iam excidere nequeant.

*Modestia uestra nota sit omnibus hominibus.* Modestia magna uirtus est, quæ temperat hominem ne in prosperis nimium exultet: ne in aduersis frangatur. Efficit enim ut sibi perpetuò constet homo, moderans ratione & censura quadam quæcunq; occurrunt agenda, uel sustinenda in hac uita. Et uix ulla alia est uirtus, quæ perinde illuceat & appareat hominibus, quibuscum est conuersatio, atq; hæc; *Modestia;* quæ in moderatione actorum ac gestorum consistit, & conspicitur. *Dominus prope est.* Ut contineantur homines in officio, seq; modeste gerant, nihil est ualidum, ut est cogitatione uehementi apprehendere Dominū IESVM CHRISTVM esse prope & in ipsis foribus, cuncta exactissimè reuisurum. Quodnam aliud continetur præceptum in ea parabola, quæ est apud B. Matth. qua admonemur omnes diligēter uigilare, q; quod subintel-

ligitur in his Apostoli uerbis, *Dominus prope est:* & subditur. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus uenire; & coeperit percutere conseruos suos, manducet autē & bibat cum ebriosis: ueniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora quā ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium. Si hæc cogitarem, & certa fidei persuasionem ruminarem, essemus longè uigilantiores, & prudentius nos seruarem in illum tremendum diem; quo audienda erit ultima sententia uel ad felicitatem, uel ad ignem sempiternum. Hūc rerū omnium uertitur cardo. Ad hanc philosophiã hor-

Matth. 24.

ratur Philippenses, & nos omnes pariter, omnia remouens salutis impedimenta noxia, & ait.

*Nihil solliciti sitis.* De temporalibus loquitur: Alioqui sollicitudo de spiritualibus laudatur, & est necessaria. *Sed in omni oratione & obsecratione, melius deprecatione, cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud Deum.* In omni oratione aliqua petitio est. Ea autem quæ petuntur, bona esse oportet & salutaria. Et hæc sunt ipsius orationis materia. Porro cum insuper bonum sit carere malis ac damnis, ideò obsecratio uel deprecatio (quam, B. Ambrosio teste, ad deprecanda mala & amouenda fundimus) est quoddam pertinens ad orationem, & eius quodam modo species. Sed quia nemo dignè noua petit beneficia, qui de acceptis nō est memor & gratus, iccirco adiungitur: *cū gratiarū actione;* Quod autem ait, *Innotescant apud Deū;* uel est admonitio, ut petantur talia quæ sint digna exaudiri: Nam tunc innotescere dicuntur Deo, cum illas respicit & admittit exaudiendo: Vel est adhortatio ad petendum. Quamuis enim Deum uel indigētia minime lateat, uult tamen (ut æquum est) à nobis rogari, ut nos ipsi nostras miseras recognoscamus, & confiteamur, & humiliemur, & ita impetremus. Alioqui se gerit ad modum nescientis. Quamobrem à Propheta scriptum est: *Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet &c.*

Psal. 36.

*Et pax Dei,* idest, pax quæ à Deo est, & quæ non est peccatorum atq; impiorum, sed eorum qui innocēter uiuunt, quos conscientia non reprehendit. *Que exuperat omnem sensum:* potius mentem & intellectum. Dicitur autem superare omnem sensum siue intellectum: quādoquidem nemo potest illam scire, nisi qui accipit. Nec ulla potest eam in hoc mundo sibi ulla cogitatione fabricare: quoniam à Deo est. *Custodiat;* pro custodiat; *corda uestra & intelligētias uestras in CHRISTO IESU.* Ecce effectus diuinæ pacis, quæ non est aliud nisi pacata quædam conscientia & animi tranquillitas, quæ resultat quoties cuncta suo ordine disposita sunt. Tum mens subiecta est Deo, & iam gustum quendam sentire incipit futurorum bonorum. Et ita hac pace ibi constituta seruat & custoditur cor, idest, affectus & intellectus hominis, ut uix queat labi ac decidere: quoniam custoditur in CHRISTO IESU, in quo sita est omnis nostra spes. Ipse enim fecit promissa oia, quæ sunt erga nos, mirè credibilia, quorū & arrham ad securitatem donat.

De cætero, fratres, quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ: si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit uobiscū. Gaudis sum autem in Domino uehementer: quoniam tandem aliquando resloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: Occupati autem eratis. Non quasi propter pe-

nuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari: scio & abundare. Ubique & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire, & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.

Verba Apostoli sunt uehementer efficacia: & sicut è flagranti corde manant, ita etiam sulci pientium corda uehementer permouēt: ait ergo, *De cætero fratres, hoc est, Quod reliquum est, quæcunq; sunt uera &c.* Hic ordo est literæ; *Hæc cogitate quæcunq; sunt uera;* idest, quæcunq; sunt secū dum ueritatem Dei. *Quæcunq; pudica;* siue honesta & casta. Considerent hæretici, utrum hæc ad se pertineant: Et an castè & pudicè uiuant cū suis sacrilegis concubinis, qui omnem puritatis euāgelicæ sanctimoniam profligarunt. *Quæcunq; iusta.* Hactenus ad omnia uirtutum genera respexisse uidetur. Nam quoad intellectū dixit; *quæcunq; uera;* quoad appetitum sensitium; *quæcunq; pudica;* siue casta: quoad uoluntatem; *quæcunq; iusta.* Adiecit; *Quæcunq; sancta:* Multi legunt; *pura:* quoniam græcè legimus ἀγνά, idest, casta pura. Interpres fortasse legit ἀγία, idest, sancta, quod mihi uerius uidetur, ut addat superioribus sanctitatem, & cuncta referantur in Deum. *Quæcunq; amabilia.* Per se amabile est honestum; *Quæcunq; bonæ famæ,* idest, quæcunq; bonam famam pariunt. Hæc enim cogitata sunt propter proximum ad ædificationem, non ad studium propriæ gloriæ. Potissimum autem magnæ id erat curæ Apostolis in ipsis ecclesiæ initijs, ut non solum inter se, sed & ijs qui foris erant, hoc est, infidelibus fidelium uita & mores prælucere. Vnam hanc inter alias requirebat Apostolus ad Timo. scribens, conditionem in eo qui in episcopum eligendus erat, ut bonum testimonium apud eos etiam haberet qui foris erāt. Princeps Apostolorum eodem modo hortabatur. Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, inquit, ut in eo quod detrahit de uobis tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent Deum in die uisitationis.

1. Tim. 3.

1. Petr. 2.

*Siqua uirtus, si qua laus disciplinæ.* Græcè, si qua uirtus, & si qua laus. B. Paulus in hortatione sumit ea ad persuadendum principia, quæ à nemine prorsus negantur. Sunt enim in mentibus omnium hoīm impressa, uidelicet esse uirtutē & uirtutis præmiū, quod est laus & honor. Ponit autem eiusmodi principia quadam arte, quæ miræ dexteritate ad suasionem ualet plurimum, cum quid proponimus quasi dubium, quod est tamē per se euidens, ueluti si quis ita proferat: Si qua est Dei iustitia, improbi homines & flagitiosi dabunt dignas suæ impietatis pœnas. Est ergo euidens esse uirtutem, & uirtutis laudem & præmiū. Quamobrem hæc omnia superius exposita cogitare seriò debetis, quæ uera, quæ pudica, quæ iusta, quæ sancta ut ea amplexemini, &c.

Que

Quæ & didicistis, & accepistis: didicistis auditu, accepistis imitatione uidēdo illa in me: propter quod ait. *Et audistis, & uidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit uobiscum.* Audiant hæc non surda aure Lutherani, & recto iudicio statuunt unde uenit pax. *Hæc agite;* inquit; *& Deus pacis erit uobiscum.* Qui igitur hæc non egerint, quomodo habere pacem possunt miserrimi mortalium? Audiant & qui uolunt iustum dubitare de iustitia sua semper, & impacatas tenere conscientias. Hi enim Deum pacis non noscunt ipsi, & alios nosse dum eam doctrinam tradunt, non sinunt.

*Gauisus autem sum in Domino uehementer: quonia tandem aliquando restoruisistis &c.* Succurrerant tandem Philippenses Apostolo, ad quem per Epaphroditum miserunt quæ uitæ necessitas exigebat. *Asserit ergo uehementer se hac de re gauisum fuisse, sed in Domino.* Non est oscitanter prætereundum, cur tam frequenter utatur hoc appendiculo ad sententias, dicens. *Gaudere in Domino; Gloriarī in Domino; Mori in Domino; & huiusmodi multis.* Significat enim cum hæc in Domino fiunt, ea tum rectè fieri: quoniam à spiritu fiunt iuxta normam ueritatis & charitatis sapienter ordinatæ. Deinde rationem huius gaudij sui adiicit: *quoniam restoruisistis,* aut potius, *reuiuigistis pro me sentire.* Sensus est: Reuiuigistis, uigorem accepistis in sentiendo pro me, *sicut & sentiebatis;* Aut, in quo & sentiebatis. Est uerbum *ᾠονέω*, quod significat cogitare ac sapere & affici, ut iā clara sit sententia. Gauisum enim se propterea fuisse testatur: quod re ipsa declarare cœperunt non sine affectu & efficacia se cogitare ac sapere in ea re pro Paulo, in qua & prius similiter cogitabant, sed non efficaciter: quia re ipsa non probabant se cogitare de illo. Excusat uerò illos, ut uiri p̄i facere solent, subdens.

*Occupati enim eratis.* Alij ex græco interpretantur defuisse Philippensibus suppeditandi oportunitatem. Quod autem ait se fuisse subuentione illa recepta gauisum, declarat non accidisse quidem propter releuatam penuriam. Non negat tamen se penuria laborasse, sed non inde potissimum esse gauisum, quia subuentum fuerit tali penuriæ: & rationem ponit. *Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse.* Hoc non tam eget expositione, quam imitatione. Quotumquenq̄ reperias hodie ex Christianis qui sit contentus ijs quæ habet, etiam si abundet? Sed reuera nunq̄ abundat. *Scio & humiliari.* Humiliatur hominum maximè, cui uix adsunt ad uictum quotidianum quæ necessitas ipsa naturæ postulat. *Scio & abundare.* Et hæc non est exigua uirtus scire abundare. Pleriq̄ enim minime aduertunt illum uerè abundare, qui ea quæ sibi superflua sunt, refundit in alios amore CHRISTI. Hoc sensit Apostolus, & est certè scire abundare. Qui enim retinet & reponit, non dicitur is abundare.

*Vbiq̄ & in omnibus institutus sum.* Ait se institutum, hoc est, experientia ipsa edoctum atq̄ instructum in omni loco, & in omnibus. *Et fatiari & esurire, & abundare, & penuriā pati.* Iam hæc

exposita sunt. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Græcè, in CHRISTO qui me roborat. *Omnia possum,* inquit, B. Paulus, sed non ex me, aut in me, sed in eo qui me fortem efficit. *Quomodo igitur, adiuuante Deo & confortante, ausint dicere hæretici, Dei præcepta esse impossibilia!*

Veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. Nō quod quæro datum: sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia, & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odore suauitatis, hostiam acceptam, placentē Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria, in CHRISTO IESU. Deo autē & Patri nostro gloria in sæcula sæculorū, Amen. *Salutate omnem sanctum in CHRISTO IESU.* Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri IESU CHRISTI cum spiritu uestro, Amen.

*Veruntamen bene fecistis. Ac si dixerit. Esti ego rem ipsam non magnopere curem,* qui ita sum compositus ut nouerim penuriam pati: uos tamen benefecistis, *communicantes tribulationi meæ.* Vocat tribulationem, ut solet, perperi uictus penuriam: & uerè grauis est tribulatio. Ideo consulens Corinthijs communicare pro ratione facultatum & substantiæ, instruit non ita estufè largiendum, ut alijs sit remissio, illis autem remaneat tribulatio: sed ex æqualitate, ut illorum abundantia afflictorum suppleat inopiam.

*Scitis autem & uos Philippenses, quod in principio euangelij quado profectus etc.* Memorat alias benedictiones, ut illius uerbo utar, seu subuentiones quas ab illis præ cæteris ecclesijs habuit: & tempus ipsum designat, nimirum quando è Macedonia profectus peruenit Thessalonicam, quo tempore semel & iterum se ab eis accepisse in usum suum fatetur. Et ne ipse debitum exigere uideri posset, quasi quadam præscriptione adiungit. *Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra,* id est, Hoc unum requiro ut ipsemet Deus pro me soluat, abundantèq̄ uobis & cumulatissima mercede retribuatur. Nā eleemosynā dare est fœnerari Domino. Hæc erat ratio dati & accepti apud B. Paulum: non autem ueluti negotiatores qui temporalia pro temporalibus mutuo accipiunt. At ipse Apostolus accipiens, gaudio maiori afficiebatur ob creditū, eò quod in rationem

Eccl. 4.1.

in rationem eorum & præmium computabatur, quam de persoluto sibi debito. Frequenter cogimur, & ita facere obligamur ubi dignus incidit locus, suggerere ijs qui alijs præsumunt ut cū maximo timore, imò uerò cū tenerrimo amore & puro affectu suum munus obire uelint. Si. n. semel misericordiæ uiscera & desiderij erga salutē animarum indueremus, lucra temporalia nedū sectaremur, sed uel inuiti reciperemus ultrò oblata, quò omnis à nobis turpis lucris suspicio tolleretur. Et cum Apostolo quæreremus non quæ illorum sunt, sed illosmet, hoc est, ueram illorum salutem, quorum curam suscepimus. At nunc tã ardens ubiq̄ flagrat & in omnibus auaritia, tanta ministrantium ecclesiastica sacramenta cupiditas, ut ipsi populi non iam se ad salutem regi, sed ad quæstum possideri persuadeant. Vbi admirabilis animaduertitur Dei providentia. Nam & qui auidius ambiunt, uberiorèq̄ ecclesiarū fructus colligunt, & re alieno sunt abundantius obstricti: & in eis maior in dies accenditur, quæ nūquam expletur, cupiditatis fitis. Contra autem longa experientia obseruatū in ijs qui ista lucra spernunt, ut non solum sua sorte uiuant in summa lætitia contentissimi, sed ita etiam abundant, ut alijs quoque possint esse auxilio. Apostolus hoc in loco, & ad Corin. istud testat. Nihil habentes, & omnia possidentes. Semper egentes, multos autem locupletantes. Magnū est sanè deponuisse habēdi affectū, quo exuto non potest homo Christianus non abundare, & pro suo gradu lætari cum B. Apostolo, qui ait.

*Habeo autem omnia, & abundo.* Generosus animus, omnia, inquit, qui fortè pauca acceperat, & ita tamen ijs abundabat, ut posset & alijs tribuere. *Acceptis ab Epaphrodito &c.* Is fuit qui munus Philippensium detulit. Epaphroditus autem uenustū significat & iucundum. Et reuera ita in largiendis & reddendis muneribus oportet esse hominē. *Deus enim qui dat omnia abundanter & nō improperat,* tristi & quasi coacto animo dantem auersatur & munera eius: qui eodē uersò mox ubi animum piū uidet & uoluntariū, præcurrit odorem sacrificij: quemadmodum nobis scriptura de duobus Habel & Cain fratribus tradit. Ea. n. quæ uel à ministris nostris præstantur officia, si ægro fiant animo, plus nobis molestiæ quàm solatiij afferre solent, à quibus uultum cogimur plerunq̄ auertere. Contra autem, uel solus lætior aspectus nos mirū in modū recreat ac reficit. Vnde addit Apostolus. *In odorem suauitatis, hostiā acceptam, placentem Deo.* Quæcunq̄ enim offeruntur ministris Dei, non tam illis offeruntur, quam

iplimet Deo. Et ob eam gratiam digna sunt, quæ oblationes uocentur & hostiæ Deo gratissimæ, ut spirantes suauissimum coram illo bonæ uolūtatis odorem, obsequij ac pietatis ad lucrum & acquisitionem uite beatæ cum sanctis omnibus.

*Deus autem meus impleat.* Tanquam illis; *Vale;* dicens, ut solet in omnibus epistolarum postremis partibus fieri, precatur illis Apostolus bona. Græcè tamen legitur in futurum; *implebit;* aut supplebit: *omne desiderium uestrum;* Aut potius omnem indigentiam uestram, seu necessitatem: *secundum diuitias suas.* Non parca illa quidem & auara manu, ueluti homines, sed ad mensuram bonam, conferatam, coagitatam, superfluentem; nec id terrenis ac perituris fortunæ & mundi huius bonis, sed in cœlestibus & sempiternis; *ingloria;* Et quia per CHRISTVM & propter CHRISTVM ab æterno Patre obtinemus omnia, addit Apostolus; *In CHRISTO IESU;* Cetera clara sunt: Hoc unum tamen consideratione dignum, fuisse tunc in domo Cæsaris, qui fidem CHRISTI colerent, dum ait: *Salutat uos, maxime qui de Cæsaris domo sunt.* Et de Seneca quidem Neronis ipsius præceptore scitum est & creditum. Nā & mutux circumferuntur utriusq̄ ad alterū epistolæ, uidelicet B. Pauli ad Senecam, & Senecæ ad B. Paulum. Erasmus tamē, cui uix quicq̄ piū placuit, nothas putat. Ego uerò Erasmi autoritate parū admodum moueor, quem si reciperemus legitimum censorem, nedum bonam B. Hieronymi, Augustini, Cypriani uoluminum partem amitteremus, sed & quædam ex sacris libris dignissima & probatissima. Quis enim iam est nescius quàm fuerit in ferendis cœsuris præceps, & parū pius? Non sumus tamē ita simplices, ut quæ huiusmodi sunt nullo delectu suscipiamus, quæ ut uera esse uehementer expetimus, ita idoneæ esse probata desideraremus. Et hoc de his epistolis optarim. Non possum autem aliquando existimare, tanta posse impudentia quenquam existere, ut talia effingere (nisi deprehendissent) nō ueretur. At hi sunt digno habendi odio, qui fidem nostram probare mendacijs aut fulcire nituntur. Quasi uerò fuerit fides nostra suspecta, nisi Senecam Christianum fuisse asseramus, quæ tot ac tantis ante & post Senecam testimonijs per miracula & sanguinem ostensis, est confirmata. Sed non est omnium huiusmodi meditatio. Gratia Domini nostri IESU CHRISTI cum spiritu nostro, Amen.





## ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.



**COLOSSE CIVITAS PRHYGLÆ FI-**  
nitima Laodiceæ, ad eius ecclesiam scripsit B. Paulus hanc epistolam postquam audisset eos euangelium recepisse. Cuius rei gratia primū illos commendat, & ut in eo per stare uelint firmis argumentis utitur, ne à pseudoapostolis sese patiantur decipi, qui de Angelis & quibusdam inanis philosophiæ principijs ea docebant, quæ integram nostram salutem **CHRISTO** Redemptori acceptam referendam negabant. Hortatur igitur ut permaneant stabiles in ipsa euangelij puritate. Tum pro consuetudine post traditam doctrinam, ad ea quæ ad probos mores pertinent descendit, uarias in fine ipsius epistolæ subiungens salutationes.

COMMENTARIA  
IN EANDEM EPISTOLAMB. PAULI APOSTOLI AD  
COLOSSENSES.

Gratia uobis &amp; pax à Deo Patre nostro.



**HÆC** PRÆSENTIS EPI-  
stolæ salutio cum superiori-  
bus reliquarum epistolarum sa-  
lutationibus conuenit. Hoc unū  
solum annotandum esse uide-  
tur contra eorum expositionē,  
qui propterea ad Philippenses

B. Paulum Apostolatus sui mentionē prætermi-  
sisse aiebant, quòd Timotheū non apostolū sibi  
fociū adiunxerat. Hic autem perspicuè & Timo-  
theum fratrem nominat, & tamē sui Apostola-  
tus mentionem facit. Item notandum, quòd in la-

tinis codicibus desunt ea uerba; & domino nostro  
IESV CHRISTO; quæ habentur in græcis.

Gratia agimus Deo & Patri domini no-  
stri IESV CHRISTI semper pro uobis,  
orantes: audientes fidem uestram in **CHRIS-**  
**TO** IESV, & dilectionem quam habetis  
in sanctos omnes, propter spem quæ repo-  
sita est uobis in cœlis, quam audistis in uer-  
bo ueritatis euangelij quod peruenit ad  
uos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructi-  
ficat, & crescit sicut & in uobis, ex ea die qua  
audistis & cognouistis gratiam Dei in ueri-  
tate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo  
conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis  
minister **CHRISTI** IESV: qui etiam ma-  
nifestauit nobis dilectionem uestram in  
spiritu.

Gratias agimus &c. More suo Apostolus gra-  
tias assidue se agere testatur, & orare pro illis.  
Gratiarū actionis materia erat in gratiā Colof-  
sensium, ut qui iam fidem **CHRISTI** uiuam  
habent,

B. PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

Psal. 118.

habent, & consequenter charitatē: in sanctos om-  
nes, id est, in omnes Christianos, qui sanctificati  
erāt in uacuo sancto, id est, propter spem, id est, pro-  
pter speratum bonum, quòd illos manebat in  
cœlis. Hæc loca hæretici dissimulant, qui negant  
nos posse bene operando habere intuitum ad  
mercedem. Finis enim dilectionis nostræ præ-  
mium est in Domino: nam propter coronam cer-  
tatur. Unde David: Inclinaui cor meum ad fa-  
ciendas iustificationes tuas in æternum propter  
retributionē. Non me lateat quosdam illorum  
hunc locū aliò trahere. Sed non propterea elabū-  
tur, qui comprehenduntur per alias innumeras  
scripturarum sententias, ut passim licet collige-  
re. Ait autē illos audisse hanc spem; in uerbo ueri-  
tatis euangelij, hoc est, per uerbum ueritatis. Hoc  
autem uerbum, Dei est uerbum. Quoniam pro-  
mulgantes euangelium solum quæ à Deo audie-  
rant, & Spiritus sanctus suggererebat prædicabāt:  
ita ut non possent tradere, aut admiscere loco  
euangelij ullum mendacium. Quod peruenit ad  
uos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat &c.  
Mundi uniuersi appellatione ueniunt solummo-  
do gētes notæ in hemispherio nostro. Et est qui-  
dam modus loquendi. Sic exiisse dicitur iubē-  
te Cæsare Augusto, ædificum ut describeretur  
uniuersus orbis. Ex ea die qua audistis, & cognouistis  
gratiam Dei in ueritate. Quomodo cognouerunt  
gratiam Dei in ueritate, nisi experientia interna  
affectiua: Hæc scripturarum loca cogitent illi qui  
negant esse posse certitudinem præsentis gratiæ.  
Sicut didicistis ab Epaphra &c. Huius apostoli-  
ci uiri nulla alibi in scripturis mentio est, nisi in  
hac epistola. Quòd autē ait illum Epaphram ma-  
nifestasse eorum dilectionem in spiritu, potest ua-  
rium reddere sensum, uel quòd ipse manifestaue-  
rit in spiritu: uel quòd ipsa dilectio manifestata,  
& erat dilectio spiritualis. Hactenus locutus est de  
materia gratiarum actionis: nunc de oratione  
ipsa loquitur, indicans quid oraret pro eis.

Ideo & nos ex qua die audiuius, non  
cessamus pro uobis orantes, & postulantes  
ut impleamini agnitione uolūtatis eius, in  
omni sapientia & intellectu spirituali: ut  
ambuletis dignè Deo per omnia placentes,  
in omni opere bono fructificantes, & crescē-  
tes in scientia Dei, in omni uirtute confor-  
tati secundum potentiam claritatis eius, in  
omni patientia & longanimitate, cum gau-  
dio gratias agentes Deo Patri, qui dignos  
nos fecit in partē sortis Sanctorū in lumine.  
Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,  
& trātulit in regnum Filii dilectionis suæ:  
in quo habemus redemptionem, remissio-  
nem peccatorum. Qui est imago Dei inui-  
sibilis, primogenitus omnis creaturæ: Quo-  
niam in ipso cōdita sunt uniuersa in cœlis  
& in terra, uisibilia & inuisibilia, siue Thro-  
ni, siue Dominationes, siue Principatus, siue

Potestates: omnia per ipsum & in ipso crea-  
ta sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in  
ipso constant. Et ipse est caput corporis ec-  
clesiæ, qui est principium, primogenitus ex  
mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum  
tenens. Quia in ipso complacuit omnē ple-  
nitudinem inhabitare, & per eum reconci-  
liare omnia in ipso, pacificans per sangui-  
nem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ  
in cœlis sunt.

Ideo & nos ex qua die audiuius &c. Materia  
orationis erat ut impleatur agnitiōe diuinę uo-  
luntatis. Si enim homo perfecte nosset tam beni-  
gnam Dei erga se uoluntatem, eamque in semet-  
ipso gustu illo perferret, quem Sancti habent,  
id est, ut declarat ipsemet Apostolus: in omni sapien-  
tia & intellectu spirituali: profectō ita se compo-  
neret, ut expleret ipsam Dei uoluntatem ad perfe-  
ctionem spei, & futurę sanctificationis. Hoc to-  
tum explicat B. Paulus subdens. Ut ambuletis di-  
gnè Deo, seu dignè Domino; per omnia placentes;  
Quid est autem quod isti dicunt non posse quæ-  
dam dignè Deo ambulare, nec illi per opera pla-  
cere? Hæc Apostoli uerba apertissimè oppositū  
docēt, qui hoc pro illis orabat. Non oratur au-  
tem pro re impossibili. In omni opere bono fru-  
ctificantes. Si quæras ab hæreticis fructus boni  
operis, nullos prorpus inuenies. Catholici autē  
operis fructum asserunt in præsentis uita esse in-  
crementum iustitiæ, & in alio sæculo incremen-  
tum æternæ foelicitatis & gloriæ. Et crescentes in  
scientia Dei. Vera est illa Beatissimi patris Fran-  
cisci aurea sententia: Tantum quisque scit, quantum  
operatur. Scientia enim Dei illa qua Deum co-  
gnoscimus, fructus est boni operis. Quātō magis  
quis propter Deum operatur, tantō magis scien-  
tia de illo crescit, & benè intelligit quam uim ha-  
beat prophetica illa admiratio. Quam bonus  
Israel Deus his qui rectō sunt corde.

In omni uirtute confortati. Non accipitur hic uir-  
tus, nisi pro potentia & robore. Scientia Dei &  
dilectio fortes & robustos ac strenuos facit ho-  
mines, ut uel ipsa morte sint fortiores. Secun-  
dum potentiam gloriæ eius in omnem patientiam & lon-  
ganimitatem. Audiant hæretici quid illud sit, quo  
nos in sustinendo paciēter fortes efficiamur &  
robusti. B. Paulus declarat esse potentiam glo-  
riæ eius. Gloria enim eius nobis proposita in  
præmium & coronam ita fortis est, ut spem in  
nobis excitet admirabilem ad patiendum alacri-  
ter, & sustinendum cuncta extrema. Sic & for-  
tes ac generosi milites accenduntur, & fortitudi-  
nem geminant, cum ad proposita sibi hostiū pre-  
tiosa spolia respiciunt. Animaduerte autem quid  
addat Apostolus: Cum gaudio gratias agentes Deo  
Patri: ita ut patientia tribulationū sit cū gaudio  
coniuncta, nimirum spiritus interno, & cum gra-  
tiarum actione. Quod dum accidit, certō noscitur  
homo & procul ullo dubio, **CHRISTVM** habi-  
tare in corde suo, ut cū propheta dicat: Signatū  
est super

In hæreticos.

B. Francisci di-  
ctum egregiū.

Psal. 71.

est super nos lumen uultus tui Domine, dedi-  
sti lætitiā in corde meo. Hanc adesse certitudi-  
nem omnes antiqui Patres unanimi consensu  
ex sacra scriptura, quæ nimis clara est, testantur.

Gratiarum autem actio redditur Patri. *Qui  
dignos nos fecit in partem fortis sanctorum.* Quæ  
nam est, obsecro, sanctorum fors, nisi pati cum  
gaudio pro CHRISTO: Verum quia & hære-  
tici dicunt se pati pro CHRISTO, & uidentur  
cum gaudio pati, adiecit B. Apostolus doctri-  
nam propriam dicens; *In lumine;* Hæretici præ su-  
perbia gaudent quidem in tenebris, si modo gau-  
dent. Est quoddam gaudium phantasticum à fal-  
sa persuasione & animo obstinato: sed uerū esse  
ac plenum non potest. Non enim adest uerum  
lumen testificans illis. Diabolus ipse qui instigat  
& suadet nō uenit in lumine. Alioqui nullus co-  
gnoscere posset differentiam spirituum: quod es-  
set absurdissimum. Qui autē patiuntur in CHRIS-  
TO, in lumine patiuntur, & ueram habent cer-  
titudinem, dicente illis CHRISTO in corde  
intus apertè. Salus tua ego sum, noli timere: ui-  
riliter age, confortetur cor tuum & sustine Do-  
minum. Hæc alibi profequutus sum exactius  
propter quorundam errorem, qui aliter fallō, &  
(meo iudicio) periculose scripserunt: quemad-  
modum etiam uiri docti ac p̄i censuerunt.

*Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, idest, De  
monum, qui meræ sunt tenebræ, cum in illis nō  
luceat CHRISTVS ueritas; & ipsi sint dilecto-  
res & fabricatores mēdacionum, in quorum po-  
testate eramus omnes.* Et *transtulit in regnum  
Filij dilectionis suæ.* Regnum Filij regnum lucis est.  
Ego sum lux mundi, inquit, ille. Sic è tenebris in  
lucem nos transtulit. Vocat autem Filium dile-  
ctionis suæ tropo hebraico, hoc est, Filium singu-  
lariter dilectum. Et loquitur secundum illā par-  
tem qua homo erat. Nā de VERBO illo æter-  
no secundum æternam naturam fortè aliter di-  
ceretur, ne prauè quisquā intelligeret ipsum esse  
filiū adoptiuum. Sed hæc scholastica ad præsen-  
tem locum non pertinent. *In quo habemus re-  
demptionem.* Græci codices habent; *per sanguinem  
ipsius;* Eramus nos captiui in manu Dei quæ offen-  
deramus: in manu peccati, & in manu Diaboli, à  
quibus superati sumus. At Dominus IESVS  
exsoluit Patri pro nobis obedientiam illam, è  
regione ad inobedientiam primi hominis in san-  
guinis sui effusione: qua una opera satisfactum  
est Deo recipienti pretium sanguinis, in quo effi-  
cacia obedientiæ inuenta est usq; ad inhonora-  
tionem suæ diuinitatis, quam quodam modo  
proiecit pro nobis ipse Dominus: quia nos illam  
rapueramus. Sic satisfactū est peccato, cui quasi  
pro pretio ille sanguis est persolutus: & simili  
modo Diabolo, qui eam sanguinis effusionem  
clanculum procurauit & expetiuit.

*Qui est imago Dei inuisibilis.* De CHRISTO  
dicitur singulariter atq; eminenti modo, esse illū  
Dei inuisibilis imaginem. De nobis autem dicitur  
nos esse ad imaginem Dei conditos. Nec mi-  
hi excidit dictum esse semel à B. Paulo, uirum.

esse imaginem & gloriam Dei, atq; ideo non de-  
bere uelare caput suū. Sed hīc dicitur de CHRIS-  
TO; *qui est imago Dei inuisibilis;* ut intelligere-  
mus eundem Dei Patris qui est inuisibilis, perfe-  
ctam gerere similitudinem, ut quodcunque est in  
Patre posset in CHRISTO uideri. Ipsemet dixit:  
*Qui uidet me, uidet & Patrem meum.* Vir  
autē potest dici imago Dei uisibilis, idest, CHRIS-  
TI. CHRISTVS autem quatenus homo non  
est perfecta Dei inuisibilis imago. *Primogenitus om-  
nis creaturæ.* Primogenitum uocat illum, ut com-  
muniter uolunt sancti doctores, secundum æter-  
nam generationem, non respectu posteriorum,  
quasi alij post illum geniti fuerint. At tamē iux-  
ta morem scripturæ, primogenitus is intelligi-  
tur, ante quem nullus sit procreatus, non autem  
post quem alius. Dum uerò ait; *primogenitus om-  
nis creaturæ;* non respicit ad creaturam secundū  
generationis modum, sed eo sensu quasi dixisset;  
Genitus ante omnem creaturam. Nam quod  
æternū est, præcedere dicitur quodcunque creatū.

Hæc posse dici, & uera esse non inficior. An  
uerò ad mentem Apostoli hoc in loco aptè ac-  
comodentur, ego quidem ambigo. Cur enim di-  
xisset primogenitum iuxta diuinam generatio-  
nem, cum non solum nullus genitus post eum sit,  
sed nec ullus gigni potuerit; Primogenitus autē,  
ut existimo, semper habet respectum ad posterio-  
rem, saltem secundum possibilitatem quæ cogi-  
tatur in mente. Absurdum est autem omninò  
hoc cogitare de Deo: nec in hanc cogitationem  
uoluit (mea quidem sententia) Apostolus quem  
quàm adducere. Præterea non idem uidetur  
significare; Primogenitus omnis creaturæ; quod  
significat; Genitus ante omnem creaturam, sed  
quod inter creaturas ipse sit primogenitus. Nam  
& de creaturis dicitur eas esse genitas, non ea cō-  
sideratione qua creatæ sunt ab initio; sed qua  
sunt adoptatæ. Vnde frater Domini: *Volunta-  
riè enim genuit nos uerbo ueritatis, ut simus ini-  
tium aliquod creaturæ eius.*

Quare existimo catholicè ac uerè dici posse  
CHRISTVM, in eo quod homo est, aliquā ge-  
nituram habere quæ possit cū alijs creaturis con-  
ferri, & aliquam prærogatiuam primatus obti-  
nere. Ipse enim in eo quod homo sanctificatus  
dicitur à Patre, sed eximie præ ceteris creaturis.  
Illa autem sanctificatio quid aliud est, quā quæ-  
dam spiritualis generatio per Spiritum sanctum  
facta: Nonne resurrectio eius dicitur generatio? Ita  
exponit B. Paulus uerbum Dei Patris: *Filius  
meus es tu, ego hodie genui te.* Sic ergo quate-  
nus homo secundum hunc modum generatio-  
nis, dicitur primogenitus omnis creaturæ. Hæc  
autē generatio fuit sanctificatio & collatio pleni-  
tudinis Spiritus respectu cæterarum, quæ & ip-  
sæ per Spiritum adoptatæ sunt. Hæc tamē  
inter illum & creaturas constituitur differentia:  
Ille quidem sic sanctificatus nō dicitur filius ado-  
ptiuus, sed naturalis: tamen si hoc habuerit ille ho-  
mo gratiosè ut esset naturalis Filius propter unā  
hypostasim, in qua sunt duæ illæ naturæ unitæ,  
Filiatio

1. Cor. 11.

104. 14.

146. 1.

Hebr. 1.

Quo Christus  
dicatur primo-  
genitus omnis  
creaturæ.

Filiatio enim conuenit hypostasi: qm̄ de persona  
dicit qd est filius, non de natura. Nō est igitur me-  
tuendum iuxta hunc intellectum, quin ipse Dñs  
respectu nostri dici potuerit Primogenitus secū-  
dum omnem sanctificationē Primogenitus mor-  
tuorū i dicitur Apoc. Et ad Rom. Ut sit ipse pri-  
mogenitus inter multos fratres. Huius rei ueri-  
tatē & rationē indicat hīc B. Paulus subdēs.

*Quia in ipso condita sunt uniuersa que in cœlis, &  
que in terra.* Perpende rationē. Vnus est CHRIS-  
TVS, una persona Deus & hō: & de illa p̄so-  
na uerū est in ipso condita esse uniuersa. Verūm  
quid hoc sibi uult. In ipso condita sunt uniuersa:  
Quidā exponūt; *In ipso;* idest, p̄ ipsum. Sed istud  
refellitur: qm̄ statim dicitur; *per ipsum, & in ipso;*  
Alij igitur dicunt; *In ipso;* uelut in exemplari: quia  
in illo sunt omnium rerum formæ creabiliū, ad  
quarum exemplar sunt condita quæcūq; sunt.  
Si res ita se habet, non erat dicendum in ipso esse  
cōdita uniuersa. Nihil enī dicitur fieri in ex-  
emplari, potius quod sit Heducif. Placet igit̄ mihi  
ut dicamus, per ipsum facta esse oīa: quia cū Pa-  
tre Filius omnē cōdidit creaturā. In ipso autem  
sunt cōdita oīa tanq; decreto illo capite & fun-  
damento, in quo cuncta collocarentur atq; cōfi-  
sterent. Quamobrē & principium dicitur creatu-  
ræ Dei, in hac significatione: qm̄ illi annectitur  
Dei creatura per fidē, & tanq; palmes in uite ma-  
net in illo, ex quo oēm necessariū succū trahit:  
Nemo uerò turbetur, si ipse uenerit secundū tē-  
pus post multos sanctificatos. Nullus enim san-  
ctificatus est, qui non ex eius plenitudine acce-  
perit. Ille nanq; secundum diuinā prædestinatio-  
nē ante omnes fuit. Hoc optime sciens Magnus  
ille Baptista dixit: *Qui post me uenit, ante me  
factus est, quia prior me erat: quæ certè uerba  
nostrā intelligentiā eleganter probāt.* Oportuit  
ergo ipsum esse Primogenitū, cū per eū condita  
sint omnia, & ut in ipso cōsistat decreta. Primò  
ante oēs creaturas decreta est illius creatio secū-  
dū humanam naturā. Et ante cuiuslibet creatu-  
ræ sanctificationē decreta fuit eius sanctificatio.  
Et ita iuenit Primogenitus etiā respectu Ange-  
lorū. Nā & ipsi in illo conditi sunt, & sanctifica-  
ti, & glorificati. Audi Apostolū claris id uerbis  
exprimentē; *Quæ in cœlis & quæ in terra, uisibilia &  
inuisibilia, sue Throni &c.* Præfert hīc principatus  
potestatibus. At dignitate superiores esse pote-  
states B. Dionysius testatur. Itaq; nō semp ab or-  
dine nominationis ualet argumentū pro digni-  
tate excellentiori sumenda.

*Et ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant.* Lo-  
qui uidetur de CHRISTO Apostolus secundū  
quod idem erat Deus Dei patris Verbū. Cōsiste-  
re autem omnia nō intelligo solūmodo quoad  
eorum essentiā (quandoquidem nihil pōt confi-  
stere per se ipsum in esse, nisi solus Deus) sed etiā  
quoad esse quodcūq; superadditū, dico esse gra-  
tiæ ac beatitudinis. *Et ipse est caput corporis eccle-  
siæ.* Ideo caput, quia ex illo tāquā è capite fluūt  
gratiæ spirituales in nos eius mēbra; *Qui est prin-  
cipium;* uidelicet unde processimus, & i quoq; cōfi-

stimus. Necessè est ergo ut sit & caput influēs,  
ut possimus in eo consistere: *Primogenitus ex mor-  
tuis;* Vide ut semper primogenitus hēt relatiōnē  
ad alios. Sciendū tñ, Esse primogenitū in scriptu-  
ris, plerūq; significare non tam ordinē temporis  
q̄ dignitatem. CHRISTVS enim qui resurre-  
xit ex mortuis, nō solum primus fuit ordine q̄tū  
ad hoc, uerūm etiā dignitate primus. Resurrexit  
enī ut caput totius corporis & primariū mēbrū,  
ut sit causa resurrectionis totius carnis. *Ut sit in  
omnibus primatum tenens.* Dicit; *in omnibus;* ut intelli-  
gamus in quouis ordine tam in ordine creatio-  
nis ab initio, q̄ recreationis: & i ordine naturæ,  
& in ordine gratiæ, & in ordine uisibilium crea-  
turarum, & inuisibilium. Vnde per hæc manife-  
statur, CHRISTVM etiā si Adam non peccas-  
set, uerturum. Est enim Primogenitus oīs creatu-  
ræ, & in omnibus primatū tenens. Et aliud doce-  
re omninò præter rationē est: & oīnò destruit  
hoc apostolicum de Glorificatore encomiū. Sig-  
dem primatus iste nō est ea parte considerandus  
qua erat Deus, sed qua erat hō: quāquā rō &  
causa primatus huius hoīs esset ipsa Deitas.

*Quoniam in ipso complacuit omnē plenitudinem in-  
habitare.* Complacuit, beneplaciti uerbum est ex-  
cludens omne meritum respectu talis plenitudi-  
nis. Nā hæc posita plenitudine, exorta sunt eius  
merita. Et cum dicit; *omnem plenitudinem;* intelli-  
ge possibile excogitari: qm̄ gratiosè insita est illa hu-  
mana natura i supposito, & repleta cūctis donis  
quæ possint excogitari, ita ut nihil addi pōssi-  
bile fuerit. Iccircò ipse est peculiari & dignum  
Deo tēplum, in quo inhabitat plenitudo diuini-  
tatis corporaliter, in quo Deus Pater bene sibi  
complacuit. Dicitur autem diuinitatis pleni-  
tudo inhabitare: non quia diuinitas recipiat diu-  
sionē, & possit ex parte inhabitare, & ex parte  
non: sed quia diuinitas nullum sibi donum serua-  
uit quod non contulerit CHRISTO, de cuius  
plenitudine uos oēs alij acciperemus. Nihil enī  
plenius potest excogitari q̄ illa eximia unionis  
gratia, cui consequētissimè omnia dona debebā-  
tur, cum per illam ille homo uerè esset filius Dei.

*Et per eum reconciliari omnia in ipso.* Eo enim mo-  
do quo condita sunt per ipsum efficaciter om-  
nia, & in ipso: ita decuit & per ipsum instaura-  
ri & reconciliari omnia in ipso, quæ dissoluta  
erant, & sub ira Dei propter peccatū. Vbi etiā  
aduerte omnia condita esse per ipsum secūdum  
quod erat Deus & Verbū Patris. In ipso tamen  
condita sunt non solum quatenus Deus, sed etiā  
secūdū quod homo. Nā designata sunt oīnò, ut  
in eo CHRISTO homine consisterent. Qm̄ ue-  
rò disiecta erāt & perturbata oīa post peccatū,  
secundum esse gratiæ non amplius in ipso cōsistē-  
tia, recōciliari oportuit ut rursus in ipso cōsiste-  
rēt. Quare addit; *Pacificas per sanguinē crucis eius,*  
græcè additur; *per ipsum;* uolēs significare obla-  
tionē illius sanguinis p̄ summū Sacerdotē factā.  
Vnde pacificata sunt oīa & q̄ in cœlis & quæ in  
terra. De cœlis haud dubiū. Factū enī est præliū  
magnum in cœlo. Sciendū tamen omnia pacifi-  
cata

Primogenitus  
in scripturis  
quid.

Pro Christi ad-  
uentu etiam  
Adam nō pecc-  
cante.

Matth. 17.

cata fuisse in spe regni CHRISTI futuri, p quod oīdō reparari debebant Angelorum ruinae. Hoc post enarratā illā eiectionē & ruinam Dilectus declarat, aiens. Et audiui uocē magnā in cōelo dicentē: Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas CHRISTI eius.

Attramē cum postmō asu & inuidia Diaboli labefactata eēt à peccato terra, & corruisse-mus omnes: non modo turbatum est regnum CHRISTI, quin etiā ita deperditum totū ut nulum iam maneret, nisi ipse denuō (quatenus fieri poterat) illud sibi acquireret & instauraret. Cœlum enim deplorabat suos ciues, dum nec Angelos suos qui ceciderant, uidebat. & qui ad reparatiōē loco illorū instituti erāt, exturbatos arte diaboli lugebat. CHRISTVS ergo rursus per sanguinem suū pacificauit omnia. Per illum uiuificati sunt hoies terreni: & multi eorum facti sunt & fiunt ī noua pugna cū illo, uictores Demonū. Dilectus superioribus uerbis istud adiūxit: Quia proiectus est, inquit, accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte: & ipsi uicerūt eum propter sanguinem Agni, & propter uerbū testimoniū sui: & non dilexerunt animas suas usq; ad mortē. Propterea letamini cœli, & qui habitabis in eis. Vide q; appositē & concorditer ad hoc, quod pacificata sunt omnia in cœlis.

Sed dubium est, quo pacto in terris sint pacificata omnia. Hoc nedum apparet uerum, sed falsum oīdō uideretur, si quorūdā opinionē sequuti, sustinere uelimus fusum sanguinē p solis pdestinatis atq; electis ab initio: ita ut secundū diuinā dispositionē, de illa humani generis massa ante ulla pquisita noua merita aut demerita quidam, id est, plurimi relictī sint in sua illa perditione. At illud manifestē non fuit pacificare oīa: qm̄ ira Dei æterna māst super illos plurimos, q; bulcū pacē minime fecit. Ideoq; nulla ratione uideo posse illud asseri: Imō uerō absq; horrore audire non ualeo. Pacificauit certē oīa oīm Saluator ac Redēptor. Et nisi quid noui accidat: aut nisi quis in nouum crimē sua sponte incidat, nullus non restituitur. Nullus in quā ob illud peccatum uetus æternas pēnas recipiet, ut sēpius efficaciter & copiosē probauimus.

Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autē recōciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere uos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamē permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe euangelii quod audistis, qā prädicatū est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nūc gaudeo in passionibus pro uobis: & adimpleo ea quæ defunt passionum CHRISTI in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ

data est mihi ī uobis, ut impleā uerbū Dei, mysterium quod absconditum fuit à sæculis & generationibus. Nūc autem manifestatū est sanctis eius, quibus uoluit deus notas sacere diuitias gloriæ sacramenti huius in gētibus, quod est CHRISTVS, in uobis spes gloriæ: quem nos annuntiamus corripientes oēm hoīem, & docentes oēm hoīem in oī sapientia, ut exhibeamus omnē hominē perfectū in CHRISTO IESV: in quo & laboro certando secundum operationē eius, quam operatur in me in uirtute.

Et uos cum essetis aliquando alienati etc. Hoc in loco commemorat fructum euangelii in illis secundum efficaciam: & quō de potestate tenebrarū trāslati sint in regnum Dei. Vocat illos olim alienatos à Deo: uocat etiā inimicos sensu, aut potius mēte in operibus malis: quoniā probabant ea, & consensiebāt peccato secundū superiorem hominis partē, quæ est mens & uoluntas. Et ait eosdem esse recōciliatos Deo, non ex operibus cum mala essent, nec operari bona possent. Reconciliationem ergo factā docet in corpore carnis Filij, in quo Deus posuit peccata nostra, & per eius mortē inueniuntur extincta omnia: modo applicetur nobis mors eius, quod fit p baptismum. Hactenus nobiscū hæretici conuenire uidentur. At in ijs quæ sequuntur, & in quibus est lucrum nostræ salutis, maxime dissentiunt. Apostolus enim quæ recōciliationis finē ponat, attentē & non surda aure audiamus, ait.

Exhibere uos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. Hic est sensus apertus: Sic recōciliauit ut exhiberet uos sanctos non imputatione, sed ueritate; et immaculatos: id est, absq; macula criminis; & irreprehensibiles, id est, nulla dignos reprehensione: non coram hoibus qui decipi possunt, & sæpē decipiuntur, sed coram ipso Deo. Nec tamen sic ad minutum exactio ista irreprehensibilitatis intelligenda est, ut omni penitus uacet culpa, cum id non permittat humana fragilitas: Sed satis est irreprehensibilis habendus, qui abstinet a crimine, nec est præuaricator uel transgressor præcepti: quibus uocibus peccatum mortale significatur. Hoc igitur est quod à nobis exigit Dominus, & non fidem rātū otiosam ac mortuam. Hoc autē præstamus, si amplexamur Mediatorem syncerē & absq; dolo: tum ipse per gratiā adueniens purificat corda. Illud uerō non satis est, sed oportet permanere in fide stabiles. Hoc fatentur etiam hæretici, sed satis esse asserunt. At lōgē falluntur ipsi, & alios insuper fallunt. Vide quid addat B. Paulus.

Et immobiles à spe euangelii. Non est autē immobilis à spe euangelii, qui destitutus est gratia per culpas & peccata, & uacuus est bonorū operū. Vera spes euangelii innititur ī operibus bonis, ut sit ea spes quæ non confundit, quæ & charitatē, teste Apostolo, secum habet comitē. Hæc hæretici qui à sola fide pendēre uolūt, non pōderāt: idē

idē semetipfos primū, & deinde alios qui illis habent fidē, fide uera & uiua spoliant, & miserādis modis occidunt ac perdunt.

Prosequitur B. Paulus de euāgelio quod illi audierunt, cōtestās uel eo tēpore esse prædicatum in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Nō tamē intelligas ubiq; locorū rū fuisse prædicatū, sed quod illius fama ad oēs iam peruenerat nationes quæ sub cœlo erāt: & de notis gentibus loquitur. Roma enim, Ierosolimis, & alijs multis celeberrimæ locis, ubi iā prædicatū erat euāgelium, habitabat cuiuslibet nationis uiri. Alioqui testatur B. Augustinus nec suo tēpore ad oēs orbis partes peruensse euāgelicā prædicationē. Cū autē se B. Paulus ministrum euāgelij dicat, ut hoc probaret, adiecit. Qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis. Hic notanter dixit Caietanus animaduertē dum esse, quod manifestē per hoc gaudium in afflictionibus cōprobatur uerus euāgelij minister: ut inde colligamus certitudinē gratiæ ex tribulationibus patienter toleratis sentiri.

Et adimpleo ea quæ defunt passionū CHRISTI in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Hæc Apostoli sententia hæreticos prorsus iugulat & confodit: nec habet quod respōdeat, nisi fucos, & meros cauillos solitis blasphemijs mixtos. Quocirca prius q; ad istius loci uerā expositionē descendā, recitabo uerba ex cōmentarijs cuiusdā illorū Burlingeri, ut prudēs & suæ salutis cupidus lector dignoscat, q; ipsius ueritatis premantur, dū sic ad exandescentiā ad prætextum falsitatis aliquē colorem confugere cōpelluntur. Detorserūt (ait) blasphemij quidam hoies hunc locū in contumeliā absolutæ satisfactionis Domini IESV, quasi illius merito non nihil desit, quod per nostras uires, per nostras afflictiones, perq; egregia nostra opera meritoria suppleri possit. Verū animus horret ad tātā blasphemiam. Peccatur hac expositione in præcipuum dogma fidei Christianæ. Omnis enim scriptura, & Sancti omnes ab exordio mūdi testantur pretioso CHRISTI sanguinē diluī peccatū totius mundi. Et idem hic Paulus: alibi non reputat afflictiones præsentis temporis quicquā facere ad gloriam futuram, quæ erga nos reuelanda est. Et communis sensus suggerit nullam esse collationē rerum terrenarum & imbecillium ad cœlestes ac pfectissimas. Pudeat ergo uos istius foedi, blasphemij, sacrilegi atq; abominādi cōmentij. Vestra ne imbecillitas expleret, quod absolutissima filij Dei perfectio imperfectū reliquisset? O Diabolicam præsumptionem. Hæc iste infelix calumniator, & sui erroris frigidissimus defensor. Audi, quæ lo, quo pacto locum ipsum interpretetur, & qua de re nos, id est, Catholicos reprehēdat: continenter enim subdit. Audite Paulum græcè planius loquentem, και ἀναναπληρωτὰ τὰ ὑστερήματα τῶν θλιψωµένων χριστῶ, id est, & suppleo quæ superant (non quæ defunt) afflictionibus CHRISTI. Nam ὑστερήματα uocant Græci non modo ea quæ defunt, sed posteritatem quoq; & reliquias: quo uerbo usus est Am-

brosius. Quæ supersunt, & quæ posterius relicta sunt. CHRISTVS autem afflictus est pro nobis, ait Petrus, nobis relinquens exemplū ut insectaremur uestigia eius. Hæc ergo reliquias: explese se dicit Apostolus. Hæc istius iterū dicā, uerē infelicis hæretici uerba. Lector attende. Pauca quædam de uocabulo ipso præmittenda sunt, postquam iste homo nos ad significationē græcæ uocis tanq; perperam translata, prouocet. Et agnosce magnā illius iniquitatē cum pari imperitia coniūctam. Faretur ipse uocabulū eā significationē habere, in quā illud uertit noster interpres, cū dicat non mō significare q; defunt, sed etiā quæ supersunt, & quæ posterius relicta sunt. Qua ergo impudentia interpretē suggillas Burlingere, cū uox ipsa, te iudice, illud significet: imō uerō cū oēs græcæ linguæ peritissimifac interpretati sint: imō cum nec aliter quisq;, nisi desipiat, interpretari possit? An non dicit Apostolus se suppleret? Quid autē suppletur? quod supbūdat, an quod deest? Itaq; ob id etiā significat quod posterius relinquatur, quia hoc posterius deest priori. Nec tibi tanq; uerum damus, ut significet ea quæ supersunt, nisi in hanc significationē, quod ea quæ supersunt, nondum sunt, sed posterius sunt uertura. Ipsa eadē prorsus uoce utitur ipse B. Paulus ad Thess. scribens, ubi ait se complere quæ defunt fidei eorū, in eandē significationem qua nunc utitur.

Verum te rursum cōuenio homo miser, q; tanq; pro euāgelio certans nos blasphemos appellas, q; si tibi haberetur fides, detorserimus locum hunc in cōtumeliā absolutæ satisfactionis. Quid est ergo illud reliquiarū, quas se supple re hic testificatur B. Paulus? Dic sodes, exue pudorē: Exēplū, ais, quod reliquit Dominus. Sed exēplū quod ille reliquit, non suppletur: nec est quicq; posterius quod ipsum suppleat exēplum tā perfectū, etsi relictū sit posteris sumēdū. Oportet ergo fatearis imitationē supplese Paulū, q; superat. Nūc audi: Nōne B. Paulus aliās dicit. Imitatores mei estote, sicut & ego. CHRISTI: At cur non sit iniuria absolutissimo exemplo? Si datus est nobis in exēplū, quid oportuit adiuuāgi Paulū? imō Paulum ipsum se ostentare exēplū? Nūquid fortē exēplū illius iminutū fuit? Absit. Quæadmodū igitur non obstitit perfectissimo Capitis exemplo, si & alij eius excellentiores imitatores ualerent alijs se præbere exēplū: ita perfectissimis eius meritis & satisfactioni nō derogat quicq;, dū aliorum merita & satisfactiones pro alijs cōparatur & profunt. Ut enim hoc illi possent, ipse CHRISTVS meruit: & ut efficeret ipse uoluit, dedit, atq; eosdem adiuuit.

Quod ut latius adhuc declarem, Videamus primō ueritatem iuxta sensum ecclesiæ, de satisfactione & meritis CHRISTI, quæ suis afflictionibus pro nobis comparauit. Hæc solida ecclesiæ sanctæ Dei est doctrina: CHRISTVM IESVM Redemptorem nostrum suā passione & satisfactione, aut suæ passionis meriti operatum esse omnibus remissionē peccatorum.



rum. Verum hoc non absolute, sed ordinate iuxta debitas & opportunas conditiones, uidelicet si merita illa applicentur, & gratia donetur, & statuatur homo ut decet in CHRISTO IESU. Applicatio autem illorum meritorum fit per fidem & sacramentum. Quod uero quidam ad fidem ueniant & suscipiant sacramenta, prodest oratio & merita sanctorum. Quod autem recipiunt sacramenta primum baptismi tollantur prorsus peccata omnia, sola CHRISTI passio & satisfactio operatur, idque nemo negat Catholicorum. His autem qui sunt in CHRISTO per fidem, & iam in corpore ecclesiae membra CHRISTI capitis facta, si iterum peccatis succumbant, sanctorum eis orationes & passiones prodesse ut reuertantur & uiuant, & ad satisfactionem peccatorum si modo illi respiciant, nulla fuit unquam apud Catholicos dubitatio. Ecce Saluator noster ad orationem & fidem aliorum mouetur, ut paraliticum sanet a morbis peccatorum. Hoc manifeste probat euangelica historia. Si oratio sanctorum ad hoc prodest, nunc quid ergo CHRISTI orationi inferatur iniuria orantis pro omnibus, tanquam aliquid ei defuerit? Absit. Non ualet o heretice, non ualet inquam argumentum hoc tuum: quoniam per orationem CHRISTI effectum est ut & orationes sanctorum ualerent; unde cuncta tandem concluduntur in meritis CHRISTI. Et ob hanc gratiam in ecclesia Spiritu sancto rectore, omnis oratio in qua intercessionem sanctorum implorantur, ita concluditur: Per Dominum nostrum IESUM CHRISTUM. Haud aliter est in satisfactionibus a reatu poenarum. Profunt quidem nobis afflictiones sanctorum, ut poenae nobis debite hoc modo per illos persoluantur. At quod sic nobis profint, de meritis ipsius Domini processit, ut & merita sanctorum merita illius censeantur. Nam totum ecclesiae corpus cum capite, unus est CHRISTVS qui dicitur mysticus, quem totum oportet esse plagatum, ut a uertice capitis usque ad plantam pedis non sit in eo sanitas, tum ad satisfaciendum, tum ad promerendum gloriam. Sic ipse & satisfecit pro nobis egenis, & sibi ipsi gloriam maximam promeruit.

Redeo nunc ad praesentis loci interpretationem. Primo dixerat eos reconciliatos fuisse Deo, idque per mortem & satisfactionem Domini. Nullus enim alius sanctorum suis passionibus ad hoc opus concurrat, nisi solo praedicationis ministerio. Cuius factus sum minister; Deinde ait, Nunc, quando; nunc nisi post eorum reconciliationem, postquam facti membra Redemptoris, & capacia recipere salutiferos influxus per alia potiora membra: Nunc igitur gaudeo in passionibus meis. Quare gaudeo Apostole sancte in passionibus tuis? Quid enim boni in his inesse potest? Certae passionibus in seipsis nedum bonae non sunt, sed malae. Ait ergo tanquam respondens, Gaudeo pro uobis: quasi si dixerit. Ego ob eam causam letitia afficior, quoniam passionibus istae uobis profunt. Et adimpleo. Et pro, quia, usitatum in scripturis: quia adimpleo, aut (ut uolunt) quia suppleo quae defunt, aut quae addenda supersunt, sic enim defunt: passionum CHRIS-

TI, id est, earum passionum quae ipse pertulit. Suppleo autem illas; in carne mea: id est, in exteriori homine: nam interior homo gaudebat. Patiebatur autem pro corpore eius quod est ecclesia. Hic clamathæreticus quasi zelans contra nos, imò non contra nos, sed aduersus Apostolum, O blasphemus, o sacrilegus, o abominandus. Non ergo satis passionum pertulit CHRISTVS ad absolutissimam satisfactionem, ut necesse fuerit etiam Paulum pati? Audite, quæso, & intelligite ne tanto zelo inflati ac distenti rumpamini.

Fuit quidem refertus passionibus Dominus pro uniuersa ecclesia redimenda, ad quem finem ille uenit, & nihil ei defuit passionum ad reconciliandam illam. At post reconciliationem cum membra sponte sua relabuntur in peccata, uariasque infirmitates & reatus, ut iterum instaurantur non habent sicut a principio habuerunt, satisfactionem primariam a passionibus Domini integram. Non quasi passiones illius & merita exhauriantur, quae sunt immensa & infinita: sed quia non decet ut sic uiliter & tanto contemptu expendantur, & ita non semel, sed bis, & ter, & decies, & centies, & millies, et denique assidue iterum atque iterum crucifigatur. Quod esset, si postquam semel applicata est cuius mors, etiam rursus uelit ille sibi applicare, & quodammodo iterum mori pro se, atque ipsum habere ostentui, ut ait B. Paulus. Ergo post reconciliationem nato nouo peccato, non uult Dominus ex integro pro his satisfieri ex suis passionibus, ita ut omnis poenarum reatus tollatur: sed æquissimè uoluit ipsum membrum quod peccauit, pro se satisfacere. Et cum ipsius ecclesiae quae est unum corpus, multa sint membra, uoluit pro decentia ut unum membrum possit etiam pro alio pati ac satisfacere propter colligationem in uno spiritu: ut quod unum membrum pro alio persoluit, ipsum persoluisse apud Deum censeatur.

Cum autem maiora CHRISTI & nobilitate membra post reconciliationem suam innocenter uiuentes, ut magis conformes essent imaginem Capitis, pertulerit passiones supra modum, uoluit Deus (& hoc per merita ipsius Primogeniti) ut illarum passiones cederent in bonum & in satisfactionem aliorum membrorum: quod ad maiorem ipsius Ducis gloriam facit. Saluator enim primò solus suo sanguine redemit & acquisiuit ecclesiam. Acquisita uero non solus uult conseruare & ei prodesse. Sed quò strictius nos amoris uinculo uniret, disposuit ut membrum a membro iuuaretur, & aliud pro alio egente satisfaceret. Non inquam (crebrius propter surdos hæreticos dicendum est) quasi sint eius exhausta merita: imò quia eius meritis hic honor est comparatus, & hic datus membrum spiritus, ut se inuicem iuuare possent. Et hæc est communio sanctorum in Apostolico symbolo, quam hæretici non accipiunt: & quod est ad maximam CHRISTI gloriam, calumniosissimè ad illius detrimentum conuertunt. Defunt ergo passiones CHRISTI, non qui minime sit ad summum passus: Vel cuius meritis ad sit aliquis defectus, qui non abudauerit meritis

ritis supra omnem modum: sed quia non uult Dominus sic expendi merita illa sua nisi praescripto modo, ut detur locus Sanctis suis ad supplendum, quod etiam contrahitur de ipsius CHRISTI meritis. Nam Sanctorum merita, CHRISTI sunt merita. Ipse hoc meruit ut illa essent: & iam eiusmodi merita unum sunt cum CHRISTO. Unde & ipsum persequitur, quicumque ecclesiam persequitur, ut Paulo fuit à Domino exprobratum.

Pro indulgentijs.

Et hinc conflatur thesaurus ille meritorum capitis CHRISTI, & sanctissimae VIRGINIS MATRIS, & sanctorum Dei: cuius credita est dispensatio Beatissimo Papae summo eius in terris Vicario: inde effluunt indulgentiae. Hunc thesaurum & hanc potestatem dispensandi rident irrisores hæretici, qui paulò post & ipsi miser dabunt irrisiois poenas, nec ridebunt ulterius, qui defraudant miseras & peccatrices plebes suas tantis bonis atque subsidijs, ut non communicent cum Sanctis, nescientes unguentum quod descendit in barbam prius, ac deinde in oram uestimentorum Aaron. Ne quis autem falsò putet hæc à nobis Pontificibus assentandi gratia dici, addimus nos minime negare fuisse in huiusmodi dispensationibus indignos abusus. Non negamus, non defendimus. Verum quid hoc ad reueritatem destruedam? Abusus ipsi corrigendi erant, non tollenda praeiuris ueritas. Sed hæc de re satis.

Cuius factus sum ego minister. Dicit se ministrum ecclesiae, qui antea dixit euangelij. Ibi de re quam ministrabat loquebatur: hic de personis pro quibus, aut in quorum gratiam ministrabat, qui erant ecclesia. Potest etiam dici minister ecclesiae, id est, ab ipsa ecclesia ordinatus, & ecclesiae nomine id agens, id est, Capitis ecclesiae. Sic & nos omnes tales ministri sumus, ut ecclesiae uoce intelligas summum & primum Prælatum. Eo sensu intellexit Dominus, cum dixit: Dic ecclesiae, ut Sancti Doctores exponunt. Hoc autem ministerium se à Deo accepisse non ab ecclesia, quod subiicit declarat. Secundum dispensationem Dei quae data est mihi in uos, id est, erga uos, quia peculiariter ad gentes erat electus Apostolus. Ut impleam uerbum Dei, quo pollicitus erat & ad gentes peruenturum regnum Dei. Hoc Dominus sæpenumerò incredulis comminatus est Iudæis, qui obiecerunt. Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? In parabola autem uinetae, quando conclusit. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, cognouerunt principes, ait Euangelista, quod de ipsis diceret.

Mysterium quod absconditum fuit à saeculis. Iam expositum est ad Ephesios. Vocat mysterium arcanum illud ignoratum à saeculis, hoc est, à filiis saeculi huius. Vel à saeculis, id est, ab initio saeculorum. Sed primò uerius, cum addat: Et generationibus, quae in saeculis uariè extiterunt. Erat enim Iudeorum generatio: erat & gentium quae in plures distribuebantur, in Græcos & Barbaros, & tamen notum fuit multis utriusque gentis prophetis.

Nunc autem manifestatum est sanctis eius. Quauis scripturae id continerent, non tamen cum esset

consectum uel, intelligebatur. Ideò ait esse nunc manifestatum à Deo sanctis eius, per quos ipsis saeculis ac generationibus manifestaretur. Quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriae mysterij huius in gentibus. Significat apostolicam praedicationem à Deo mandatam, qua mysterium hoc gentibus patefieret in signis, & prodigijs, & portentis admirandis: sicut ex parte in Actis Apostolorum uidere licet. Quod est CHRISTVS in uobis spes gloriae. Sic latine legitur, & ad mysterium referri debet. Græca tamen lectio patitur ut ad diuitias illas gloriae, quas ait esse CHRISTVM in illis, referatur: quoniam artha Spiritus quæ datur Christianis, non aliud est quam CHRISTVS fide receptus ac dilectione, qui solus omnes superat mundi huius diuitias etiam cum persecutionibus. Sed huiusmodi felicissimas diuitias nemo probat, nisi si prius à perituris liberet prorsus animum, & CHRISTVM absolute sequatur. Tum inuenit pretiosam margaritam, & thesaurum in agro absconditum etiam in hac uita. Audi Euangelistæ testimonium. Respondens IESVS ait: Amē dico uobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter euangelium, qui non accipiat ceteris tantum, nunc, & in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, et filios, et agros, cum persecutionibus: & in saeculo futuro uitam eternam. Videtur nunc quid est CHRISTVS per speculum perfecta, qui ipse est spes gloriae nostrae perfecta, qui artham donat quos nos interim facit de futuro, modo maneamus in accepta gratia.

Quem nos annuntiamus, corripientes (aut potius admonentes) omnem hominem, & docentes. Et hic additur apud græcos codices: omnem hominem; Nam & doctrina oibus est necessaria. Scriptum erat: Omnes erunt docibiles Deo, id est, accipiet quae necessaria sunt, ut homo dirigat ad Deum. In omni sapientia, quae ad finem respicit, & ad illud conducit. Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO IESU. Audi tu quicumque ignoras diuinam dona & uirtutem Dei, ut dum negligenter operaris, propius te excuses & dicas. Non possumus oēs esse perfecti. Non oēs possumus renūciare oibus quae possidemus. At hic Apostolus omnem hominem docebat, ut exhiberet omnem hominem perfectum in CHRISTO IESU. Non dixit perfectum absolute, sed in CHRISTO IESU, in quo quilibet existens aliquo modo dicitur perfectus, si manet in charitate. In CHRISTO enim IESU omnis imperfectio per sinceram confessionem absorbetur, ut perfectus dicatur qui imperfectio suam & agnoscit & confitetur. Sunt tamē gradus siue status diuersi in ecclesia & regno CHRISTI, quibus inuicem comparatis, alius perfectionis praeter alio dicitur, ut Episcoporum status quae exigit charitatis opera summa & perfecta. Item status Regularium, qui ea profitentur quae ad perfectionem strictiorem facilius conducunt.

Cæterum illud non praeterendum est silentio, ut attentè lector consideret, quā crebro B. Paulus non ab re repetit omnem hominem, dicens;

Matth. 9

Hebr. 6.

Matth. 18.

104. 7.

Matth. 21.

Marc. 10.

Ierem. 31.

se admonere omnem hominem; docere omnem hominē; deniq; exhibere perfectum omnem hominem in CHRISTO IESU. Hæc inquam omnino consideranda sunt aduersus dogma illud hac tempestate à quibusdam cum magno populo scandalo prædicatum de electis & relictis in massa perditionis; quo nihil potest perniciosius in uulgus spargi, ut superius docuimus. In quo & laboro certando secundum operationem eius, quam operatur in me in uirtute. Hic finis omnium laborum & certaminum CHRISTI, & Apostolorū, ut per eos perfecti simus in CHRISTO IESU ad opus bonum instructi. Notabis autem illud, pie lector, quomodo semper Apostolus uirtuti Dei in se operantis tribuit omnia, & præsertim opera illa quæ faciebat heroica, & diuinæ fortitudinis ac potentia plenisima.

2. Tem. 3.

CAP. II.



**V**OLENIM VOS SCIRE qualem sollicitudinem habeam pro uobis, & pro iis qui sunt Laodicæ, & quicū que non uiderunt faciem meam in carne: ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in oēs diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterii Dei & Patris & CHRISTI IESU: in quo sunt oēs thesauri sapientia & scientia absconditi. Hoc aut dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonū. Nam etsi corpore absens sum: sed spū uobiscū sum, gaudēs, & uidens ordinē uestrū, & firmamentū eius, quæ in CHRISTO est, fidei uestræ. Sicut ergo accepistis IESUM CHRISTUM dominum in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide (sicut & didicistis) abundantes in illo in gratiarum actione.



**V**OLO enim uos scire etc. Facilis textus. In sinuat desiderium illud quo accendebatur, ut scirent suam sollicitudinem quasi maternam. Græcè legitur; *Agonem*; quæ de illis, & ihs qui erant Laodicæ, sentiebat: tamen de facie nō esset illis notus. Laodicæ de qua hîc loquitur, erat urbs Asiæ. Idq; ut consolationem caperēt in cordibus suis, instructi in charitate. Potius constructi, compacti, seu conglutinati in charitate. Etenim summa cōsolatio est fratrum in CHRISTO cōpactorum, cū audiunt prouentum fidei, & CHRISTI gloriā crescere. Hac experientia recreatus Propheta. Ecce quàm bonum, ait, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus, *ἡ ἀληθοφροσύνη*; quā interpret reddidit; plenitudinis; significat certam notitiā ac persuasionem absq; ulla dubitatione in intellectu. In agnitionem mysterij Dei Patris, & CHRISTI IESU. Græcè legitur; & Patris, & CHRISTI; In his

psal. 132.

duabus personis proculdubio cōsistit notitia totius mysterij; quoniam consequenter utriusque Spiritus subintelligitur. Imò uel in solo CHRISTO, cum dicat ille. Qui uidet me, uidet & Patrem meum. Et hoc ipsum magis declarat Apostolus, dicens; In quo; nimirum CHRISTO; sunt oēs thesauri sapientia & scientia absconditi. Maxima certe est scientia nosse CHRISTUM, utpote in quo abscondita sit tota Patris sapientia, omniumque notitia scitu desiderabilia ac periucunda: quæ enarrare lōga esset historia, nec nostræ facultatis.

10an. 14.

Hoc autem dico. Perpēdens Apostolus humanā miserā: & nisi uerè ac perfectè radicans sit in CHRISTO, posse facile hominem per tentationes, & tædium aduersus exercitium bonæ uitæ, & p̄ falsos suos seduci ac decidere, sollicitudinem suam, & sollicitudinis quam de eis habebat, explicat rationem dicens. Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonū. Græca uox; *παρολογίζεσθαι* una est quæ significat sermonis (ut ita dicam) persuasibilitatem. Sed regnū Dei non est in sermone, sed in uirtute & ueritate quæ penetrat cor, non quæ aures demulcet. Omnes sermō heresiarchæ disertio sermone & eloquētia ualuerunt. Aduuantur enim (quod multū non credūt) à Diabolo, qui rhetor est & sophista egregius. Tales ille nobis hac tempestate peperit. Ne autem uideretur. B. Paulus sollicitari frustrā, ait. *Nā et si corpore absens sum: sed spiritu uobiscū sum etc.* sollicitudine & affectu dilectionis. Notent quibus cura animarum commissa est, & potissimum mercenarij qui corpore quidem præsentēs plerūq; sunt ut emungant crumenas, non ut emundēt cōsciētias. Charitate autem longissimè recedunt, nō quidē mutādo locū, sed subtrahēdo solatium. At non sic Apostolus, qui etsi spiritu cū gaudio uideret ordinem & firmamentum fidei illorum, non tamen ita constabilitum, ut nō propiceret imminere à falsis doctoribus periculum. Hortatur itaq; ut firmi perstare uelint.

Sicut ergo accepistis CHRISTUM Dominum, id est, quod ipse est Dominus, qui proprio sanguine nos acquisiuit, & à dominatu Tyrāni crudelissimi eripuit; in hoc ambulate; proficiendo assidue per opera bona, radicati & superædificati. Melius græcè, radicamini & superædificamini in ipso; & confirmamini in fide; Sicut didicistis; siue edicti estis. Opera bona sunt quæ hanc radicationē & superædificationē & cōfirmationē fidei operantur, sicut Apostolorum Princeps ait: Satagite ut per bona opera uestra certā, seu firmā, uocationē & electionē uestram faciatis. Est aut notandum cœlitus particulari dono Apostolū fuisse p̄ditū, quo propheta cē p̄uidebat quo in statu ecclesiæ uersaretur. Curam enim de illis habebat, nec ubiq; præsens corpore esse poterat. *Abundantes in illo.* Græcè; in illa; uidelicet fide; & emendati. Abundat autem in fide, qui per dilectionē operatur; In gratiarum actione; Hæc maxime necessaria est. Quid magis debitū q̄ grata memoria? Quid uiuacius ut conseruetur & augeatur donā? Alioqui & quæ data sunt, meritò auferuntur.

2. Pet. 1.

Videte

Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundū CHRISTUM. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione CHRISTI, conscripti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traiecit confidenter palam, triumphans illos in semetipso,

Videte ne quis uos decipiat etc. Postquam monuit ne se per eloquentiam & persuasibiles sermones seduci paterentur: Nunc rursus monet caueant ne decipiantur, aut ne captiui & prædæ fiant per laqueos philosophiæ, & uerba ad fallendum cōposita, secundum traditionem hominū. Erant philosophorum traditiones, quæ in Græciæ gymnasijs regnabāt, & obstabāt fidei nostræ. Verbi gratia: Ex nihilo nihil: in nihilum nil posse reuertī. Aut: A priuatione ad habitum non est regressio. Aut: Accidentis esse est inesse, & alia huiusmodi. Ex quibus nisi sobriè intelligatur, fidei nostræ tolluntur fundamenta. Ex prima enim tollitur mundi creatio. Ex secunda negantur miracula multa, & ipsa resurrectio mortuorum. Ex tertia, sacrosanctum Altaris sacramentum. Illæ igitur dignitates aut falsæ sunt, & non dignitates: aut sunt secundum causas naturales, admittēdæ. Nulla enim, præter Deum, effectrix causa potest quicquā generare aut creare ex nihilo, hoc est, non præsupposito subiecto, & per modum generationis. Nec potest esse ex naturæ potentia resurrectio mortuorum, nec uisus restitutio, nec accidens sine subiecto. At Omnipotēti Deo hæc esse impossibilia, nec ulla est ratio uel apprensus. Quare ex qua die cœpi ihs studijs uacare, non ualui satis demirari nonnullos philosophos, qui ex philosophia se aliter esse persuasos contrebantur, non minus ignorantiam, quàm perfidiam præseferentes. Contra hos ergo Apostolus hoc in loco hortatur, & ueram tangit eorum erroris causam, qui scilicet è traditione hominū sumunt falsa illa & inania principia.

In philosophos malos et proteruos.

Quod si quis obijceret: Illæ hominum traditiones nonne à sapientibus ratione constitutæ sunt ut essent euidentes? Respondet Doctor noster, illas traditiones esse secundum elementa mundi, id est, acceptæ sunt ab elementis mundi, ab ordi-

ne & causis quæ conspiciantur in mundo. Cū enim uiderent nihil produci in esse non prius existente materia, dixerunt absolute mundum non potuisse produci, sed fuisse ab æterno. Cumque nullum pariter uiderent ad habitum ab ipsa priuatione regressum, simpliciter id fieri posse inficiabantur. Similiter dū contēplati fuissent proprium esse accidentis inesse, crediderunt hoc uenire in eius rationē, & de essentia eius esse. Sed non ita est. Aliud est enim accidēs, & aliud substantia. Enim uerò licet accidēs ob imbecillitatem sui esse eius sit natura, ut non quæat naturaliter per se consistere: nonne qui dedit esse cunctis, sua uirtute poterit etiam inualida substantiare? Et qui est Dominus ordinis & causarum, nūquid alligauit sibi manus, quo minus ualeat præter illum ordinem, & præter illas causas operari? Itaq; manifesta est philosophorum fallacia qui ex his elementis constituunt sibi principia, quæ iuuant quidem ad intelligentiam uirium naturæ, sed non aduersus omnipotentiam, quæ non inde accipienda est, sed ab altiori & longè perfectiori principio, nimirū à CHRISTO. Vnde ait; Sed secundum CHRISTUM. Est autem istud secundum CHRISTUM: Non esse impossibile apud Deum omne uerbum. Et illum esse fontem & initium omnium existentium, & uitam omnium uiuentium, & resurrectionem cunctorum mortuorum. Nec tantum CHRISTO omnia esse possible, sed & omni in illum credenti. Hæc autem uerissima esse non uerbo nudo pronunciauit, sed experimento & re ipsa declarauit, cæcos illuminans, suscitans mortuos & seipsum: & alia innumera nedum faciens ipse, quin etiam dans alijs eadem & maiora faciendi potestatem.

Contra damnantes scientias sæculares.

Ex hoc loco insipienter intellecto acceperunt quidam stulti & insipientes homines ansam ad errorem. Damnarunt enim propterea scientias & artes quæ naturalilumine constantur: quoniam hîc damnata ab Apostolo philosophia uideatur. Et non aduertunt imprudentes, quænam philosophia damnetur. Neque enim uera philosophia ab Apostolo damnatur, sed ea quæ per hominum placita & traditiones conflata est, quæ aduersatur Deo, nec ulla ratione naturali uera & efficaci consistit. Alioqui lumen lumen non aduersatur: imò fauet, imò præsupponitur. Si careremus naturali lumine, quo pacto adijci posset supernaturale? Ipsemet Apostolus doctor noster plerūq; naturalibus utitur rationibus, quæ ualent apud homines ad ea persuadēda, quæ sunt super ordinem ipsius naturæ.

Detorquent uerò hæretici (quo genere hominum nihil captiosius magisq; subdolum fingi potest) & hūc locum contra ecclesiastica instituta, quæ quasi traditiones hominum reiiciunt. Quidam ex illis hoc in loco, ita scribit. Hoc autem philosophiæ genus sequebantur Colloenses pseudoapostoli, partim ad præsidia humanæ sapientiæ confugientes, partim circumcissionem, sacrificia, & legalia urgentes, quasi ad iustificationem & uerā sapientiā parandā CHRISTVS solus

solus inefficax sit. Hodie quoque uidere est quanta suppellectile quidam doceant opus esse ad consequendam uitam beatam. Nec sine probitatis specie, sine rationibus: Adde & sine scripturarum locis, sed detortis, id faciunt. Alius enim uires liberi arbitrii predicat, alius opera meritoria & satisfactoria iactat, alius monachus regulas, easque uarias & seueras laudat, alius Diuorum, Misericordiarum, & indulgentiarum largissimas gratias amplectendas suadet. Perraro sit mentio CHRISTI & expiationis eius. Scriptae sunt de his amplissimae disputationes. Caeterum damnatur hic omnia a Paulo. Philosophica enim sunt, hoc est, inania ex hominum constitutione prolata, quae & circa externa uersantur, & a CHRISTO abducunt: Haec illius beluae uerba.

At quam impie, ne dicam solummodo falso & fatue, uel puero per facile est uidere. Quid enim stultius quam dicere ex philosophia uenisse Monachatum, & Misericordias, & Diuorum inuocationes? Quid magis falsum, quam esse traditiones humanas, cum ex ipso euangelii fonte hauriantur? Quid item magis impium, quam asseuerare per haec nos abduci a CHRISTO, quibus efficitur ut illi arctissime adhaerescamus? Quid denique tam calumniosum quam nullam in his CHRISTI fieri mentionem obijcere, cum ubique & in omnibus ecclesiae orationibus & caerimonijs nomen ipsius CHRISTI passim (ut par est) honorifice exprimat, & adoretur, & imploretur? O impudentiam singulari. Et quid est aliud Missa, quam oblatio & sacrificium, & illius sacrificij CHRISTI & expiationis memoria? Indulgentiae ipsae quid sunt, nisi dispensatio meritorum CHRISTI, ac Sanctorum? Et quid Monachatus, nisi sequela CHRISTI, & euangelicae uitae ac puritatis succus, & perfectioris iustitiae ad imitandum CHRISTVM professio? Quid ergo garrit, imo blasphemat hic infelix haereticus, aiens nullam in his fieri CHRISTI mentionem? Et quod in hunc nebulonem dico, in alios eiusdem farinae dico, qui haec audent uertere, & tantis blasphemijs damnare. Sed ad rem nostram, ne longius digrediamur.

Quia ergo dixerat Apostolus non debere nos secundum elementa mundi inquirere scientiam, sed secundum CHRISTVM, addidit. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Mirus & inauditus loquendi modus: quonia & res ipsa, quae explicanda erat, mira est super omne miraculum & inauditum. Primum, quod in CHRISTO uidelicet inhabitet diuinitas. Non enim consuetum est dici ulla in re secundum naturam ipsius inhabitare Deum, aut deitatem. Esse quidem per uirtutem, aut potentiam in omni dicimus. Inhabitare autem non est usitatus scripturae mos, nisi in his tantum qui tepla Dei constituti sunt: ut in Apoc. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ad Corinthios ex testimonijs scripturarum ait. Dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulo inter illos, & ero illorum Deus &c. At in nullo

dicatur deitatis plenitudo inhabitare, nisi de uno CHRISTO. Licet enim de quibusdam dicatur, ipsos esse Deo plenos, plenitudinem tamen Dei esse in illis non legimus. Et quod summum est, ait; corporaliter: hoc est, secundum carnem. Nam istud propter unionem illam naturarum singularissimum CHRISTI est: quia VERBUM caro factum est, & ipse habitauit inter nos.

Ex hoc loco accipiebat Nestorius duas in CHRISTO personas, ita formans argumentum. Si deitas inhabitat in CHRISTO, iam alia oportet esse hypostasim Dei inhabitantis: aliam eius quod inhabitatur, corporis. Sed longe fallebat. Nam & anima nostra in corpore inhabitare dicitur, nec tamen propriam habet personam: sed una est & eadem persona corporis & animae. Praeterea quod ait Apostolus deitatem corporaliter inhabitare (ut S. Doctores animaduertent), fatis innuit modum illius diuinitatis quae est participata a corpore: hoc est, in quo dicitur, corporaliter. Non propterea desint esse deitas, neque confusio ulla seu comixtio facta per hoc intelligi potest, quod dixit inhabitare. Qui enim inhabitat non confunditur, nec admiscetur rei quam habitat. Verum tanta res nec sic idonee explicatur. Nouum est quoddam quod fecit Dominus super terram, dignum potius ueneratione atque admiratione, quam anxia & curiosa conquisitione.

Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Vos igitur qui estis repleti in illo qui est caput omnium etiam Angelorum, quasi eius membra per influxum Spiritus sancti, non oportet de recta uia deflectere, & dare aures perfidis ac deceptoribus, & recedere a capite. Influxus uitae confestim cessat, ubi membra non manent sub capite, sed abscinduntur, aut segregant se metipsa. Quoniam uero a pseudoapostolis praedicabatur circuncisio carnis, quae praedicatio non leuem auctoritatem propter Abrahamam & propter Moysen nanciscatur, ideo B. Paulus reuerentem declarans, ne tertio modo decipiantur, subdit. In quo & circuncisus estis. Tria tunc erant quae Christianae ueritati aduersabantur. Primum, sublimitas seu persuasibilitas sermonis. Secundum, pronuntiata philosophorum. Tertium, lex illa Moyses, & illud peculiariter quod attinebat ad caerimonias, & ad illam primam circuncisio nis caerimoniam, quae non erat ex Mose, sed ex Patribus. Prioribus duobus explosis uenit ad hoc tertium, & ut doctissimus Theologus tanquam praecipuum quod quidam obijciebant, & simul respondens, uidetur eos interrogare. Quid uolunt isti a uobis, nonne ut circuncidamini? At iam circuncisus estis. Quod si rogarent, quo pacto? Respondet, In CHRISTO. Nec adhuc intelligunt multi quid est esse circuncisum in CHRISTO, imo nec quid sit esse circuncisum. Sed cum nihil aliud sit circuncisio, nisi praepitij abiectio per cultum petrinum, si quid sit praepitium non intellexerimus, nec quid sit ipsa circuncisio intelligemus.

Est ergo praepitium secundum carnem. Et est praepitium secundum spiritum. Et secundum carnem

Contra Nestorium.

Quae ab initio aduersabantur Christo.

De praepitio & uera circuncisio in Iudeos.

Act. 7.

Ibid. 15. 104. 15.

104. 3.

Rom. 6.

Ibid. 8.

carnem praepitium quid sit, notum est: sed praeparatur hanc circuncisioem Deus. Est igitur praepitium secundum spiritualementem intelligentiam obturatio aurium, quae aures sunt & cordis & corporis. Qui ergo ad mandata Dei aures habet per affectum carnis obductas, obtusas, & obturatas, quales sumus natura omnes propter peccatum, & propter illam primae iustitiae carentiam, recte in scripturis uocantur praepitii ac praepitium. Quapropter carnales Iudeos obiurgabat Moses, & prophetae, & nouissime B. Stephanus, qui incircuncisus erat corde & auribus. Ergo uere circuncisus spiritu non sunt, quibus circuncisum est cor, id est, abiecta carnalis affectio: quae non potest a nobis auferri aut praescindi, nisi auferatur peccatum quod obstat nobis: & restituatur gratia & iustitia Dei, qua iustificamur coram ipso. Hoc autem opus auferendi peccatum iustitiamque restituendi, solius Dei est, qui per CHRISTVM Dominum in professione baptismi istud efficit, in quo morimur & nos cum illo ipsi peccato, & conspelimur cum illo, & resurgimus, & renouamur per iustitiam coelitus nobis collatam ut uiuamus Deo. Sic igitur circuncisus in CHRISTO sumus, & inuenimur abiecta carnali cordis concupiscentia grati Deo. Et licet fomes adhuc in carne remaneat, charitas tamen est infusa menti, per quam condelectamur in lege Dei, abiecto mentis per gladium petrinum praepitio. Haec est praedicatio euangelica, quae fide suscepta, & mox infusa charitate amputat carnis affectiones, & purificat corda. Unde Dominus dixit. Vos mundi estis propter sermonem meum, uidelicet fide receptum atque admixtum. Haec igitur erat circuncisio spiritus quae placebat Deo, sine qua carnalis illa circuncisio nihil proderat. Haec autem sine illa semper ualuit. Hac circuncisioe circuncisus fuisse Colossenses dixit Apostolus, quae erat in CHRISTO non in Mose. Nam quae erat Moyses, ut Moyses, carnalis erat, & carnalium Iudeorum. Haec autem CHRISTI, spiritualis erat in corde, ut confestim amplius declarat, dicens.

Circuncisioe non manufacta in expoliatione corporis etc. id est, ad hunc effectum expoliandi corpus peccatorum carnis. Vocat Apostolus carnem ipsum hominem qui inuenitur filius ueteris Adae praeparatoris, dicente Domino. Qui natus est ex carne, caro est. Nec ab re est articulus graecus, quo certa caro significatur, quae quondam fructificabat morti. Vocat item corpus peccatorum, quod alibi corpus peccati, quo significatur uires humanae, quae simul collectae ruunt concordis in uarias concupiscentias. At huiusmodi uiribus expoliatur homo per hanc circuncisioem recedente peccato, & adueniente iustitia: quoniam nec ea quae relinquuntur ad meritum in carne concupiscentia, dominatur menti, ut testatur Apostolus, si ambulemus secundum spiritum & legem mentis. Sed in circuncisioe CHRISTI. Graeca lectio omnino germanior absque sedis ut stet appositioe, & declaratur circuncisio non

manufacta, quae est circuncisio CHRISTI, hoc est, quam CHRISTVS operatus est. Nisi forte uelimus dicere & melius, CHRISTVM ipsum fuisse aliquo modo sic circuncisum, cuius circuncisioe nobis est haec circuncisio comparata. Quid ni dicemus circuncisum fuisse in morte sua, cum & ipse dixerit se eo pacto baptizandum? Iam enim caro illius facta est quodam modo caro peccati, cum reatum peccatorum nostrorum in se transfulerit, quam oportuit excidi, ut ueniret caro altera incorruptibilis & uitae sempiternae. In illa ergo circuncisioe CHRISTI, quando mortua est caro illa, circuncidimur & nos cum baptizamur: quoniam morimur in baptismo cum illo, & sepelimur ut resurgamus ad ueram uitam.

Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis. Vide totum mysterium, & admirandam circuncisioem. Ut enim illud CHRISTI corpus mortuum fuit propter peccatum, sic & corpus peccati mori dicitur in nobis: quia secundum mentem uita eius interijt, solum apparet in carne: quae quasi cadauer ne graue coram Deo interim oleat, condienda est aromatibus & sepelienda, ut iam non appareat foetida ante illum, sed peccatum quod in illa residet. Conditur uero deprecationibus & poenitentia, confessione, contritione, lacrymis, & alijs macerationibus, quae ueluti aromata conservant a putore. Operitur & sepelitur in supercharitatis in proximum operibus. Quemadmodum autem & CHRISTVS post mortem resurrexit: ita & nos in baptismo resurgimus, & renouamur, ut dictum est. Addit hoc totum fieri, per fidem operationis Dei, qui suscitauit eum a mortuis. Credimus CHRISTVM mortuum esse & sepultum, quod significatur illa sub aquis immersione quae fit in baptismo. Resurrexisse item tertio die: quod etiam significatur per immersionem ex aquis. Debemus ergo credere illud idem spiritualiter in nobis fieri per baptismum. Peccato enim morimur, & carnis cadauer quod remanet, conditur & sepelitur, & nos resurgimus in nouam uitam, ut ultra non seruiamus peccato.

Et uos cum mortui essetis in delictis, & praepitio carnis uestrae, conuiuificauit cum illo. Applicat doctrinam ipsi facto, ostendens totum quod praedixit, fuisse in eis completum. Ponit primum quomodo erant in delictis mortui & in praepitio carnis, qui nunquam fuerant spiritualiter circuncisus. Manebant ergo in morte carentes gratia Dei. Sed Deus conuiuificauit eos cum CHRISTO per baptismum quasi per circuncisioem. Donans uobis omnia delicta. Graeci codices habent; donans uobis; Sed minus apte cum superioribus cohaereret. Nam sermo de illis & eorum circuncisioe spirituali institutus erat, per quam uolebat ostendere donata esse delicta. Dicendo autem; nobis; qui sermo pertinere ad Iudeos tantum uidetur, non congrueret: Nisi forte referatur ad omnes gentes, quam Iudeos nullo facto discrimine, ut quae sequuntur, ad Iudeos tantum restringantur, sicut expositores conuenire uidentur. Donauit uobis omnia delicta nobis, id est, Iudaeis & gentibus.

Delens



Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti. Specialiter aduersus Iudæos. Græcè legitur: *decretis*; Sed quodnam erat hoc chirographum illis aduersarium? Et quid sibi, uult quod additur: *decretis*? Sensus quidem uidetur clarus. Loquitur enim de lege illa, quo ad illam partem quæ in decretis consistebat. Porro decreta uocat proprie, quæ ex placito decernitis fiunt, & quorum transgressio peccatum sit, utpote non quia alioqui de se illa sint peccata, sed quia decreto erant interdicta, quo sublato fiebant licita. Græcè enim uocantur dogmata eiusmodi scita aut placita, & interdicta per sapientes, à *δοκῆν*, quod opinari græcè & dogmatizare ac decernere est.

Nota

Loquitur ergo de lege Moseos ea parte, qua diceretur lex positua Scholasticis, circa quam plurimæ erant transgressiones Iudæorum, ac propterea, chirographum stabat aduersus illos ratum & ualidum. Erat enim scriptura legis quasi chirographum: quandoquidem ambæ partes promigrant seruire cuncta in lege contenta. Audierunt enim Iudæi, & ultrò ac spontanei receperunt dicentes: Omnia faciemus. Et si quid omittent, subdiderunt se maledicto legis miseri, quas haberent uires ad exequendum ignari. Hoc ergo chirographum quod inueniebatur aduersum ipsos Iudæos, qui ut transgressores decretorum continebantur sub maledicto, & ipsa simul decreta deleuit Dominus, & ipsum chirographum, tulit de medio, affigens illud cruci etc.

Exod. 24.

Ne quid autem dissimulem, licet hanc intelligentiam non improbem, tamen tanquam uerius magis probo, ut loquatur de chirographo & decretis seu placitis, quæ ab initio cum Adam patre nostro, & consequenter nobiscum eius filijs decreuit. Decreuit enim Dominus: Ne comedes de fructibus illius arboris. Quandoquidem enim comederis, morieris. Hæc erant decreta quæ chirographo illo comprehensa sunt, quæ scripsit Deus in eorum conscientijs. Huiusmodi ergo chirographum erat aduersum nos & Gentiles & Iudæos: quia omnes comedimus in Adam patre nostro, & reinueniebamur mortis. Et hoc ipse Dominus abscidit de medio & affixit cruci, qui in se solutionem eius debiti recepit, & cruce persoluit, ut cum sua carne crucifixum maneret & mortuum: & nos uitam resumere per illius resurrectionem. Hoc fecit IESVS, & consequenter expoliavit principatus, & ab eis prædanda tulit, nimirum nos homines, qui sub eorum premebantur tyrannide, & traduxit illos confidenter palam, hoc est, ostentauit eos palam superatos summa confidentia, eaque libertate qua uictores facere solent hostibus deuictis; Triumphans illos in semetipso, id est, quia semel ipsum Malignum uicit & superauit, in semetipso triumphauit eos. Nam dum instigante Diabolo irritaretur: Si filius Dei es, descende de cruce. Salua te ipsum, qui alios saluos facis. Noluit descendere, noluit salua te ipsum: sed expectauit salutem à Deo, & sic triumphauit de omnibus, & abstulit prædanda ab inimicis. Hic sensus placere & recipi debet,

quo non est opus restringere hæc Apostoli uerba ad Iudæos tantum. Potius enim loquebatur ad Gentes B. Paulus, quarum erat præstitutus doctor: imò uerò in quorum gratiam præfens epistola & quæcunque in ea continentur, scribuntur.

Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem CHRISTI. Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione Angelorum, quæ non uidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones sumministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum CHRISTO ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris: quæ sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominum: quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Concludit, postquam sunt in CHRISTO spiritualiter circumcisi, & in illo renouati ac perfecti sublato antiquo peccato & cæteris omnibus, eos non debere à Iudæis iudicari, id est, damnari si obseruantias legales non receperint. Nemo ergo (inquit) uos iudicet in cibo, aut in potu. Lex enim erat quæ prohibebat multos & uarios cibos: Et potum qui ex uase carente operculo sumebatur. Aut in parte diei festi, id est, in ea parte quæ ad obseruantiam dierum festorum atinebat.

Aut neomeniæ, id est, festum nouæ lunæ, in qua erat mensium eorum exordium. Iubebantur enim cetera illis diebus sacrificia. Aut sabbatorum. Erant sabbata dierum, mensium, & annorum. Erant & festa alia, quæ sabbatorum appellatione ueniebant: quia habebant septem dies feriatos. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem CHRISTI. Hic redditur ratio quamobrem non sint hæc ulterius obseruanda, nimirum quia erant umbra futurorum. Corpus autem erat CHRISTI, subiecti corpus: ut sit sensus. Illæ obseruantie erant umbra, cuius umbræ corpus, erat corpus CHRISTI quod est ecclesia. Qui ergo tenere potest corpus, nonne imprudenter umbram & uanè scetaretur? In epistola ad Hebræos dixit umbram futurorum bonorum, nempe celestium, quorum interim nos qui sumus in CHRISTO habemus aliquem gustum atque imaginem, non umbram, quæ est remotissima à ueritate perfecti corporis, cuius est umbra. Sed hæc latiore sermonem requirunt, ut ipsismet exemplis ob oculos ponantur atque illustrarentur: quod in illa quæ ad Hebræos me facturum, iuuante Deo, confido.

De sabbatis Iudæorum.

Hebr. 10.

Nemo

Nemo uos seducat uolens etc. Vult nunc Apostolus remouere argumenta iudaica, quæ fieri poterant ab ipsius legis autoritate, quæ ministrata est per Angelos: ait ergo. Nemo uos seducat uolens etc. Græcè significantius; Nemo uos brauioprius: Vide ut proprie cuncta & apposite. De facundia & persuasibilitate sermonis dixit. Vide te ne quis uos seducat, scilicet paralogismis, quibus Rhetores utuntur. De philosophia uerò dixit: Ne deprædatur. Est enim quodammodo prædari fidei addictos, quum nomine sapientiæ quasi per autoritatem trahebant homines ad suas sectas aientes. Hoc euicit Aristoteles argumentis: hoc Plato. Sed Dominus testatur, Quotquot ante se uenerunt, fures fuisse & latrones. Nunc de his qui ad Mosen reducere tentabant, ait quod à brauiio abducebant, tanquam seducetes à cursu; in humilitate & religione Angelorum: quæ non uidit ambulans etc. Difficilis locus hic: Pro cuius intellectu exemplum tenere memoria debemus, quo Apostolus ad Gal. usus est, Quanto tempore heres paruulus est, nihil illud differre à seruo, sed oportere sub tutela & cura, & pedagogo humiliari. Et ideo data sunt præcepta obseruantie Angelorum ministerio illi populo, quibus supra modum premebatur. Erant enim onera seruilia imposita usque ad tempus. Sensus ergo & ordo literæ hic uidetur. Nemo igitur uos abducat à cursu & cursus præmio uolens, ambulans in humilitate &c. id est, uolenter (ut ita dicam) & sponte sua nemine cogente, ambulans in humilitate, hoc est, non dignè Deo, non ingenuè in operibus uiuis secundum legem perfectam libertatis: sed in illa depresso ne data illi populo puero, & in religione seu superstitione Angelorum. Vox enim græca utraq; significationem admittit. Erat enim legalium obseruantia iam olim pro tempore religio: deinde facta est superstitione. Nam ut religio esset, efficiebat Angelorum pro tempore autoritas. Per Angelos enim inuenta fuerunt & tradita Mosi illa legalia usque ad tempus. Quod uerò post transierit in superstitionem, temporis progressus in causa fuit, quando iam puer adoleuerat, & factus uir aliam uitam, alios mores, ac propterea aliam legem perfectionis ac libertatis deposcebat. Ideo addit hunc, qui uolens ambulabat in ea humilitate ac religione retinens antiquatos ritus, non ea uidisse. Quid est quod non uidebat, nisi suam depresso ne ac superstitionem? Et quare non uidebat, nisi quia erat frustra inflatus sensu carnis suæ: quoniam ut Iudæus tenebatur affectione carnis, sed frustra: quoniam absque utilitate ulla & in uacuum, quin potius deprimebantur Iudæi. Sic accidit nonnullis, non dico omnibus, non dico multis (sunt enim multi qui persuasi sunt) sed nonnullis ex fratribus meis, quos diligo & obseruo in Domino, qui freti ordinis gloria propter Patres, mordicus uolunt sustinere contra omnium ecclesiarum morem & sensum in ritu & cultu Dei declaratum, purissimam Dei MATREM de facto ueteri subiacuisse delicto: & sub ira Dei, & dominatu Diaboli (quod horreo uel cogitare) sal-

tem aliquo temporis momento mancipatam fuisse. Utinam non & de ipsis hac in parte uerè dici posset frustra eos inflatos sensu carnis suæ, & quod est longè deterius ac perniciosius; Non tenentes caput, ex quo totum corpus per nexus etc.

Non me tamen latet quod hæc ait Apostolus; Non tenentes caput; posse duobus modis exponi. Et primò quidem ad rem propositam, significat illos, quos quis is erat siue unus, siue plures, non tenere uerum caput. Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, siue compactum, crescit in augmentum Dei. Illi enim à CHRISTO redibant ad Mosen. At Moses ipse mittebat ad IESVM. Qui ergo redibant ad illum post terram repromissionis adeptam, inueniebant Mosen mortuum: & ita utroque & IESVM & Mosen inueniebantur destituti. Quapropter non poterant esse in corpore CHRISTI. Qui enim non tenet caput, non est membrum, nec illius participes influxus, quo membra inuicem necuntur & coalescunt, ut crescat corpus usque in augmentum Dei, id est, augmentum perfectum conueniens corpori Dei CHRISTO mystico. Alia expositio est, Quod non tenebant caput ecclesiæ illi pseudoapostoli, cum recederent ea parte ab Apostolica prædicatione, unde quæ fidei erant dicere, & obseruare necesse erat. Ipsi enim erant fundameta, & in eis Petrus erat loco CHRISTI, à quo qui recedit, sciat se cum CHRISTO non esse. At hoc non placet hæreticis: quamobrem uerò non placet, nisi quia hæretici sunt.

Si ergo mortui estis cum CHRISTO ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis. Græcè dogmatizamini, hoc est, decretis implicamini, nempe illis; Ne tetigeris: Ne contrectaueris, de quibus in lege Moseos diffusè præcipitur, in Exo. Leui. & Num. & Deut. quæ erant elementa mundi huius, id est, erant priora quibus instituenti erant qui adhuc manebant in mundo, ut adducerentur ad CHRISTVM, & tollerentur de mundo: quoniam erant conuenientia adhuc uiuentibus in hoc mundo. At uerò ipsi qui resurrexerunt cum CHRISTO, qui mortui iam mundo inueniuntur, non conueniunt. Nam decreta mundi non congruunt filiis Dei iam adultis.

Quæ sunt omnia in interitu ipso usu. Rectius græcè: ipso abusu; Dicit abusum tales obseruantias, propterea quia non sustentabantur autoritate Dei. Iam enim lex cessauerat & ipse Moses. Sustentabantur aut tunc sola hominum præceptione ac doctrina, cum ita uellet principes Synagogarum. Pergit de his. Quæ sunt (inquit) rationem, aut sermonem & speciè, habentia sapientiæ in superstitione, Græca uox non est eadem cum illa, quam paulò ante interpretes transtulit religionem, tametsi Caietanus aliter dicat. Superius enim legitur θενοκεία, Hic autem ἐθελοθενοκεία, & significat uoluntariam religionem seu cultum, quæ superstitione est. Aiunt B. Augustinus & Thomas omnem ritum colendi Deum, qui à Deo non est, nec à Spiritu sancto per ecclesiam traditus, sed arbitrio & uoluntate hominum inuentus superstitionem esse.

Qua

Qua in re profectio multum, ut mihi uidetur, errant illi, ad quos hæc animaduersio attinebat, permittentes serpere cultus in ecclesias citra cognitionem & probationem. Speciem igitur habebat sapientiæ quod uoluntariè suscipiebatur ut cultus ac religio. Tales Essæorum erant (ut existimo) & fortè Brachmanarum, & Pythagoræorum, & huiusmodi hæreticorum sectæ, quæ asperum quædam uitæ ritum & religionis propria uoluntate sibi præscripserunt propter humilitatem, aut animi deiectionem; quia seipsum deprimebant, & in seruitutem sine causa redigebant, ut aliquid præ alijs in communi uitæ cursu remanentibus admirandū facere uiderentur. Hoc enim est, quod B. Paulus hoc in loco ait. Et humilitate: Adiecit.

Et non ad parcendum corpori. Difficile fuit latino reddere sensum græcæ uocis. Significat autem ad uerbum in imparcentia corporis. Vulgus, n. admirari eos solet, à quibus non parcutur corpori, sed seuera uita affigitur. Unde & idolatræ sacerdotum cultus & lanceolis incidebant carnes suas, & perfundebantur sanguine, ut legitur in libro. Regum. Non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Dicit religionem illam & cultum fuisse in non parcendo corpori, utpote cui nihil honoris deferrent ad saturitatem carnis, sed magis affigerent; & ea in re ostentabant se religiosos ac pios, qui se ad illa demittebant humiliantes. Verum quia importuna propria uoluntate faciebant, & ut pertinentiæ ad religionem, quæ uulterius pertinere non poterat, iccirco frustrâ fiebant: imò in interitum adducebant obseruatores.

Hic unus est ex communibus locis ubi hæretici turgidè spaciatur, & suo ore impio blasphemant Romanam ecclesiam, & instituta Monachorum, ieiunia, delectus ciborum, aliæque corporis incommoda & salutare afflictiones quæ indicuntur ab ecclesia, aut sponte assumuntur, quæ à B. Paulo damnari in CHRISTI lege eis uisum Quisdam illorum Gygis in hunc modum scripsit.

Quid uerò, amice lector? An non in mentem ueniunt tibi leges Pontificiæ, nugæ Romanenses, & præscriptiones monachorum? Necaqua aquæ, nec lacti lac, crede mihi, usquam similius. Doctores, præceptiones, & præceptionum finis utriusque partis congruunt per omnia. Sed audi nunc quomodo confutentur ab Apostolo. Principia illa, inquit, omnia ipso pereunt abusu. Agit autem de cibo & potu, quæ usu consumuntur, & in latrinam excernuntur. Nam ipsi proprie dicimur abuti, quæ usu absumuntur. Videtur autem alluisse ad illa Domini uerba: Nō quod ingreditur in os impurat hominē, sed quod egreditur ex ore, hoc impurū reddit hominē. Nam quicquid ingreditur in os, in aluum abit & in secessum eicitur. At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurū reddunt hominē. Confutantur his non modo Iudæi epulas sacras iactantes, & lege Dei præscribente impura quædam in cibum non admittentes, sed titulos tenus etiam Christiani, qui & dierum & ciborum discrimine onerantur colla fidelium,

Deinde illa, inquit, alia non sunt quam præcepta & doctrinæ hominum. At de his scribitur ex Isaia Matth. 15. Frustrâ me colunt docentes doctrinas præcepta hominum. Hæc iste uersutus deceptor, & alia eiusmodi plura effuties, quibus manifestè ieiunia, & maceratione carnis, ut rem superstitio iam impiè ac proteruè per hanc Apostolicam doctrinâ uituperat homo inimicus crucis CHRISTI, & cui Deus uenter est, quasi falsam, fallacem, pestiferam, periculosam. Est enim plausibilis carni sermo, qui nō dissimilius gratus est, ac manus & unguis qui scabiosorum hominum prurientem locum attingunt & scalpunt.

Ut rem igitur luce reddamus clariorem, Rogemus istos eousque acres carnis & uetris paternos. Si afflictio corporis & abstinentia, si luctus reprobatur in statu christiano: Quid iudicij, qua sapientia, imò qua aduersus CHRISTI meritum contumelia Magnus ille Ioannes Baptista uenit uestitus pilis camelorum, neque comedens neque bibens? Et non sola tantum uoce, sed toto tenore uitæ in deserto agens & prædicans poenitentiam: Quid est quod ipse CHRISTVS ieiunauit quadraginta dies nihil comedens, & omnem uitam exegit luctuosam? Cur prædixit de discipulis suis, uenturum tempus quum auferretur ab eis Spiritus, & tunc, ait, ieiunabunt? Cur nō respondit calumniantibus illis, hunc in modum Ieiunia Discipulis meis nō indico, propterea quod ea obseruare, & ciborum habere delectum saperet superstitione? Quid est quod ipse B. Paulus inter glorias suas, etiam hunc luctum ponit, qui in uigilijs & ieiunijs multas uitam inducebat?

Quum gratiæ de cælo in nouo & ueteri testamento implorabatur, indicebantur ieiunia, & orationibus iungebantur, ut in Act. Apostolorum pater. Quid est quod ait Dominus summa Veritas, esse genus dæmoniorum quod non poterat eijci, nisi in ieiunio & oratione? Nunquid hæc sunt cõmentaria Romanensium, aut instituta Monachorum? Dicet fortasse nō se uituperare ieiunia: sed quod indicantur, quod præcipiantur, quod pietati ac religioni admisceantur & preferantur, denique quod illis præmia statuuntur æterna. Verum audiant, si possunt, CHRISTI uocem. Ipse dixit: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. & Væ uobis qui ridetis: quoniam flebitis. Ecce quomodo beatificat luctum, qui in ieiunijs & carnis maceratione præcipue consistit.

B. Ignatius B. Ioannis Euangelistæ discipulus, ab Apostolis indictam fuisse quadragesimam confestatur. Hanc antiqui omnes ut certam traditionem ab illis susceperunt & comprobantur, clarissima in qua & doctissima ecclesie lumina (nec à simplicibus & idiotis recepta heretici calūniatur) B. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & alij non solum Rom. ecclesie sacratissimi Antistites, quos isti dedecoris gratia Romanenses appellant, uerum etiam alij altarum ecclesiarum Episcopi ac doctores, quorum sempiterna laus fulget in ecclesia. Quod si ad pietatem nullam rationem attingent ieiunia, cur tanto consensu indicantur

Pro delectu ciborum & ieiunijs, in hæreticos.

Marc. 1.

2. Cor. 6. 11.

Marc. 9.

Matth. 5.

Pro quadragesima.

indicantur ac prædicantur, si nullum accipiunt à Deo præmium? Cur illa beatificat ipse Dominus? Cur Sancti omnes quod doctores ac sanctiores, his affligere durius corpora sua studuerunt, si nihil inde expectabant præmij? Et cur dixit summa Veritas: Quum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed Patri qui est in abscondito: & Pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Ecce quomodo apertissime ieiunium nedum non suffert, sed modum instituti iam ieiunij, quo obseruari debeat, docet. Et Pater, inquit, reddet tibi mercedem tuam in cœlis: quemadmodum hypocritæ suam receperunt in terris.

Et cum hæc eousque clara sint, non uerentur tamen isti hominum impudentissimi ieiunia sancta improbare. At cur ita docuerint, in promptu est ratio, nimirum ut numerosiores ad se & promptiores discipulos attraherent, quibus grata erat futura huiusmodi prædicatio. Erant quidem illi iam dudum parati. Sed sese ad talis cantilenæ numeros, quum deesset qui lyram pulsaret, honestè mouere non audebant. Suscitauit, permittente Deo, Diabolus istos tibicines, & ad primum sonum saltare apertè, qui intus gestiebant, & tripudiare ceperunt. Mihi uenit in mentem quod sapiens uir quidam dicere in istos hæretichas solebat, esse uidelicet eos ueluti porcarios, qui sub quercu animaduertentes porcorum famelicorum gregem, arborem conscenderunt, & glandes egregiè excusserunt. Cepit grex comedere & bibere, & sanctorum uitam per ieiunia actam pedibus conculcare. O cœcam ætatem, & christiani luctus ignaram. Isti in perpetuis nuptijs ablato Sponso uiuere uolunt: nec ecclesiam esse interim uiduam uolunt recognoscere.

Audi quid dicat in Apoc. Dilectus: Quantum glorificauit se & in delictis fuit, tantum date ei tormentum & luctum: quia in corde suo dicit. Sedeo regina, & uidua non sum, & luctum nō uidebo. Ideo in una die ueniet plagæ eius, mors & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illam.

Dicet uerò aliquis. At quomodo soluis quæ ab Isaia, & Paulo, imò & ab ipso CHRISTO asferuntur? Frustrâ me colunt docentes doctrinas & mandata hominum. et: Non quod intrant in os conquinat hominem. et: Spiritus manifestè dicit & c. et: Omnia munda mundis. et: Nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: & quæ huiusmodi sunt. Respondimus iam abundè alibi. Nunc igitur rem paucis perstringendo dicimus, uerè in cibis quatenus ad pietatem spectat, nullam esse differentiam, quatenus ad immunditiam atque munditiam: quoniam omnia munda mundis. Et omnis creatura Dei bona est: nec cibus ipse per se potest animam inquinare. Qui aliam tuetur sententiã,

Ad Rom. c. 14.

à B. Paulo & ecclesia, & ipso denique Domino damnatur. Neque uerò Monachi ac pii uiri hac superstitione irretiuntur. Ieiunia ipsa, nisi reprehendenda indiscretione, seu temerè fuerint assumpta, quis potest nisi impius improbare? Sola ipsius Saluatoris uita, Apostolorum, & Sanctorum prorsus omnium, an non pro legitima & uia scripturarum interpretatione suscipienda est? Quis unquam Sanctus nominari potest, qui ieiunia non coluerit? Sed hæc, ut diximus, nimis clara sunt. Vbi deest uoluntas, nulla facilitas.

Porro quid Apostolus persuadere uelit, minime est obscurum. Vituperat enim iudaicas illas tam multiplices, quàm eo tempore inutiles obseruantias: quas suadebant subdoli Iudæi etiam necessarias, nec per legem euangelij antiquatas. Has, inquam, merito uituperat atque damnat. At quæ ecclesia sancta Spiritu sancto instructa, & S. Patres in regulis, comprobante ecclesia, suis Monachis præscripserunt, non inter hæc cõputanda sunt, neque sunt (ut iste fascinator calumniatur) similia. Sed ipsomet ut aqua aquæ, & lacti lac: sic est cæterorum hæreticorum atque schismaticorum simillimus, qui dimittunt legem Matris, ne addatur, sed contrâ ut auferatur à capite gratia, & torques à collo. Ut iam nihil restare uideatur, quàm pro torque honorifico funem eis & laqueum necet Diabolus, quod stranguentur profligati homines, nisi mox (si fieri potest) respiscant. Non me quidem latet quæ inconstanter postmodo, ne hæc in parte præcis philosophis inferiores existimari possint, iactent, dum ficto ac simulato animo addunt. Non damnamus moderata ieiunia & c. Interim sermonem protinus corrigentes, hoc est, ea ad pietatem nihil promouere, nec ad auctiorem iustificationem, nec ad ulla apud Deum præmia: quin esse Deum colere in doctrinis hominum. Nonne perspicis, lector, & dolum persentis? An nō est apertè tollere ieiuniorum uim & obseruantiam, eo pacto dogmatizare? At scriptura sancta, & sancta mater ecclesia, & Sancti omnes longè aliter docent, qui ieiunijs sua præmia statuunt & laudem apud Deum. Nonne ecclesia canit in sacrosancto quadragesimæ tempore, & extollit tanto encomio ieiunij fructus, aies. Qui corporali ieiunio uitia cõprimis, mentè eleuas, uirtutè largiris & præmia per CHRISTVM dominum nostrum. Hoc unicum testimonium oēs pias mentes armare deberet ad execrandos istos epulones, qui uerè caro & sanguis dici possunt, uetris patroni & serui carnis. At qui seminat in carne, de carne metes corruptione. Nā pari semine surgit messis. Nec possunt aliter loqui, quā uiuunt qui hypocritæ uideri nolunt. Et tamen non desunt inter eos uafri homines, qui simulat temperantiæ sibi placere (ut diximus) uirtutè nullo præcepto astrictam. Sed hi pauci sunt, & quibus fortasse ad æquales haustus per corporis infirmiore constitutionem respondere non licet. Non equidem mirum si loquantur tam uehementer pugnantia. Quis enim in tantis mendacijs ualeat sibi constare?

Proh. 1.



**I**GITUR SI CONSVREXISTIS CŪ CHRISTO, quæ sursum sunt quærite, ubi CHRISTVS est in dextera Dei sedēs. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum CHRISTO in Deo. Cum autem CHRISTVS apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra quæ sunt super terram, fornicationē, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus. Propter quæ uenit ira Dei super filios incredulitatis: in quibus ambulastis aliquādo cum uiueretis in illis. Nūc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonē de ore uestro. Nolite mentiri inuicē: expoliātes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius qui creauit illum. Vbi non est masculus & femina, Gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus CHRISTVS.



**V**lt tandem concludere rem totam Apostolus, & statum Christiani hominis ostendit: quod est resurrexisse cum CHRISTO. Ex quo datur quadraginta, quibus ille suscitatus in terra mansit, dierum spacium, uiuens uita immortalis: eosque de regno Dei erudiendis discipulis transegit. Ita & nos qui per illius mortem uitam gratiæ recuperauimus, debemus Deo immortaliter uiuere, quod est inculpate & sine crimine, expectantes pariter post actos quadraginta dies (hic est terminus uitæ huius) beatam perfectæ nostræ resurrectionis possessionem per cōscensum cœlorum. Nihil nobis aliud requirendū superest, qui mortui sumus mundo, & resurreximus cum Domino, nisi ut in posterum Deo uiuamus, & non mundo cui sumus mortui. Non enim fas est ad ea quæ retrō sunt aspicere, sed ad ea quæ antè, ut ad brauium perueniamus æternæ salutis, certantibus legitime propositum. Quæ sursum sunt quærite, ubi CHRISTVS est in dextera Dei sedens. Sed quo modo quæritur quæ sursum sunt? An sola fide ut hæretici docent, qui & decipi sunt, & alios quoque decipiunt? Nihil minus. Per opera hoc fieri, & per sanctam in illis perseverantiam clamat uniuersa scriptura, quemadmodum toties declarauimus. Qui reddet unicuique, ait Apostolus, secundum opera

sua. His quidem qui per patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionē quærunt, uitam æternam. Quæ sursum sunt sapite. O magnum, salutiferum, & beatificans uerbum; sapite, inquit, quæ sursum sunt: Ac si dixerit, gustando probate. Sed quomodo degustantur, cū sursum sint? Et qua ratione probari possunt, cum nec uiderit oculus unquam, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparauit Deus diligentibus se? Audi modum: Degustatur interim in ipsa arrha, quæ bonus est Deus rectis corde. Non enim dimisit nos omnino pignoribus expertes, imò arrhabonis ad stabiliendā promissionem. Et in hoc est prægustatio: Alioquin nullo cœlesti dulciario, ut ita dicam, allesti crustulo quis operaretur, cum simus natura mali & laborum fugitantes? Ecquis ærumnas huius erumnosæ uitæ posset non succumbens tolerare? Non quæ super terram. Hoc certissimum est nostræ gratiæ signum, dum in nobis amorem sentimus cœlestium, & terrenorum contemptū in ueritate, ut non decipiat nos latens illa gloriæ cupido. Quod si quis roget: Si non quæramus terrena nos qui terreni sumus, quomodo possumus uiuere? Respondit iandudum humana huic timiditati Dominus: Primum quærite regnum Dei, ait, & iustitiæ eius: & hæc omnia adiicientur uobis. Quicumque enim uerè regnū Dei quærit, consequēter & ista quæ sunt uitæ necessaria quærit, sine quorū adminiculis cōficere iter nœ peregrinationis minime possemus.

**Mortui enim estis.** De morte non secundum carnalem intelligentiam loquitur, sed iuxta spiritualementem: qua quidem morte mundo morimur, & his omnibus quæ sunt mundi huius, concupiscentiæ scilicet carnis, oculorum, & superbiæ uitæ, quæ non sunt ex Patre. Et uita uestra abscondita est cum CHRISTO in Deo, id est, uita gloriæ quæ uestra est, sed tantisper uobis seruetur abscondita in Deo cum Filio, qui & ipse absconditus est uobis, qui ambulatis in ænigmate, ut post fruamini faciē ad faciē. Cum autem CHRISTVS apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Dicit absconditum nunc esse nobis Saluatorem nostrum secundum uisionem perfectam & comprehensionem. Videtur tamen aliquatenus fidei oculo in lumine gratiæ. Cum ergo ille manifestatus fuerit, tūc & nos cum illo manifestabimur in gloria: siquidem lux erimus. Omne enim quod manifestatur, lux est. Et sicut cogniti sumus, cognoscemus.

**Mortificate ergo membra uestra quæ sunt super terram etc.** Sunt intellectus & mentis organa, id est, partis animæ superioris, quam interiorē hominem uocat Apostolus. Et secundum hæc iam nos oportet esse mortuos, ut non sit opus illa mortificare. Sunt præterea alia nostra membra super terrā, hoc est, organa corporis et exterioris hominis. Ista autē nec dum sunt mortua: sed necesse est ea mortificari assidue ne reuiuiscant, & trahant in suas libidines partē superiorē, & fiant iuxta sententiam Domini, nouissima hominis prioribus

prioribus deteriora. Quæstionem sibi proponit hoc in loco dulcissimus ille & christiane eloquentiæ princeps B. Chrysostomus, quam pulcherrimo & accommodatissimo exemplo diluit, cuius uerba hæc sunt. Mortificate, inquit, Apostolus, membra uestra terrestria. Quid dicis? Non dixisti: Quoniam sepulti estis; quoniam circumcisi estis; quoniam exuistis corpus peccatorū carnis? Quomodo ergo rursus dicis: Mortificate? Non ludis? non aliter loqueris quàm si adhuc ista in nobis essent? Non est sibi ipsi cōtraria ista loquutio. Sed quemadmodum si quis statuam antea squalidam iam expurgatam: imò denuo quoque excussam splendidamque exhibens, dicat quidem extersam esse ac sublatam rubiginem: Admoneat uerò rursus ut diligenter tollatur rubigo, nō is sibi ipsi contradicit. Neque enim abstersam iam rubiginem, sed eam quæ postea rursus accedit auferre hortatur. Ita & Paulus hic non priorē mortificationem dicit, neque priorē fornicationes: sed eas quæ postea succedunt.

**Non satis esse domum hęc uacātem,** scopis mundatam & ornata testatur Dominus: sed castiganda est caro uigilijs, ieiunijs, orationibus, ut uiuat Spiritus & negocietur donec redeat Rex, & ponat rationem cum seruis suis. Alioquin orio & torpore solius fidei stertere uolentes, finit Deus in potestatem carnis & membrorū iterum captiuos redire, ut dæmones ibi habitent ea instigantes, quæ turpe est & dicere. Quicumque enim subterfugit in uinea Domini laborare, necessariò incidit in manus Satanæ, qui instruit ut in bonis ducat dies suos: & in puncto ad inferna descendit infelix, ait scriptura. Ob eam causam hortatur Colossenses ne carnem caput erigere sinant, quæ operaretur flagitia more eorū qui minime curant mortificationem: & ait.

**Fornicationem, immunditiam, libidinem etc.** Hæc facinora uocat membra: quoniam per organorum corporis in exteriori homine admittuntur. Quod nos legimus: libidines; græcè legitur: τὰ ὄσθη; dictio generica ad omnes animæ passiones, quas necesse est reprimere ac mortificare, ne prorumpant in concupiscentiam malam. Deinceps notandum, quomodo auaritiam uocat seruitutem, id est, cultum idolorum. Verè etenim qui auaritiæ & quæstui sunt toti dediti, constituerunt sibi pro Deo argentum & aurum, ita ut cœlestes diuitias nullas iam esse credant, quo efficitur ut ulterò uendant animas suas ad lucra per fas & nefas irruentes. Avaro, inquit Sapiēs, nihil scelestius. At propter hæc uenit ira Dei super filios incredulitatis. Loquitur hic de ira Dei, quam sæpenuerò ostendit in hac uita & exercet. In quibus ambulastis etc. Hæc illis in memoriam reuocat Apostolus, ut recognoscant prioris uitæ indignos errores, & grati sint ob acceptam euangelicæ puritatis lucem: & ut item omni uigilantia caueant redire ad uolutabrum luti. Nunc autem deponite & uos omnia, iram etc. Letorem aliās admonuimus, apud B. Paulum usitatum esse aduerbium; Nunc; ad significandum

gratiæ tempus & noui status, in quem euecti debent abs se ea omnia uitia abdicare quæ commemorat, iram, indignationem, & reliquas animi labes & peccata. Nolite mentiri inuicem. Mendacium omne, sed potissimum fraudulentū aduersus proximum uetat. Expoliantes, uerius: cum exueritis; nimirum in Baptismatis sacramento: ueterem hominem; ut sit sensus: Hoc omnino à uobis fieri debere conuenit in hac noua professione, postquam exuistis ueterem hominem mendacem illū quidem, & ad peccata & fraudes instigantem. Et induentes nouum etc. De interiori homine loquitur, qui per aduenientem Dei gratiam in nouum mutatur, & ad optima quæque deprecatur. Totum hoc mysteriū agnoscitur in baptismo, in quo Dei, ut par est, acquiritur cognitio. Nam cognoscere ueluti cognouerunt philosophi, non est uerè & absolute cognoscere. Vnde appellat renouari hominem in agnitionem Dei secundum imaginem eius, à quo est conditus: quoniam homo in baptismo recuperat amissam per peccatum Dei imaginem, & assimilis Deo redditur, ut possit etiam illum tanquam Creatorem ac Glorificatorem agnoscere. Ab hac uerò cognitione nullus penitus, nisi propria culpa, excludit. CHRISTVS enim non intra ciuitatis muros pati uoluit, sed extra: ad quem nullo discrimine facto possent accedere Gentilis & Iudæus, mas & femina, seruus & liber. Cum enim communi omnium carne uestiri dignatus sit, quis ausit communem omnium causam ab eo negare susceptam? Ipse est oia in omnibus, ut in quo omnis creatura quodāmodo consideretur.

Induite uos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit uobis, ita & uos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. Et pax CHRISTI exultet in cordibus uestris: in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum CHRISTI habitet in uobis abundanter, in omni sapientia docentes, & commonentes uosmet ipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus uestris Deo. Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri IESU CHRISTI, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

**Induite ergo uos sicut electi Dei etc.** Præsentis contextus uerba non tam expositionem, quàm seriam operationem requirunt, ut ita uiuamus mutuas inuicem offensas condonantes: quia is qui nobis præcipit ita esse faciendum, longè grauiora nobis & prius relaxauit debita. In cuius



gratiam postulant is si dimittere fratribus nostris noluerimus: neque Pater celestis dimittet nobis.

*Super omnia autem haec charitatem habete.* Graecè defideratur uerbum; *habete*; Referunt fortassis sententiam aliàs mutilam ad superius uerbum; induite. Nostrae aetatis haeretici fidem super omnia extollunt. At B. Paulus ut hic perspicue uides, & ad Cor. longè uberius, charitatem ipsam ceteras omnes uirtutes anteire docet. Isti tamè se; Paulinos suxisse sensus gloriantur scioli.

*Quod est uinculum perfectionis.* Propriissime uocat charitatem uinculū perfectionis: quoniam illa est quae nos colligat, ut unum conficiat perfectū corpus sub primario Capite. Quemadmodum enim in nauī etiam si magna sint instrumenta & uaria, nisi subligacula adfuerint, nihil profunt: & pariter in domorum edificijs, si desint colligationes ac contignationes: et ut in ipso corpore humano etiam si magna sint & durissima ossa, si uincula nequaquam adfuerint & compagine, nihil proderunt. Ita quaecumque rectè facta quis habuerit, inania erunt omnia nisi sit, qua colligantur, regina uirtutum charitas. Peribunt omnia nisi fuerint cum charitate coniuncta: Si charitatem non habuero, inquit, nihil mihi prodest. Charitas est quae constringit & complectitur omnia. Mouet me uerò aliquantulum, cur dixerit; *Super omnia autem haec*; Videtur enim comparare charitatem cū magnis ipsius charitatis operibus, quae sunt pati, compati, benignitate uti. Nōne & ipsa met charitas patiens est, benigna est, omnia sufferens, omnia condonans: Dicamus igitur per haec uerba intelligi proprium charitatis actum, quem Theologi actum à charitate ipsa elicitem nominarent: quod est uerissimum.

*Et pax CHRISTI exaltet.* Graecè: *et pax Dei palmam obtineat in cordibus uestris.* Fructus spiritus ad Gal. ait esse charitatem; gaudium, pacem &c. Ex charitate, n. gignitur gaudium; quoniam dum quod amatur, possidetur, mox excitatur in corde gaudium. Hinc pax, idest, quies cordis & tranquillitas. Alia enim non quæruntur ulterius ab eo qui pacem habet: quoniam pax palmam tenet. Hanc rationem ponderent n. qui gratiae negat possibilem certitudinem, an possint cum incertitudine pacem constituere. In qua, nimirum pace, *et uocati estis in uno corpore.* Non hoc uult tantum Deus, ut quilibet secum pacem habeat, sed & insuper in toto corpore ecclesiae tranquillum esse statum praecipit, & mutuam animorum concordiam & morum. In hoc enim uocati sumus. In pace autem, ait alio in loco, uocauit nos Deus.

*Et grati estote.* Quoniam eruti de potestate tenebrarū & foeditate uitiorum, estis in filios Dei translati, & ad possidendum unā cū ipso Unigenito foelicissimum ac sempiternum regnum. O uerbum opportunè dictum, & semper in corde ruminandum. Vnusquisque attendat diligenter & cogitet, quam sit erga Deum ob accepta tanta beneficia gratus. Qui si uerbotenus, consideret num imitator illius sit Pharisaei, qui gratias uerbis agens arbitrabatur se omnē absol-

uisse iustitiam: seque praeter ceteris hominibus piū, religiosum, innocentem iudicabat.

*Verbum CHRISTI habet in uobis abundanter,* idest, euangelium & doctrina Redemptoris radices agat in uestris cordibus cum omni plenitudine tam amabilis notitiae, quae uiam ad fruitionem diuinæ uisionis sternit; *in omni sapientia;* quae uestra omnia ad uerum finem recto ordine dirigatis, hoc est, ad charitatem quae est legis consummatio & praceptorum quorūcūque, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

*Docentes et commonentes uosmetipsos in psalmis, hymnis &c.* Antiquitus etiam canebant Christiani, & horas cultui diuino conuenientes obseruabant, & choros alternos in Dei Patris & Filij & utriusque Spiritus laudē & gloriam. Et ea in psalmodia mirificas spiritus consolationes populus Christianus sentiebat. Suggerebantur enim tum interpretationes uariarum in scriptura abditorū mysteriorum, quibus & fides robustior, & charitas ardentior reddebatur, & spes inualecebat modis incredibilibus. Valet item plurimum si quando ingruunt in ecclesiam tyrannorum, seu haeticorū crudeles persecuciones. Quo usus est remedio grauissimus ille & intrepidus Antistes Ambrosius, ut populum suum Arrianorum infestationibus pressum retineret in officio. Instituit enim, ut B. Augustinus in confess. lib. testatur, hymnos pio cantu in communi societate ecclesiae decantandos, quibus piorum afflictorū animi tantis molestijs mirum in modum releuabantur. At quanta cantus indignitas in quodam ecclesias, & eas quidem primarias sensim inuauerit, dissimulare (fateor) non possum. Vbi multorum nedum gratiae Deo sunt uoces, sed uehemēter displicent. Labijs solis honorat Deus: imò uerò nec labijs quidem (quod uel in tanta re saltem obseruarent) quoniam quid canant, nequaquam exprimunt. Memini me iam hac de re antea scripsisse. At saepius sunt ista inculcanda ut penetrēt tandem aliquando eorum, ad quos eiusmodi animaduersio pertinet, aures: & zelū pro domo Dei, quicum res agit, concipiant.

*Omne quodcumque facitis;* seu feceritis; *in uerbo, aut in opere: omnia in nomine IESU CHRISTI &c.* Hoc praecipuum datur omnibus fidem euangelicam suscipientibus, ut cūcta dicta & facta ad Dei gloriam referant. Peccant igitur si secus fecerint: quoniam uita Christiani hominis iam non ea esse debet quae iudicris, iocis, & otiosis uerbis effluere debeat. Serui enim sumus pretio tanto redempti, ut promptissime teneamur & exactissime Redemptoris uoluntatem exequi. Portate Deum, inquit alibi, & glorificate in corpore uestro. Nam cum assiduus illius augeamur muneribus & beneficijs, & sine quo esse non possumus, nunquid alienum uideri potest, si assidue gratias agere, & pro modulo nostro referre obligatos nos esse iudicemus. Attamen haec non actualiter omnique momento ob imbecillitatem mentis ac naturae nostrae requiruntur: sed habitualiter, & ut meliores Theologi docēt, uirtualiter

uirtualiter, ut nulla sit actio nostra, quam non uelimus tendere in gloriam Dei & Saluatoris nostri. Habet tamen haec doctrina aliquot ei repugnantes Scholasticos, inter quos extant non leues disputationes, quid statuendum tandem sit. Caietanus hic negat esse peccatū homini in mortali peccato existenti, si hoc non seruauerit: tantum carere illum merito operis concludit, Ne sit melioris conditionis infidelis qui aliqua faciens uirtutum opera, qualia sunt reddere depositum, honorare parentes, non peccat. Ex quo sequi uideatur, solos hoc praecipuo concludi, qui in gratia existant, ut si non impleant, peccare censeantur. Ergo melioris conditionis erit infidelis, quam in gratia constitutus: quod est absurdissimū. Quod si nec peccatum est existenti in gratia, si secus ac monet Apostolus faciat, ruit B. Thomae doctrina, qui nullum admittit mediū in homine in ratione operis, inter meritorium & demeritorium. Quocirca nonnullos existimo minus theologicè hac de re, minusque ad canones scripturarum esse loquutos. Nam pro absurdo illud tenent, cuius oppositum uerè, legem Dei meditantibus, uidebitur absurdum. Si enim grati esse iubemur: quoniam pacto is uerè gratus esse poterit, qui non oēs suas uires omni momento saltem uirtualiter, ut diximus, intendat in Dei gloriam? Alioqui declaratur nobis praecipuum illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima tua, & fortitudine tua, & uiribus tuis. Haec omnia ab Euangelistis inculcatur. Sed haec quaestio peculiare tractatū postulare

uirtualiter, ut nulla sit actio nostra, quam non uelimus tendere in gloriam Dei & Saluatoris nostri.

Habet tamen haec doctrina aliquot ei repugnantes Scholasticos, inter quos extant non leues disputationes, quid statuendum tandem sit. Caietanus hic negat esse peccatū homini in mortali peccato existenti, si hoc non seruauerit: tantum carere illum merito operis concludit, Ne sit melioris conditionis infidelis qui aliqua faciens uirtutum opera, qualia sunt reddere depositum, honorare parentes, non peccat. Ex quo sequi uideatur, solos hoc praecipuo concludi, qui in gratia existant, ut si non impleant, peccare censeantur. Ergo melioris conditionis erit infidelis, quam in gratia constitutus: quod est absurdissimū. Quod si nec peccatum est existenti in gratia, si secus ac monet Apostolus faciat, ruit B. Thomae doctrina, qui nullum admittit mediū in homine in ratione operis, inter meritorium & demeritorium. Quocirca nonnullos existimo minus theologicè hac de re, minusque ad canones scripturarum esse loquutos. Nam pro absurdo illud tenent, cuius oppositum uerè, legem Dei meditantibus, uidebitur absurdum. Si enim grati esse iubemur: quoniam pacto is uerè gratus esse poterit, qui non oēs suas uires omni momento saltem uirtualiter, ut diximus, intendat in Dei gloriam? Alioqui declaratur nobis praecipuum illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima tua, & fortitudine tua, & uiribus tuis. Haec omnia ab Euangelistis inculcatur. Sed haec quaestio peculiare tractatū postulare

Mulieres, subditae estote uiris, sicut oportet, in Domino. Viri, diligite uxores uestras: & nolite amari esse ad illas. Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, ut non pusillo animo fiant. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruietes quasi hominibus placetes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino CHRISTO seruite. Qui enim iniuriā facit, recipiet id quod inique gessit: & non est personarum acceptio apud Deum.

Mulieres, subditae estote uiris &c. Haec sermō omnia ad Ephesios iam exposita sunt. Vbi legimus hoc in loco; *Patres, nolite ad iracundiam;* Graeca lectio non habet; *ad iracundiam;* sed potius; *ad indignationem.* Et quod sequitur; *ut non pusillo animo fiant;* Graecè; *ne tristitia animo concidat, aut, ne animum despōdeant.* Interpres tamen à germano sensu non recedit. Quod item legimus de seruis; *Dominus CHRISTO seruite;* longè melius Graecè; *Dominus enim CHRISTO seruitis:*

& iungitur superiori praecipuo. Vbi perpetuo contra haeticos notandum, mercedem hic & retributionem hereditatis seruis obediētibus promitti. Denique quod legimus; *Qui enim iniuriā facit;* Verius Graecè; *Qui aut iniustitiā facit &c.* Plerique illud ad dominos referunt. Mihi autē ad seruos uerius referendum uidetur. Est enim clarum quomodo post haec uerba, sermo de dominis subsequitur. Ut sit sensus, seruos dominis non obediētes iniustitiam facere. Et ob eā causam recepturi sunt quaecumque egerint: nec seruitutis conditione, uel paupertatis praetextu, & fortè etiā dominorum tyrannide excusabuntur. Nam Deus in iudicio personam non accipit.

## CAP. IIII.

**D**OMINI, QVOD IUSTVM est & æquum seruis praestate, scientes quod & uos Dominū habetis in cælo. Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarū actione, orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostiū sermonis ad loquēdū mysteriū Christi (propter quod est uinctus sū) ut manifeste illud, ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimētes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere.

**D**omini quod iustum est & æquum seruis praestate. Haec potius cum superioribus iungi conueniret. Porro æquum est, & ita diuina iustitia exigit, ut seruis suppeditentur quae sunt illorum conditioni necessaria, ut cibus & uestimēta, quod possint sua implere officia. Attēt enim debent, qui illorum sunt domini, cogitare sese non ita absolutos esse Dominos, ut nullum recognoscant longè excellentiorem & supremum Dominum qui est in cælo. Sed pauci sunt admodum qui hoc apprehendant; & propterea cum tanto fastu plerique imperāt, ac si hoies à Deo eorū pedibus traderent conculcādi. At hoc in seruos exercere est iniquitas. O quam tremendam tales uisuri sunt status atque conditionis, cursu uitae peracto, commutationem, dum multi serui & abiecti homines computabuntur inter filios Dei, modo patienter tolerauerint & cum gratiarum actione teporariam seruitutem, uitiorum minime facti serui, sed dominis cum omni fidelitate reddentes suas operas debitas. Propterea addidit sapientissimè Apostolus; *Dominis carnalibus;* Quasi diceret; In his quae ad corporis officia pertinent. In his enim quae ad Deum & Ecclesiam pertinent, liber est animus: nec sunt tunc obedire obligati, quando aliquid contra Deum & Ecclesiam praecipitur. Contra autem, qui generis

splendore & opibus ac potentia excellunt, nō raro (de malis loquor) sunt uiciorum serui, qui tumidi atq; inflati legem Dei & timorem obliuiscuntur, & traduntur illi qui princeps est super omnes filios superbiam, ut sint eius, cui inferuerunt, in æternis supplicijs focij. Quod ab oibus in sublimitate cōstitutis auertere dignetur Rex pacificus qui non uenit ministrari, sed ministrare.

Marc. 10.

*Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarū actione.*

Hæc omnia iam sunt à nobis in superioribus epistolis explicata. Restaret ut quæ clarè patefacta sunt, ea factis & operibus nos scire declararemus. Nam scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Vera enim proborum morum scientia ea est quæ in actione consistit, non in nuda & mera cognitione. In his autè perspicuè cernitur, quàm multi sint qui deficiant in multis, dum minime complent ipso opere, quæ intellectu intelligunt. Illud præterea rursus animaduertendum, quod etsi cum omnibus sapièter & ad proximam ædificationem sit incedendum, potissimè tamen ad eos qui foris sunt; debet diffundi uitæ christianæ sanctus odor, nimirum ad eos qui sunt extra fidem, ut nostram considerantes sapientiã relicta illa, quæ sequuntur, insipientia ad uerum omnium Deum, & Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM conuertantur & uiuant.

Qua in re oblatum tempus, id est, occasiō atq; opportunitatem uel pretio redimendam hortatur, ne nobis elabatur è manibus, hoc est, aliquo dispendio captandum sermonem etiam gratiosum & sale conditum (quod indicat prudentem esse & discretum oportere) quo satisfacere unicuique ualeamus de fidei nostræ professione sciscitanti. Vult enim Apostolus ita eos instituere, ut per efficaciam actionum, & sapiètiã sermonis ita se gerant, ut omnibus clarum dent testimonium se illic esse discipulos, qui cœpit facere & docere: & hoc exemplum omnibus sequuturis reliquit.

Act. 1.

Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & consoletur corda uestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex uobis est: qui omnia quæ hic aguntur nota facient uobis. Salutatur uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata: Si uenerit ad uos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circūcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio.

*Quæ circa me sunt etc.* Nihil est in his uerbis difficultatis. Nisi ipsa fortè nomina contineant aliquid arcani. Nam epistolam per Tychicum & Onesimum fuisse missam manifestum est. Vtrūque autem illis commendat, ostendens Tychicum corda illorum præsentis sermone recreaturum,

qui fidelis erat minister & conseruus in promouendo euangelio. Eadem propemodum ad litteram scribuntur in epistola ad Ephesios. Onesimum insuper addidit, & unum ex illis, hoc est, Colossensem indicat. Dignum autè consideratione uideatur, quanto affectu de eodem loquatur Apostolus, quem testificatur sibi charissimum, & fidem fratrem. In cuius gratiam peculiarem scripsit ad Philemonem epistolam paterni amoris plenissimam, licet herum aliquando offendisset. Ut perpèdamus quàm sit ingens Dei erga lapsos homines beneficium, quum ad poenitentiam & meliorem frugem reuocandi, perducuntur ad uiros pietate ac discretione præditos. Hunc positus in uinculis lucratus est Apostolus, & ita conuertit ut de fugitiuo & fraudulento seruo in sequacem & fidelissimum non iam hominis, sed CHRISTI utilem seruum conuerterit. Et ob eam fortassis causam efficaciori testimonio Colossensibus commendat, ne ulla prorsus prioris erroris suspitio in eorum mentibus de Onesimo resideret. Hæc enim est admirabilis euangelicæ uirtutis præstantia, ut multi publicani & peccatores præcedant in regno eos, qui ita peccatis non uidentur onusti. Nam qui sincere conuertuntur ad Dominum, ubi abundauit delictum, superabundat & gratia.

Rom. 5.

Salutat uos Epaphras qui ex uobis est, seruus CHRISTI IESU semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut steteris perfecti, & pleni in omni uoluntate dei. Testimoniū enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutatur uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensium est, ut uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Salutatio: Mea manu Pauli: Memores estote uinculorum meorum. Gratia Domini nostri IESVM CHRISTI uobiscum, Amen.

*Salutat uos Aristarchus etc.* Quemadmodum in omni ferme epistola, ita hic quoque salutationes inseruntur. Primum ipsius Aristarchi qui simul erat cum Apostolo concaptiuus, uir è Thessalonia, quem interpretari possumus; optimus principem; Marcum adiungit expositum ac tersum per tentationes à rubigine. Hic consobrinus est Barnabæ, qui filius consolationis dicitur: de quo ait eos accepisse mandata. Anceps uero sensus est, nū de Barnaba hoc dicatur, an uero de ipso Marco potius. Sed nec magni refert hæc scire. Hunc Marcum expositores esse illum putant, cuius causa tam acris orta fuerat quondam inter B. Paulum & Barnabam contentio, ut separaretur inuicem. At postea reconciliatum cum Apostolo fuisse

fuisse, hic locus perspicuè probat. Verissimile est enim eundem cum Barnaba maiorem animi fortitudinem comparauisse, & fortiorem ad subeunda persecutionum pericula euasisse, qui aliquando formidolosior, teste B. Luca, extiterat & declinauerat. Quapropter Colossenses rogat, si quando ueniret ad illos, uelint illum cum omni charitate in Domino excipere.

*Addit: Iesus qui dicitur iustus.* Non est usquequaque certum an sit ille Ioseph, seu Iosès, qui ad fortitendum Iudæ proditoris locum fuit ab Apostolis cum Matthia compositus. Non defuerit qui hunc fuisse gentilem existimarunt. Verum nomen ipsum manifestè hebraicum reclamationem. *Qui mihi fuerunt solatio.* Hos solos sibi solatio fuisse & secum operatores significat. Mirabile est sanè, quomodo relinquit Deus interdum suos omni ferè humano auxilio destitutos, ut discant ueram humilitatem: & ne in tantis alijs heroicis operibus & miraculorum uirtutibus eleuentur, sed humilientur, quando opus est, coram Deo & hominibus. Epaphram adiungit consalutantem, cuius & ab initio epistolæ meminerat, quem ait esse Colossensem & ut Onesimum. Addit autè quàm solebat esse pro illis in orationibus & suspirijs sollicitus. Nam & natura comparatum est, ut ipsius amor patriæ & ciuium ad maiorem curam urgeat, ut (ceteris paribus) diligentius erga eorum salutem procurandam nos geramus, qui sunt nobis eiusmodi necessitudine coniuncti. Accedebat ad hunc Epaphræ affectum memoria prædicationis suæ, qua Colossenses instruxerat, ne à reuera ueritatis uia per falsos prophetas, qui nusquam defunt, abducerentur, & sic in uanum cucurrisset. Vbi concionatoribus datur exemplum, non deserendos populos quibus uerbum Dei ministrauerint, sed orationibus assiduis fouendos, etiam si sermonis cursus interim sit intermissus.

*Qui sunt Laodiceæ & Hierapoli.* Has ciuitates Colossæ fuisse finitimas ostendit. Salutem quoque illis nomine Lucæ medici charissimi dicit, qui fuit Euangelista, comes B. Pauli indiuiduus. Postremo loco ponit salutantem Demam, qui postea diligens licentiosiore seculi uitam ab Apostolo defecit, quemadmodum ad Timotheum conuenit. Non est satis rectam semel uiam ingressum esse, sed cogitandum quot structæ sint ab hostibus mundo, carne & dæmonibus insidiæ, quibus irretitur homo qui cum timore ac tremore salutem

suam paulatim negligit operari. Certamus enim non pro leuibus quibusdā rebus, sed pro ea corona quam maligni uident, & tætopere inuident.

*Salutate fratres qui sunt Laodiceæ: & Nympham, & quæ in domo eius est, ecclesiam.* De hac Nympha nullam legimus alio scripturæ loco factam mentionem. Sed hæc tam honorifica salutiō illam satis superque celebrem reddit, quam religiosam fuisse & honestissimam aliquam matronam accipere debemus, cum & illius domum ac familiam nomine ecclesiæ donet B. Paulus, hoc est, Christianis operibus deditam. Nam & mulieres ipsæ CHRISTVM Dñm & Apostolos facultati bus suis plurimum iuuerunt. *Et cum lecta fuerit etc.* Illud omnino non supprimendum silentio, epistolas B. Pauli non ad solas, quibus nominatim mirantur, ecclesias pertinere, sed passim ad omnes: quoniam mores similes ubique esse debent. Quocirca iubet mitti epistolam hanc & legi in ecclesia Laodicensi. Erat autem & alia ex Laodicea, quam uice uersa legendam ecclesiæ Colossensium mandat. Quidam putarunt esse quoque ad Laodicenses epistolam, qua nos caremus. Vnam Iacobus Stapulensis curauit in lucem edi. Ego uero notham & supposititiam arbitror. Neque enim reuera hic citat Apostolus epistolam à se ad illos scriptam, sed; ex eo loco, ut græca lectio porrigit. Vbi non legitur: *Et ea quæ Laodicensium est, quin potius; ea quæ Laodicea & uos quoque legite.* Quamobrem aliam epistolam insinuat. Fortè priorem (ut quibusdam placet) ad Timotheum. *Et dicite Archippo etc.* Optima admonitio, ut scilicet ministerium (non mysterium) impleat. Crediderim de sacerdotio intelligendum, uel diaconatu, seu etiã de prædicatione. Non enim patefecit quale ministerium illud esset. Sed ordinabantur tunc magno cum delectu in ecclesia, nemini citò manus imponentes. Inde turpem cernimus hodierno die ecclesiæ faciem, maculis & rugis asperam, postquam ad sacros ordines irruerunt numerosi & ignari homines citra delectum admissi, qui nedum ministerium per sacerdotij gradum quaerunt: sed contra, ut uitam otio & torpore & crapulis commodius transigere possint. Domine IESU miserere nobis & illis

Amen.



# ARGVMENTVM IN PRIOREM

## EPISTOLAM B. PAVLI APOSTOLI AD

### THESSALONICENSES.



**A**POSTOLVS HANC AD THESSALONICENSES EPISTOLAM, EX Athenis scripsit, quemadmodum patebit inferius, & longè antè (ut uisum est multis) quàm superio- rem ad Colossenses scripsisset: & per Tychicum diaconum, & Onesimū acholytum misit. Thes- salonica ciuitas erat Macedonia, ad quam reuelatione cœlitus facta missus fuit Apostolus ut euange- lium prædicaret. Magnum prædicationis fructum, sicut & ubiq; locorum & Gentium, apud eos fecit, ita ut fidei et probitatis soliditate ceteras superarent ecclesias. Perseuerarūt enim in ipsa euangelij recepta doctrina etiam acerbis persecutionibus afflicti: nec ullo pacto pseudoapostolos audire uoluerunt. Hos igitur collaudat, & ad maiorem adhuc bonorum operum faciendum progressum cohortatur. Remouet insuper quorundam immodicum erga suos mortuos luctum, ea tradens quæ ad resurrectionis spem erigunt. Tum post reprehensam hominum otiosorum & laborare recusantium uitam, subiungit egregias ac salutare senten- tias, quibus eos in uia Dei cautos reddat atq; instructos.

# COMMENTARIA

## IN EANDEM EPISTOLAM

### B. PAVLI APOSTOLI AD

#### THESSALONICENSES.



**D**AULVS & Siluanus & Ti- motheus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, & Domino IESV CHRISTO, gratia uobis & pax.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis, memoriâ uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei uestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei domini nostri IESV CHRISTI ante Deū & Patrem nostrum.



**Q**VAE AD SALVTATIO- nem pertinent, copiosè sunt iam alijs locis exposita. Sup- pressi autem apostolatus ratio- nem esse existimo, quòd ad eos scriberet, qui promptissimè ob- sequerentur monitis, ut iam nō

tam opus esset autoritatē proponere, quàm hu- militatem apponere. Vbi enim nō delinquimus, pares omnes hac in parte sumus. Assumit socios Timotheum & Siluanum quasi epistolæ coadiu- tores, ad magnam nostram eruditionem, qui si quid sapimus uel operemur, nedum socios ad- mittimus gloriæ nostræ, sed imminui eam arbi- tramur, si extra nos solos deduceretur. Magna profectò & rara uirtus est, ut magna licet opere- ris magnum te nescias: & manifestam omnibus, tuâ te solū latere sanctitatē. Hoc præstat cha- ritas quæ non querit quæ sua sunt, sed facit om- nia communia. Porro sunt qui tradunt Sifanū hunc esse, qui Silas dictus est in Act. Apost. At cū de scripturis eundem fuisse non euincatur, non admodum refert. Quicunq; is fuerit, magnus uir certè fuit, cū illum sibi scribenti adiungat Apo- stolus. In latinis codicibus post illa uerba; Gratia uobis & pax; desunt hæc subsequentiâ; à Deo Patre nostro & Domino IESV CHRISTO; quæ passim in græcis exemplaribus habentur.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus uo- bis &c. A gratiarum actione de more incipit. Homo uerè Deo gratus, perpetuò beneficiorū memoriâ acceptorū in animo uersat. Discamus & nos

# B. PAVLI APOS. AD THESSALONICENSES

& nos in reddendis gratiis non esse tardos & segnes, nō solum pro beneficiis quæ nos ipsi ac- cepimus, sed & quæ toti humano generi contulit Deus Pater: pro omnibus uobis; ait Apostolus. Hoc monebat sapiens: Diligenter, inquit, Considera quæ apponuntur tibi, ut nulla uidelicet Dei do- na debita gratiarum actione frustreretur non præ- terita, non præsentia, non promissa, non grandia, non mediocria, non pusilla. Iubemur enim colligere fragmenta ne pereant, idest, nec minima be- neficia obliuisci. Ingratitudo, ait deuotus pater

Luc. 17.

Bernardus, inimica est animæ, exinanitio meri- torum, uirtutum dispersio, beneficiorum perdi- tio. Ingratitudo uentus urens, siccans sibi fontē pietatis, rorem misericordiæ, fluentia gratiæ. Mul- ti quidem numerari possunt, qui uel importunissi- mè quæ sibi deesse sentiunt, postulant: sed rari- simi qui dignas de acceptis donis gratias agant. Clamabant illi decem leprosi, & omnes fa- ri facti sunt. Vnus tamen solus rediit gloriam Deo daturus. Fœlix qui ad singula gratiæ dona ad eum redit, in quo omnis gratiarū, plenitudo consistit, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum largitori gratiæ damus, ut maiora adhuc mereamur accipere. Illi autem fa- cillimè à Deo obtinent, qui non iam utilitatē pro- priam sectantur: sed salutem aliorum, & euange- licæ ueritatis incrementum sollicitè student pro- mouere, præsertim apud eos qui persecutions propter euangelium patiuntur, & sustinent im- mon: quales erant strenui isti Thessalonicenses.

B. Bernardus

Rom. 23.

Memores, inquit, operis fidei uestræ & laboris & charitatis, & sustinentiæ spei &c. Considera ut di- stinctè enumerat uirtutes Thessalonicensium, ad magnam eorum consolationem & laudem. To- lerabat uerò hæc omnia ob spem in CHRISTO IESV ante Patrem repositam, sperantes se sua ipsorum sustinentiâ illum tandem lucraturos & comprehensuros, iuxta euangelium illis præ- dicatum, & rectissimè ab eis intellectum: quoniâ per multas tribulationes perueniendum est, nō per otiosam fidem, in regnum cœlorum.

Scientes, fratres dilecti, à Deo electionem uestram, quia euangelium nostrum nō fuit ad uos in sermone tatum, sed & in uirtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine mul- ta, sicut scitis quales fuerimus in uobis pro- pter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes uerbum in tribula- tione multa cum gaudio Spiritus sancti, ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A uobis enim dif- famatus est sermo Domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed in omni loco fides uestra quæ est ad Deū, profecta est: ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem in- troitum habuerimus ad uos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire

Deo uiuo & uero, & expectare Filium eius de cœlis (quem suscitauit ex mortuis) IESV M, qui eripuit nos ab ira uentura.

Scientes, fratres dilecti, à Deo electionem uestrā &c. Primum ait se scire eorum electionem. Non in- telligas illam prædestinationis electionem: sed fuisse illos peculiariter ad hoc electos ut audirēt uerbum euangelij, sicut narrat historia Act. 16. Nam cum uellent Bithyniam proficisci, non per- misit eos ire Spiritus. Ut autem uilum uidit, sta- tim (inquit B. Lucas) quæsiuimus proficisci in Macedonia certi facti quòd uocasset nos Deus euangelizare eis. Afferit autem pro illius electio- nis argumento efficaciam multam suæ prædica- tionis: quoniam euangelium illis non per sermo- nem solum persuasit, sed etiam in uirtute, seu po- tentia signorum, & in Spiritu sancto, qui moue- bat linguam, & aperiebat aures audientū. Vnde plenitudo certitudinis multa. Id enim græcè, πληροφωρίη & πολλή, sonat. Possumus & il- lud; in Spiritu sancto; ita intelligere, ut miraculosè Spiritus descēderet super eos, sicut à principio. Quod ergo ait, in plenitudine multa; significat ple- nitudinem certitudinis ad confirmandā omninò ueram esse B. Pauli prædicationem, qui tot ac tanta testimonia attestabantur. Sed illud super omnia quod in corde proprio sentiebant: ait.

Act. 16.

Sicut scitis quales fuerimus in uobis, idest, inter uos. Sed hoc non propter me, sed propter uos, in salutem uestram. Hic nempe erat totius prædi- cationis finis, non Pauli gloria, sed Dei honor & animarum salus. Et commemorans profectum ipsum statim. Et uos (inquit) imitatores nostri facti estis &c. Mirabile est excipere hoc uerbum, & cum uerbo simul tribulationem: Cum tribu- latione autem insuper & gaudium aduenire. Et ne fallatur hæreticus, qui deceptus putat se ueri- tatem amplecti cum gaudio, declarauit hic Apo- stolus quale sit piorum gaudium, nimirum gau- dium Spiritus sancti, quod procedit ex illa pleni- tudine certitudinis. Ita ut forma facti sitis om- nibus etc. Magnā corū laudē his uerbis pstringit, qui tam citò, & ferè eodem tēpore discipuli exti- rerint ac simul magistri. Vnde clarè colligitur pa- ratissimos eos antea fuisse ad recipiendam ueri- tatem, si illis prædicaretur: de quibus testatur scri- ptura, suscepisse eos uerbum cū omni auiditate, ita ut uicinas ciuitates & loca admirarentur tam repentinam mutationem, & æmularentur ad imi- tandum eorum prouocari exēplo, qui nullis per- secutionibus à fidei constantia recederent.

Pati possunt heretici sed non in Spiritu sancto.

Ita ut non sit necesse nobis quicquam loqui. Et ideo non se uocauit Apostolum, sed quasi unum ex il- lis parem. Ut intelligant Præpositi dari nonnū- quā tempus & locum non ostentandi autorita- tem. Caicranus docet in his tantum duabus ad Thessalonicenses epistolis omissam in salutatiōe mentionem apostolatus, idq; fecisse propter so- cios quos sibi adiungit, Timotheum & Siluanū, ne uideretur se illis præferre. Sed utrūq; merito



non placet. Non enim primùm aduertit quòd & ad Philippenfes scribens non se uocauit apostolum. Et tamen scribens ad Corinthios & Colossenses adiungens sibi Sosthenē & Timotheū, uocat se Apostolum. Et similiter in ambabus quas ad ipsum Timotheum. Quare instantijs facile perimitur id cōmenti, ut antea indicauimus. Reliqua non egent expositione. Solum animaduertendum, id quod postrema linea in latinis legit; *IESVM qui eripuit nos*; Græcè melius in præsentī scribitur; *eripit*, ut intelligamus effectū crucis ad redemptionem nostram esse assiduum, & semper fuisse ab initio mundi, & ad finem usq; futurum. Notandum item quod ait; *eripit nos ab ira uentura*; continere subintellectam conditionē, si perseverauerimus ambulantes in luce, & secundum spiritum, non secundum carnem, in bonis operibus & uia mandatorum Dei. Alioqui ueniet tremenda ira, quando dicitur. Nescio uos, discedite à me operarij iniquitatis.

Luc. 13.

CAP II.



**N**AM ET IPSI SCITIS, FRATRES, introitum nostrum ad uos: quia non inanis fuit, sed antè passi multa & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad uos euangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur: Non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs. Cum possemus uobis oneri esse ut CHRISTI Apostoli: Sed facti sumus paruuli in medio uestri, tãquam si nutrix foueat filios suos, ita desyderantes uos cupidè, uolebamus tradere uobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniã charissimi nobis facti estis.



**N**am et ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad uos &c. Reuocat illis in memoriã hoc in loco historiam quæ Act. cap. 16. enarratur & 17. ne obliuiscantur mirabilium quæ acciderunt, & quo pacto è medijs passionibus erepti illicò se nouis certaminibus exposuerunt, ut prædicare eis uerbum. Nam quod legitur; *in multa sollicitudine*; melius redditum fuisset, in multo certamine. Unde probat prædicationem suam non de errore, non de immunditia, nõ in dolo factam. Hæc

enim tria potissimum sunt, quæ dedecent præconem uerbi Dei. Primum decipi intellectu, & non habere ueritatis & eorum quæ sunt prædicanda certam plenitudinem. Alterum, etsi ueritas adsit, eam tamen inquinare ueritatem per affectum temporalium: ut cum prædicatur amore pecuniæ, aut inanis gloriæ. Hæc est enim immunditia, & abominandum simoniacum scelus. Tertium est, quum delectatur homo animas decipere & lucrari sibi: quod est immane & omnino diabolicum. Audi B. Paulum quàm ab his uitijs abfuerit remotissimus.

*Sed sicut probati sumus à Deo ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur.* Mirum uideri posset, quomodo dicat se à Deo probatum, antequàm tamè prædicaret. Nam in scripturis tum demum probari aliquis à Deo dicitur, quum ipso opere se declarat. Verum attende. Non se absolute probatum fuisse ait, sed probatum hac in re, ut crederetur illi dispensatio & prædicatio euangelij. Vidit enim Dominus Deus synceram illam Pauli conuersionem, & cor purificatum & ardens amore CHRISTI & zelo. Et in hoc ante Deum probatus fuit ut idoneus ad prædicandū: quod & præstitit, & non fefellit hanc primam Dei (ut ita improprie ac inepte de diuinis loquamur) deprecationem, qui proprie aliter non possumus. Ita loquimur; Modestis gratia, nec sine ueritate Siluanum & Timotheum sibi adiungit in officio prædicationis socios. *Non quasi placentes hominibus, sed Deo qui probat corda nostra.* Probat autem Deus corda, cum per uarias tentationes, quasi aurum per fornacem explorans, facit ut innotescant nobis qualia sint. Videant, quæso, hunc & alios multos huiusmodi locos, qui dubitant an B. Paulus certus esset innocentis & gratiæ suæ, herentes soli uni loco ubi dixit: Non in hoc iustificatus sum. Probat autem superiora, Primum quòd non dolo prædicaueris: quoniam non est adularus illis. Tum quòd non immundè, id est, prætextu auaritiæ. Cui rei asserendæ Deum sibi testem adhibet. Nam utrum abdita sit intus cupiditas, aliter probari non potest, cum hominibus non pateat cordis arcana, quæ solus Deus scrutatur. Tertio, quòd non appetitu gloriæ, euidens est: quia nec se gesserunt ut Apostoli CHRISTI, qui iure potuissent exigere ad uictum necessaria: sed nihil ab eis, neq; ab alijs, ne eos grauari, uictus gratia quæsiuerunt: ut uideret omnes quàm purè annuntiarent euangelium. Cuius rei gratia peculiarem à Deo expectabant & auctiorè mercedè, ut ad Corint. ipsemet explanat.

*Sed facti sumus paruuli.* Græcè *νηπιόι*, id est, placidi, & lenes. Interpres uerò fortè legit, *νηπιόι*, id est, paruuli: quanquam & superior dictio significet etiã paruulos: sed aptior est illa prior significatio, & expressior ad mentem Apostoli. Quomodo ergo gloriæ popularis aurã captare extimari poterant, qui se eousque contemptibiles abiecta grauitate præbebant? Ob eam causam epistolæ ipsius seueriores quibusdam post expertã tantã charitatis (ut ita dicam) demissionè uidebantur

1. Cor. 9.

uidebantur. Qua perspecta abutebantur subdoli fratres, ut inde autoritati & nomini illius detraherent, quemadmodum ad Cor. conquestus est. Tanta est enim humana imbecillitas, & ad capienda ueræ charitatis præcepta tarditas, ut rudes homines facilius eos sequantur, admirentur, seq; illis in prædam dedant, qui uel orationis fucato sermone, uel propositis rebus curiosis & ad salutem nihil uiuantibus prædicant, & cū graui apparatu incedunt. Vide autem quàm suauiter & apposita utatur similitudine Apostolus.

*Tanquam si nutrix foueat filios.* Quanta nutrices & matres tolerant interim dum incrementa expectant puerorum, nemini est obscurum: ut non quoslibet cibos præbere, quin & generiores adhuc præmansos inserere in os cogantur, puerorum moribus inseruire, risum effingere & gemitum, & quæq; grauitatis spernere. Ita se gerebat Apostolus in cursu euangelico. Lac potu dedit uobis, ait quibusdam, non escam: Nondum enim poteratis. Erant perfectè Thessalonicenses renati, sed teneri adhuc, nõ confirmati. Amat paruulum nutrire, sed eum non amat paruulum remanere, ait B. Augustinus. In sinu tenet, manibus fouet, blanditijs consolatur, lacte nutrit. Omnia facit paruulo, sed optat ut crescat, ne semper talia faciat. Quid bone lector credis in istiusmodi locis dici à nostris nouis sapiētibus, qui mox ubi aliquem nacti sunt discipulū, ei nullo præeunte magistro sacras literas obrudunt: nõ nisi solū qui latinam linguam tenet, sed passim toti imperitæ multitudini, ut neminem habeant paruulum. Nullus inter eos reperitur qui duros & prægrandes & peracutos non miserit dentes ad solidum cibum uorandum. Pistores, caupones, lanij, cetarij, tonsores, fabri, publicani & meretricis ad tractandas sacras literas sunt per istos sapientes idonei.

Hereticorū erga populos licentia.

Matth. 13.

B. Aug. in lib. De uera religione.

In hanc iustam querimoniam uenit olim ardens ille defensor fidei sanctissimi Hieronymus. Quid si nunc reuiuisceret, & ita auctum numerum cerneret? Considerate, quæso, populi quem in corpore mystico locum tenetis, & uos more bene natorum puerorum à patribus institui sinatis. Nisi efficiamini (inquit summa Veritas) sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Audite quid B. Augustinus de suis temporibus testetur, quomodo non sunt omnia populis referanda, sed tantum pro illorū eaptu & utilitate ad salutem: ait. Hoc à magnis & spiritualibus uiris ecclesiæ catholicæ alumnis uideo cautissimè prouideri, ne quid populariter agant, quod nondum esse temporis ut cum populo agatur, intelligunt. Alimenta lactea largè uis ad infirmioribus pluribus atq; instantèr infundunt: ualidioribus autem cibis cum sapientibus paucis uescuntur. Sapientiam enim loquuntur inter perfectos: carnalibus autem & animalibus, & quamuis nouis hominibus, adhuc tamè paruulis, nonnulla obtegunt, sed nulla mentiuntur. Nõ enim uanis honoribus suis consulunt & inanibus laudibus; sed utilitati eorum cum quibus societatem uitæ huius inire meruerunt, &c.

At nunc sacri libri in popinis & officinis, hæreticorum licentiã, manibus omnium teruntur, uerius pedibus conculcatur. Hæc obiter dicta sint propter malitiam temporum, quando perijt uera & christianis populis ac filijs ecclesiæ matris digna simplicitas, regnat ubiq; arrogantiã.

*Uolebamus tradere uobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras.* O charitas sancta quantas uires in eorum cordibus, qui abs te possidentur, habes. Nullum potest maius uero euangelicæ gratiæ prædicatori adesse gaudium, & eis qui bene præfunt, quàm dum animaduertunt sibi commissas plebes rectam ueritatis uiam cum fructibus bonorum operum, ac in Deum pietatis citra offendiculum tenere. Hoc & de se testatur Dilectus. Maiorem horū, ait, nõ habeo gratiã, quã ut audiã filios meo in ueritate ambulare. Contrã autem, supra modum affliguntur Sancti, quum eorum ruinam uident & corruptionem cum fidei, tum proborum morum. Propterea Moses de libro uiuentium deleri, & Apostolus anathema fieri optabant. Quàm optarem & ego ut Antistites omnes, & uerbidiuini concionatores hæc cotidiana ruminatiõne tererent, seq; ipsos serio probarent, num tales sibi uideatur, qualem se eis Apostolus in exemplum proponit, ut non dubitent animam propriam pro animabus impendere. Si quis ita se paratum sentiat, gaudeat & exultet in Domino. Qui secus, saltè caueat ne errore feratur & ignorantia, ductus humanæ gloriæ cupiditate atq; immunditia. Quibus uitijs si tenetur implicatus, maturè cogitet quo suspendendus est pudore, quando corã Deo & Angelis eius minimus cenfebatur in regno cælorū.

Ioan. ep. 3.

Memores enim estis, fratres, laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes nequẽ uestrū grauaremus, prædicauimus in uobis euangelium Dei. Vos testes estis & Deus, quã sanctè, & iustè, & sine querela uobis qui credidistis, affuimus: sicut scitis, qualiter unumquemque uestrum sicut pater filios suos, deprecantes uos & consolantes, testificati sumus ut ambularetis dignè Deo, qui uocauit uos in suum regnū & gloriã.

*Memores enim estis, fratres, laboris &c.* Clarus textus: Solū uitium & mendum in scriptura notandum est. Vbi enim legitur; *Nocte & die*; scribendum est; *Nocte autem & die*; ut appareat superioris dicti ratio, uidelicet quòd non fuerit illis sumptui nec oneri. Et præterea ubi legitur; *Qui credidistis*; scribendū est; *Qui creditis*; Similiter quod legitur; *Qui uocauit*, legendū est; *Qui uocat*; temporis præsentis, non elapsi. Nã uocatio Dei assidua est. Nec tamen prætereunda est admonitio illa alijs in epistolis inserta. Ut ambularent dignè Deo; aduersus eorum errorem qui falso putant non posse hominem ea agere quæ conueniunt statui nostro, digna Deo, & quæ placeant illi ut respiciat & remuneret. Non quasi sint condigne

condignæ passionis comparatæ ad solam mercedem, cū merces sit æterna, passionis uerò momentaneæ: sed quoniam sunt tales secundum uigorem & pactum Dei, ut queant maiestatem inclinare diuinam ad remunerandum dignè se & nobis, quos filios fecit: si inodo ut eius filij obediuerimus illi & CHRISTO Filio eius, quæ nobis Dominum & fratrem constituit, ut Dei simus hæredes, CHRISTI autem coheredes.

Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis à nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud non ut uerbum hominum, sed (sicut est uerè) uerbum Dei, qui operatur in uobis qui crediti stis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in CHRISTO IESU: quia eadem passi estis & uos à contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt IESUM, & Prophetas: & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos usque in finem.

Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione etc. Nec opus hic est expositione. Solum notetur, illos accepisse à B. Paulo euangelium ut Dei non ut hominis uerbum, sicut uerè erat. Et in hoc Deum esse cooperatum, non solum in Paulo dicente & prædicante, sed etiam in illis audientibus & accipientibus. Vnde ait: *Qui et operatur in uobis qui creditis*: sic enim græca lectio habet, & hoc in Pelagianos. Aduertendum item peculiariter laudari Thessalonicensium ecclesiam, ut qui imitati essent ecclesias Dei in Iudæa. Quo in loco ego puto (licet id non clarè exprimat) multos Thessalonicensium semetipsos expoliari pro pietate omnium bonorum, & uitam regularem propter CHRISTUM professos: quemadmodum ab initio fecit ecclesia in Iudæa, ut in Act. Apostolorum legitur. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, uendentes afferbant pretia eorum quæ uendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Vbi memorabile est iudicium in eos qui de pretio fraudare tentarunt, in quos repentina Dei ultio manifestata est. Decuit enim ut forma perfectæ euangelicæ uitæ ibi primùm institueretur, unde primò egressum est uerbum, ut fuerat in prophetis prædictum: Ex Sion exibit lex, & uerbum Domini de Ierusalem: quia salus ex Iudæis est.

Quo magis mirandum, qua fronte hæretici, qui se inniti scripturarum testimonijs tanta ostentatione iactant, hoc uitæ genus adeò impudèter audeant detestari. Comparat uerò illos B. Paulus manifestè cū fidelibus ueris Iudæis, quantum attinet ad persecutiones à contribulibus illatas. Vbi & notandum quod ait per-

uenisse in Iudæos iram Dei usque in finem, id est, usque ad perfectum & consummationem, ut intelligatur illi persecutores reprobati omnino à Deo. Hoc est enim in eos peruenisse iram Dei usque in finem. Intellige autem reprobationem non perinde esse atque prædestinationem. Hæc enim sine ullis prorsus meritis: illa uerò non sine proprijs demeritis. Manet autem similiter ira Dei in eorum filios usque in finem, id est, usque in ultima mundi sæcula, quando conuertentur ad Deum, & auferretur uelamen, postquam efferbuerit ira eius: quæ eò debet esse diuturnior, quò criminis aduersus Redemptorem admissi culpa fuit grauior.

Nos autem, fratres, desolati à uobis ad tempus horæ, aspectu non corde: abundantius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desyderio: quoniam uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos Satanæ. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominum nostrum IESUM CHRISTUM estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Nos autem, fratres, desolati. Interpres noster uertere elegantius potuisset; orbat: Vbi aliquid ostendit affectum quo erga illos totus accendebatur, ita ut cum maximo desyderio rēta uerit iterum atque iterum ad illos redire, hoc est, quod latine dicitur; *festinauimus*: Sed aptius dicendum erat; *studuimus*; seu conati sumus. Cur autem proficisci non potuerit, causam assignat. *Sed impediuit nos Satanæ*. Vide admirabilem Dei prouidentiam, quomodo permittitur Satanæ interdum impedire cogitationes sanctorum, nec propterea impediri uoluntatem Dei, nec profectum euangelij. Decipitur enim sæpe infelix Satanæ dum & obtinet quod ipse uult: quoniam & totum in caput eius reuoluitur. Non sine causa quodam in loco aiebat, non esse sibi aduersus carnem & sanguinem colluctationem: sed aduersus principes tenebrarum & nequitie, cursum prædicationis euangelicæ toto furore percitos inturbare laborantes. Denique quod dixit: *Nonne uos; Rectius; nonne et uos?* Ut & alias simul ecclesias includeret, quas ipse CHRISTO acquisiuit. Tunc enim in aduentu Domini apparebit: & magnum ex Thessalonicensium procurata salute & parta, gaudium, & corona, & gloria B. Paulo, quasi tunc triumphanti, erit coram Angelis & hominibus. Nam & ipse triumphans & triumphati, & spectatores triumphij gaudebunt, & gloriam Deo decantabunt in sempiterna felicitate collocati, ubi iam non erit amplius neque luctus, neque dolor, sed nec ullus æstus: quoniam priora transierunt, quorum memoria maximam incunditatem afferret, per tanta pericula euasisse ad portum tranquillitatis æternæ deuictis mundo, carne, & dæmonibus per gratiam Redemptoris; Cap.

De reprobatione.

## CAP. III.



ROPTER QVOD NON sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis: & misimus Thimotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in euangelio CHRISTI ad confirmandos uos, & exhortandos pro fide uestra, ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud uos essemus, prædicebamus uobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem uestram: ne fortè tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.



Ropter quod non sustinentes amplius etc. Ostendit crebro Apostolus suum timorem & amorem (ut uerè amantibus accidere solet) permittum desiderium, qui illis potius quam sibi ipsi consultum uolens, maluit consortio priuari charissimi fratris, nempe Timothei, ut eius præsentia Thessalonicenses confirmarentur in fide, nullisque tentationum, seu persecutionum procellis ab eo qui tentat mouerentur. Nam & eosdem iam inde ab initio commonefecerat: & persecutiones futuras longè antè prædixerat, ne cum excitaretur, quicquam eis nouum appareret. Hac enim primæ instructione muniendi sunt, quicquid dāt christianæ militiæ nomen. Fili, ait Sapiens, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore Dei, & præpara animam tuam ad tentationem. Data est regula neminem prorsus excludens: Omnes qui pie uolunt uiuere in CHRISTO IESU persecutionem patientur. Ne fortè tentauerit uos is qui tentat. Satanam antiquum serpētem intelligit humanum genus capitali & ueteri odio prosequente, ad fallendas nedum incautas animas ac præcipitandas instructum, quin & sanctos homines interdum: ut maximo sit timore opus ad eludendas eius astutias. Neque enim est potestas super terram quæ ualeat ei comparari. Perambulatur terram, & circuit quærens quem deuoret. Sed fide illi resistitur: & per ueram humilitatem prosternitur superbus ac uincitur. Perpende autem tropum dicendi, & quomodo appelletur nomine ab Apostolo; *is qui tentat*: Propria etenim Diaboli est ars tentare, quam multis sæculis exercere non cessat, & semper ad ruinam nostram. Huius Maligni cogitationes minime ignorabat Apostolus, propterea tanta sollicitudine tenebatur, ne aliquas oues sur raperet, & mactaret.

Verum huiusmodi locis abutuntur hæretici ad leniendas persecutiones, si quando in eas inciderint, quas & plerunque iri suscitatas (quod quæ uidere est per facile) prænuntiant, mentitoque

persequutionum uerarum nomine uestiunt. At latissimè patet inter persecutiones, & animaduersiones discrimen. Illæ enim aduersus iustos homines ac pios Dei seruos iniustæ sunt, & crudelitatis plenissimè per tyrannos contra ueritatem. In fontes autem & gregem Domini contaminantes hæreticos, animaduersiones piæ sunt, iustæ & à sancto zelo ueritatis, qui Deo est gratissimus, profectæ. Alioqui & grassatores uiarum ac latrones, & quilibet flagitiosi homines, cum huiusmodi hæreticis sese in persequutionibus, quas merito patiuntur, solari possent, si causam pro arbitrio fingere licet. Patiuntur itaque ob apostasias hæretici, & uelut perturbatores tranquillitatis catholicæ ecclesiæ, in qua uiuere superbi nolunt. Placuit & uerba deuoti & coelitus docti patris Bernardi adiungere, quibus eleganter ostendit quæ futilis sit ista tergiuersatio. Exortus sunt enim eo tempore quidam insani homines, in quos populus perspecta illorum atque cognita impietate irruens truncidauit: subsequuntur hæc uerba Sancti Abbatis & ea (qui non credunt) notent. Mirabantur aliqui quod non modo patienter, sed & læti, ut uidebatur, ducerentur ad mortem. Sed qui minus aduertunt quanta sit potestas diaboli non modo in corpora hominum, sed etiam in corda, quæ semel permissus possederit. Nonne plus est sibi met hominem inncere manus, quam id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolus frequenter expertus sumus, qui seipsum aut submerferunt, aut suspenderunt. Nihil ergo simile habent constantia Martyrum, & pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas, in istis cordis duritia operatur. hæc ille. Et uerè mundus ignorat quanta Deus permittat ob peccata uulgi, ut quondam filios & filias immolauerint aliqui dæmonijs.

Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desyderantes nos uidere, sicut & nos quoque uos: ideo consolati sumus, fratres, in uobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram: quoniam nunc uiuimus, si uos statis in Domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis in omni gaudio, quo gaudeamus propter uos ante Deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea quæ defunt fidei uestræ. Ipse autem Deus & Pater noster, & dominus IESVS CHRISTVS dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem uestram in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in uobis ad confirmanda corda uestra sine querela in sanctitate ante Deum, & Patrem nostrum.

LL Nunc

De persecutionibus quas hæretici patiuntur.

B. Bern. in cat. ser. 66.

Ecclesi. 2.

2. Tim. 3.

Iob. 1. et 4. 1.

Nota.

Act. 4.

in aduentu domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus sanctis eius, Amen.

Nunc autem ueniente Timotheo ad nos a uobis etc. Singulares indicat Apostolus & admirabiles in illos charitatis affectus: qui digniores consideratione sunt & imitatione, quam ulla alia expositione. Hos autem nemo ante capere recte potest, nisi & ipse toto corde passus amando fuerit. Veram ille quidem experiretur sententiam, qua dicitur: Anima plus est ubi amat, quam ubi animat. Languebat Apostolus, non uiuebat, quando ignarus erat quo in statu res eorum essent. Ob eam causam adiunxit: Quoniam nos uiuimus, si uos statis in Domino: quasi diceret, Si quis mihi nunciaretur uester lapsus, & a sancto aedificio ruina, omni morte acerbius me cruciaret. Propterea nullum tempus intermitto neque diurnum neque nocturnum, quo de uobis non cogitem, quo uos suspiris ad Deum & orationibus non iuuem, ne quando Malignus gloriatur & dicat: Praeualui aduersus uos.

Ipsae autem Deus & Pater noster, & dominus IESVS CHRISTVS dirigat etc. Erumpit tandem in optimas preces quae diluciditatem per se, & efficacissimam in super uim continent ad euerendam falsam illam, & Dei gratiae inimicam eorum doctrinam, qui dum turpiter uiuere uolunt ipsi, & peccatorum sordibus fordesce perpetuis, negant quatenus posse inculpate uiuere. Ut frustra Apostolum uelint monuisse, & orationibus apud Deum postulauisse, ut Thessalonicensium charitas abundaret in dies, & corda illorum confirmarentur ante Deum sine querela, hoc est, ut nihil super sit damnatione dignum, quando uenturus est Dominus cum Sanctis suis ad iudicandum. Nam Sancti ipsi nedum iudicabuntur, sed cum summo Iudice ad iudicandos alios assidebunt. Sicut scriptum est: Iudicabunt sancti nationes. Hoc sequentibus se pollicitus est Dominus aiens: Amen dico uobis quod uos qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

CAP. III.



CAETERO ERGO fratres, rogamus uos & obsecramus in domino IESV: ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat uos ambulare, & placeat uobis ambulare, sic & ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim quae praecpta dederim uobis per dominum IESVM. Haec est autem uoluntas Dei, sanctificatio uestra: ut abstinete uos a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderii, sicut & gentes quae ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur, neque

circunueniat in negotio fratrem suum: quoniam uindex est Dominus de iis omnibus, sicut praediximus uobis, & testificati sumus. Non enim uocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.



Caetero ergo, fratres, rogamus uos etc. Hic incipit B. Paulus ea tractare quae ad morum sanctorum instructionem spectant, rogans eos ut uelint eam uiuendi formam tenere, quam praesens illis tradiderat, nimirum ut in hac peregrinatione sedem stabilem perpetua memoria apprehenderent non esse figendam: sed eos ambulare alacriter oportere in uia mandatorum Dei, ut meritorum magnitudine copiosius & numero abundarent. Idem praecptum dat in Apoc. Dilectus. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Sic Deo grati sumus, praemiumque ac laudem ab eo pro benefactis cumulatissime referimus.

Scitis enim quae praecpta dederim uobis per dominum IESVM. Aut potius; dederimus; ac si dixerit. Quae uobis praecipimus, ea in autoritate quam dedit nobis Dominus, praecipimus, quum dixit: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Nae pro arbitratu haec praecpta datus, quasi non sint cum diuina uoluntate coherentia. Haec est autem uoluntas Dei sanctificatio uestra, id est, munditia & puritas corporis & animi, quae acquiritur & conseruatur obseruata hac conditione: ut abstinete uos a fornicatione. Hoc in errore uersabantur Gentiles, ut simplicem fornicationem sibi persuaderent nullam habere peccati rationem, sed culpa uacare. Hunc perniciosum errorem uoluit tollere Apostolus, quo Deus offenditur, cuius uoluntas est: Ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore; Ecce quomodo corpus nostrum ueluti uas quoddam considerandum est, in quo collocatur animus & includitur, cuius est caelestis origo. Praefertim autem postquam in baptismo ab omnibus sordibus purgatus, est mundus effectus, a no uo carnis inquinamento abhorreere tenetur. Dicere cum Sponsa in Cant. debet aduersus omnem immundam cogitationem. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Inquinantur uero quando distrahitur homo, & alienum fit mancipium. At hoc potissimum per fornicationis uitium admittitur. At nescitis (uolens a tanta turpitudine auertere Corinthios Apostolus) nescitis, inquam, quoniam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur? Fugite fornicationem, qua corpus redditur meretrici obnoxium, & de decore tanto afficitur: quod tamen possidendum est cum omni sanctificatione & honore propter ipsum animum, in quo inhabitare, si purus fuerit, Spiritus sanctus dignatur: & addit. Non

Non in passione desiderij, seu concupiscentiae, quae si permittatur exire foras, operatur mortem sempiternam. Itaque possidet uas animi, nempe ipsum corpus cum honore dum in libertate (sub imperio tamen rationis & spiritus) manet, nec finitur obligari alteri non legitimo membro: quae quidem obligatio per fornicationem contraheretur. Hanc ad Corint. cap. 6. uberius explicauimus. Sicut & gentes quae ignorant Deum. Hoc laborabat uitio passim Gentes, non existimantes illud peccatum esse, quod uere peccatum erat apud Deum. Sed in tenebris ambulantes, uidere non poterant euangelicae puritatis splendorem. Non enim considerabant nos esse Dei templum, & Spiritus sancti domicilium. At ipse absolutissimae munditiae Spiritus habitare non potest nisi templum sanctificatum ac mundum. Animus autem quomodo mundus dici potest, si corpus immundum habitat? Sermo praesens de spirituali non de corporali munditia institutus est. Nam corpus tersum atque nitidum, sordido existente animo atque uitioso, nihil penitus prodest.

Et ne quis supergrediatur, neque circunueniat in negotio fratrem suum. Non desunt qui hoc praecceptum ad solum restringant adulterium. At reuera omnem prorsus iniustitiam prohibet, quae uel potentia exercetur, seu oppressione (hoc. n. supergredi est) Aut etiam dolo, & tunc circunuenire dicitur is qui ita se gerit fraudulenter. Quoniam uindex est Dominus de his omnibus, sicut praediximus uobis, & testificati sumus. Quoniam non facile superbi homines, & auari negotiatores ab animi elatione, & quae stus auaritate auelluntur, nisi ostenso diuinae ultionis flagello, quo ueluti canes ad cadauera alligati ab huiusmodi ingluuie abigantur, tremendam expressit Apostolus sententiam, ut qui amore iustitiae proximum iniuria afficere non oderunt, supplicij saltem metu deterreantur: quoniam uindexem Deum ostendit, & illum quidem seuerum in eos futurum, qui ante moniti respiscere tamen noluerint. Horrendum est enim incidere in manus Dei uiuentis, ob summam eius & inflexibilem tunc aequitatem, qua de omnibus iudicaturus est, ut nedum fraudes & grauiora quaeque peccata damnet, sed nec uerbum otiosum impunitate donabit. Nec cuiquam patere poterit euadendi locus, cum sit ille supremus Dominus & solus. Nec ullam afferre licebit honestam sese excusandi rationem. Ipse met primum commonefecit, & per Apostolos ac praedicatores praedictum nobis insuper fuit: qui hanc benignam Dei erga mentis nostrae integritatem ac sanctificationem esse testificati sunt, & non uerbis nudis, sed signis atque uirtutibus omnique necessaria miraculorum ostensione ita comprobauerunt, ut nullus eis nisi impius refragari potuerit. Nam uel ipsa naturalis ratio, cessantibus miraculis, hanc praedicationem ultrò amplecti debuit: quò magis confirmatam miraculis

Non enim, inquit, uocauit nos Deus in immunditiam. Quid hoc amabilius, & praestantiae naturae nostrae magis consentaneum, ut semper ad altiora

ra aspiremus, & iam Dei ciues effecti incipiamus eam comparare & augere munditiam, quam post in caelis adipiscemur ab omni parte perfectissimam? Ad hanc uocauit nos Deus, non in immunditiam: ad quam impellit Spiritus immundus, instigans homines ut passionibus carnis & desideria sequantur, quae animum & corpus impurum reddunt. Deus autem sanctus ipse uult ut nos quoque, si eius filij esse uolumus, sancti simus: Sancti estote, ait, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus uester. Sanctus ille quidem est in seipso & per seipsum, qui non habet quicquam aliunde purius, per quod possit sanctificari. Nos contra immundi per nos ipsos sumus, nec possumus aliter quam per illum omnis sanctitatis fontem, & illius munere sanctificari: quod fit per amorem caelestium non terrenorum, quibus opprimitur potius spiritus quam iuuetur. Nam cui promissa sunt diuina, eidem uilesere debent quae cunctae fluxa atque caduca. Concludit itaque Apostolus qua reuerentia excipienda sint haec, & qua autoritate innitantur: quoniam CHRISTI ipsius doctrinam referunt qui Deus est uerus, & ita censuit. Qui si ita non expressis uerbis docuisset, non minoris propterea essent autoritatis apostolica uerba: & qui ea sperneret, non hominem sperneret, sed Deum. Cur ita? Audi perspicuam rationem.

Qui dedit Spiritum suum sanctum in uobis. id est, autoritatem praecipendi ad ecclesiae aedificationem. Quo circa Dominus: Qui uos spernit, inquit, me spernit. Ego enim ipse sum qui misi Spiritum sanctum in uos. In hunc modum: Qui me spernit, non me spernit, sed illum qui me misit. Huius sententiae pondus aliquot ex Christianis non ponderant, quantum sit fidei & reuerentiae his tribuendum, quos Dominus in ecclesia superiores constituit, & aliorum doctores. Haeretici autem omnes artificio Satanae semper hoc primum in introducendis haeresibus moliti sunt, ut traditiones, & Praelatorum praecpta spernerent ipsi, tum populis tanquam doctrinas hominum & mandata spernenda pariter persuaderent. Quo iacto fundamento turrim babylonicam altissimo & superbissimo fastigio erigere poterunt. Nam sublata traditionum autoritate quod certi inter Christianos potest remanere? Nonne ecclesia ipsa diuturno tempore uixit solis traditionibus Apostolorum & Seniorum? Euangelia siquidem aliquot post Domini ascensionem annos conscripta fuere, & uarijs temporibus, diuersisque locis. Nae ullam nos habemus scripturam nisi per traditiones, quas qui negat, omnes scripturas in dubium uertit. Nolunt intelligere prauis homines quam tradebant conuersis ad fidem populis regulam Apostoli. Num ut contenterentur quae a Maioribus tradebantur, tanquam nullius essent autoritatis, sed ut ad euangelia confugerent? At nondum scripta erant euangelia, ut diximus, ab initio. Ad ueterem scripturam isti non remittunt suos discipulos, qui eam uolunt ad solos Iudaeos pertinere. Audi igitur pie lector, quid pro re solida tandem ciuitates lustrantes ipse

Sap. 3. Matth. 19

Apoc. ultimo.

Luc. 10.

Luc. 19.

Luc. 10.

Pro traditionibus maiorum.

Hebr. 10.

Matth. 12.

Cant. 5.

1. Cor. 6.



Act. 16

B. Paulus & socij commendabant: ait scriptura. Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Ierosolis. Ecce doctrina primitiue ecclesie, ad quam tamen isti impudentes non uerentur nos aliquando prouocare contra traditiones ecclesiasticas & decreta: quarum meliorem partem inde ad nos profectam defendimus. Eas autem omnes floccifaciunt, & mandata hominum uocant. Hanc tergiuersationem præuidit Apostolus in spiritu, & hæretico respondet. Qui hæc spernis, non homines, sed Deum, cuius Spiritus datus est Apostolis & eorum successoribus ad regendam ecclesiam in rectitudine ueræ fidei, & sanctorum morum usque ad consummationem sæculi. Quorum uitam si contingat cum doctrina sana aliqui pugnare, minime te, quod minus obedire tenearis, excusat. Tibi ab ipso met Domino occursum est, omnia uicia proponente quæ à reddenda Prælati obedientia liberare uidebantur. Addidit enim clarissimis uerbis. Quæcunq; ergo dixerint uobis, seruate & facite. Scio enim eorum plerisque docere, & non facere. Nota hæc hæretice, & bona confusione, ne ulterius sis hæreticus, confundere. Non me fugit in quibusdam codicibus legi: qui dedit Spiritum suum sanctum in uos; non; in nobis; & in eundem sensum exponi potest: ac si dixerit. Qui dedit ad hunc finem nobis spiritum; in uos; id est, erga uos ut uestrum in fide progressum procuraremus, & in spe atq; charitate ad acquisitionem regni cœlestis.

De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis. Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos, fratres, ut abundetis magis: & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negotium agatis, & operemini manibus uestris sicut præcepimus uobis: & ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desyderetis.

De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere uobis. Magna præceptoris sollicitas, promptos habere & obtemperantes discipulos. Cum essent sponte sua propensi Thessalonicenses ad proximorum dilectionem fouendam, testatur superuacaneum esse hac de re habere sermonem, quoniam ipsi iam à Deo hoc didicerant tum uerbo atq; CHRISTI exemplo, tum interna per Spiritum infusa charitate, quam re ipsa declarabant in uniuersa Macedonia. Pergit tamen Apostolus, nec hortari desistit ut in dies fiat semper aliqua maioris lucri accessio, non ignorans eum qui inceperit & perseverauerit usque in finem, non autem qui tantum inceperit, coronatum iri. Adiungit & alia præcepta cum salutaria, tum etiam ad retinendam mutuam animorum con-

cordiam & uoluntatum apprimè necessaria; ut quieti sitis; nullas concitantes rixas inter fratres, nec quicquam mouentes, quo susurrations inter uos & murmuraciones exoriantur. Ad quod præstandum utilissimum est documentum istud. Et ut uestrum negotium agatis, & operemini manibus uestris, hoc est, Ne uos interferatis alienis rebus, nec curiosè ea scrutemini quæ ad uos nihil pertinent: sed unusquisq; sibi attēdat, solū modo proximum iuuare cōsilio & facultatibus sit paratus, si quando charitas postulauerit. Sunt enim plerique ita curiosi ut nihil à quoquam dici aut fieri possit, quod anxie rescire non studeant, seipso interim & sua perniciosè negligentes.

Quod uerò ait, operemini manibus uestris; sanè intelligendum est ob inueteratum hæreticorum in ecclesiasticos uiros, & religiosos Patres odiū. Neque enim hoc præceptum datur omnibus. Nam digniores qui curam multitudinis, & sacramentorum ministrandorum habebant, ad hunc manuū laborem exercendum minime erant obligati. Nam his fructuosior laborandi ratio, et item nunc Religiosis uiris, præsertim doctoribus & prædicatoribus relinquitur, in studijs, orationibus, & alijs spiritus exercitijs, quæ corporalibus præferenda sunt. Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt. Non enim uno tantum modo fideles gentibus prædicant. Compositio proborum morum, hoc est, honestas amabilis quæ lucem præfert hominibus, loco est uiui & efficacis sermonis ad alliciendum spectantes ad piam emulationem. Hac una plus ab initio profecerunt Patres nostri, & omnes nouæ uitæ institutores, quæ sermonis apparatu. Facilius siquidem legitur in ipso uultu atque conspectu hominum & uitæ integritate, quam in solis libris mortuarum cartarum, & prædicationum. Illi poterant uerè proferre, & populi sentire: CHRISTI bonus odor sumus. At nunc utinam multi non inficerēt gratum odorem Patrum, turpioris uitæ odore: & quæ Patres tanto labore construxerunt, malo exemplo degeneres filij non destruerent.

Et nullius aliquid desyderetis. Vltimum præceptum ponit ut nihil concupiscant rerum alienarum, sed sit unusquisq; proprijs contentus. Qui manibus laborare tenetur, & non laborat, mox incipit contemplari aliorum uitam & inuidere, & perpetuò submurmurare. In desyderijs est omnis piger. Desyderia autem ipsa, ait scriptura, occidunt pigrum: noluerunt enim manus eius quicquam operari. Tota die concupiscit & desyderat: qui autem iustus est tribuet & non cessabit. Omnium malorum radicem esse cupiditatem alibi docet, quæ mergit homines in interitum. Et utinam non regnaret hodie apud eos quæ paupertatis statum profitentur, quod tantò uehementius est abominandum. Nam quam latè in reliquos uulgi homines serpat, nemini est obscurū: ut uel cuiusdam dictum sit uerissimum. Fertilior seges est alieno semper in agro. Vicinumq; pecus grandius uber habet. Vix unum uideas qui sit sua sorte contentus.

Nolumus

Nolumus autem uos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod IESVS mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per IESVM adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini: quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in uoce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui qui in CHRISTO sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam CHRISTO in aera: & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

Nolumus autem uos ignorare, fratres, de dormientibus etc. Aggreditur nunc Apostolus eum lenire dolorem qui ob amicorum mortem & necessariorum ita communis esse solet, ut rarissime reperias, quem grauius talis casus non angat. Testis esse potest uel unus ille grauissimus Antistes Ambrosius, qui acerbo luctu prosequeretur sublato de medio sanctos uiros, non quidem de eorum felicitate dubitans, quibus congratulabatur, sed considerans quam sit difficile, qui dignè in defunctorum locum succedant, inuenire. Laboratum est autem ab initio non parum ab Apostolis, quò articulum resurrectionis futuræ per necessarium firmiter in cordibus Gentilium stabilirent, potissimum apud philosophos græciæ, qui suis à natura ductis principijs id fieri non posse asserabant, non apprehendentes summam Omnipotentis Dei potentiam, qui naturæ legibus non est alligatus. Itaq; agit de resurrectione futura, & ipsius resurrectionis ordine. Locum sanè subboscurus, & in quem nonnulli impigerunt. Pro cuius ueritate intelligentia, Videtur supponere Apostolus aliquot Maiores in ecclesia desideratos, qui propter confessionem CHRISTI uitam martyrio finiebant. Admonet ergo primū mœstos Thessalonicenses, aiens.

ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Quia non erant existimandi mortui, sed tantum dormientes. Eo enim utitur scriptura uocabulo ad magnam nostram cōsolationē. Quasi nihil sit discriminis inter nostram qui uiuimus, & Beatorum dormitionem, nisi quòd nostra breuior, & assidue repetita familiarior: illa autem Beatorum nulla interruptione diuturnior, qui tandem facilius excitabuntur à CHRISTO de sepulchro quā nos expergiscamur à nostro quotidiano somno. Quare non est sapientis tristitia affici ex sana, quieta, & secunda dormitione. Sicut ceteri qui spem non habent. Non prohibet absolute omnem luctum, sed eorum qui spem non habent resurrectionis & incorruptionis perpetue. Non uetat humanam pietatem & aliquod car-

Lugere mortuos licitum.

nis desyderium, quo antiqui Patriarchæ, & Sancti in noua lege præditi fuerunt. Nam B. Stephanum sepelientes uiri timorati fecerunt magnum planctum super eum. Et ipse Dominus ad suscitandum Lazarum amicum inuitatus lacrymatus est. Non enim culpatur affectus, nisi cum exedit modum, sed causa. Ille nimirum est naturæ, hæc uanitas & peccatum, ubi plorantur damna rerum, carnis commoda, & gloriæ inanis iactura. Et uerè plorandi sunt, qui ita plorant. At sanctis altera causa dissimilisq; intentio. Ademptum siquidem dolent in ijs quæ Dei sunt & ecclesie, fidele auxilium, & salutare consilium. Videat qui uelit pijsimam B. Bernardi querimoniam, fratris obitum lugentis in Cant. ferm. 26. Nam & quidam dogmatizarunt non esse ullo pacto Christianis licitum, fletu mortuos prosequi. Norandum autem ab Apostolo non esse dictum; Sicut & ceteri qui fidem; sed; qui spem non habent; Quoniam nō satis est nudam habere fidem ut tollatur tristitia: sed spes ipsa est omninò necessaria, quæ perducit in interiora uelaminis. Hæc est enim spes uera & perfecta quæ non confundit. Et cur nō debeamus affligi probat exemplo Capitis proposito, & ait. Si enim credimus quòd IESVS mortuus est & resurrexit etc. Sensus est et ratio manifesta, Quòd si Dominus nosse mortuus est & resurrexit (quia scilicet Deus suscitauit eum à mortuis) ita & ipse Deus eos qui dormierunt per IESVM, hoc est, propter IESVM, aut cum IESV & in illo, adducet cum eo, id est, proferet suscitatos similiter cum illo. Potest & quod ait; per IESVM; cum inferioribus coniungi, ut significet quòd per IESVM adducet eos cum ipso: quia IESVS erit causa & ratio suscitationis ipsorum. Sed prior sensus germanior: & clarè uidetur habere sermonem Apostolus de Martyribus, qui pro nomine CHRISTI mortis supplicijs plecebant, quibus orbat Thessalonicenses tristitia & dolore agebantur.

Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini. Dominus enim istud reuelauit, ut non sit tam uerbum hoc B. Pauli referentis, quàm ipsius CHRISTI prædicentis, Quòd nos qui uiuimus: qui residui sumus in aduentu Domini etc. Crediderunt nonnulli ut Caietanus & Erasmus, Dominum, quum ad iudicium ueniet, inuenturum multos qui nullam mortem antè gustauerint, nec sint omninò gustaturi, sed mox immutandi: qui sic rapiuntur obuiam CHRISTO in aera. At eiusmodi commentum repugnat Dei statuto, Omnibus hominibus esse moriendū, & tum demum iudicium. Prostant & innumera alia scripturarum loca, quæ omnes penitus de factò morituros testantur. Occurrunt insuper magna inde absurda, quæ hanc opinionem efficaciter refellunt: de quibus latius in nostro quodā opusculo disputauimus.

Nunc quantum ad præsentem locum spectat, Satis mirari non possum, quomodo quidam sibi persuadere potuerunt, hæc uerba; Nos qui uiuimus, qui residui sumus etc. ad eos referenda, quos putat uiuos in aduentu Domini reperiedo, LL in cum

Act. 8.

Ioa. 11.

Hebr. 9.

Oēs homines morituros.

Matth. 23

Matth. 10

Prov. 21.

cū citra ullam prorsus hæfirationem tenendū sit B. Paulum uitam martyrio finiuisse: & similiter qui tum cum illo uiuebāt esse mortuos. Pronomen uerò illud; Nos, cū sibi coherēte uerbo, qui uiuimus; ad ipsum tempus referri oportet, quo uita cursum tenebat Apostolus. Nam uelle illud edulcē contorquere ut nec ipsum Apostolum, nec eorum qui tum unā uiuebant, quenquam includat, non est exponere, sed expungere ac destruere literæ sensum, idq; nulla prorsus ratione cogente & exemplo. Neq; habere potest quicquam momenti, si quis asserat ea in expectatione fuisse Apostolum, ut diem Domini uicinum & instare in ianuis arbitraretur: qualis erat quorundam tunc metus falsō id (teste ipsomet Apostolo) existimantium, qui huius erroris tollendi gratia alterā scripsit epistolam, hortatus ne quis commoueretur quasi immineret dies Domini. Præterea, si de his loquebatur qui in aduentu Domini uiuent, ut isti arbitrantur, Quomodo seipsum inter eos reponit qui tunc uiui erunt, dicens; Nos qui uiuimus; cum sui corporis solutionē propinquam esse non ignoraret? Hoc claris uerbis ad Timoth. expressit: Ego enim iā delibor, ait, & tēpus meæ resolutionis instat. Iudicij diē nō fuisse tunc propinquū, dies qui post usq; ad nāram ætatem fluxerunt, nimis apertē patefaciūt. Quæ rogo extitisset diuinę prouidētię ratio post fusum Redēptoris sanguinē, antē destruere mundū, quā mundo (pro quo tam pretiosus sanguis datus est) esset ferē inchoatum prædicari hoc nouum testamentum? At prophetæ aliter uatici nati sunt. Operatus est salutem in medio terræ. &: In medio annorum uiuifica illud.

2. Tim. 4.

Psal. 73.  
Abac. 3.Pro ordine re  
surgentim.

Psal. 1.

Notandum di-  
ligenter.

Quocirca huius loci uerborum paulō diligentius est sensus perquirendus. De resurrectione enim piorum, & eius ordine tradenda erat doctrina & aperiendum mysterium. Primò igitur testatur se in uerbo Domini loqui. Quod autem loquutus est, erat istud; Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini: Quorum uerborum sensum ut assequi ualeamus, Sciendum est, resurrectionem omnium quantum ad carnem iterum assumēdā, fore uniuersalē. Quantum autē ad plenitudinem gloriæ erit iustorū tantū: & de hac nunc agitur. Seiungitur. n. in sacris literis iustorum, ab ea quæ impiorum erit, resurrectio. Hoc habetur disertē in psalmo. Non resurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorū. Porro resurrectio iustorum suum obtinebit ordinē. Primi enim resurgent Sancti resurrectione perfecta ante inchoatum iudicium: & cum CHRISTO summo Iudice, & Beatissima VIRGINE inuenientur in aere, utpote qui dudum in hac mortali uita iudicium suum pertulerunt, quale & CHRISTVS, per fornacem tribulationū & persecutionum. Quapropter apparebunt cum illis in gloria ad iudicandū segregati ab alijs, qui relinquuntur sub iudicio uiuentes, nimirum cōmuni uita gratiæ. Hi sunt in quorum numero se Apostolus præ humilitate ac modestia constituit, & de eiusmodi ait non præuenturos San-

ctos illos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu. & uoce Archangeli, qui futurus creditur Michael princeps cœlestis militiæ; & in tuba Dei. Ipse etenim tuba Dei erit, qui descēdet de cœlo. Et mortui qui in CHRISTO sunt resurgent primi, id est, qui peculiariter in CHRISTO pro CHRISTO mortui sunt. Illi Sancti qui non sunt in iudicio sistendi, sed iudicaturi cum ipso Domino. Illi primi dignitate & meritis, primi resurgent, & habebunt stolam suam, inuenienturq; cum illo in nubibus. Neq; enim de cœlo cum corpore, sed adueniente CHRISTO confestim suum corpus assumētes, dote resurrectionis fulgebunt, & in aere assistēt illi uelut Sponsa Sponsæ. Hoc prædixit Apostolis suis apud B. Matth. in parabola uirginum, quæ exeunt obuiam Sponsæ & Sponsæ. Prosequitur ipsum explicare ordinē, & ait.

Matth. 25.

Deinde uos qui uiuimus, id est, qui uita gratiæ sustentamur, relictī tamen in illum aduentum scilicet iudicandi ac discernēdi ab iniustis, sicut oues ab hœdis: Simul cum illis rapiemur in nubibus, id est, rapiemur obuiam CHRISTO in nubibus simul cum illis insignibus Sanctis. Et sic semper cum Domino erimus, qui ascendet finito iudicio in cœlum, & nos simul cum illo, ubi manebimus in perpetuum ad glorificandum Deū, laudandum, & gratias illi agendum in summa & inenarrabili lætitia & gaudio immenso cum omnibus beatorū Spirituum supernis choris.

Pro consolatio  
ne fidelium.

Itaque consolamini inuicem in uerbis istis. Verè nulla potest esse maior, Apostole sancte, consolatio hac in fragili ac miserabili uita, quam quæ de resurrectionis futuræ spe percipitur. Hæc qui uel non credunt, uel non sentiunt, uerè infelices res sunt omnibus hominibus, & peioris quàm pedes conditionis. Qui uerò credunt, & per exercitium bonorum operum certiorē adhuc sibi facere assidū contendent: quicquid diuitiarum, quicquid deliciarum, honoris, fauoris, eruditionis in hoc mundo uel gratis, uel labore haberi potest, tanti ea omnia faciunt, quanti æquus æstimator Apostolus æstimanda censuit. Omnia, inquit, detrimentum feci, & arbitror ut stercora, quò CHRISTVM lucrificiam. Ob eam causam uani filij hominum, & duri corde ac tardī ad credendum, resurrectionem non consyderantes, sed diligētes hæc stercora miseri, & tāto amore amplexantes, ut regnum cœlorū illis promissum ultrò uendant, & stercora pro pretio accipiant. Accidit hæc cœcitas ijs qui de resurrectione non cogitant, ad quā per mortē itur: cuius nomē ira quibusdā est inuisū, ut eo uel memorato horreāt. Viris autem Dei seruitio deditis lōgē secus, quibus nulla gratior lectio, nullum potest lætius nuncium quàm resurrectionis dari, quo se inuicem consolentur, quo leuius ferant multiplē huius uitæ ærumnas, expectātes beatā spem per aduentum Saluatoris Regis regum & Domini dominantū. Hæc mihi ueriora ad huius loci intelligentiam uisa sunt & planiora. Si quibus minus fortē placebunt, proferant meliora, & quæ saltem non ineptē defendi possint. Tantum

Phillip. 1.

ab eis

ab eis peto ne nostra uelint, quia nostra sunt, repudiare: sed potius reminiscatur, si uera sunt, nostra non esse, sed spiritus Dei. Sin autem falsa deprehensa fuerint, nec nostra esse uolo, qui ueritatem in omnibus ualere & regnare semper desydero, cui cedat omnis perniciofa opinio & propriæ laudis defensio.

## CAP. V.



DE TEMPORIBVS AVTEM & MOMENTIS, fratres, nō indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerint; Pax & securitas; tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & nō effugient. Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filii lucis estis, & filii diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & ceteri: sed uigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiūt. Et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induiti lorica m fidei & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam nō posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem, & edificate alterutrum, sicut & facitis.



DE TEMPORIBVS AVTEM ET MOMENTIS, fratres, non indigetis etc. Tēpora & temporū momenta intelligit qualitates ipsas & occasiones, uel opportunitates, quādo uidet Deus bonum esse & aptū ut illud uel illud, illo potius tempore uel alio eueniat, aut fieri debeat: exempli causa. Decreuit demeritissimus Pater mittere ad nos Filium suum Unigenitū: sed distulit tandiu, donec multa fluerent sæcula, utpote idonea obseruans tempora atq; momenta mittendi. Sic antiquitus statuerat dare terram Chanaan Iudæis: sed in certum quoddam tempus reiecit, quando scilicet (ut scriptura ipsa testatur) completæ essent iniquitates terram illam incolentium. Et ita in reliquis sapientissimus rerum Moderator se gerit, quæ ad illius summā prouidentiam attinent, suo quæq; tempore faciendā asseruans.

Gen. 15.

Nunc ergo de tempore tractans Apostolus, & illa Dominici aduentus opportunitate, Primum fatetur eos tales esse sicq; edoctos, ut nullā hæc in parte deberent aliūde instructionem efflagitare. Ipsi enim diligenter, inquit, seu potius, exa-

ctē, scitis; quia dies Domini comprehensurus est impios; sicut fur in nocte; quādo solēt profundiorē homines somnum capere; ita ueniet; nimirū repentinus atq; improuisus & præter expectationem: imò uerò cum ulterius nō uenturus expectabitur, teste Apostolorū Principe. Sicut in diebus Noe quando fabricabatur arca, cum pacem putabunt uitiosi homines stabilitam ac securam, tum potissimum ruent in interitum: sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Mulier enim partus oppressa doloribus nullum potest eosdē uitandi locum reperire, quos secum quocūq; se uertat uel fugiat, perpetuos fert & inseparabiles comites. Ecce quāta hinc doctrina capi potest & debet, ut cum maximo timore ac tremore enitatur nostram salutem in uigilijs bonorū operum perquirere, non autē in tenebris peccatorum & nocte dormire: ne mors quæ tāquam fur adoritur, incautos nos comprehendat cum lampadibus quidem, sed oleo misericordiæ & flamma charitatis uacuis. Et quoniam hic sermo ob imbecillitatem multorū nescio quid terroris porrigere uidebatur, temperauit sapienter Apostolus, & protinus consolari Thessalonicenses studuit, subiungens.

2. Petr. 3.

Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat, nimirum in nocte. Temperauit, in quā, sermonē alioqui per se tremoris plenū: & eos consolatur ne horreāt mortem more eorum qui in tenebris peccatorum uersantes lucem oderunt. Omnes enim uos, inquit, filij lucis estis, & filij diei, non noctis neq; tenebrarū. Qui sunt sine CHRISTO, nō uerè & propriè sunt tenebrarum filij, qui nesciunt uiam per quam ad beatam patriam sit ambulandum. Ipse enim est uia, ueritas, & uita, cuius lumine lumen uidemus in uia. Igitur non dormiamus. Concludit non esse dormiendum negligentia & torpore bonorū operum, tanquā in; qui non consyderant, nec expectant Domini aduentum. Et tales comprehendentur tanquā a fure de improviso. Sicut & ceteri, quibus non illuxit sol iustitiæ CHRISTVS. Sed uigilemus. Ad hanc uigilantiā tātopere in euangelio hortatus est ipsemet Dominus, innuens cordis præparationem & consyderationem in ambulando inoffenso pede ad normam mandatorum Dei, progredientes de uirtute in uirtutem. Et sobrii simus; Per sobrietatē intelligit temperantiā, ne occupemur in crapulis & ebrietate, quæ somnum inducunt, & mentem sanctis cogitationibus & exercitio orādī spoliāt. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt. Ac si dicere uelit expressius: Obseruari istud à filijs huius sæculi solitum est, ut ad eorum prudentiam tempus nocturnum eligant crapulę & ebrietati aptū & dormitioni. Nos autē qui diei sumus, sobrii simus. At nos, inquit, in luce clara positos opus est ab his omnibus ebrietatum, crapularum, & dormitionum tenebris ac sordibus esse remotissimos, ne quibus dies illuxit, stolidiores simus & imprudētiore filijs sæculi, qui saltem hoc obseruāt, ut nocte dormiant, non autem interdiu. Alioqui tenebrarum

tenebrarū filij erimus & noctis, peruertentes re-  
ctum ordinem, diem mutātes in noctē, tāto abu-  
si lucis beneficio, quo nos CHRISTVS dona-  
uit. Possumus enim quātumuis filij lucis simus,  
per socordiam nostram dormire in clara die.  
Modum igitur uigilantiæ & sobrietatis conser-  
uandæ adiicit. *Induti lorica fidei & charitatis, &  
galeam spem salutis.* Sunt quædam ignea Diabo-  
li tela quæ ad cor perueniunt, ut tentationes  
de prouidentia Dei, quasi nostra non curet: qui-  
bus patientiæ exemplar Iob per amicos adori-  
ri tētauit Diabolus. Et his resistendū est & occur-  
rendum lorica fidei, in eius obsequium captiuan-  
do intellectum. Sunt & aduersus charitatem fra-  
ternam multi impetus, qui hominem extimulant  
ad ulciscendum, ad maledicendum, ad detrahen-  
dum, ad contumelias & iniurias inferendas, &  
uaria detrimenta. Et his occurrendum est lori-  
ca charitatis, quæ patiens est, benigna est, nec ir-  
ritatur, nec perperam agit malum malo reddens.

Verum cum multi ac repetiti crebrò ueniant  
ictus, quibus animus hominis christiani uehemē-  
ter opprimitur, & succumbit, nisi adsit præstō ga-  
lea excipiens, quæ est spes salutis. Ideò hanc  
Apostolus assumendam hortatur, qua protegi-  
mur consyderantes hæc temporaria esse quæ pa-  
rimur: quæ autem expectamus æterna. Hæc ue-  
rò seruanda sunt per uigilantiam & sobrietatem,  
quæ duo maxime illustrem reddūt militem glo-  
riæ ueræ apud Deum & præmij cupidum.

*Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acqui-  
sitionem salutis.* Optima ratione ostendit, cur de-  
beamus in luce uirtutum omnium ambulare: quoniam nos ij non sumus, in quos uelit Deus  
iræ suæ testimonium manifestare, quemadmodū  
in Pharaone & Ægyptijs quondam prouocatus  
declarauit. Post multam enim ac diurnam to-  
lerantiam ac subcontinentiam Deus, tanquā crapu-  
latus à uino obstinatorum hominum, solet euigi-  
lare, & eos euomere de ore suo, tanquā nauseā  
patiens, quo tropo scripturæ ipsæ loquuntur.

Psal. 77.

Acquisitio autem salutis, in qua nos Deus per  
Saluatorem posuit, consistit ut siue uigilemus, si-  
ue dormiamus, uiuamus sub Capite: & loquitur  
de uita gratiæ, quæ ducit ad uitā gloriæ. Propter  
quod consolamini, seu potius; exhortamini inuicem, &  
edificate alterutrum. Quoniam mandauit Domi-  
nus unicuique de proximo suo. Et qui turpiter ui-  
uit, destruit malo suo exemplo rectè uiuentium  
ædificium. Hoc etiam idioris est inculcandum,  
qui tanta audacia mala Prælatorum exempla re-  
prehendunt. Quasi uerò & ipsi nō sint in suo gra-  
du ad spargendum iuicem christianæ uitæ sua-  
uem odorem obligati. Equidem dum præsen-  
tem rerum statum consydero, Deus iustissimè  
propter peccata populi regnare finit hypocritas.  
Quæ n. loqui audias ex plebeis nedū non exhor-  
tantem proximum & ædificantem, sed blasphe-  
mijs, maledicentijs, spurcis uerbis ita conspurcan-  
tem, ut mirandum sit quomodo terra se nō ape-  
riat, & uiuentes absorbeat. Sed quod differtur  
(nisi respiscant) non auferitur. Non ita Thessa-

Eccli. 17.

lonicenses, de quibus ait Apostolus; *sicut & faci-  
tis;* Sed perseuerantia usq; in finem opus est.

Rogamus autem uos, fratres, ut nouerit-  
is eos qui laborāt inter uos, & præfunt uo-  
bis in Domino, & monent uos: ut habeatis  
illos abundātius in charitate propter opus  
illorum: & pacem habete cum eis. Rogamus  
autem uos, fratres, corripite inquietos;  
consolamini pusillanimes, suscipite in-  
firmos, patientes estote ad omnes. Vide-  
te ne quis malum pro malo alicui reddat:  
sed semper quod bonum est sectamini in  
inuicem, & in omnes. Semper gaudete  
sine intermissione orate: in omnibus gratias  
agite. Hæc est enim uoluntas Dei in CHRI-  
STO IESU in omnibus uobis. Spiritū  
nolite extinguere. Prophetias nolite sper-  
nere. Omnia autem probate: quod bonū est  
tenete. Ab omni specie mala abstinete uos.

*Rogamus autē uos, fratres, ut noueritis etc.* Quo-  
niā in ea congregatione suo ordine rectè dispo-  
sita aderant superiores atq; subditi, subditos ip-  
sos primū monet & obsecrat aiens. *Vt noueritis  
eos;* notitia uidelicet dilectionis, reuerentiæ, &  
subsidiij; *qui laborant inter uos, & præfunt uobis in Do-  
mino.* Magnum est & arduum munus non simpli-  
citer quidem præesse, sed præesse in Domino.  
Qui enim ita præest, seruit & ministrat: non tor-  
pet otio, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Do-  
mini sui ad salutem animarum per admonitio-  
nes, consolationes, & cætera eiusmodi opportu-  
na officia. Et qui ita se gerunt uult Apostolus il-  
lis maiorem, ut dignum est & æquum, exhiberi  
honorem. *Vt habeatis illos, inquit, abundantius in cha-  
ritate.* Aut ad ueritatem græcæ lectionis; *in ma-  
gno pretio per charitatem:* quia charitas suum ha-  
bet debitum pro uarietate personarum ordinē.  
*Propter opus eorum.* Equidem dignum est omni  
laude & dilectione opus, quum uigilanter incū-  
bunt in salutem uestram, dirigentes uos ad ueras  
& nunquam perituras cœlestes diuitias. *Et pa-  
cem habete cum eis.* Alij, inter quos B. Ambrosius,  
legunt; pacem habete inter uos. Si primam se-  
queris lectionem, salubre capitur inde documen-  
tum. Non enim citra magnum discrimen subdi-  
tus litem cum superiore suo intendit, cui durum  
est contra stimulum calcitrare. Longè pruden-  
tius esset, & hoc consilium omnibus semper da-  
rem fidele & securum, ut qui desyderat Prælato  
dominari, eidem obtemperet & pareat, & laudē  
consequatur ab illo. Neq; uerò mihi quisquam  
ita consulenti respondeat, arduum hoc esse & su-  
pra uires aliquando. Non est, inquam, difficile  
prudētī ac pio Christiano, qui in Prælato CHRI-  
STVM ipsum recognoscere nouit, & illum in  
Prælato colere & uenerari.

*Rogamus autem uos, fratres, corripite inquietos.*  
Postquam subditos est alloquutus, nunc ad Præ-  
latos

latos se conuertit, ne suo muneri deesse uelint,  
quorum est diligentem dare operam ut omnia  
tranquillè inter infirmiores agantur. Græcè legi-  
tur; *Admonete inordinatos;* seu incōpositos ἀτακ-  
τους. Et hi uerè sunt inquieti, qui nec ipsi in suo  
ordine stabiles possunt persistere, nec alios quie-  
to animo uiuere patiuntur, semper aliquid exu-  
scitantes ad pacem inuertendam. *Consola-  
mini pusillanimes.* Hi sunt qui quasi desperant se  
posse proficere ob summam illam perfectionē,  
quæ in nouo fratu à nobis requiritur: præsertim  
dum læuarent persequutiones in ipsis iaciendis  
ecclesiæ fundamētis, ubi laboriosus fuit insudā-  
dum: nec sunt omnes ad quælibet toleranda ac-  
cincti. Nam & Apostolus se solum fuisse quo-  
dam tempore relictum testatus est ad Timo-  
theum scribens. *Suscipite;* seu subleuate, *infirmos,*  
qui tentationibus franguntur. *Patientes  
estote ad omnes.* Græcè, longanimes, hoc est, non  
prompti ad extrudendos delinquentes, ubi non  
est euidentis ad peccata cumulanda coniectura.  
Talis enim est erga uos Deus, patiens, longani-  
mis, & multum misericors. Hortationibus po-  
tius iuuare & orationibus ut conuertantur, &  
lucremini fratrum uestrorum pereuntes animas.

2. Tim. 4.

*Videte ne quis malum pro malo alicui reddat,* ut  
CHRISTVM imitemini qui, ut ait B. Petrus, cū  
malediceretur, non maledicebat: cum pateretur,  
non comminabatur. Vult enim nos esse non  
amplius imperfectioris legis discipulos, quæ de  
tempore pro dente, oculū pro oculo erui tolerabat.  
Vos autem non sic, sed semper quod perfectius  
est sectamini non inter uos solos in charitate re-  
ctè ambulantes, sed & si inimici uestri esuriunt,  
præbete illis ad manducandū, & si sitiāt, potum:  
ut uoluntatem Patris uestri in primis exequami-  
ni, & ut uestros inimicos hac uestra pietate con-  
uertatis in fideliores amicos, quàm si nunquam  
fuisset à uobis alienati reddētes bonū pro malo.  
*In omnibus gratias agite;* In prosperis & aduersis, læ-  
tis & tristibus, penuria & abundantia, sani &  
ægri, morientes & uiuentes.

*Spiritum nolite extinguere.* Hoc accuratius est  
discutiendum. Pleriq; in hac sententia fidentes,  
sed perperam eam intelligentes, in grauissimos la-  
psi sunt errores, & in hodiernum etiam diem la-  
buntur. Attende lector, et certò teneas non ea-  
dē omnibus à Spiritu sancto inspirari: sed (quæ-  
admodum alibi docuit Apostolus) pro uarieta-  
te mēbrorum mystici corporis sua munera par-  
tis & donat. Hoc & in rerū natura uidemus: Qui  
dā ad medicinā, alij ad mathematicas disciplinas,  
alij ad poesin sunt dispositi, alij ad picturā, alij ad  
architecturā nati esse uidentur: & ita in reliquis  
naturalibus dispositionibus, ut quidam dixerit.  
Tu nihil inuita facies dicesue Minerua. Hinc cre-  
brò usurpata ab illo Oratore sententia. Si natu-  
ram ducem sequeremur, nūquam aberraremus,  
sanè tam enim intellecta. Sic accidit in spiritua-  
libus: Reperiuntur enim quos tanto ardore ad  
abstinentiam accendit Spiritus, ut in ea uirtute  
mirum & singularem in modum præ alijs excela-

Doctrina ad  
cognoscendos  
spiritus.Notandum di-  
ligenter.

lant. Alij ad orationis assiduitatem: nonnul-  
li sunt silentij tenacissimi obseruatores. Alij zelo  
charitatis erga proximum feruntur: & idem de  
alijs peculiaribus charitatis muneribus, ad arbi-  
trium Spiritus sancti distributis, sentiendum.

Horum omnium Spiritus primū est diligē-  
ter examinandus an sit uerè bonus, minimeq; fal-  
lax: quandoquidem simia illa Satan transfigu-  
rat se in angelū lucis, & inter filios Dei adest, sed  
addentandum. Probatur uerò Spiritus maxime  
per humilitatem & charitatem, & promptā supe-  
rioribus in ecclesia parendi submissionem. Si  
bonus deprehenditur Spiritus, non debet à præ-  
lato extingui, sed liber relinquendus ad uocationē  
illam sequendā, si nihil appareat reprehenden-  
dæ nouitatis. Et hic certè loquitur Apo-  
stolus ad congregationes Regularium, quæ iam  
Thessalonicæ erant institutæ, ut superiora monui-  
mus. Nam hæc præcepta uiris consilia euange-  
lica amplexantibus conuenire propriissimè ui-  
dentur, quibus penè solis sunt accomodanda.  
Addit. *Prophetias nolite spernere.* Erant inter  
primos Christianos prophetæ, qui ad edificatio-  
nem ecclesiæ scripturas interpretabantur, & de  
scripturis arcana ad fidem corroborandam rese-  
rabant. At nostris sæculis immodica quorundā  
curiositas fenestram pseudopphetis aperuit,  
qui euentus siue præliorum siue fortunarum in  
gratiam principum, aut ad fouēdas sectas præ-  
dicere tam imprudenter, quàm falsò non refor-  
midantes, sese primū, & qui illis præbuerunt  
aures, erroribus inuoluerunt. In his enim com-  
perta sunt nostra ætate multa & perniciosa mē-  
dacia. Hoc præuidebat Apostolus, & ideò pro-  
uidebat, qui ut falsa à ueris citra detrimentum ul-  
lum seiungerentur, prudentissimè addidit.

*Omnia autem probate: quod bonum est tenete.* Et  
istud Prælati scribitur, ne extinguant bonos &  
probatos spiritus, nec respuāt ueras prophetias,  
sed suspectas tantum & falsas deprehensas. De-  
bēt enim maturè omnia, antequam radices agāt,  
& exactè probare. Quapropter non est cur inflē-  
tur si qui sese tales arbitrātur. Sunt enim & ipsi  
sub legibus cōstitut, ut probari possint: qm̄ spi-  
ritus pphetarū prophetis subiecti sunt. Modus  
autē probandi est, si non aduersentur scripturis  
primū, si illis consentiant: si cum traditis per  
ecclesiam, & ritu perpetuo obseruatis consenta-  
nea sint: si nihil scandali concitent, nec sectas no-  
uas pariant & schismata. Si curiosa non loquan-  
tur & uana, quæ nullam ædificationem proxi-  
mi promoueant. Si moniti, saltē primario Præ-  
suli acquiescant uel loquendo, uel silendo cum  
reuerentia & humilitate, folia ineptarū excusa-  
tionum minime proferentes. Veniunt enim cō-  
syderandæ eorum personæ qui se huiusmodi spi-  
ritibus & prophetijs afflatus profitentur. Ten-  
tandi cum magna dexteritate, cuius deuotionis,  
humilitatis, obedientiæ, utilitatis, intentionis exi-  
stant. Nam hæc & quæ sunt eius generis, nō ob-  
scure probare solēt & prophetas, & prophetarū  
prophetias, & ipsos deniq; spiritus latentes.

Modus probā-  
dorū spirituum.

Verum



Verū nō est oīm hęc probatio, sed Episcoporū, uel insignium Sanctorum, qui norunt artem capiendi uulpeculas. Quia in parte hodie peccatur grauius. Omnes enim uolunt spiritus probare & iudicare, & qui plerunq̄ proficiendi in uiam spiritus strictiorē nondum miserunt pedem.

Ab omni specie mala abstinete uos, id est, ab omni opere malialicuius colorem habente. Et hoc propter pusillorum scandalum, cuius remouendi causa Apostolus, & ipsemet Saluator grauius uerbis usi sunt. Nunc autem uerē possimus & iure toto corde exclamare. Vē mundo à scandalis. Væ nobis Prælati, nisi citō respiscamus.

Sap. 6. Potentes nōne poterent tormenta patientur? Qui enim obliquam tenemur & planā populis, qui sunt ueluti in corpore pedes, sternere uiam, quodnam iudicium, quam sententiam laturi sumus, qui scrupulis & sentibus eam replemus malo deterioris uitæ exemplo? Væ iterum mundo & nobis à scandalis. Expediret suspendi molā afinariā, iuxta uerbum Dñi, & demergi in profundum maris, quā scādalizare unū de pusillis qui credunt in eum. Vbi diligenter notandum: quā strictē restringat Apostolus hoc præceptū. Non enim ab ipsis patentibus flagitijs & peccatis iubet abstinēdum, sed ab omni specie (inquit) mali, qua infirma proximi conscientia lædi potest. Et reuera hoc charitas postulat, ut eiusdem corporis membrum commembro nedum nocere, sed contrā sollicitē, ut proffit, debeat studere. O quā copiosam nobis hic locus materiam supeditaret in omnes ordinum gradus exclamandi. Sed præter institutum esset, & fortassis intempestiuum. Qui sapiunt, his pauca inuuisse satis est. Qui in uiam gentiū ambulare statuerunt, nulla eos mouet salutaris exhortatio. Nec sunt ante porcos mittendæ margaritę.

Ipse autē Deus pacis sanctificet uos per omnia: ut integer spiritus uester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri IESV CHRISTI seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per Dominum, ut legatur epistola hęc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri IESV CHRISTI uobiscum, Amen.

Ipse autem Deus pacis Deum pacis uocat, ut dilectorem pacis & autorē. Per CHRISTVM enim pacificata sunt oīa, non leui aliquo pretio, sed fuso sanguine ipsius Agni immaculati, quo sedata est ira Patris antiqua aduersus nos. Nūc precatur Autorem pacis, ut sanctificet illos per omnia, perfectē scilicet & ab omni parte; Vt integer spiritus uester, & anima & corpus &c. Per spiritus integritatem, intellige eius perfectionem quę est à gratia Domini, per quam perficitur. Doctē autem distinxit spiritum ab anima, tametsi unicus sit in homine spiritus à Deo inspiratus, qui ad superiora respiciens, dicitur spiritus. Quatenus uerō informat corpus & animat, dicitur anima. Precatur ergo seruari spiritus integritatem: & similiter ut anima & corpus ea puritate in aduentu Domini custodiantur, ut nihil prorsus que relæ ad condemnationem illis superfir.

Fidelis Deus qui uocauit uos, qui etiam faciet. Ne desponderent animum, apprehendentes tantam ab homine, in corrupta hac carne posito, cōparari perfectionem nequaquam posse: hunc anxium adimit illis metum à bonitate ipsius Dei in promissis fidelissimi. Nō enim talis est clemētissimus ille & optimus Pater, ut postquam uocauerit, desertum hominem patiat: sed quæ inchoauit ad exitum usq̄ & consummationem perducit. Nam adiuuat ipse, quæ nos facimus, sine cuius auxilio ut nulla, ita cum illo possumus omnia. Cætera clara per se sunt, & iam aliās exposita. Notanda tantum hęc in hæreticos, sententia, qui in die iudicij posse inueniri mundum quenquam inficiatur. Adiuro uos per Dominum. Vide quomodo adiurat eos, proculdubio Maiores, ut legatur hęc epistola omnibus sanctis fratribus: & quomodo qui poterat præcipere potuit & adiurare, cum res possit cadere sub præcepto ad ædificationem. Alioqui non est temerē & promptē usurpanda adiuratio. Gratia Domini nostri IESV CHRISTI uobiscum. A gratia inceptit, & à gratia pro more desinit: quā et nobis donare dignetur per Spiritū suum sanctum dulcissimus Redēptor noster IESVS CHRISTVS, cui cū Patre & eodē Spiritu honor & gloria, & gratiarū actio semper, Amen.



ARGUMENTVM IN POSTERIOREM

EPISTOLAM B. PAULI APOSTOLI AD

THESSALONICENSES.



TRIBUATOS OCCASIONE SUPERIORIS EPISTOLAE THESSALONICENSES intelligens Apostolus, qui illius uerba minus rectē interpretati, crediderant postremum iudicij diem iam iam imminere, studuit mox altera epistola hunc eis errorem, & metum inde conceptum adimere. Primum fidem eorum & insignem charitatem commendat, qui nullis persecutionibus cederent. Tum suauiter hortatur ut metum illum deponant, insinuans quæ per ministerium Antichristi prius euenire debeant, quā immineat dies Domini. Postremò obseruari traditiones, & quosdam otiose uiuentes & curiosē uitari mandat, sanctis precationibus claudens epistolam, ab Athenis per eosdem, quibus priorem, Tychicum & Onesimum, ut uolunt, missam.

COMMENTARIA

IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD

THESSALONICENSES.



DAVLVS & Siluanus & Timotheus, ecclesie Thessalonicensium in Deo Patre nostro & Domino IESV CHRISTO, Gratia uobis & pax à Deo patre nostro domino IESV CHRISTO.



EANDEM CVM SUPERIORE salutatio, nulla sui Apostolus mentione facta. Paulus & Siluanus & Timotheus &c. Siluanum Timotheo anteponit, ut maiorē natu, & qui prior fuerat ad CHRISTI fidem conuersus, quiq̄ etiam apud Thessalonicenses uerbū Dei prædicauerat. Ambos autē consalutantes adiungit, & epistolæ scriptæ socios, ad maiorem autoritatem & consolationem. Magnum, n. congregationibus Sanctorum gaudium, potissimum afflictis, afferri solet, dum se à Maioribus amari, suiq̄ curam in Domino suscipi intelligunt. Reliqua salutationis sunt prorsus eadem cum superioribus. Hic tantum expressē additur; à Deo Patre nostro, & domino IESV CHRISTO, quod in prima apud Latinos quosdam codices supprimitur.

Gratiam illis precatur & pacem. Nam absq̄ gratia nihil boni possemus, qua habita nihil non possumus. Pax autē ipsa est perneccēssaria ad conseruandam cum priuatam, tum publicam concordiam, & tranquillum rerum omnium statum. Hanc discedens Dominus tanquā firmissimam charitatis custodiam reliquit Discipulis. Pacem meam do uobis: pacem relinquo uobis. Et iam inde ab initio prædicationum eos beatificauit, qui studiosē pacem amarent & colerent. Beati pacifici: quoniam quoniam filij Dei uocantur. Non enim potest Deus autor esse dissensionis, sed pacis, ut alibi Apostolus testatur. Et Propheta: Factus est in pace locus eius. Quantum inter Christianos regnauit & regnat gratia & pax, tandiu fidei integritas, & sanctorū operum splendor apparuit. Vbi uoluntatum soluitur colligatio, & gratia perit, & inturbantur omnia. Quanto studio conantur fauores principum & gratiā sibi conciliare multi, quæ tamen suborta aliqua subindignatiuncula amitti potest. Dei autem obtinere gratiam quis perquirat, quæ una sola cor hominis quietum reddere potest? Hanc itaq̄ Apostolus tam sedulo, quibus scribebat, optauit: non opes, non honores, non delicias, & quæ huiusmodi sunt, sed gratiam à Deo Patre & Filio per Spiritum donatā, qua efficitur ut omnia nostra opera sint grata & digna retributione in conspectu illius, uelint nolint bonorum operum olores noui hæretici.

104. 14.  
Matth. 15.  
1. Cor. 4.  
Psal. 75.

Gratias

Gratias agere debemus semper Deo pro uobis, fratres, ita ut dignum est: quoniam supercreuit fides uestra, & abundat charitas uniuscuiusque uestrum in inuicem: ita ut & nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis Dei pro patientia uestra, & fide, in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Si tamē iustum est apud Deum retribuere tribulationē iis qui uos tribulant. Et uobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini IESV de cœlo cū Angelis uirtutis eius in flamma ignis, dantis uindictā iis qui non nouerunt Deū, & qui non obediunt euangelio domini nostri IESV CHRISTI. Qui pœnas dabunt in interitu aeternas à facie Domini, & à gloria uirtutis eius, cum uenerit glorificari in Sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo. In quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua Deus, & impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute, ut clarificetur nomen domini nostri IESV CHRISTI in uobis, & uos in illo secundum gratiam Dei nostri, & domini IESV CHRISTI.

*Gratias agere debemus &c.* Alibi; Gratias agimus, inquit. Hic etiam agnoscit debitum agentium gratiarum propter magnum fidei illorū augmentum, & illam fraternæ charitatis abundantiam, quam inuicem omnes exhibebant; quæ ita redundabat in gloriam ipsius Apostoli, ut huius rei gratia gloriaretur apud ecclesias Dei de illorum patientia & fide, ob persecutiones ac tribulationes, quas uiriliter & inuictis animis sustinebant; addit. *In exemplum iusti iudicii Dei.* Græci codices non habent; in; sed absolute; *exemplum;* Videtur nanque appositiuè adiectū, & significat ostensionem, tanquam si dixerit. In uobis tanquam in speculo & exemplo apparebit clara Dei iustitia & manifestatio, quod iustè habebimini digni regno Dei. Sic græcè legitur; *regno Dei.* Et non; *in regno Dei;* pro quo; nimirum obtinendo; *patimini.* Ecce contra hereticos, qui nolunt nos quicquā aut agere, aut pati pro regno Dei; sed sola sua fide omnia sibi usurpant, nec per uolentiam & crucem placet cœleste regnum penetrare. At regnū cœlorum à diebus Ioannis Baptistæ (ait Dominus) uim patitur, & uolenti rapiunt illud. Nā & qui non baiulat crucē, non dixit; meam; sed suā; & istud quotidie, nō potest esse meus discipulus; *Pro quo & patimini;* ait hic Apostolus. Nō sumus nescij in quem sensum possent detorquere, quasi per hoc significetur non quidē cœleste regnum Dei ut est prēmium, sed ut est res de qua disce-

Matth. 11.

Luc. 9.

pretur alijs negantibus esse: illis uerò concedentibus ad sustinendum illud, id est, CHRISTVM, uel ipsam ecclesiam, quæ dicitur regnū Dei. Verum ex ea quæ sequitur additione omnino concluduntur scripturarum deprauatores: ait.

*Si tamen, potius, siquidem iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui uos tribulant: & uobis qui tribulamini, requiem nobiscum.* Dicit; *nobiscum;* Apostolos ipsos intelligēs, & Maiores in ecclesia: quia Apostoli sicut primi fuerunt in passionibus, sic & in beata requie. Nos uerò alijs cum illis in nostro gradu & ordine. Ecce quomodo secundū iustitiam uult Deus esse huiusmodi retributiones. Nam si iustè retribuat iis qui male, & contra præceptum suum faciunt: cur non etiam iustè iis qui seruauerint mandata, cum sint eius filij, retribuat? Nonne diuina clementia longè est ad reddendum pro bono bonum, quam pro malo malum propensior? Quoniam uerò hæc iustitia non exercetur in terris, addit. *In reuelatione Domini IESV de cœlo,* uidelicet quando ueniet de cœlo descendens, & reuelabitur omni carni, id est, iniquis & peccatoribus; *cum Angelis;* Omnes enim Angeli uenient cum illo; *uirtutis eius.* Vocat Angelos uirtutis, siue potentiae eius, propterea quod ipse per Angelos grandia & incredibilis potentiae facta operatur; *In flamma ignis;* Græcè legitur, ἐν πυρὶ φλογός. In igne flammæ. Veniet enim primò ignis de cœlo, quo conflagrabit uniuersa. Hoc scriptum est in psalmo: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius; dantis uindictam.* Aduertendum est hoc participium; *dantis;* debere ad IESVM necessariò referri, non ad flammam ignis. Ipse enim IESVS uindicabit in eos, qui nō nouerūt Deum, quem noluerunt efficaciter prædicatum noscere. Dilexerunt enim magis tenebras quam lucem, ut licentiosius peccare possent.

*Et qui non obediunt euangelio domini nostri IESV CHRISTI:* quia etsi nouerint quidā Deū, & cōfiteantur uerbis: factis tamen negarunt. *Qui pœnas dabunt in interitum aeternum.* Hæc est omnium summa pœnarum, mors aeterna: que declaratur per id quod sequitur; *à facie Domini, & à gloria uirtutis eius.* Ipsi in aeternum priuati facie Dei, & gloria uirtutis eius, aeternum consequenter ferent interitū. *Cum uenerit glorificari in Sanctis suis,* id est, quando ueniet, & glorificabit Sanctos suos: quod erit glorificari illum in eis. *Et admirabilis fieri in eis qui crediderunt.* Non Iudæis tantum, sed indistinctè his qui crediderunt. Quid mirabilius quam pro fide, & tam momentaneo agone tantam gloriam & illam aeternam ab ipso Domino referre?

*Quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo.* Testimonium Apostolorum erat quidem rerum præteritarum, sed in quibus continebantur etiā futura. Testificabantur enim CHRISTVM uenisse, & mortuum esse ad delenda peccata nostra, & resurrexisse ad iustificationem nostrā, quæ uult impleri: ut sic perfecta fiat per gloriam corporis & animæ resurrectio in die illa credentibus & obtemperantibus euangelio.

Quia

Quia igitur hoc primum creditum est, & fidelis est Deus, quin illud sua die reddat, nullo pacto est dubitandum. *In quo,* Non refertur ad die; Nam græcè habetur; *in quod,* id est, in quem, siue in hunc euentum gloriæ sempiternæ; etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua Deus nosfer. Abundat in latinis, sua; & loquitur de uocatione ad gloriam. Est enim Dei duplex uocatio, ad meritum scilicet & ad præmium: sed primum ad agonem & brauium. *Vt impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ,* id est, illud beneplacitum quod præcedit quum uocat ad gratiam, impleat uocando ad gloriam; *Et opus fidei in uirtute:* Opus fidei est perfectio iustitiæ: quoniam per fidem (uiuam tamen, nam de hac semper est sermo, cum tales effectus illi tribuuntur) per fidem, inquam, fortes sumus ad sustinenda omnia nobis intentata tormenta, & perseverandum usque in finem ad promerendam coronam.

*Vt clarificetur nomen Domini nostri IESV CHRISTI in uobis, & uos in illo.* Audiat hoc hæreticus quomodo nomen IESV clarificatur in nobis; & nos item clarificamur in illo. Clarificamus enim nos CHRISTVM, dum sustinemus pro illo. Et ipse nos clarificat, cum præmio afficit. Nec id solum, sed etiam cum & illud in nobis operatur per auxilium gratiæ suæ, ut possimus sustinere. Hoc dedita opera prædens addo propter quosdam sapientiores, qui tanquam blasphemiam accipiunt, cum audiunt nos dicentes clarificari CHRISTVM per nos: quasi hoc non apertissime fateantur scripturæ. Quem si nos clarificamus, quid est miraculi si uos quoque ipse clarificet? Utor uerbo; clarificet; pro glorificet, cum eadem significationem habeat, & eo interpretes sit usus. Scimus autem & libenter prædicamus omnia redire in gloriam Dei & CHRISTI: quia istud etiam ipsum quod glorificamus Deū (sicut semper confitemur) per gratiam Dei & CHRISTI contingit. Vnde adiecit B. Paulus, *secundum gratiam Dei & Domini nostri IESV CHRISTI:* quæ est uelut condimētum, quo grata sunt gutturi Patris, quæ operamur. Sanat. n. gratia uoluntatē, ut sanata perficiat legē, & perfecta lex ducatur ad requiem.

## CAP. II.



ROGAMVS AVTEM VOS, fratres, per aduentum domini nostri IESV CHRISTI, & nostræ congregationis in ipsum: ut non citò moueamini à uestro sensu: neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Nequis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut

quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.

*Rogamus autē uos, fratres, per aduentum domini nostri IESV CHRISTI.* Dignus est hic locus qui abundè tractari debeat, ut caueamus errores tam hæreticorum, quam aliorum. Nec enim possumus negare quin hac parte sit à multis erratum. Primò igitur sciendum est, iam tempore B. Pauli de aduentu Domini rumorem fuisse sparsum, quasi instaret essetque in ianuis. Et hoc assereretur à nonnullis tanquam ab ipso Apostolo prænunciatum. Illud porrigi in superiore epistola nō sanè intellecta uidebatur, cum scripsisset. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, sed simul rapiemur CHRISTO in aera &c. Verum B. Paulus hoc in loco negat utrumque, uidelicet nec se illud significare uoluisse, neque uerum esse, quod instaret ille aduentus Domini. Quamobrem rogat illos per ipsummet Domini aduentum, & per ipsam eorum congregationē, in qua se collocare non dedignatur, quæ ordinata erat in ipsum scilicet aduentum. Non enim est legendum; *Et nostræ congregationis;* sicut habet uulgata editio, sed sicut græca fert lectio; *Et nostram congregationem.* Rogat inquam illos, ne tam citò moueantur à suo sensu, id est, à sua ipsorum priore deputatione & sententia, quæ erat non instare tūc tempora Antichristi & iudicij supremi: quoniam oportebat prius uocari & uenire omnes gentes ad euangelium, ac deinde Iudæos. Et tamen tunc in initium erat euangelij Dei, & primus (ut ita dicam) ultimæ ætatis dies. Vix dum enim erant tunc eieci Iudæi & reprobat.

Iraq; aliud est esse in ultima ætate, quæ aliquando designatur per nouissimos dies, aliquando per fines sæculi, aliquando per nouissimam horam. Aliud autem instare diem illius magni aduentus. Scribebat Dilectus: Filioli nouissima hora est. Sed longa nobis hæc hora est: hora tamen est in conspectu Dei, apud quem omne tempus unus est dies, imò unum momentū. Quocirca ne decipiamur animaduertendum. Metiri siquidem necesse est longitudinem ac breuitatem temporis alia mensura quam nostra. Dicitur iā olim de Diabolo, superesse illi tempus perbreue, scilicet ad præliandum aduersus ecclesiam; & iccirco laborat assidue, ut emat tempus. Dixit & B. Paulus. Nos sumus in quos fines sæculorū deueniunt. Et tamen sunt elapsi iam mille & quingenti anni, ex quo ista (quibus poterat uideri instare diem) dicta sunt. Nā & Dominus in terdū ita loqui uidei, perinde ac si in illū diem māsuri essent Apostoli, ut cum dicebat: Attēdite ne superueniat in uos repentina dies illa. Et iterum, Cum uideritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in hostijs. Hæc & alia quædam in parabolis ab ipso Domino dicta, uidebantur indicare tempore Apostolorum uenturam illam extremam diem. At hoc falsum esse manifestum est: & ideò procul abest à uero scripturarum

De tēpore aduentus Domini

1. Ioa. 2.

Apo. 12.

1. Cor. 10.

Luc. 21.

Marc. 13.

MM pturarum

pturarum sensu. Quo in loco etiā cautē plura obseruāda sunt: qm̄ Dominus admirādo quodā modo contexuit hāc de illa prophetiam die, admiscens excidium Ierusalem: & alia de industria ac summa sua sapientiā ita inuoluens, ut sit maximē difficile rerum ordinem capere.

Illud ergo aduertendum est primō, quā de aduentu illo generali dicuntur, habere analogiam quandam ad aduentum cuiuscūq; particularem, ita ut ferē omni die ac tempore multa proportionabiliter uerificentur in particulari aduentu, quā de uniuersali principaliter dicuntur. Etenim praecepta illa, ut attenderent ne grauarentur crapula & ebrietate, ne superueniret in eos repentina illa dies, etiā ad Apostolos pertinebant: quia illa extrema dies comprehendet omnes, qui non studuerint in hac uita ad illum aduentum inueniri parati. Dominus noster sapientissime ad maximam nostram utilitatem uoluit ob eam causam nobis ignotum esse certum aduentus illius diem, ut simus semper: non secus parati ac si quauis hora possit accidere, sicut uerum est in particulari cuiuscūq; iudicio. Nam qui in hoc particulari aduentu deprehenditur imparatus, etiam in illo generali offendet. Itaq; hāc duo iudicia, uidelicet particulare cuiuscūq; & uniuersale, cū misceantur aliquando in prophetis illis Domini dictis & scripturis, ut iuxta literam quaedā de uno, quaedam de altero, quaedam uerō de utroq; uerificentur, nō est facile nisi coelesti reuelatione, istorum in uolucris contextam intelligentiam explicare.

Præterea: Sciendum, esse nō pauca in Euāgelistis, quā Apostolis quidem seu discipulis uidentur dicta, nec tamen in eis completur eorū dictorum ueritas: sed in personis discipulorum intellecti sunt posterī, & posterorum filij. Quamobrem ipse apud B. Marcū ait. Quod uobis dico omnibus dico, uigilate. Nihil igitur est absurdi quaedam dicta suam consequi in Apostolis ueritatem: & quaedam in cæteris, qui in illorum persona intelligebantur. Sic B. Paulus ad Cor. & ad Thessalon. & ad alias ecclesias scribens, indefinitē & absq; alia nota ad eos sermonem dirigit, & multa aut laudans, uel accusans, aut præcipiens interponit, quā non ad omnes pertinebant: sed modo ad maiores, modo ad minores, interdum etiam ad certos quosdam ac pecculiores. Ecce etiā Dominus cum ad Scribas & Phariseos sermonē uerteret, qui tum præsentibus aderant: Væ uobis, inquit, genimina uiperarum. Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes & scribas, & ex illis occidatis &c. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Habel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Certē illi qui tunc uiuebant, non occiderunt illum filium Barachiae. Sed Dominus in illis intelligebat omnes similes, quos quasi unam generationem designat. Quare confestim ait. Veniet hāc omnia super generationē istam. Ierusalem Ierusalem quā occidis prophetas.

Conclusio igitur prima secundum Apосто-

lum est, quod nec ipse unquam scripserat, neque unquam dixerat instare tunc diem aduentus Domini: sed nec id uerum esse. Manifestē enim ait, quod non instabat, cum non uenissent ea signa, quā præcurrere aduentum illum oportebat. Nā & Dominus in suis uerbis ostendebat non instare illum diem rectē considerantibus, qui dum signa multa præcedentia aduentum describeret, dixit. Videte ne turbemini. Oportet enim hāc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem: & regnum in regnum: & erunt pestilentia & fames & terremotus per loca. Hāc autem omnia initia sunt dolorum &c. Vide ut diligenter cauit ne erraremus, finem adesse credentes quando non esset finis: imō esset initium maiorum. Bella, & pestilentia, & fames, & terremotus fuerunt assidue præteritis sæculis, & nostra præsentī ætate etiam imminet. Addo & de pseudopropheta qui surrexerūt, & falsis fratribus alium CHRISTVM prædicantibus, qui & nunc uidentur inualuisse. Nondum tamen patuerunt ea alia signa quā oportet præcedere, ut coniectemus in ianuis esse aduentum CHRISTI.

Quare non solum falsi sunt tempore Apostolorum qui tum uiuentes id putabant, uerum etiam qui postmodo successerunt. Multi enim & hi quidem magni uiri cernentes prælia, pestilentias, fames, terremotus, excidia urbium multa, multos item pseudoprophetas, in eam opinionem uenerunt, ut iminere aduentum Domini dicerent. Memini me legisse B. Cyprianum in epistola ad Demetrianum ita sentierem. Nescio an & alibi hac de re scripserit. Est & Magni & sanctissimi Pontificis Gregorij homilia manifesta, qui diebus suis uenturum postremum diem expectabat. Legi & B. Bernardum hoc ipsum à signis eiusmodi existimantem. Venit denique B. Vicentius ordinis nostri, qui & prædicauit diem iudicij imminet: & (ut fertur) epistolam circa hoc de Antichristo iam nato conscripsit. Quem fuisse falsum B. Antoninus noster Archiepiscopus Florentinus nō diffitetur. Ego aut uix possum persuaderi de uiro Dei, ut ea scripserit quasi in uerbo Domini. Attamē falsos fuisse ex nostris nonnullos perspectis huius sæculi flagellis & pressuris, haud dubium est.

Venerunt tamen mulieres sanctæ, & nonnulli etiam uiri sancti qui econuerso reformationem ecclesiæ, & conuersionem paganorum ad CHRISTVM futuram uaticinati sunt: quorum ego traditionem hac parte amplector non inuitus tanquam uerisimiliorem, & scripturis sanctis magis quadrantem. Neq; imminere nunc illum diem aduentus Domini puto: quoniam hactenus minime signa illa ostensa sunt, quā illum esse in ianuis confirmet, ut paulo post ex parte dicemus. Nec oportet nos esse anxios & sollicitos quod præsciamus certū illum diem, quē scire nec datum esse Angelis dixit Dominus, nec Filio hominis: Non quod Dominus illum nesciret, sed ne sciebat ad reuelandū. Itaq; nō debemus esse ea de re curiosi, nec citō moueri ob cuiuscūq; sermonē.

Redeo

Redeo ad Apostolum, ait enim ipse. Ut nō citō moueamini à uestro sensu, hoc est, à recta sententia quam à nobis accepistis: sed stabiles persistite, & non imitemini eos qui leuitate ad omnem doctrinā nouę uentum circumferunt. Nec terreamini, siue turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam quasi per nos missam, quasi instet dies Domini. Quod ait; neque per spiritum; uideatur subnotare cuiuscūq; spiritum, qui non poterat esse spiritus uerax, dicens falsa. Quod uerō ait de sermone & epistola, pertinet ad sermonem suum priuatum. Verisimile enim fit, de huiusmodi Apostolum sæpius fuisse interrogatum, & ita responsa dedisse, ut extenderetur eius uerba, aut prefferretur uerbis, sicut de epistola factum est. Ne quis uos seducat ullo modo. Grauis illa est seductio, quā tantā uim obtinet, ut per illam fidei sinceritati derogetur. Si de B. Paulo impressa fuisset in mentibus hominum constans opinio & uulgatus rumor, dixisset illum instare tempus aduentus Domini, cum postmodo id uerum non apparet, nonne magnum præiudicium fiebat euangelicæ eius prædicationi? Itcirco diligenter cauit ne quid laxius serperet. Nec. n. parū obfuerunt multis nonnulli, qui quasi ex reuelatione acceptum prædicauerunt, alij etiam scripserunt instare reformationem ecclesiæ, & ipsum paratū esse Pontificem sanctum à Deo electum, qui natus erat, & grandiusculus. Et tamen sunt ab ea talis uaticinij pronunciatione exacti tot anni, ut facile possimus concludere falsos illos fuisse. Ipsum certe uaticinium falsum, unde multi scandalizantur, & pertinaciores ad credenda uera semel delusi redduntur, ut sit undiq; metuendum periculum. Et ideo uolebat ut crederent eis, à quibus audiebant instare diem Domini: ne forte cum transiret tempus quo eum crediderant esse uenturum, & uenisse non cernerent, etiam cætera fallaciter sibi promitti arbitantes, de ipsa merce de fidei desperarent. Non ergo ille diligit aduentum Domini qui eū asserit propinquare: nec ille qui asserit non propinquare. Sed ille qui eum siue prope siue longē sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. In quo enim quencūq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisq; moritur, talis in die illo iudicatur. Prosequens Apostolus ut ostenderet nondum instare tunc aduentum ipsum, ait.

Quoniam nisi uenerit discessio primum. Ecce notabile signum præcedens aduentum CHRISTI, nimirum insignis quaedam discessio. Græca uox est; *Apostasia*; quæ significat rebellionem ab obedientia, siue à statu & professione aliqua religionis & fidei. Non pauci locum hunc intellexerunt de rebellionem gentium à Romano imperio. Alij de rebellionem multarum ecclesiarum ab Episcopo Romano. Nonnulli ad multitudinem populorum à fide recedentium applicauerunt, rati à Domino istam significatam quando dixit: Putas quādo uenerit Filius hominis, inueniet fidem in

terra: Ego uerō etsi priorem expositionem non reprobem, potius tamen probō duas alias quæ se mutuō consequuntur. Quamuis autem non sine gemitu uideamus multas ecclesias nostris temporibus ab obedientia sumi Pontificis defecisse: non ita tamen desperanda res est, ut non sit spes aliqua futuræ resipiscentiæ breui conspiciendæ, si causæ erroris & occasiones tollerentur, hoc est, pernicioſa dogmata in fide: & nos & illi prauos nostros mores in melius immutarem: potissimum si qui debent lux esse mundi, mundo prælucere. Et fortassis non est plena illa Apostasia de qua B. Paulus hoc in loco. Non. n. solum negabitur in terris CHRISTI Vicarius, sed & ipsemet CHRISTVS apertē. Nā ideo reijcitur Vicarius: quia & ipse primarius Dominus, cuius ille uices gerit, non recipietur. Neq; id factis illis erit, sed & insuper ita apostatabunt à CHRISTO, ut recipiant aduersariū eius Antichristum Satanæ primogenitum. Et tunc erit perfecta Apostasia & illud signum, quod hinc Apostolus ostendit nobis: Vnde subdit.

Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Vocat hominem peccati eum, qui totus peccatorum plenus futurus sit. Aut potius qui summo peccato insigniter tenebitur: quod est aduersari CHRISTO ac Deo summa superbia. Vocat & filium perditionis, sicut Dominus Iudam quodam singulari modo nuncupauit: eximio namq; modo talis erit, qui tantum audebit. Vide quā egregiē describatur. Qui aduersatur, inquit. Exurget enim in CHRISTVM directō & palam, & nō sicut alij qui saltē uerbo CHRISTVM fatentur, & nomen illius creberrimē inculcant, seq; illius prædicare doctrinā simulāt. Et extolitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Græcē habetur: *super omnem qui dicitur Deus*; Tres sunt solummodo personæ quæ dicuntur Deus, & sunt uerē Deus, quas ille negabit, & se constituet super illas: tantaq; dementia homines deprauati existant, ut eum tanquā Deum colant, & habeant super omne quod uerē dignum est cultu. Hoc apertē declarat Apſtus. Ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquā sit Deus. Græcē ostendēs se, quod sit Deus. Et est quidam loquēdi tropus, quem fugere studuit noster interpretes. Non. n. reuera ipse ostendit se Deum (quia quod uerē non est, esse ostendi non potest) sed significatur quod ille sibi usurpabit cultum diuinum, iubens se adorari & coli tanquā sit Deus in templo Dei. Non exprimitur autem quodnam & ubi templum sit illud futurum, in quo cultum ipse sibi exhiberi. Putant aliqui hoc in Ierusalem fore, postquā erit restituta illa ciuitas. Alij per templum Dei mentes hominum intelligunt. Alij simpliciter aut indefinitē, ut uerificetur de quolibet templo. Hic breuiter totus sermo mutilus est & subobscurus, quo subintelligitur aduentus Domini non adfuturus, antequā præcurrerint signa in euangelio, & ab Apostolo indicata, & tandē exoriatur ista insignis apostasia, & manifestatio Antichristi.

MM ij Proderunt

Luc. 2. 1.

Luc. 2. 2.

Decepti multos iudicij dies

De reuelationibus fallacibus.

Mar. 13.

B. Augustinus.

Matth. 23.

Mar. 13.

Luc. 18.



in hereticorum  
blasphemiam contra  
Vicarium  
Christi.

Prodierunt de sepulchris nostro tempore heresiarchæ, & ueri Antichristi præcursores, qui cum non ausint palam negare CHRISTVM (quod reseruat tanquam proprium Antichristo eorum præceptor) ipsi tamen Vicarium eius negant: & ingenti blasphemiam ac perfidia illum esse uerum Antichristum, de quo hoc in loco narrat Apostolus, uidelicet quod sedeat in templo Dei, & uelit colui Deum, non horrescunt dogmatizare: quod est tam aperte falsum, quam aperte simè sunt isti Apostatae ac præuaricatores. Perpetua enim & continua successione ab ipso CHRISTO capite, à B. Petro eius Vicario primo hæc sedem obtinent. Hoc uniuersa semper ecclesia prædicauit, & defendit ueros esse B. Petri successores. Et ipsimet nedum CHRISTVM non negant, sed supplices adorant, & adorandum confitentur & præcipiunt ut Deum uerum. Et quicquid sibi exhibetur honoris, CHRISTO exhiberi in suis personis recognoscunt. Neque nos Catholici honores eis exhibemus diuinos, sed eum cultum quo ueneramur in quibus est aliquid diuinum, diuinitusque sanctificatum. Quid autem in ordinibus sacris sublimius ipso summo Sacerdote cogitari potest, qui sanctificatus loco CHRISTI eminet in terris? Quod si in huiusmodi uenerationibus fortassis fines transferint aliqui, quid ad rem istud faciunt? An non excedit in pane comedendo, bibendo uino, in coniugio, in uidendo, in reliquis animi & corporis partibus? Nullus igitur conficiatur panis, uites euellantur, eruantur oculi, & reliqua omnia quibus adesse malus usus potest. Puerilia sunt ista argumenta. Corriganur praua: seruetur illa sã iurisditio. At isti nihil aliud moluntur calumniando, quam ut minus odioso pre-textu potestatem summi Præfulis funditus euer-tant. Unus futurus est iuxta Apostoli doctrinam Antichristus. Hæretici innumeros pariunt. Nã exorto Luthero qui sedem apostolicam regunt, omnes sunt eius sententia (quam discipuli sequuntur) Antichristi. Ars est Luciferi ut qui uerè sunt, impudèntius se esset negent, calūniosum nomē in alios reijciantes. Itaque tot Antichristi fuerunt quot pontifices: & ex istis Pontificibus (quos fuisse Antichristos uolunt) per CHRISTO tantum, cui Antichristus aduersari debet, sanguinem multi funderunt, & iam regnum Antichristi durauit per secula, & quidem in pace. CHRISTI autem regnum interim nusquam apparuit, nisi quod modo tandem resurrexit in illis. O execrandam impietatem, & eorum qui hos nebulones sectantur, incredibilem uecordiam. Sed redeamus ad Apostolum.

Non retinetis quod cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis: Et nunc quid detineat scitis: ut reueletur in suo tempore. Nã mysterium iam operatur iniquitatis: Tantum ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus IESVS interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus

sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati.

Quod ait latinus interpres; Num retinetis; Græcè legitur; num meministis; & idem significatur. Porro sensus est apertus. Nã ea de re iam sermo noster cum illis præfens communicauerat. Apostolus, & arcanum detexerat. Et nunc quid detineat, scitis: ut reueletur in suo tempore. Huius loci uerba multis uisa sunt obscuriora, ita ut B. Augustinus ingenuè quodam in loco fateatur se non intelligere. Quod fuit ingenui uiri, inanem suam gloriam fallaci scientiæ ostensione non querentis. Ego illum imitatus, fateor quoque me nescire. Occurrit mihi aliquando quædam noua intelligentia, eius tamen generis quæ mihi ipsi non satisfaciat. Itaque cum in ea conquiescere non possim, nec in alijs aliorum expositionibus quas legi, non libet recitare. Satius longè existimo me nescire citra pudorem confiteri, quam quicquam proferre audacius à sinceritate & ipsa ueritate sanctissima alienum. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Durum uideri potest istud, de eo qui non sit in rerum natura dici, quod mysterium iam operetur iniquitatis. Quapropter crediderim ista quæ de Antichristo prædicantur, pertinere ad Satanam: qui ita totum possidebit cor & corpus illius, ut quodam modo unum cum Antichristo efficiatur: quædammodum & qui adhæret Domino unus spiritus est. Ipse ergo Satanus iam tunc inceperat in multis Antichristis id operari, quod insigniter perficiet tandem in illo insigni Antichristo.

Tantum qui tenet, teneat. In græcis non legitur; teneat; sed putauit interpres esse subaudiendum, nec immeritò; donec de medio fiat; siue tollatur. Exponat cui datum fuerit. Verè fateor esse profundum mysterium, in quod penetrare non possum. Et nisi reuelatione, non putarem cuique esse peruium. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus IESVS interficiet spiritu oris sui. Erit ergo interfectio Antichristi miraculosa, de qua Isaias & Daniel: ille dixit de Domino. Et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Daniel autem ita de illo impio uaticinatus est. Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & robabitur fortitudo eius, sed non in uiribus suis: & supra quam credi potest uniuersa uastabit, & prosperabitur & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundum uoluntatem suam: & dirigetur dolus in manu eius, & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos. Contra Principem principum consurget, & sine manu conteretur: hæc ille propheta.

Et destruet

Et destruet illustratione aduentus sui etc. Hoc pertinere ad eius sectatores arbitror, in quibus illud regnum destruetur, cum uenerit postmodo Dominus. Non enim continuo post mortem Antichristi erit aduentus Domini: sed præcedet aliqui, aduentum illius iustis ac sanctis indicantes, & ipsi ite qui ab Antichristo & membris illius decepti fuerint, si forte peccatum recognoscere, & per poenitentiam redire ad salutis uiam uelint. Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni uirtute; siue potentia, nimirum Satanæ: cuius quidè magna est & tanta potètia, si permittatur à Deo, ut nulla alia (teste B. Iob) ualeat ei comparari. Et Dilectus inter alia, de hac potestate ait. Et data est illi potestas in omnem tribum & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam omnes qui inhabitabant terram. Et fecit signa magna, ut etiam faceret ignem de cælo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiarum. Hoc idem Apostolus ait, licet compendiosius. Et signis & prodigijs mendacibus. De his, inquam, signis uidetur loqui B. Ioannes. Vocat signa & prodigia mendacia, uel quia erunt præstigia, & apparebunt coram hominibus esse talia, qualia uerè non erunt. Aut mendacia dicuntur: quoniã etsi ipsa uera futura sint, tamen falsum erit id quod persuadebunt, & ad quod persuadendum inducenda fuerint. Sicut falsum conficitur argumentum, quod eisi constet ex ueris, ex eo tamen falsum concluditur. Erunt ergo illa signa & prodigia non excellentia uirtutem creatam, ita ut operentur omnem seductionem iniquitatis, id est, ducentem ad iniquitatem; Sed in ijs qui pereunt; B. Paulus alibi similiter dicit opertum esse euangelium, sed in his qui pereunt, id est, in ijs qui ita se aptarunt, ut irritatus post longam sustinentiam Deus, tandem concurrat ad eorum interitum, utpote qui uolunt omnino perire. Hi sunt quos in reprobum sensum mittit, non solum deserendo (quod satis esset ad interitum) sed etiam per oblatas occasiones excitando, ne rectè agant. Qui enim dum poterant, noluerunt, nonne æquum est ut nec possint etiã si quando uelint, aut etiam uelle unquam non possint? In hunc modum Diabolus homine consentiente operatur omnem seductionem, hoc est, perfectam seductionem, quæ tunc est, cum nullus relinquitur poenitentiae locus: propter quod ait scriptura. Cõsidera opera Dei; siue opus Dei; quod nemo corrigere potest; siue emendare & reconcinnare; quem ille despexerit, seu (ut quidam hebræam uocem interpretantur) quem ille deprauauerit. Et huius despectionis datur ratio manifesta, quæ non est antiqua reprobatio in massa, sed ob nouum crimen: audi Apostolum.

Eo quod charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent. Grauis est hæc sententia, ac si dixerit. Non dilexerunt illi propriam salutem, recipientes cum dilectione ueritatem, quæ ad æternam salutem conducebat. Quid ergo facias illi qui suam salutem non uult, nisi ut ne habeat

etiam adiuues? Diligenter autem aduertat quod ait; Non receperunt dilectionem ueritatis; ac si expressius dixerit, quod ea dilectio illis à Deo oblata fuit. Nam quamuis natura impressum habeamus instinctum diligendi in uniuersum ueritatè, non tamen illam uel illam ueritatè in partìculari, nisi obijciatur nobis, & suadeatur ut bonum nostrum salutare. Quod cum fecerit Dominus per se ipsum, & per suos Apostolos prædicando euangelium per signa & prodigia uera: qui illud noluerunt recipere, nulla eis prorsus relinquitur iusta querimonia, si non solum Deus permittat, sed in super quibusdam occultis modis quos ignoramus, immittat ut facilius mendacium suscipiant. Hoc est enim quod subdit.

Et ideo mittet eis Deus operationem erroris. Græcè, ἐνέγειται, id est, uim quandam efficacem ad errandum, ut credant mendacio; quoniã nullo negotio persuadentur à Diabolo fallaci & Antichristo, qui tamen ipsi certi erunt falsitatis. Ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Hic est finis quæ peccatum eorum consequitur, nempe damnationis supplicium, quam sibi quæsiuerunt ipsi nolentes prædicatæ & probatæ credere ueritati, sed potius consentire iniquitati, siue iniustitiæ: unde gloriatio Dei in sua iustitia. Iniquitas enim siue iniustitia, quam ipsi ut potiore sponte sua elegerunt complacere sibi in illis, ut græca uox sonat, fuit ratio ne crederent perspicuæ ueritati. Alioqui ueritas, utpote per se amabilis, ab omnibus semper recipitur, nisi prauitate affectus corrumperetur intellectus, cuius obiectum est uerum ipsum, quæ admodum uoluntas pro obiecto bonum habet. Quocirca instantissimè à Christianis orandus est Dominus, ut intellectum illustrare, & affectu prauo uoluntatem purgare dignetur, ne uerum nobis ostensum per præposteram uoluntatis affectionem respuamus. Nam rectè apprehensa ueritas mirabiles in nobis amores exciabit diuinæ sapientiæ ad mandata promptè exequenda.

Nos autem debemus gratias agere Deo sepe pro uobis, fratres dilecti à Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide ueritatis. Ad quod & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri IESU CHRISTI. Itaque, fratres, stete: & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster IESVS CHRISTVS & Deus & Pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

Nos autem debemus gratias agere etc. Cõcludit Apostolus educens ex superioribus debitum gratiarum actionis, pro illa electione de qua ab initio.

MM iij Græcè

Græcè legitur, *Quòd elegerit uos Deus ab initio in salutem.* Nam ferè primi fuerunt ex gentibus quibus prædicatum est, reiectis alijs à manifesta reuelatione. Narrat autem effectum electionis: *In sanctificatione spiritus;* quia mēs per infusam charitatem sanctificatur; *Et in fide ueritatis.* Per fidem enim uenit purificatio illa spiritus nostri; quia per illam uenit charitas, quæ est integra iustitia. *In qua;* melius græcè; *in quod;* ut uniuersum bonum complectatur; *uocauit uos Deus per euangelium nostrum,* id est, per nostram euangelij Dei prædicationem. *Vocat euangelium suum;* quia sibi creditum, ut promulgaret illud mundo. *In acquisitionem gloriæ domini nostri IESV CHRISTI.* Hic finis postremus, glorificatio nostra in cœlis, quæ consistet in reddēda Redemptori nostro gloria & Patri clementissimo in perpetuum, fructo sancte TRINITATIS uisione lætitia inenarrabili.

Verum postquam de temporibus & momentis aduentus Domini, & aduentus Antichristi nonnulla superius sunt disputata; pauca uolo ad instructionem nostram breuiter perstringere ac concludere. Primū sit, Otiosum nobis esse ea uelle scire tempora & momenta quæ huiusmodi sunt. Ratio autē clara est: quoniam hæc posuit Deus in sua potestate, nec uoluit scire Angelos suos, nec ipsummet (ut testatur in euangelio) Filium, ad hunc uidelicet effectum ut reuelaret nobis: ita ut nec interrogatibus discipulis, qui communi hoc intelligendi desiderio tenebantur, uoluerit hoc eis mysterium referare. Qui ergo sumus nos qui id uelimus scire uelit nolit Dominus, qui iam per obturata Apostolorum hac in questione ora, nobis multo magis omne silentium imposuit? Tum uerò quia nec prodest quicquam illud scire. Satis est enim scire omnino futurum. At quo uel tempore uel loco nihil ad nos (si seruemus præceptum B. Pauli & Domini) perterrefaciendos. Hoc enim pertinet ad nos, ne improuisi ab illo comprehendamur. Nam si præceptum Domini seruauerimus, non obruet nos improuisos. Hoc est autem præceptum ut uigilemus & expectemus, illum perinde obseruantes, ac si omni horarum momento esset adfuturus. Oportet .n. manifestari oēs in eo magno aduētū etiā in corpore: quia omnes resurgemus. Sed alios offendet clam in nocte uelut fur; alios in die. Eos qui dum fuerunt in hac uita, & nō uigilarunt, offendet ex improuiso tanquam fur nocturno tempore ueniens. Nam si primus aduentus fuit improuisus & in nocte, etiam secundus qui ueniet, erit improuisus & in nocte ac tenebris. Improuisum dico respectu tēporis huius, quando præuisum oportuit & prouisum in die, & ita obseruare ne uelut fur comprehenderet nos in nocte. Quòd si uigilauerimus, & erimus filij lucis, quando cum que uenerit aduentus ille, nunquam improuisus ueniet: sed expectatus & desideratus, & nō quasi fur in nocte. Et tunc bene nobis erit. Hoc est ergo & Domini, & B. Pauli in superiore epistola præceptum: quod si seruemus, nihil obruet illius

certæ diei ignorasse momentū, quin proderit potius: quoniam fides de eo & expectatio reddet nos cautiore & uigilantiores: & ita non comprehendet nos ut fur dormientes solet.

Alterum est quod debemus prudentissimè considerare, Ne ab ijs seducamur, qui instare illam nouissimam diem falsò prædicant: sicut nūc quidam hæreticorū faciunt (quod ex parte prædiximus) nō attendentes ad signa quæ præcurrere debent: imò illa peruertentes. Mihi ergo uerius uideretur, longè nos adhuc ab illa die abesse. Non enim completus apparet numerus Sanctorum, & tempus statū gratiæ. Quod certè nimis breue & coarctatum esset præ eo tempore quod præcessit aduentum gratiæ primū. Secundò, Non uidemus adhuc plenitudinem gentium intrasse, & prædicatum esse euangelium in uniuerso mundo. Tertiò, Nec dum uidemus discessionem illam & insignem apostasiam, quæ Apostolus hic prædicat. Quarto, Nec uidemus conuersionem Iudæorum, quæ debet omnino præcedere, & recuperationem ciuitatis sanctæ Ierusalem. Quintò, Nec dum uidemus nostro tēpore illa signa quæ prædicta sunt, à pseudo prophetis patrandæ de cœlo, ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Hactenus Dei bonitas & clementia hoc nondum permisit. Nullus enim recentium hæreticorum miraculum ullum edidit. Nam uiolare fidem Deo datam, & sacrilegas intrare nuptias, non sunt signa cœlestia, sed carnis opera, quæ uel canes patrare solent, & uorare & bibere. Nec uetustior ille Aper de sylua Mahumeres, ut ipsemet testatur, uenit in signis & prodigijs. Sextò, Nec illud quod B. Petrus præmonuit apparet: ait enim. Venient in nouissimis diebus illufiores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ &c. Reperientur ergo tunc negantes hunc articulum fidei, uidelicet CHRISTI aduentum, & consequenter uerba CHRISTI, & CHRISTVM ipsum: & ita uerè & apparenter erūt multi Antichristi. Hoc autem de his qui nunc sunt non uidemus. Neque enim infusuriant isti in aures uulgi; Pax & securitas; tanquam qui negent uenturum CHRISTVM. Impudenter quidem dicunt; Pax & securitas; postquam se ab ecclesia segregantes, ut filios Dei & prædestinatos sola fide aiunt CHRISTI iustitiam, & merita eius se certò apprehendere, & irreuocabiler obtinere: ita ut iam non pertineat ad eos cum timore ac tremore salutem suam operari, sed uehiculo fidei in cœlum ferri: uel in infernum potius precipitari. Sed ad Doctorem nostrum nunc redeuntes, rem nostram suo cursu prosequamur.

Itaque, fratres, stete. Stare ergo illos iubet, uidelicet in his quæ didicerunt: & tenere traditiones quas receperunt; siue per sermonem, siue per epistolam: Hic locus destruit manifestè hæreticorum dogma, qui negant aliquid esse seruandum

Signa propina  
qui aduentus  
Domini.

Marc. 13.

2. Petr. 3.

Contra hereticos.

uandum, quod non præcipiatur in scripturis sanctis. Ac propterea derogant (ut sæpius dicendum est) traditionibus quoruncumque, non solum contra communem sanctorum sententiam, & uniuersæ ecclesiæ sanctæ: uerum etiam passim contra doctrinam Apostolicam. Ecce Apostolus nihil discriminis statuit inter traditiones uerbo relictas, & literis mandatas. Nec enim dicendæ sunt hæ traditiones hominum, & præcepta hominum, sed Dei & Spiritus sancti. Hoc autem quod à me hic dicitur, intelligi de his traditionibus uolo, quæ ad fidem et cultum Dei atinent: à quibus diuina prouidentia non permittere errorem in ecclesiam prouenire, cum ipsemet Dominus talia decernendi potestatem dederit.

Addo, ita necessariæ esse traditiones, ut sine traditionibus inordinatè & incompositè in multis ambularemus. Imò nec ipsimet hæretici qui nouas ecclesias erigunt, ualent suos sine traditionibus continere. Vbi primū enim (uide per ueritatē pie lector) ab ecclesia deficiunt, quò suam euāgelij prædicandi doctrinam tueantur, mox aliquibus nouis traditionibus introductis, imperitam multitudinem uinciunt, ne illis elabatur è manibus. Ut iam sint apud illos numerosiores traditiones, quàm ubiuis gentium. Ea siquidem docent principia, quæ sine constitutionibus ac præceptis nequeunt consistere: sed à dæmone excogitata. At Redemptor noster ac Dominus dixit post resurrectionem multa se cōmunicaturum Apostolis, quæ non poterant tunc portare. Nec post ullo loco scripta sunt.

Porro illud omnino quàm ridiculum, dum sic argumentantur, & captiosè interrogant. Nōne in scripturis mandata sunt nobis omnia necessaria ad salutem? Si negauerimus: Ergo, inferūt, defectiuæ sunt scripturæ. Si abnuerimus: Superflua ergo, aiunt, sunt traditiones, & alia hominum præcepta. Et nos respondemus, Mandata esse nobis omnia necessaria ad salutem, nec tamen redundant traditiones Pontificum: quia & ipsæ mādantur in scripturis. Cōtinetur nāq; teste Apostolo, in scripturis ut seruemus traditiones. Et CHRISTVS dixit, Qui uos audit, me audit. Isti sunt proprie qui nolunt audire. Non erat dignum ut minuiora quæ cultum diuinum exornant, & quæ temporis progressu erant uel augenda, uel minuenda, & in melius immutanda, & quæ cotidiano etiam usu obseruantur, in sacris literis scriberentur. Istud olim factum est per Mosen, quando necesse erat illum rudiore populū quasi puerū regi ministerio pedagogi, & in elementis erudiri. At quando factus est uir populus Dei per sapientiā, non oportuit postmodo ut erudiretur à pedagogo. Ipse .n. in huiusmodi, Spiritu sancto doctore, fuit sufficiens sibi, nec uinculis coercendus: sequitur.

Ipse autem dominus noster IESVS CHRISTVS, et Deus et Pater noster qui dilexit nos. Quod ait, dilexit nos; primum ad ipsos Apostolos pertinere arbitror. Vnde ait. Et dedit consolationem æternam, quæ nunquā deficiet, cuius certus erat. Certus sum

In hereticos  
solas scripturas  
admittētes

Luc. 10.

(inquit alibi) quòd neq; mors, neque uita, neq; Angeli, neq; Principatus &c. poterit nos separare à charitate Dei quæ est in CHRISTO. IESVS domino nostro. Et spem bonam in gratia: non in humanis nostris uiribus. Spes enim inicitur in operibus, non quasi ex solis uiribus nostris procedentibus, sed ex gratia & auxilio Dei, quod ne mini denegatur uolenti. Exhortetur corda uestra, siue consoletur. Et confirmet in omni sermone & opere bono. Ecce quomodo per orationes & opera bona potest Deus, & hoc facit seruis suis multis gratia sua bene utentibus, confirmare illos ne tandem cadent; idq; uarijs modis, tum auferendo tentationes, tum auxilia prestando ut eas superent, & faciant cum tentatione prouētum. Sermonem cum opere coniungit. Nam qualis quisque est in uita, talis & in sermone: & e contrario, nisi adsit illa hypocritarum ambitio, qui ut honorē sibi cōquirant aliter loquūtur foris, quàm uiuant domi: nisi forte deprehensos se iri metuant.

### CAP. III.



DE CAETERO, FRATRES, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud uos: & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit uos, & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis, fratres, in Domino quoniam quæ præcipimus & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate Dei, & patientia CHRISTI.



Ecetero, fratres, orate pro nobis &c. Orari petit in sui gratiam Apostolus pro se, ut sermo Dei currat, hoc est, extendatur, & liberetur ipse cum suis ab importunis & malis hominibus. De Iudæis intelligendum puto, qui illum ubiq; acerbis odijs persequebantur. Non enim omnium est fides. Hic uidetur eorum opinioni attestari, qui aiunt Deum non uelle omnes homines saluos facere. Si enim sine fide hoc esse non potest: Fides autem est donum Dei, quod non datur omnibus. Non ergo uult omnes fieri saluos. Ita argumentum conficiunt. Et nos respondemus, Deum quidem uelle omnibus salutem, qui illam tamen non respuerint, nec indignos se ullo modo constituerint. Quòd ergo non sit omnium fides, id accidit propter præcedentia demerita. Quidam enim (ut iam diximus) ita elati sunt ac superbiunt, & fastidiunt dona cœlestia, ut quandoque nec dignetur Deus illis offerre. Ipsemet enim primus legem à se datam obseruat, ut non det sanctum canibus: nec mittat margaritas ante porcos, ne eas pedibus conculcent. Ad fidem enim recipiendam & conseruandam maxima animi humilitate opus est, non disquisitione. Superbus autem animus nihil sapit

Rom. 8.

Matth. 7.

sapit, nec sese tanquam paruulum summittere, quatenus fiat sapiens, dignatur. Et tamen hæc est sola uerè sapientiæ adipiscendæ regula.

*Fidelis autem Deus est, qui confirmabit uos.* Fides Dei est qua quod promissit facit, & quod cœpit perficit, nisi forte nos ipsi obstitamus: idque in promissis consistit, idè ait; *Confirmabit uos*, uidelicet in bono aliquando; & *custodiet a malo*; Græcè *ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*: quod ad Diabolum optari potest, quemadmodum & illud in oratione Dominica: *Sed libera nos à malo.* *Confidimus autem de uobis etc.* confidimus ait, idest, persuasum habemus hoc de uobis; *in Domino*; ac si dixerit. Hæc persuasio mea de uobis fundata est in Domino, qui adiuuabit uos: *quod quæ præcipimus uobis & faciatis, & faciatis.* Ecce præcipiebat Apostolus quæ non inueniebantur expressa in scripturis. Alioquin quid ea oporteret nouo præcepto præcipere, quæ Dominus ipse expressè mandasset? *Dominus autem dirigat corda uestra in charitate Dei, & patientia CHRISTI.* Melius græcè *in charitatem Dei, & in expectationem CHRISTI.* Expectare CHRISTVM est bene operari, uigilare secundum sensum spūs, non corporis. Expecta Dominum (monebat Psalmista) iuriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Non. n. descendendum est de cruce usq; ad finem.

*Psalm. 26.*

Denuntiamus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri IESV CHRISTI, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud uos, hoc denuntiabamus uobis: quoniam si quis non uult operari, nec manducet.

*Denuntiamus autem uobis, fratres etc.* Quod legimus; *denuntiamus*; melius legeretur: *præcipimus*; Et quoniam hanc potestatem habebat à CHRISTO, adiecit; *In nomine Domini nostri IESV CHRISTI*; tanquam CHRISTVS ipse per illum præcipiat, ne cuiquam hoc præceptum declinare licitum esset. *Vt subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum ordinationem quam acceperunt à nobis.* Vide quanti faciat non seruare traditiones apostolicas, & ordinem ab eis præscriptum. Interdicebatur enim conuersatio cum illo, & computabatur nō iam inter fratres, sed inter eos qui foris sunt. *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos.* Locus hic, ad quem Prælati respicere debent, ut uereantur ea imperare

*Pro traditionibus apostolicis.*

quæ ipsi non faciant: sed primi faciant, ut cum fiducia ualeant docere ac imperare. Ita enim fiet ut ij quibus præcipiunt, libentius adducantur ad obtemperandum, qui potius uidebuntur imitari, quam parère. Aliàs uerificabitur in eos dictum Domini: *Dicunt & non faciunt.* Alligant onera grauia & importabilia in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.

*Matth. 23.*

Commendat ergo Apostolus seipsum huius rei nomine, & collaborantes secum, qui non inquieti inter eos nec apud quosq; siue inordinati, uixerunt: *neq; otiosi et gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes etc.* Ex hoc loco quidam garruli & mūdi censores captant occasionem (ut iam attigimus) damnandi fratres mendicantes, & eorum statum, q; panem ab alijs petunt, & mendicando uiuunt, cum iuxta regulam Apostoli deberent laborando sibi uictum querere, & alios non grauare. Mitto quàm conuiciose agant & hostiliter, sed iniquè omninò dum statum uituperant. Quem locum aduersus huiusmodi blaterones egregiè tractarunt duo uiri magni, & sanctitate & doctrina conspicui, B. Thomas noster Aquinas, & B. Bonauentura. Neq; propterea defendimus uindictam quæstus immodicam, & quandam proccitatem, non auariciam, non otium, non superuacua ornamenta, & ædificia, quæ non iam pauperum uideri possunt tabernacula, sed regum palatia. Fateor esse & in nostris abusus: sed status huius uitæ est propriè peculiariū Domini discipulorum. Nunc ad Apostolum dicendum est, ab ipso non præcipi ut laborarent manibus omnes Christiani: nec se quidem ipsum ad hoc teneri fatetur. Cōtrarium potius ex sequentibus uerbis clarissimè docet, cum dicat.

*Defenditur status medicæ.*

*Non quasi non habuerimus potestatem; uidelicet grauandi uos, & non laborandi manibus.* Nam certum est de B. Petro & alijs, quomodo sustentabantur de euāgelio, ut Dominus ordinauerat. B. autem Paulus satius arbitratus est, tanquam supererogator magnificus, abstinere ab illa facultate ad uberiorem præmij rationem: tum quò auferret occasionem ijs qui occasionem quæritabant, & ut emulos & pseudoapostolos sic uirgeret. Neque propterea gratis comedit panem quicumque manibus non laborat. Vacat. n. alijs operibus quibus indiget mundus, & quæ sunt etiā nobiliora, et ad salutem magis cōducibilia. Ministrare enim uerbum, & sacramenta, instare laudibus & orationibus, & sanctis studijs magnum est opus, & propemodum angelicum.

*Nam & cum essemus apud uos, hoc denuntiabamus uobis; præcipiebamus potius, ut superius; Quòd si quis non uult operari, non manducet.* Hoc præceptum ab initio datū est à Domino generi nostro, ut in sudore uultus uesceretur homo pane suo. Iustum præceptum omninò, cui & beatitudo assignatur, iuxta illud. *Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit.* Quare & econtrario, otium peccatum est, utpote aduersus Dei legem præscriptam. Sed non continuò quis dicitur

*Psalm. 127.*

dicitur non operari, qui non ipsis manibus laboraret, ut dixi. Est autem ualdè credibile alloquutū eos fuisse Apostolum, qui regularem uitam professi erant, ut simul habitabant: quos oportebat manibus laborare, cū ob persecutiones & nouæ religionis odium non facile aliter sibi possent prouidere. Notandum tamen quàm circumspectè dixerit; *Si quis non uult operari*; non autem; *Si quis non operatur*: non omninò requirēs factum ipsum, sed promptam, quando necesse esset, uoluntatem. Quid enim si quis non ualeat operari?

Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè gentes. Iis autem qui eiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus in domino IESV, ut cum silentio operantes, suum panem manducet. Vos autem, fratres, nolite deficere beneficientes. Quòd si quis non obedit uerbo nostro per epistolam, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem Deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio; Mea manu Pauli; quod est signum in omni epistola: Ita scribo. Gratia domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus uobis, Amen.

*Audiuimus enim inter uos quosdam ambulantes inquietè, siue inordinatè, non manentes sub ordine præstituto; Nihil operantes*; Et tamen corpore ad operandū sunt robusti, nec melioribus studijs occupati. Et idè omninò ociosi: quod est prorsus uituperabile; *sed curiosè agentes.* Qui enim ociosi sunt, eosdem curiosos esse oportet, idest, ea curare quæ nullo pacto ad rem pertinent, & superfluo se ingerere atque inaniter in aliena negotia. Multam. n. malitiam docuit otiositas, quæ nō solum à Sanctis uerita fuit, sed & philosophicam & poetæ semper uituperarunt. Sanctissimè igitur hortabatur B. Hiero. Facito, inquit, semper aliquid, quò te Diabolus inueniat occupatū. Singulare. n. remedium est aduersus suggestiones dæmonis, ira bonas horas sanctis operibus collocare, ut nedum redūdet, sed desit tempus ad satisfactionem prescriptorum uel studiorum, orationum, & aliorum tum corporis tum animi exercitiorum. Quotus uerò & quantus sit hodie eorum numerus qui otia sectantur, & laborare oderunt, utinā nō plus satis pateret. Nā et uertunt aliqui uituperio, si uiderentur honestis alijs qui studijs esse occupati. Mallunt, & honorificū falsā persuasione iudicant, perpetuo otio dies ad salutem concessos consumere, & rebus nouis audiendis & spargendis totos accommodare. Missos eos facio qui ludis, iocis scurrilibus, & crapulis uacant, & omni libidinum generi. Nam isto

*Ecccl. 33.*

*In otiosos & uagos homines.*

rum peccata manifesta sunt præcedentia, ut ait 1. Tim. 5. Apostolus ad iudicium. Næc tolerandi essent histriones (si christianè uiuere uellemus) & mimi, atque circumforani nebulones, qui otia otiosorum hominū in publicis plateis alunt mendacijs & fouēt: potissimum autem festis diebus. Sunt tales à Dæmone missi, ut tempore uel sacrarum cōcionum, uel Missarum solemnium, suos quoq; habeat, qui dum seminatur ueritatis uerbum, spargat & ipse suum mendaciorum omnium & otiosorum uerborum. Nam lingua istorum nihil præter mendacia & scommata nouit. Nec mihi quisquam tanquam plus æquo seueriori in gratiam multitudine repugnet. Illum enim ad Apostolum mōx remitto, qui tā expressè, & adhibito CHRISTI nomine otiosam uitam prohibet, subiungens.

*His autem qui huiusmodi sunt, præcipimus, & obsecramus in domino IESV.* Græcè per dominum IESVM CHRISTVM: *ut cum silentio; siue quietè potius: panem suum manducet.* Dicit, *suum*, idest, labore suo partum. Hic enim uerè dicitur suus, idest, ipsorum qui eum sibi labore compararunt. Ceteri non suum, sed alienum comedunt. *Vos autem, fratres, nolite deficere, seu delassari, beneficientes.* Haud dubium quin in conuersatione & familia accidat, ut quum uident alij alios otiosos, tædeat & ipsos (quod ad se spectat) proficere ac quodam modo benefacere. Nam ipsi prospecto aliorum ocio delassantur, & minus libenter ceptos labores sufferunt. Hoc phibet Apostolus.

*Quòd si quis non obedit uerbo nostro per epistolam, hunc notate:* sensus est. Si quis non obederit præceptis nostris, & quæ per epistolā hanc conscriptimus, hunc notate, uidelicet sententia Anathematis. *Et non commisceamini cum illo.* Hoc propriè in excommunicationis seruatur; *ut confundatur.* Hic finis excommunicationis, confusio salutaris, ut excutiat inde ob peccatum poenitentia. *Et nolite quasi inimicum existimare: sed corripite, seu admonete, ut fratrem.* Sic enim deberet per charitatem fieri, ut denuò in CHRISTO lapsi instaurarentur.

Caietanus hoc in loco putat non fuisse uerā excommunicationem, sed eam tantum qua utuntur Regulares seu claustrales. Sed ualido nō utitur argumento, ut alibi in Ann. scripsimus.

*Deus autem pacis, uidelicet autor & amator, det uobis pacem sempiternam in omni loco (græcè) semper omni modo, idest, sempiternam ac perfectam.* Est enim inchoata pax quæ ex fide est, sed nondum perfecta pax. Erit autem pax in cœlis consummata ex uisione. Et hanc & illam simul precatur illis Apostolus. Cætera clara sunt. Alibi notauit inefficax argumentum Caietani, qui ex eo quod in calce hic ait Apostolus; *Quod est signum in omni epistola, ita scribo etc.* colligit epistolā ad Colossenses esse mutilam, quasi careat isto signo: quod manifestissimè est falsum. Neq; tamē hanc subscriptionem in omni epistola seruauit ad literam. Sed hæc & quæ eiusmodi sunt, indigna uidentur de quibus scrupulosius disputetur.

BENEDICTVS DEVS



## ARGVMENTVM IN PRIOREM

EPISTOLAM B. PAVLI APOSTOLI AD

TIMOTHEVM.



**B**EATVS PAVLVS ECCLESIA RV M OMNIV M CVRAM, VT ipsemet testatur, gerens, earumque progressum sollicitè procurans, Timotheum Lystrensem patre gentili, matre hebræa natū, ob raras animi uirtutes quibus præditus erat, unice dilexit. Hic ab adolescentia diligentem sacris literis operam dederat, & eruditionē cum uitæ probitate coniunxerat, ita ut omnium testimonio commendaretur. Quo factum est ut Ephesiorum Episcopus ab Apostolo crearetur, & licet admodū etate iuuenis, prudētia tamen & maturitate morum plurimos senes antebat. Ad illum igitur Ephesi relictum scripsit præsentem epistolam B. Paulus. Vbi primum tubet ut quosdam inanum quæstionum exuscitatores, & ueteris legis noxios defensores audacter coarguat. Tum orationes pro omnibus siue disceptationibus fieri, uerecundum mulieribus ornatum præscribens, hortatur. Quales esse episcopi debeant ac diaconi, cæterique ecclesiæ ministri docet. Peculiares quarundam hæresum futuros autores prædicat: Timotheo pietatis ante omnia studiū commendat, ostendens qua æquitate erga singulos hominum status se genere debeat. Iuniores uiduas fugiendas: qui bene præsumunt cumulatori honore prosequendos, monet: caueat autē ne quosuis ad sacros ordines facile admittat. Postremo seruos fideles infidelibus dominis debitas uult reddi cum omni honore operas. Auaritiam deinceps detestatus, & diuites ad comparandas cælestes diuitias hortatus, Timotheo præcipit sese ut diligenter custodiat, uocum nouitates & falsas scientias omnino declinet. Epistola profecto doctrinæ perneccessariæ plena, & quam Prælati ad quos potissimum spectat memoria mandare, & factō ipso implere deberent.

## COMMENTARIA

IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAVLI APOSTOLI AD

TIMOTHEVM.



**D**A VLVS Apostolus IESV CHRISTI secundum imperium Dei saluatoris nostri, & CHRISTI IESV spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia, & pax à Deo patre, & CHRISTO IESV domino nostro.



PAVLVS APOSTOLVS IESV CHRISTI secundum imperium Dei & c. Hactenus seipsum de more notum reddit in titulo epistolæ, à nomine & officio apostolatus. Et secundum imperium Dei dicit hoc fuisse, &

domini IESV CHRISTI: quod aliàs per uoluntatem dixit: quia ipse dominus IESVS uerus Deus & Dei filius hoc illi sub præcepto iniunxit, quemadmodum ipsemet in Act. Apost. recitatur, qui postquam prostrauisset illum, dixit ei: Ad hoc apparui tibi, ut te constituam ministrū & testem eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te de populo & gentibus, in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorum, ut conuertantur de tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me: hæc ibi. Et alio loco eandem historiam recitans præceptum sibi factum testatur. Vade, inquit, quoniam ego in nationes longè mittam te. Et Spiritus sanctus iussit ut ille & Barnabas segregarēt in opus, ad quod eos assumperat. Non abs re igitur cum hoc esset ei mandatum quodam loco scripsit. Væ mihi si non euangelizauero: necessitas enim mihi incumbit. Quæ enim CHRISTVS præcipit, eadem Pater præcipere

Act. 26.

Ibid. 18.

1. Cor. 9.

B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM

417

præcipere dicitur. Audi proprium ipsius apud B. Ioannem testimonium. Quæ ego loquor, sicut mihi Pater dixit ego loquor. Saluatoris nostri. Vocat Deū saluatorē, siue ipsum CHRISTVM, ut frequentius legimus in scripturis: siue Patrem qui est autor & fons omnis nostræ salutis. Et CHRISTI IESV spei nostræ. Vocat & IESVM CHRISTVM spem nostram, siue quia ipse est ipsamet res quam speramus, uidelicet nostra æterna uita, ut alibi scriptum est: CHRISTVS in uobis spes gloriæ. Siue quod medium est, per quod habemus accessum in spem istam, ut alibi idem testatur. Adde, quoniam ipsemet sese nobis reliquit ueluti symbolum, & certum huius spei uobiscum manentis pignus, & in prouidentia sua & in sacrosancto Eucharistiæ sacramento, usque ad consummationem sæculi.

Col. 1. Timotheo dilecto filio in fide. Hic persona ad quæ scribit nomine proprio expresso declaratur. Timotheus enim honorantem Deum, aut honoratum à Deo significat, aut pretiosum Deo.

Vocat & dilectum: græcè, γυνώσκω, id est, minime fucato, non simulato seu adulterino, sed ingenuè ac germano. Vocat & filium, nō qui genuerit illum per baptismum (Nam discipulus erat iam & fidelis priusquam B. Paulo notus esset) sed quia in disciplinam se Apostoli dedit, & illum præceptis alendum suscepit Apostolus, & roborandum in fide & sanctis moribus. Quod egregiè præstitit. uterque, Apostolus erudiendo, ille excipiendo, ita ut testetur neminē sibi aduif se ex omnibus tam unanimen, qui sincera affectione ad iuuandas ecclesias esset accensus. Hunc igitur crebrò corroborandis ad fidem recens cōuersis mittebat. Ad Corinthios: Ideò misi ad uos (inquit) Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Domino, qui uos commonefaciat uias meas. Ad Philipenses scribens plurimum illum commendat. Tanto denique honore dignum iudicauit, ut sibi epistolas mittenti adiungeret socium, ad Corinthios, ad Philipenses ad Colossenses ad utraq; Thessalō. ad Philemonem. Magnum certè amoris indicium, & singularis in Timotheo probitatis grauissimum testimonium, & ingens Apostolo gaudium talē nactum esse discipulum, cuius opera posset omnibus in rebus ad Dei laudem securè uti. Vide quàm uerum illud: Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Fuit ergo filius in fide propter alimenta spiritus. Aut dilectus in fide, quia dilectionis fundamentum erat fides, id est, communicatio æternorum, quæ ex fide per dilectionem operante firmiter sperantur.

Tren. 3.

Gratia, & misericordia, & pax à Deo Patre, & CHRISTO IESV Domino nostro. Verba salutationis consuetæ: tantummodo præter solitum hic additur: misericordia, nimirum (ut mihi persuasum est) propter frequentes illius infirmitates, ieiunij & laborum tolerantia contractas, quibus assidue uexabatur. Ut gratia ad animam, misericordia ad corpus illud imbecillum, pax autem ad utrumque aptetur. Vocat autem Dominum

IESVM & absolutè, secundum illud dominium quod habet cū Patre & Spiritu sancto in omnē creaturam, ut autor omnium & concreator. Et item iuxta particulare dominium, quod per redemptionem omnium nostrum in nos homines ut homo acquisiuit, qui dedit in pretium sanguinem suum, ut empti simus pretio hoc magno, & non simus nostri, sed eius qui nos redemit.

Sicut rogauit te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmat. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur: Sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustus & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduerfatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.

Sicut rogauit te, ut remaneres Ephesi & c. Non est absolutus sermo, sed opus est aliquo supplemento: ac si dixerit. Sicut rogauit te, sic exequere: aut sic. Sicut antea rogauit te, etiam nunc rogo. Aut fortè uerius, sic etiam præcipio. Non utitur autem precipiendi uerbo expresso, uolens ut magis ipsemet subintelligat, quàm expressum audiatur. Poterat enim præcipere ut Apostolus. Inde sumant exemplum Prælati, non tanta celeritate recurrendum esse ad præceptum, ubi paratum uident obsequium, & obedientiam subditorum. Græcè tamē quod ait: προσμείναι: imperatiuè potest intelligi, in quo sensu quidam illud capiunt, ut ista sit constructio: Sicut rogauit te, scilicet manere Ephesi, maneto. Illi enim episcopatus & cura illius ecclesiæ commissa fuit. Credibile uerò est Timotheum ut aliquo modo meticulosum (nam eo tēpore adolescens erat) excusasse curā illam episcopatus tanquam suis uiribus imparē, & sequi maluisse Apostolum ut discipulus Magistrum: quod & cum lacrymis postulasse testatur, ubi scripsit. Desyderās te uidere, memor lacrymarum tuarum. Apostolus ergo rogauit eum, & id uim præcepti habuit, ut Ephesi remaneret, ubi iam lucratus erat bonam populi partem, & ecclesiam constituerat: quia par erat ut Episcopus cum suo grege maneret, & unā propter regimen & pasturam gregis præfens adesset. In hunc modum & Titum instruxit.

utinam

Vtinā ita nūc seruari: sed illud primū ut pasto-  
res, ut patres, quales prisci antistites crearentur:  
non mercenarij, non avari, non denique lupi ra-  
paces mitterentur. Nam istiusmodi præsētia  
nedū necessaria, sed necessaria absentia, qui oues  
malo exemplo, & plerumq; falsa doctrina infi-  
ciunt. Istud uidimus diebus nostris: ut unicum  
sit repurgandæ ecclesiæ remedium, idoneos elige-  
re & præficere repurgatores, & non distendere  
plus nimio serpens malum. Sed de his aliās.

De residentia  
episcoporum.

Mouit autem Caietanus quæstionē, utrum  
perpetua Episcoporum residentia sit de iure diuino. At  
quæstio huiusmodi facile meo iudicio potest  
explicari, quam hac occasione seorsum uolui ali-  
bi tractare. Conclufit enim residentiam perpe-  
tuam omnino esse de iure diuino, arguens hoc  
pacto. Cura gregis de iure diuino est. Non po-  
test autem curari grex absq; Episcopi residentia  
& illa perpetua: ergo de iure diuino est residen-  
tia. Nos uerò illi hanc assumptam minorem  
minime cōcedimus. Nō enim habet uerū euiden-  
tiam: imò non solum non habet euidētiam, sed  
contrā, euidētiam habet falsitatem etiam iuxta  
plurimorum exempla qui non resident, sed per  
alios gregem suum curant: quos non est credibi-  
le contra diuinum ius committere. Dicit  
fortē aliquis. Certē ipsi non rectē faciunt, nec  
ambulant secundum ueritatem Euangelij, quam  
profitentur. Nā & si Caietanus qui ea scripsit,  
uidelicet residentiam esse de iure diuino, facto  
ipso non probauit, qui cum esset Episcopus Cai-  
etanus, Romæ tñ degebat: non propterea infrin-  
gitur rei ueritas, si quis suo muneri deest. Et  
nos dicimus, curari gregem omnino esse necessa-  
rium, & præceptum de iure diuino. Non tamen  
ita præceptum esse, ut exigatur continua & per-  
petua Episcoporum residentia. Existunt enim plerūq;  
uarij casus, quibus non tenentur residere si milles  
uelit Episcopus, ut dum generale celebratur cō-  
cilium, quemadmodum omnes admittunt. Itē  
cum eius cura alio loco impensa magis facit in-  
rem & utilitatem uniuersalis ecclesiæ. De-  
nique plures possunt excogitari & dari casus,  
quibus legitime excusaretur à residentia Episco-  
pus, qui tamen in iure diuino non sunt expressi.  
Quapropter quæ huiusmodi sunt oportet à iure  
canonico determinari, cum non habeant euiden-  
tiam. Et ob eam causam modus residentiae non  
potest dici esse de iure diuino, sed canonico. Cu-  
ius moderationem ipsi summi Pontifices debēt  
præscribere, quibus non liceret si assidua residen-  
tia omnino fuerit de iure diuino. Profectò B.  
Paulus & si constituerit Episcopum Ephesi Ti-  
motheum, plerumq; tamen eum ad se accessi-  
uit, & ad alias ecclesias misit. Videbat enim sic  
opus esse. Non tamen inficias ire possumus,  
multum & grauer hac in re à nobis peccari, q  
nulla idonea & necessaria causa longē absumus  
à gregibus nostris, contra canonum expressa de-  
creta. Quō fit ut euenire cōspiciamus innumera  
mala: inde perniciosæ licētiae, & uigor hæresum  
pestilens, & cleri relaxatio, & ignorantia CHR I-

STI ubique in plebibus. Non negamus, in qua,  
residentiae obligationem, ne quis sinistrē no-  
stra sententiā abutatur. Nam sunt aliqua ho-  
minum ingenia ita plerūque callida, ut dum suos  
errores uolunt & peccata defendere, nullum qui-  
eis fauere uideatur respuant scriptorem, quem  
iustis reprehensoribus possint obicere. Clara uo-  
ce testificamur Episcopos ad residentiam teneri,  
& grauissimē peccare qui aliter faciunt. Manus  
tantum summo Præsuli non ligamus, si quando  
ad maiorem totius ecclesiæ utilitatem aliquibus  
uiris insignibus uti opportunum iudicaret: qui  
tamen non sunt leui de causa à suis ouibus euo-  
candi. Nam eos qui uel fauoribus, uel inanibus  
causis & leuibus dispensationes quasi extor-  
quent, & moras non residendi necēt, quis à pec-  
cato excusauerit? Nam & si milles probaueri-  
mus de iure diuino, immediatē non esse, an pro-  
pterea culpa qui non resident, uacare defendere  
mus? Ius ipsum & obligationis moderationem  
qui docemus, obligationi uim suam minime tolli-  
mus. Sed hæc quæstio latius patet, & fusioribus  
uerbis esset tractanda.

Audi nunc ipsius rei grauitatem ob quam  
monuit Timotheum Apostolus: quia sicut à bo-  
na doctrina salus, ita à mala pernicies ac pestis  
proficiscitur. *Vt denuntiares quibusdam:* scilicet  
præcipiēdo: *ne aliter docerent;* aut potius, ne aliud,  
seu diuersum docerent. Si tamen legas: *ne aliter;*  
nota illud, non solum quæ quis docet, ea de-  
bet animaduertere, sed quo insuper modo do-  
ceat. Non enim eius generis est CHRISTI ueri-  
tas, quæ persuaderi obliquis uis ferat. Nam si  
quis Vergilij carmina torqueat ad ueritatem in-  
carnationis: Aut scripturam aliter clarē dicen-  
tem, ad aliud quiddam quātumuis sit uerum, hic  
profectò talis aliter docet quā debet, & male  
facit. Vnde fabulas remouet primū Apostolus:  
& de iudaicis fabulis eum loqui puto, ut ad Ti-  
tum Episcopum Cretensem expressē scribit: quē  
similiter iccirco Cretæ reliquit, ut & hoc officij  
coarguendi corrigēdiq; faceret, imò & durē eos  
increpandi, qui attenderent iudaicis fabulis, & in-  
uentis hominum. Sunt qui Talmudicas fa-  
bulas hīc notatas esse arbitrentur. Porrò si  
legis: *Ne aliud docerent;* dilucidus est sensus. Nam  
aliud docere, est docere omne quod non conue-  
nit cum doctrina Domini nostri IESV CHR I-  
STI. Et *genealogijs interminatis.* Taxat & genealo-  
gias quas uocat interminatas. Neque est existi-  
mandū de ullis genealogijs illum loqui, quæ in  
scripturis habētur: sed alias notat iudaicas quas  
interminatas uocat, hoc est, longas & sine fine,  
aut non certam & definitam à Spiritu sancto  
habentes significationem, qualem habent illæ  
omnes quæ in scripturis continentur, ut illa B.  
Matthæi de CHRISTI generatione, nominum  
series, quæ siue personas, siue numerum, siue ip-  
sa nomina spectes & diuisionem, pulchris sunt  
& admirandis referta mysterijs. Et similiter sen-  
tiendum de illa apud B. Lucam genealogia. Fe-  
cundæ enim sunt mysterijs, quæ sobriē quærere  
inuestigare

& inuestigare non est inutile, nec iniucundum.  
Sed nō defuerunt qui cōceptionem Beatif-  
simæ VIRGINIS immaculatā non sunt ueriti hu-  
iusmodi genealogijs ab Apostolo reprehensis af-  
similem facere. Et cōperi tandē huius dicti pri-  
mariū autore Erasmi, erga Matrē & Filiū parū  
pium. Non aliud detegam: Hoc satis esse apud  
Catholicos opinor, qui nouerunt hominē. Lau-  
dandus ille tamen in posteriore editione, qui tā-  
tam curauit amputari blasphemiam suam in Ec-  
clesiam Dei. Ob eam præcipue causam hæc  
Iudaica uolebat prorsus tolli Apostolus, quia ta-  
lia sunt: *quæ quæstiones præstāt magis quā edificatio-  
nem Dei.* Quidam *dispensationem* legunt; pro *edifica-  
tionem*; fallō *ὁμοιωσι* ap. pro *ὁμοδομο* ap. accipiē-  
tes. Dei autē edificatio est ecclesia, cuius ita sūt  
iacta fundamenta, ut ædificiū surgere in cælum  
ulque assidue debeat. Sic ad Corinth. dixit: *Dei*  
*agricolatio estis, Dei edificatio estis.* Dicitur autē  
*Dei edificatio* quia ipse est qui illā edificat, iux-  
ta illud. Nisi Dominus edificauerit domum.  
Aut quia etiam ad illū ædificatur. Ecclesia enim  
templum Dei est: idē per Isaiam prophetam aie-  
bat. *Quam domū ædificabitis mihi?* Aut quia et  
ipse Deus ædificetur, ipse nimirū CHRISTVS  
in corpore suo, cum fideles in sanctitate uitę illi  
coherere: sicut & B. Paulus quibusdā dicebat.  
Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues  
sanctorum & domestici Dei, superædificati super  
fundamentum Apostolorum & prophetarum  
ipso summo angulari lapide etc. Quod si caperēt  
Hebræi, iam intelligerent, quod nō incōueniēter  
ipsa Ierusalem mater nostra etiam Tetragra-  
māton nomine honoratur. Et nomen ciuitatis  
(ait Ezechiel) ex die illa Tetragrammāton ibi. Et  
si cōsideratum fuisset, quæstio illa; an liceat di-  
cere. Credo in sanctam ecclesiam, mox euanuis-  
set. Et an liceret ad hoc nomē adorare. Quis .n.  
nisi infidelis dubitaret, perspicuus in illa Deum  
nostrum & Dominum IESV M CHRISTVM  
Et attēde ad metaphoras scripturarum. Edifica-  
tur enim interim ecclesia Dei per lapides uiuos,  
qui sumus nos, quos oportet expolitos esse uir-  
tutum operibus, & mutuo coaptari fide & chari-  
tate. Ideo dicit: *Quæ est in fide;* ut cōsensum in unū  
& idem, intelligamus per CHRISTVM Deo  
inuicem in uno corpore applicati.  
*Finis autem præcepti est charitas.* Apostoli intē-  
tio hīc est Iudæorum amouere superstitionē, &  
& retundere improbitatem. Quia enim gloria-  
bantur in lege & mandatis per Moysen, uno uer-  
bo sapientissime eorū refellit inscitā: quā lex ad  
charitatē præcellit tāq; ad uerū suū finē, ut per  
legem ad ipsam charitatem perduceremur. Qua-  
ratione & uia inquires? Agnoscedo peccatū, agno-  
scendo nos sub peccato, ut sic Deū supplices im-  
ploraremus efflagitātes: Libera nos à corpore  
mortis huius Benigne Pater. Et ipse tandem mo-  
ueretur ad sanandum per diffusionem charitatis  
in corda credentiū. Vt ibi superabundaret gra-  
tia, ubi prius abundauit delictum: ut per auxiliū  
gratiæ amatores iustitiæ effecti, operaremur non

ex lege, sed ex fide, id est, non metu, sed amore:  
non terrenis præmijs, sed cælestibus ducti: quia  
fides per dilectionē nō per timorem seruili ope-  
ratur. Hæc autē dilectio quæ sic operatur, esse  
debet *de corde puro, & conscientia bona, & fide non  
ficta.* Nulla dilectio pter illā quæ Dei est, hēt cor-  
purū. Omnis alia seqt affectū terrenorū bonorū,  
& alicuius quā minus est corde nō. Solus Deus  
maior est corde nō. Dū ergo rephēdit nos con-  
ficia, Deus in ea rephēsiōne, q ibi latebat, apparet  
& cōuincit nos q maior est corde nō. Qui .n. re-  
phēdit, maior est. Et quare rephēdit nisi ferēs ina-  
dignē nos minoribus mergi et lōgē uilioribus p-  
simus ipsi, & illū derelinquimus & mādāta eius, qe-  
rentes cisternas discipatas? *Et cōsuetudo bona.* Hæc  
enim seqt ad purū cor, q oī thesauro antepōnē-  
da est. Et uocat cōsciam notitiā quādā nri cor-  
dis, q seqt inditā nobis synderesin, id est, iudiciū  
rectū boni & mali, uñ prouenerit nriū actionum  
cōscia. Est .n. qddā in nobis luminis, per quod uel  
probamus uel iprobamus quæ facimus. Quod  
lumen si tenebris offūdat à corde nō puro, id est,  
à uolūtate deprauata, & in tenebras euadat, ipse  
tenebrę quantę erunt? *Et fide non ficta.* Hoc  
puto pp Iudæos maximē dictū, q fidē simulabāt  
ut à fide multos ex suis infirmos abducerent.

A quibus quidam aberrantes etc. scilicet cōmē-  
dantes Moysen, & opponētes illū CHRISTO, &  
nō ad scopū ipum tendentes & finē. *Volentes  
esse legis doctores.* Contra CHRISTI præceptum:  
Nolite uocari Rabbi. Velle .n. uocari peccatum  
est, cū gloria & honor proprius pro finē qritur;  
& maximē cum idoneę partes tanto munerē  
nō respondēt. Hoc declarat in proposito, addēs.  
*Nō intelligēt quæ loquūtur, neque de quibus affirmāt.*  
Aiebāt .n. seruādā circuncisionē. Putasne intelli-  
gebāt quæ esset uera circūcisio? Nihil minus. Sic  
& nūc illis cōtigit miseris. Negant Trinitatē, &  
ad cōprobādū proferunt; Audi Israel &c. Putas-  
ne intelligant hoc dictū, quō cōfodiunt? CHR I-  
STVM uenisse negāt, quia oportet primū uenire  
Eliā. Putasne intelligūt qd sit Elias, uñ illud affe-  
rūt, Putas item eos scire aduentū CHRISTI?  
Apostolus tamen hic eis qui commenda-  
bant legem Moyses, & eius legis autorem Deū,  
à quo non nisi quod bonum est procedere po-  
test, responder. *Scimus autem quod bona est, lex si quis  
ea legitime utatur.* Quemadmodum dicturus est  
inferius. Non coronabitur nisi qui legitime cer-  
tauerit, id est, iuxta ipsius legis tenorē & finē. Ita  
hic ait. Bona est lex, si quis ea legitime utatur.  
Consideret autem lector, & perpetua memoria  
teneat Apostolum de lege Moyses loqui, quæ  
iustitiam indicabat tantum, non faciebat: non de  
euangelica, quæ illam implet. Nam quo in sta-  
tu inuenirentur Iudæi (non in quo Christiani)  
quando profluio uentis in omnia scelera  
concupiscentiæ consultum oportuit, ostendit;  
quibus data est lex ut saltem timore tūc ab exte-  
riori trāgressione arcerentur, ut adueniente cha-  
ritate et interioris & exterioris reformarentur. Ne  
minē .n. iustū. prisca lex reperit. Noua nemini nisi  
NN iusto

1. Ioan. 3.

Isa. 49.

Matth. 6.

iusto poni potest. Qui enim CHRISTI fidem non suscipit, extra legem ipsius est. Legitimè itaq; uti lege prisca est rationem & finem legis considerare, & sic de illa proficere. Non utitur autem legitimè in primis lege quicūque gloriatur in ea sola, & præfert se alijs, tametsi minime legem impleat. Sic Christianos quosdam uideas gloriari ob baptismū, interim non considerantes quid fecerunt in baptismo, & quid promiserunt. Quis enim tenaciter meminit quomodo renunciauerit Satanae, & omnibus pompis eius? Non ergo lege utitur legitimè qui finem legislatoris non uidet, qui fuit ut cognosceret homo peccatū, & se peccatorem esse, & impotentem ad legis obseruatiā: ut exinde ad fidem curreret, & gratiā imploraret; & sic per fidem & dilectionem facile ac benignè operaretur, & non per legem, aut per uim legis. Denique lege non utitur legitimè, qui solum corticem obseruat, non quod est reconditum intus. Veluti si quis in prælio uteretur pro gladio uagina: aut qui nucis testam pro nucleo ipso interiore comedere uellet.

*Sciens hoc quòd lex iusto non est posita.* Hoc autem omnia Iudæis notum esse oportuit, ut legitimè illa lege uti possēt, id est, eius legis beneficio. Hoc inquam scire oportebat, quòd lex præcedit iustitiam. Et nō fuit data lex iusto, ut sic operaretur ex lege secundam legem, quod erat illi impossibile facere: Sed iniusto, ut sic per eam intelligeret se natura peccatorem, & sub peccato ita pressum ut operari, quamuis lege cogente, nō posset: quia erat lex in lapide scripta, sed indigebat necessariō fide & charitate scripta in cordibus carnis. Ut iam non ex lege sit obseruatio eorum quæ sunt in lege, sed ex fide & dilectione. Hęc est maxima differentia inter legem ueterem & nouam; quod pleriq; non animaduertunt, & tamen inde oīa reliqua colliguntur. Illa dicit iustitiam, hæc etiam facit. Lex Domini immaculata conuertens animas. Verum rogabit aliquis, & dicet: Nunquid modo quando iam fides aduenit, superflua est lex? Cui respondemus. Lex quidem ipsa certè est superflua: sed nō scriptura legis, & prophetarum oracula, quæ testificantur nobis de CHRISTO, & in illis pariter CHRISTVM discimus, & inclusum ibi referamus euāgelium, & cum omni gratiarum actione laudamus clementissimi summi Patris miram, quā ibi agnoscimus, prouidentiam. Perpēde, quæso, qualem nobis populum illum describat tum, quā lex fuit illi per Moysen posita.

*Sciens hoc quòd lex nō est iusto posita, sed, inquit, iniustis, & non subditis, id est, cōtumacibus, & qui nolunt subdi.* Item: *impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis,* seu prophanis, &c. Illud notandum, ab Erasmo. Carrēsem, Liram, & B. Thomā reprehēdi. Priores illos reprehēdit, qui uoce hac: *Plagiarijs;* perperam urantur pro inferentibus plagas, et nō rectè. B. Thomā uerò quòd prudens prætermiserit ipsum uerbum, nolens expresse fateri ignorantiam, quam tamen silentio innuit. Hęc censura hominis uersuti & parum pri-

in eos qui adeò de sacris literis benemeriti sunt. O hominem qui festucam uidet in alieno oculo, trabem autem & eam lætalem in proprio non uidet. Ipse enim statim etiam inter uaniloquia, imò inter impia reponit impius, multas iam olim decisas ab ecclesia sancta sentētiās, ut est illa: *An Spiritus sanctus descendat à Patre & Filio tanquam ab uno principio.* Quam sanè in dubium reuocare, quid est aliud quàm dubitare an sint unus Deus, Pater & filius? Et illud item uasfrē inter quæstiones refert. *An papa possit aliquid statuere, quod pugnet cum doctrina euangelica.* Et an possit præcipere Angelis. Quasi uerò de his sit apud Theologos disputatio. Hęc de industria profert, ut inuidiam excitet & tumultus. Nec subindignè mihi quæp̄ ita de Erasmo loquēti. Multos enim ingenio illo uersatili decipit, qui ita uenenum infundit legentibus, ut maxima ad cauendum dexteritate sit opus. Nam multitudi nelibrorum, & uarietate sentētiarum, & calliditate dicendi lectorem ita tenet ancipitem, ut si unum locū uelis coarguere, suppeditetur mox alter ad defendendum. Neminem hæreticorum inuenias perniciosiorem. Et hoc obiter notent quibus illius nomen gratum est. Nam apertum hoc do testimonium, Qui multum Erasmo delectatur, parum esse Catholicum oportere: & qui audēt nisi ad detestandum, in pulpitis nominare, grauitur sunt castigandi. Sed ad rem nostram.

*Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersetur.* Dicit conditionaliter: *si quid;* ut fieri ab his in sermonis excursu solet, qui rem ipsam nolūt exactè & ex proposito tractare, complectiq; omnia. Sanam autem uocat illam doctrinam; *Quæ est secundum euāgelium gloriæ beati Dei,* id est, quæ est cōueniēs annūciationi & promissioni futuræ gloriæ quæritum potest, cui non sunt condignæ passionis huius tēporis. Et cum ita se ueritas habeat, multi ramē sūt qui querūtur, nobis à Deo data esse præcepta dura. At hi oculo fidei non respiciunt ad præmiū ipsum, illam gloriam æternā, cuius si essemus uerī amatores, præcepta ipsa quæcūq; non solū non dura, sed facilia uiderentur. Vocat autē Deum beatiū, quā istud illi iuxta naturā suā cōuenit: nec potest cōgruere ulli creaturæ, nec ipsi Angelo. Nulla enim creatura suapte natura est, tū abest ut sit beata. Vel potius sic expone: *secundum euāgelium gloriæ beati Dei;* id est, CHRISTI qui per passionē beatificatus est: cum esset innocens, cui nos conformare debemus ut uolumus in patria, ita in uia: sicut in gloria, ita in ignominia: sicut in triumpho, ita in prælio & certamine. Illa ergo sana doctrina est quæ cōuenit, & dicit uera de ipso sine, & medijs ad finem perducentibus. *Quod creditum est mihi.* Creditum seu concreditum euāgelium sibi fuisse dicit, id est, eius dispensationem sibi commissam. Aliquid enim cuiuspiam credere, est fidei illius committere tanquā dispensatori.

Gratias ago ei qui me confortauit in CHRISTO IESU domino nostro: quia fidelem me existimauit ponens in ministerio

rio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in CHRISTO IESU. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quòd CHRISTVS IESVS uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiam cōsequutus sum, ut in me primo ostenderet CHRISTVS IESVS omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam æternam. Regi autem sæculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias: ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam: quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymenæus & Alexāder, quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare.

Perpendens Apostolus magnum esse, & indigere auxilio Dei tantum ministerium, ait. *Et gratiam habeo ei qui me confortauit* CHRISTO IESU uidelicet ut possem tantum onus subire, & obire perfectè. Dicit autem se confortatum in CHRISTO IESU, ut habet uulgata lectio, id est, ad CHRISTI gloriam. Vel melius. *Habeo gratiam ei,* scilicet CHRISTO IESU qui me confortauit, Nam græci codices non habent In; Verè confortauit Apostolum Dominus: & militem talem effecit, ut ea tolerauerit quæ per se natura longo interuallo nō potuisset. Et subdit.

*Qui me existimauit fidelem ponens in ministerio.* Hoc enim ab iconomo seu dispensatore primū quæritur, ut fidelis inueniatur. Fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mēsuram. Ab hoc enim exigetur, si quid reliquū habuerit, ut ait B. Paulus, si aliud pro alio impendit, si non tempore opportuno necessitati succurrerit, & sic perierit conseruus sua unius socordia.

Illud uerò considerandum, cur dixerit de Deo; *Qui fidelem me existimauit;* Cur non ait: *sciuit,* seu *præsciuit* fidelem fore, quem fecit fidelem? Nimirum ut noscamus aliquid esse nostrum, & aliquid Dei in omni opere bono. Et quod Dei est, certum esse: quod autem nostrum, incertum propter liberum arbitrium, quod potest contra auxilium Dei, nisi Deus ipse nos ita conuertat, ut nullam nobis reuendi causam, aut rationem, & consequenter potestatem relinquat. Quocirca dixit quòd Deus existimauit, & ob id credidit ei dispensationem. Nam si omne quod facimus ipse penitus faceret, ut nihil sit nostrum, non tam diceretur existimare & putare Deus de

nobis bonū, quàm certò scire. Quòd si pergas dicere. Non igitur certò sciebat? Si potest cum existimatione concurrere certa scientia, etiam certò sciebat. Si non potest, non certò sciebat. At certò sciebat, quia uidebat quæ faciebat Paulus, quando faciebat. Ante autem quàm faceret, pro eo tempore nō uidebat nec eum facere, nec facturum. Ideò nec certò sciebat, sed tanquā qui probabiliter operatur se habebat respectu futuri. Nam quæ uidet contingentia, non ut futura uidet, sed ut præsentia secundum tempus quo sunt, non quo futura sunt, ut B. Thomas docet & rectè. O sume Deus quàm excellis captū nostrum, ut loqui te digna de te loquentes non ualeamus. Addit autem quæ faciebant ad magnū cumulum gratiarum actionis.

*Qui prius blasphemus fui &c.* Verbo quidem blasphemus erat CHRISTI doctrinam detestans, factō autem persecutor CHRISTI in corpore suo. Hęc est ingens persecutio & absoluta, quam Deus seuerissime uindicat. Qui uos tangit (inquit ille) tangit pupillam oculi mei, id est, qui tangit iustum in nomine iusti, Christianum in nomine Christiani, prophetam in nomine prophetae, prædicatorem in nomine prædicatoris, ista omnia in dominum admittunt: etiam si in solius serui personam, quatenus tamen talis domini admittuntur. Et contumeliosus fuit siue uiolentus in exequutione persecutionis, ut sæpe idem fatetur, & ex historia B. Lucæ proprijs in locis in Actis Apostolorum accipitur.

*Sed & misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Incredulitatem negatiuè intellige, ne perfidiam existimes. Nondum enim in conscientia exactus erat, & conuictus ut crederet, sicut illi in quos obijciebat Dominus: Nūc uiderunt, & oderunt me & Patrem meum. Vnde & in cruce orauit pro his qui nescirent quid facerent: nō pro his qui dixerunt. Hic est heres, uenite occidamus eū, & nostra erit hæreditas. Ignorantiam autem præterdit ut minuentem uim facinoris, non ut tollentem omninò, sed ut misericordiam facilius promerentem. Quod tum uerū est, quando non fuerit admodū crassa & affectata ignorantia. Alioqui ignorantia cū malitia coniuncta tantum abest ut excuset, ut etiam grauet peccatum. Ut autem rem totam intelligas, cogitare debes in peccato, an & quantum ignorantia tollat de uoluntario. Nam & tantum de culpæ pondere auferet. At qui ignorans uult ignorare, aut de ignorantia intus reprehensus negligit scire, iam qui eiusmodi est uelut sciens peccat. Non ergo ex toto excusabatur B. Paulus, qui ignorantiam illam habebat non sine culpa ob affectum gentis inordinatum, non satius communi in discipulos Domini persecutione, sed abudatius æmulator existens perternarum traditionum. Ut autem laudaret super excellentiam misericordiæ adiecit. *Superabundauit autem gratia Domini &c.* Verè respectu peccati, & respectu aliorum qui idem peccatum peccauerunt, magna fuit superabundantia hæc mihi erga Paulū: NN ij quoniam

In Erasmo.

Zach. 2.

Ioan. 25.

Matt. 21.

Psal. 18.



quoniam rarissimum est exemplum, mox de acerrimo hoste facere ministrum fidelissimum & sanctissimum. Et forte uocat gratiam excellens donum illud sapientiae suae, quae una complectitur fidem & dilectionem quae est in CHRISTO IESU.

*Fidelis sermo & omni acceptione dignus, Quod CHRISTVS IESVS uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Hic incipit, ut mihi uideatur, instruere Timotheum in omni munere episcopali. Et cum id maxime ab Episcopo desideretur, ut doctrina pascat populum suum & praedicatione, dignatur primum ostendere materiam praedicationis, quam debet praedicare Episcopus: et super ea omnem fundare sermonem tanquam fundamentum, & omni acceptione dignum. Nam reprobata mala eorum doctrina quae legalia extollebant, conueniens erat ut eam quae bona esset, introduceret ac monstraret. Vocat autem fidelem sermonem illum qui sit uerax, & qui habeat secum multa suae ueritatis testimonia, ut sit fide & omni acceptione dignus. Et iste est: *Quod CHRISTVS IESVS id est, unctus oleo caelestis gratiae; IESVS id est, Saluator uenit in hunc mundum; nimirum de caelo.* Et ob istam causam; *peccatores saluos facere, id est, quos peccatores inuenit.* Non dicit hos & illos, sed absolute peccatores: Omnes autem eramus tales. Non tamen dicit nouo peccato post acceptam gratiam relabentes: non quod & hoc opus non fuerit CHRISTI, sed primum uenit ad illud praecedens peccatum, quo omnes inuoluebamur, & ad caetera illud consequentia tollenda morte sua: quod & facit medio baptismo. Quae uero postmodo committimus iam sanati ab illo, uiuens auferit. Non enim nisi semel moritur, nec relinquitur ulterius talis hostia pro peccato, ut ad Hebr. Deo iuuante explicabimus. Nam postquam mortem subiit, & Patri satisfecit pro nobis, iam constitutus est amicus Dei, & sedens ad dexteram eius. Iccirco auferit posteriora peccata, sed per sacramentum poenitentiae. Et hoc est Thema praedicationis. O quam breue in uerbis, sed quam longum in sensu & secundum. Eodem modo Dominus proposuit olim Apostolis Thema breue, ut populis praedicarent. Poenitentiam agite: appropinquauit enim regnum caelorum. Et postmodo in instructionibus cum surrexisset a mortuis, dixit. Praedicate euangelium omni creaturae. Istud praecipuum non seruant, qui aliena & curiosa pro euangelio tradunt: quanto autem illi minus qui euangelium peruertunt, & tamen gloriantur hoc nomine, & se euangelicos impudentissime uocant? Sed ad rem.

*Quorum primus ego sum.* Vocat se peccatorem Apostolus (ut uideatur) non ea tantum considerans tempora, quum sub lege esset constitutus, cuiusque ecclesiam Dei zelo immodico percitus affligeret: sed pro eo item tempore quo iustus erat & gratus Deo, in memoriam reuocans qualis per se extitisset (ut omnes facere debent) imo quod etiam tunc erat ex se, non illud quod erat per gratiam ex Dei benignitate. Et primum peccatorem se uocat propter excellentiam pro-

prii peccati: & quia certus erat de seipso, & computabat beneficia Dei erga se quibus erat abusus. Aliorum autem peccata (quod est sanctorum proprium) non ponderabat. Ideo inter peccatores se primum ponit, longe dissimilis a fastu illius Pharisei qui ad peccatores homines respiciens, cunctis se praeferebat, & ab aliorum sceleribus concludebat se iustum. Hunc penes imitantur omnes homines, & qui non facit iam non est homo, id est, filius Adae, sed filius Dei, qui ueteri homine exuto uerenda sua ineptis folijs tegere nequaquam studet. Rarissimum enim licet inuenire, qui si quid uirtutis habeat, illam comparatione deteriorum non habeat. Nam si demas uitiosos, demis & qui permixti boni uidentur, plurimos. Vera autem uirtus a se una penderet: & peccata sua palam prodere, hoc certe est humillimae, id est, Paulinae mentis: qui & aliam rationem finalem scilicet conuersionis misericordiae declarat, subdens.

*Vt in me primo ostenderet etc.* Nam ratio quam affert de ignorantia, est quasi mouens Deum ad misericordiam, haec autem quasi finis: Quamquam finis etiam mouens est, & plures concurrunt fines ad eundem effectum. Unus tamen est ultimus & summus ipse Deus, & gloria illius, qui omnia propter se ipsum operatur. Unde illi gloria & honor reddendus est: quod semper facit B. Paulus, ut & mox uidebimus.

Potest & uerius hic locus intelligi, non ut simpliciter testificetur B. Paulus se peccatorem, & pro eo tempore quo loquebatur: sed quod inter peccatores qui erant salutem consecuti, ipse erat primus, hoc est, praecipuus. Talem enim se existimabat & merito: quia (ut ipse asseruit) super omnes coetaneos suos expugnauerat Ecclesiam Dei, blasphemans, uiolentus, & spirans plenus minarum & caedis in discipulos Domini.

Non est autem alienum ab hoc loco illud considerare, an hoc attineat ad humilitatis uirtutem, si quilibet quamuis sanctus existimet se esse deteriores ac peiores cunctis hominibus. Leguntur enim uirorum Sanctorum testimonia qui de uita spirituali scripserunt, qui ita faciendum docent. Imo & cuiusdam libellus prostat scribitis, neminem posse eradicare penitus a se superbiae uitium, nisi credat non solum se esse peccatorem super omnes homines, sed (sicut uerum putat) se esse causam, non occasionem, sed causam omnium delictorum & scelerum quae commissa sunt etiam a Demonibus, & a primo homine, & denique ab omnibus hominibus. Nec eorum solum quae commissa sunt, uerum etiam quae committentur usque ad diem iudicii. Attamen cum nemo (ut inquit) possit hanc de se existimationem habere, nisi speciali reuelatione CHRISTI, oportet ut homo tantum proficiat, quatenus hanc reuelationem mereatur. Haec autem doctrina non solum per manus tradita est, sed etiam scripto credita & publicata, & suos habet defensores. Neque id solum, sed ne quis ea scriptis reprober, quidam amici nostri miris modis obstitit, quia autor est eiusdem ordinis. At si uere sapemus, nos primi sordes & maculas eluere

eluere deberemus, ne quod scilicet in nostris quibus quod oculos spectantium posset offendere, reperiretur. Quae nam, rogo, potest esse cuiusuis ordinis gloria in tolerandis erroribus & uitijs? O tempora, o tenebras aegyptiacis densiores. Verum ad quaestionem ipsam redeamus.

Dixit B. Augustinus egregie, nullo pacto ponendam esse humilitatem in falsitate ac mendacio. Quod si quis, teneatur credere, aut existimare se caeteris esse deteriores, in plurimis conringet opinari mendacium. Impossibile est enim de quolibet uerum esse, quod sit peior cunctis hominibus. Si enim unus est peior caeteris, impossibile est reliquos peiore illo esse peiores.

Sed ista positio cum nec habeat in se ullam apparentiam ueritatis, eam tamen possent aliqui adductis exemplis, ne eousque absurda uideatur, defendere. Primum exemplo B. Pauli qui se primum ponit inter peccatores, quorum (inquit) primus ego sum, id est, praecipuus sum. Verum ad hoc iam respondimus, qua consideratio ne id dixerit, cogitationem scilicet ad illud tempus referens, quum Ecclesiam persequeretur, non secundum quod erat tunc. Id autem patet: quoniam aperte meminit sua peccata praeterita, uidelicet blasphemias, et persecutionem Ecclesiae. Et addit se misericordiam consecutum propter ignorantiam, qua praecipue ferebatur ad illa flagitia putans se obsequium praestare Deo: quemadmodum de huiusmodi praedicatione Dominus, Zelum enim habebat, sed non moderatum scientia. Et uerba se praecipuum peccatorem dicit non absolute, sed inter eos qui erant misericordiam consecuti. Non enim dubium quin ipse B. Paulus sciret multos persecutionem in CHRISTVM & non ex ignorantia suscitasse, sed conscientia praua, sicut testatur Dominus: Quoniam odio persecuti sunt me gratis, inquit. Nec ipsum Paulum latebat peccatum prudenter admissum esse omnino maius, & longe grauius peccato per ignorantiam patrato, & ita maius ut non esset dignum misericordia. Se autem misericordiam consecutum dicit: quia ignorans fecit in illis incredulitatis tenebris. Non ergo poterat uere existimare se absolute primum inter omnes peccatores pro tempore quo seruiebat Deo, cum nihil sibi conscius esset, sed fidelis esset minister IESU CHRISTI. Quo uero pacto poterat de se ipso constare ea praedicatione, cum illa existimatione quod esset inter peccatores praecipuus: Esse enim primum inter peccatores, & ita uere sentire, non conuenit cum innocentia. Adducunt etiam alia exempla sanctorum, ut B. Francisci, & B. Catherinae Senensis, qui se praedicabant & asseriebant deteriores cunctis hominibus. Quibus antequam respondeam: Quaero ab his qui haec nobis proponunt, utrum quae illi asseriebant uera essent, an non? Si non uera: Nonne ergo asserere mendacium peccatum est? Docet ergo nos scriptura ut mentiamur? Si autem non erat mendacium: sed uere illi erant caeteris hominibus peiores, Quomodo erant sancti, & innocentes, & sine mortali peccato? Ergo oportet

si uera sunt haec exempla, aliquo intellectu ea praedicata ad ueritatem reducere, ut non ita simpliciter intelligantur ut sonant. Ipsi enim spirituales erant, & spiritualiter loquebantur iuxta sensum aliquem spiritus, nobis forte ignotum. Certè in scripturis CHRISTVS nonnunquam pronuntiat non solum peccator, sed ipsummet peccatum & maledictum. Quod recte intellectum ad eius gloriam pertinebat, qui in se susceperat omnium peccata luenda, id est, reatum omnium peccatorum. Quid si & haec sanctorum pronuntiationes hunc sensum, aut aliquem similem recipiant, quorum interdum & dicta & facta sunt potius admiranda quam imitanda? Quod si huiusmodi existimationes & sensus, proprii sunt sanctorum, ut praedicant, quomodo qui in hunc sensum ueniunt non reputabunt se sanctos? & cum tales se reputabunt, quomodo reputabunt se simul esse eximios peccatores? Ego ingenue fateor me haec non capere. Non inficior omnem Christianum sollicitè debere conscientiam suam explorare, ac simul Dei dona ac beneficia: & agnoscere etiam si cuncta fecerit quae debuit facere, se tamen seruum inutilem esse, quia quae debuit fecit, & nihil inde accreuit Domino suo: & quod ex se est & natura sua malus est, & quicquid boni habet ipse a Deo habet, ut gloriari in Deo non in se ipso, si tamen queat gloriari. Vel sic, quum accidunt in uita communi multae imperfectiones, multa ingratitude, multa negligentia, magnus tepor etiam in his qui uidentur spirituales. Est item cauendum occultissimum superbiae uitium, & cogitandum non esse Dei regnum in sermone: quia multi prudenter loquuntur, sed non ut loquuntur sic agunt. Neque propterea de fratribus iudicandum est: suspicari potius bona quam mala in omni dubio. Prudentes tamen esse admonemur sicut serpentes, & simplices sicut columbae, id est, cauentes nobis a deceptoribus, & neminem ipsi decipientes.

*Omnem patientiam, id est, totam siue integram patientiam.* Nam omnium peccatorum illud maximum, quod in ipsum Deum directe tendit: unde ait scriptura. Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus: si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo? Et hic tamen dicitur: *ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam.* Existimo peculiariter propter perfidos Iudeos hoc esse dictum, quod tacite illos moneret, ut admirarentur patientiam Dei, & non desperarent quantum ad misericordiam. Facis enim Deus misericordiam, & multis facit, non tamè ita copiose. Est B. Paulus certè rarum exemplum ob dona grandia, quae per paucorum sunt, non ob misericordiam & indulgentiam solum a peccato, quae est multorum. Illud omni diligentia curandum, ne pretextu misericordiae quisquam peccet. Maledictus est omnis qui peccat in spe. Quia uero omnium finis ipse Deus est, in cuius gloriam & honorem omnia dirigi a nobis debent, & nos ita optare debemus, sequitur.

*Regi autem saeculorum, immortalis, inuisibili, soli Deo.*  
NN ij Est

Luc. 18.

Gal. 1.

Quo sancti dicant se primos peccatores.

Ioan. 15.

2. Cor. 5.

Matth. 10.

1. Reg. 2.

Est quoddam sæculum æui, & est sæculum temporis. Et adhuc sæculum hoc unum diuiditur in plures periodos, quæ sæcula multa conficiunt. Quidam enim metiuntur sæculum ceterum annorum spacio. Vnde & carmen sæculare dictum, quo sacrificia centesimo quoque anno fieri solita describebantur. Quidam ad mille annos extendunt: ad triginta alij. In quancunq; accipias significationem, sæcula plura constituuntur, quorum omnium Rex est ipse Deus. Nec tamen intelligas per sæcula, nuda tempora: quin ea potius quæ sæculorum clauduntur terminis, ut sunt creature, sic scriptum est. Fide aprata sunt sæcula uerbo Dei. *Immortali*: Deum immortalem uocat singulariter: quia solus per se habet immortalitatem, quam nulla creatura uerè habet, nec Angeli. Propter quod introducit Deus à Platone in Timæo (ut illius studiosi uolunt) ad eos loquens. Vos quidem opera mea natura dissolubilia, &c. non illud quidem ob ullum principium, quod insit intrinsecum, ut sint contraria in eis, aut materia: sed quia non ex se sunt id quod sunt: & nisi Deus assidue teneret, redigerentur in nihilum, quamuis non esset dissolutio in materiâ. *Inuisibili*: Similiter & inuisibilem Deum asserit, non ex se & suis ipsius natura, cum nihil sit lucidius, & consequenter nihil inuisibile, sed nobis dicitur inuisibilis, quorum acies oculorum est ad tantam lucem debilissima: sicut sensibile excellens corrumpit infirmum sensum. Additur.

*Soli Deo*: Et quidam codices habent; *Soli sapienti Deo honor & gloria*. Ut sit duplex sensus, Quod soli Deo honor exhibendus, & gloria danda, qui est Rex sæculorum, & immortalis, & inuisibilis & sapiens. Et potest de tota Trinitate intelligi hoc dictum, & uerum est. Quæ intelligentia mox questionem parit, Quomodo soli Deo fit honor & gloria, cum scriptum sit, Gloria hæc est omnibus sanctis eius, & ex alijs eiusmodi sententijs: Respondeo breui, summa illi gloria & primaria: cæteris autem propter illum & in illo, & ita illi in illis. Quando enim duo sunt, & unum propter aliud, uerius unum est, ut ait Philosophus.

Est uerò alius sensus, qui sic aptetur, ut Deum etiam solum immortalem, & inuisibilem, & sapientem intelligamus. Ut alibi dicitur: Qui solus habet immortalitatem. Et ad Rom. *Soli sapienti Deo*. Et tunc locus alteri datur questioni, si de Patre sit sermo, Quomodo ipsi soli ista conueniant, & non similiter cæteris personis? Ad quod facilis est responsio. In diuinis enim si quid dicitur de una quauis persona, quod & alijs conueniat personis, licet per particulam taxatiuam illud dicatur, non propterea tamen excludit cæteras eiusdem consortij. Sunt tamen & qui hæc Patri maxime tribuant propter originem: quia ipse solus à seipso, sed non propterea minus cæteræ personæ Filius scilicet & Spiritus sanctus id habent in semetipsis. Adde rectè dici de quauis persona quod solus sit Deus, ut sit sensus non excludens cæteras à consortio Deitatis, sed solummodo hoc inueniens, quod solitariè etiã

considerata quælibet persona Deus est: quod est uerissimum. Vnde & de CHRISTO dicitur: Tu solus sanctus, hoc est, tu etiam solitariè consideratus, Sanctus es. Honor igitur & gloria soli Deo (supple tu) de tanta misericordiæ abundantia sit, sicut & de quouis bono ad illi gloria referatur. Istud exprimere B. Paulus de sibi collata misericordia uoluit, & Deo gratias agere immortales, licet in Deum nihil redūder; sed solum in nostrum lucrum omnia cedunt: scriptum est. Omnia flumina mare intrāt, & mare non redūdat.

*Hoc præceptum tibi commendo fili Timothee &c.* Præceptum quod commendat filio Timotheo, est huius exhortationis munus, & prædicationis studium, uidelicet quod IESVS uenit ad hoc ut saluaret omnes nos. Et ipse quidem id fecit quod in se fuit, si modo fecerimus nos quod est in nobis: addit. *Secundum præcedentes in te prophetias*. Innuit non obscure fuisse aliquid boni propheticè dictum de Timotheo, aut quando christianam professus est fidem: aut quando ordinatus est præbyter & Episcopus, sicut inferior dicit. Noli negligere (inquit) gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hortatur ergo & præcipit ut in illis prophetijs bonam militiam militet. Nam prophetiæ illæ commendantes ei curam atq; militiam, exigebant ut re ipsa exerceret ministerium suum. Si enim est uitae cuiusuis hominis super terram quædam militia & luctatio, quantum hoc magis locum habere debet in præsidentibus & ducibus? Nā si ignaui sint & animo uiles, profligatur mox eorum exercitus. Hi ergo maxime tenentur militare in Dæmones, à quibus ante omnes impugnantur. Si enim lupi possunt pastores semel & canes stragulare, quid de ouibus sperandum est? Hoc metuens Apostolus aiebat: Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, etc. Et quia arma maxime sunt fides, & quæ fidem ipsam consequuntur, ideò ait.

*Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt &c.* Bona conscientia est quæ pura est, & ut oportet, probata: sed tenebris per sæpe respergitur, ut dixi, ob affectus prauos. Et tunc nonnunquam & ipsa fides periclitatur, & fit naufragium: quia fides est ueluti nauis, quæ omnes fert uirtutes subsistens illis. Ad illam siquidem spes sequitur & dilectio, & uirtutum omnium societas, quæ has consequuntur, non tamè necessariò ad fidem hæc conueniunt.

Videat ergo homo Dei ne conscientia ista labefactetur, quod fit quædo malum defenditur: aut quod bonum est, quæstis coloribus arguit. Probat hoc exemplo duorum quibus id accidit, quia conscientiam non seruauerunt bonam. Primus Hymenæus, alter Alexander, quos tradidit Satanæ. Nota modum magnum & admirabilem puniendi & terribilem, sed non sicut Corinthium, quem tradidit ut spiritus saluus fieret. Sic uerò isti traduntur, ut discant non blasphemare, id est, in poenâ peccati ut incipiāt gustare arrhā inferni.

Sed

Sed dicet quis. Quomodo sic discant non blasphemare? Nunquid traditi Satanæ non multo magis blasphemabunt, quando fuerint in potestate eius, qui primus fuit blasphemus, & pater omnium blasphemantium? Nam horum hæc ars erat. Respondetur, Apostolū usum esse hic quodam dicendi modo. Homo enim malus dum poenam subit peccati, dicitur tunc discere non peccare. Quod si dixeris et Dæmones ipsos blasphemos esse, & docere blasphemias. Respondeo, Eorum blasphemias non uerè blasphemias sunt, sed laus Dei. Non enim contra uoluntatem Dei hoc agunt, quibus in poenam hoc datur ut blasphement. Poena autem à Deo est. Non uacat fortè à mysterio hos duos positos naufragium à fide fecisse, in quibus significatur omnis modus naufragadi. Et primus quidē Hymenæus, in quo studium significatur concupiscentiæ carnis & mundi. Est enim carmen nuptiale, & Deus nuptiarum Hymenæus. Et rectè conuenit illi homini qui dicebat resurrectionem iam esse factam. Comedamus ergo & bibamus (ut aliàs in persona talium obijciebat B. Paulus) cras enim moriemur. Et uide quàm congruè alibi datus est ei, socius Philetus, id est, amabilis. Hic est qui amat, ut uicissim ametur à mundo. Iste est qui resurrectionem ignorat cum ipso mundo: & illi ardet & applaudit Hymenæus ueluti dulci & amabili. Alter est Alexander qui bellatorem significat, & uirum ad contentiones & conflictus natum, quiq; studio aduersandi inflāmur propter gloriam: quod & rectè illi congruit. Nam de illo sic ait B. Paulus: Quoniam ualdè resistit uerbis nostris, quem & tu deuita. Tales sunt hodie multi qui sese alijs opponunt & ecclesiæ sanctæ Dei, quod uideantur esse aliquid, & ita miserandum patiuntur à fide naufragium præcipitati extram arcā, & præcisi à consortio Catholicorum.

## CAP. II.



BESCRE IGITUR PRIMUM OMNIŪ FIERI OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTULATIONES, GRATIARUM ACTIONES, PRO OMNIBUS HOMINIBUS, PRO REGIBUS, & OMNIBUS QUI IN SUBLIMITE CONSTITUTI SUNT, UT QUIETAM & TRANQUILLAM UITAM AGAMUS IN OMNI PIETATE & CASTITATE. Hoc enim bonum est & acceptum corā Saluatore nostro Deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim Deus, unus & Mediator Dei & hominū homo CHRISTVS IESVS: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: cuius testimonium tēporibus suis confirmatum est. In quo positus sum ego prædicator & Apostolus (ueritatem dico, non mentior) doctor gentiū in fide & ueritate.



Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes &c. Dum ait, obsecro igitur, ostendit hanc instructionem consequi ex dictis. Instruxerat enim de isto prædicationis themate; Quod CHRISTVS IESVS uenit peccatores saluos facere. At cum saluos minime faciat nos Deus per CHRISTVM sine nobis, quos ex mutuo pendere uoluit auxilio, ut uehementius nos ama remus ueluti eiusdem corporis membra, eò uiuio diora, quò sunt inter se arctius coniuncta, cū nullū sit quod ab alijs præcisum uiuere possit: hinc communem doctrinam tradit Apostolus, quomodo debeant orationes fieri. Est autem necessarium ut uelimus, cupiamus, & oremus pro salute nostra: sicut scriptum est. Oportet sine intermissione orare. Et hoc primum & ante omnia reuoca, quæso, in memoriam quid B. Paulus statim ab initio suæ conuersionis egerit, ubi primū ecclesiam ingressus est. Orans certè ab Anania inuenitur, & rapitur: quia semetipsum totum deuoit Domino. Hic ergo & rectè, ante omnia orandum esse docet tanquam fidei receptæ primum officium. Et ad ipsum præsertim Episcopum pertinet, ut primus purissimè in hoc exercitium incumbat, ut & alijs qui subduntur, ad idem pariter faciendum, confidentius ualeat & efficacius indicare. Orationes enim publicæ quas plurimū in uera charitate uniti fundunt, quasi unius sunt, & multum ualent. Multi enim minimi dum congregantur unanimes, sunt magni (ait B. Ambrosius) & multorū preces impossibile est contēni. Si pro te rogas tantum, pro te solus rogas. Si autem pro omnibus rogas, omnes pro te ipso uicissim pariter rogabunt. Vnde & protinus est de cathenis erutus B. Petrus: quoniam oratio fiebat ab ecclesia ad Deum sine intermissione pro eo. Et Apostolus sperat multorum orationibus eripi de manibus aduersariorum. Est enim gratissimum Deo, qui humilitate nostra delectatur, si quando exoratur à multis, ut etiam à multis reddantur ei gratiæ. Et licet non uideatur aliquando Deus exaudire ad uoluntatem, exaudit tamè semper ad salutem. Ordinatur ergo obsecrans & adhortans Apostolus, ut fiant orationes uidelicet Episcopi prouisione: quoniam sic magis placet quæ Pontificum sunt imperio, & ceterius exaudit Dominus.

Ut autem huius instructionis sufficientiam capias: Omnis oratio præteritum respicit, aut futurum. Si præteritum, necessariò requiritur ut gratiarum actiones, quæ iam facta beneficia respiciunt, contineat. Nam de omnibus Deo gratias agere debemus, etiam de his quæ nobis mala uidentur, ut sunt tribulationes & huiusmodi. Nam hæc sæpenumerò meliora sunt & utiliora, quàm quæ uidentur ad nutum nostrum fluere. Et nullum est malum quod non uertat in bonum nostrum Deus optimus, si patienter quæcunque accidant tolerare parati simus. Si autem respicit oratio futurum, tunc continebit aut depulsionem mali, quod hoc uocabulo; *deprecationis*; significat

Heb. 11.

Attende pie lector ut naufragii uites.

Eccle. 1.

Inf. c. 4.

2. Tim. 4.

Eph. 6.

Luc. 18.

Act. 9.

Ibid. 12.

significat Apostolus (sic enim græcè legitur, nō obsecrationes, sed deprecationes) Aut petitionem alicuius boni & gratiæ siue spiritualis, siue temporalis, ad spirituale tamen bonum ordinatæ: quod generali hoc uocabulo: *Orationes*; complectitur. Et quia omnium est orare, non autem omnium intercedere, adiecit. *Et intercessionibus*; quæ illorū sunt qui maiore gratia ualent apud Deum, ut pro alijs non solum orare, uerum etiam possint intercedere. Tales erant Moyses, & Samuel, Iob & Daniel, & alij gloriosi uiri & insignes Sancti. Et nos habemus Apostolos, & alios sanctos in cœlis apud Deum sollicitos pro salute nostra intercessores. Neq; assidue defunt in ecclesia Dei amici qui hoc præstare possunt. Sunt & qui hoc debeant ex officio, ut sacerdotes & Episcopi. Et qui etiam ex ipso statu, ut sunt religiosi qui familiariter domū Dei ingrediuntur, CHRISTVM ipsum sequentes ut discipuli propinqui & intimi. Nonne pro Chananea & alijs orabant Dominum illi familiares & domestici? Dimitte illam (inquiunt) quia clamat post nos. Sic instrui mur & nos facere. O cum quāta sapiētia & charitate ordinauit Deus ecclesiam. Hoc tantum superest ut agnoscamus, & obseruemus.

Additur; pro omnibus hominibus istas orationes & supplicationes esse faciendas. Et pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Hoc specialiter additur tanquam omnino pernecessariū & fructuosum. Nam innumera bona bonis principibus regnantibus proueniunt, & tranquillitas magna in populis, ut liberè possit seruari Dei cultus, & pietas exerceri, & honestè duci uita ab hominibus. Quod si ipsi reges delirant, horum stoliditas redundat in populum, iuxta illud: Quicquid delirant reges plebs patitur Achui. Habemus & in scripturis exēpla uel illud de Dauide, quando iussit numerari populum. Et quotidianis abundamus. Cui, rogo, ignotū est, quot & quantas afflictiones, quot angustias, quot cruciatus ob regū deliria passus est populus Christianus? Et utinam ærumnarum finis. Sed & hæc mala permittit Deus summa æquitate. Siquidem quid sit orare ignorat uulgus: & si quando ad publicas orationes & communes conueniunt, nō solum Deū sibi placabilē nō reddūt, sed contrā acerbius iritant, tanta superbia & fastu itur, tanta confusione & strepitu, ut sint publicæ supplicationes iam ferè conuersæ mulieribus ad ornatum meretricium ostentandum, & uiris ad pascendos impudicos oculos & lubricos: ut nusquam maiorem uideas superbiā, & frequentiore mulorum & equorum concursum, quā dum maiori deuotionis puritate orandus est Deus. Quare B. Paulus uerè pietatis finem prospiciens, ait. *Vt quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate, siue honestate.* Græcè enim legimus; *εὐνομία*. Vide ergo quomodo sit faciēda oratio pro omnibus: singulariter quidem & destinētè pro quolibet, si hoc fieri possit: tum potissimum pro rectoribus populi. Qui enim pro rege orat, etiam pro populo orat, qui aliquo modo in rege est,

& cuius salus magna ex parte à regis salute penderet & religione. Videmus enim corruptis principibus populos labefactari quā facillimè.

Sed contra hoc dictum, uidelicet orandum esse pro omnibus, uidetur sacra scriptura reclamare, quæ nonnullos interdum propter insignia peccata ab orationū fructu excludit: imò ne pro eis fiat oratio prohibet. Nam & Dominus Ieremix dixit: Noli orare pro populo hoc, & ne obstitas mihi: quia non exaudiam te. Et iterum: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et Dilectus: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico ut oret quis. CHRISTVS dixit esse peccatum quod nō dimittitur neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Frustrā igitur pro tali peccatore oraretur. Et item ipse Dominus solummodo pro ijs qui nesciunt quid faciunt orauit. Apostolus non orat pro Alexandro, sed in eum dicit: Reddat illi Dominus secundum opera eius. Pro quibusdam autem alijs ait: Non illis imputetur. Est & regula scripturæ. Si uir in uirū peccauerit, placari ei potest Deus. Si autem in Dominum peccauerit uir, quis orabit pro eo? B. Petrus non audeat Simonī Mago certam uel pœnitentiā & oranti promittere indulgētiam ob eximiam sceleris grauitatem, sed ait: Pœnitentiā age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Et pleraq; alia adduci possunt.

Ut igitur huiusmodi sententijs idoneè possimus satisfacere: fateri debemus ad nos qui pondus peccatorum, & illud Dei iudiciū ignoramus, quo iam despexisse quosdam dicitur, attinere ut omnium salutem optemus, & sic pro omnibus orare oportet ut ait Apostolus, quousq; pateant nobis quæ in contrarium sunt adducta. Pro omnibus ergo, etiam inimicis orandum est. Est nāq; duplex consideranda inimicitia, aut qua parte nos tangit, & dimittere tenemur, quia dimisit nobis Deus cum inimici essemus. Et scriptum est: Dimittite & dimittetur. Et orare iubemur: Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Aut qua parte Deum tangit. Et cum sit Deus ipse generaliter paratus dimittere, nisi (ut dictū est) in quibusdam, quos ignoramus, idè uult etiam generaliter pro cunctis orari, ut possit congruentius dimittere. Ipse enim sic iussit: Orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Non enim uoluntatis eius est mors impij, sed magis ut conuertatur & uiuat. Non obstant autem quæcunq; leguntur uel in psalmis, uel alijs scripturæ locis, ubi uidetur sæpe fieri oratio terribilis aduersus inimicos. Intelligendum est enim ea propheticè dicta esse enunciando quod uident fore ipsi prophætæ: uel ex zelo iustitijs etiam hoc appetendo, quod iustum esse, & iam certo decreto conspiciunt in iudicijs Dei sancitum. Pro excōmunicatis autem priuatum, & priuata oratione licet orare.

Illud magis obstare uidetur quo minus pro omnibus sit orandum: quoniā ut habet ratio prædestinationis, non sunt omnes homines ordinati ad salutem

ad salutē, sed plurimi (ut quidam uolunt) reprobati. Ut quid igitur pro illis oretur, qui adipisci salutem non ualeant, cum non sint ad illam ordinati? Mitto ridicula quorundam commenta dicentium reprobatos à Deo posse salutem adipisci: quia scilicet posset, aut potuisset Deus nō reprobasse. At nos iam constituimus illum reprobasse: & de reprobo quærimus sic existente, an possit simpliciter saluus fieri. Alioquin & de iam damnatis & in inferno existentibus uerum si militer esset, quod posset, aut potius potuisset Deus non damnasse illos. Orandum ergo esset & pro illis: quod est dementis hominis fateri.

Alij ergo asseuerant ea ratione etiam pro non prædestinatis orandum esse, cum prorsus simus nescij quinam prædestinati sint, & qui reprobati. Nec uana futura est nostra oratio: quando quidem si illis non proderit, orantibus tamē proderit: iuxta illud. In quācunq; domum intraueritis dicite; Pax huic domui: Et si quidem fuerit domus digna, pax uestra ueniet super eā. Sin autem non fuerit digna, pax uestra reuertetur ad uos. At hæc certè repugnāt subsequētibus Apostoli uerbis. Hoc enim (ait Apostolus) bonum est et acceptum corā Salvatore nostro Deo, qui uult omnes homines saluos fieri. & ad agnitionē ueritatis uenire. Ecce ergo ad quem finem Apostolus docet pro omnibus esse orandum, nimirum: quia uult omnes homines saluos fieri, ut sic omnibus possit prodesse oratio. Non autem dicit: Si non omnes poterunt saluari, oratio uestra reuertetur ad uos. Quamobrem apertus est magnis & acerbis disceptationibus, ijs qui se extricare nolunt, locus.

Quo uerum sit uelle Deum oēs homines saluos fieri.

Etenim reperiuntur nonnulli qui adduci non possunt, ut admittere uelint hanc Apostoli sententiā uniuersaliter esse ueram ad ipsorum uerborum integritatē. Obijciūt quippe: Si Deus (inquiunt) ita simpliciter & absolute uult omnes homines saluos fieri: Ergo omnes homines salui fiunt. Quid enim eius potētij resistere possent? Sed non omnes salui fiunt: Ergo non uult Deus simpliciter omnes homines saluos fieri. Hoc est argumentum quod tanti faciunt, ut sibi persuaserint insolubile: Quod uehementer admittitur sum. Itaq; hunc locum sic exponunt: Uelle Deum omnes homines saluos fieri, idèst, Nemo assequitur salutem, nisi quem ipse uelit. At hæc glossa uiolenta est prorsus, quæ nulla ratione aut exēplo fulcitur, si rectè cogitaueris, nec sit cum proteruis agendum. Nec eos iuuat quod afferunt: Omnes in CHRISTO uiuificabuntur, intelligentes de uita animæ, ac propterea eo pacto exponentes, hoc est, Nemo uiuificabitur nisi per CHRISTVM. Sed nec est bona intelligentia hæc, nec loci illius propria. Manifestè enim de resurrectione corporis erat sermo: & uniuersaliter erit uerum quod omnes resurgent. Et illam glossam nullo modo ferre potest litera, quæ similitudinem adhibet: Sicut in Adam omnes mortui sunt, ita in CHRISTO omnes uiuificabuntur: In Adam autem uniuersaliter omnes mortui sunt. Itaq; ut stet æqua lanx ex parte

CHRISTI, oportet & in illo omnes ad uitam restitui. Equantur enim in contrarijs illis uitæ & mortis effectibus CHRISTVS & Adam.

Afferunt & alia quædam exempla, quibus istā glossam defendāt, quæ sunt à nobis alijs efficaciter confutata: nec est operpretium denuò repetere. Aliam ergo glossam afferunt ad hunc textum, aientes: Deus uult omnes homines saluos fieri, hoc est, de omni hominum genere, idèst, Iudæis, Græcis, barbaris, aut maribus, feminis, adultis, pueris, liberis, seruis, & huiusmodi uarijs hominū generibus. Sicut dixit Dominus: Decimatis omne olus. Aut sicut dicitur: Omne animal conclusum est in arca, idèst, omne genus siue species oleris, & omnis species animalis. Sed nec placet hæc expositio: quia in exemplis genericum nomen distribuitur per uniuersalem notam, & idè non ineptè distribuitur in suas species. Genus enim primū in species diuiditur. Atqui in proposito sermo est de hominibus, in quos non cadit huiusmodi distributio. Cum enim dicimus: oēs homines: iuxta proprietatē & rigorem sermonis, nullū excludimus. Aut saltem si figurata fuerit locutio, maiorem hominum partem includimus. Quod profectò non esset uerum iuxta hanc positionem, qui uolunt Dominum Deū uelle longè incomparabiliter plures homines in æternū damnare, quā saluos facere.

Est igitur & alia expositio: Deus uult omnes homines saluos fieri, idèst, uult ut nos uelimus quod omnes homines salui fiant. Sic dicitur Spiritus postulare pro nobis, hoc est, postulare nos facit. At si uerū citra passionem amamus, sic exponere non est exponere, sed destruere. Nec est uerum quod Deus uelit nos uelle omnes homines saluos fieri: si uerum hoc sit & nobis exploratum (ut uolunt) quod ipse non uult omnes fieri saluos. Non enim uult Deus nos uelle quicquā contra uoluntatem & determinationem suam nobis notam. Explodenda igitur hæc est, cum alijs eiusmodi, expositio.

Vniuersaliter autem contra omnes istas glossas primò istud facit nimirum: Vbi tanta apparet opinionum uarietas, potest facile coniectari falsitas. Nam nec ipsi qui has glossas commētū sunt, in suis illis glossis possunt conuiescere. B. Augustinus in epistola ad Vitalem, postquam quasdā attulit ex supradictis, cum animaduertisset minus aptè congruere, adiecit: Vel si quo alio modo potest intelligi, dum modo non obstat scripturæ ueritati. Secundo: Quia uanissimo argumento ad has glossas agglutinandas mouentur. Ab eo enim quod non saluantur omnes, deducunt esse falsum, uelle Deum omnes homines saluari: quia Dei uoluntas non potest frustrari. Et non considerant aliter atq; aliter uoluntatem Dei debere accipi. Nam qui peccatum definit esse dictum, factum, concupitum contra legem Dei, oportet ut concedat, si sit peccatum, illud fieri contra uoluntatem Dei. Nec enim essent peccata, nisi essent contra uoluntatem Dei. Fit ergo aliquid, imò fiunt assidue multa, contra ipsius Dei

De intercessionibus sanctorū

Matth. 15.

2. Reg. 24.

Jer. 7.

Ibid. 15.

1. Iod. 5.

Matth. 12.

Luc. 23.

2. Tim. 4.

1. Reg. 2.

Act. 9.

Luc. 6.

Ibid.

Luc. 11.

Rom. 8.



Dei uoluntatem, quibus prouocatus Deus ultionem exercet, & punit contra suam ipsius uoluntatem agentes. Nam si ab initio creaturæ reperere scripturam uoluerimus: Primus homo contra uoluntatem Dei egit. Cain contra uoluntatē Dei fratrem trucidauit. Et ita discurre per scripturam nullo negotio possumus, ubi omnes qui peccauerunt, aperte contra Dei uoluntatem egisse monstrantur. In hoc igitur est multorum deceptio, qui (ut dixi) nō aduertunt Dei uoluntatem aliter esse atq; aliter intelligendam. Est enim uoluntas Dei quædam deliberata, quam uocant beneplaciti: & contra hanc nulla uis & potentia quicquam potest, quominus fiat quod Deus fieri uult. Sed est alia Dei quædam uoluntas, quæ uult nos non peccare: & ideo mandat ne peccemus. Et consequenter uult nos saluos fieri: sed non immobili ac deliberata uoluntate illa, cui resisti non potest. Sed quia ex se præparat omnia ad salutem necessaria, & unicuique pro tempore opportuna, ut si uelit quisque saluari possit, rectè dicitur, Deum uelle nos saluari, si tamen & nos ipsi uelimus. Et bonam hanc eius uoluntatē agnoscimus, dum uocat ad salutem. Nunquid ergo uocat nolens eis conferre salutem? Absit. Conquereretur ille aduersus Ierusalem quæ salutem uocata recufabat. Quoties uolui (inquit) cōgregare filios tuos sicut gallina sub alis, & noluit? Et iterum: Deus nō uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Et Apostolus: Ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Audi uerò in quem reijciat damnationis integram culpam. Tu autem secundum duritiam tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei &c.

Adhæc: Quoniam multi autoritate B. Augustini nituntur, ipsemet non constanter illud per uerò docet: sed longe rectius quibusdam locis scripsit, ut propria disputatione ostendimus. Et omnes alij qui ante B. Augustinū floruerunt in ecclesia, quicquid post uenerunt, in illum benigniorē sensum intellexerūt. B. Ioannes Damascenus, Chrysostomus, Hieronymus, Thomas noster, Caietanus etiam, & multi alij graues doctores.

Denique illud me ualde mouet: quoniam hic locus si uelimus præcedentia cum subsequentibus aptè cohærere, destruit prorsus hanc ipsorum opinionem & glossas. Monet etenim pro omnibus hominibus orandum esse: quia hoc est bonum & acceptum coram Deo. Et addit causam. Quia uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire &c. Expone modo ut isti uolunt, & uidebis tunc rationem hanc, cur pro omnibus orandum sit, nihil prorsus habere uirium ad hoc probandum. Quin obstabit potius ne pro omnibus oremus: quia non omnes possunt fieri salui. Similiter male conueniret quod sequitur. *Vnus enim Deus, uidelicet omnium, sicut alibi declarat: Angelorum tantum Deus: Nonne & Gentium? Imò & Gentium &c. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Vnus enim Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Et B. Petrus*

Non est acceptor personarum Deus, sed in quacumque gente qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus est illi. Ab unitate enim Dei colligitur æqua prouidentia super omnia, quæ idem sibi postulant atq; exigunt. Quod si hæc ratio non esset ualida apud aliquem, cum sit tamen robustissima, adijcitur adhuc & alia.

Quia (inquit) *Vnus & Mediator Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS.* Nota uerba, prudens lector, & quomodo admitti illa intelligentia possit, rogo, semota affectione diligenter pondera. *Vnus (inquit) Mediator Dei & hominum.* Non dicit horum hominum, aut illorum, sed hominum: ut oēs hoc indefinito sermone intelligeres. Quod ut expressius adhuc testificaret, adiecit: *homo CHRISTVS IESVS.* Ac si dixerit: quia homo fuit, ideo suscepit hominum causam, ut quicumque sub hac humana appellatione comprehēditur, ut sit homo salute indigēs, etiam habeat sibi prouisum hominem Mediatorem & Saluatorem. Equidē dum hunc uerborum contextum animaduerto, mihi uidetur Apostolus perinde loqui studuisse, ac si tum negotium illi ad refellendas istas glossas iam exhibitum fuisset. Vide iterum quid addat, si ante dicta non sint satis ad suadendum. *Quid dicit redemptionem semetipsum pro omnibus, pro omnibus, inquit. Quid poterat dici amplius?*

*Cuius testimoniū temporibus suis confirmatū est.* Ne diceret, quō dedit se redemptionem pro his qui iam erant defuncti? Ait fuisse testimoniū huius rei quā dedit semetipsum temporibus suis: quia semel mortuus est ad exhaurienda omnium peccata. In Apoc. dicitur quod Agnus, idest, *IESVS* occisus est ab origine mundi, quod propter effectū intelligitur: quia sanguis *CHRIST*i etiam pro illis ualuit qui præcesserunt. Ideo hic dicit temporibus suis datum hoc diuinæ uoluntatis testimoniū: quoniam & sanguis ille etiam pro damnatis in inferno effusus fuerat, quanquam illis ob propriam culpam non profuerit, qui sanguinem testamenti conculcauerunt & pollutum duxerunt, non sibi applicare uolentes. Potuit enim & eis prodesse, si recipere uoluissent hoc amantissimum & certissimum testimoniū & pignus.

Quod si quis pergat aduersus hanc diuinā bonitatem, & dicat. Cur ergo non omnes salui fiunt, si uult omnes homines saluos fieri? Responso est in promptu: quia illud uult non absolute, sed si & ipsi uelint. Quod si reijciant oblatum lumen & gratiam, & hanc diuinam uoluntatem frustrentur: nunquam hoc erit, quia Dominus quod decens fuit suæ clementiæ ad eorum salutem non præstiterit, sed quia (ut sæpius inculcandum est) jilli fenestram diuino lumini occluserūt. Confitendum tamen est illum non omnibus par auxilium præstare & æqualem gratiam: quia in uno corpore diuersa sunt membra, & diuersos habent actus. Ob eam causam summa Dei prouidentia statuit ab initio quos prædilexit & prædestinauit, quorum nullus perire (ut qui essent *CHRIST*i indiuidua membra decreta) debuit. De ceteris autem qui ad eum gradum non sunt euecti, possunt

possunt quidē perire ac pereūt multi: & ita peristere, ut persistat nō pauci. Quid. n. magis alienū, & cū immensa Dei benignitate sic pugnans, & ratione ipsa nobis à natura impressa, quam ita de Deo sentire, ut uelit tantam creaturarum imaginem & similitudinem suam creaturarum multitudinem ob unius primi parentis crimen in infernū obruere? Hoc ego horrore motus, rem totam particularibus libellis extimulatus sum efficacissimis rationibus pertractare. Et uehementer gauisus sum, cum rescui non paucos excellenti ingenio, ac probitate insigni præditos uiros nostras rationes mirabili assensu complexos: qui & reuolutes accuratius libros Antiquorum, suggesterunt inter alios, hæc nostrā sententiā probari ab Antistite illo, cuius tāta fuit & est adhuc in ecclesia autoritas, ut non alio nomine quā Theologus uocaretur, nec illius sententias auderet quisquam reprehendere. Hic est ille magnus Grægorius Nazianzenus, qui Cæsarij fratris epitaphiū scribens, indicat certò se existimare illum in Domino mortuum fuisse, tamen non esset de præelectis ac prædestinatis. Istud autem inde colligebat: quia uir sæculi fuerat & aulicus. Neque propterea esse desperandum tradit, neque illum reprehensione dignum, quod excellentiorem uocationem non habuerit, quæ propria erat prædestinatorum. Eius uerba in sua lingua hæc sunt:

Greg. Nazienzenus contra massam.

*ὁ ἄξιός μὲν φέρος. φιλοσοφῶν μὲν γὰρ ὅσα μέγιστον τὸ σὸς τῶ και χαλεπώτατον. χαίρει πολὺν τὸ ἐγγίσημα, ἔδὲ ἄλλων, ἢ τῶν ὑπὸ τῆς θείας προκεκλημένων μεγαλονόϊας, ἢ τῶν προσηγμένων καλῶς χεῖρα δίδωσιν. ἔ μικρὸν δὲ, ἔτις τὸν δεύτερον προσήσάμενος βίον, καλοκαγαθίας μεταποιεῖτο. καὶ πλεῶ λόγον ἔχοι θεὸς καὶ τῆς εἰαυτῆς σωτηρίας, ἢ τῆς κάτω λαμπρότητος.* Id est. Nō dignus est reprehensione. Sapienter. n. diuine studere ut est maximū, ita & difficillimū. Neque multorum est hic conatus: neque aliorum, quam qui à diuina illa magna mente sunt prauocati, quæ pulchrè manum dat his qui præelecti sunt. Non parum autem est, si quis secundam uitam sibi proponens, probitatis fit compos: & maiorem Dei & suæ salutis habeat rationē, quam terreni splendoris. Sentis, bone lector, huius gloriosissimi doctoris: claram pro nostra positione sententiam? Nempe uerba clara sunt: unde & alij interpretes illas uoces, Præuocatorū & Præelectorum; ad prædestinationem referunt, explicatissime ea uoce utentes. Et re uera hæc erat mens ueterum Patrum, cui Ecclesiæ praxis semper est attestata: imò qui ecclesiam ipsam ita sentientem sequebantur. Sed sunt qui gratis pugnare & litigare delectantur, quos ego ualere iubeo, & sua frui spinosa opinione.

*In quod positus sum ego prædicator & Apostolus, doctor gentium in fide & ueritate.* Auxit semper sermonem copiosius. Plus est enim esse Apostolū, quam solum prædicatorem: Et plus specialē doctorem Gentium, quam Apostolum simpliciter: quia hoc aliquid speciale & insigne significat. Et hanc prærogatiuam sanctissime & opportunè

extulit ad Galatas, dum se cum B. Petro comparans, ait ita sibi gratiam subministratam celsius inter gentes ad signa & prodigia, sicut Petro in circūcisione. Interposuit autem ad huius rei maiorem confirmationem iusiurandum. *Veritatem dico in CHRISTO non mentior:* quanquam in latinis deest; *In CHRISTO;* sed bene habet.

At hic ex euangelio dubium occurrit. Nōne B. Paulus uidetur contra præceptum Domini uocare se magistrum & doctorem? Ille enim dixit: Vos autem nolite uocari Rabbi. Sed hæc prohibitio in eos intelligi debet locū habere, qui nouam doctrinam introducētes, principaliter sibi magisterium arrogat. Apostolus autē omnino dissimilis, qui in fide & ueritate prædicabat ea quæ acceperat sub summo Magistro *CHRISTO*, qui magis in eo docebat. Et ipse *CHRISTO* gloriā dabat ut soli Magistro. Ob eam causam subiecit illa uerba; *In fide & ueritate;* Et non sicut illi qui ambiunt gloriā magisterij, & de suo capite loquuntur: quales semper fuerunt, & sunt hæretici nostri temporis. Hi enim sibi arrogat magisterium: quia & propria ingerunt, & à semet ipsis, & spiritu mendacij loquuntur.

Nolite uocari Rabbi, quæ sensum habeat.

Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantēs puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cū omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum: sed esse in silentio. Adā. n. primus formatus est, deinde Heua. Et Adā nō est seductus: mulier autem seducta in prauaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

*Volo ergo uiros orare &c.* Volo, inquit, hoc est, iubeo ut sic fiat, & in omni loco. At hoc uideri posset minus cum uerbis Domini conuenire aientis: Domus mea domus orationis uocabitur. Imò & locum magis intimum docet alibi, nempe ut intretur in cubiculum, quo clauso orandus sit Pater cœlestis. Quomodo igitur dicit Apostolus, in omni loco? Responsetur: Vbiunque Deus est, ibi locus aptus orationis est. At ille ubique est: ergo ubique orari potest. Et nihil officii decentiam seruandam omnino quis negare potest? Sunt quædam prophana loca, quorum impuritas prohibet ibi orationem, præsertim publicam, fieri. Nam & ipse locus etiam debet esse sanctus & separatus. Reddit autem locū prophanium, si dicatus sit Idolis & falsis Dijs: aut si esset caupona & prostibulum: aut locus peccato dicatus & turpitudini, & ludis, scenis, nūdinis &c. Et si

De loco orationis. Matth. 6.

Esti. n. B. Agnes in lupanari posita orauerit non obest. Nam sua sanctitate & martyrii iam capiti merito sanctificauit locum. Cui obscurum est, quomodo Dominus ab initio certum elegerat locum sanctum ad cultum, nempe Ierusalem: quæ ob istam causam dicta est ciuitas sancta. Eo namque tempore totus mundus idolorum cultura prophanatus erat. Nec tamen ob id solum: sed insuper ob futurorum significatione: quia in ecclesia tantum futurus erat locus orationi, quæ per Ierusalem significabatur. At postquam uenit Redemptor, & extra ciuitatem fudit sanguinem, mundata sunt penitus omnia. Et ob eam causam Samaritanam erudiens: Veniet hora (inquit) & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & ueritate. Deus spiritus est, & qui adoratur eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Quare adorare modo in Ierusalem potius quam alibi, cum sint omnia per CHRISTVM sanctificata, superstitio est. Intrare autem in cubiculum non iubemur propter locum, sed ut fugiamus aspectum uulgi & strepitum, & attentæ orationis impedimenta, & item propter inanem gloriam: quæ omnia in priuatis orationibus locum habent. Alioqui templum Dei est publicus orationis locus. Dixit ergo Apostolus; *In omni loco*; ad Iudaicam superstitionem extirpandam, qui nullam uim orationi tribuebant, nisi ei soli quæ Ierosolimis tantum funderetur. Neque tamen sic laxat facultatem hanc B. Paulus, ut cum fieri potest, non sit longè fructuosius, & Deo gratius in templis consecratis orare, quam alijs locis. Nam oratio ardentius excitatur, & facilius citiusque à Domino exauditur. Quis enim uir pius non moueatur tenerius apud sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum supplex orans, quam si domi resideret à tanto Memoriali remotior? Nonne & Apostoli peculiarem huius exercitij locum habebant. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ut orarent, ait scriptura. Et nedum loca, sed & ipsas horas statas obseruabant. Hæc omnia optimè sunt ab ipsa Matre ecclesia ordinata: utinam ita obseruarent ecclesiæ filij. Melius sanè nobiscum ageretur, & sanctius uiueretur.

*Leuantes puras manus*; ut innocetiam intelligas esse comitem orationis. Nam oratio furis, & sacrilegi, & adulteri, & talium, quantum ualeat si non sit cum poenitentia, facile est intelligere consideranti an sit iustum ut aliquid impetrare debeat offendens ab offenso, quoadiu in offensione persistit; nisi uelit ab offensa recedere, & ueniam supplex implorare: Addit.

*Sine ira et disceptatione*. Oratio enim pacatum animum exigit erga proximum. Vnde exigit dimissionem: quia non est iustum dimitti uelle, & dimittere nolle. In oratione Dominica continet hac conditione petitio: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ideo ait; *sine ira*; idest, sine appetitu uindictæ; & *disceptatione*; Disceptationem uocat illam in animo altercationem, quæ facit qui iniuriam ponderat accusans alterum, sequitur iustificat: ut acci-

dit in his qui animi indignationem ferunt.

*Similiter & mulieres in habitu ornato &c.* Apostolus uult similiter mulieres in omni loco orare, congruo tamè (ut dictum est) sed in habitu ornato. Græcè κομμη, idest, decenti & mundo. Et hoc pudicè & sobriè, idest, temperatè; non in tortis crinibus; Falluntur qui hoc B. Pauli præceptum putant ad tempus fuisse in primitiua ecclesia: quia tunc mulieres quæ se Christianas profitebantur, huiusmodi lenocinia ab se abdicabant tanquam superflua & uana. Non consideratè dictum est: quia hoc ad exigentiam christianij status requirebat Apostolus, qui exigitur omni tempore. Et hoc magis præcipi debuit isto tempore, quando non sit, quam illo quando (ut ille dicit) hoc sua sponte mulieres faciebant. Imò aliquid quadam conniuentia relaxari debuit de eo quod fieri decebat, ne seueritate nimia minus allicerentur ad fidem & cultum Dei ueri. Nam multa tunc condonabantur ob istam gratiam, ut patet circa matrimonia & cibos: quia adhuc multi erant infirmi in fide, suauiter ablauctandi.

Sed instant aliqui, & B. Cæciliam proferunt in medium, quam aiunt aureas gestasse uestes. Sed quis istud tam facile crediderit? Quis unquam uestes aureas gestasse legitur? Fortè aliquo modo auratas. Faciebat autem illud in uito animo & nolenti, ut credendum est, & ea adhuc ætate quum sui iuris non esset, cumque tantisper adhuc erat dissimulandum, ne fortè sui unius occasione tota familia à persecutoribus fidei detrimentum magnum pateretur. Cum dies aduenit martyrii, declarauit quanta delectatione ea omnia ferebat. Adde & illam sanctissimam uirginem potius ad primitiuam ecclesiam pertinuisse in recenti illa Gentilium ad fidem conuersione, qui ea norma tractandi erant, qua & CHRISTVS discipulos suauissime regebat, non imponens perfectiora ieiunia, ne assutus ueteri panno nouus rumperet indumentum. Multa tolerantur ab initio, quæ homines sponte sua reijciunt, uel remissione usu disuuntur, ut in noxijs amicitijs & ianibus fieri uult prudentia. Et reuera Apostolus communè ponebat legem mulieribus, non reginis & sublimioribus personis. Tametsi nec illas ab hac lege (ne sibi falso & perniciosè blandiantur) excipit, si rectè intelligatur. Præcipit enim mulieribus ea uerecundia & honestate indumentorum esse utendum semper, sed tum potissimum cum ad ecclesias orandi causa se conferunt, quæ admodum B. Chrysostomus docet, qui egregiè reprehendit istam mulierum corruptionem. At hodie (proh dolor) nusquam se ad luxum ac superbiam maiori anxietate ornant, quam dum se coram Deo offerre (si tamen sit offerre) præparant.

Sed ne uideamur seueriores, placuit ipsius B. Ioa. Chrysostomi sanctam in hunc mulierum ab usum increpationem afferre, ait: Quid dicis? Deum oratura pergis, & ornamenta aurea circumfers, flauosque crines, & ipsos auro compositos? An saltatura ad ecclesiam pergis? Nunquid hic nuptias & lasciuia oblectameta conquiris?

Num

Num ut spectaculum tui præbeas aduenisti? Nunc tibi nunc instruendus est thalamus: illic nempe monilia: illic ornamenta aurea: illic ornatus crinium: illic pretiosa uestis locum aliquando forsassis habeat. At nunc nullo tibi huiusmodi ornatu atque apparatu opus est. Accessisti ut Deum pro peccatis tuis suppliciter depreceris, ut tuis in illum sceleribus ueniam cum gemitu ac lacrymis petas. Accessisti ut Dominum tibi propitium facias: quid te ipsam ornari improbo atque intemptiuo studio contendis? Non est iste supplicis habitus. Quo enim pacto ingemiscere potes ac lacrymas fundere, atque intèntissimè (ut decet) orare, quæ eiusmodi ornatu compta procedis? Nunc et si lacrymas fuderis, risum cernentibus huiusmodi lacrymæ mouebunt. Neque enim auro amicta debet incedere, quæ lacrymas pro peccatis profundere intendit. Est enim potius scena quædam atque simulatio, si ex eodem animo ex quo tanta sumptus magnificentia tantaque ambitio prodijt, inde etiam profundi lacrymas uiderint. Amputa omnem huiusmodi simulationem: circuncide abs te omnem illum scenæ atque histrionum gestum. Deus profectò non irridetur. Ista mimis & saltatoribus relinquenda sunt. Sobriæ atque ornatae mulieris nihil eiusmodi congruit; *Cum uerecundia*, inquit, & *pudicitia*. Noli igitur eas imitari quæ meretricio feruntur incessu.

Et ita hanc uanitatem persequitur dulcis ille Doctor, & merito. Nonne prudentiores sunt in sua generatione mendicij, inopes, & uulneribus, membrorumque mutilationibus affecti homines calamitosi, qui adhibent ad commiserationem mouendam eiusmodi artem, ut nedum mala contegant, sed importuna uoce explicent, quò transeuntium possint opibus iuari. At nos coram summo Medico Deo ita nos gerimus, ac si nulla animæ uulnera, nullas peccatorum sordes haberemus, sed diuites simus: & non uidemus nuditatem nostram. Miror sanè prudentiam maritorum qui ab uxoribus sese, quò illis placeant, ornare fingentibus, tam facile seducuntur, non considerantes quot procorum oculi conspiciantur. Neque enim uiris cedunt in concupiscendo mulieres. Nunc si qui ieiunij se affligunt & carnem castigant, & orationibus uacant, occasionesque fugiunt, non possunt tamen fugere quin sexus discretionem sentiant, quid de his iudicandum quæ oleum igni addunt? Qui mihi non credunt, recurrant ad Isaiam, & ponderat quæ seuerè Deus immodicum ornatum ulciscatur. Imò uerò non erit alienum uerba ipsa hinc afferre, ut & concionatores, & qui audiunt confessiones non tam facile istud peccatum dissimulent. Etenim si Deus naturalibus ramis filiabus Sion non pepercit, nec ramis quondam oleasri ignoscet, ait Isaias. Et dicit Dominus: Pro eo quòd elatae sunt filia Sion, & ambulauerunt extento collo: & nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: Decaluaabit Dominus uerticem filiarum Sion: & Dominus crinem earum nudabit. In die illa aufe-

ret Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas & torques, & monilia & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, & murrenulas, & olfactoriola, & in aures. Et anulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linreamina & acus. Et specula, & sindones, & uittas & teristra. Vide quàm diligenter dignatus est per illum prophetam Dominus exprimere omnem mundum muliebrem, quem ipse auersatur, & seuerè minatur sublatum iri: quod ad magnam ignominiam satis esse uideri poterat. Et tamen non sedatur Deus his ablatiis superbiam spolijs, nisi & superbo ornatui succedat maxima turpitudine, addit igitur: Et erit pro suaui odore, foetor: & pro zona, funiculus: & pro crispanti crine, caluitium: & pro fascia pectorali, cilicium. Pulcherrimi quoque uiri tui in gladio cadent: & fortes tui in prælio. Et moriebunt atque lugebunt eius portæ, & desolata in terra se debet. Hæc Dominus per prophetam.

Hæc lectio uanis mulierculis est cantanda, & ea omnia quæ ueram humilitatem promouent: non aut tradendi sacri libri, non proponenda de fide & iustificatione, libero arbitrio, prædestinatione quæstiones. Hæc à nobis scribi debent animosè, qui tantam regnare uidemus uestrium pompam, & oculorum lasciuiam, ut sint ecclesiæ theatra (bona pace honestarum matronarum sit dictum) procorum & luxuriantium. Nam quas præces fundere, quos gemitus potest, quæ ita pomposa pergit & ornata, ut non ad ecclesiam, sed ad nuptias & tripudia uideatur inuitata? Longè aliter uixerunt sanctæ mulieres etiã ueteris testamenti, quarum exemplo Princeps Apostolorum uirtus, ut dulciter honestas mulieres ad sanctam æmulationem alliceret, cuius uerba hæc sunt. Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis: ut & si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore castam conuersationem uestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic. n. aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo ornabant se, subiectæ proprijs uiris &c. Summus omnium parens Deus noster post lapsum primi parentis nos nostri status commonefecit: & quæ decerent uestes, quibus se exules tegi deberent, docuit, dum uestes pelliceas confecit primis patribus, statum indicens mortificationis & luctus à nobis assumendum, non risus & deliciarum tantarumque uanitatum. Audiamus Apostolum quid requirat à sanctis mulieribus post repudiata illa ornata lenocinia, ait.

*Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona*. At quæ pietas potest esse absque luctu? Quid autem sine pietate Deo placebit unquam? Lugere igitur obligamur si Sponsum uerè amamus, eique absenti & nobis sublato fidem seruare uelimus illam. Stat post parietem uo-

lens interim probare Deus absconditus, quos habet ueros amatores, & regio tandem thalamo dignas sponfas, & hoc per opera bona. Nam qui seruat mandata ille est qui diligit, non qui solum credit. Et hic locus contra Lutheranos pietatis opera nihili pendentes, quibus sola fides ad iustificationem suppeditat omnia: ita ut eorum mulieres possint liberè se polire, & indui purpura & bysso. Hæc enim non nocebunt, modo fidem teneant. At alia est Apostoli doctrina; Per opera bona, inquit, promittentes pietatem. Ut autem nihil relinquamus intacti, Scimus positum esse apud Scholasticos in controuersiam, Sit ne peccatum mortale mulieribus, quæ se plus quam par sit ornant. Quo uitio omnes fermè implicantur christiani orbis mulieres. Et si quæ huic uanitati defunt, id non uoluntas efficit, sed quia per facultates domesticas non licet. Qui hac de re dubitant, malæ causæ perniciosi mihi uidentur patroni. Quotquot enim Sanctorum libros legerim, omnes magno consensu huiusmodi abusus uehementet insectantur, in quibus non unum peccatum tantum uiget, sed plurima: inest superfluitas, uanitas, impudicitia, inanis gloria, libidinis incentiuum, contemptus proximi, interitus pauperum, pessimum à matribus ad filias, & ad filiarum filias transfusum exemplum. Inde excrescunt in immensum dotes, ut multis parentibus repente canos & rugas ante legitimam caniciem hæc cogitatio acceleret. Nam uicinorum æmulatione dum nullus ab alio patitur se superari, multas (alioqui mediocriter fundatas) familias uidimus corruisse.

Mulier in silentio discat cū omni subiectione &c. Lingua, & qui per linguam habetur sermo, præcipuū est doctrinæ instrumentū. Qui igitur præest, dicere debet, & docere. Qui uerò subditus est, audire, discere, & filere. Mulier ipsa subdita est uiro: discat ergo in silentio, nimirum in humilitate. Sic scripturæ hac uoce utuntur. Et in omni subiectione. Nulla enim ratione permittitur ei docere; aut dominari: sine auctoritatem sibi præsumere, in uirum. Hic locus manifestè de coniugata intelligitur. In eundem sensum quo aliàs legitur. Mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Obiter tamen aduertendum (ne cuiquam fiat iniuria) Et si nullo modo sit cuiquam mulieris officium docere, si qua tamen mulier singulari Dei gratia esset dotata (Deus quippe est omni lege solutus) quæ hoc præstare, quando opportunū uideretur, ualere, minime esset impedienda, præsertim prophetiæ donum habens, quin liberè loqui ei licitum esset sicut de Oldam legitur & Dabora quæ iudicabat populum israel, quemadmodum in libro Iudicum clarè habetur. Nonne & Apostolus ipse monet si cui fuerit reuelatum prior taceat.

Scimus enim gloriosam illam, & unam ex CHRISTI sponfis charissimam sponfam B. Catherinam Senensem docuisse olim, & conciones magna cum laude etiam in publico summi Pon-

tificis confistorio habuisse. Hæc tamen non sibi usurpauit tanquam ex officio ad se pertinerent: sed cum bona uenia ipsius CHRISTI Vicarij, qui optimè in illa recognoscebat uerū inesse Dei Spiritum, & charitatis ardorem ad ædificationem ecclesiæ datum in illis turbulentis temporibus, quando schisma uigebat. Et Deus optimus & sapientissimus eligere solet infirma mundi, ut fortia quæque confundat. Ista tamen sunt rarissima, & quæ in exemplum trahi minime conuenit. Vnum illud Immaculatæ Dei MATRIS exemplum plus quam satis omnibus mulieribus esse debet, quæ cum omni sapientia, doctrina, prophetiarum donis cumulatissimè esset (ut pietas Filij erga Matrem postulabat) dotata, nunquam tamen in Euangelistis legitur in ecclesia docuisse, hoc tantum: MARIA autem conseruabat omnia hæc conferens in corde suo. Nō tamen est uillo modo dubitandum, quin & ipsi Apostoli & Euangelistæ multa didicerint ab ista primaria Sponfa, quæ eisdem reuelauit de toto incarnationis mysterio, quæ Deus per illam tanquam fidelissimam testem manifestari uoluit. Quis enim Filij amator non fuisset delectatus omni hora pendere à MATRIS Dei uberibus, & audire illam quæ Angelos (ut sancti docent) uincit puritate & sapientia & gratia?

Adam enim primus formatus est, deinde Hæua. Et Adam non est seductus. Hic ab Apostolo adiungitur ratio, cur potius in silentio discere, quam publicè docere teneatur, nimirum à primo antiquo peccato, quando se permisit à serpente seduci. Semel enim loqui uoluit, & oia peruertit. A muliere (inquit scriptura) initiū peccati, & per illam omnes morimur. Vir quidem ipse non fuit seductus, cuius dignitatē inde probat, quia scilicet primus formatus est, deinceps mulier. Argumentatur autem merita pœna plesti mulierē, quæ tanta leuitate à Dæmone uicta est, cui nimum faciles præbuit aures. Virū autē non est ausus adorari callidus, ne repulsam pateretur, et uictoriam optatam amitteret. Itaque mulier quæ perniciosissimè docuit, debuit à uiro discere, ne ulterius tanquam una de stultis mulieribus, ut B. Iob uxori obiecit, loqueretur.

Porrò contra utranque rationem occurrere potest huiusmodi quæstio: Colligere nanque aliquā inde dignitatem, quod prius aliquid creatum sit, non uidetur admodum efficax & ugens argumentum. Nonne ipse homo formatus est post reliquas creaturas & omnia animantia, quibus tamen dignitate longè antecellit? Dicimus igitur aduertendum esse, dici aliquid primum duplici consideratione, intentione scilicet & tempore. Quod intentione primum est, dignitate quoque primum est. At quod primum tempore, non semper: Sed ita demum, si clarè pateat non esse creatum propter illud quod subsequitur. Exemplo illustremus: Creatura sunt prius elementa, & animantia rationis expertia, quam homo. Clarissimum autem est propter hominē esse condita, ut inueniret homo ea parata, in quibus

Ecccl. 2. 5.

Quo ab origine rei licet dignitatē colligere.

bus confisteret, & quibus præfesset. Scriptum est enim, Faciamus hominem ut præsit. Prius itaque oportebat esse & locum ubi conderetur, & terram ex qua, & cætera quibus præfesset. At in his quæ uideri possent non habere hunc ordinem, quodcumque primò creatum fuit, dignius fuit. Primò enim creati sunt Angeli quam homines: & prius cælum quam terra: primum sol, quam luminaria cætera: & primò uir quam mulier. Quin & illud obserua, mulierem ex uiro tanquam ex principio productam. Quodcumque autem ex alio est, si unius sint speciei, auctoritate quadam & originis prærogatiua exceditur, præsertim si qua alia ratione differant: Hoc Apostolus alibi ponderauit. Non enim uir ex muliere, ait, sed mulier ex uiro. Neque uir propter mulierem creatus est, sed e conuerso, mulier propter uirum. Vnde consentaneum optimo ordini, ut uirum pro capite recognoscat mulier, quemadmodum & uir pro capite CHRISTVM uenerari debet.

Secundò, Mulierem fuisse seductam, non autem uirum quomodo à scriptura probabimus? Apparet. n. quod uir comedit sicut & mulier, licet illa prior. Satis esse hoc testimonium Apostoli debet: qui & alibi dixit. Timeo ne sicut serpens Hæuam seduxit astutia sua &c. quanquam de seductione mulieris constat in scriptura, quæ docet Hæuam ad suasionem serpentis quiescisse: & ipsamet se coram Deo excusans fatetur se fuisse seductam, aiens: Serpens decepit me, & comedi. Adam uerò non ita respondit, sed in mulierem culpam reiecit, imò in ipsum Deum infelix. Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Satis ergo colligitur de scriptura seductio mulieris, & non uiri. Verum ulterius quæret aliquis. Nam hoc ipso posito, nō patet adhuc iure propterea colligi, debitam mulieris ad uirum subiectionem. Seductio enim, quæ errorem parit & ignorantiam, peccatum solet nedum grauius exaggerare, sed extenuare potius, & plurimum ad misericordiam offensi animi flectere. Nōne Apostolus fatetur sibi ignotum fuisse propter ignorantiam? Itaque uir ipse uel ex hoc potius sub muliere constitui debebat, à qua erat superatus: sicut ambo sunt sub Diabolo constituti: quoniam ab eo superati sunt. Respondemus, seductionem illam magis culpabilem in illius perfectione status extitisse, ut quæ à maiore concupiscentiæ affectu, & suspensiu amore erupit. Vnde ortus est præcepti diuini contemptus: imò & uerbo diuino perfidia derogatū est. Nam dicenti Domino: Quodcumque comedetis, moriemini, non credidit summæ Veritati. Credidit autem Diabolo serpenti mēdacionum patri contra Dei sententiam dicenti. Nequaquam moriemini. Vir autem uelut qui febre æstuat, amore uxoris pellicientis comedit pendē inuitus. Certò enim sciebat hanc præcepti præuaricationē displicere Deo: & culpæ huius ream stultissimè uxorem constituēbat, ut postmodo expressit. Decuit igitur ut mulier ei subderetur, à

quò se auertendo peccauit. Fateor quidem secundum peccati meritum debuisse uirum ob insignem stoliditatem subdi mulieri, cui paruic. Sed hoc si non instaurasset eos Deus, peccatum dimittens in CHRISTO, & nouum statum merendi non præparasset, in quo oportebat rē reducere ad conuenientem ordinem. Decet autē & bonum est, ut mulier subdatur uiro. Propterea dum nouum pactum statuere uoluit, hoc dictum est in illam: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quod igitur prius in antiquo pacto ob uiri dignitatem (licet longè fuisset minus: quia sociata erat uerius quam subiecta uiro mulier) auctum postea fuit ob suam specialem culpam, & facta est subdita, non tamen ad modum ancillæ, quæ ut iumentum quodam modo seruit. At uxor ad opera carnis, & domus erectionem, & gubernationem domesticorū seruire debet uiro, & ad imperium eius ministrare illi & domui. Sic & in spiritualibus: uir ita in ecclesia debet à prædicatore addiscere, ut potis sit & mulierem docere domi.

Nunc uelim mihi respondeant qui uolunt omnes posse scire & docere scripturas. Manifeste exclusam hinc uides mulierem, quæ tenetur sub uiro discere. Dicit quispiam: At in CHRISTO non est masculus neque femina. Vnde uidetur omnis differentia sufferrī. Respondetur paucis, istud nimirum quantum ad finem uerum esse, quia neque masculus feminæ præponitur, quin possit & illa ad felicitatem in CHRISTO contendere: interim tamen quilibet in suo ordine & fratu, donec illa ueniat dies quæ neq; nubet neq; nubentur. Et ne dixeris: Si Deus per CHRISTVM illi peccato pepercit, cur adhuc ea pœna mulierem plestit ut subiaceat uiro? Neque enim ita sancitum est ut satisfaciatur peccato, quod satisfactione CHRISTI sublatum est, sed ut mereretur in ea subiectione per humilitatem & taciturnitatem, quæ per animi elationem, & lubricam linguam lapsa est: quia & in CHRISTO non sine merito quisquam obtinere potest palmam: idè sequitur.

Saluabitur autem per filiorum generationem. Verum mox oritur dubium: quoniam uidetur hic uirgo & sterilis mulier à salute præscindi, cum dicat mulierem fore saluam per filiorum generationem. Imò uirgo potius ab hac sententia libera esse declaratur. Nam B. Paulus manifestè de his quæ coniugio iunctæ sunt loquitur. Vnde non excludit alias à salute, quæ meliorem uitam elegerunt, ut sint sanctæ mente & corpore, & totæ seruiant Deo. Sterilis autem quæ non parit, affectu saltem meretur: & quia se re ipsa subdit uiro, ut generet Deo quantum in se est. Verum addit. Si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Quidam hoc referunt ad filios. Alij ad mulierem & uirum. Sed nunquid pendet mulieris salus ex uiri fide, aut filiorum? B. Augustinus mysticè exponit, per filiorum generationem, id est, per opera bona. Ego uerò existimo Apostolū de ipsa muliere loqui, quæ saluabitur

Quo mulieres discere debent.

104. 14.

1. Cor. 14.

Iud. 4.

De B. Catherina Senensi.



fitamen permanferint, uidelicet ipſæ mulieres. Nec eſt locutio incongrua: quia ibi uox illa; *Mulier*; uice collectiui nominis eſt, ſub quo plura indiuidua continentur. Sic enim dicitur; Turbaruunt. Nec eſt nouum Apoſtolo tranſire (non abſq; cauſa tamen) de numero in numerum figuratiter. Sic & aliàs dixit. Inſtaurate huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tuerentis. Vt quilibet ſibi uni dictum acciperet.

Gal. 6.

Sed alia quæſtio eſt: Quomodo ueniat illi ſalus per filiorum generationem, quod opus eſt naturale? Reſpondendum: quia in huiuſmodi natura patitur, in utero, in pariendo, in educatione. Quæ omnia ad meritum & ad ſalutem illi proueniunt, ſi tamē in fide faciat: Alioqui quod non eſt ex fide, immundum eſt; Et dilectione; Fidei ſolet communiter adiungere dilectionem. Nā ſi des per dilectionem operatur; Et ſanctificatione; Addit & ſanctificationem, id eſt, mūditiā quādam quæ ex fide eſt, ut ſint aptæ ad producendum Dei ſeruitio liberos. Nam filij ex huiuſmodi ſanctificatione mundi ſunt. Contra autem infidelium filios ob paternas ſordes eſſe immun-dos teſtatur ad Corinth. Addit; *Cum ſobrietate*; id eſt, moderatione in ornatu & moribus, de quibus ſupra copioſe egimus.

1. Cor. 7.

## CAP. III.



**F**IDELIS SERMO. Si quis episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatū, pudicum, hospitalem, doctorem: non uinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum: sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & laqueū Diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum: & sic ministrent nullum crimen habentes.



**F**idelis sermo. Hoc deberet aptari superioribus, & ita aptendū esse docet B. Chrysostomus. Hæc enim materia digna est quæ persuaderi omnibus tanquā uerax & fidelis debeat. Quoniā uerò ecclesiā Episcopis indigebat, quos

iam creati Episcopi eligebant ipsi, uel si erant à plebe electi confirmabant, quales saltem deberēt eligi nunc declarat aienſ. Si quis episcopatum desiderat, bonus opus desiderat. Opus, inquit, bonū: quod eſt ſuperintendendi & regendi alios. Ex hoc concludit quidam episcopatum desiderare ex proprio genere nullum eſſe peccatum: quia eſt desiderare præclarum opus. Hoc eſt enim ſuperintendere. Sed aliud eſt (inquit) desiderare gradum, honorem, prouentum, & huiuſmodi. Nihil ſiquidem horum eſt opus, nedum ut ſit opus bonum. Sed mirandum eſt, ſi hæc debite conſequantur opus, & mihi liceat primum deſiderare, id eſt, opus, cur non & ſecundum, uidelicet honorem, prouentum, & alia huiuſmodi conſequenter tamen? Nec uerum eſt quod deſiderare opus bonum ex officio, ut ſignificat iſta uox; episcopatus; ſit licitum: quia aliud eſt eſſe deſiderium boni, aliud eſt eſſe deſiderium bonum. Nam deſiderium bonum non poteſt eſſe peccatum. Deſiderium autem boni ſæpe eſt peccatum, cum bonum illud quod deſideras, non bene deſideras, non pie, non prudenter. Angelus ille, & primi parentes deſiderarunt quidem bonum aliud quod appetentes nescio quid diuinum, ſed non bene. Conſideranda eſt autem hoc in loco intentio Apoſtoli, utrum ne hoc dixerit ad animandum homines ad hoc deſiderium, quod quidam putant: quia tunc erant pauci Chriſtiani qui uellent præeſſe. An potius ad deterrendum, ut pote qui oſtēdat episcopatum eſſe quidem præclarum opus, ſed non leuiter à quouis expetendum, declarans munia eius: quod uerius exiſtimo. Voluit ergo docere eos qui hoc deſiderio accenduntur, ut diligenter ponderent quanta ad hoc munus pro dignitate obeundum exigantur. Verūm multi nunc ſunt, qui ut in prouerbum uenit, iam non episcopatus deſiderant opus, ſed opes. Et ideo quæ ſubdit Apoſtulus nihil curāt. Sed curabit Deus ipſe, & flagellis duriffimis & ſempiternis onerabit ambitioſos.

Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse. Dicit; oportet; ut quæ ualdē neceſſaria ſunt tradat, ſine quibus uix dici Episcopus ualeat, & non ea quæ omnifariam eum ornarent. Ait; igitur; id eſt, ex eo quod habet Episcopus id curæ atq; operis ſcilicet intendēdi alijs, oportet eū eſſe primū irreprehēſibilem. Nā hoc maximē decet, ut qui præpoſitus eſt ad reprehendendum alios, ipſe irreprehēſibilis ſit. Dominus enim dixit. Ecce prius trabem de oculo tuo &c. Quo in loco reprehenditur (ut alijs intelligunt) qui in alijs minorā reprehendit, cum ipſe maioribus obnoxius te-neatur. Aut fortē ſic loquitur de eodem peccato Dominus, ut declarat idem peccatum quod eſt feſtuca ſubdito, eſſe trabem Præſbitero, in quem omnes omnium oculi cōſpiciuntur, & quem pro ſpeculo & exemplo ſuſpicere debeat plebs. Et uerē ita eſt: quia gradus altior & exempla mirum in modum peccatum exaggerant. Illud tamen notandum, ſatis irreprehēſibilem eum dici qui non habeat crimina, & uitia notationi patentia: Nam

Mat. 7.

Nam humanis quibuſdā imperfectionibus quis tam ſpiritualis inueniri poſſit, qui eis careat?

Vnius uxoris uirum. Non iubet ſic reipſa eſſe, ita ut non poſſit eſſe Episcopus, niſi habeat unā uxorem uel habuerit: ſed hoc requirit, ut ille qui fuit maritus, non plurium, ſed nuius fuerit. Neq; de uxore quam tunc habeat, cum ſit Episcopus: ſed quam habuit ante episcopatum loquitur, ut quidam uolunt. Poteſt tamen etiam de habente uxore in episcopatu loqui. Nā B. Dionyſius cum Damari uxore baptizatus eſt. Sed perſuaſiſſimum habeo nullam cum ea prorfus cōmixtionem poſt episcopatum habuiſſe. Nec in lege chriſtiana cuiquā licitum unquā fuit, duabus eodem tempore copulari: niſi fortē Iudæis ad cordis duritiā & ad tempus, ut ait B. Chryſoſtomus. Et propter Iudæos id fortē dictum eſt, quod ſaltem digami arcerentur ab episcopatu. Verūm hæc licentia ſtatim ſublata eſt, adulta eccleſia. Syricius Papa in Louinianū in hunc modum interpretatus eſt hunc locum, ut digamia intelligatur prohibita eſſe Episcopis, nō eodem tempore (quoniā hoc nulli licebat) ſed ſucceſſiue. Sic & B. Hieronymus & alijs multi exiſtimarunt; & ipſe uſus huic interpretationi ſemper fauit, quemadmodum & ratio ipſa, & tanti muneris rectē obeundi decentia per ſe iure optimo ut dignē tractaretur poſtulabat.

Sed hęc quæritur ratio huiuſmodi apoſtoli ci ſtatuti. Et quid ſi ante baptiſmum habuerit quis duas uxores, an poterit Episcopus fieri? Hoc maximē defendit B. Hieronymus, & cōtrā dicētes tanquā hæreticos uehementē impugnat. B. Auguſtinus, cui conſentit eccleſia per decreta, contra hanc ſententiā concludit. Et iſta ratio eſt: quia licet peccatū tollat baptiſma, non tamen tollit factum, unde habentur ſigna quæ obſtant ſacerdotio. Digamia enim non gratia peccati, ſed ſigni potius impedit episcopatum & ſacros ordines. Nam matrimonium ſignificat copulam CHRISTI, quæ eſt unius cum una. In eo uerò qui fuit digamus, hoc ſignum propter incōtinentiam contaminatum eſt: quoniā duabus coniunctus fuit, aut uni quæ duobus: quam obrē irregularis factus eſt. Hanc ego rationem non improbo. Illa tamen longē fortior mihi uidetur: quia non eſt habendus bonus ſpiritualis Sponſus, qui non ſeruauit in carnali decentiā, & ſignum maculauit repitis ſecundis nuptijs: quod uitium poſt baptiſmum etiam manet. Non enim tollitur talis indecentia, quæ ſequitur perſonam ipſo baptiſmo. Nam ſecundæ nuptiæ uel apud ipſas quoq; gentes odioſæ fuerunt ſemper. Lege paganos autores, & B. Hieronymum in Iouinianum. Sed quidam irreligioſi irrident huiuſmodi irregularitates & nihil æſtimant, ignorātes ſacramenta & ſpecioſam eccleſiæ faciē, quæ requiritur in oculis Dei & Angelorum: ut omnia inueniantur compoſite & ornate ſe habentia. Poteſt tamen in huiuſmodi Pontifex diſpenſare, & facilius cum ſubdiaconis & diaconis. Non enim eſt ius diuinum quod Apoſtoli ordi-

narut, ut nequeat illud Pontifex ex magna cauſa mutare. Sed longē aliud eſt (meo iudicio) Pōtifi cem diſpenſate poſſe: Aliud hoc totum tollere. Non enim poſſet hoc poſtremum. Diſpenſare autem & in quibuſdā, quæ diuini iuris ſunt, nō putarem Pontificem prohiberi. Nam ut ait B. Thom. maximē intereſt etiā inter ea quæ ſunt diuini iuris. Quædam ſunt quæ tanquā principia oportet eſſe immutabilia, ut non recipiāt ullam diſpenſationem: quoniā non poſſunt ulla de cauſa reddi bona & toleranda. At quæ à principijs diſtant, & ex circumſtantijs poſſunt uel honeſtate permitti, uel tolerari: hæc ſunt quæ recipiunt diſpenſationem. Proferamus exemplum iſtud: Non eſſe honorandos parentes, cōtra legē quaſi contra principium pugnat. Et hinc uenit ut inter parentes & liberos non ualeat ullum eſſe matrimonium. Hoc autem extenditur pariter ad alias perſonas conſanguineas. Sed exiſtere cauſæ poſſunt & circumſtantiæ, quæ reddent in his perſonis coniugij diſpenſationem rationabilem. At inter liberos & parentes, quæ cauſa aut quæ ratio poteſt eſſe ſatis, ut naturalis & abominabilis turpitudine honeſtē tegatur?

Sobrium. Græcè *νηφάλειον*, id eſt, uigilem, ut quidam uolunt. Hęc affinia ſunt. Ex ſobrietate enim & abſtinentia alitur uigilia; Prudentem; ſiue temperatum, ſeu modeſtum, aut frugi; Ornatum; decenti quadam morū munditia, non ſericis aut pompoſis uestibus & ſupelleſtilibus. B. Auguſtinus dicere ſolebat: Fateor de pretioſa ueste erubefco, quæ cum datur, uendo eam: ut quoniā uestis communis eſſe non poteſt, pretium ſit cōmune. *Hospitalem*. Hoc maxime Episcoporum eſſe debet, ut colligant peregrinos & pauperes ſanctos Dei. Sic enim à principio faciebāt: quod eſt eorum proprium qui excellentiorem proficētur charitatem. Eſt uirtus tanta & eoſque Deo grata, ut mereatur Angelorum commercium, teſte ipſo Apoſtolo ad Hebræos; *Doctorem*; qui ſciat docere, non qui indigeat diſcere: ſed qui actu doceat plebeculam ſuam; *Non uinolentum*; Quis autem nunc qui uino nō ſtudeat? *Non percussorem*. Hoc enim ualdē indecens Episcopō, ſi corporalem percufforem intelligeres. At reuera, ut B. Hieronymus & Chryſoſtomus annotarunt, de linguaci loquitur, qui lingua percutit: quo ſenſu Flaccus. Metuentis patrux uerbera linguæ. Eandem uim habet inferius poſita inſtructionem, ubi ait: Seniotem ne increpaueris, id eſt, ne uerborum plagis percutias. *Non turpis lucricupidum*; Turpe lucrum quod ex mercimonijs ſit, quantō magis ex uſura? Nihil enim cupido Episcopō & negociatore turpius; *Sed mitem*, id eſt, æquum, benignum; *non litigiosum*, ἀμαχον, id eſt, non pugnacem: idq; ſimiliter de uerbis intelligo ut ſuperius, per quæ pugnamus; *Non auarum*; quia auaritia ex oppoſito contradicit diuitiarum cōleſtium deſiderio. *Sed ſue domui bene præpoſitum*, aut rectius, præſidentem; *Filios habentē ſubditos cū omni caſtitate*, σεμνοτις, id eſt, uerecundia, pudicitia, & ingenuis moribus.

*Si quis autem domui suae &c.* Solida ratio & familiaris, ducta à minori ad maius. Nam qui in modico fidelis non est, nec in magno erit. Non Neophytum, idest, nouam plantam recens baptizatum, ut aliqui uolunt. Sed extendi merito potest ad eos qui citò, & non per gradus euehantur ad tantum fastigium. Erationem profert imminētis ruinæ. Ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli, idest, in illud iudicium in quod cecidit Diabolus, ut sic merito iudicaretur ad casum in profundum inferni: quia ascendere præsumpsit in excelsum, & super astra Dei. Hoc enim iudicium est in superbos, ut præcipitentur in profundum. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt. Qui ad alios regendos præponitur, illum oportet esse bonæ existimationis, etiam apud infideles. Hi enim foris esse dicuntur: quia extra ecclesiam sunt. Qui non est in bona apud uulgos opinione, non potest reuerenter obseruari à sua plebe. Qui autem non uidet plebis, cui præest, erga se obseruantiam, paterno affectu posito mouetur odio aduersus illam, apud quam se conspicit opprobrium esse. Hinc nequitur laqueus à Diabolo, quo strangulatur miser, non ferens in sua se dignitate contemni. Non enim potest facile charitatem exercere, nec spirituale in eos imperium, à quibus spernitur: qui tamen hunc sibi finem præstituerat ambitione irrepens ad episcopatum, ut à populoueneraretur, à quo sine excidens, in funem incidit suspendij nondum quidem corpore sed animo. O quanti hodie. Sed tempus me deficeret: & tales ipso silentio possunt facillimè intelligere, quæ nã iustissimo zelo in utrosque scribi possent & qui ambiunt, & qui eligunt. Vix dum sunt nati, et iam sunt Episcopi. Proh pudor & dolor. Sed reprimamus iam nostrum sermonem.

*Diaconos similiter pudicos, &c.* idest, reuerentes & moribus ingenuis. Quidam uertuntur: compositos. Quoniam autem penes Episcopos Diaconi esse debebant, qui sic per gradus ascenderent ad ministerium Dei, ut ex Diaconis fierent & ipsi aliquando præbyteri atq; Episcopi, ideò de illis prosequitur, quos primum uult esse bene moratos; Non bilingues. Quoniam inter Episcopum & ecclesiam medius interueniebat Diaconus, ob id prohibet istam sermonis duplicitem, ne scādalum pareret. Omnino autē, ut ignominiosum est esse bilinguem: ita pulchrum & amabile ueracem esse atq; constantem. Non multo uino deditos: non turpe lucrum sectantes. Vinum nō prohibet nisi multū: & id quod sepe est turpe id maxime prohibet, uidelicet uino deditum esse. Habentes mysterium fidei in conscientia pura. Mysterium fidei est calix Domini, cuius erant dispensatores. Miror hæcenus nullum aduertisse hūc sensum ut sic exponeret, cum tamen hæc uerba habeamus in consecratione calicis: Imò cum id nos quasi dictum à Domino enarremus, dicentes. Hic est calix sanguinis mei noui testamenti, mysterium fidei &c. Innocentius Pontifex cum olim responderet hæreticis, qui oppugnabant ritum conse-

crationis, arguentes ecclesiam in eo uti uerbis quasi à Domino dictis, quæ tamen dixisse illum nusquam legimus, ut sunt hæc; Mysterium fidei; Rectè dixit ea ex Apostolica traditione accepta esse. Quod uerò adiecit, licet in sacris literis non legantur; non ualdè mirum. Non enim meminit huius loci, ubi ea uerba scripsit Apostolus, proculdubio de hoc mysterio loquens, cuius mādabatur Diaconis dispensatio: quos per sanctè instituit ut illud tam uenerabile sacramentum cuius sunt dispensatores, habeant in conscientia pura non solum fide, sed etiam opere, & uoluntate: quia ministrare cum peccato sacrilegium est. Et ij quidem probentur primum, idest, probati prius & inuenti nullius esse criminis accusabiles, ad ministerium ordinentur. Quod utinam nostris temporibus seruarietur. In his profectò exigitur maxima & pernecessaria reformatio & cura, si ecclesiæ sanctæ restitutū nitore & decus uidere cupimus. Non omitam hoc in loco Caietanum ita commentari, ut dicat Diaconos hos, de quibus Apostolus, non fuisse Diaconos ordinis ecclesiastici quales sunt hodie, sed ordinatos ad ministrandum mensis conuenientium in ecclesia. Quod est absurdum dictum, & contra omnes interpretes, & nulla ratione cogente literis mandatum. De qua re tamen in annotationibus nostris aduersus eius commentaria factis disseruimus, ad quæ lectorem remittendum esse, breuitati studentes, duximus.

Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filiis suis bene præsent, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quæ est in CHRISTO IESU. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te uenire citò. Si autem tardauero: ut scias quomodo oporteat te in domo Dei cōuersari, quæ est ecclesia Dei uiui, columna & firmamentum ueritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

*Mulieres similiter pudicas &c.* seu uerecūdas, bonorū morū plenas. Et loquitur de uxoribus Episcoporum & Diaconorū, quæ & aliquid ministerij habebant in ecclesiis, non alieni ab illo sexu: & uocabantur præbiteræ & Diaconissæ: de quibus sit est in canonibus mentio. Et has similiter uult esse, &c. idest, moribus bene compositas. Non detrahentes; Proprium est mulierum, dū ocio sæ sunt, detrahendi ijs aut illis nullum finem facere: quod ualdè displicet Deo. Quare nominatim & primò hoc prohibet; Sobrias; seu uigilantes. Fideles in omnibus. i. non deceptrices, sed ueraces.

Diaconi

*Diaconi sint unius uxoris uiri &c.* quemadmodum & de Episcopis dictum est. Ex Diaconis, n. creabantur persepe Episcopi & sacerdotes.

*Qui enim bene ministrauerint &c.* Hic locus ponderandus, ut sit loco stimuli ad rectè ministradū nobis adhibiti, si uelimus fructum talem non temerè sperare, magnæ scilicet fiducia apud Deū ex fide & in CHRISTO IESU. Nam sicut coram Rege seruatiens & bene ministrans, quandam familiarem fiduciam nanciscitur etiam petendi pro alijs: sic & bene ministrans coram Domino sancta ministeria, non solum pro se, sed & pro alijs quæ postulauerit, facillimè obtinebit. Qui autem male ministrauerit, quid nisi Væ æternū expectare possunt. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans &c. Clara sunt uerba. Illud diligenter notandum domum Dei uiui, esse ecclesiam. Vnum ergo quoddam ecclesiam oportet esse. Uicitur autem ex fide & gratia. Et hæc est columna & basis ueritatis. Vbi sunt modo hæretici & schismatici, qui tanta impudentia asseuerant penes se ipsos esse ueritatē: Nūquid ipsi sunt in ecclesia, aut incipit uerbum ab ipsis, ut sint ipsi fundamentum ecclesiæ? Ergo antea non erat ecclesia Dei? Verum quis credat istis impostoribus, nisi qui prouidentia Dei perfidē neget, & simul credat ante eos derelictum fuisse mundum à Deo, & Deum illorum tantum fuisse, Deum atq; eorum qui illos sectantur? An Deus tot Martyres, tot insignes Sæctos pietate et doctrina pari illustres, qui nulli rei nisi diuinæ uoluntati implendæ studebāt, passus est obnolui tot tenebris, ut nescirent ubi esset fundamentum ecclesiæ: istis uerò excucullatis reuelare uoluerit? Sed nimis supina est hæc ignorantia, prosequamur.

*Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatus est in mundo, assumptus est in gloria.* Existimo hoc dixisse ut Episcoporum & Diaconorum officium, quod erat ministrandi uerbum & sacramentum, honoraret propter mysterij, cui seruebant, excellentiam, & iam patentem. Vnde ait: *Et manifestè ὁμολογουµενός*, idest, cōfessè: quia iam publica confessione credebant totum hoc mysterium, uidelicet: *Deus manifestatus est in carne &c.* Et uocat mysteriū: quia in hoc omnis noster cultus fundatur erga Deum & obsequium, propter immensam eius benignitatem, qua usus est erga nos. Et primum (quod est maximum) Deum fuisse manifestatum nobis in carne. Manifestatū autem fuit per admiranda signa, & ueram doctrinam, & uitam innocentissimè actam. Quid potuit homini præstantius dari? Oportet enim hæc tria concurrere ad clarificadum prophetam, & ad ea probanda de quibus testetur, nēpe signa, doctrinam, & uitam. Sed uidetur nō aptè dictum; *manifestatus est in carne*; cū potius per carnem fuerit Deus absconditus. Fatemur de eodem utramque, diuersis tamē respectibus. Apostolus dicit de euangelio. Quod si opertum est, ait, euangelium, in ijs qui perierunt est opertum, in quibus Deus huius sæculi excœcauit mentes

2. Cor. 4.

infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij &c. Ergo per carnem occultabatur: per signa autem & doctrinam et uitā manifestata est in ipsa carne diuina uirtus, ac propterea Deus: sed ijs qui oculum habebant. Iustificatum autē uocat illum: quia fidelis in omnibus uis suis. Aut iustificatum à peccato; in spiritu: quia Spiritus suscitans illum ostendit non fuisse propria sua culpa peccatorē, sed assumpsisse peccata nostra & diluisse, & ita nunc merito iustificatum in spiritu, qui fecit uoluntatem Patris satisfaciens pro nobis in carne quam similem nostræ accepit, ut obedientia sua faceret illam gloriosam. Quam dudum enim in carne uixit, habitus est ut peccator & ab omnibus, & à Deo. Verum aliter atq; aliter. Sic & coram hominibus & Deo tandē iustificatus est in spiritu illius sanctificationis & uirtutis, qua potuit seipsum excitare.

*Apparuit Angelis*; qui certè illum antea multo tempore desiderarunt. Apparuit autem illis primum in utero, & quidē uisione clarissima. Ideò dicitur græcè, ὡφθῆν, idest, uisus aut conspectus est. Et primò quidem in utero VIRGINIS. Nã hoc sanctissimum foedus Gabriele Nūcio & Mediatore cōciliatū est: & statim adularunt omnes illi beati Spiritus & adorarunt. Et postmodo cōmitati sunt semper à natiuitate usq; ad mortem, quando confortari dignatus est ab Angelo, tanquā afflictus & indigens. O Deus optime, quò in gratiam nostræ salutis te ipsum deduxisti? Viderunt autem Angeli cuncta, imò & cooperati sunt in omnibus his. Gratias Deo & illis. *Creditus est mundo*, idest, fide susceptus ab hominibus huius mundi, & maiori parte. *Assumptus est in gloria.* Iam enim sedet à dextris Dei gloriosus. Hic admonendum, antiquam lectionem diuersam esse, ut hæc omnia de mysterio dicta sint. Sed quomodo dixerit quis iustificatum mysterium, nisi per mysterium illud intelligat, quod erat in ipso inclusum, uidelicet Deus ipse in carne absconditus? Hæretici ergo ut est illis in consuetudine positum, deprauarunt hunc locum: quoniam manifestè CHRISTVS, Deus prædicabatur: quanquā sagacibus Erasmi nariibus (ut ipse inquit) aliud suboluit, uidelicet corruptum hunc locum à Catholicis fuisse aduersus hæreticos. Iam enim Arianorum patrum se constituerat ueterator.

### CAP. III.



PIRITVS AVTEM MANIFESTÈ dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum

cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt ueritatem: Quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei, & orationem.



*Spiritus autem manifeste dicitur.* Hoc in loco Apostolus prædixit aperte futuram hæresin Manichæorum & Taciænorū, quæ latè peruagata est, & quæ multi sunt obuoluti, ut sic prouideret futuris temporibus. *Spiritus autem* (ait) *manifeste*, aut potius præscripte ad uerbum, græcè *ἐπιφανής*. Hoc autem addidit: quia plerumque nō est ita manifesta reuelatio, quæ sit sanctis. Et nouissima tempora uocat tempora gratiæ, & nostra hæc quando iam fides uiget, & creditus est in mundo CHRISTVS. Græcè tamen posteriora, aut sequentia tempora significantur: ac si dixerit. In procedentibus, seu sequentibus temporibus: *discedent quidam à fide*. Certi hæretici designantur, qui nouam sectam condituri erant, elusi ac suasi à spiritibus erroris & seductoribus, idest, in errorem pellicentibus. Sunt enim dispersita aduersus ecclesiam spirituum immundorum officia, ut quidam omnium malignissimi & ad decipiendum selecti, omnem suam artem ac neruos intendunt ad immittendos (Deo permittente) errores: idque propter homines qui decipi amant & querunt, utpote rerum nouarum cupidissimi, studiose perquirentes huiusmodi nebulones palpatas, ac pro sua libidine diuinantes: iuxta illud. *Dicit nobis placentia. Quamobrè Deus soluit habenas spiritibus erroris: sicut docet historia de Achab, qui cum decerneret cum Iosaphat rege Iuda, et iret aduersus regem Syriæ ad recuperandam terram Ramoth Galaad, & cum admoneretur consulere Dominum circa bellum, congregauit circiter quadringentos prophetas, qui omnes annuerunt ad mentem illius. Solus Micheas contra dicens, & ueritatem ex oraculo prædicans percutitur. Vocat autem doctrinas Dæmoniorum, idest, miserorum & infelicitum diuinorum & prophetarum, idest, eorum qui seipso magnos iactant, & Deo amicos simulant illius scientes uoluntatem. Quid enim aliud fuit Manichæus quam Dæmonium, qui se sapientem & CHRISTI Apostolum prædicabat? Talis Arrius & cæteri hæresiarchæ. Potest dici doctrina Dæmoniorum, quam ipsi dæmones occultè docent. Quantam enim uerborum copiam, & facilitatem in scribendo sumministret Spiritus nequam ijs, quibus ueluti instrumentis utitur contra CHRISTVM & ecclesiam, si fufius persequeremur, uereor ne minus nobis fidei tribuerent sapientes mundi: & istud tamen apud uiros spirituales est persuasissimum. Vnde mox tantam librorum spargi farraginem cernas, & tam breui temporis spacio, ut celerius ferè scribantur, quam uel legi possint. Et istud (quod mirandum est) inter pocula & amplexus sacrilegos*

1sa. 38.

3 Reg. 22.

& curam familiæ. De Luthero testificati sūt uiri fide dignissimi, sepius de lecto hominem surrexisse à Dæmone expergefatum, ut uel in summum Pontificem inuheretur, uel doctrinam pestiferam euomeret. Quid uiros graues profero: Imò dialogum conscripsit, ubi Cacodæmonem ipse met sibi familiariter notum secum colloquutorē adhibet. Quis Erasmi credat tāta literis mandare potuisse, nisi à subtilissimo quodam spiritu aiutus fuisset, qui delectatus est ingenium comperrisse gloriæ auidum, per quod uelut per fistulam quandam instillaret lætale uenenum, sed partim eruditōe, partim facetijs, partim scōmatibus ita cōtectū, ut catholicus, hæreticus: Christianus, CHRISTI clancularius hostis: pietatis studiosus, ipse uideri possit. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Vide quàm graphicè hoc genus simiarum depingat Apostolus, aiens. *In hypocrisi loquentium mendacium*, hoc est, simulatē, qui personam exterius induunt proborum uirorum, & colentium Deum per quasdam abstinentias patētes, aut dulces sermones in facie pietatem ostēdentes, quibus facile irretitur imperita multitudo. Abstinebant enim Manichæi à uino & carnis cibis. Sed admodum astutē & fidei: quia loco carnis cibaria delicata & pretiosa carpebant. Et ita loco uini, mulso & ficera, & careno passo, & expresso nonnullis pomis succo recreabantur. Dabat autem illa hypocrisis fidem uerbo mendacij, qui uidebantur religione magna à communi hominum uictu abhorreere. Quare additur.

*Cauteriatam habentes suam conscientiam*, idest, affectu gloriæ, siue cuiusuis alterius rei cupidine tanquàm cauterio & stigmatē quodam inuistam atque notatam, ut per hoc cauterium imprimatur mortificatio illius luminis, quo ipsa conscientia uidebat: tanquàm si oculum ferro candenti inureres. Potest simul intelligi cauteriatam conscientiam esse illam quam Diabolus possidet, & in signum firmissimæ possessionis cauterio proteruiæ & obstinationis obsignat. *Prohibentes nubere*. Hoc primum stultitię commentum. Nam absolutè uituperabant matrimonium uelut rem immundam, & à Deo non bono præceptam.

*Et abstinere à cibis quos Deus creauit* etc. Nam ipsi quosdam cibos similiter ut rem immundam abominabantur, propter quasdam eorum confictas de membro Dei fabulas, quod per omnia ingrediebatur purgans omnia. Ego hoc de me uno fateor, qui cum horum stultitias legerim pluries, nunquam tamen ualui memoriæ commendare. Imò uix capere propter immanem eorum insaniam, & ambages, & longas fabulationes nullis humanis inuentis similes: ut sim admiratus quomodo potuerint ipsi uel ea cogitare, uel alijs persuadere. Sed uehementius adhuc & miror & stupeo, qui fieri potuerit ut B. Augustinus tam excellenti ingenio dotatus & claro, potuerit totos nouem annos (ut ipsemet testis est) illis tenebris detineri. O miserum, o dementem & tenebrosum hominē, quem tu Domine Deus dereliquis, nec illuminaueris tua luce ueritatis.

Quos

De ciborum munditia seu immunditia.

*Quos Deus creauit ad percipiendum fidelibus.* Aduerte bone lector, quod fidelibus creati sunt cibi. Non ergo infidelibus, quibus omnia sunt immunda, eo quod ipsi immundi sunt & indigni hac uita, qua malè utuntur aduersus Creatorem suum. Et tamen Deus summa sua bonitate permittit illis ut ijs uescantur, qui pluit super bonos & malos, ut uel sic ostendat diuitias bonitatis suæ, & iustificetur ipse cum postmodo iudicabit. Immunditia autem ciborum non est à natura, sed à peccato uel libidine propter prohibitionem. Non enim (ut exemplo hæc fiant dilucidiora) immundus erat secundum sui naturam ille cibus paradisi uetitus, ad inquinandum animam: & tamen ex eius esu immundi facti sumus omnes. Nam ipse quidem per seipsum non inquinauit animam, sed homo a prauitate sua & præuaricatione edens inquinatus est. Igitur ex eo quod exiuit de corde cōtumaci, et inobediēte, non ex eo quod intrauit in uentrem inquinatus est. Ecce etiam Dominus prohibuit Iudæis multa ciborum genera, quod eos tunc abstinentiam doceret ac temperantiam, & inde tanquàm in figura intelligerent uitia à quibus erat abstinendum: & uitiosos qui uitandi essent, tanquàm corruptores aliorum. Nam sola ruminantia & fistas habentia ungulas de terrestribus animalibus erant in cibum permissa. Id autem quam ob rem, nisi ut uel ex ea obseruantia doctrinam fidei atque morum acquirerent? Ruminatio quippe meditationem doctrinæ significat. Fissæ uerò ungulæ discretionem boni à malo in moribus. Item quod uis aliud genus ciborum prohibitum, significabat aliquod peccatorum genus uitandum. Nam per uetitos porcos quid aliud conuenientius quam lutulentos quosdam fugiendos homines, qui ut fues male olente coeno, ita isti obscenis uoluptatibus carnis uoluntantur? Per pisces autem qui squamas & pennulas hērent, significatur corporis & animi puritas. Contra autem, si non habent squamas & pennulas. Et similiter dicendum de auibus: sicut uiderunt acuti diuinę legis scrutatores. Verum quoniam istæ figurę & significationes atque doctrinę cessarunt post aduentū Domini, quo tempore populus iam è pueritia debuit exire, iccirco significatione à cibis amputata, simul & immunditia sublata fuit: quoniam ut eleganter ait B. Augustinus, immunditia illa non erat naturalis, sed à significatione; Verbi gratia; In istis duabus dictionibus; *Bonum & malum*; si ex seipsis ut nudæ uoces seclusa significatione considerentur, non plus malitiæ est in una quàm in altera. Nam si barbarus qui non intelligit, proferri audierit, nihil acerbius commouebitur si ei dicas: Tu es malus, quàm si dixeris: Tu es bonus. Qui si uim significationemque uocis intelligat, continuo turbabitur: non quidem à uoce tanquàm mala de se, sed propter significationem. Sublata igitur significatione in cibis, nihil inest in eis immundū, quodque animam reddat immundam. Itaque fidelibus, & ijs qui iam cognouerunt ueritatem

istam: Quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: nulli cibi immundi esse possunt: quoniam sanctificantur, idest, mundificantur ab illa immunditia priorē, quæ ex peccato processit antiquo. Sanctificantur autem per uerbum & intercessionem. Oratio enim intercessionis mundificationem hanc facit: quoniam cōmemoratur uerbum DEI CHRISTVS qui cuncta mundificauit, sicut dictum est B. Petro. Quod Deus purificauit, tu ne dixeris commune, ut habetur in Apost. c. 10.

Quocirca diligenter est aduertendum: Homini in Adam peccatori omnia remanere immunda, et ipse immundus à seipso est, nō à cibo, pro inobedientiam suam. Et cum ipse factus fuit immundus, omnis creatura cum illo facta est immunda. Maledicta nanque fuit à Domino terra in opere suo, seu propter illum: quæ maledictio sublata est per CHRISTVM, modo applicetur nobis eius benedictio, et similiter cibis illis ex maledicta terra productis. Hæc non intelligunt idiotę: dicā quid amplius, imò nec aliquot prælati, & maior pars Dominorum huius sæculi, qui absque ulla inuocatione nominis CHRISTI & Dei, more brutorum animantium ad implendum uentrem accūbunt: qui abusus in Christianitate magnus est, & emendatione dignus. Apostolus igitur uult sanctificari cibos per orationem, alioque immundi sunt. Hoc debet seriō populis prædicari. Non ab re ab Euāgelistis in cęna Domini expressa de ipsa gratiarum actione fit mentio, & quomodo post hymnum dictum surrexerunt discipuli. Hæc ergo fuit doctrina & traditio Domini quam obseruare omnes tenentur, qui esse grati tantis beneficijs uolunt.

Pro consecratione mensæ.

Hæc proponens fratribus, bonus eris minister CHRISTI IESV, nutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ quam assecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus, & maledicimur: quia speramus in Deum uiuum, qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum uenio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ: insta in illis



in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

*Hæc proponens fratribus.* Ministerium enim primum in docendo consistit. Bonus ergo est ille minister qui hæc fratribus proponit. Fratres autem uocat omnes fideles. Et ob hanc gratiam dixit hæc esse prædicanda populis, ut recognoscant tanta Dei beneficia, nec pateant illusionibus hypocritarum & hæreticorum. Animaduertat prudens lector quàm calumniosè hoc loco abutantur hæretici recentiores, quibus utitur Malignus ad impugnandam sanam doctrinam. Si hac non successit, ait intra se, alia progrediamur uia. Per Manichæos olim conatus est matrimonium & thorum immaculatum damnare, quò scilicet omnia fornicationibus, adulterijs, & alijs nephandis concubitus operibus replet. Exirpata est hæresis eiusmodi. Suscitauit istos e contrario in aures populi sibilantes crescendo esse & multiplicandum, et uitam cœlibem damnandam: & ita insurgunt aduersus ecclesiam, tanquàm illa committat in hæc Apostolicam doctrinam, dum commendat uirginitatem, & probat fratrum cœlibem eunuchorum qui castrauerunt se propter regnum Dei: & abstinentiæ gratia & christiana iustitia certos cibos sponte sua sibi interdicit. Non enim ecclesia propterea prohibet matrimonium, dùm præfert uirginitatem & cœlibatū. Nec docet ullos esse cibos suapte natura immundos, sicut hæretici illi dicebant, quos ipsamet ecclesia damnauit: sed quia se uiduam agnoscit, luctus tempus, ablato sibi Sponso obseruat. Magna est profectò nouorum hæreticorum impudentia, qui cum sciant se non noua afferre, sed ea quæ sunt à patribus olim & doctoribus sanctis prorsus confutata, & iam uetustate putrida, audent tamè meretricia fronte (ut solent) eadem nobis obtrudere, ut abducant miseras & carnales plebes ab ecclesiæ unitate ad uanitatem.

*Prophanas autem & aniles fabulas deuita:* scilicet ut nec eas doceas, nec scias quidè. Erant in promptu iudaicæ quedam fabulæ, de quibus puto esse sensisse. Erant & paganorum, quæ utinam non supra modum auctæ essent hodierno die, quin flammis exustæ omnes. De his autem rectè dicitur, prophanas esse ac uitandas. Quædam etiam aniles sunt & delirarum muliercularum, & fortè ne has immisceret sermonibus suis mandat: ac si dicar. Nihil doceas à solida ueritate alienum.

*Exerce autem teipsum ad pietatē.* Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est &c. Pietatem uocat (ut existimo) omne opus miæ impensum proximo propter Deum Patrem, & IESVM CHRISTVM, qui petit sibi ministrari in fratribus. Corporale autem exercitium ad quæstum spectat, cum homo corpore se exercet laborando ut uictum quæreret. Et ideo ait hoc ad modicum esse utile: quoniam ad rē temporalem dūtaxat. Non me later hunc locū torqueri à nonnullis contra præceptum ieiunij, quasi ad modicum sit utile: sed hæc intelligentiā meritò Theo-

phylactus reprobatur: imò ante illum B. Chrysostrōmus, cuius uerba hæc sunt. Quidam hoc Apostolū dixisse de ieiunio aiūt, sed profectò errant. Neque enim est corporalis exercitatio ieiunium, sed spiritualis. Scio & per corporalem exercitacionem ab alijs intellectum corporis exercitium ad sanitatem aut uegetationē. At hæc non erat à B. Paulo tradenda instructio, sed à medicis. In ea itaque sum sententiā, ut uoluerit instruire Timotheum, quem iam docuerat operari proprijs manibus, & laborare ad uictum, hoc non esse præponendum pietatis exercitio: quoniam in isto est exigua, in pietate autem maxima utilitas ad cœlestē præmium reponitur: Vnde ait.

*Pietas autem ad omnia,* id est, non solum ad temporalia, sed & multo magis ad comparanda cœlestia, ut quæ promissionem consequatur à Deo uitæ utriusque. Illud enim præceptum: Honora parentes, in quo concluditur omne opus misericordiæ & pietatis in ueritate, si rectè & plenè intelligatur, habet promissionem carnalis uitæ, iuxta corticem literæ Exodi. 20. ubi legitur: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longæuus super terram &c. Habet & aliam promissionem spiritualis uitæ iuxta spiritum, in lege secunda Deut. 5. ubi legitur: Honora patrem tuum, & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo tempore uiuas, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Hic utraq; est promissio bñ intelligēti.

*Fidelis sermo & omni acceptione dignus,* uidelicet de pietate: & eam extollit. Nam pietas est quæ fecit CHRISTVM meritò charissimum Patri ut exaudiretur. Pietas est, quæ si exerceatur in CHRISTO, dabit nobis uitam, & non fides tantum, ut stulti & iniqui garrunt. Nam B. Paulus ait se in ea laborare: *In hoc enim laboramus & maledicimur;* Magnum est, subeuntes piæ actionis laborē nedum agnoscere, sed contra maledictis exponi. At quid ita Paule? *Quia speramus* (inquit) *in Deum uiuum, qui est saluator omnium hominum maxime fidelium.* Ac si expressius dixerit. Nō est sita nostra spes in præsentibus, sed eam fiximus in Deum uiuum, qui habet uitam in semetipso, & cuius est uiuificare. Addit Saluatorem omnium hominum, quantum ex se est, ut qui omnibus remedium comparauerit ad salutem. Sed quia nō soli potientur qui erunt fideles, & exercuerint pietatem, ideo ait. *Et maxime fidelium.* Locus certus contra quorūdam prædicationem crudelem, qui uolunt CHRISTVM nō uenisse ad omnium comparandam salutem, sed certorum & prædestinatorum tantum, quos ipsi eligunt, id est, seipsos, & qui ea credunt quæ ipsi docent: ut ipsi, non Deus, creent electos.

Non hic tamen omittam B. Ambrosii expositionem, qui ita liberaliter hunc locum exponit, ut multi ualeant admirari, non obscure uolens salutem posse obtinere etiam infideles. Hæc enim sunt eius uerba. Elaboratum est enim quantum Dominus adiuuit, ut non solum in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retrò sæculis probaretur

B. Ambr. admiranda sententiā

probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus affuisse prouidentia quidem pari, & bonitate generali, sed multimodo opere diuersa quæ mensura. Quoniam siue occultè, siue manifestè, ipse est (ut Apostolus ait) Saluator omnium hominum, maxime fidelium. Quæ sententiā subtilissimæ breuitatis & ualidissimi roboris, si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc (de qua egimus) controuersiam dirimit. Dicendo enim: Qui est saluator omnium hominum; confirmauit bonitatem Dei super omnes homines esse generalem. Adhuc autem; maxime fidelium; ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inspirata ad summam atque æternam salutem specialibus beneficijs prouehatur. Quod utique nulla iniquitate agitur iustissimi & misericordissimi Dei, cuius iudicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendum, sed cum tremore laudandum est. Siquidem in ipsis quoque fidelium populis, quod iam superius ostensum est, non eadem omnibus nec paria conferantur, & ante illa humanorum pondera meritorum, dissimilima diuinorum mensura & munerum. Si enim de parentum carnalium iudicijs conqueri non audemus, cum aliquos filios suos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia indulgentiore amplectuntur affectu. In dominis quoque erga famulos libera est dispositio: nec iuste à quoque reprehenditur qui de unius conditionis familia quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret eligit. Nunquid de summi Patris & ueri Domini beneuolentissima æquitate causandum est, quod in magna domo eius innumeris differentijs uniuersa uariantur? Cumque nemo aliquid boni habeat quod non ille donauerit, non omnes tamen in eadem uirtutibus micant, aut eadem charismatum dote ditantur. Nec possumus hanc diuersitatem graduum causis aptare meritum, cum totius boni meriti principalis causa sit gratia, de cuius opibus sumitur, quicquid in singulis probabile reperitur. Sicut ergo de ijs quæ intra ecclesiam multiformiter Spiritus sanctus operatur, impium est ullam querelam corde concipere: ita etiam de illa prouidentia quæ infidelibus præstet, nullatenus murmurandum est. Quoniam & iustus & bonus arbiter nec uoluntatis iniquæ est, nec discretionis incertæ: ut sub immensa omnipotentis Dei misericordia absque iustitia putemus quod quisque pereat, qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab euangelio uacat CHRISTI. Et licet illa generalis uocatio non quiescat, tamen etiam ista specialis iam uniuersis est, & facta cōmunis. Ex omni gente, ex omni conditione adaptantur quotidie milia senum, milia iuuenum, milia paruulorum. Et effectibus gratiæ christianæ etiam ipsa, quibus mundus atteritur, arma famulantur.

Hæc B. Ambrosij admirabilis sententiā, quæ illud clarè uidetur porrigere, quod primo auditu uidetur, nescio quid horris, propter loca quædam scripturæ sanctæ, continere. Et tamen si

ad immensam Dei clementiam (qui omnium est Creator) respexerimus, non temerè est explodenda. Dico horribile propter scripturas: quoniam scriptum est. Sine fide impossibile est placere Deo. Hæc autem doctrina uidetur ad infidelium quoque salutem extendi. Qui igitur ad clementiam Dei (ut oportet) spectare uoluerint, non debent hanc opinionem reiicere, sed considerare subtiliter & intelligere: nec eam prius (quod est arrogantium & superbiorum, uel etiā sciolorum quorūdam hominum) carpere quàm capere. Nos per hanc nullo pacto infidelibus salutis possibilitatem concedimus, sed non fidelibus. Datur enim inter fideles & infideles mediū, uidelicet non fideles. Omnis infidelis est non fidelis: sed non econuerso, omnis non fidelis est infidelis. Declarentur hæc apertius. Dicebat Dominus: Si nō uenisse & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, scilicet infidelitatis, & ita non fuissent infideles: sed nec fideles quidem, quod de fide plena de CHRISTO intelligitur. Nec propterea defendimus posse aliquem sine fide ingredi regnum cœlorum. Nam sic apertissime contra B. Pauli doctrinam doceremus, sed quod sine explicita fide de CHRISTO non sit impossibile: quemadmodum nec olim erat impossibile, ut eleganter docet B. Thomas. Et satis erant duo ij articuli, quos Apostolus ut necessarios ibidem declarat, si suscipiantur, nimirum Quod Deus est, & quod ingrētibus se remunerator sit: satis inq; sunt ijs tñ solis, quibus alij non fuerunt reuelati & cogniti. Ista interposuisse se non mihi uisum est alienum, ut prudens lector possit hæc omnia quieto animo secum considerare: nec ullum patiatur scandalum uel ab una uel ab altera opinione. Quod est certissimū semper teneat, uidelicet: Sine fide impossibile esse quæcūque placere Deo: Et Deum ipsum uelle ex parte sua omnes homines saluos fieri, & illius benignam prouidentiam non esse erga omnes æqualem. Et si enim omnes de eius bonitate participant, alij tamen plus, & alij minus absque ulla iniquitate, qui nulli obligatur, & nulla sub lege tenetur. Et tamen ita facit ut omnes obligatos sibi reddat: quia omnibus idoneè prouidet ad salutem, neminem penitus deserens. *Præcipe hæc & doce.* Præcipere possunt multi, & cum fastu magno præcipiunt: sed legitime præcipere atque docere nequaquam qui non didicerunt, possunt.

*Nemo adolescentiam tuam contemnat,* seu iuuentutem. Noli quicquam agere quo te contemnendum præbeas & ridiculum, quasi iuuenē: ac si dicar: Ostēde te moribus & grauitate maturū ac senem. Ad illum enim præceptum hoc dirigit, non ad alios: unde sequitur. *Sed esto exemplum fidelium &c.* Maxima est cacophonia, quando pugnat cum sermone bono improba uita. Fit enim sermo tunc contemptibilis, & insuper blasphematur Dominus. Sicut & quando sermo est malus & uita bona, saltem apparens. Siquidem fieri nulla ratione potest, ut sit uerè bona uita cum sermone malo: quia sermo ex corde prodit.

scita

Hebr. 11.

10. 15.

Hebr. 11.

Scita est illa B. Gregorij sententia: Cuius uita despicitur, quid iam restat nisi ut illius prædicatione contemnatur? Itaque simul debent ista duo coniungi. Et ait primò: *in uerbo*; aut potius sermone. Nam qui uerbo non offendit, hic perfectus est; *In conuersatione*; Magna laus est et digna omni premio, conuersari sanctè cum hominibus: *In charitate*; Charitas sola istud efficit: charitas enim neminem ledit, non queritur, non irascitur, non est procax, omnia suffert, omnia sustinet. Et hæc sunt amabilia quæ societatem mirè conseruant; *In spiritu*; homo enim spiritualis semper quæ sunt Spiritus tractans, de sæcularibus non se implicat; *In fide*; quoniam multum prodest exemplum fidei. Qui enim uidet hominem firmum, & nullo modo in fide nutrem, & ipse ad credendum inducitur; *In castitate*; aut potius puritate. Hæc est munditia quædam cordis & animi simplicitas. Quare stultè quidam & mendaciter dixit. *Lasciua est nobis pagina, uita proba*. Et alius similiter dixit. Castum decet esse poetam, non tamen eius uersiculos. Quæ ut redolēt argutias pueriles ita hæc omnia manifestam falsitatem continent. Dominus enim nos docet hominem de thesauro suo bono proferre bona, non mala: non impudica, & lasciuarum plena, & scurrilia.

*Dum uenio attende lectioni, exhortationi, doctrinae &c.* Tria hæc se mutuò comitantur, lectio, exhortatio, doctrina. Ex lectione efficitur ut ualeamus exhortari & docere. Et hoc contra multos qui tentantes Deum negligunt lectionem, putantes de improuiso Spiritum sanctum iri succursum. Succurrit quidē Spiritus & ualdè, si nos tamen nostris partibus nō defuerimus. Non enim miraculo decet ea fieri, quæ in nostra sita sunt potestate. Quod uerò legimus: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini etc. locum habet in summis uiris, & extremis periculis, quum iam humana sapientia ac uires nihil iuuant.

*Noli negligere gratiam quæ in te est &c.* Quidā se stultè arbitrantur esse innocentes, si non quidpiam committant sceleris: & non uident quantum est mali omittere grām Dei: ut si sacerdos non sacrificet, si prædicator non prædicet, si Episcopus non intendat, cui hoc ex officio incumbit, si religiosus progredi in uia Dei non curet. Hoc est enim negligere gratiam iam à Deo acceptam. Timotheus autem acceperat eam gratiam episcopatus per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Nam plures presbyteri, id est, Episcopi consecrarunt eum, ut mos est. Et B. Paulus fuit unus, sicut expressè dicit sequenti epistola

*Hæc meditare, aut potius ista exerce; In his esto; hoc est, totū his te ipsum impende. Quod uerò sequitur; ut profectus tuus manifestus sit omnibus; consecutiue intelligendum est. Non enim suadet ut ob hoc faciat, ut manifestetur: sed ut illud faciat, ex quo hoc sequatur in laudem Dei. Sic aut CHR ISTVS dixit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum qui in cælis est &c. Græcè enim legitur; ut profectus tuus man-*

*festus sit in omnibus. Quomodo enim signum sciētis est posse docere: ita uirtus Magistri patet in discipulis. Et hæc est Episcopi gloria, ueritas sibi commissi populi, & pax in CHR ISTO. Attende enim tibi doctrina &c. Vide (quæso) lector, quàm instanter Apostolus monet, ut ista omni studio ac sollicitudine curet. Loco non ita remoto dixerat. Hæc proponens fratribus bonus eris minister CHRISTI IESV. Tum adiecit: Præcipe hæc & doce. Item sub hæc: Attende lectioni & doctrinae. Tum addit. Hæc meditare in his esto. Denique in hoc claudit; *Insta in illis; nō in altero tantum. Sunt non pauci qui ita attendunt soli lectioni ut se ipsos deserant omnem sui curam abijcientes. Quibus quid stultius dici aut fingi potest? E diuerso reperiuntur qui sibi solis uolunt sine lectione attendere. Et tales sepe numero errant: quia nesciunt quid sit hominem uerè spirituale esse. Porro alios quosdā uideas utrumque sapiēter coniungere. Sed isti ualdè rari sunt: idè & maiorem commendationem merentur. Vide igitur in illa ecclesia primitiuorum quando Spiritus erat in summo, quomodo etiam uiri magni, qualis erat Timotheus, ut ad hoc scripturarum studium omninò intenderent, ab Apostolo inuitabantur: Alioqui è cælo oporteret assidue doctrinam expectare, ac ualdè perfectum esse, quod paucorum est, ut B. Ioānis Baptistæ, & Apostolorum quibus dictum fuit: Cum steteritis ante reges & præsidēs nolite cogitare quid aut quomodo loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Quæ prudenter sunt intelligenda. Ita enim poscebat necessitas, & conditio personarum quæ mittebantur ad euangelij prædicandum. Imò summa Dei uirtus & potentia, quæ in hominibus ignaris & imbecillioribus eò excellētius relucet, quò illi in seipsis cōsiderati abiectiores erant. Quæ, rogo, prudentia extitisset, ab initio ipsius Alphabeti instituere pictores & rudes homines, iamq; ætate prouectos? Certè uel plures anni abijisset antequā Petrus legēdi præptitudinē cōparare potuisset. Quæ igitur ad subtiles legis quæstiones intelligendas & explicandas peruenisset? Qui igitur contra carnis prudentiam tales elegit, secundum suam summam sapientiam nullo alio doctore à seipso doctos reddidit: Hæc fuerunt illorum propria, nō omniū. Vide perspicuè quomodo B. Paulus Timotheum hortatur ut diligenter studijs attendat, neq; alia uia Spiritum expectet. Adiuuabit quidem Spiritus, sine quo nulla uera eruditio acquiri potest, sed nostrū laborem iuuabit, nō fouebit inertiam. Sunt ergo copulanda hæc duo, uerè attendere sibi, & doctrinæ, quorum fructum indicat aiens. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Te, inquit, saluabis si tibi attenderis: & eos qui te audiunt, si doctrinæ, qua illos pascere ualeas, dederis operam. Qui enim alijs præficitur, uitæ suæ tenorem sic temperate debet, ut dū saluti suæ consulit, communem ouium nō deserat: & item summū, omnium sibi creditorū salutis curā sic suscipiat, ut suæ**

ut suæ quoq; promouēdæ meminerit. Quæ duo Prælati implet sibi attendens, & doctrinæ. Istud est facere & docere, ut tandem uberrimum sui laboris fructum percipiat in regno cælorum, ubi qui fecerit & docuerit, iuxta pollicitationē Domini, magnus uocabitur.

## CAP. V.



SENIOREM NE INCREPAUERIS, sed obsecra ut patrem: iuuenes, ut fratres: anus, ut matres: iuenculas, ut sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt. Siqua autem uidua filios aut nepotes habet, discant primū domum suam regere, & mutuum uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem uerè uidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Siquis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.



Explicit nunc Apostolus qua moderatione sese erga uarios hominum status gerere debeat Timotheus, ne salutaris doctrina alieno uel tempore uel modo tradita suū finē non consequatur. Neque enim sunt omnes eodem genere sermonis ad uirtutes sectandas, uel ad peccatorum satisfactionem alliciendi. Ait igitur primū. Seniore ne increpaueris; Græcè, ἐπιτιμῆς, id est, ne plagis affeceris. Haud dubium quin uerborū plagas (ut iam præmonuimus) intelligere oporteat, Seniores; seu presbyterum: Presbyter nomē est & ætatis & dignitatis. Hic uidetur ad ætatem referendum, ut possit aptè cum sequentibus coherere, dum ait; iuuenes ut fratres; Senectus ipsa etiam apud paganos, semper æstimata est digna reuerentia: natu minores: quā in antiquis, ait B. Iob, sapientia, & in multo tempore prudentia.

Iuenculas (seu iuniores) ut sorores in omni castitate, seu puritate, ut nec ipse oculus, nec gestus, nec uerbum quicquam indicet aliud, quàm puritatem quandam angelicam, et eius uiolande horrorem. Pudicitia enim uirtus est non solum impetum libidinis coercens, sed & signa cohibens.

Viduas honora quæ uerè uiduæ sunt. Honorem intelligit qui cum subsidio bonorum terrenorum impenditur. Honoris autem & mercedis ista est differentia, ut omnis honor sit honorabile debitum, quod redditur non habita ratione operis & laboris, sed potius inspecta ipsius personæ dignitate. Merces uerò operi & labori ex ipsa iustitia redditur. Vnde honoraria uocantur quæ sublimibus uiris tribuuntur ob ea opera quæ non cadunt sub estimationem mōre mercenariorum. Cui

igitur magnus olim fidelium esset cōcurfus, opus fuit uberioribus charitatis officijs abundare, quæ inter se à conditione status seruare ordinem debent. Erat autem olim status in coniugatis, uiduis, & uirginibus. Porro uiduarum ac uirginum status, cū ad eius puritatē natura non euehat, uoto ab institutione CHR ISTI & præstantiæ euangelicæ instituebatur: nec absq; uoto admittēbatur talis status. Bona autem ecclesiæ in huiusmodi personas desolatas & inopes distribuebantur. De his ergo sermonem habet Apostolus, quibus uult honorem exhiberi. Sed primū uult eas esse uerè uiduas, quod est, illum statum uoto esse professas, & ad tenorem illius uiuentes. Non enim uerè uidua ceteri illa debet, quæ non certò deliberauerit abstinere à secundis nuptijs. Sicut non est uerè uirgo sine uirginitatis uoto.

Si qua autem uidua filios, aut nepotes habet, discat &c. Quidam pro: discat; reposuerunt; discant; illud referentes ad liberos, ut sit sensus: Vidua quæ habet liberos non facile est admittenda in ecclesiæ ministerium, nisi primū liberi sciāt regere domū, & uicem reddere parentibus. Loquebatur ergo de uotis quæ sanciebantur in facie ecclesiæ (ut dixi) quæ faciēbāt mutationē status. Hæc enim uota non admittēbantur passim, nec oīum prorsus. Vnde nec talis uidua recipiebatur, quæ poterat permanere domi cum liberis in uiduitate, & ab ijs sustentari, ne grauaretur ecclesia. Et hoc liberius debent scire ipso facto, mutuā scilicet uicem parentibus esse reddendam. Sed melius; discat; ut B. Ambr. & Chryl. legunt. Nā sic mutuā uicem reddunt dum nutriti nutriunt, & mutuam uicem reddunt uel parentibus, uel parentum filijs. Hoc enim acceptum est coram Deo. Acceptum, pro acceptius. Hebraicè enim comparatiuus propositiō ponitur. Melius ergo erat talibus uiduis permanere domi & familiā regere, q̄ seruire ecclesiæ. In hmoi aut solent decipi uiduæ, quæ discretionem Spiritus non habent.

Quæ autem uerè uidua est & desolata &c. Ecce qualis est uera uidua, nimirū tota mācipata Deo, & ab eo sperās oīa, et annonā, sicut ab Imperatore milites expediti. Nā nona q̄ sunt ecclesiæ & Dei, quibus seruire nisi hmoi personis? Quæ in delicijs est, uiuēs mortua est. Vidua illa in delicijs esse dī, q̄ nō seruat lucrū perpetuū, sed mūdi blāditias adhuc sequitur. Hæc uerā uitā ignorat: & uiuēs corpe, mortua est spiritu & aīa. Et hoc præcipe ut irreprehensibiles sint. Reprehensio est de aliquo indecente: quod uariè sumitur in multis propter statum. Sunt enim quædam indecentia senibus: iuuenibus autem non ita. Et sic in reliquis.

Si qua autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit &c. Mirabile istud est uisum quibusdam, quod talis fidem iccirco negauerit, quia nō agat curam suorum: imò etiam quod, maius sit & grauius peccatum suos negligere, quàm derogare Deo fidem, quod est infidelium. Respondetur. Illa satis fidem dicitur factis negare, quæ contra fidem iusta aliquid agit: maxime uerò si quæ agit prætetendat ex fide esse, PP uelut

Matth. 5.

Matth. 6.

Matth. 12.

Iob. 12.

Honoris &amp; mercedis differentia.

uelut præfenti loco (ni fallor) necesse est intelligere. Ea parte autem est infideli deterior: quandoquæ infidelis, quatenus talis, non uiolat iura naturæ. At qui talia agit, contra naturæ instinctum agit.

Vidua deligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor: in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus sumministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem uiduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in CHRISTO nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed & uerbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post Satanam. Siquis fidelis habet uiduas sumministrat illis, ut non grauetur ecclesia: ut iis quæ uerè uiduæ sunt, sufficiat.

*Vidua deligatur non minus sexaginta annorum etc.* Considera quænam sint ea quæ in uidua oportet concurrere, prius quam ad uidualem statum ualeat admitti. Tria hic ab Apostolo exiguntur, ut solidè persistere in ea uocatione & statu possit. Primum est ætas, quæ est annorum sexaginta. Nam tunc ætas deseruit. Secundum, Quod fuerit unius uiri uxor. Nam quæ plurimum fuerit, irregularis (quo ad hoc attinet) efficit. Sed cur non in uiro religionem profitente idem attenditur? Debere attendi crederem, non propter signum ullum, sed propter indecentiam: quæ quàm non ita ut in foeminis. Semper enim in mulieribus magis quàm in uiris notatur impudicitia, & digamia. Et propriè uiduitas est foeminarum, non uirorum: qui non ita uxoribus indigent, ut propterea dicantur uidui, sicut foeminae uiris. Vnde & propter signum in mulieribus hoc consideratum est ab Apostolo. Nam ecclesiam per uiduam significari manifestè in scriptura constat. Significatur enim ecclesia in Anna uidua quæ obsecrationibus, & ieiunijs nocte & die uitam ducebat. *Luc. 2.* In alia item uidua, cuius unicum filium IESVS à mortuis excitauit. Significata est & quondam in illa, ad quam missus est Helias ut ab ea famem fugaret. Et de his meritò solus B. Lucas meminit, ad quem maxime pertinuit Sponsus mortuum exhibere CHRISTVM, hostiam nostram. Item & in illa pauperula uidua significatur, quæ misit duo æra in gazophylacium, idest, quæ quid habuit & temporalis & spiritalis boni tribuit CHRISTO, non inflata more pharisaico de propria iustitia, sed se pauperulam respiciens. Huius meminit & B. Marcus. Tertium quod

exigitur est, ut habeat bonum testimonium non in fide tantum, sed & in operibus bonis. Quæ sint autem hæc bona opera declarat.

*Si filios educauit.* Nam paruulorum educatio est propriè mulierum: nec cibum tantum præbere corporis, sed & integritate sanctorum morum mentem instituere debet & timore Dñi. Sic enim deberent parentes pro conditione status uiuere, ut semper uerius essent patres mentis, quàm carnis. *Si hospitio recepit,* scilicet pauperes & aduenas, fideles tamè. *Si sanctorum pedes lauit.* Hoc erat uetustissimi moris. Obseruatur in hodiernum diem apud religiones reformatas, ubi primò exitinere recipiuntur hospites. *Si tribulationem patientibus subministravit.* Hoc ualdè necessariū, et pertinet ad misericordie opera. Nudus fui, ait Dominus, & coopuistis me. In carcere, & uisitastis. Erustiui, & pauistis &c. *Si omne opus bonum,* idest, charitatis & officij prosequuta est.

*Adolescentiores autè uiduas deuita.* Cum enim luxuriatæ fuerint etc. Quasdam fugiendas præcipit uiduas, propter earum insolentiam & instabile ingenium. Erant enim aliquæ pauperes, quæ rerum penuria pressæ, cibi gratia profitebantur. At cum pabulum accepissent, & carni uires suas restituisent, tentationibus illius resistere nolentes recalcitrabant. Nam frèni impatientes, iugum IESV CHRISTI abiecerant, & nuptiarum expertas delicias repetebant. De his dicitur: *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt,* idest, promissionem qua Deo promiserant se contentas esse primis nuptijs, nec ad secundas redire uelle. Et hoc dicitur prima fides, scilicet quæ post uiri obitum uoto astrinxerant. Et hic locus aduersus hæreticos potentissimus, qui negant in sacris scripturis haberi uota. Et item aduersus eos qui parisi meriti esse docere audent, & non minus gratum & acceptum quod sit citra uotum, quæ quod uoto promissum & solutum: quod est contra euidentissimam rationem. Qui enim uouet & reddit, est (ut dicitur) ueluti qui ipsam in te gram arborem cum fructibus donat. Qui autem sponte sua absque uoto reddit, fructus quidem donat, sed arborem arborisque possessionem sibi retinet. *Simul autem et otiosæ discunt circuire domos etc.* Harum iuuenularum uiduarum mores non bonos describit, quæ discunt simul otiosæ circuire domos, uidelicet officij prætextu & uisitacionis, non negocij causa & officij necessarij, sed nugandi gratia. Otium enim negocium parere debet, sed tale negotium quod ad rem pertinet: alioqui otium est non negotium. Vnde ait: *non solum otiosæ, sed et uerbosæ,* aut potius nugaces & curiosæ. Peccatum magnū & plurimorum, est uirorum, ad cognoscenda aliena facta promptissimi morum, & ad uitam propriam rectè traducendam negligentissimorum. Nullum enim certum habent scopum & finem sibi propositum, ad quem dirigant omnem suam uitam, cogitationes, uerba & facta. Ideò isti loquuntur quæ non oportet, idest, quæ non faciunt ad rem, & dissipati sunt nec uniti, non intelligentes illam Domini sententiã: Porro

Porro unum est necessarium, hoc est, ut uniantur quæ sunt in nobis animæ potentie, uidelicet ad diligendum, & puro corde seruiendum Deo, per dilectionem cuncta ad illum ordinando.

*Volo ergo iuniores nubere.* Quia non sunt idoneæ quæ in tam sublimi statu cœlibatus proficiant. Et hoc ex consilio, non autem secundum imperin: Alioqui intellige de iunioribus non solum ætate, sed & moribus. At si in ætate non ita prouecta appareat senilis prudentia, & mores integri, non est existimanda ea mens Apostoli ut repellere eas uellet ab hoc sancto proposito. Multa sunt quæ lege uniuersali non possunt comprehendere, sed indigent *ἐπιτήρησι*. Meminerit forte aliquis uerborum Apostoli superius ad Corinthios, & obijciat: Cur igitur ita loquitur? Dico autem non nuptis & uiduis bonum est illis si sic permanerint, sic & ego. Et in fine sic concludit. Beatior erit si sic permanerit, secundum meum consilium. Hoc autem in loco uidetur potius ad contrahendas nuptias cōsulere. Sed hoc adolescentioribus, & de quibus non est pudicitie obiuuentutem securitas, & semel gustatas carnis illecebras. At hoc ad uirgines trahi nec potest nec debet: alioqui esset damnare omnem Christianorum consuetudinem rectissimam, & probatissimam à sanctis uiris. Quod tamen Caietanus non est ueritus, ut in annotationibus nostris ostendimus. Illud iam sepius attigimus, quod mirum in modum fuit semper in consyderatione, uidelicet ut prospiceretur famæ, & nulla dare iusta occasio, saltè probabilis, maledicis. Accipiebant enim occasionem plerique ex eo quod quædam conuersæ erant, & defluerant retrò post Satanam. Qui enim apostatat à CHRISTO, necessariò sequitur apostatarum principem Satanam: quod iam nunc multi pro ludo habent. Sed breui sunt lusuri. Fuit semper & erit in omni statu corruptio: nec propterea deferenda sunt casta Dei, si qui perfidi milites ab his ad hostilia deficiunt. Et in CHRISTI collegio omnium optimo & perfectissimo inuentus est unus omnium pessimus. B. Augustinus & oēs sancti aduenterunt quæcunque poterant in contrarium ab his adduci, qui ut turpiter agant, peccantium exemplis se uestiunt. Conuersæ sunt quædam uiduæ retrò post Satanam. Non sunt igitur seruanda uota: Imò immutanda est fallax conclusio. Sūt ergo seruanda, nec abeundū post Satanam. Sed B. Augustini uerba, postquæ isti fingunt se illius auctoritatē non detrecare, afferamus: Nemo uos fallat. Si non uultis falli & uultis amare, fratres, scitote omnem professionem in ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas. Sunt Christiani mali: sed sunt & boni. Quasi plures malos uides: quia paleæ sunt, nec te ad granum peruenire permittunt. Sunt ibi & grana: accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium, iuuenis moniales in disciplinatas. Nunquid ideò sanctorum testimonium reprehendendum est? Multæ non stant in domibus suis: circumeunt domos alienas curiosè agentes, loquentes quæ non oportet, superbæ, linguatæ, ebriosæ. Sed si uirgines sunt, quid prodest integra caro mente corrupta? Melius est humile coniugium, quàm superba uirginitas. Si enim nuberet, non haberet nomen unde extolleretur, & haberet frænum quo regeretur. Sed nunquid propter uirgines malas damnatur sumus & sanctas corpore & spiritu? Aut propter istas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur? Vtique unus assumetur, & alter relinquetur.

Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. Testor coram Deo & CHRISTO IESU, & electis Angelis, ut hæc custodias sine præiudicio nihil faciens in alteram partem declinando. Manus citò nemini imposueris, neque communicaues peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quorundam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

*Qui bene præfunt presbyteri etc.* Presbiteros hoc in loco manifestè sacerdotes & Episcopos uocat, quos præesse supponit. Et honorem duplicem intelligit, qui est reuerentiæ & subdij: quoniam mente & corpore laborant. Ut sapiens igitur dignus est honore. Ut uerò docens & utilitatem afferens, meretur ut non militet suis stipendijs. Possumus insuper dicere duplicem honorem, alterum qui est ab hominibus, & alterum qui erit à Deo, quando dicit: Euge serue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. Illud hic notandum, presbiteros uocari Episcopos, & eos quidem qui bene præfunt. Quod si roges: Nunquid ergo ijs qui non bene præfunt, debentur decimæ & fructus ecclesiarum, & alij honores? Apostolus eos qui bene præfunt dignos esse docet. Tibi non licet iudicare an ille bene præsit, an secus. Et ob eam causam perinde dare teneris ac si bene præsit. Si instes: Res ipsa, inquiens, per se nota est & omnibus euidentis. Vides enim non iam dispensatorem, sed dissipatorem rerum ecclesiasticarum, scortatorem, concubinarum educatorem & cinçdorum, canum: unde fraudatur bonis ecclesiæ pauperes, & ipsius ecclesiæ ornamenta lacera, parietes, tecta, & omnis diuinus PP ij cultus

Que exigatur in uere uiduis.

Luc. 2.

Ibid. 7.

4. Reg. 4.

Luc. 21.

Matth. 25.

Pro uotis, contra hereticos.

Ex tract. Psal. 99.

Nota.

Matth. 24.



cultus pessum eunt. Mores episcopi sequitur de  
rus, licentia uitiorum impunitate donatur, &  
quæ sunt eius generis innumera. Vera hæc esse  
minime inficiamus, ne dicamus malum bonum,  
& bonum malum, nisi deq; tenebris inuoluamus. Ve  
rum quid hic agas? Nunquid tu lucri quicquã  
ex alieno peccato facere debes? Non tibi pro  
pterea permittitur, te ut ab obligatione soluas, &  
dispensatorem teipsum constituas, etiam si mil  
le egenos inde pasceres? Quis dubitat hunc in  
dignum honore suo? Sed cum reuerentia & hone  
stis modis debet, qui eiusmodi est, admoneri.  
Quis si correptionem non admittit, in promptu  
habemus quid agendum sit. Dominus ipse regu  
lam dedit: Dic (inquit) ecclesie. Adire enim oportet  
superiorem, ad quem spectat hæc animaduer  
sio. Tum manus lauisi, & quæ tuarum sunt par  
tium implens, non oberit ad meritum quorũcun  
que superiorum improbitas. Deus propter pec  
cata populi multa finit irrepere ad punitionem  
malorum, & ad probationem honorum. Secus  
est si hæretica doceret, quo tempore neminem  
oportet esse patientem. Temporalium dissipatio  
non tanti facienda est, ut te ab unitate separet  
ecclesie. Obseruatũ est enim breui tpe tales re  
gnare solere, quos uel gula aufert de medio, uel  
gladius, & secreta diuinæ iustitiæ ultio.

Affer autem Apostolus scripturam uete  
rem ad probandum laborantibus dandã merce  
dem, quæ ait; *Non alligabis os boui trituranti*; Ibi  
legitur: *Non ligabis os bouis triturantis in area  
fruges tuas. Et ne de boue crasso illo animali pu  
tes hoc præcisè debere intelligi, ipsemet Aposto  
lus alibi proprium sensum aperit aiens: Nun  
quid de bobus cura Deo? Nūquid propter nos  
potius hæc dicit? Nam pp nos hæc scripta  
sunt: quoniam debet in spe qui arat arare: & qui  
triturat in spe fructus præcipiendi. Sed uide  
congruentiam. Bouem uocat triturantem fru  
ges in area, id est, doctorem scripturas terentem  
& discutientem in ecclesia. Nam scripturæ fru  
mentum continent absconditum sub rudibus uer  
bis, quasi sub spicis & paleis contectum, ut ijs se  
positis nudum granum excipiat & conficiat  
tur animæ panis. Terit autem bos pedibus for  
titer: quoniam conatus illi affectusque laboriosi,  
quibus insudant in scripturis doctores, de spicis  
exire triticum bonum faciunt. Ad huc laborem  
excitabat Apostolus. Hæc meditare, in his esto.  
Attende tibi & lectioni, insta in illis. Quid est hoc  
aliud nisi dicere: Fige pedes tuos, & neruos om  
nes intende? Adiecit & aliam scripturam noui  
testamenti: *Dignus est operarius mercede sua*: Aperta  
est hæc, quam ipsa humana ratio per se suadet.  
Illa uetus ex ipsa similitudine qua uestitur, habet  
nescio quid maioris delectationis: licet idem in  
utraque contineatur sensus. Operarium uocat  
hominem in agro Domini laborantẽ, cui etiam  
duplex honor assignatur pro mercede.*

Sed hic magna exoritur quæstio. Nun  
quid hæc liceat exigere, & super huiusmodi pa  
cisci? Et quomodo mercedis nomine huiusmodi

honor uocari ualeat, cum pro spiritali non sit  
digna atq; congrua merces tēporalis, sed ipsum  
mercedis nomen simoniam cōstitueret uideatur?

Verũm hac de re super ea quæ ad Corinthios,  
satis uideor mihi deservisse, & libello item par  
ticulari de simonia. Longus autem sermo exige  
retur ad hæc componenda, & satisfaciendum  
docto & pio lectori. Prosequamur igitur.

*Aduersus presbyterum noli accusationem recipere  
nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Sed hoc quod ac  
cusatio nõ admittatur, nisi duobus aut tribus te  
stibus suffulta fuerit, uidetur non solum in pres  
byteros, uerũm etiam in omnes regulariter le  
gitimum esse. Quidam propterea notant, quod  
ait; *recipere*; ut hoc sit specialis in presbyteri gra  
tiam prærogatiua, ut non recipiatur accusatio,  
nisi prius idonei testes appareant: in alijs uerò  
recipiatur, sed nullũ habeat effectũ, nisi dũ testi  
monium liquet. Mihi hoc commentum non  
quadrat. Sunt ergo codices in quibus hæc exce  
ptio non ponitur, sed simpliciter prohibetur ac  
cipere accusationẽ in presbyterum, siue Episco  
pum, tanquã unam de grauioribus causis. Et  
hoc puto uerum ex Cap. Maiores de Bap. Ita  
ut inter apostolica decreta hoc memoretur in  
ter causas ad sedem apostolicã referuandas, ui  
delicet Episcopi accusatio. Quod si hic non lo  
quatur de Episcopo, sed de simplici sacerdote,  
adhuc non est mirum, si hoc fortẽ Apostolus uo  
luit prohibere propter adolefcẽtiam Timothei,  
sed sibi cognoscẽdã referuare. Vel et ut ab accu  
sando deterreret quosdam improbos homines,  
quorum fuit semper in sacerdotes Dei odium,  
ne tam facile pateret & passim omnibus accusa  
toribus locus. Placet ergo ut hic locus legatur  
absque illo adiuncto; Nisi sub duobus, aut tri  
bus testibus; ad quæstiones tollendas.

*Peccantes, subintellige, in manifesto; coram om  
nibus argue; Et hoc ad presbyteros pertinere po  
test; ut & ceteri timorem habeant; Nam unius cor  
reptio est admonitio atq; exemplum multorum.  
Testor coram Deo, & CHRISTO IESU, & ele  
ctis Angelis.* Vel hoc de omnibus Angelis dixit,  
quos electos dicere possumus præ ijs qui cecide  
runt: Vel (quod magis placet) de certis illis septẽ  
Spiritus qui ante Deum astãt, ut testatur Dile  
ctus, inter quos primi sunt Michael, Gabriel, Ra  
phael: aliorum quatuor nomina certò e scriptu  
ris non habemus; *Vt hæc custodias sine præiudicio;*  
id est, sine præcipitatione tumultuaria, declinan  
do ad dextram uel ad sinistram.

*Manum citò nemini imposueris; uidelicet in or  
dinibus cōferẽdis. In Diaconis, & Sacerdotibus,  
& Episcopis manus impositio seruabatur, & ser  
uatur adhuc, ut patet Act. 6. & alibi. Etiam illa  
gratia Spiritus sancti, quæ tunc sensibiliter uenie  
bat, per manuum impositionem dabatur, ut pa  
tet in eo libro. c. 8. & 9. & alibi. Ergo quoties uel  
ordine, uel extra ordinẽ uenire oportebat gratiã  
ad aliorũ illuminationem, purgationẽ, perfectio  
nẽ, inter cætera solẽnia hoc seruabat, uel manuũ  
impositio, ut uirtus Dei per ministrorum manus*

in eos

in eos uideretur quodam modo effundi. Hæc er  
go manuum impositio non citò erat imponen  
da, sed cum sale & pondere. At nunc, O bone  
Deus, quid sit? Hic nec uerbis quæ deficerent,  
nec exclamationibus quæ fortẽ non iuarent,  
abundabimus. Satis superq; sit denuntiare quod  
uenturum est. Væ illis & qui imponunt: Væ illis  
& quibus imponitur. Inde enim totius christiani  
orbis uenit corruptio, & religionis nostræ con  
temptus. Nam si sal fatuum, quid erit terra? Si  
quæritur ecclesie reformatio, in hoc certè maxi  
ma & potior reformationis pars consistit.

Matth. 5.

*Neque communicaueris peccatis alienis.* Quod  
facile episcopus facit, dum tolerat minime tole  
randa, dum non corripit corripienda, dum uitu  
peranda non uituperat, dum nõ probada pro  
bat siue hominem, siue rem, siue quemlibet actũ:  
& præcipue si malam doctrinam non corripit,  
si cum hæreticis communicet, & cum infamibus  
& peccatoribus conuersetur, nisi fortẽ ut domi  
nus ad correctionem, & præsentibus uiris graui  
bus & minime suspectis. *Teipsum castum custo  
di,* ab omni malo & peccato, & contamina  
tione tam mentis quã corporis. *Noli post hæc  
aquam bibere &c.* Hic apparet abstinentiam non  
prohiberi à cibis, nisi quando est nimis aduersa  
ualetudini, & propter infirmitatem, quæ per se  
patienter tolerata, satis est magnus luctus.

*Quorundam hominum peccata manifesta sunt præ  
cedentia ad iudicium &c.* Hic Apostolus notitiam  
utilem tradit, qua sciamus circa homines iudi  
cium rectum. Nam tunc rectè iudicamus, cum  
iuxta notitiam illam procedimus, quæ à nobis  
haberi potest. Diuiduntur enim homines in bo  
nos & malos. Et mali quidem, aut sunt in mani  
festo eousque mali, ut ante iudiciũ sint manife  
sti; aut oportet eos per iudiciũ manifestari. Si  
militer & boni, aut sunt adeò boni ut manifesti  
sint & probati coram oculis ecclesie: aut adhuc  
latent. Quod si tales fuerint, non poterunt sua die  
latere. Ergo de manifestè malis, & manifestè bo  
nis loquitur: quoniam illi latere ob insignia fla  
gitia & scelera, & hi tanquam lucernæ abscon  
di ob splendorem uirtutum non possunt. Vt igitur  
est manifesta notitia, ita est regula ut illi uite  
tur, hi autẽ cum ueneratione suscipiantur. De  
alijs uerò qui nec se per manifestã malitiam pu  
blicè ostendunt, nec per opera charitatis præ  
clara sui certã notitiam exhibuerunt, expectan  
dum est uerum iudiciũ: quia nihil occultum  
quod non oporteat aliquando reuelari.

## CAP. VI.



**Q**UICUNQUE SVNT SVB  
iugo serui, dominos] suos  
omni honore dignos arbi  
trentur: ne nomen Domini  
& doctrina blasphemetur.  
Qui autem fideles habent  
dominos, non contemnant

quia fratres sunt, sed magis seruiant quia  
fideles sunt & dilecti, qui beneficii partici  
pes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis ali  
ter docet, & non acquiescit sanis sermoni  
bus domini nostri IESU CHRISTI, & ei  
quæ secundũ pietatem est doctrinã, super  
bus est nihil sciens, sed languens circa quæ  
stiones & pugnas uerborum, ex quibus  
oriuntur inuidiã, contentiones, blasphemia,  
suspiciones malæ, collisiones hominum  
mente corruptorum, & qui ueritate priua  
ti sunt, existimantium quãtum esse pieta  
tem. Est autem quæstus magnus pietas  
cum sufficientia. Nihil enim intulimus in  
hunc mundum: haud dubium quia nec  
auferre quid possumus. Habentes autem  
alimenta, & quibus tegamur, iis contenti  
simus. Nam qui uolunt diuites fieri inci  
dunt in tentationem & in laqueum diabo  
li, & desideria multa inutilia, & nociua,  
quæ mergunt homines in interitum &  
perditionem. Radix enim omnium malo  
rum est cupiditas, quam quidam appeten  
tes errauerunt à fide, & inferu erunt se dolo  
ribus multis.



*Vicunque sunt sub iugo serui &c.* Vide  
quam occasionem accipiebant ad  
seditionem homines secundum car  
nem prudentes. Prædicabatur ab  
Apostolis et alijs fidelibus prædicato

ribus CHRISTI legem esse legem libertatis. Ac  
cidebat ergo ut qui antea serui erãt, post datum  
christianæ religioni nomen, indignũ censerent si  
ulterius sub iugo scilicet infidelium dominorũ  
remanerent. Nam cum simpliciter libertas op  
ponatur seruituti, putabãt carnalem seruitutem  
repugnare christianæ libertati, non intelligentes  
libertatem in quam per CHRISTVM uocati  
erant: & quod tali libertati hæc humana seruitus,  
aut potius seruitium non repugnat. Non est  
enim Deus noster, dissensionis Deus, sed pacis.  
Quare per hæc dissidia dabatur occasio blasphe  
mandi christianum nomen & doctrinam apud  
infideles, qui tanquã hoc esset secundũ CHRI  
STI doctrinam accipiebant, & murmurabant.  
Huiusmodi ergo seruis dicitur, ut arbitrentur do  
minos suos omni honore dignos. Non dicit ar  
bitrentur ita pro certo censentes, si fortẽ iniqui  
fuerint & maligni, & digni omni malo, sed ait; Ar  
bitrentur, hoc est; sic se gerant erga illos tanquã  
si tales essent, quia tales decet esse seruos, ut re  
spiciant dominos suos ut dominos, id est, ut  
omni honore dignos esse etsi non sint. Ita quidã  
dixit de mulieribus, quibus debet uideri uir  
pprius pulchrior omnibus, sapientior omnibus:  
quã non est aliud quã contentas illo esse debere.

Rursum etiam uidebatur inconueniens, mã  
cipium christianum esse sub Christiano aliquo et  
fidei domino: quod tamen similiter nõ est uerũ

PP ij Quapropter

Quapropter subiecit Apostolus noster: *Qui autem fideles habent Dominos &c.* Dominus noster non solum quæ sunt iuris naturalis, uerum etiam quæ iuris gentium sunt non tollit lege sua euangelica. Nam seruitus de qua loquitur, quam custodiri uult, non secundum naturam est, quæ facit omnes liberos. Non enim est illa seruitus de qua Philosophus in politicis, qui ait natura minus sapientes, magis sapientium seruos esse. Sed aliud est despotica hæc dominatio, de qua hic loquitur Apostolus. Merè enim iuris gentium est hæc seruitus: nec tamen contra naturalem rationem. Nam cum tripliciter seruus quispiam fiat, aut bello captus, aut uernaculus, aut si se uendiderit cum conditione pretij participandi, hæc omnia uidentur non sine ratione: quia & bellum supposita legitima causa iustum est: Ergo & quod sequitur ex iure belli. Hæc autem est radix seruitutis, & captiuorum, & uernaculorum. Non est enim absurdum posito inconuenienti contra legem sequi aliud, sed legitime. Verbi gratia, Quod sit bellum, est ex iniustitia alicuius partis, quod est inconueniens. Hoc autem posito multa conuenienter sequuntur, quæ alioqui simpliciter & absolute considerata essent supra modum inconuenientia. Contingit enim sæpenumerò ut sapientiores serui sint dementiorum. Et tamen hæc iure postmodo contingit supposita aliqua iniuria.

*Hæc doce & exhortare*, propter publicam uidelicet pacem. Sed hæc noui & miseri hæretici non uiderunt decertantes, & in ferrum proserua & insana libertate ruentes. Non est enim uera libertas ouium segregare se à pastoribus.

*Siquis aliter docet &c.* Vocat sanos Dñi sermones, quia ueritate pleni sunt, cui omnia consonant. Infirmi autem sermones sunt quos mendacium facit, & inualidos & reprobos. Vocat & doctrinam secundum pietatem non solum quæ est religiosa, sed quæ nullam occasionem contra ipsam religionem & pietatem præbet. At dare occasionem blasphemiae, non id habet ut sit secundum pietatem: quod tamen ex eo procederet, si quis doceret in lege CHRISTI iura gentium uiolari, ut nullus Christianus homo seruus esse possit. Quisquis autem talis est, ut id, aut quod simile doceat, supbus est, seu supbiuit et nihil sciens, ait Apostolus. Multi uidentur docti & non sunt reuera. Credo ego in rebus theologicis, quicumque contra CHRISTVM & eius sanam doctrinam loquitur, aut non ex animo loquitur, aut si ex animo loquatur, nihil scit: quia errat circa fundamenta. B. autem Apostolus ait quod homo huiusmodi languet circa quæstiones & pugnas uerborum, id est, sequitur uerba magis quam res: uerbis magis quam rationi attendit. Et hoc est languere, non substineri in neruis & fundamentis fidei. Verbi gratia: scriptum est. Oportet semper orare: hinc Eucharistia hæretici occasione sui erroris superbè sumpserunt, mordicus defendentes semper esse orandū. Alibi de Ioseph & sanctissima VIRGINE dicitur: Antequam conuenirent. Et non cognoscebat eam; hinc Heluidiani, Alibi;

Omnia munda mundis. Et omnis creatura Dei bona est. Et nihil reijciendum est &c. Hinc Iovinianus. Et ita de hæreticis antiquis. Sic & nunc neoterici: quia legunt de fide multa, quod illa iustificat & non legis opera, solam fidem commendant, ita ut reuera excludant & charitatē & opera: quanquam hoc ipsi negent, quia secum constare non possunt. Nam CHRISTI promissionem factam credenti, non operanti dicunt: imò credenti & non operanti, cum tamen tã clarè redditur se pronuntiet CHRISTVS unicuique iuxta opera sua. Ex his autem quæstionibus & uerborum pugnis oriri ait Apostolus inuidias, contentiones (græcè legitur in singulari inuidia, contentio) blasphemias, suspiciones malas, confustiones hominum mente corruptorum. Vocat homines mente corruptos, qui descendunt in hæc uitia repugnante conscientia, & accipiente cauterium. Dominus enim permittit tunc obsecrari lumen, & uenire regnum tenebrarum: unde ueritate priuantur & errant. Adiecit.

*Existimantium quæstum esse pietatem.* Hinc etiã nata est puerba hominis doctrina dicentis ipsum Dominum nunquam docuisse quæstum, nunquam ordinauisse religiosi ut quærerent & mendicaret, & ita uiuerent de alieno. Et hoc, quia non est res pietatis. Et uerè quæstus non potest dici pietas in ueritate, aut pietatis res, quia uerbum quæstus significat aliquid auaritiæ, & quod supra necessitatem quæritur: hoc enim est quæstus, qui non est pietas, neque sub pietate. *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Ostendit quisnam sit uerus quæstus, scilicet pietas, cui debetur cœlum, nimirum ipsa religio, qua homo Deum honorat & colit per charitatem & obsequia quælibet. Hic enim quæstus est longè uberrimus. Sed quoniam opus est uiuere (Non enim omnes exercere possumus pietatis opera absque uictu) ideo adiecit comitem pietatis sufficientiam: Quid est sufficientia, nisi tantum quantum sufficit, & non ultrà quicquam? Ergo quod hanc excedit sufficientiam, quæstus est & non pietas, & pietatem uiolat. Quod uerò non excedit, cum pietate est, imò ex pietate est: sic enim dicitur pietas, & non est quæstus. Et cum id quod, sufficientes est habetur per humilitatem & abiectionem mendicitatis, certè magis ex pietate est, cum hoc sit humilitatis, quoniam homo propter Deum se subiecit huic sorti uilissimæ, quæ est ex mendicato uiuere. Postremò ridiculum est quod concedit Caietanus, posse quidem alium pro alio mendicare, pro se ipso autem non posse. Nam si mendicitas malum est propter rapinam, quantum magis prohibenda ne pro alio fiat? Est si bonum est propter humilitationem, quantum id etiam melius pro se agatur. Et præter hæc, Quid quæsto iterum, ut quid fiat per se, an per alium, modo idem resultet uel boni uel mali ex facto? Si enim solus quæstus attenditur, & tanquam non ex pietate proficiscens uituperatur, semper uituperio dignus erit. Sed non opus immorari in his, quæ manifestè contra ipsam pietatem pugnant.

Abstine

*Abstine teipsum à talibus.* Hoc in græcis legitur: interpositum tamen est ante hanc sententiam: *Est autem quæstus &c.* Et significat quod alibi interpres expressit: Deuita eos qui huiusmodi sunt, ut etiam deuitentur ab alijs uelut impij. Non enim tolerandi sunt qui contra ueritatem legis fidei docent. Et quos deuitat episcopus, suo facto signat uitandos quoque esse ab ipsa plebe. Quid ergo merentur miseri Episcopi qui communicant & conuersantur cum hæreticis: imò ipsi hæretici sunt, hoc est, lupi quibus creditæ sunt oues CHRISTI? *Nihil enim intulimus in hunc mundum &c.* Alius idem dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Hoc uerbo significans non esse naturale intendere bonis quæ nec nobis natura insunt, nec nos hinc abeuntes comitantur. Quid igitur frustra laboramus & congregamus, ignorantes quibus congregemus? Theaurizat, inquit propheta, & ignorat cui congregabit ea. Longè esset fatius relinquere liberos & affines aliqua penuria laborantes, quam diuitijs affluentibus. Intran in labores aliorum, qui cum non sint experti quanto sudore acquirantur facultates, conuiujs, luxurijs & aleis breui tempore consumunt omnia. Quibus si relicta fuisset à parentibus sollicitudo uictus quærimenti, fortè nec ista amisissent, nec æterna. *Habentes autem alimenta &c.* & meritò. Quicquid enim amplius est, superfluum est. O uani filij hominum & duri corde qui tanti faciunt uestium apparatus! At proprio nomine non dignatus est. Apostolus sed; quibus tegamur; ait. Verè satis est uel uilibus carnem regi mox terram futuram, & uermium escam.

*Nam qui uolunt diuites fieri.* Volentes ditari non rat, non qui diuites sunt, sed qui hinc animi neruos tendunt; *Incidunt in tentationem & in laqueum Diaboli.* Tentatio non mala est, nisi in eam nostra culpa incidamus, & imparati inueniamur ad resistendum: Alioqui bona est & magni meriti tentatio. Nam qui non est tentatus quid scit? Ipse igitur homo est qui sua culpa dat locum tentationibus ocio torpēs, uel negotio malo deditur: ut si quis curiosè agat, nec ea curet quæ suarum sunt partium. Diabolus enim diligenter obseruat nos, & cum non inuenit hominem occupatum in operibus bonis, aggreditur & obruit. Item si in tribulationibus constitutus non deprecatur, intrat facile in tentationem. Ideò dixit Dominus in tempore persecutionis magnæ. Orate: uigilate, ne intretis in tentationem. Si etiam in prosperis non agit gratias, nec se tantò magis humiliat, incidit in tentationem superbiæ, elationis, & huiusmodi. Si habet scandalum ab oculo & non fugit, & non amputat sibi oculus, & ita manum, & ita pedem, & si quid aliud quod obstat ueritati, intrat in tentationem. Sic homo qui uult fieri diues intrat in tentationem furandi, rapiendi, iniuste agendi, aduocatione, procuratione, mercimonijs, autoritate & potestate tyrannica: Vnde sequuntur mendacia, periuria, fraudes, iniuriæ, uiolentia, quibus omnibus homo dat locum uolens fieri diues. Id uerò quomobrem? Quia id

uult quod nocet, quod est plenum infidijs & laqueis. Vnde sequitur, *& in laqueum Diaboli.* Hic enim laqueos strictos tendit, quibus ita comprehendit pedes ut nequeat abire, aut collum ut stranguletur; *& desideria multa inuitia, & nocua.* Certè homo qui ad diuitiarum cumulum redit, incipit habere oculum ad domum proximi sui, aut ad uineam, aut ad oliueta & agros, & uult illos siue ui seu iniuria, aiens intra se. Vnde habes quærere nemo, sed oportet habere. Tu uerò audi quæ seuerè in eos propheta inuehatur. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agrum copulatis usque ad terminum loci. Nunquid habitabitis uos soli in medio terræ? Memèto Iezabel quæ significat insulam sterquilinij: aut uæ sterquilinio. Verè enim sterquilinum est diuitiarum cupido, quod per Iezabel significatur, quæ suadet Achab malum contra Dominum: lege libros Regum. Dicit autem: *desideria multa:* quia Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Dicit, *inuitia;* quia quod superfluum est, inutile est. In græcis tamen legitur, *ἀνομιὰ*, id est, irrationabilia. Nam ratio repugnat ut ea quæ sub nobis sunt, nobis imperent. Dicit; *& noxia;* quæ etiã quoad mundum ferunt secum difficultates, labores, anxietates, lites, inuidias, & innumera mala; *quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Vi de quàm aptè dicat: *mergunt.* Dominus dixit: *Et suffocant uerbum.* Sicut enim suffocant ueritatem uerbi, ita & homines mergunt ut non ualeant euadere propter ipsum peccatorum pondus quod secum ferunt, & affectus terrenos: quia curuatus est homo, nec potest sursum conspiciere. Aurum est materia laborum, periculum possidentium, uirtutum exilium. Aurum malus dominus, proditor seruus. Aurum plus cruciat apud quem copiosius fuerit. Infidiæ sunt in diuitiarum amplitudine, infidiæ in pauperatis cupidæ angustijs. Illæ eleuant ad superbiam: hæ incitant ad querelam. Laqueus sunt in securitate, laqueus in timore. Nec interest utrum animus qui terreno tenetur affectu, gaudijs occupetur an curis, cum par morbus sit uel sub una delectatione languere, uel sub anxia sollicitudine laborare. Auri custos securitatem non habet, nescit quietem: & cui deest securitas, quomodo potest adesse quies? Hæc melius norunt qui diuitias perdidit amanti. Et licet sentiãt uerum esse quod Apostolus subiunxit, non tamen hanc pestem fugere uolunt. *Radix enim (inquit) omnium malorum est cupiditas.* Facile enim esset uim huius radicis uidere, si cōsiderarem in multa exēpla, & quomodo multi eam cupiditatem appetentes, id est, ea quæ ista cupiditas monstrat corruerunt. Sic & spes pro rebus speratis, & cupiditas pro rebus concupitis accipitur. *Errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Non opus est ad hoc probandū multis historijs. Assiduè enim hoc in humana uita contemplari licet, & ante ipsos oculos exempla conspiciere: quomobrem uelut rem pestiferam & perniciosissimam uult à Timotheo uitari. Est enim in Episcopo præcipuè execranda.

Tu

Triplex genus seruitutis.

Iob. 1.

Isa. 5.

Marc. 4.

Ecc. 34.

Marc. 14.

Luc. 18.

Tu autem o homo Dei, hæc fuge: Sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen: apprehende uitam æternam in qua uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo qui uiuificat omnia: & CHRISTO IESU, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usque in aduentum domini nostri IESU CHRISTI: quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest: cui honor & imperium sempiternum, Amen. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. O Timothee, depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quæ quidem promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum, Amen.

*Tu autem, o homo Dei, hæc fuge, ab his longissime recede.* Certè homo Dei non potest esse in his quæ à Deo multum distrahunt: quale est auaritiæ peccatum, quo si mens semel infecta fuerit, ita grauem reddere solet, ut ad sublimia appetenda attolli non possit. Vnde quidam rectè: Nihil tam angusti animi quam amare pecuniam. Quæ igitur pudore suffundi debent inter alios quidam prælati, quos hæc terribilissima cupiditas iræ possidet, ut sæculi hominibus auidius congerendis nummis inhiant: Et tamen fugienda sunt hæc omnia, & ad ueras diuitias aspirandum, quas ostendit Apostolus, addens: *Sectare uero iustitiam &c.* Notè sunt uirtutes quas enumerat, & alibi explanat. Fidei certamè dicitur omnis conatus & pugna quæ propter cœlestia suscipitur; *Apprehende uitam æternam*, idest, regnum cœlorum quod uim patitur, & à uiolenti rapitur, non à desidiis & tepidis; *in quam & uocatus es, & confessus bonam confessionem*; Melius, bonam professionem. Ego puto Timotheum renunciaisse omnibus bonis mundi huius solemniter. Id enim fiebat à plurimis, ut de huiusmodi confessione, seu professione loquatur hic Apostolus. Aut fortè episcopalem professionem dicit. *Præcipio tibi coram Deo, qui uiuificat omnia*, idest, cuius est uiuificare omnia, cum sit ipse uita: Et uiuificat quæ digna sunt uita; & CHRISTO IESU qui testimonium reddidit

*sub Pontio Pilato &c.* Testimonium profectò reddidit ueritati, quod ipse confessus est uerbo primum, dum Pilato interroganti respondens, ait: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Et factò, dum ob ueritatis prædicationem mortem est acerbissimam perpeffus, & mortem crucis. Vnde Iudæos increpabat. Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? *Vt serues mandatum*: Fortè mandatum prædicationis intelligit, quod accepit in episcopatus professione, quod omninò seruandum est. Aut absolutè mandatum uocat omne quod CHRISTO tenemur seruare. Nam mandatum nostrum CHRISTVS est, & charitas, ut diligamus nos inuicem, sicut ipse dilexit nos; *sine macula irreprehensibile*; Seruat autem mandatum hoc sine macula irreprehensibile, qui & pietatem in Deum, & iustitiam in proximum, & moderationem in seipso custodit; *usque in aduentum Domini*; siue apparitione, quando tibi apparebit iudex. Nam perseuerantiam desiderat Apostolus, & opportunè quidem ac meritò. Opus. n. erat maxima animi magnitudine ut posset Timotheus ætate iuuenis, & fortassis natura meticulosior, in illa ciuitate intrepidè euangelicam fidem tueri, ubi tot erant inuidi & maligni homines, qui uel auaritiæ dediti, uel falsorum Deorum cultum acerrimè defendentes, negociū facessere Præsuli non desistebant. Nam legitur in Act. quædam seditionem concitauerint artifices ob sublatum quæstuum, qui ex templo magnæ Dianæ proueniebat. Et licet sedata fuerint post omnia: non propterea dormit antiquus hostis, quin nouas semper moliat in insidias, præsertim cum animaduertit regnare inculpatæ uitæ Superiorè. Propterea adhibet hic Apostolus ad Timotheum tam adiurationis efficaciam, ut intelligens rei grauitatem & obligationem non torpeat: & itè proposito apud Deum æterno præmio, laboris & periculorum magnitudinem maiori alacritate subeat. Non enim deerit promissus Deus, qui & hic adiuuabit, & in futura uita cornabit. Et hinc potest elici, quòd Dominus IESVS apparebit unicuique, cum non erit amplius tempus operandi, & seruandi mandatum; *quæ suis temporibus ostendet.* CHRISTVM ostendendum à Patre dicit. Et hoc suis temporibus, idest, quando opportunè erit in oculis suis, tunc apparebit. *Beatus & solus potens.* Honorat autè Patris auctoritatem: quia ab ipso procedunt omnia, & ipsemet Filius & eius confessio, & quicquid est habet autorem Patrem. Ipse enim Pater dixit: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Clarificauit enim iam illum in persona eius. Clarificabit prætereà in toto corpore suo quod est ecclesia, dum præmio bonos afficiet, malos autè male perdet. Vocat & beatum: ut cui naturaliter & per se comperat beatitudo. Vocat solum potentem, ut superius dictum est. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Vocat Regem regnantium, & Dominum dominantium: quia ipse est rex uerus & dominus, qui à nullo regitur, & sine quo nullus regit. Nam per illum regit & dominatur,

Ioh. 1. 8.

Ibid. 8.

Act. 19.

Ioh. 1. 1.

dominatur quicumque regit & dominatur, ut scriptum est: Per me reges regnāt: & conditores legum iusta decernunt. *Qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem*: quam & nos per gratiam habituri sumus. Ille solus habere dicitur immortalitatem: quia ex seipso habet, non aliunde. Et lucem habere inaccessibilem: quia nullus ad eam suis uiribus potest accedere. Nam quum accedemus, assumemur & trahemur ab illo, non nostris uiribus, sed illius muneribus. *Quem nullus hominum uidit.* Qui enim uidit, iam non est homo, sed supra hominem, sed nec uidere potest: quia hoc repugnat homini in conditione humana existenti. Illi igitur meritò reddendum est ab omni creatura honor & imperium sempiternum, Amen.

*Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublimè sapere.* Superius admonuit ac deterruit uolentes fieri diuites. Nunc opportunissimum præceptum diuitibus huius sæculi adiungit, primum; *non sublimè sapere*; idest, non alta meditari ad dominationem & superbiam uitæ. Nam diuites per diuitias suas discernuntur ab alijs: & quibus sunt nūmi in arca, facillimè tales inflantur, & reliquos spernunt: & generosus est animus qui inter diuitias morbo superbiæ non laborat. Contra quos uehemèter exclamat, & meritò B. Iacobus: quoniam iudicium hoc malum est & contra Deum, qui potius elegit pauperes. Non enim ex terrena substantia homo est æstimandus, sed animi uirtutibus. Addit; *Neque sperare in incerto diuitiarum*; Vocat diuitiarum incertum eleganter: quia non sunt stabiles. Modo enim ad hunc, modo ad alterum de uoluntur, sed in Deo uiuos; in quo, & à quo est uerum bonum sperandum, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum; idest, qui omnia nobis abundè præstat quæ faciunt ad felicitatē, qua sola fruimur; *bene agere*; Græcè legitur, *αγαθοεργεῖν*, idest, operari bonum. Et hoc iungitur cum eo quod prædictum erat: *Præcipe diuitibus, inter quæ & hoc est, bonum scilicet operari, nimirum uitam æternam, quam bonis operibus nobis operamur: unde adiungit; diuites fieri in operibus bonis.* Non in sola fide, in qua non consistunt diuitiæ integræ; *Facile tribuere*; Hilarē enim datorē diligit Deus; *communicare*; Proprijsimè dictum. Nam reuera nihil est cuiquam proprium, sed communia omnia putanda sunt uero Christiano.

Ex B. Augusti no.

*Theaurizare sibi fundamentum bonum in futurum*; æternam uitam, ut habent nonnulli græci codices. CHRISTVS ipse Dominus noster est qui postulat, quasi ita diuitibus loquens. Da mihi ex his quæ prior tibi dedi. De meo querens: da & redde. Habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeā te foeneratorē. Temporalia mihi das, æterna tibi restitua. Si uis esse mercator optimus, foenerator egregius, da quod non potes retinere, ut recipias quod iam non poteris amittere. Da modicum, ut recipias centuplū. Da talem possessio-

nem, ut accipias hæreditatem æternam Hoc est thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. Nā quæ maior stultitia excogitari potest, quā illi diuitias suas relinquere, unde mox exiturus es: & illuc non præmittere, ubi perpetuò māsurus es? Ergo substantiam tuam colloca, ubi patriam sempiternam habes. Et hic locus penitus iugulat hæreticos, qui tanta impudentia contra omnes passim scripturas non uerentur negare uitam æternam bonis operibus reddi.

O Timothee, depositum custodi; idest, talentum quod tibi creditum est, ut reddas de eo rationem. Aut fortè depositum uocat donū iustitiæ, quod exercere debemus ut fructificet Deo; *Deuitans prophanas uocum nouitates*; seu uanitates. Nam græci codices hac in parte uariant. Et certè in nouitate uocum circa theologiam est sæpe scādalum, & perniciofa contentio. Quare & loquendi modus ab hæreticis nouis introductus de imputata iustitia, de historica fide, cum sint nouæ uoces & prophæ, quibus sacri Theologi nusquam utuntur, uitandæ omninò sunt, atque reprobandæ. Ad dit; *Et oppositiones falsi nominis scientiæ*; seu falsò nominatas scientias. Erant qui scientiam quandam profitebantur, quæ opponebant in CHRISTVM. Putant uero quidam Apostolū de Cabalistica loqui. Nā alia non occurrit quæ falsum nomē haberet scientiæ, & militet in CHRISTVM; *quam quidam promittentes* (seu profitentes) *errauerunt à fide.* Facile erratur à ueritate fidei, sequendo falsam scientiam. Proposuit olim Ioan. P. Comès Mirādulanus inter plurimas conclusiones, quas exercitiū gratia disputadas in uniuersitatibus publicauit, hanc à Criticis subnotatam. Nulla est scientia quæ nos magis certificet de diuinitate CHRISTI, quam Magia & Cabala. Quæ conclusio iam multis modis ut falsa & scādaloza ac reprobabilis, à doctis doctè est reprobata, etiam post eiusdem uiri Apologiam, ita ut non sit opus amplius disputare. Illud tamē uehementer sano iudicio illi obstat, quòd nullus Apostolorum, nullus doctorum quos commendat ecclesia, hanc nobis scientiam uel tradidit, uel commendauit, uel quicquam de illa innuit: ut sit mirabile, si esset ad tantā notitiā adeo utilis, fuisse silentio sepultā. Quare curiosè & non satis sobriè ab illo uiro alioqui literato, & admirabiliter pro ætate perito, hæc & alia quædam iuuenili ardore prolata sunt. Quin etiam (ut ipsius Nepos testatur in suis libris) ipsemet Picus hanc conclusionē damnauit postmodo saniore ac meliore iudicio. Quia in re dignus est egregia laude. Nam pauci sunt qui uelint à semel positis resiliere & recantare.

Gratia tecum. Hæc saluatio creditur manu ipsius B. Pauli. Benedictus Deus semper.

Amen.





## ARGVMENTVM IN POSTERIOREM

EPISTOLAM B. PAULI APOSTOLI AD

TIMOTHEVM.



**R**OMAE VINCTVS CATENIS APOSTOLVS REDIRE AD TIMOTHEVM ut sperauerat, non potuit. Alteram igitur scripsit epistolam, qua illum ad se accersuit, cū esset imminentis suæ passionis certus. Ostendit primū tenerum erga charissimum discipulum affectum, rogans ne ullis frangatur aduersis rebus, quin potius paret se ueluti strenuus CHRISTI miles ad coronam martyrio obtinendam. Vitanda omnino uaniloquia & stultas questiones, sed ante omnia hereticos, iubet. Conditionem futurorum temporum prædicit: quare hortatur ut sana prædicatione opportunè seu importunè instet, & falsis fratribus hominum libidini & aurium pruritui inseruentibus resistat. Persecutionum suarum meminit tantarum, ut ab omnibus derelictus fuerit, sed non ab ipso Deo, à quo de Neronis manibus est ereptus. Ut igitur se mox det in uiam mandat: salutationibus ultrò citroq; adhibitis epistolam tandem concludens.

## COMMENTARIA

IN EANDEM EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD

TIMOTHEVM.



**D**A VLVS Apostolus IESV CHRISTI per uoluntatem Dei, secundum promissionem uitæ quæ est in CHRISTO IESV, Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia, & pax à Deo Patre nostro, & CHRISTO IESV domino nostro.



**A**POSTOLVM SE CREATVM testatur nō propria electio ne & arbitrio, sed per uoluntatem Dei: Elegit enim Deus quos uoluit & per Spiritum suum sanctum quos ad tāti muneris functionem elegit, omni gratiarum genere opportunarum dignos fecit & repleuit. Spiritus enim liberè sua dona prout uult, citra cuiusquàm iniuriam, distribuit. *Secundum promissionem uitæ quæ est in CHRISTO IESV.* In hoc enim Apostolus est institutus, ut hanc foelicissimam uitam, & illius certam promissionem in uniuersum mundum spargeret, quæ nobis in CHRISTO IESV credentibus, & eius mandata exequentibus reposita est, interim abscondita, reue-

landa cum apparuerit in gloria. *Timotheo charissimo filio.* Vide quanta dulcedine amplexabatur suum Timotheum B. Paulus: erat iuuenis, erat discipulus, erat ab illo consecratus, & tamen uideatur omnium obliuisci, sola materna uiscera offerens; *charissimo filio;* inquit. Magna sanè Maioribus nostri temporis instructio, ne tot ac tantis titulis ita salutari delectentur, ut possit uereatur uerbum emittere, quod minus grauitatem maiestatemq; redoleat. Nam dulcis ille & charitate conditus Maiorum ac Seniorum sermo, mirum in modum acuit igenuos adolescentium animos ad ueram laudem, & ad grauiora quæcunq; subeunda pericula. Hoc unum uerbū satis ( ut ego arbitror ) Timotheo fuit ut ei excuteretur lacrymæ: & ut leuius ferret labores, & sibi demandatam tantā in illa ætate Ephesiorum curā, cum legeret insigne Apostolici erga se amoris eouque charum testimonium, fundati in CHRISTO IESV, non in rebus fluxis & breui perituris. Magnū laborantibus solatium, nosse suas operas sub illo Domino reddi, quod promisit præstat cum mensura coagitata, conferta, superfluente in sinum eorum, qui in illius gratiam strenuè in militia se usque ad finem gesserint.

Gratias ago Deo meo, cui seruiō à progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus

in orationibus meis nocte ac die, desiderans te uidere, memor lacrymarum tuarum ut gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum autem quod & in te. Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearū. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Gratias ago Deo meo, cui seruiō à progenitoribus meis &c. De more B. Pauli est semper gratias agere: quia semper nouis à Deo & cumulatiorebus beneficijs experiebatur se à Deo augeri. Vocat & peculiariter Deum suum, ad eam intelligentiam quam superioribus epistolis, potissimū ad Rom. attulimus. In græcis tamen desideratur; meo; Adiungit modum quo seruiebat, nimium; in conscientia pura: id est, non maculata per propriam aliquam affectionem malam. Et nihilominus sunt qui putant B. Paulum ignorasse suam innocentiam. Dicit à primogenitoribus, id est (ut ego puto) ab ea die qua genitus fuit in CHRISTO, licet aliqui aliter dicant. Et materiam gratiarum actionis exponens ait. *Quod sine intermissione habeam tui memoriam &c.* Et hoc maxime notandum, quomodo gratias agebat ob illam Timothei memoriam, quæ dum orationibus uacabat, redibat illi in mentem, ex qua colligebat benignum Dei erga Timothei salutem beneplacitum. Frustrā siquidem non fiebat, ut orās semper illius memoriam haberet, Deo sic ordināte & certo uolente salutem dare: addit: *Nocte et die;* quod potest annecti superiori dicto, aut ei quod sequitur: sed aptius superioribus. *Desiderans te uidere &c.* Desiderium uidendi eum exprimit magnum ut gaudio impleteret, eod quod memor esset lacrymarum ipsius, uidelicet quando diuisi sunt corpore: & quod recordaretur eius fidei quæ erat in illo sincera, sicut fuerat in auia Loide, & in matre Eunice, cuius rei certam habebat persuasionem. Foelix Timotheus tantum patrum apud Deum nactus, quantus erat B. Paulus, cuius precibus quid potuisset diuina bonitas denegare: In magna item foelicitatis parte debent reponere liberi, si prius ac probis sint nati parentibus. Deus enim in gratiam parentum multa filijs peculiaria dona largitur, quæ ob uitiosos retinere solet. Vnde toties scriptura meminit, propter Abraham, propter Iacob, propter Dauid. Hoc carnales patres non considerant, mirum in modum anxij ut relinquunt multam filijs per fas & nefas supellestem: quantum uerò uel ipsi in Dei timore, uel filij proficiant, nulla cura. Satis est ad uanitates & luxum mundanum omniconatu & cogitationibus contendere, postpositis quæ ad pietatē, & ueram fidei & charitatis integritatem pertinent. Inde oriri uidemus corruptionem ciuitatum, quando perijt paterna erga

filios institutio, & matrum ad filias pudicitiae exemplum. Vide quantum Timotheo contulerit auiam habuisse & matrem fide non ficta prædita. Tam breui tempore cura parentum proficit, ut mereretur adolescens prouehi ad tantam dignitatem, & tam arduam prouinciam regendi Ephesianam ecclesiam: & tum demum post uarios labores, & singularem abstinentiæ obseruantiam, ad cœleste regnum per martyrium foelicissimè conscendere: sequitur.

Propter quam causam &c. Admonet ne donum Dei sopitum & otiosum teneat, sed & exerceat. Græcè enim legitur, ἀναλωπρωπῆν. Et rationē profert. Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis ( siue ignauiæ ) sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Potentiam seu uirtutē dixit. Græcè enim legimus δυναμεις, ut potestatem intelligas operandi datam à Deo. Et dilectionem adiunxit, ut in actum illam potentiam adduceremus: quoniam qui diligit operatur. Charitas enim otiosa esse non potest, sed semper quærit aliquid agere quod sit gratum dilecto. Adiecit: & sobrietatis; ut etiam excessum prohiberet, ne quid supra mēsuram fidei audeamus. Sunt enim qui tendunt quò non pertingunt, qui uis sapere uolunt quā oporteat sapere, & non sapere ad sobrietatem. Si pro suis uiribus infans alatur, fiet ut crescendo plus capiat. Si autem uires sui captus excedere uoluerit, deficiet antequam crescat. At sobrietas temperat omnia, ne quid nimis.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me uinctum eius: sed collabora euangelio secundum uirtutem Dei qui nos liberauit, & uocauit uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in CHRISTO IESV ante tempora sæcularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri IESV CHRISTI, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam, & incorruptionem per euāgelium: in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister gentium. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formā habe sanorum uerborum quæ à me audisti in fide, & in dilectione in CHRISTO IESV. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygellus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam uenisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam

diam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me uinctum eius &c. Admonet igitur ne erubescat testimoniū Domini IESV, idest, ne uereatur testificari de ueritate crucis, uidelicet patiendo opprobria, infamiam, & omnem crucem, ubi opus fuerit. Et ut simul testificetur de Apostolo, catenis propter CHRISTVM constrieto: sed ut simul cū illo laboret in euangelio, uidelicet, prædicando uerbo, & patientia, & uirtute simul testificando eius ueritati, iuxta potentiam sibi à Deo datam, qui saluos eos fecit, & uocauit non quauis uocatione, sed illa sancta, idest, munda & firma: non communi aliorum, sed quadam speciali uocatione qua uocantur electi. Et ne credat quisquam hoc propter præcedentia opera contigisse, id Apostolus excludit, dicens.

Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in CHRISTO IESV ante tempora sæcularia, idest, ante mundi cōstitutionem. Et in CHRISTO IESV: sublimiter: quia in CHRISTO quidam excellēter aptati sunt & prædestinati, ut essent conformes illi in gloria. Tempora ergo sæcularia uocat tempora huius sæculi, quæ cæperunt à primo die quando facta est lux, & motus cœlorum incæpit. Sæcula enim erant ante non sæcularia, sed intelligibilia. Erat enim æuum tantum cum essent Angeli, & cœlum illorū: sicut & nos alibi suo loco declarauimus. Et tunc etiam promisit illis Deus se se daturum nobis, ut ad Titum scribit, dicens de uita æterna CHRISTO IESV, quod promisit illam Deus ante tēpora sæcularia. Si enim promisit, certè alicui aut aliquibus promisit. Sed ante hæc tempora non erant nisi Angeli: illis ergo promisit. Manifestata est autem nunc per illuminationem (siue apparitionem) Saluatoris nostri IESV CHRISTI, qui destruxit quidem mortē &c. Vtrāq; mortem destruxit CHRISTVS in meritis. Nā corporalis quidē mors destruetur nouissime in effectu per resurrectionem uniuersalem. Porro mors animæ iam destructa est: quoniam recipiētib; euangelium dedit uiram, & illam illuminauit ut appareret ex cruce sua, & resurrectione, et ceteris fidei nostræ mysterijs.

Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi &c. Ob euangelium pati se asserit, sed minime confundi: quia nouit cui credidit, idest, cui commisit seipsum & sua, idest, corpus & animam uelut in depositum, ut aliquādo recipiat sibi, idest, ad fruēdum uoluntate sua: iuxta quod scriptum est: Qui perdiderit animam suam, propter me, inueniet eam. Formam habent uerborum &c. In mysterijs fidei non solū considerandum est quid dicas, uerū etiam quomodo dicas, ut uerba sint ordinata & sana in fide & dilectione in CHRISTO IESV: quia in illo omnia radices agunt, ut coalescant. Bonum de positum custodi &c. Talenta Dei nobis credita exercere debemus, ne amittantur. Seruanda

sunt enim non secus ac depositum quod est à nobis custodiendum, ut suo tempore reperēti Deo reddatur, idq; cum scēnore. Custodimus autem hoc depositum (ut dictum est) exercendo illud per opera bona. Bonum ergo depositum uocat gratiam & dona quæ per Spiritū sanctum sunt nobis collata, habitantem in nobis: quod bonis operibus seruetur, augetur, & perficitur, iuxta quod scriptum est: Omni habenti, idest, bene utēti dabitur & abundabit. Contrā autem habenti & non exercenti eueniet, à quo auferetur quod uidebatur habere, postquam neglexit augere.

Scis hoc quod auersi sunt &c. Phygellus fugitiuum significat. Hermogenes, mercurij genitū, idest, loquacem, mendacem, ut mercimonijs intentum, aut facundiæ: ut sit illi uirtus magis in sermone, quàm in opere. Hi sunt qui doctrinæ B. Pauli obstant, & ab illa auertunt seipos, primum fugitiui qui ab ecclesia fugiunt, & relinquunt baptismi uotum: aut etiam uota insuper quæ uouerunt Deo uitam regularem proficientes, & se castrantes propter uerbum Dei & regnū, ac deinde facti apostatæ: quorū numerus hodie uix numerari potest. Et utinam omnes fidei abirent, qui alios inficiunt simul uersantes, & ita perniciosius contaminantes. Satis est enim unius scabies ad corrumpendum totum ouile. Velsi non inficiunt, molestia tamen multa superiores afficiunt, quibus plus exhibet negocij custodia unius, quàm totius recte uiuentis societatis gubernatio. Propterea Apostolus ad Gal. perpendens quorūdā nequitiam & plurimum dolens, tanto spiritu aiebat. Utinam & abscondantur qui uos conturbāt. Si enim abscessi essent à radice, noxios humores non transfunderent in teneriores ramusculos per mala uitæ exempla, & peiora doctrinæ falsæ dogmata. Nulli enim sunt inter omnes cautius obseruādi, quàm ij, qui sub CHRISTI pallio operationes Satanæ exercent. Nam et Satanæ uersipellis non una tantum arte quieto atq; tranquillo bonorum & piorum statui infidiatur. Circuit undiq; nec est locus ubi decipulas non tendat ad ruinam nostram. Cum quo omnes hæretici semper foedus inierunt, ut sæculo potiantur isto, & sanctos homines affligant. Et tales conqueritur Apostolus fuisse à sua societate auersos. Det misericordiam Deus Onesiphori domui &c. Vide ut hoc in loco Apostolus docet quid deceat seruos Dei, qui amore CHRISTI hospicio recipiuntur, uidelicet implorare pro eis misericordiam illam Domini, & beatitudinis promissionem. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Sic facit B. Palus qui non solū pro eo id rogat, sed pro tota eius domo, à qua benignè fuerat tractatus. Ingens illius Onesiphori laus, & magnū apud Deum meritū, qui suis facultatibus, & corporis præsentia aim Apostoli refocillauit, non erubescēs crucis ignominiam: sed anxie inuestigauit. Romæ ubinam Apulus esset, & tāto amore inuisit & recreauit.

Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi &c. Ob euangelium pati se asserit, sed minime confundi: quia nouit cui credidit, idest, cui commisit seipsum & sua, idest, corpus & animam uelut in depositum, ut aliquādo recipiat sibi, idest, ad fruēdum uoluntate sua: iuxta quod scriptum est: Qui perdiderit animam suam, propter me, inueniet eam. Formam habent uerborum &c. In mysterijs fidei non solū considerandum est quid dicas, uerū etiam quomodo dicas, ut uerba sint ordinata & sana in fide & dilectione in CHRISTO IESV: quia in illo omnia radices agunt, ut coalescant. Bonum de positum custodi &c. Talenta Dei nobis credita exercere debemus, ne amittantur. Seruanda

CAP. II.



VERGO, FILI MI, CONFORTARE IN GRATIA QUÆ EST IN CHRISTO IESV: & QUÆ ADISTI À ME PER MULTOS TESTES; HÆC COMMENDA FIDELIB; HOMINIB; QUI IDONEI ERUNT & ALIOS DOCERE. Labora sicut bonus miles CHRISTI IESV. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum IESVM CHRISTVM resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundū euāgelium meum, in quo laboro usque ad uincula quasi male operans: sed uerbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur quæ est in CHRISTO IESV, cum gloria cœlesti.



VERGO FILI MI CONFORTARE, SEU INUALESCE. Hortatur ut fiat robustior in gratia: quod potissimum fit, dum qui gratiam à Domino accepit, non sinit languescere, sed excelsis sollicitè ad maius semper incrementū. Gratiam in CHRISTO IESV esse sitam frequenter commemorat, ne nos in nobis ipsis gloriemur, sed recognoscamus fontem, unde haurimus quicquid in nobis est uirtutis. Subdit: per multos testes; audiuisse illū quæ erāt Dei: quoniam quæ Apostolus dicebat, multis testibus comprobabat, uidelicet patientia & tolerantia passionum, uita bona & sancta item signis atq; doctrinis. Hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei etc. Iubet commendari doctrinam; fidelibus; idest, ijs qui rem Domini fideliter acturi sunt: iuxta illud. Fidelis seruus & prudens. Hoc enim benigna Dei sit prouidentia, ut nonnulli discant non solū propter se, sed ad aliorū quoq; doctrinā. Labora sicut bonus miles CHRISTI IESV. Militia est uita hominis super terrā, præsertim eorum qui ut alijs intendant, & ab hostium incurfu protegant, electi sunt. Oportet igitur bonos esse & strenuos milites, qui non simplices sunt milites, sed et militum & totius exercitus duces, & id aduersus infensissimos hostes. Fortium itaq; militum est uarijs affligi laboribus, & innumera mala sufferre ac pati. Item instanter incumbere ijs quæ ad militiam attinēt & ad uictoriam, abiecta omni cura circa corporis & uitæ anxias necessitates: idē ait.

Nemo militans Deo: ita legitur in uulgata editione. At emendatius in græcis simpliciter & absolutè legitur: Nemo militans: ac si dixerit. Si miles huius sæculi istud obseruat ne se implicet negotijs sæcularibus, ut ei placeat qui delectū ip-

fius habuit, idest, Imperatoris suo ac duci, quātō id magis cauere debet miles summi Imperatoris: Dei. Adiecit & aliam similitudinem in agone certantis. Nam & qui certat in agone non coronabitur &c. Ut enim propositam coronam obtineat, legitimam oportet præcedere concertationem; idest, eam quæ est iuxta pacti conditiones. Non satis. n. est certasse, nisi secundum indictas & præscriptas leges certatum sit. Addit & aliam similitudinem. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Sensus est: Oportet agricolam percipere de fructibus, laborantem tamē primum, idest, si modo prius laborauerit, ut sit in spe labor, & labor præcedat fructuum collectionem. Non me latet alios aliter intelligere. Sed si parumper subtilius aduertatur, illorum sensus est parum illustris, nec ad propositas comparationes & accommodationem satisfacit. Et græca lectio huic nostro uerius astipulatur.

Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus. In græcis non legitur; dabit: sed; det. Modus tamen est loquendi quasi propheticus. Imperat enim ut intelligat, ac simul prænuiciat ita fore, ut daturus sit illi Deus intellectum. Non enim est precari ut det (licet hoc græca lectio innuat potius) sed hoc omnino futurū probatur ex desiderio, atque prædicatur. Rectè igitur uertit interpret noster dicens: Dabit enim tibi Dominus; & non; det; Nam hic præcandi modus fauorem potius atque expressionem continent in futurum inclinantem.

Memor esto Dominum IESVM CHRISTVM resurrexisse à mortuis. Articulum fidei nostræ ualde necessarium, & quem tunc Hymenæus & alij impugnabant, confirmat de resurrectione CHRISTI: unde omnium resurrectio probatur; Secundum euangelium meum; Vocat euangelium suum iam comprobatum ab Apostolis ut uerum. Erāt autem & alij qui suum habebant euāgelium, sed falsum. Nam plura tunc euangelia prædicabātur, cum tamen unicum esset: sic & modo faciūt noui Euangelistæ. Ex semine Dauid; Inducit IESVM natum secundum carnem, ut astruat resurrectionem eius possibilem ea parte qua homo erat. Dicit se laborare in hoc euangelio: quia de huius resurrectionis prædicatione ipse criminationem patiebatur à iudeis & gentibus. Et laborare pro affligi assiduè ponit. Et quod legimus; Quasi male operans; Græcè significantius, κλονεγος, idest, scelestus & facinorosus. Sed quantumuis esset catenis uinctus, linguā tamen solutā possidebat ad promouendum euangeliū.

Sed uerbum Dei non est alligatum. Quidā stulti ad presumptionem suam tutandam detorquent istud Apostoli dictum, omnino uolētes (etiam si missi non fuerint) prædicare tamen, in suam perniciem hoc loco abutentes, quod uerbum Dei non est alligatum, nescientes non esse uerbum Dei, quod per ora impia & prophana, & contumacia profertur. Omnia enim ordinatè fieri debent in ecclesia, ut ait Apostolus. Et CHRISTVS silentium imposuit Diabolo, ne loqueretur: uerbum Dei. Quis unquam legatione fungi

QQ pro

1. Cor. 14.  
Luc. 4.

pro Rege aueret finemagno scelere & gra-  
uissima punitioe, si ab eo missus non fuerit? Ele-  
ganter autem dixit Apostolus uerbum Dei non  
esse, alligatum ex parte sui ipsius, cui data fuit ab  
initio prædicandi autoritas, cum tamen ipse esset  
alligatus: ut in hoc Dei operationem agnoscerem-  
us, intendentis ad aliorum fructum, & maius  
adhuc prædicati onis eius testimonium, cui ipsa  
etiam B. Pauli uincula attestabantur. Nam for-  
tius est uerbum quod prædicatur in uinculis, &  
usq; ad extremum uitæ spiritum. Si igitur con-  
sideretur huius loci germanus sensus, nec appa-  
renter quidem fauet ijs, qui propria auctoritate  
sibi arrogat prædicandi officium.

*Ideo omnia sustineo propter electos etc.* Apосто-  
lus non iam pro se tantum laborare, sed etiam  
propter electos se id facere testatur, & eorum sa-  
lute quæ est in CHRISTO cum omnium bea-  
torum cõmuniõne. Et uocat electos illos, quos  
segregare Deus dignabatur à iam reprobis, qui  
seiplos euangelio indignos constituiebant: qua-  
les erant Iudæi, & pleriq; ex gentibus, de quibus  
iam actum erat, & Dominus ipse iudicarat eos  
indignos notitia ueritatis propter ipsorum su-  
perbiam & contemptum. Non ergo per electos  
hoc in loco intelligit prædestinatos, ut & alibi  
superius annotauimus.

Fidelis sermo. Nam si cõmortui sumus,  
& cõuiuemus: si sustinebimus, & conregna-  
bimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si  
non credimus, ille fidelis permanet, nega-  
re se ipsum non potest. Hæc commune, testi-  
ficans coram Domino. Noli cõtendere uer-  
bis: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersio-  
nem audientium. Sollicitè autem cura te-  
ipsum probabilem exhibere Deo, operariũ  
inconfusibilem, rectè tractantem uerbum  
ueritatis. Prophana autem & uaniloquia  
deuita. Multum enim proficiunt ad impie-  
tatem: & sermo eorum ut cancer serpit. Ex  
quibus est Hymenæus & Philetus, qui à ue-  
ritate exciderunt, dicentes resurrectionem  
esse iam factam, & subuerterunt quorundã  
fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat,  
habens signaculum hoc; Cognouit Domi-  
nus qui sunt sui; & discedat ab iniquitate  
omnis qui inuocat nomen Domini. In ma-  
gna autem domo non solũ sunt uasa aurea  
& argentea, sed & lignea & fictilia: & quã-  
dã quidẽ in honorẽ, quãdã aut in contume-  
liam. Siquis ergo, emundauerit se ab istis,  
erit uas in honorem sanctificatum, & utile  
Domino, ad omne opus bonum paratum.

*Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conui-  
uemus etc.* Verissimus sermo, & omni fide dignus,  
ut si commoriamur cum CHRISTO, uidelicet  
morientes peccato, sicut illud corpus ipsius mor-  
tuum est semel peccato, etiam conuiuemus cum

illo. Et si unã cum illo patiemur, cum illo quoq;  
conregnabimus. Et si negauerimus eum, & ipse  
negabit nos, iuxta conditionem à se expressam.  
Qui me erubuerit & sermones meos coram ho-  
minibus, & hunc Filius hominis erubescet cum  
uenerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum  
Angelorum. In hoc autem est differentia: quia si  
non credimus, ille erit fidelis in uerbis suis, qui  
non potest se ipsum negare. Negaret autem se-  
ipsum si uerax non esset. Est enim ipsamet Veri-  
tas quæ non fallit. Reddet ego quæ promisit  
incredulis. *Hæc commune testificans coram Domino,*  
uidelicet uerbo, tanquã maximè utilia testifi-  
cans, idest, communiens confirmando uita & mo-  
ribus, & omni alio testimonio non apparenti co-  
ram hominibus tm, sed coram Deo. *Noli contende-  
re uerbis etc.* Contenditur uerbis, quando dicaci-  
tatibus & cõuicijs tota res agitur, in quibus nulla  
est prorsus utilitas. Nedi. n. altercationibus ap-  
paret & elucescit ueritas: sed contrã, magis inuo-  
luitur, & plerunq; amittitur cum graui audien-  
tium scandalo. Quocirca prudenter docent,  
qui cum hæreticis uerborum apparatu & copia  
semper supereffluentibus, publicè uerant suscipi  
disputationes. Nam imperita multitudo facillime  
decipitur, quæ rationum momenta apprehẽ-  
dere non ualens, ubi maiorem uerborum multi-  
tudinẽ animaduertit, & linguæ uolubilitatem  
admiratur, & uictoriam clamori tribuit non ueri-  
tati. At inter seruos Dei nulla uigere debet con-  
tentio & pugna uerborum, sed sententiarum dif-  
ficilium modesta ad inuestigandam ueritatẽ col-  
latio. Ut sp̄ queratur ueritas, non laus propria.

*Sollicitè autem cura te ipsum probabilem exhibere  
Deo etc.* Homo probatus Deo, magnum quid est.  
Probari hominem ab hominibus etiam difficile  
est. Prauum enim (ut ait propheta) est cor homi-  
nis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Sed  
non est uera probatio ab hominibus: quia iudi-  
cium hominum sæpe mendax est, & de occultis  
non iudicat. Operarius incõfusibilis ille est, qui  
nihil quod meritiõ offendat, profert siue falsum,  
siue importunè dictum & non commodè, sed  
uerè omnia, & tempestiuè, & prudenter. Secare  
autem uerbu euangelicæ ueritatis nihil est aliud  
q; rectè frangere, ac diuisim porrigere. Nam pani  
assimilatur uerbum Dei, quod frangi & diuidi,  
seu secari à tractatore oportet, ut sic manducari  
ualeat. Scriptum est enim: Paruuli petierunt  
panem, & non erat qui frangeret eis.

*Prophana autem & uaniloquia deuita etc.* aut præscin-  
de. Rescindenda uaniloquia admonet, quæ præ-  
sertim sunt prophana. Corruptum enim men-  
tem & mores colloquia mala, & proficiunt ad  
impietatẽ: quia sermo talium est ueluti cancer,  
qui grassatur & serpit in carnem corrodedo as-  
fiduè. Sunt autem carnales homines multi, qui  
sunt quasi horum colloquiorum pabulum, & de-  
uorantur ab impietate. Ex quibus est Hymenæus et Phi-  
letus. Hymenæum nominat & Philetum admo-  
dum opportunè ex nominibus Prior significat  
Deum nuptiarum, commédans crapulam, & nu-  
ptias

ptias, & impudicitias. Alter significat amabile,  
idest, mundanum. Mundanus siquidem est ipse  
mundo amabilis. At eos qui pie uolunt uiuere  
in CHRISTO, odiosos esse mudo oportet, & ab  
illo pati persequutionem, per quam meliorẽ spe-  
rãt resurrectionem. Illis autem qui diligunt munda-  
dum & carnem, iam facta est resurrectio, qui ni-  
hil sperant de uita futura. Et in has tenebras in-  
ducit Diabolus primũ quos à fide catholica per  
superbiã separat. Hoc tamen ea astutia, ut qui ni-  
hil iam credunt, de futura tamen uita impuden-  
tius loquantur. Norunt enim uiri prudentes, &  
qui Lutheranorum hæresiarchas scrutati sunt di-  
ligentius, eos immortalitatem animæ non crede-  
re, rametsi astutissimè hoc in scriptis supprimant,  
ne reliquis dogmatibus ob manifestam falsitatẽ  
officiat. Inde uenerationum Sanctorũ repudiãt,  
& quæcunq; faciunt ad societatem uitæ cœle-  
stis. Vnde CHRISTI nomen inculcat, quò  
suam impietatẽ honestius tegant, ostendentes se  
capitis defensores. Sed & ipsum corde negarunt,  
& foris negant operibus. Qui mores hæretico-  
rum norunt, meam sententiam libenter recogno-  
scent ueram. Nam & si Deus excœcauit quosdã  
sui populi Iudæos ob perfidiam: putamus illum  
in istos orbis christiani perturbatores, & tor sce-  
rum in CHRISTVM, & MATREM, & san-  
ctos omnes & blasphemiarum auctores persiste-  
re in lumine aliquo futuræ uitæ: Et subuersi sunt  
ipsi, & fidem penitus amiserunt, & aliorum fidẽ  
sequentiũ corrumpunt. Quid enim rectè intel-  
lecta aliud sonat hæreticorum prædicatio, quã  
& illorũ in quos Apostolus: Comedamus & bi-  
bamus: cras enim moriemur? Hanc persuasionẽ  
facere mirificè conatur Malignus. Tum utitur  
homine ad quæcunq; impia euomenda, & ad eli-  
gendum pro paradiiso istud se culum. Et tales suo  
pessimo exemplo, ut ait Apostolus, fidem non  
nullorum subuertunt.

*Sed firmum Dei fundamentum stat etc.* Ne ter-  
reretur Timotheus, tanquã posset ecclesiæ fi-  
des deficere, primò asserit fundamentum Dei fir-  
mum esse idest, eos qui sunt uerè electionis ua-  
sa omninò non posse subuerti. *Habens hoc signacu-  
lum, Cognouit Dominus,* idest, dilexit eos, qui sunt sui.  
Ista electionis uasa, sunt peculiariter adoptata  
à Domino, qui nouit illa notitia singularis gratiæ  
& dilectionis, ut subuerti nequeant. At cum  
non omnes tales sint, additur. *Et discedat ab ini-  
quitate omnis qui inuocat nomen Domini etc.* ac si di-  
xerit: Nouit aliquos Deus, qui stabunt oinò: cæ-  
teros relinqt in manu sui liberi arbitrii, ut saluari  
possint, si uelint, licet non tantis præsidijs muniti.  
Timeant ergo & caueant, ne libertate abutantur  
ad extremam ruinam sibi malis operibus accera-  
sendam. *Et discedat ab iniquitate omnis qui inuo-  
cat nomen Domini,* idest, Omnis qui se Christianum  
profiteatur, caueat ne suum locum deserat, & co-  
ronã propositã amittat, siq; ueniat in iudicium  
quod tũc fiet. Non ueniet aut si discesserit ab ini-  
quitate, & mandatorum uia alacriter cucurrerit.  
Et ne quis Deũ tanq; acceptorem personarũ in-

hoc argueret, quòd alios quosdã tã impensè dilige-  
gat, alios uerò nõ pari amore prosequat, adiecit.

*In magna autem domo non solum sunt uasa aurea, et  
argentea etc.* Ostendit appositissima admodũ similitu-  
dine amabile Dei ordinẽ. Quemadmodũ. n. pul-  
chrũ est & honorificũ in domibus regũ & princĩ-  
pũ esse uasa nõ omnia unius generis & pretij, ita  
in ecclesia uarios esse hominũ gradũ pulchrũ est,  
& cõueniẽs, & amplitudinẽ atq; splendorẽ cœle-  
stis Regis demonstrãs. Nã in magna domo non  
oia uasa sunt argentea, & aurea: sed & nõnulla;  
quin potius numerosiora, sunt lignea & fictilia  
propter uarios usus: & oia tamẽ bona sunt. Ita  
& in domo Domini Dei hæc ipsam copiã & ua-  
rietatẽ saluãdorum esse requirebatur decentissi-  
mè. Itaq; si nullo iure licet ut lutum figulo dicat:  
Quare me fecisti sic? Quia id ratione ausit homo  
in rebus optimè & sapiẽtissimè dispositis contra  
Deũ: Quodcũq; enim facit Deus, bonũ est: quãuis  
nõ equali bonitate sint oia, sed unũ melius alte-  
ro. Nõne iniquissima eius esset querela, qui nihil  
esse uellet minus bonum altero, sed æquè in uni-  
uerso bona omnia? At iam desineret esse illud unũ  
uersum, quod non compleretur omnibus bo-  
nis, & istis graduum uarietatibus. Sed illud  
quod additur ponderandum; *Et quedam quidem  
in honorem: quedam autem in contumeliam;* Molestum  
sanè si ita applicetur, ut intelligas Deum ab initio  
absq; ullo demerito fecisse uas aliquod in contu-  
meliam. Absit hoc à diuina bonitate. Est igitur  
intelligẽdum omninò, ut istud potius tum faciat  
Deus, nimirũ postquam aliquis se talem reddidit  
cõtra ipsius uoluntatẽ peccatis inuolutus, & Dia-  
bolo tentatori succumbens, & carni, idest, uas cõ-  
tumelia dignum. Tum demum, inquam, post diu-  
turnam substinentiam utitur ad hoc bonum, ut  
ostendat in illo iustitiam suam, qui iam prome-  
ruit suo proprio peccato & duritia. Poterat. n.  
facere se uas honoris si uoluisset. Vide quã  
mirificè textus iste insequens pro hac ueritate  
quam nos defendimus, faciat. subdit.

*Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit uas in ho-  
norem sanctificatum etc.* Clarè ostendit in potesta-  
te nostra id esse si uelimus, uidelicet mudare nos  
ab inquinamentis (quibus effimur uasa contu-  
melix, iuuante Dei auxilio, qui stat ad ostium &  
pulsat, ut auertatur impius ab impietate sua, & ui-  
uat. Alioqui quomodo dixisset: Si emundauerit,  
si nequeat se emudare? Sed cum sine gratia nõ  
possit, certò indicatur Deum nemini subtrahere  
gratiam, nisi tantum nolenti. Et sicut hinc, de isto  
sumitur, si emundauerit se ab illis inquinamẽtis  
futurum illum uas Domino utile & in honorem:  
ita & econuersò pariter hinc sumitur, si quis con-  
trã fecerit, idest, se non emundauerit, fiet uas con-  
tumeliæ. In potestate igitur eius erit alterum de  
duobus euenturum. Dicimus, inquam, de sa-  
lute quod in potestate eius sit, cum gratia ta-  
men & auxilio Dei. Sic enim data est nobis po-  
testas filios Dei fieri. Quo in loco iugulantur Lu-  
therani, & quicunq; absq; demerito introducũt  
æternam reprobationem.

Nullũ uas con-  
tumeliæ, nisi  
propria culpa.



Iuuenilia aut desideria fuge: sectare uerō iustitiam, fidem, spem, & charitatē, & pacem, cum iis qui inuocant Dominū de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites, Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientē eos qui resistunt ueritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.

*Iuuenilia autem desideria fuge etc.* Varia sunt iuuenium desideria, uenari, piscari, aucupari, uarijs recreari ludis, iocis, cauillis, & huiusmodi. Sed hæc omninō fugienda sunt homini Dei, & ei potissimum qui alios pascere uitæ maturitate, & alimentis sacræ doctrinæ tenetur ad æternam uitam consequendam. Vnde ea quæ sunt sectanda opponens, subdit. *Sectare uerō iustitiam, fidem, spem etc.* Quæ sunt uirtutes omnes Deo gratissimæ, & quibus uult præ alijs Prælatos esse ornatos, ut luceat eorum uita coram hominibus ad glorificandum Deum. At hodie quot numerari possent, qui potius sequuntur quæ mox uertat Apostolus, dum ait. *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita etc.* Stultas uocat quæstiones quæ non procedunt ex principijs fidei, ut si quis negans resurrectionem, quærat cuius erit uxor in cœlis, quæ pluribus in hac uita nupsit. Qua usi sunt captione Sadducæi putantes se CHRISTO illusuros. Aut qui quærit illud monstrari sibi quod difficile potest capi: quales illi Iudei q̄ submurmurabāt, obijcientes: Quomodo potest nobis dare carnem suam ad manducandum. Et qui nunc dicūt: Quo in sacrosancto Euchariistiæ sacro sit realiter corpus CHRISTI, & in qualibet sacramenti particula. Et quo pacto fiat illa transubstantiatio. Item, quomodo resurgunt mortui. Sunt & quædam sine disciplina quæstiones à re seria alienæ: & multa huius generis quæ uitare Christianus debet. *Sciens quia generant lites; seu pugnas aut rixas.* Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes etc., etiam contumeliosos. Quod uerō addit; *docilem;* intellige doctorem seu paratū prout ad docendū; *patientem,* mansuetudine, aut potius tolerantem mala. Græcè enim ἀνεξιχνίαστος. *Corripientem eos qui resistunt ueritati.* Hic aduertendū ualdè in quod se periculū conijciunt, qui nō horrēt ueritati resistere, ignari an fortè Deus det illis pœnitentiā. Nā de peccatis alijs uidetur certa pœnitentia oblata à Deo multis modis. At ijs qui sese illi opponūt, & ueritati perspicuæ, cum iam sint permixti diaboli laqueis & uoluntati, plerunq; negatur remediū pœnitentiæ. Caveāt ergo qui hæc audiūt. Deus tamē qui scrutatur corda, uidet q̄ digni & qui indigni misericordia fuerint, & quæ sit ignorantia quæ excuset. Nā aselectata ignorantia est omnium periculossima.

Sūt enim in quos locum habet illa prophetæ in crepatio. Noluūt intelligere ut bene ageret.

## CAP. II.



**H**OC AVTEM SCITO: quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus nō obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex iis enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper discētes, & nunquā ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres resistūt Moysi, ita & hi resistūt ueritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidē: sed ultra nō proficiēt. In sapientia. n. eorū manifesta erit in omnibus, sicut & illorum fuit.



**H**OC AVTEM SCITO, quia in nouissimis diebus etc. Prophetico spiritu quid futurum esset nouissimis temporibus, in quibus nos uersamur, prædicat Timotheo. Et primū aperit forē tempora admodum periculosa: quæ certè hodierno die (si unquā antea) regnāt. Inualefcit enim eorū usq; hominum malitia, & potestas malignorum spiritū, quæ impunè peruagari permittitur, ut iratum esse Deum & omnia dissimulantem uideamus, donec uitia in immensum crescant, flagellum interim cōficiētē ultionem addidit. *Erunt homines seipsos amantes.* Hoc proprium est amantium seipsos, propter seipsos tantum agere quæcunque agant, nulla in re ad Deum respicientes, aut proximū. Sic propriè accipitur seipsum amare, uidelicet prætermisso Deo & proximo finē omnium seipsum constituere: quod est uera radix omnium malorum, & regni Diaboli, qui tali amore ardens perdidit seipsum. Nam in hoc primū fundatur cupiditas & auaritia. Vnde ait; *cupidi;* scilicet pecūiæ. Deinde; *elati;* uide ut suo cursu consequitur superbia & blasphemia, & parentum inobediētia, & ingratitude erga beneficiā, & impietas in Deum & parentes. Quod inter pres noster significauit ea uoce; *scelesti;* græcè legimus ἀνόμοιοι, id est, impij. Sic & omnis sui amator est absque affectione ad suos & domesticos, & redditur infideli deterior. Et ad alios extraneos sine foedere, aut quia non contrahit cum foedus: uel si contrahit, contractū frangit. Sunt incontinentes quia in nullo uel dicto uel facto cōperatē

peratē agunt, sed incontinenter omnia & immodestè. Sunt crudeles, sunt amicis non boni, sed proditores. Sunt effusi, id est, temerarij, præcipites, amantes uoluptatum carnis obscenarum. Nam in multis ipsius animi perturbationibus hac uia recreationem quærunt, indulgētes lasciujs carnis, fugiētes quæ sunt à Deo, ueras cōsolationes, uel ex ipsa pœnitentiā peccatorum & lacrymis, quæ cum excitantur à Spiritu, uerè sunt dulces.

*Habentes quidem speciem pietatis;* quia profitentur christianitatem, aut fortè regularem uitam, & sacerdotium, & quoduis ministerium in cultu diuino. *Virtutem autem eius abnegantes.* Quæ uis seu uirtus est in operibus, non in signis. Hos igitur deuitari iubet Apostolus. Sed uidetur hic tempore Timothei iam extitisse illa tempora: nouissima, quæ tamē prædicebat Apostolus futura: alioq; quomodo præcipit illi ut huiusmodi homines deuitet qui nondum erant in lucem editi? Itaq; Apostoli prophetiam sic interpretari debemus, ut in temporibus nouissimis dicat futuros in uniuerso tales, quales suo tempore nonnulli iam reperiēbantur, ueluti semen & fomētum futurorum. Nam si tales tunc reperiēbantur cum fides purior traderetur & cresceret, essetq; in feruore multo, omninō credibilis est futuros in nouissimis temporibus deteriores & numero auctiores, in quibus nos inuenimur. Nullū tempus unquā caruit, aut carebit huiusmodi flagitij: licet in ultimis diebus longè execrabiliora expectanda sint, quando Filius hominis, ueniens nihil fidei inueniet in terra.

*Ex his enim sunt qui penetrant domos etc.* Illud quod ait; *qui penetrant domos;* mirè exprimit eorum curiositatem, qui usq; ad secretissima & interna muliercularum explorant, ut captiuas habeant illas, iam in occulta eorum peccata penetrantes, & correctionem minime quærētes: quin potius fouentes peccata, ut arctiori uinculo sibi retinerent obnoxias. *Et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.* Et ut earum instabilitatem ostendat, subdit. *Quæ ducuntur uarijs desiderijs,* scilicet ad diuersa habentes distractum animum, ut si uelint nequeant ea discere quæ sunt ueræ fidei, & bonorum morum, nec peruenire ad agnitionem ueritatis. *Semper discētes, & nunquā ad scientiam ueritatis peruenientes.* Et hoc multis nedum mulieribus, sed & uiris contingit nostri sæculi, qui uolunt simul uina gustare & sacras literas: probare numos simul & fidei dogmata: sectari honores, & uerbotenus contemptum gloriæ prædicare: collaudare præclara CHRISTI & sanctorū gesta atque certamina, & interim mundi pacem mirum in modum diligere ac studiose sectari.

*Quemadmodum autem Iannes & Mambres resistūt Moysi, ita & hi resistunt ueritati etc.* Equat tales impostores antiquis illis Magis Pharaonis, qui suis magicis artibus uehementer resistēt Moysi, quorū hic nomina exprimit, licet in canonicis scripturis aliās non habeatur expressa. Vnde quidam impij occasionem acceperūt hanc epistolam calumniandi, quasi non esset B. Pauli,

qui ex apocryphis aliquid afferat. Quasi uerò quæcunq; habentur in apocryphis continuò iudicanda sint apocrypha & respuēda. Stulta omninō huiusmodi ratio, & eorū qui parū sunt uersati in regulis intelligendi scripturas. *Homines mente corrupti;* Vocat mente corruptos, quibus lux quæ erat in illis, obtenebrata est. Nā tunc ipse tenebræ quantè? *Reprobi circa fidem;* Vocat & reprobos circa fidem: quoniam non consentiebant cum Apostolis & ecclesia. *Sed ultra non proficiēt etc.* Istud non uidetur ad tempus referri, sed ad personas: ut sit sensus. Quod solū mulierculas & imperitos decipient, & non proficiēt ultra. Nam mulierculis quidam sunt admodum similes, quos & hac nota Apostolus uult intelligi. Qui enim ab ijs seducuntur, iam non cum uiris, sed cum mulierculis sunt componendi. Quoad seipsos ergo, & huiusmodi mulierculas proficiēt semper in peius errantes, & in errorē mittentes (ut inferius dicit) non autem apud sapientes, qui faciliè agnoscunt eorum insipientiam. Sic & Magorum illorū nota fuit ludificatio, qui defecerunt in quarto signo, dū confessi sunt digitū Dei ibi esse. At quærenda est similitudo: quoniā isti deficiunt sicut illi in tertia plaga, & quarto signo. Vbi notandum est, posse quædam ab improbis fieri quæ uidentur mira, & miracula, ut nō sit facile interdum iudicare de spiritibus. Nā Simoni Mago auscultabāt à maximo usq; ad minimum omnes ciuitatis Samaritæ, ut testatur scriptura, dicentes: Hic, est uirtus Dei quæ dicitur magna. Attendebant autem eū propterea quod multo tempore dementasset eos. Idcirco dedit ecclesiæ Deus donum discretionis spirituum, ne fallerentur nisi falli uolentes. Non. n. decipiunt nisi aut superbos, qui sibi arrogat quod non sunt: aut desiderijs carnalibus deditos & implicatos, qui libenter audiunt quicquid lasciuè faciūt: aut curiosos qui terrena sapiunt, & spiritualia terreno oculo inquirunt.

Tu autem assequutus es meam doctrinā, institutionem, propositum, fidem, longanimitatē, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui piè uolunt uiuere in CHRISTO IESU persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficiēt in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu uerò permane in iis quæ didicisti, & credita sūt tibi, sciēs à quo didicisti, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in CHRISTO IESU. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

Tu autem assequutus es meam doctrinam. Ostendit Apostolus Timotheo omnem adesse iustam uitandi malos illos & malignos causam, & longissimi sanctismoribus ab illis dissidendi, ut qui assequutus, uel assestus esset doctrinam uerā, quoad intellectu; & ipsam institutionem, quoad mores, & ipsum propositum habens finem, quod est tendendum, ad quod dirigitur omnis institutio & doctrina: neque ullo pacto declinandum est ad dextrā, uel ad sinistram. Similiter fidem, idest, fiduciam, quæ regit propositum ipsum quam arduum: & parit longanimitatem, quæ habet secum dilectionem patientem & tolerantiam persequutionum & passionum, sicut de se commemorat Apostolus ipse non ad propriam gloriam, sed ad aliorum exemplum, ut illos institueret & animaret. Legitur enim in Act. Apostolorum de huiusmodi persequutionibus, quas passus est in locis hinc memoratis. Et dicit; Antiochiæ; non eam significans quæ est in Syria, sed in Pſydia. Et ex omnibus eripuit me Dominus. Ne quis animum desponderet, dum ad persequutiones tolerandas inuitatur, memorat auxiliū Dei, quo ereptus ab illis fuit, ut animentur alij ad sustinendum, cum uideant Deum tandem liberatorem, atque etiam si sit opus uindicem. Illud etiam addit quod magnum est iniuste patientibus solatium. Et omnes qui pie uiuere uolunt in CHRISTO IESU persequutionem patientur. Hoc imprimendum est cordi, & inculcandum cunctis qui recta incedunt ambulantes ad euangelicam regulam, ne delassentur, sed uiriliter pergant, confortentur in Domino, & præmia æterna præ oculis semper habeant. Nullus seruus CHRISTI sine persequutionibus est. Quod si quis nondum est ullam perpassus, nondum coepit esse Christianus. Neque enim si quando Diabolus per reges non sæuit, & principum dissidia & tyrānorum, desinunt persequutionum occasiones, quibus ueri Christiani homines affliguntur. Si mortuus est Diabolus, mortuæ sunt persequutiones. Si autem ille aduersarius noster uiuit, unde non tentationes suggerit? Unde non sæuit? Unde non minas, & scandala non procurat? O si incipias pie uiuere, uerū esse certō probabis quod hic ait Apostolus: Oēs qui pie uolunt uiuere in CHRISTO, passuros persequutionem. Pugnādū est cū infidelibus, cum hæreticis, cum falsis Christianis turpis uitæ exēplo alios corrūpentibus. Pugnandum est cum carne propria & illecebris eius, cū domesticis, cum mūdo, & (quod omnium maximum est & periculosissimum) cum Diabolo mille nocendi artibus instructissimo. Vbiq; pugnatur adhuc, præsertim in ipso cōuersionis initio. Sed uide quā prouidē Apostolus præmisit se liberarum auxilio Domini, ut & nos nedum deiciamur animo, sed erigamur potius. Nam ubi primum dicitur: Expecta tentationes huius sæculi, mox additur: Sed de omnibus eruet te Dominus, & faciet cum tentatione prouentum.

Mali autem homines & seductores proficient etc. *Intellige malos homines proficere semper in pe-*

ius, nimirum circa seipſos, & discipulos illis dignos, idest, mulierculas ipsas, & homines in specie uirorum muliercularum simillimis mentibus præditos & leuitate. Tu uerò permane in ijs quæ didicisti. Monet ergo illum ad permanendum in ijs quæ didicit, non solum ut sciret sibi, sed etiam alijs; & credita sunt tibi; scilicet ut ualeas effundere in alios & impartiri; Sciens à quo didiceris; Magnū est talem nactum esse præceptorem, ex quo hauritur doctrinæ certitudo; Et quod ab infantia sacras literas nosti; Adiecit & comprobationē propter scientiam scripturarum, quas ipse Timotheus ab infantia didicerat, unde poterat cōprobare doctrinam ueram, & in illa confirmari.

Quæ te possunt instruere. Græcè legitur, σοφίαν, idest, sapientem reddere. Hæc est enim uera sapientia homini, scilicet propriæ salutis eruditio, & sapida notitia, quæ eruditionem illam cum gustu probat. Et hanc qui norunt, beati habentur: quoniam tenēt arrham beatitudinis suæ. Cū autē non satis sit ad salutis instructionem, uersatū esse in sacris literis (siquidem & Iudæi huiusmodi studio dant operam, & tamen minimè proficiunt) opportunè adiecit; per fidem; quod ualdè considerandum est tanquā proprium scripturarum, ut syncerè præstanti fidem se faciles præbeant, quantum fas est, & familiares ad cognitionē sui. At perfido & nolenti ecclesiæ acquiescere, nulla est alia scriptura quæ tot habeat laqueos & offensiones, quot habet sacra & diuina, quæ reuelatur paruulis. Propterea aiebat Dominus. *Matth. 13.* Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorū: ceteris autem loquebatur in parabolis. *Quæ est in CHRISTO IESU, ut sit sensus: In CHRISTO IESU continetur quicquid nobis credendum est, sicut alibi declarauit. Fides enim apud B. Paulum, pro re de qua est fides, sicut spes pro re quæ speratur, poni frequentissimè solet.*

Omnis scriptura diuinitus inspirata etc. Duo hic de scriptura notāda sunt, primò quod illa à Spiritu sancto est ut autore, qui inspirauit eam prophetis, ut non possit inesse quicquā uel falsum, uel quauis ratione reprehensibile, contra mundi sapientes. Hoc abundē in libr. cui titulum dedimus: Clauēs ad intelligendas scripturas; persuasimus. Et illud præterea notandum quō Apostolus non dignatur hoc nomine scripturæ, ullam aliam scripturam quæ nō sit sacra: unde ait simpliciter omnem scripturam diuinitus esse inspiratam, atque ob eam causam uilem: quoniam scriptum est. Ego Dominus docens te utilia. *Ifa. 48.* Unde secundo loco mirificè explicat quatuor scripturæ utilitates. Prima est: quia docet. Secunda: quia arguit. Hæc duæ pertinent ad eos qui profiteri uolunt se aliquid sapere. Si enim uelint humiliari & doceri, cōtinget eis per scripturæ doctrinam quod Sapiens protulit uerissimè, & necessariò. Audiens sapiens sapientior erit. Et sic ueniet prima utilitas. Sin autem non uelint humiliari, sed rationibus agere & contendere: tunc scriptura subministrat argumenta etiam ad conuincendum. Et hæc est secunda utilitas.

Verum

Pro iustitia  
bonorū operū

Verum quia est aliquod genus hominum ineruditū & imperitum, in hos quoque potest prodesse scriptura. Nam si fuerint arrogantes, poterunt corripi. Sin uerò cupientes euangelizari, facile erudientur: quoniam docilitas Christiani non tam ab ingenio bono, quā ab humili fide, & obsequio scripturæ prouenit. *Vt perfectus sit homo Dei in iustitia, ad omne opus bonum instructus.* Ecce finis totius scripturæ, ut sit homo Dei perfectus in iustitia, ad omne opus bonum instructus. Quid afferri posset his uerbis clarius & fortius contra istos, qui tantoperè aduersantur bonis operibus, solam extollentes fidem? Nonne finis fidei sunt opera, quæ hominem perfectum reddunt, ac per hoc placentem & gratum Deo? Sed hæc iam trita sunt, & id quidem occasione hæreticorum, qui excitantur pias mentes in re necessaria defendēda ita instructas, ut uel pueri nunc diluere obiectiones eorum possint. Imò & uenturū tempus confido, quando uehementer mirabuntur docti, extare potuisse unquam tantam hoim impudentiam, qui negare bonorum operum apud Deum præmia non sint ueriti, postquam uiderint loca scripturarum paulò obscuriora beneficio scriptorum sic illustrata, ut nihil scrupuli relictum sit. Porro aduertendum, esse quandam iustitiæ in hac uita perfectionem, ad quam peruenire possumus & debemus, licet nō sit illa perfectio patriæ: nec illa perfectio quæ exacta fuisset in statu innocentia. Hæc quoniam Lutherani non distinguunt, nec nouerunt discernere peccata uenialia à mortalibus, fit ut non intelligant per uenialia non admitti iustitiam Dei; siue charitatem & gratiam. Itaque ipsi confusè loquuntur, & falluntur, & alios fallunt.

### CAP. IIII.



ESTIFICOR CORAM DEO & IESU CHRISTO, qui iudicaturus est uiuos & mortuos per aduentum ipsius & regnum eius, prædica uerbum, in ista opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu uerò uigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certauī, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. *(S. 116/115. 1. 3.)*



ESTIFICOR CORAM DEO & CHRISTO IESU etc. Hæc pendent à superioribus, quasi expressius diceret: Ob eam causam, quia futuri erant hæretici, & scripturæ sanctæ tantam uim ha-

bent & facultatem ad docendum, ad arguendū, ad corripiendū, & ipse Timotheus illas esse poterat & per magistrum suum B. Paulum egregiè instructus, ob eam causam, inquam, testificatur coram Deo &c. Et est quædam adiuratio, ut ipsemet Timotheus per se prædicaret uerbum fidei, quod erat Episcopi munus. Idque uult cū magna instantia fieri: nō opportunè tñ, idest, cum sese occasio & opportunitas offert: uerum & importunè, hoc est, cum non adest ex parte audientium promptitudo. At huic monitioni uidetur illa reclamare Sapientis sententia aientis: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Quæ intelligenda est cum homines prorsus audire recusant, qui iam effecti sunt reprobi. *Argue, cōtradictentes; increpa irrisores; obsecra infirmos in omni patientia & doctrina.* Sunt sæpe qui docet: sed dum animaduertunt se immeritò derideri, mox subtrascuntur, nec sunt potentes ut uel patientia frangant animos irrisorum, quando res poscit absq; Dei contumelia. Ideò nullum faciūt fructum in terra contumaci, quæ sola uiuicetur (si quando tamen uinci potest) docentis mansuetudine ac patientia. Ira enim molli responsione *Prou. 15.* frangitur, ut Sapiens optime docet.

Erit enim tempus; Prophetia est, quam modo in oculis nostris impleri conspiciamus; quā sanam doctrinam non sustinebunt; Quænam est sana doctrina quæ non sustinebunt? Certè hæc: Quod operibus in gratia factis perficimus iustificationem: Quod uita æterna bonis operibus redditur: Quod peccator indiget sacramento penitentia, ut sit contritus, ut confiteatur, ut satisfaciatur. Hæc & huiusmodi alia quæ sunt sanæ doctrinæ, quia saluant animam, iam nequeunt sustinere qui sunt seducti: & ideò de his dicitur; *Sed ad sua desideria, quæ sunt concupiscentiæ prauæ & effrenes, quæ nolunt subijci legi Dei, sed licetiosam uitam amant; coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, hoc est: Illi quibus uoluptas titillat prurium aurium, & uellent audire placentia. Illi, inquam, sunt quos Apostolus uidit coaceruantes sibi magistros. Quod si unquam apparuit, ad cuius certè nostra ætate manifestè apparet. Nā quātam nobis magistrorum colluuiem peperit exorta tempestas per Martinum Lutherum & Erasimum: Exurge bone Deus & misericors, & dissipentur inimici tui, & sponsæ tuæ ecclesiæ sanctæ: quia magistri sunt docentes quæ carni placent & sanguini. Equidem non tam uerbis hinc quā lacrymis opus est, si quid zeli habemus. Nec tam expositionem, quā animaduersionem prophetia Apostoli efflagitat, ut extirpentur tot perniciosorum dogmatum magistri, præcipue qui se pios fingunt & non sunt. Ignorant enim miseri quā sapienter eos frater Do-* *146. 3.* *mini admonuerat dicens: Nolite fieri plures magistri,*

giffri, sciētes quoniam maius iudicium accipitis. Et a ueritate quidem auditum auertent. Ecce, si quis frequentem auditorum concursum desiderat, affectat sermonem hæreticum pro carnis libertate, & implebitur ecclesia, & omnis locus ubi talis habebitur concio. Quis hoc nesciat? Neque enim isti discipulos sibi & sectatores parant doctrinæ suæ ueritate, & rationum momentis, sed calumniarum in ecclesiam & Prælatos multitudine & magnitudine iam factos & persuasos. solummodo confirmant atque corroborant. Ad fabulas autem conuertentur. Fabula hinc pro quouis fallaci commento ab ipsa ueritate alieno capitur.

Tu uero uigila. Videtur hic sermo peculiari ter dirigi ad illum Timotheum: sed Spiritus Dei qui semper loquitur, & habet ante oculos omne tempus, in Timotheo illo cunctos alloquitur, qui Dei honorem suo proprio præponunt. Hoc enim significat Timotheus, id est, honorans Deū. Ait ergo: Tu uero uigila, siue esto sobrius in omnibus. Græcè enim; *νήφει*; quod est: uigila, & sobrius esto: Quamquam de sobrietate postmodò dicitur latini codices, quod in græcis desideratur.

In omnibus labora; Græcè significantius *κακοπραξίῃσιν*, hoc est, mala patere, & dura in malis & afflictionibus. Nam hæc est uia ad saluandū se ipsum & alios. Opus fac Euangelistæ prædicando euangelium. Opus enim huiusmodi est dura re in confessione & prædicatione ueritatis, nec opprimi persecutionibus, nec aura populari extolli. Vnde & hoc idem alijs uerbis significat, ut ista sermonis repetitio ostendat quæ erat illi cordi euangelica prædicatione, & hæreticorum expugnatio, ait: Ministerium tuum imple: Quod nā est illud ministerium quod ait, nisi Euangelistæ? Quod est Episcopi munus, nisi prædicare? Quotus uerò est hodie eorum numerus qui impleant? Hoc autem impletur, dum uerbo ueritatis consonat tenor uitæ. Græcè legitur *πληροφροῦν*, id est, redde hoc certum & persuasum, te scilicet Dei esse ministrum. Istud tunc persuadebis, quando ostendes te nolle hinc habere mercedem, sed expectare ab eo qui tibi illud mandauit.

Ego enim iam delibor. Græcè, *σπένδομαι*, id est, immolor. Et est uox quæ (teste B. Chrysostomo) significat perfectam hostiam, quæ tota absorbeatur: & tempus meæ resolutionis instat. Hoc ex reuelatione acceperat. Bonum certamen certauit; Græcè significanter *τὸν ἀγῶνα τὸν καλόν*, quod est certum quoddam, & præclarum certamen. Et uerè tale fuit illud B. Pauli, quod & Angeli spectauerunt cū gaudio; *cursum consummaui*, id est, absolui & perfecit. Est enim uita nostra quasi agonia, quo pro corona certatur: & quasi cursus, quo curritur pro brauiō. Fidem seruauit; Non loquitur hic de fidei ueritate, sed de fidelitate quæ exigebatur in dispensatore, ut ipse aiebat: A dispensatore queritur ut sit fidelis. In reliquos seu cæterum; aut, Quod superest. Ac si dicat: Post hæc facta non aliud restat, nisi quod *reposita est mihi corona iustitiæ*. Hic locus manifestè in-

1. Cor. 4.

qui negant hominem posse mādatis Dei ita obtemperare, ut mereatur coronam. Hinc distinctè Apostolus de seipso longè aliter testatur. Nam & certasse bonum certamen, & perfecisse cursum, & fidelem fuisse dispensatorem, & perstitisse usque in finem asseuerat. Quod non ualuisse dicere, si conscientia illum redarguisset de peccato lethali. Expugnantur etiam negantes merita: & asserentes coronam paradisi non reddi operibus bonis, cum uocetur corona iustitiæ, & non tantum corona gratiæ, seu misericordiæ. Licet & hoc quoque dici possit: quoniam radix huius iustitiæ à gratia est & misericordia. Non enim meruisset Apostolus coronam iustitiæ, nisi (ut eleganter ait D. Augustinus) prius fuisset à peccato eripus, & iustificatus ex gratia. Est igitur corona iustitiæ quæ datur iusto, & propter iustitiæ opera. Iustus autem quilibet effectus est per gratiam & misericordiam, ita ut semper uincat gratia & misericordia, cum ex illa procedat iustitia, per quam ueniunt & opera & merita: unde sequitur.

Quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non autem redderet illi Dominus iustus iudex, quasi debitam, ad uim illius uerbi (reddet) nisi, prius illum iustificasset misericors Pater, non ex debito, sed ex mera gratia ueniat prima iustificatio. Ex iustitia uerò iam gratis accepta uenit debitum præmij & illius redditio, quæ tamen ad gratiam pertinet (ut dictum est) ex radice. Ipsa enim gratia qua iusta uoluntas informatur, per quam uoluntatem opera fiunt, est radix meriti. Hæc ita se habere ad ueritatem norunt omnes pii: & ego quidem non dubito inter hæreticos inueniri qui ita quoque intelligunt, & aliter intelligi non debere sciunt: sed ut custodiāt semel emissum dogma, ex pertinacia illud defendere, non ab ignorantia student. Quod autem dicit Apostolus; *in illa die*; ad extremum magni iudicij diem uidetur aspiciere. Nam de perfecto præmio loquitur, quando anima cum corpore proprio possetur perfecta beatitudine. Non quod interim anima corpore exuta careat Dei uisione, qua statim potitur, nisi indigeat aliqua purgatione, sed quod solius animæ beatitudo non est totius compositi, & per hoc non est interim absolutè Pauli. At Paulus hinc de sua corona loquitur, quæ sibi Paulo, non ipsius tantum animæ debebatur; *Non solum autem mihi, sed et ijs qui diligunt aduentum eius*, id est, ijs qui bene sperant. Bene autem sperant, qui bene & perseveranter operantur. Et tales uerè diligunt aduentum eius, diligentes suum bonum quod est in Domino, & à Domino in illo aduentu, quando ueniet retributurus unicuique secundum opera sua prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum, ut alijs docuit.

1. Cor. 5.

Festina ad me uenire citò. Demas enim me reliquit diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus.

Marcum

Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer tecum, & libros: maxime autem membranas. Alexander ararius multa mala mihi ostendit: Reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita. Valdè enim restitit uerbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes: & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Saluta Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem uenire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. Dominus IESVS CHRISTVS cum spiritu tuo. Gratia uobiscum, Amen.

Festina ad me uenire citò etc. Ex hoc loco accipit, Episcopus non ita alligari suæ ecclesiæ personaliter, quin eis aliquando sit licitum ex grauioribus causis euocari, ad tempus per alios inseruire, ut & ipsi interim quæ sunt maioris muneris implere possint ad superioris imperium. Sed nulla alia excusatione sese à culpa tutari ualent, nisi hæc duo coniungantur, nimirum & quod superior euocet: & quod maior & publica utilitas inde acquiratur. Itaque uideat quisque ne seipsum decipiat. Nam Deum ipsum fallere non possunt, apud quem excusationum sterilia folia non ualent, quin potius peccatum produnt, non contingunt. Demas enim me dereliquit. Ecce necessitas. Destitutus B. Paulus indigebat socijs ad opera maxima, & iam derelictus erat à quibusdam, inter quos erat iste Demas nomine, diligens hoc sæculum. Conuenit nomen. Nam Demas idem est quod popularis, uel plebeius. Vox est græca quæ potest etiam significare pinguedinem, & uinculum. Nam plebei sunt, & uinculo huius mundi irretiti, qui commutant apostolicam ueritatem cū pinguedine terræ, Esau prophani imitatores, qui pro uili lenticulæ ossa supernæ ciuitatis hæreditatē uendunt. Significat & molles qui in medio cursu fracti difficultate itineris redeunt ad propria. Istius enim meminit alio loco Apostolus qui bene currebat, sed non perstitit. Vbi ad doctrinam nostram considerandum, constantia magna opus esse in uia Dei, maxime quæ persecutiones ingruunt. Et abiit Thessalonicam. Ciuitas est Macedonia, & significat positionem alterius uiciorum & id quidem mirum in modum quadrat. Tales enim minime persistunt in primo ago-

ne, sed constituunt sibi præmia mundi pro suis laboribus. Crescens in Galatiam. Potest mysticè significare hominem, qui cum cresceret, & iam solido cibo uesci deberet, ad lac tamè quod est paruulorum, reuertitur. Et non sunt qui in tentationibus magnis & periculis durare nequeunt.

Titus in dalmatiam. Titus honorabilem significat. Et Dalmatia lampadem frustratoriam: aut fulgur uanitatis. Vnde significantur qui honorè huius mundi amantes, quasi uanam quandam & inutilem lampadem sequuntur, quæ ut fulgur subita celeritate transit, & mox euanescit.

Lucas est mecum solus. Magnus & fidus socius. Lucas, qui B. Paulo etiam uinculis alligato assistit, ut meritò & cum magna illius laude appellatus sit rati Apostoli comes indiuiduus. Significat enim lucem ueritatis, qua firmatur homo & non uagatur, sed fixus manet suspiciens cælum, & benignam Dei uoluntatem, quæ non deserit sperantes in se.

Marcum assume, & adduc tecum: Est enim mihi utilis in ministerio. Hic est ille Marcus propter quem nara fuerat contentio inter B. Paulum & Barnabam, ut habetur in Act. Marcus autem significat tersum & politum. Et tali socio egebat Apostolus: quoniam in persecutionibus perpolitur Dei seruus, & tersus redditur. Et uerè per illam tentationem ab initio politus est, ex qua tantum profecit, ut qui antea subterfugebat, esset postea inter primos, quorum ministeria requirebat Apostolus. Tychicum autem misi Ephesum. Per Tychicum fortunæ amatorem & amicum intelligit. Hunc uir fortis emittit Ephesum in sua scilicet desideria. Nam qui fortunam diligit, & quod illa ducit sequitur, seruire CHRISTO qui talia damnat non potest.

Penulā quā reliqui Troade apud Carpum etc. Penula genus est uestis densæ ac uilis, qua loco pallij ad repellendam pluuie iniuriam & frigoris utuntur uiatores. Vbi considera miram Apostoli sollicitudinem erga Discipulum. Hoc significare uolunt futuram Timotheo magno usui in ipso itinere. Mysticè quoque eleganter significat oportere uirum hærentem ei qui persecutionē patitur, armari, ne imbribus tribulationum cedat.

De illo Carpo facit mentionem honorificam B. Dionysius Areopagita epistola. 8. Cum aliquando, ait, in Cretā uenissem sanctus Carpus me hospitio suscepit, uir si quis alius ob eximiam mentis munditiam ad Dei speculationem aptissimus. Et libros, maxime autem membranas. Verè libri sancti ad consolationem faciunt: quia omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Quare summus Sacerdos, & seniores, & reliquus Iudæorum populus ad Spartiataras scribentes, dixerunt in epistola. Nos enim cum nullo horum indigeremus, habentes sanctos libros in manibus nostris &c. Quod uerò ait; Maxime autem membranas; particularia quædam scripta significat, in quibus ea continebantur quæ ad rem magis faciebant. Et mysticè significat scripta quæ in corio mortuo exarata sunt, quod

Rom. 16.

1. Mach. 12.



quod corium mortuum nostra est conscientia, quæ poenitentia baptismum recepit, & luctum christianum toto uitæ huius tpe profiteri debet.

*Alexander erarius multa mala mihi ostendit.* Nō dixit: intulit; sed: ostendit; quia qui libenter excipit persecutiones, non mala, sed bona excipit: quæ quàm ex parte inferentis mala sint. Erarium autem uocat, quia erat faber æris, ut græca uox ostendit. Et in eo significatur mundi huius fortitudo, quæ fidei aduersatur. Isti statuas sibi fabricant, quæ contra Deum stare nullo pacto possunt. *Reddat illi Dominus secundum opera eius.* Volunt plures interpretes hoc dictum enunciatum esse futuri temporis, & idē legunt; reddet; Græcè tamen legitur, ἀποδοῦναι, hoc est, reddat. Quæ uox non est tam optantis, quàm permittentis, & concordantis cum diuina sententia, quæ iam habet istiusmodi homines ueritati resistentes pro reprobris. Vnde addit. *Quem & tu deuita*, ut pestem, & uenenum letiferum omninō detestandū. Nam tales illi sunt: *Quantum addit aliam causam, dicens. Valde enim restitit uerbis nostris, & cōsequenter ipsi CHRISTO, eiusque sanctissimæ ueritati.* Hinc ingens capitur doctrina, si quando uiri magni, & pro ueritate catholica laborantes intelligant sibi uel clanculum, uel palam à nescio quibus sordidis hominibus et ignaris obfisti. Magna sanæ & grauis ob rei indignitatē tentatio, dū conflagrandum est cum factoribus, & fabris, & tōforibus: quemadmodum nobis nunc per Lutheranorum laxatas populis habenas contigit. Sed uerius per Diabolum operationum diuinarum emulū. Animaduertit summa Dei sapientia electos rudes & ignaros homines ad euangelium prædicandum, & sanguine defendendum, ut esset illustrior Dei uirtus & maiestas. Ipse quoque liuidus suscitatur istos opifices, & tabernarios, & qui uix norunt, quot sunt (ut dici solet) in manu digiti numerare, ut negocium facessant ecclesiæ, & Prælati atque insignibus concionatoribus tanta ignorantia ac temeritate obfistant. Sed hoc B. Pauli exemplum ad maximum nostrum solatium positū est, ut nō miremur artem Diaboli, sed prouidentia Dei ad lucrum nostrū. Sunt enim isti ueluti folles, quibus utitur Deus in fornace ecclesiæ, ubi probantur electi, ut aurum reddatur purissimum. Nam si hanc tam indignam tentationem illius artificis in B. Paulum permisit, quid in nos expectandum est?

*In prima mea defensione nemo mihi adfuit; sed omnes me dereliquerunt.* Loquitur de prima sua apud Cæsarem defensione, apud quem tanquam seductor fuit accusatus: licet ea de re non constet clara historia in sacris literis. *Non illis imputetur.* Hinc apparet aliud fuisse peccatum horum, qui eum dereliquerunt propter infirmitatē, & aliud Alexandri, qui ut perfidus dedita opera restitit uerbis Apostoli. Pro illis enim orat ne eis imputetur hoc peccatum: de hoc uerò ait. *Reddat illi Dominus iuxta opera eius.* *Dominus autem mihi assistit, & confortauit me, hoc est, Deus pius & misericors tum demum consuevit adiuuare suos.*

fortiter, cum ab alijs sine auxilio derelinquuntur: ut per me prædicatio impleatur; Loquitur de prima prædicatione enunciationis euangelij, quæ debuit primò fieri ad uniuersas gentes. *Et liberatus sum de ore leonis.* Neronem innuit, qui erat ferocia summa crudelis, quasi hominum deuorator, & præcipue piorum Christianorum.

*Liberauit me Dominus ab omni opere malo.* In magna miseria & persecutione difficillimum esse continere à peccato. Et tamen Apostolus ab omni opere malo dicit se fuisse liberatum à Deo, nō in quā incurrit, sed ne illud committeret iutus. *Et saluum faciet in regnum suum cœlestē.* Ita loquitur ex multa fiducia de misericordia Dei concepta: quam & certā sperare possunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: & item quia propinquus erat excessus eius; cui gloria in secula seculorum, Amen. More suo de omnibus suis bonis reddit gloriam Deo per; AMEN: id est, per IESUM CHRISTUM Redemptorem.

*Saluta Priscillam & Aquilam.* Hierant coniuges & Iudæi, ut est in Act. c. 18. qui pro anima Apostoli (ut ad Rom. testatur) ceruices suas supposuerunt. Hos igitur meritò iubet primos saluati qui & ipsi erant gēis Iudææ, & uerè Iudæo-christiani. Nam & familiares fuerāt aliquando eodem tecto & mēsa uiuentes, maxime cum essent eiusdem artis, quæ dicitur scenofactoria.

*Et Onesiphori domum.* Hūc Onesiphorum honorificè superius iam nominauit, cap. 1. cuius facultatibus fuerat sæpe recreatus, & ab illo Romæ diligenter inuestigatus & uisitatus; *Erastus remansit Corinthi.* Erastus amabilem significat, quem Corinthi remansisse indicat. Corinthus uox est quæ significat locum scortationis ac lenocinij: nec absque significatione dicitur. Subnotatur, n. qui amari declarant, & scorta fiunt. *Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Trophimū significat educatum, seu nutritū. Qui enim uel plus, uel minus uirire corpus student, facile infirmantur. *Festina ante hyemem uenire,* id est, antequam cor frigidum fiat. *Salutant te Eubulus, bonus cōsiliator; & Pudens, quidā legūt: Prudēs; sed græca lectio habet; ᾠδῆς, p. Pudēs, ut intelligat pudor scētus quæ adest oibus Deū metuētibus.* *Et Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Linus est rete & uinculum: sed rete CHRISTI & charitatis. Et Claudia à claudēdo, ut significaretur claudendam esse portam cordis oibus rebus à IESU CHRISTO alienis, ut solū qui fratres sunt admittantur. Hunc Linū puo illum fuisse qui Petro in pōtificatione successit. *Dominus IESVS CHRISTVS cum spiritu tuo.* Gratia uobiscum, Amen: ac si dixerit. Spiritus Domini nostri IESU CHRISTI sit cum spiritu tuo, qui in omnibus & prosperis & aduersis te dirigat & illæsum seruet in uia mādatorū suorum, ut tandem percipere possis æternā uitæ incorruptibilis coronā: quā nobis omnibus largiri dignetur qui cum Patre & Filio regnat in sæculis sempiternis, Amen.

... ..

## ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

B. PAULI APOSTOLI AD

TITVM.



**T**ITVM CRETENSIBVS A SE PRÆFECTVM ARCHIEPISCOPVM instruit Apostolus de ijs quæ ad eius officium pertinent. Ostendit quales ecclesiæ ministros ordinare debeat, qui & possint seductoribus, potissimum quibusdam proteruis, Iudæis resistere, & dure increpare. Proponit exhortationes unicuique hominū statui proprias, ut omnes gratia saluatoris respondentes efficiantur unus populus Deo per bonorum operum studium gratus & acceptus. Magistratibus ipsis obtemperandum præcipit. Hereticos insuper omninō tanquàm putrida membra fugiendos, & stultas legis genealogias. Postremò mandat ut ueniente Tychico properet ad se Nicopolim, hortatus iterum ut sollicitè fideles bonis operibus studeant abundare. Epistola superscriptio in hunc modum græcè habetur. Ad Titum ecclesiæ Cretensium primum delectum Episcopum, scripta Nicopoli Macedonia.

COMMENTARIA  
IN EANDEM EPISTOLAM

AD TITVM.



**P**AULVS seruus Dei, Apostolus autem IESU CHRISTI, secundum fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatem est in spem uitæ æternæ, quam promissit qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia. Manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione quæ credita est mihi, secundum præceptum Saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia, & pax à Deo patre, & CHRISTO IESU Salvatore nostro.



**V**OCAT SE PRIVS SERuum Dei in hoc saluationis principio, quàm Apostolum, ut iustum erat. Deus enim Dominus est omnium, cui omnia seruire iuxta suam conditionem debent. Homo ergo uoluntariè seruire tenetur: & hoc seruitium libertas est illi uera & amabilis. Qui enim bona libertate promptè seruit Deo, liber est ab omni crea-

tura: Alioquin multipliciter seruit & ignominiosè. *Apostolus autem IESU CHRISTI.* Declarat peculiare quoddam suum erga Deum seruitium, nimirum in munere apostolatus: ita ut tanquàm Apostolus hanc epistolam se scribere insinuet, quo grauior uigeat in præceptis & maior autoritas: secundum fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis. Et si alij prædicatores aliquo modo uocari possent Apostoli: Ipse tamen asserit se Apostolum secundum fidem electorum Dei, id est, eum cui Deus impartiuit talem fidem, & eam ueritatis agnitionem, quæ dari solet electis. Hæc siquidem longo interuallo excedit communem reliquorum Christianorum gratiam. Sicut enim non est omnium fides: ita nec eorum qui sunt fideles, est æqualis fides. Electi illi præcipui (quales erāt Aplj) ut æquū erat, & ut ipsum Apłatus munus polcebat, longè alios in lumine & mensura fidei, & in cognitione ueritatis præcellerāt. Voluit ergo Apostolus hoc primū proponere Tito, ut intelligere ea præcepta quæ scribebat, non ab homine quasi à fratre, sed ab insigni Apostolo proficisci, ut magis intenderet diligentiusque seruaret: & quæ etiam posset obijcere duris illis è circuncisione Iudæis, & pigris quibusdā Cretensibus, ne possent sancta ueritatis mandata spernere. Declarat autem quodnam genus ueritatis esset, ad quam prædicandam erat constitutus & electus à Deo Apostolus, & ait.

*Quæ secundum pietatem est in spem uitæ æternæ.*  
Pietas

Pietas uirtus est ex charitate procedens, qua inclinamur ad honorandum & colendum Deum, non solum ut Creatorem & Dominum, sed ut Patrem, reddendo quæ illi à nobis debentur pietatis, obsequij, cultus, honoris officia: & quæ illi impendere non ualemus (ipse enim honorum nostrorum non indiget) impendamus, ut iubet, proximo: & perinde ac si sibi impensum fuerit, accipiet. Fides ergo Apostoli consistebat in agnitione huius ueritatis, quæ habebat præceptum pietatis cum promissione. Vnde concipiebatur spes uitæ æternæ, quæ promittebatur pio & pietatem exercenti. Vnde rectè sequitur. *Quam promissit qui non mentitur Deus.* Ipse enim uerax est, & non (sicut homo) mendax. Deus ipse non solum non mentitur, sed nec potest mentiri, qui summa est Veritas. Quid est enim mentiri, nisi aliquid præferendo significare, quod non ita se habeat? Deus autem nihil profert nisi unum Verbum, quo se ipsum exprimit, qui summa est Veritas. Per illud Verbum facta sunt omnia, quæ & ipsa ueritatè habet, quatenus ab ea prima Veritate procedunt.

*Ante tempora secularia.* Quæstio hoc in loco exoritur, quo pacto uerum fiat, Deum promississe hanc æternam uitam ante tempora secularia. Et primò, Quæ (rogo) est hæc æterna uita? Audi ipsomet, qui interrogas, tibi respondet: Hæc autem est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Visio ergo Dei & IESV CHRISTI est nobis uita æterna: & hanc testatur esse promissam ante tempora secularia. Sed cui, aut quibus promissa fuit ante tempora secularia, cum nulla adhuc extaret creatura? Dicunt aliqui Deum sibi ipsi promississe. At certè inter promissorem, & eum cui promittitur, debet cogitari personarum differentia, ut Iurisconsulti uolunt. Si enim Deus est qui promittit, omnes personæ promittunt Pater & Filius & Spiritus sanctus. Quomodo ergo eadem personæ erunt & promittentes, & quibus promittatur? Aliud ergo uoluit Apostolus significare, nimirum (ut ego credo, imò de quo etià dubitare non ualeo) quod Deus Pater qui ab æterno cogitauit condere creaturam, decreuit illam honorare per Filium suum per mysterium nuptiarum, & illam sanctissimam diuinæ & humane creaturæ in Verbo coniunctionem. Condidit ergo prius Angelos cum eorum cælo & paradiso: idque fuit ante omne tempus. Non enim erat dies & mane, nec motus ullus, cum uisibilis hic mundus nondum creatus esset. Tunc suum hoc consilium futurarum nuptiarum reuelauit Deus Angelis, & promissit suo tempore se id facturum. Receperunt plurimi Angelorum & libenter: & nostrum genus uehementer cœperunt diligere atque expetere nobilitandū tanto Sponso ac Capite. Cōtrā uerò Lucifer ille superbus cum multis inuidere, contradicere, & ut iniquum Dei consilium, ac talem deliberationem cœpit arguere. Hoc uolebant ueteres Patres cum tradiderunt Diabolum propter inuidiam, qua in hominem urebatur, cecidisse de cœ-

Ioan. 17.

Diligenter notanda.

lo, & huius rei gratia pugnam illam factam in cælis, de qua B. Ioannes in Apocalypsi. Sed nos proprio tractatu uberius hac de re differuimus.

*Manifestauit autem temporibus suis;* cōuenientibus scilicet ac præstitutis. Manifestauit autem illam uitam æternam; *Verbum suum;* appositiuè. Verbum enim summi Patris uita nostra æterna est. *In prædicatione,* id est, per prædicationem; *Quæ credita est mihi;* Cōmissa fuit prædicatione B. Paulo magna ex parte, præsertim ad gentes; *Secundum præceptum Saluatoris nostri Dei;* Hoc enim præcepit illi CHRISTVS Saluator noster, ut sæpius iam explicauimus, ut non immeritò dixerit. Vt enim mihi est si non euāgelizauero, *Tito Dilecto filio secundum communem fidem;* Potes exponere quod ait, *secundum communem fidem;* ut determinat filiationem: perinde ac si dixerit. Voco te filium meum: quia per euāgelium te genui comunicans tibi fidem, qua quisque quasi noua generatione nascitur Deo. Vel: ut determinet affectionis qualitatem ac si dixerit. Dilectum te uoco secundum communem fidem: quoniam dilectio mea fundatur in communicatione æternorum honorum, quæ ipsa fides nobis ostendit. *Gratia & pax &c.* In grecis legitur; *Gratia, misericordia, & pax.* Notandum, quomodo hic ad Titum, & superius ad Timotheum scribens, salutat imprecando misericordiam: quod in alijs epistolis non legimus. Et fortè ob eam causam, quoniam ij qui præfecti sunt alijs, digni sunt præ alijs cōmiseratione, & indigentes misericordia ob pondus grauissimum quod sustinent: & beati illi qui minime succumbunt. Succumbunt autem omnes qui misericordiam Dei, & auxiliium supplices non implorant assidue. Est enim nimis tremendum officium, curam suscipere animarum.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensationem: non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

*Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corrigas.* Beatus Paulus ostendit Tito Archiepiscopo seu primati, primum & maximum opus, quod erat supplere quæ deerant in illis ecclesijs, & eligere presbyteros, & ordinare idoneos ob ingruentem necessitatem. Iam enim dilabi incipiebant uix surgentia fundamenta: cuius rei gratia ait se reliquisse illum Cretæ: ut intelligas in hoc

Apoc. 12

Cor. 9.

magnam curā esse debere Episcopū, uidelicet ordinationes facere dignarū personarum. In quo quātū ab oibus ferè nostro tēpore peccetur, optimum esset animaduertere & emēdare, ne ira Dei grauissima irruat super nos. Ordinantur passim nedum uiri ad corrigendum apri, sed qui omninò econuerso, ad deprauandos rectos mores sunt aptissimi. Dominus uideat, & prouideat. Præbyterorum autem appellatione hoc in lo Episcopos debere intelligi manifestum est. Non nulli aliter opinātes aniam acceperunt erroris, nolentes quicquid interesse inter Episcopū & presbyterum, qua uoce intelligunt sacerdotē. Ita ut omnis sacerdos, eorū iudicio, sit Episcopus habēs à Deo potestatē & iurisdictionē. At re uera hoc dogma falsum est oinò, ac ualdè perniciosum. Quātò magis illud nouorū hæreticorum, qui sacramentum ordinis funditus tollunt? Docent enim factiosi hypocritæ, parē esse apud Christianos oēs in uerbo & sacramento potestatē, & atinere ad magistratus tātum ac plebē secernere qui debeāt ministrare. Quæ insana hæresis habet manifestè sibi aduersantes & scripturas, & traditiones patrū à primordijs ipsius ecclesiæ in hūc usque diē. Verè per se est absurdissima, & luce clarius patet in ipsi primordijs. Licet enim discipuli Domini essent Christiani, nunquā tamē habuerunt potestatē cōsecrandi, nisi postquā Dñs illa uerba protulit. Hoc facite in meā cōmemorationē: quibus uerbis contulit eis illam potestatē. Et similiter quāuis p ea uerba sacerdotes essent cōstituti, nunquā tamē habuissent potestatē absoluedi à peccatis, & alia quæ sunt episcopalis iurisdictionis, nisi Dñs dedisset postmodo illis Spiritum sanctū, p quē hanc potestatē acciperēt, sicut est apud B. Ioannē, ubi ait. Sicut misit me uuens Pater, & ego mitto uos. Et cum hæc dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Ecce quā manifestè apparet non eis datum à Dño ut exererent potestatē quam prius haberent, sed ipsam potestatē eis dedit, quā postmodo exercere possent.

Nihil autē obstat quod ex B. Petri epistola accipiunt hæretici, ut hoc puerum dogma stuant, ubi ait. Vos autē genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c. Ecce, inquit, Petrus uniuersum populū christianum uocat sacerdotium: & hinc educit oēs esse sacerdotes. Et cur non item concludit oēs esse reges, cum pariter dictum sit à B. Petro, & eodem prorsus contextu: Regale sacerdotiū: Et Dominus ipse de populo hebreo per Moſen dixit. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale. Nunquid propterea omnes erāt reges, aut oēs erāt sacerdotes? Quæ rogo, est hæc consequentia, quā ipsa rei ueritas manifestat esse falsissimam? Docet ergo B. Petrus in uniuersitate Christianorum esse sacerdotium, in quo & regia esset potestas: sicut de illo populo Dei dixit Moſes esse regnum, in quo sacerdotalis esset ordo. Simili modo soluit quod à B. Ioanne dictum est in Apoc. Fecit

1. In. 2. 2.

Ioan. 2. 0.

1. Petr. 2.

Exod. 1. 9.

Apoc. 1.

nos Deo regnum & sacerdotes. Loquitur enim non de singulis, sed de ipso uniuerso, in quo inuenitur utraq; ptās, regia scilicet & sacerdotalis. Nam silectionem græcam sequi uolumus, sic habet litera. Fecit nos Deo reges & sacerdotes. Et uidetur loqui de se & sui similibus, id est, de ordine Apostolorum, qui constituti sunt à Deo principes orbis terrarum, & uerè sacerdotes. Alioqui dicāt nobis quomodo omnes Christiani sint reges? Non me primò latet aliquo modo posse dici omnes Christianos & sacerdotes simul & reges, sed largè admodum extenso uocabulo, ut nonnulli dicunt, ac per hoc diluunt quæ ab hæreticis obijciuntur. Non reprobo dictum: continet enim in se ueritatem. Siquidem seruire Deo, regnare est: & offerre Deo seipsum quasi hostiam sanctam, quodammodo sacrificare est. Verum quod aptius uidetur sensui illarum scripturarum congruere, & quod uehementius cōfutat aduersariorum argumentum, in medium adduxi. Concludimus ergo esse quidem sacerdotalem ordinem in ecclesia, & ab episcopali differre. Oportet quidem Episcopum omninò esse sacerdotem, non autē econuerso. Credimus etiā olim ab initio cū esset mensis multa, & operarij pauci, in eandem personam curruisse utraq; potestatem, ut qui essent presbyteri siue sacerdotes, ipsi quoque essent Episcopi. In eadem autē ciuitate plures inueniebatur episcopi, ut patet i Act. cap. 2. 0. ubi legimus B. Paulum uocasse presbyteros eius ecclesiæ, ad quos sermonem habens mox Episcopos uocat, quos Spiritus sanctus elegerat ad regendam ecclesiā. Et in hac epistola quos presbyteros manifestè uocat, cōfestim Episcopos appellat. Hinc ille error exortus est, ut multi ordinē episcopale à sacerdotali non distinguerent. Sed non ualet quouis modo, ordines circò non esse inter se distinctos, quia in eādē personam cōcurrerēt, scilicet ut qui essent illo tempore sacerdotes, etiam Episcopi simul ordinarentur. Quāquā re uera presbyteri tum uocabantur, non qui essent solum sacerdotes, sed & qui Episcopi munere fungerentur. Quicquid autē sit, omninò illud ut certum tenendum est (quod usus ecclesiæ semper comprobauit) ordine differre Episcopum à sacerdote: neque cōtinuò esse Episcopum qui sit sacerdos. Habet enim potestatem ordinis Episcopus, non tātum iurisdictionis, qua excellit sacerdotē, ut ipso uetustissimo usu notissimum est in ecclesia. Plura enim sacrat Episcopus, quæ simplex sacerdos sacrare nō potest: & à multis casibus absoluit, & quæ hmoi sunt. Pergit autem Apostolus cōditiones illius declarans, qui sit ad episcopatum promouendus. Primū ut sit: *sine crimine;* Nō dixit sine peccato, sed *sine crimine*, quod scilicet meritò uenire possit in iudicium: *Vnius uxoris uir;* Propter sacramenti sanctitatem, non in nuptiarū reprehensionem. Sicut si foemina etiā si catechumena fuerit uitiata, non potest post baptismum inter Dei uirgines consecrari, ita non absurdè uisum est, eum qui excelsit uxorū numerum singularē, nō pe-

De sacerdotali & episcopali iurisdictione.

catum aliquod comiffisse, fed normā quādā sacra menti amiffisse, nō ad uitę bona meritū, fed ad ordina tiōis ecclesiasticę signaculū. Hoc explicatū est superius ad Timotheum; *Filios habens fideles*; Quia turpe iudicatur in Episcopo uel habuisse plures uxores, uel etiam non habere filios fideles. Quomodo enim fiet credibile, posse alios ab eo in fide instrui, qui proprios secundum carnē filios non instruxerit: *Non in accusatione luxurie*; Luxus filiorum patrem reddit incapacem episcopatus, & meritō: quia dilapidare bona ecclesiasticę facile possent, & ita pauperes CHRISTI defraudari contingeret. Quod etiam nunc (heu heu nimis nostris oculis perspicimus; *aut non subditos*; Qui enim suam familiam rectē non pōt regere, quō ecclesiam Dei regere poterit? *Oportet enim Episcopum sine crimine esse*; Ecce, quē uocauit presbyterum, nunc uocat Episcopum, quē esse oportet ab omni crimine immunē, sicut *Dei dispensatorem*, a quo exigitur fidelitas in dispensatione uerbi, & sacramentorū. Hanc autem fidelitatem præstare non potest homo criminofus; *Non superbum*; aliū interpretantur gręcam uocem, non præfractum, uel proteruum; *Non iracundum*; Nō oīs qui aliquādo irascitur, iracundus est: sed qui facile & frequenter exardescit in iram, ille propriē iracundus dicendus est; *Non uinolentum*; id est, uini amātem, seu uinosum; *non percussorem*; Credo Apostolum (ut alibi declarauit) linguam maledicam, qua percutitur proximus conuictiōis & maledictiōis, uoluisse hoc loquēdi genere notare. Alioqui illud facinus nimis erat insolentię, nec erat memorandum; *Non turpis lucri cupidum*; Potest duobus modis intelligi. Primo, ut lucrum illud demum quod turpe est deuiter: quale est lucrum per uſuras quęsitum, aut quodcunque aliud illicitum ac cunctis prohibitū. Altero modo potest intelligi, ut cuiusuis lucri pecuniarij cupiditatem prohibeat: quoniam & hoc Episcopo turpe est mercatorē esse, & rebus ad lucrum spectantibus animum intēdere, qui totus debet in spiritualibus occupari. Qua enim prædicationis fiducia posset mundi homines hanc in partē lucrandi ruentes retrahere, si in idem præcipitiū laberetur? Nonne uel pueri obijcerent sententiā illam; Turpe est doctori cum culpa redargui ipsum; Virum sanę carholici (ait magnus ille Leo Pontifex) & præcipuē Domini sacerdotem, sicut nullo implicari errore, ita nulla oportet cupiditate uiolari. Mēs. n. pecunię auida nec abstinere nouit a uetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Cui cupiditas dominatur, quo pacto conditionem subsequenter exequi studuerit, qui nedum largiri propria, sed & aliena sibi usurpare contendit? Non igitur lucri cupidum oportet esse Episcopum; *sed hospitalem*; Hospitalitatem omnibus scriptura, & frequenter Apostolus plurimum commendat: in Episcopo autem est necessaria, ne uiri religiosi ac pñ honesto hospicio carentes, necessitate cogantur diuertere ad tabernas & stabularios, ubi sunt plena spurcitiarū oīa & impudiciā. Si. n. Regula

res decentissime habent monasteria propria quō diuertant, nec citra iustam reprehensionem licet eis publica adire hospicia, cur nō & reliqui Prælati ecclesiastici pariter habebunt pro suo hospicio Episcopi domum, ne cogatur ipse Episcopus peregrinus in ciuitatibus, ubi sit episcopalis domus, diuertere ad hospicia mercenaria, & plerumque impudica? O quām refriguit charitas. Possent fortē Episcopi pauperes se excusare: uerū nescio an Deus excusatiōem probet. Si enim diues esset Episcopus bonis moribus & fama, certē pauper in bonis Deo prouidente esse non posset. Et ideo absolutē dixit Apostolus; *sed hospitalem*; non distinguēs esset ne diues an pauper. Imō uerō quas existimamus tum aduiffe Episcopis diuitias & fructus annuos, quando ista præcepta dabat Apostolus? Nullus esset tam ferus in ciuitate, qui si pastorem suum bonis operibus lucere uideret, nō inflammaretur ad iuandum. Recolamus quid B. Ambrosius de suis testetur temporibus. Vbi enim populus considerabat bona ecclesiasticę in pauperes tanta cura ac pietate à Prælatiſ dispertiri, ad eosdem suas ipsi elemosynas deferebant, ut per manus illorum fidelium distribuerentur, tanquam qui inopiam afflictorum diligētius nouissent. Scio plerōsq; sacerdotum (ait grauiſſimus ille Antistes) quo plus cōtulerunt, plus abundasse: quoniam quicunq; bonum operarium uideret, ipsi confert quod suo officio dispenset, securus quod ad pauperē sua perueniet misericordia. Nemo enim uult nisi pauperi suā proficere collationem. Nam si quem aut immoderatum, aut nimis tenacem dispensatorē uiderit, utrūq; despiciet, si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recōdat sacculis: hęc ille Sanctus, & uerē.

*Benignum*; Gręca uox significat amatorem probitatis. *Sobrium*, id est, moderatum circa seipsum: quod p̄tinet ad cohibendum luxum & lasciuiam in pompa, & suppellectili, & uestitu, & quę sunt Cereris, Bācchi, & Veneris irratamēta. *Iustum*; erga alios, ut reddat & distribuat cunctis, & unicuique quod suum est. *Sanctum*; id est, piū erga Deum; *Continentem*; seu fortem ad continentium, & temperatē uiuendum. Magna enim fortitudine opus est ad uincēdum seipsum, & cōcupiscentias suas. *Amplectentem eum*, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Sensus est, ut sit tenax eius sermonis custos qui est fidelis, & secundum rectam doctrinam: quā arbitrator ab illo certam significari per articulum, illam nimirum doctrinam, quam CHRISTVS & eius Apostoli tradiderunt, ita ut nolit Episcopum ab ea doctrina habere differētē sermonē. Hoc. n. esset oīō peruersum. *Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui cōtradiciunt arguere*. Hęc duo ad Ep̄m pertinet, docere scz atq; exhortari scđm sanā doctrinā, q̄ ad mētis sanitatē perducit. Et p̄tereā (quod ferē equē est necessariū) eos qui contradiciunt reuincere. Alioqui unus ædificans, & alter destruens, quæ utilitas nisi labor? ait Sapiens. *Huius rei necessitatem affert, subiungens.*

B. Ambr. li. 1.  
off. ca. 16.

Eccle. 14.

Sunt

Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui, & seductores, maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui: qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum Propheta, Cretenſes semper mendaces, malæ bestię, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est.

Quam ob causam increpauit illos durē ut sani sunt in fide: non attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se a ueritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

*Sunt enim multi inobedientes*. Gręca uox significat intractabiles, & eos qui in ordinē redigi nō possunt; *uaniloqui*; id est, ea loquentes quæ ad fidem ueramque salutem non promouent, & sinē bonum; *seductores*; Gręcē significantur illi qui seducunt mentem (ut ita dixerimus) demētādo, & a ueritate ipsa abducendo. *Maxime qui sunt ex circuncisione*. Iudæos pseudoprophetas, aut pseudoapostolos notat; *quos oportet redargui*; id est, quibus oportet os obturare, ut gręca uox innuit. Hoc autem fit doctrina primū: deinde si nō acquiescant, autoritate apostolica. *Qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet*; scilicet familiari & priuata doctrina nō publicē, imitatores illius qui clanculum consueuit serere zizania. Non enim publicē audent, quando quidem lucem qui male agunt, fugere solēt. Doccebant autem quæ non oportebat, de lege uidelicet, quæ iam antiquata erant. At in doctrina CHRISTI sacrilegium est ea admiscere quæ non oportet. Quæcunq; autem uanā sunt, si in cultu Dei habeantur ut necessaria, noxia sunt. Et omninō superstitiosum est quicquid agitur cum eo, non ex illius regula, & ecclesię eius sanctæ.

*Turpis lucri gratia*; Hoc etiā addit ad impietatem: quoniam nefas erat uenditare scientiam diuinorum. Vnde turpe est omne lucrū quod exigitur quasi merces doctrinæ. Sapienter quidam Iurisconsultus de ciuili sapientia dixit: Non esse illā pretio numario æstimādā, ac dehonestādā.

*Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta*. Epimenidem intelligit qui fuit paganns uates. Vocat autem quendam ex illis. Erat enim Creteſis ille poeta: ita ut non ad Iudæos specialiter pertineat hic sermo, nisi fortē & ille Epimenides fuerit ex stirpe ac genere Iudæus, quod non constat apertius. Et prætereā hic ut Creteſis ab Apostolo citatur, non ut Iudæus: & in ipsos Creteſes uaticinatur, nō in Iudæos. Appellat & proprium ipsorum prophetam. Proprium ait: quia eius gentis erat. Aut melius dicit Epimenidem fuisse proprium uatem ipsorum, non generaliter

Creteſium, sed eorum Creteſium qui talia faciebant. Ita ut uelit esse uerū Epimenidis uaticinium quasi prophetiam, in illis Creteſibus qui tales erāt, quales ipse superius designauit. Tria autē in Creteſes obijcit. Primum, eos esse mendaces; & ideo uaniloqui & loquentes quæ non oporteat. Secundum, malas bestias; & ob eam causam seductores mentium, atq; animarū interfectores. Tertium, uentres pigros: ex quo reddebatur otiosi, & sic malis artibus cibū quærere coacti per linguam mendacem & adulantē, ut gnatonum more possent uentrī satisfacere.

Sunt qui mirantur primū, cur B. Paulus in autoritatem euerit poetam ethnicum quasi prophetā. Nec intelligūt (quod tamē facile erat) non poetam, sed illud dictum poetæ hoc in loco probari. Quid enim prohibet mendaces poetas aliquando prædicare quod uerum est? Nonne & Dæmones aliquando uera loquuntur? Memini etiam quendam uirum magnum & ecclesiasticum, qui illud potius admirabatur, quomodo tantus Apostolus tanto uituperio uniuersā illam prouinciā tāta ignominia nota inuſſerit. Aiebat enim sibi non uideri esse uiri prudentis, uniuersaliter taxare aliquam nationem, ac illius uniuersæ gentis animos propterea in se acerbius concitare. Verū B. Paulum excusare primū potest ipsa rei clara ueritas. Deinde, non fuit eius sententię autor, sed poetam illiusmet gentis profert: quamquam illud dictū quasi uaticiniū uideatur probare. Tertio, quia scribebat Apostolus ad priuatum uirum. Multa enim priuatim prudenter dicuntur & scribuntur, quę minus prudenter in aures ungi publicē dicerentur. Et quāuis publicata postmodō fuerit hæc epistola, hoc tamen tum non intendebat Apostolus. Quarto, si consideretur quid Apostolus dixerit, uidetur potius mitigasse dictum illius poetæ in Creteſes, dum quasi prophetiam accipit, quæ ad illud tempus & ad illos seductores respiciebat. Deniq; ipsa B. Pauli autoritas excusat, qui tanquā Apostolus Dei loquebatur, nec animo contuiciandi, sed potius ut emendarentur, nec n̄s humanis (ut ita dicam) respectibus astringebatur. Est item uerus saltem spiritualis sensus de Creteſibus, in quibus carnales homines significantur, ut uox ipsa sonat. Qui autem carnales sunt, & uentres pigri sunt, & malæ bestię, & facile mentiuntur. Si quis ab his conditionibus immunis fuerit, nec erit Creteſis secundum Spiritum, sed eō maiori laude dignus, quō in medio bestiarum appareret homo ratione se & iudicio gubernans.

*Quam ob causam increpauit illos durē*. Merentur profectō duram increpationem, qui non sunt sani in fide, id est, non sanē sentiunt de his quæ sunt fidei: quanto uerō magis ēt qui alios peruertunt per inanes hominum traditiones? Increpare autē iubet ad hunc finem; *Vt sani sint in fide*. Hic ergo finis increpationis, uidelicet sanitas fidei, ut eam rectam & sanam sequantur: non solum in illis, uerū ne etiā aliī corrumpantur: Vnde & pergit.

*Non attendentes Iudaicis fabulis*. Nam uel tunc RR. ij. erat

Quā autorit.  
tē paganiſ scri  
ptis det Apo=  
stolus.



erat doctrina illa pessima quā uocant Thalmut, fabulis scatens non quibuscunque, sed iudaicis: nō solum mendacibus, uerū etiam & superstitiosis & ridiculis. Addit; *Et mandatis hominum ueritatem se à ueritate; Græcè auersantiū se, & odientium ueritatem, illam nimirum quæ erat in christiana lege. Et quia de cibis magna uigebat quæstio sub prætextu decretorū Moseos, adiecit.*

*Omnia munda mundis.* Hæc Apostolica sententia ratione summa nititur: quoniam rerum munditia uel immunditia non ex ipsarum rerum natura est, ut putabant impij. Omne enim à Deo creatū bonum est & mundum. Itaque non quia aliquid sit immundū, si illud edamus, coinquinamur. Sed cum accidat hominē esse immundū propter peccatum, iccirco & oīa illi sunt imūda. Quia enim in primo homine oēs peccauimus, ideo imūda facta sunt nobis omnia, ut potē quæ nō seruiāt, nec profinē ad seruitium Dei, cum nos, quibus ista seruire debebāt, à Deo essemus alienati. Igitur immūda nobiscum facta sunt, quamdudū permansuri eramus immūdi. Tandiu autē erat illud futurum, quandiu peccatum regnaret. Postquam uerō Dominus IESVS sua cruce deleuit peccatum, & ita mundificauit nos quicūq; in illum ingressi sumus, iccirco nobis facta sunt munda omnia. Doctē igitur dixit omnia esse munda mundis per CHRISTVM redditis.

*Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, id est, non ea solum quæ tanquā immūda respuuntur à Iudæis, sed et quæ mūda esse existimāt, immūda sunt: quia immūdus est factus homo coram Deo: nec iustē, nec dignē, nec mundē pōt comedere, aut quicūq; agere donec talis persistērit. Nulla enim decentia patitur, ut qui summo bono ingratus fuerit, uescatur illius bonis. Quod si facit, non iustē facit. Sed inquinatæ sunt eorū & mens & conscientia.* Inquinatur mens errore cum obfirmatur, & non est parata informari luce ueritatis. Et conscientia inquinatur, quando contra rectæ rationis instinctum agit. *Constitentur se nosse Deum;* Ore scilicet & fortē scriptis, sicut nunc hæretici faciunt, qui assidue CHRISTVM ingeminant; *Factis autem negant;* quia docent contrariā ueritati, & ipsimet CHRISTO, & licentiosam uiuendū uiam sine ullo christiano luctu sternunt hominibus. Sed minime illud mirum. *Quis enim eousque malus qui non uelit bona loqui?* At ubi opera loquuntur, non est requirendus elegans uerborum apparatus. Nonne hypocritæ illi & Pharisei quos Dominus durē coarguit, Mosaicæ legis tam acres se profitebantur defensores, ut uel ferre non possent debiles, & claudos, & cæcos ad CHRISTVM sabbati die accedentes? Et tamē nullus eorum legē implebat: uerbis & exteriori cultu tantum Mosen confitebātur, factis negabant. Si discutiamus omnes hæreses, teste B. Augustino, inuenimus eas negare CHRISTVM. Etiam omnes mali Christiani uerbis confitentur CHRISTVM, sed factis negāt. Nolite, inquit, esse de fide sola securi. *Adiungite fidei rectæ uitam rectam, ut CHRIS-*

104. 7.

STVM confiteamini in carne uenisse & uerbis uera dicendo, & factis bene uiuendo. Nam si cōfiteamini uerbis, & factis negatis, fides saluū morum propē est fides dæmoniorū. Et isti tñ hanc fidem prædicant; *Cum sint abominati, & incredibiles. Melius abominabiles & increduli; Et ad omne opus bonum reprobi; Ita ut nihil queant operari. quod uerē bonum sit, & Deo gratum.*

Reperiuntur tamen aliqui sustinentes, posse hominē prauū & infidelē, ex se, & solūmodo generali illo diuino influxu qui est omnis creaturæ, operari aliqua bona moraliter. Quibus dum hic locus, & alię scripturarum sententiæ obijciuntur, quæ oppositū non obscure uidentur porrigere: Respondent loqui scripturas de eo opere bono quod est meritorū, ut potē à Dei gratia proficiscens. Ego uerō demiror, nec uideo quo pacto infidelis & prauus possit opus ullum operari uerē bonum et morale, cum nullū eorū opus habere ualeat circumstantiam illam maximam, ut fiat amore ipsius Dei; quod & lex naturalis requirit, non solū lex gratiæ. Isti autem bonū esse morale opinantur, quod est bonū ex genere (ut uerbis Scholasticorū utar) sed decipiuntur. Si enim inquinata est mens istorum & conscientia, quid inde, quæso, boni morales produci potest?

## CAP. II.



**I**V AVTEM LOQUERE quæ decent sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo uino seruietes, bene docentes, ut prudentiam doceant. Adolescentulas ut uiros suos ament, filios suos diligāt, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut non blasphemetur uerbum Dei. Iuuenes similiter hortare ut sobrii sint. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operū, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex aduerso est uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinā Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.



**I**V autem loquere quæ decent sanam doctrinam &c. Eorum quæ à Tito tradenda sunt populis, generaliter primū ostēdit, nimirum ut repudiata omni falsa doctrina, sanam docere studeat, per quam fides firmatur, & per dilectionē operatur ad consequenda cœlestia præmia. Tum ad particularia descendit, subdens ea quæ sunt sanæ doctrinæ. Specialiter autē quod sequitur.

Senes ut

*Senes ut sobrii sint.* Nihil in turpius senectute quæ delectationibus corporis est adhuc dedita, cum in ea ætate uigere debeat sapientiæ amor, & rerum fluxarum contemptus, & sensuum mortificatio: ut sint uerē sobrii seu uigilantes, et quō ad exitum uitæ sunt uiciniores, eō sint ad palmam arripiendam auidiores; *Pudici;* seu graues; *prudentes;* seu modesti, ut & eorum exemplo possint iuuenes proficere; *sani in fide, in dilectione, in patientia.* Ille non est sanus in fide, qui non innititur solidō fundamento. sed nutat: Et istud maxime reprehensione dignum in senibus, qui progressu tēporis egisse radices debuerant, & non fluctuare ad omnem doctrinæ uentum. Similiter in dilectione iusfirmus est, qui leuiter amare nouit. Hinc uenit ut sæpe non tolerentur patienter quæ accidunt mala. *Anus similiter in habitu sancto;* conueniente pietati ac religioni, & illi ætati iam decrepiti; *non criminatrices,* quod est ferē mulierum proprium, maxime uetularum, quæ sunt curiosæ in alienis moribus explorandis, & taxandis.

*Non multo uino seruietes.* Opportunē admodum posita est hæc cautio. Nam illa ætas uini est appetentior: & quemadmodum pueri lacte, ita senes uino delectantur, & facilius in ebrietatem labuntur in magnum ætatis dedecus, ubi amittitur grauitas, & personæ autoritas, ne errores iuniorum emendare iam audeant, cum tamē deberent esse omnium uirtutum exempla tum uiuendo, tum docendo. Vide quid requirat ab eis Apostolus ad iuniorum utilitatem, ait. *Bene docentes,* potius bona docentes & honesta, ut prudentiam doceant adolescentulas; Græcè ut possint reddere modestas adolescentulas, uxores discēntes ab earum uerbo & exemplo, ut uiros suos ament &c. Hæc sunt quæ anus adolescentulas docere debent. Nā si femel uiros suos minus amare ceperint, eximulantur in noua concupiscentiæ desideria, & non rarō uiolatur matrimonij fides, & quotidianis iurgijs tota repletur domus. At B. Paulus eas uult esse prudentes, castas, & domus curā habentes, ut sint adiutorio uiris & solatio, non autem molestiæ & afflictionis; *ut non blasphemetur uerbum Dei.* Verē à malis Christianorum moribus, & præsertim sacerdotum & religiosorum accidit ut blasphemetur euangelium Dei, & doctrina sana ab infidelibus & hæreticis. Hanc autem occasionem præbere his qui foris sunt, displicet uehementē Deo. De qua re etiam per prophetas conqueritur, ut alibi ipsemet Apostolus docuit. *Iuuenes similiter hortare ut sobrii sint,* siue continentes & modesti. Nam uicina est lapsibus iuuentus, quæ uariarū æstu cupiditarum ob ebullientem ætatem inflātur. Honor autem adolescentium est (teste B. Ambrosio) timorem Dei habere, parentibus deferre, honorem habere senioribus, castitatem tue ri humilitatem non aspernari, diligere clemētiā & uerecūdiā, quæ ornāmēta sunt iuuenilis ætatis. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorū operū &c. Interponit Apostolus quod maxime est necessarium ei qui præest, & alios monet, ut in omni-

Rom. 2.

bus præster se exemplum. Efficacius nāq; mouere solēt rectē facta, quā uerba. Omnes enim ferē loqui possunt, sed secundum uirtutē operari perpauorū est. Vnde quasi hoc declarans, subiunxit; *in doctrina, in integritate,* ut non corrumpatur docens, neq; præmio neq; metu moueatur quāminus uera doceat: nec sit leuitas in opatione, sed constans quædam sancta & ueneranda grauitas; *uerbum sanum & irreprehensibile.* Ut quæ euangelio contradicere paratus est, uereatur & pudore confundatur; *nihil habens malum dicere de nobis;* nec in uita nec in doctrina. Admiscet seipsum: quoniam doctrina discipuli est doctrina magistri. Et si unus eorum uituperetur, et in alterum redundat uitu peritū. *Seruos dominis suis &c.* hæc ita alibi exposita sunt. *Ut doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Vide quomodo ornatur doctrina CHRISTI, cum ostenditur pacifica, & consentiens et cum legibus gentium salua pietate. Ornā et tūc id quod ore asseritur, factis cōfirmat, ut per eam nulli fiat iniuria, sed reddatur unicuiq; ab unoquoq; quod suum est, siue à seruo, siue à libero, iuuenē & senē.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriē, & iustē, & piē uiuamus in hoc sæculo, expectātes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri IESV CHRISTI, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

*Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri &c.* Graue quidem uideri poterat, & propemodū æquū, ut qui in CHRISTO essent per grām cōstituti, reciperent libertatē. Occurrit igitur B. Paulus, oppositū docēs, & exponens ipsum statum, in quē per gratiā CHRISTI euectus est homo, non ad tollendā carnis seruitutē, quæ nihil ad salutē officit, sed ad uerā spūs libertatē, quæ sola ualet; & ait; *Apparuit enim gratia saluatoris nostri &c.* Salutifera legitur in græcis; *omnibus hominibus.* Ut nulli prorsus excipiantur cuiusuis conditionis & status, siue serui sint, siue liberi. Sed hoc uidetur fallum: quia multis hoibus non illuxit euāgeliū CHRISTI, ut testatur ipsemet Apłus. *Facilis solutio:* Apparet omnibus hominibus, sed non illuxit ijs qui suis peccatorū tenebris dectati, se indignos tam amabili luce reddiderunt. Gratia autem Dei quæ apparuit, est donum illud quod nobis gratiosē largitus est, quo grati facti sumus ipsi Deo. Et ut eius gratiæ efficaciam singularem agnoscas, addit.

*Erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria.* Quoniam gratia hæc nō uenit absque lumine & doctrina, per illam ad hunc finem erudimur, ut abnegantes impietatem, seu potius RR in abnegata

2. Cor. 4.

abnegata impietate, & sæcularibus concupiscentijs sobriè uiuamus. Quæ autem est impietas, nisi relinquere uerum Deum & Patrem omnium, & hærerè Satanæ & pompis eius. At hoc est primum in christianæ uitæ eruditione, quod & in factio baptismi sacrò detestamur. Abrenūciamus enim conceptis uerbis Satanæ, quod est abnegare impietate: & omnibus operibus eius, & oibus pompis eius: quod est abnegare sæcularia desideria, idest, cupiditates quas facile excitant obiecta huius mundi. Hoc ergo facit gratia suo lumine, ut abnegemus primum impietatem, ac simul mūdanas concupiscentias, & conuertamur ad Dominum Deum nostrum, ut illi seruiamus in iustitia & sanctitate omnibus diebus uitæ nostræ.

Nunc audi quo pacto, ait; *Sobriè, iustè, & piè uiuamus in hoc seculo.* Quam doctè Apostolus tribus uerbis omnem uitæ perfectionē perfiringit. Perfectio enim hominis est ut rectè se habeat erga se, erga proximum, erga Deum. Primum facit sobrietas, quæ est moderatio & temperantia in omnibus à desiderijs mundi huius, & carnis. Secundum facit iustitia, quæ est ad alterum: ut unicuique retribuat suum ius. Tertium efficit pietas, quæ est ad Deū. Audiatur ergo quicumque dominum habet in hoc mundo, quoniam per CHRISTI gratiam non liberatur à seruitio domini sui, cui ipse iustè obligatur. Et si enim naturaliter non sit quisquam homo seruus: iure tamē gētium introducta est seruitus, nec irrationabiliter. Et idē iniustè quis se ab hoc iugo eximeret: quia contra ius gentium ageret. Non autem uenit Dominus iuragentium uiolare, aut soluere. Sed ut de malis seruis bonos faceret, & pœnam in meritum n̄s conuerteret, qui dominis tanquam ipsi CHRISTO fideliter seruiunt, quemadmodū ait Alibi Apostolus. Si quid iniustè actū fuerit à principibus & dominis, ipse suo tempore uindicabit. Non enim est iudiciū CHRISTI in hoc tempore, qui uenit hætenus non ad iudicandum, sed ad saluandum. Ergo patiens interim esse debet homo qui premitur, qui meretur in hac sua sorte & patientia. Nonne clariorem reddidit Ioseph & illustriorem seruitus, quàm si domi liber & indelictis remansisset? Nam & ipse Dominus n̄r Patris & omnium nostrum seruum se constituit, ut nullus horreat fratum, in quem uiderit Dominum suum fuisse redactum. Breui. n. finiunt seruitutis labores, & hos sequitur æternæ libertatis iucunditas: propter quod ait.

*Expectantes beatam spem, idest, speratam beatitudinem futuri sæculi, ubi non erit ulla seruitus, sed summa libertas: Et aduentum; siue apparitionem; glorie magni Dei, & Saluatoris nostri. IESV CHRISTI;* Loquitur manifestè de aduentu Filij, quando apparebit gloriosus cum Angelis & Sanctis suis in maiestate uerè magnus Deus. Nā hic aduentus peculiariter tribuitur CHRISTO: unde & Deum uocat & Saluatorem. Sunt qui istud; *magni Dei;* ad Patrem restringant: quod sine ratione dicitur. Alij uolunt absolute dictum esse, ut fiat abstractio à personis: quod minime

est necesse. Etenim hæc, de qua est sermo, apparitio est propriè CHRISTI ipsius, cuius persona adueniet & cōspicietur in sua carne gloriosa, & hanc gloriam ipse meruit per crucem; *Qui dedit (inquit) semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.* Hic est effectus mortis eius uoluntariè pro nobis oblatae, nimirum redemptio ab iniquitatibus nostris; *Vt mundaret sibi populum acceptabilem; græcè peculiarem.* Hic est finis sui operis, ut nos emundaremur, & efficeremur populus eius peculiaris. Sed audi qualem nos uult esse populum; *sectatorem bonorum operum;* Hæc loca heretici subterfugiunt, nolentes intelligere nō satis esse hominem esse redēptū a peccatis ueteribus, sed oportet post redemptionem sectari opera bona ad acquisitionem regni cœlestis. Nullus quippe coronatur, nisi qui nedum certauerit, sed & nisi legitimè certauerit. Hæc est lex græcæ minime fallax, ut & si gratis instauremur in CHRISTVM, non sine meritis tamen prouehamur in cœlum, postq̄ iam sumus iustificati.

*Hæc loquere & exhortare.* Ac si dixerit. Hæc sit doctrina tua ad exhortationē, ut homines excitentur ad sectandum & amplectendum illam. Et arguē proteruos & contradicentes; *cum omnī imperio;* quia potestas est a Deo. *Nemo te contemnat,* idest, sarage, & ita te gere ut non sis contemptibilis, ne imperiū ac potestas tibi à Deo data despiciatur: quod præstabis si & irreprehensibilis eris, & præter hoc si grauitatem serues & auctoritatem. Notent Prælati quid est, quod corū imperium seruet. O utinam tales essemus: profectō filerent serpentes reguli, qui suis non fidunt dogmatibus, sed fortes nos illos reddimus malis moribus. Nam imperium filer, ubi linguæ potestas cum moribus integris pugnat.

## CAP. III.



**A**DMONE ILLOS PRINCIPIBUS & POTESTATIBUS SUBDITOS ESSE, DICTO OBEDIRE, AD OMNE OPUS BONUM PARATOS ESSE, NEMINEM BLASPHEMARE, NON LITIGIOSOS ESSE, SED MODESTOS: OMNEM OSTENDENTES MANSUETUDINEM AD OMNES HOMINES. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruietes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per IESVM CHRISTVM Saluatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.

Admone

*Admone illos principibus & potestatibus subditos esse &c.* Hic generale præceptū tradit ad omnes pertinens siue liberos, siue seruos cuiuscunq̄ ætatis & sexus, quod est ut potestatibus & principibus subditi sint, ut magistratibus obediant, & deniq̄ ut ad omne opus bonum parati sint. Hinc manifestè confutantur, qui prætextu religionis ac pietatis negant obedientiā superioribus sub excusatione Tyrānidis, cuius rei iudicium & cognitio non est priuatorum. *Neminem blasphemare,* intelligendum est de principibus & potestatibus existentibus in honore magistratus, quos etiam scriptura Deus uocat. Præceptum particulare est de his, ut non blasphementur, idest, nō maledicantur: sicut scriptum erat: *Principi populi tui non maledices. Dñs non detrahes.* Blasphemia enim propriè, ad eam intelligentiā qua semper uti solet scriptura, est in Deum ipsum, aut in eos in quibus Dei gratia & potestas illucet. *Non litigiosos esse, sed modestos;* Loqui uidetur de litigijs uerborū, quæ parere solet oriū & pigritia: quibus uitijs laborabāt illi Cretenses, & hodie maior pars Christianorum, non confidentes peccati grauitatem. Leuis quidem sermo est qui leuiter uolat, sed grauitèr uulnerat: leuiter transit, sed grauitèr urit: leuiter animum penetrat, sed non leuiter exit: leuiter profertur, sed nō leuiter reuocatur. Facile uolat, iccirco facile charitatem uiolat. Tenerum membrum lingua, attamen uix teneri potest. Substantia quidem infirmum atq̄ exiguum, sed usu magnum & ualidū inuenitur. Nihil sæuius, nihil uiolentius amaris & litigiosis sermonibus, quorum uulnera tantò difficilius curantur, quantò proferuntur facilius.

Exod. 22.

*Vt enim rectè ait B. Gregorius: Pueris mentes si semel ad studium contrarietatis eruperint, siue prauum siue rectum quid à contradicentibus audiant, aduersis hoc responsionibus impugnant: quia dum persona per contrarietatem displicet, nec recta quæ protulerit, placent.* Sicut enim nihil est pretiosius Deo uirtute dilectionis: ita nihil est desiderabilius Diabolo extinctione charitatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiaris seruit. Quare Apostolus sanctissimè instituit quomodo se gerere debeant, litigia magnopere fugientes & uerborum pugnas, & subdit.

*Omnes ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Hoc enim humanum est, quod gratia non destruit, sed confirmat & roborat. *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes &c.* Vi de rationem elationi quorundam aduersantem, qui cum acceperint gratiam & beneficia diuina, inde supercilium & nasum contrahunt ad subsannandum alios, immemores quid ipsi aliquando fuerint, aut quid fuissent, si Deus optimus nō fuisset in eos misericors, benignus & clemens. Magna est hæc consideratio ad frænandam animi elationem, & ad formandam mansuetudinem erga omnes, & humanitatem ac pietatem. Et considera uitia omnium gentium communia, in quibus se ponit Apostolus. *Insipientia primum, de-*

inde incredulitas, aberratio, seruire concupiscentijs & uarijs uoluptatibus, in malitia & in inuidia agere, ut digni sint odio & ipsi se inuicem oderint. Quicumq̄ ergo tales extiterunt, & à Domino sunt liberati gratis, quo pacto ueniam promereri possunt, si non didicerint misereri alijs & condonare? Nam quod hæc liberationem gratis acceperint, eccè quàm clarè ostendit.

*Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei.* Græcè *Φιλανθρωπία*, quæ uox significat dilectionem erga genus humanū, qua Deus Saluator noster tenebatur à principio. Apparuit autem maximè in mysterio & aduentu CHRISTI, quando exinanitus & humiliatus, & factus obediens usq̄ ad mortem crucis, redemptionem mundi operatus est. Et sic ait Apostolus, quod saluos nos fecit; *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos &c.* Sed omninò misericorditer per lauacrum spiritualis regenerationis, ac renouationis Spiritus sancti, quod baptismi in sensibili lauacro designatur. Sicut enim foris baptismo lauamur & emundamur secundum corpus, ita fit intus secundum mentem: quia Spiritus qui infunditur, est ueluti aqua uiua quæ sordes abstergit. Comparatus est enim à Domino Spiritus, quod est donum Dei quo mundamur, aquæ uiuæ salienti in uitam æternam. Dicit autem de Spiritu. *Quem effudit in nos abundè;* Et uerè magna tunc fuit abundantia, sicut oportebat ab initio; *Per IESVM CHRISTVM Saluatorem nostrum.* Hæc ergo Spiritus effusio per IESVM facta est: quia & ipse cum Patre misit eū, sicut unā cum illo æternaliter ipsum produxit.

104.4.

*Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.* Audiatur hæreticus quid hinc loquatur B. Paulus, & quàm paucis uerbis absoluit iustificationis doctrinam. De prima enim iustificatione per baptismum loquens, qua primū à peccatis saluos nos fecit, & ita iustificauit per lauacrum uitæ, clarè dicit eam misericorditer, nō ex operibus factam esse, sed ex mera gratia & misericordia sua. Hoc & nos gratis fatemur, sed non hic finem, sistimus. Agnoscimus enim quod iustificati gratiæ illius, hæredes sumus nō dum secundum rem, sed secundum spem, uitæ æternæ. Speramus interim eam uitam æternā, nondum habemus. Spes autem illa sobria, uera & uiua est, quæ innitur operibus bonis. Hæc est quæ non confundit. Spes enim est arduorū. Oportet ergo ut innitatur operibus, gratia tamē Dei factis, et auxilio eius. Aliās erit spes uana quæ accipiet confusionem illam, quam pertulit homo qui ingressus cum alijs ad nuptias, ausus est recumbere non habens uestem nuptialem. Spe igitur interim salui facti sumus, quæ per charitatem & charitatis opera uiuit, nutritur, & crescit. Hæc est magna euangelij pars, quam isti noui illusores in æternam suam ipsorum perditionem amputant sua nuda fide delectati, pares in ea parte Dæmonibus, uel etiam deseriore. Nam hi contremiscunt saltem, illi uerò iubilāt & exultāt, ac si essent secura prorsus omnia.

Matth. 22.

Fidelis

Fidelis sermo est: & de his uolo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uanæ. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me uenire Nicopolim: ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus uobis, Amen.

*Fidelis sermo est.* Comendat Apostolus doctrinam, quam mox tradidit: & uocat fidem sermone, id est, dignum qui & prædicetur, & cui citra ullam prorsus hæsitacionem fides habeatur.

*Et de his uolo te confirmare,* id est, uolo te esse de huiusmodi firmum & persuasissimum. Qui enim non est persuasus ipse, quoniam modo poterit alijs suadere? Debet, n. tractator diuinarum scripturarum, doctor fidei, ac debellator erroris, & bona docere; & mala deducere, & hoc opere & sermone conciliare aduersos, remissos erigere, nescientibus quid expectare debeant intimare. Non minoris siquidem est pietatis tradere animo sapientiam, quam uentri escam. Et ubi adest uera & clara cognitio, acriores adhibentur ad operandum stimuli. Quemadmodum & uiatoribus usu uenire solet. Illi enim longè maturius & facilius, quod timent, perueniunt, quibus sunt notæ uia, quam in quibus & triujs ob inscitiam coguntur hæsitare, & quos habent obuios semper de recto itinere interrogare. Qui enim optimè nouit, est ueluti qui clara luce ambulat: qui autem tenetur ignorantia, in nocte ambulat, & crebro offendit. Est igitur admodum necessarium ut ipse dux itineris firmus sit in fide & notitia omnis ueritatis, ut alios securè possit deducere, & ad facta opera accendere: ait Apostolus.

*In hæreticos.*

*Ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo.* Auditis ne, obsecro Lutherani, quæ hic ait Apostolus? Nunc postquam crediderint, fidem satis sibi esse credant, & opera negligant? Nunquam hæc loca citant, nisi ad ea corrumpenda. Ait igitur ut qui crediderint Deo, curent bonis operibus præesse. Quid est præesse bonis operibus, nisi liberaliter seu christiana libertate operari bona ex bona uoluntate, non ex metu & ad oculum? Hic uerè est dominus suorum operum, & illis præest. *Hæc sunt bona & utilia hominibus.* Verè bona sunt & utilia, quæ stabiliunt hominem si uerè operantem, ut non solum extremum iudicij diem non horreat;

sed auidè expectet: uelut agricola messem post hyemem & agriculturæ labores desiderans, ut colligat manipulos cum lætitia & exultatione. Et non illud quod isti obrudunt desidijs hominibus, si tantum credideritis, apprehendistis iustitiam CHRISTI, & uestra est per imputationem, & quicquid sit de operibus salui eritis.

*Stultus autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita.* Sunt enim inutiles et uanæ. Hæc in priore ad Timotheum iam exposita sunt. Vbi & notauimus quam imperitè & subdole Erasmus insultat, admiscens inter stultas quæstiones nonnulla quæ decisa sunt, & ad fidem attingunt: præter ea quæ etiam calumniosè committuntur in sacros doctores. Caueat sibi pius lector, ne fortè profiti Erasmo artificium, quo solet quædam uera falsis immiscere. Eo enim artificio id egit, ut simul falsa prætextu uerorum recipiantur, tanquam aureo poculo uenenum porrigens. Nam tale est opus Diaboli ad fallendum, à quo instruuntur isti præcursores Antichristi, homines reprobi circa fidem, uera falsis permiscerentes, ut facilius seducere possint. Venena enim non dantur nisi melle circumlita, ut testatur B. Ambrosius, & uitia non decipiunt, nisi sub specie uirtutum.

*Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita.* Necessarium hinc præceptum tradit Apostolus, & efficacem assignat præcepti rationem. Præceptum est ut homo hæreticus post primam & secundam correptionem siue admonitionem deuitetur. Videndum est diligenter primum cui hoc præceptum fiat, & qua de re. Præcipit nimirum Apostolus Tito, non ut homini priuato, sed ut Episcopo: ita ut in persona Titi omnis Episcopus intelligatur, qui hoc præceptum Apostolica autoritate factum intelligat quoque ad se pertinere. Non ergo priuatorum admonitio siue correctio ualere tantum debet, ut propterea etiam hæreticus homo deuitandus sit, si fortè post factam à priuatis correptionem non se uelit mutare: sed hoc tantum, si ad correctionem episcopalem in errore obfirmetur animus & obdurescat. Præcipitur ergo omnibus Episcopis ut admovent, & correptione fraterna compellere hæreticum hominem curent, ut mox resipiscat, & errorem suum agnoscat, atque ecclesiæ sanctæ cum reliquis membris consentiat, neque uelit plus solus ipse sapere quam Apostoli, quam concilia, quam sancti Patres, quam perpetuus ecclesiæ consensus & usus, post sepultas iam tot hæreses, & insæculi exitu cum suis autoribus in infernum præcipitatas. Quod si quædam minus intelligat, aut capax ad ea intelligenda non sit (Neque enim peribit, si non nouerit omnia iutatur saluberrimo Apostoli consilio & securo, plus semper ecclesiæ quam proprio iudicio credens, quæ est columna & firmamentum ueritatis, captiuans si oporteat intellectum suum in obsequium fidei. Hoc primum continet tacitè sub hoc correptionis præcepto. At quisnam sit hæreticus homo qui debeat admoneri considerandum. Hæreticus homo est, qui errore

pernitioso

pernitioso tenetur implicatus, non credens aliquem articulum ab uniuersa ecclesia receptum atque probatum, & mandatum cunctis expressè ut recipiatur: uel si etiam aliquem articulum pertinaciter recipiat & credat, qui expressè reprobatus sit ab ipsa ecclesia. Hic tamen hæreticus dicitur materialiter. Formaliter autem is erit hæreticus qui articulum illum non recipit, quem tamen planè nouit esse inter eos quos recipit ecclesia, & mandat esse recipiendum. Et similiter quem recipit, nouit esse ab ecclesia reprobatum. Loquitur autem Apostolus de hæretico materialiter in conspectu ecclesiæ. Hic enim est primò admonendus seu uerè & formaliter hæreticus existat, siue non. De manifestis siquidem ipsa ecclesia iudicat, non autem de internis & occultis. Si quis autem expressè profiteretur se contra ecclesiam sentire ac dogmatizare, nulla iam dignus esset admonitione seu correctione, sed durissima potius increpatione, & à reliquis membris abiectione. Etenim iam esset à semetipso separatus: & hæreticū esse uelle, qui insanabiliter egrotat, curare, extremæ esset dementia. Imò non sine aliquo contagionis periculo tentaretur ista correctio. Sunt enim longè paratiores ad submergendum adiuuare studentes, quam ipsi ad emergendum. Resecandæ protinus putridæ carnes (ut sapiētissimè fidei defensor Hieronymus monebat) & scabiosa ouis ab ouili extrudenda, ne tota corporis massa ardeat & putrescat, & totum corrumpatur ouile, & miserè pereat. Notum est quantum obfuerit somnolentia in Arriū, qui in Alexandria fuit una scintilla: sed quia non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. Ita accidit inclytæ Germanicæ nationi, quam aper ille serus de sylua uastauit: qui si mox abscissus fuisset, non tot peperisset uiperas & basiliscos, quibus per hosce triginta annos ludificata est, ad magnum malorum spirituum gaudium, & ingentem eorum, quos Deus in illis partibus sibi seruauit, luctum & gemitum. Sunt enim non pauci qui non curuarunt genua sua ante Baal, sed fidei constantia, & scriptis pie & doctè, istis nebulonibus restiterunt. Neminè uerò inter eos esse puto, siue agricola sit, seu ciuis qui non regrat priorum temporum statum, quando regnabat fides catholica, & cultus diuinus cum reliquis ecclesiis catholicis consentiens. Putabant per Martinum nouam lucem ab initio exortam. At nunc nisi iam in sordibus fordescere perpetuò delectentur, cum dolore fateri coguntur, de clarissima & amabili luce in tenebras densissimas se esse præcipitatos. Istud in libr. de confid. temporū abudè ostēdimus.

Dicimus igitur de hæretico contra ecclesiam aperto Marte (quod aiunt) dogmatizante, nullam aliam mereri correctionem, sed solam abscissionem, ut fugiatur ab omnibus tanquam anathema & maledictum. At si quis errore pernitioso captus atque implicatus deprehenditur, debet cum omni cura ab Episcopo admoneri, ut ad rectam uiam redire festinet, & diaboli laqueos excutiat: cuius admonitionem atque saluterum

consilium si recipiat, bene sese res habet. Siquidem spes magna fructus apparet ad resipiscendum, & recuperandam animam in præcipitium ruentem. Quod si obstinato animo & diabolica pertinacia se in suo errore obfirmauerit, superioris monitionem contemnens, talem debet Episcopus omnino deuitare tanquam pestem, & lepram incurabilem. Græca enim uox; *ωραρις*; significat reijce, expelle, abdicat, deuita. Et istud proprium est Episcopi, nimirum excommunicare, & segregare morbidam ouem à communis reliquarum ouium minime infectarum consortio. Nam rectus in ecclesia ordo, & mira Dei prouidentia requirit, ut quem Episcopus ipse deuitat, etiam reliqui omnes eius sententiam comprobantes, & auctoritatem citra aliam discussionem sequuti, deuitare teneantur. Alioqui Deus ipse irascitur, & tradit repugnantes Maiorum mandato, in eosdem laqueos Diaboli, quibus astricti tenentur hæretici.

Porro non est hic prætermittendum quid illi ad hunc locum Apostoli afferunt. Nam omnes hæretici cum ueteres, tum & recentiores magno pere aduersum nos eo abutuntur sub prætextu cuiusdam pietatis & commiserationis. Constanter enim negant, hæreticos, hoc est seipso, poena ignis (qua non hæreses promptius quam uerbis extingui) seu quouis alio supplicio debere puniri. Ecce, inquit, Paulus nullam aliam exigit seu uerè poenam, quam eiectionis & abdicationis à reliquo fidelium consortio. At uos crudeliter, & crudeliter agentes igni nos & flammis traditis conflagrandos. Astute id quidem, & ad prudentiam carnis hoc ab eis dicitur. Defensores namque sunt causæ propriæ, & mirum cur non sint adhuc hæc in parte longè instructiores. Sed hæc excusatio est omnino indocta, quæ ad mentem Apostoli nihil habet prorsus uirium, nisi apud eos solos qui eiusdem sunt carnis, quique uolunt non cum uiris Catholicis sapere, sed cum hæreticis desipere.

*Erasmii dolus.*

Erasmus quodam in loco lutheranis erroribus, quemadmodum & in plerisque alijs facere solitus est, fauere studens, recitat cuiusdam Magistri nostri (sic ad contemptum appellat) interpretationem, qui ex his apostolicis uerbis probare uoluit poena capitali plectendos hæreticos: quoniam iubebat hominem de uita. Legebat enim diuisam syllabam; *de*; in hunc modum; *de uita*; ut uerbum in nomen commutaret, suppleretque aliud uerbum, puta; *tolle*; ut esset sensus. Tolle hominem hæreticum de hac uita. Ego uerò qui sæpenumerò Erasmus mendacem & scommaticum deprehendi, arbitror illius esse peculiare commentum, & fictam calumniam, quod in cæteros Theologos odium atque inuidiam concitaret, quibus ille fuit mirum in modum inensus. Et congruè id quidem: Nam & Theologi meliores, & Theologorum uniuersitates celeberrimas, & omnes uiri pietatis amantes unum Erasmum, & eius lucrubationes tam multas quam pestilentiores, præ alijs ob insignem hypocrisim & perfidiam maiori odio prosequendas censuerunt. Vi de, quæso, bonè lector, hominis astum; Voluit legentibus



legentibus hanc unius Magistri ineptam expositionem quasi puluerē in oculos inncere, ne uera apostolici sensus intelligentia à Theologis peteretur, quasi diceret: Ab unius inscitia disce omnes. Poterat enim & debebat, si catholicus esse & uideri cupiebat, partes iuuare Catholicorum aduersus hæreticorum pestes decertantium, & non clanculum & apertè impugnare, potissimū hoc infœlici sæculo, quando cernebat utrinq; instructas acies. Quis enim dux sagacior toleraret unquam militem mox ab uno exercitu ad alterum, & ab altero ad priorem transfugientem? At hoc Erasmi est proprium: ita ut ab initio hæstauerint aliqui, utriq; parti assaret. Sed tandem deprehensa est uulpeculæ astutia, & sic deprehensa, ut quem respuerunt Catholici, nec in suum numerum uelint referre Lutherani. Hac tamen arte putabat sibi paratum iri gloriosum nomē, qui dissidentium partium esset amabilis conciliator. Quasi uerò lux cum tenebris, & mendacium posset cum ipsa ueritate conuenire. Sed ad rē nostrā.

Quid si daremus hoc Erasmo de illo Magistro uerum fuisse, nunquid propterea tales ineptias probaremus? Dicimus ergo iuxta ueram theologiam, nō esse ex lege euangelij, ut quisquā poena capitali plectatur. Adiungimus uerò minime sequi, si non sit ex lege euangelica, ut protinus cōtra euāgelij esse cōseri debeat. Dñs. n. ac Redēptor noster iuxta euāgelij suū ad excommunicationē usq; & nō ulterius aduersus quoscūque delinquentes procedi uoluit. Hoc idem faciendum monet hīc Apostolus.

Sed miseri & imperiti hæretici hanc sententiam, sicut & innumeras omnes alias, quibus hærefes extirpantur, deprauant. Sibi enim persuaserunt, quodcūq; non est ex euangelio, prorsus esse superstitiosum, minimeq; licitum. Quod si ita se res haberet, non solūm hæreticos in corpus punire nō liceret, sed nec ullos prorsus alios flagitiosos homines, latrones, uiarum grassatores, incendiarios, & cæteros huiusmodi scelestos homines: quandoquidem nullo in loco apud Euāgelistas hoc legitur expressum. Et non aduertit, seu potius animaduertere nolunt, tantum abesse ab euāgelio ut ciuiliū legum uim atq; executionem tollat, ut cōtra omnino probet atq; cōmendat. Cum ergo hæreticus sit publicæ tranquillitatis seditiosus perturbator, & longè deterior quā alij criminosi homines, meritisimè ciuili potestati, ciuiliūq; legum animaduersioni subiacet & punitioni. Ipsa quidem causæ cognitio de hæresi ad solos Ecclesiasticos spectat: quoniam de fidei ueritate cognoscere non est secularis iudicij, cui suum est assignatum tribunal, & q̄ longè progredi debeat, terminus præscriptus.

Hactenus B. Pauli præceptum tractauimus: Nūc restat ut ipsius simul præcepti rationem accuratius quoq; perpendamus. Videri nanq; prima facie posset sententiæ euangelicæ minus consentanea præsens hæc ratio: quia CHRISTVS Dominus noster præcepit Petro, quoties peccatibus esset ignoscendum requirenti, ut non semel

*Euangelium ciuiles leges nō tollit, sed probat.*

aut bis parceret, uel tertio & septies, sed usque septuagies septies inquit: quod exponitur perinde esse ac si clarè dixisset, toties quoties quis peccauerit. Verūm peruia est ad huiusmodi obiectionem satisfactio. Primum quidem, quoniam constat Dominum illo in loco de remissione peccatorum esse loquutum, quæ fieri solet & debet in sacramento poenitentiae. Tum etiam de remissione ipsius iniuriæ & offensæ aduersus quempiā priuatum admissæ. Data est enim lex æqua & iusta, ut si nobis à Patre cœlesti uelimus, quoties peccamus, ignosci: ignoscamus & fratri (quoties postulauerit) in nos delinquenti. At in punitione hæreticorum, longè dissimilis est ratio. Nā animaduersores ad communem omnium utilitatem respiciunt & salutē, ne morbida ouis & pestilens sua unius contagione cæteros inficiat & perdat. Quocirca huius præcepti rationem reddens Apostolus, cur scilicet uitandus sit homo hæreticus, subdit.

*Sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est, uidelicet qui nec una, nec altera Episcopali monitione resistit, subuersus est, seu euersus. Quid autē aliud est euersū esse, nisi auulsū ab ipsa radice CHRISTO. Ut iam nihil spiritalis in eum influxus, nihil donorū deriuat, sed est palme aridus soli incendio destinatus. Fidem enim amisit summotus per seipsum à solido fundamento, & in peccato maximo assidue uiuens. Quisnam autem huius ruinæ extiterit autor, aperit: Et delinquit, cū sit proprio iudicio condemnatus: Græcè; Et peccat per seipsum damnatus: Si enim sese contra ecclesiā obfirmavit, ut nolit eius salutiferis monitionibus credere, causam sibi ipse cur ab eadem ecclesia separetur, inde acersiuat, quod credere noluit ecclesiæ, dum sponte proprioq; iudicio peccatum tale admittit, & in eo obstinatus persistit, propter quod necessariò cogitur ecclesia iudicium illud ab illomet aduersus seipsum factum cōprobare. Ecclesia siquidem iudicat illum esse extra communem fidelium Catholicorum societate. Hoc similiter ipse suo peccato facit. Qua etenim ratione potest uerè dicere, se in ecclesiæ gremio esse, qui fidem ipsius ecclesiæ minime sequitur? Quicunque in uno articulo peccat non credendo, in omnes peccare conuincitur: quoniam qui unū asserit esse credendum & tradit, reliquos pariter omnes credēdos asseruit & tradidit. Et licet sibi uideatur alios credere, eos tamen in ueritate & ex fide diuina non credit. Nam si unum crederet ex fide, omnes similiter crederet: qm̄ ecclesiæ sese subderet, quæ Spiritu sancto ductore citra ullum penitus errorē in recta fide regitur. Quia enim nobis dicit ecclesia, ideò credimus: cuius iudicium accipimus tanquam Dei iudicium. Quod si in uno spernitur articulo, i reliquis quoq; spernitur articulis, quos tradit recipiendos, cum par sit & æqualis in omnibus credendi ratio.*

Crediderim insuper unumquemq; eorū qui ab ecclesia per infidelitatem recedunt, si semel atq; iterum fuerit admonitus, nec acquieuerit, hoc ipso pertinacem effici, & intus conscientia

*Matth. 18.*

*Ibid. 6.*

*Qui sunt proprie hæretici.*

*Hæretici iuste igni traduntur.*

*Quibus nominibus hæreticos uocet scriptura.*

factum damnare semetipsum: quemadmodum proditori ludæ euenit, qui post admissum summum omnium crimen dixit. Peccauit tradens sanguinem iustum: & uenditionis pretium ad emptores nefarios retulit. Vnde & in eam cogitationē ueniunt perditī isti & insignes peccatores, qua agitatus est ille pessimus fratricida Cain ab initio, dum ultrice conscientiae flamma in illam desperationis uocem erupit: Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Et item usurpant isti tacitis in corde sermonibus. Vna salus uictis nullam sperare salutem. Iacta est alea. Ad restimulantes redijt. Et ita iustissima Dei permissione traduntur Satanæ, quem elegerunt relicta uera salutis uia, deficientes ab ecclesia sancta, quæ est columna & firmamentum ueritatis, extra quam nō est salus, sed æterna damnatio.

Hæc autem potissimum de ipsis hæresiar-chis, id est, hæresum autoribus dicimus. Nam hi iuxta ipsius uim uocis atq; significationem proprie sunt hæretici, qui opinionem certam præter alios sibi eligunt, & eam mordicus tenent ac defendunt, nec patiuntur ullis rationibus se ab illa auelli. Alij potius talium hæresiarcharum sequaces appellandi sunt, eiusdem tamen criminis participes. Etenim hæretici quoq; illi dicuntur, quibus hæresis placet, cū perinde probet & ca delectentur, ac si ipsimet inuenissent: qm̄ ita superbe hæresiar-chis hærendo ac fouendo eā faciunt propriam. Ut igitur rem totam concludamus. Nemini dubiū eē debet, iustissime fieri à magistratibus ciuiliū legum, qui non sine causa gladiū portant, dum capitali supplicio plectuntur huiusmodi fontes homines, longè perniciosiores aduersus tranquillum rerumpub. statum, quam ullum aliud genus maleficorum, siue grassatorum, siue homicidarum, incendiariorū, falsariorum, & reliquorum facinorosorum, quos nulla reprehensione, imò cum maxima laude, de medio pro qualitate criminis tollunt. Nam si hi quorum manus solam corporum uitam, seu facultates inuadūt, merentur (ipsa iustitia ita exigente) mortis supplicium: Qua ratione effugere debent obstinati hæretici, qui & plerunq; in corpus & bona externa insurgunt, ipsas autē ouium CHRISTI animas semper petunt ut macent & perdant: Iam enim scriptura hominis uocabulo istos non dignatur, sed uel infirmatum contagiosarum, quales sunt lepra, cancer: uel ferarum nomine. Appellantur enim uulpeculæ, rabidi canes, lupi rapaces, uiperæ, serpentes reguli, aspides, basilisci, & præterea, inimici crucis CHRISTI, Satanæ ministri, Antichristi. Si quis enim piè uelit calamitates reuocare in memoriam, quas pia mater ecclesia per hæc Luciferi instrumenta perpessa est, non solū ignē nō iudicabit grauem esse in hæreticos perfidos poenam, sed leuem & benignam habita ratione damnorum, in quæ incurrunt regna, prouinciae, nationes, ciuitates, ubi impune hoc malum grassatur. Neq; solūm terram inficiunt, sed & in cœlum blasphemum os erigētes, nec ipsi CHRISTO Redemptori, nec sanctissimæ VIRGINI

Matri parcunt. Sanctos spernunt omnes, sacramenta ecclesiæ conculcant: & quid sceleris non admittitur per huiusmodi uerè pestes ac faces orbis? Hæc à nobis dicta sint ex zelo, & obnecessitate, in qua cernimus cōstitutā ecclesiā. Sunt. n. aliqui paulò frigidiores, qui mites uideri uolunt: nec apprehendunt eorum malignitatem, qui nihil aliud moliuntur, quam euertere hierarchiā ecclesiasticam tanta sapientia, si eam (ut paret) excoleremus, à Deo dispositam.

Nec erit alienum, dū pericula ex hæreticorū pestilentibus cisternis manantia detegimus, duo hominum genera sollicitè admonere. Reperiuntur quippe non pauci qui libros istorum, etiam cum grauissima anathematis censura uetitos, legere non reformidant, quasi fiat eis iniuria, priuenturq; aliquo beneficio magno, quibus hæc legēdi facultas interdicitur. Isti iusta Dei sententia permittuntur ob superbiam & præsumptionem quædem inuolui erroribus, qui Maioribus oblectari uolunt, nec credunt inesse tantum ueneni, quantum eis prædicatur. Ex quo fit ut illud sensim bibant, & pereant. Qui amat periculum, incidet in illud: & iterum. Quis miserebitur incantatori, si mordeatur à serpente? Nam primū sermōnis facundiam admirari incipiunt, tum sententias scripturarum productas, quas dum uel explicare, uel conciliare nequeunt, arbitrātur ab hæreticis non perperam intelligi. Quod si pateat semel (quemadmodum in Hæua accidit) Serpenti aditus ad extorquendum primum consensum, post probatum unum & alterum locum, solet & autor placere & commendabilis reddi, potissimum apud sæculi sapientes, qui & Episcopos, & Clerum, & Monachos leuissimo amore prosequuntur. Tum grata est prædicatio, quæ sordidas conscientias liberat ab obligatione confitendi peccata, ieiunia tollit, operibus salutē cōparari negat, sed fidei omnia tribuit. Si nullū aliud esset periculum (quod tamen inest maximum & lethale) duritiā illa non obtemperandi ecclesiæ, prouocat Deum ut dignam exercent in eos punitionem, qui nolunt effici paruuli, & ueri filij Matris ecclesiæ, quæ in tot uasis, quot sunt hæreticorum libri, animaduertit insulsum uenenum, & pia pro filiorum salute ac sollicita prohibet, ne quis haurire inde audeat. Itaq; si quis secus agat, quid mirum si mordeatur à serpentibus? Millos facio eos qui domi & libros asseruant, & uiuos quosdam Lutheranuculos alunt, qui portabūt durissimum iudicium quicūq; sint illi.

Sunt & alij boni quidem uiri & Catholici, qui mira auuiditate tenentur uidere quid ab istis beluis dicatur, ne sint, quando res ita posceret, ad respondendum illorum obiectionibus minus parati: & instantissimè sollicitant fieri sibi legendi potestatem. Ego certè arbitror fallax esse tale desiderium, & plerisq; noxium. Non enim est omnium de latebrosis, ut B. Hieronymus ait, hæreticorū libris, quasi de foueis serpentes extrahere. Si doctrinā quæras, nihil inuenies quod à nostris non sint suffurad, sed alijs uerbis quasi uestibus

*In eos qui libros uetitos legunt.*

*Eccel. 3. Ibid. 2.*

*Notandum.*

uestibus ita ornant, ut nostrorum esse uix recognoscatur. Si demas conuitia, maledicentiarum colluuiem, mendaciorum, calumniarum atque blasphemiarum monstra, quod reliquum erit, ferè nihil erit. Quanto satius sacris nostris Doctoribus integras horas tribuere, qui sanum porrigunt cibum, & animarum potum fidelem, qui nec elegantia dicendi ullis hæreticis cedunt, & apud quos inuenitur quicquid facit ad refellenda omnia istorum dogmata pestifera. Vel saltem legant Catholicos, qui antidotum cum ueneno apposuerunt. Alioqui Deus curiosos animos, & perniciosorum ciborum importunos exactores in infirmitatem sinit prolabi. Hoc unum uera laude dignum esset, si quem audias aliam doctrinam afferentem, & sanas CHRISTI ues labefactare laborantem, deferre, accusare, persequi citra ullam commiserationem, ubi admonitus non cessat peruertere uias Domini rectas. Ad hoc pietatis studium hortabatur populum uerè magnus ille Leo Papa aduersus Manichæos suo tempore uigentes. Ut autem in omnibus (inquit) dilectissimi, placeat Domino uestra deuotio, etiam ad hanc uos hortamur industria, ut Manichæos ubicunq; latentes uestris presbyteris publicetis. Magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, Diabolū delolare. Contra istos omnem terrarum orbem, & tot tam ubiq; ecclesiam licet fidei arma arripere. Cauendi sunt ne cuiquam noceant: prodendi sunt, ne in aliqua ciuitatis nostræ parte consistant. Vobis, dilectissimi, ante tribunal Domini proderit quod indicimus, quod rogamus: hæc ille. Prosequamur iam Apostoli uerba.

*Hæreticos detegere, pietas est.*

*Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina uenire ad me Nicopolim.* Hic considera, quomodo Titus, quem omnes interpretes uolunt fuisse Cretensem Episcopum, a uocatur a residentia per superioris mandatum. Poterat. n. integra conscientia, postquam necessaria eo in loco ordinauerat, ad tempus abesse ad inseruendum alijs rebus uniuersalem ecclesiam concernentibus accersitus (ut diximus) superioris mandato. Nullus tamen, obsecro, existimare hæc à me dictum ea ratione uelit, ut studeam malæ non residentium Episcoporum causæ patrociniū suscipere, quod iam superius ad Timotheum à me reieci, propterea quod libello edito conscripti, residentia modum iure diuino minime esse determinatum, sed relictū ab ipsa ecclesia moderandum. Neq; n. inficiatus sum, nec unq; negabo, otium curæ esse de iure diuino debitam à pastore: quam si nō præstat residendo, dum tenetur residere, seuerissimè requiretur sanguis ouium de manu eius. Solum dixi dari posse casus aliquos, & contingere, quibus excusabitur a residentia Episcopus: cuius rei arbitrium penes Pontificem summum esse repositum explicauit. Non enim tam arcto uinculo sunt uni ecclesiæ alligati Episcopi, ut ab uniuersali ecclesia eximantur. Itaq; modus hic residentia sub prudentia & determinatione ecclesiæ relinquatur. Si, qui placet re uerius explicatā uide-

re, legat libellum nostrum De necessaria Episcoporum residentia. Hoc tamen obiter iterum iterumq; commemoro, interitum ecclesiarum uenire à praelatis non residentibus: sed quos in primis probos esse, & doctos, & uerè catholicos esse oporteat: alioqui undiq; pericula.

*Zenam legisperitum.* Hic Iudæus natione fuisse creditur, qui ante adeptam baptismi sacramentum erat in numero legisperitorum apud Iudæos. *Et Apollo.* Hic quoq; Iudæus erat uir magnus & celebris, & in scripturis exercitissimus, miraq; ualens facundia. Nam hunc plurimum commendat B. Lucas in Act. qui profectus Achaïam contulit multum ijs qui crediderant. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostēdēs per scripturas esse CHRISTVM, IESVM; *Solicite præmitte;* aut deducito honoris gratia: *ut nihil illis desit;* Nam digni erant quos nedum adueniētes honorificè Titus exciperet, sed ut abeuntes quoq; & ad B. Paulum præcurrentes pari reuerentia dimitterentur, & prouideret quoad fieri poterat, ne quid illis in uia uel uatici, uel societatis deesset. Erant enim isti ex numero laborantium uerbo & doctrina, quos duplici honore dignos uolebat Apostolus. Confert. n. non parum ad euangelicam prædicationem promouendam, animandosq; ministros, ubi apparet fidelium erga illos pietas, & præsertim dum ab Episcopis honorificè tractantur.

*Act. 18.*

*Discant autem & nostri;* id est, qui ad fidem sunt ex Gentibus conuersi. Nostri, ait: quoniam Apostolus erat gentium, quemadmodum & B. Petrus circūcisionis: uterq; sancta æmulatione partem sibi commissam prosequens, unde ait quid ab eis requirat, nimirum; *bonis operibus præesse ad usus necessarios;* Vbi uidetur exhortari suos, ne pijs operum studijs sese patiantur à Iudæis superari. Ut quemadmodum Iudæi fideles apparebant mirum in modum solliciti ut inter se cōueniret, & egentes atq; afflictionibus pressos elemosynis, & alijs solatijs iuuarēt: Ad eūdem modum animarentur fideles ex Gentibus, ut & ipsi sedulo erga suos afficerentur, & facultatibus succurrerent, propter usus necessarios. Magnus enim & suauissimus odor uel apud infideles spargitur, dū charitas inter Christianos promptè exercetur.

*Vt non sint infructuosi;* Otium nullo modo probare poterat Apostolus, sicut nec probari potest: quoniam à Sapiente nouerit scriptum: Multam malitiam docuit otiositas. Propterea tam sepe ad bona opera extimulat, ne infructuosa labor frustra terrā occupans succidatur, & in ignem mittatur ad comburendum. Non enim dormientibus prouenit regnum cælorum: nec otio & desidia torpētibus beatitudo æternitatis redditur; sed ijs qui bonū certamen certant, cursum acrius percurrunt. Et qui nō curauerit bonis operibus præesse in hoc sæculo, egestate replebitur, in futuro. Reliqua epistolæ per se clara sunt. Gratia Dei cum omnibus nobis, Amen.

*Eccle. 33.*

# COMMENTARIA

## IN EPISTOLAM B. PAULI

APOSTOLI AD PHILEMONEM.



**P**AVLVS uinctus CHRISTI IESV, & Timotheus frater, Philemōi dilecto & adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est, Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino IESU CHRISTO.



**P**AVLVS HANC AB urbe Roma scripsit epistolam eū esset uinctus pro CHRISTO prima professione, quando appellauit ad Cæsarem: quo tempore secum habebat Timotheum, & Demam illum, qui post defecit ab ea sanctissima societate diligēs (ut ipsius Apostoli uerbis utar) hoc sæculum. Familiaris & privata pro Onesimo seruo ad Philemonem illius dominum epistola, quem remittebat cum præsentis epistolæ, & insuper cum illa quæ ad Colossenses, sicut scholia græca fidem faciunt, ut eundem reciperet Philemon sui gratia, tamen quondam fraudulenter egisset, seque clauduxisset. Romæ autem ab Apostolo ad meliorem frugem reuocatus, & ad CHRISTI fidem conuersus tanta commutatione facta, ut referri merito in eorum numerum possit, de quibus Dominus aiebat. Amen dico uobis: quoniam multi peccatores & meretrices præcedent uos in regnum Dei. Tales enim emundati, redduntur ueluti uasa utilia (ut Apostolus testatur) sanctificata, & ad omne opus bonū parata. Si quidem nullus siue seruus, siue liber, barbarus aut scythia, uir seu femina excluditur à regno Dei, modo uelit sincere poenitere, & præceptis euangelicis obtemperare. Peculiaris autem fuit diuinæ prouidentia erga Onesimum istum fauor, qui perductus est ad tantum Apostolum instituendus in recta uia inseruendi uero Domino, cuius seruitium reddit hominem liberrimum, & quietissimum: ut tantò sit quisque liberior, quò fuerit arctius Dei seruitio mancipatus. Hoc est

illud unum necessarium, quod nunquam auferetur. Nam & in foelici patria seruiemus illi, sed cum lætitia inenarrabili & exultatione, omnia malorum timore sublata. Sicut & Angelorum milia millium illi assistunt, & decies centena milia ministrant ei. Commendata, inquam, est & Apostolico spiritu digna epistola, affectibus misericordiae & singularis cuiusdam charitatis eoque usque referta, ut mirum sit si quid ad extorquendum quod uolebat, ne dicam ad persuadendum, addi potuisset. Omnia enim affert quæ uel hominem ferreum emollire poterant, nedum Philemonem pium uirum, & charitatis operibus deditum, cuius domus non tam domus honorati ciuius, quam portus & refugium pauperum erat. Nam & hanc uocat honorifico ecclesiæ nomine Apostolus.

*Et Timotheus frater;* In salutatione adiungit dilectum suum Timotheum consulantem: quæ admodum & in plerisque alijs obseruauit. Et licet ad unum solum Philemonem sermo pertineat, non est tamen alienum si & alijs quibusdā in ipso exordio salutem dicat, & Dei gratiam precetur. Nam Appiam illam expositores aiunt fuisse Philemonis uxorem, & Archippum eorum filiū, & præterea Colossensem Episcopum, quibus scribens Apostolus mandauit ut Archippo dicerent. *Vi-*

*Col. 4.*

*Matth. 23.*

*2. Tim. 2.*

in futurum ueram uitam. Et tamen nulla relinquitur tutior diuitibus ad salutē uia, quam pauperes CHRISTI elemosynarum subsidij iuuādo, quas non tam istis porrigunt, quam CHRISTO quod suum est reddunt, qui sese in pauperum personis constituit. Et ita quodam modo in terris adhuc remansit, quō omnem prorsus admeret excusationem diuitibus, & facilitatem pręberet ueram salutem, & nunquam perituras diuitias acquirendi. Vult enim seipsum in pauperibus, infirmis, famelicis, incarceratis, peregrinis respici, non conditionem illorū attendi. Quādiu, ait, uni ex his fecistis mihi fecistis. Hęc sūt crebrō inculcanda & passim: quia ubiq; regnat auaritia, & quędam in pauperes crudelitas. Quosdam etenim uideas tanto supercilio istas terrenas diuitias possidere, ac si uel eas creassent, uel nunquam essent relictiuri. In quos placuit adducere iustissimam Magni illius Basilij increpationem. Dicit mihi, inquit, quę tuas? Vnde ea sumens in uiram intulisti? Sicut qui pręueniens ad spectaculum prohiberet aduenientes, usurpando sibi quę ad communem usum disponuntur. Similes sunt diuites, qui communia quę pręoccupauerunt, æstimant esse sua. Si enim quilibet suę necessitatis sufficientiam recipiēs, relinqueret superfluum indigenti, iam nec diues esset nec pauper. Cæterum si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, An inuitus est Deus inæqualiter nobis ipsas rerum facultates distribuens? Cur tu abundas, ille uerō mendicat, nisi ut tu bonę dispensationis merita cōsequaris, ille uerō patientię brauijs decoretur? At tu nonne spoliator es, quę dispensanda suscepisti, propria reputando? Est panis famelici quē tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui conseruas: discalceati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod possides inhumatum. Quocirca tot furaris, quorū dare uales, & nō das. Quod si hęc merito in sæculares obijciuntur, quid cogitare debent Prælati, quos esse debet templum Spiritus sancti, & familiam totā esse ecclesiam? Surget in iudicio. Philemon iste uir sæcularis, & condemnabit nos: qui domum suā conuerterat in ecclesiam, & illā sanctissimē regebat, uisceribus Sanctorum patentem.

Gratias ago Deo meo semper memoriā tui faciens in orationibus meis, audiēs charitatem tuam & fidem, quam habes in Domino IESU, & in omnes sanctos: ut communicatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni in IESU CHRISTO. Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in CHRISTO IESU, imperandi tibi quod ad rem pertinet; propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autē & uinctus IESU CHRISTO. Obsecro te pro

meo filio, quē genui in uinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autē & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea uiscera suscipe. Quem ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelii. Si ne consilio autem tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium.

Gratias ago Deo meo etc. Volens impetrare à Philemone gratiam pro Onesimo ipsius seruo, prudenter beneuolentiam prius sibi conciliare sancto quodam artificio studet, cum laudando illius pietatem, tum declarando suam perpetuam erga illum charitatem. Ait ergo primū se Deo gratias agere. Nam gratus animus semper cogitat quę beneficia acceperit, & pro acceptis assiduas agit gratias Creatori: & ita meretur uberiora adhuc accipere. Et cum uera charitas faciat omnia communia, excitans de bono alterius gaudium, Apostolus reponebat inter beneficia tam bene institutam Philemonis mētem, qui spargebat suauissimum bonorum operum odorem, ita ut dum orationes ad Deum offerret, semper memoriam illius faceret, cuius audiebat tantam charitatem & fidē ad CHRISTVM IESVM. Sic gręcē legitur emendatius, & ita re uera est legēdum. Et in omnes sanctos: Vide quid de Philemone dicat, quomodo habebat dilectionem & fidem ad IESVM CHRISTVM. At non pari & æquali deuotione. In Sanctos enim propter Dominum: & in ipsum Dominū propter semetipsum, qui uerē Deus erat.

Mera nanq; est hæreticorum calumnia, idōlatrię nos insimulantium, qui Sanctos colimus, quibus & fidimus, & beneficia ab eisdem poscimus. Mera, inquam, calumnia ex diabólico inuidiæ fonte manans. Nos enim minime eodem cultu eos, quo Deum ipsum, colimus: sed illis in suo debito gradu sapienter fidimus, tanquā amicis & dilectis CHRISTO, quem sunt per strictiorē Crucis uiam in hac uita imitati ut, iuxta illius pollicitationem, conformes fierent in futura. Et hos se honorificaturum promisit constituendos super populos, nationes, & ciuitates. Quid igitur innurium si tam chara Saluatoris ueneremur membra, tamq; dilectis Sanctis fidamus, qui facilius quā nos, ipsi ualeant impetrare quę cupimus? Si auxilium potuerunt uiri Deo chari prestare in terris, nonne poterunt longē potentius prestare in coelis ante faciem Domini sui: ait de uotus Bernardus. Nam si dum adhuc uiuerent miserti sunt peccatoribus, & pro eis orarunt: Nunc tantō amplius, quantō uerius agnoscunt miseras nostras interpellāt Patrē pro nobis. Illa enim foelix & beata patria Sanctorum charitatē non mutauit nec minuit, sed cumulatiu auxili. Imō potius permouent uiscera pietatis & misericordię, cum ante fontem misericordię assistant. Summopere igitur quicquid isti in postores, & elatione

Pro ueneratione Sanctorum.

Luc. 19.

elatione diabólica tumidi uociferentur, à nobis imploranda sunt Sanctorum suffragia, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis intercessione & meritis à Patre cœlesti clementissimo, & optimo donetur.

Nec propterea arbitramur (ut isti calumniosē obijciunt) esse Sanctos Redemptore nostro clementiores, & ad misericordiam propensiores: sed summam Dei prouidentiam ut non ignoramus, sic & ueneramur & amplectimur, quā & eadem opera uoluit prestare misericordiam, & eo modo prestare, ut sanctis suis reddat quem meruerunt (gratia tamen illius & benignitate) iustitię & gratiæ fructum, uolens per illos ad eorum laudem exercere misericordiam: & item deprimere colla sublimium & superbiorum hominum, ut uereantur ita immediatē ad Deum ipsum aduolare, nisi prius per istos interiectos gradus. Alioqui Redemptor noster quatenus homo, nunquid misericordię abundantia & promptitudine Deum superat? Absit. Et tamen nobis illum hominem prouidit Deus Mediatorem, per quem haberemus ad illum accessum.

In hæreticos.

Quid est caulæ, imō quid non inest malitię in istis hæreticis, qui nullam uicq; faciunt mentionem uerbi Domini amicos Iob increpatis, quos ad eundem remisit, ut sacrificia offerrent in gratiam Iob suscipienda, quibus pollicetur se ipsius orationibus iri placatum? At nos proferamus tā inexpugnabile testimonium, postquā isti callidē suppresserunt: ait scriptura. Postquā autem loquutus est Dominus uerbis hæc, dixit ad Eliphaz Themanitem. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uobis septē tauros, & septē arietes, & ite ad seruū meū Iob, & offerite holocaustum pro uobis. Iob autem seruus meus orabit pro uobis: faciem eius suscipiam ut non imputetur uobis stultitia. Neque enim loquuti estis coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldaq; Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut loquutus fuerat Dominus ad eos: & suscepit Dominus faciem Iob. Dominus quoq; conuersus est ad penitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. hæc ibi. Nunquid ergo Iob erat Deo benignior & clementior, ut opus fuerit eius intercessionem? Absit: Sed uoluit post tam insignem admirabilis tolerantię ac patientię uictoriam suam honorare militem. Pleni itaq; sunt isti nebulones calumnijs & ignorantia, qui talia audent contra ecclesiam euomere, & sanctos omnes.

Iob. 4.2.

Ut communicatio fidei tuę euidens fiat; Gręcē legitur, ἐνεργής γέννηται, idest efficax fiat; in agnitione omnis boni; Desiderantur hæc subsequētia uerba in latinis codicibus, nempe: quod est in uobis in CHRISTVM IESVM; Sensus autem horum uerborum hic esse uidetur: Orationes meę in hunc finem tendunt, ut communicatio fidei tuę, quā nobiscūm comunicas, euidens fiat, seu efficax per fructus eius, qui sunt bona opera.

Tum enim fides apparet & est euidēs, quū ex operibus ostenditur. Tum est efficax; quū per charitatem operatur; In agnitione omnis boni quod est in uobis; siue ut alia lectio habet, & forte uerior; quod est in uobis; uidelicet, Christianis; in CHRISTVM IESVM; hoc est, in CHRISTI IESU gloriam: ut hoc odore alij attrahantur. Nam ex famulorum moribus relucet Patris fam. disciplina & probitas, quę rectē factis incumbens & sanctis operibus, trahit in admirationem spectantes, & ad imitationem plerūq; pertrahit. Vnde scriptura nobis stuporem exprimit reginæ Sabæ, quę tanto encomio & Salomonem, & Salomoni ministrantes extulit. Non secus accidit ex probis Christianorum & honestis moribus, quibus efficitur ut & ipsi infideles Deum laudare cōpellantur, cuius seruos ac domesticos animaduertunt tantis uirtutum dotibus ornatos.

2. Par. 9.

Gaudium enim magnum habui; In gręcis loco; gaudij; legitur; gratiam; Potior tamen uidetur lectio latina, quę habet; gaudium; Et facillimē potuit lapsus irrepere ob maximam gręcærum dictionum affinitatem, una litera commutata, nimirū pro χαράν legere χάριτι. Pręterea melius diceretur; habemus; quā; habui; Et consolationē in charitate tuā; seu super charitate siue dilectione. Quę autem fuerit illius tanti gaudij & consolationis causa explicat subiungens. Quia uiscera Sanctorū requieuerūt; seu refocillata sūt; per te frater; Eleemosynas illas pias significat, quas Philemon prōpto animo in Sanctos largiebatur.

Propter quod multam fiduciam habens in CHRISTO IESU imperandi tibi; Sensus per se clarus. Assueuerat sibi datam per hæc dilectionis opera quę Philemon exercebat, fiduciam plurimam non absolutē quidem illi imperandi, sed in CHRISTO IESU; quod ad rem magis attinet; Gręcæm lectionem, τὸ ἀντικρῶ, alij interpretantur; quod conuenit; aut; quod oportebat; & quod erat eius officij. Et tamen maluit propter dilectionem obsecrare illum. Charitatis nanq; est maxime proprium, re fugere ab omni parte usum imperandi, & meritō. Nam qui uerē diligit, non libenter imperat, sed potius rogat. Et ipsa quidem est in promptu ratio. Quid enim, rogo, opus est diligenti precipere, qui sponte omnia facturus est? Videtur ergo charitatem Philemonis intelligere, & illam uehementius adhuc rogando accendere, quā si fuisset aliquo usus imperio: Vnde adiecit.

Cum sis talis ut Paulus senex, Melius; cum; sim talis; quasi dicat modestius. Sum & ego ipse pariter dignus, cui propter charitatem aliquid concedi debeat. Declarat autem seipsum à nomine, qualis sit; Paulus; idest, humilis & modicus; Tum ab ætate; senex; annos attingens sexaginta, aut eō amplius. Annus quippe certus de scripturis determinari non potest. Deinde à labore; uinctus; non ullius meę culpæ causa, sed in gratiam summi omnium Imperatoris CHRISTI. Per hæc igitur omnia, prætermittis alijs honorificis titulis, & auctoritatem ostendantibus; obsecro te pro meo filio, quē genui in uinculis, Onesimo; Apud uiros SS ij modestos



modestos, & charitatem profitentes plus momenti habet humilis petitio, quam quoduis aliud imperium. Nam & plerunque flectit humilitas, quem nec potentia superare potuit, nec ratio. Vocat autem filium suum, quod facilius exoraret: cum patris pro filio preces debeant esse multo efficaciores & æquiores, ut promptius exaudiantur. Erat uero filius in CHRISTO: quia illum genuerat positus in uinculis per orationes, & prædicationem euangelicam. Verbum enim Dei non erat alligatum. Vt hic admirari conueniat inuictum Apostoli animum, & flagrans desiderium, qui nullo unquam tempore neque loco, solutus uel uinctus desistebat, quin aliquas semper animas uelut granum colligeret, & inferret in horreum Domini sui.

Videtur autem peculiari quodam affectu complecti suum Onesimum, ut quem in senectute genuerat, exemplo illius quondam magni patriarchæ Iacob, qui (teste scriptura) teneriori amore super omnes reliquos filios, prosequeretur Ioseph, eod quod in senectute genuisset eum. Vnde & B. Ambrosius ad suos dicere solebat: Non minus uos diligo, quos genui ex euangelio, quam si suscepissem coniugio: quoniam gratia uehementior est ad diligendum, quam natura. Ne autem posset excipere Philemon, & iuste obijcere suum esse seruum Onesimum, & grauer deliquisse, qui & fugitiuus fuerat & contumax, & fortasse furti (ut plerique uolunt) reus, sicque nulla ratione dignus qui tanta facilitate atque indulgentia recipi mereretur, præoccupat id miro artificio Apostolus, non factum quidem excusans, sed leni illud uerbo mitigans, & ait.

*Qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem et mihi et tibi utilis;* Vide quanto foenore compenstat pristinam inutilitatem. Vni tantum prius utilis erat, cui postmodum inutilis factus est. At nunc non iam uni solummodo & alteri redditus est utilis, sed & pluribus. Vbi tacite alludit & gratiosè ad ipsammet uocem. Onesimus enim id est quod utilis. Verum pro Onesimo restituit Apostolus *εὐχρηστος*, quod est plusquam utilis. Significat enim utilem, commodum, placidum, probum, bene uolum: ut nullo pacto repudiandus sit seruus egregia illa conuersione ad longè meliorem frugem commutatus. *Quem remisisti tibi;* Cupiebat Apostolus opera illius, qua necessariò indigebat, diutius adhuc uti: & nihilosecius ad heru proprium optima ratione remisit, tanquam nouum in CHRISTO militem, non iam illum seruum inutilem, ut uel loco pretiosi muneris exciperetur, quem gratia Dei fratrem reddiderat, qui sine iniuria Redemptoris sperni non posset, potissimum data pro illo fide à tanto ipsius CHRISTI Apostolo. Vnde subiunxit.

*Tu autem illum, hoc est mea uiscera suscipe;* Teneritudinem rarissimi in illum sui amoris declarat, quasi commedans sui quoddam eousque intimum, ut profundius penetrari non possit. Nullam certe aliam hic locus uerorem expositionem exigat, quam ut mandetur memoriæ, & excerceatur

opere. Didicerunt enim ueri Saluatoris nostri imitatores non lingua tantum & uerbo diligere, sed opere & ueritate: Et eos quasi maiori cura fouere, quibus ignobilior conditio obstare posset, qualis erat iste Onesimus. Nam & ignobiliora nostra (ut alibi testatur) abundantiore circumdamus honore: quoniam in CHRISTO IESU ille uerè est nobilis, qui illius uoluntati obtemperat: & contra, qui illum contemnunt quantumuis auro fulgeant & potestate in sæculo, sunt uerè ignobiles, ut nos scriptura sancta docet.

*Quem ego uolueram mecum detinere etc.* Quam prudenter egerit Apostolus, & quam sapienter loquatur, consideremus. Volueram, inquit, eum detinere, ut mihi ministraret in uinculis euangelij. Hoc dixit ut exprimeret ministerij dignitatè, & quanti erat meriti inseruire Apostolo in uinculis non quibuscunque, sed in eum ob prædicationem euangelij & defensionem iniectis. Huiusmodi enim uincula maximam pariunt ea sustinenti gloriam, tantum abest ut sint dedecori uel pudori: quin etiam sunt beatis illis Spiritibus admirationi, dum spectant tam ardua à strenuis CHRISTI militibus, & tantos labores in carne fragili tolerari. Et non dixit simpliciter: *ut mihi ministraret*, sed addidit: *pro te*; ut ipse Philemon intelligeret se nullo ex absentia serui sui fructu frustratum, si penes se retinere uoluisset B. Paulus, qui uicem Domini ministrando suppleret, quod posset præmiu suæ pietatis apud Deum expectare. Sed uide generosum animum. *Sine consilio autem tuo;* siue potius sententia, *nihil uoluisti facere, ne uelut ex necessitate etc.* Quasi diceret: Nolo à quoque beneficium ullum quantumuis mihi per necessarium conferri, nisi illud demum quod spontanea uoluntate & hylari animo proficiscitur. Quod mihi abs te uenturum non dubito, qui tanto affectu soles Sanctorum uiscera reficere ac recreare.

Forssitan enim ideò discessit ad horam à te, ut æternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi. Quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam: ut non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in Domino: refice uiscera mea in CHRISTO. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutate Epaphras concaptiuus meus in CHRISTO IESU, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri IESU CHRISTI cum spiritu uestro, Amen.

Forssitan

*Forssitan enim ideò discessit ad horam etc.* Ad mitigandam ex fuga serui conceptam iram, B. Paulus admiscere tacite uidetur diuinam prouidentiam, ante cuius conspectum nihil agitur casu. Noli igitur, inquit, subindignari, si à te seruus iste tuus recesserit: quando quidem recessit *ad horam*, id est, ad breuissimum temporis interuallum. Neque ut recederet hoc factum est, si ad Dei prouidentiam attendere uoluerimus; sed *ut æternum illum reciperes*; Qui enim paulò antè nutabat instabilis, nunc solidus permanebit & firmus. Quocirca recipies eundem: iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem; Græcè, sed supra seruum, dilectum fratrem, id est, Christianum. Fratres enim tum appellabantur, qui nunc Christiani uocantur. Et ita se gerere deberet Domini erga seruos fideles, potissimum quando probi sunt. Et si forte status non patitur, ne contemnantur ex illa humilitate, in præparatione saltem animi & sincero coram Deo affectu facere debent.

*Maxime mihi: quanto autem magis tibi et in carne, et in Domino;* Sensus est: Maxime quidem mihi ipse est frater dilectus, quantumuis illum in CHRISTO per euangelium genuerim, cui pater potius esse deberem: quanto ergo magis (supple) iustum est ut tibi sit frater? Nam & coniunctus es illi carne, cum sitis ambo gentiles, & eiusdem patriæ. Et in Domino estis pariter coniuncti, cum ambos uos ego per euangelium genuerim. Patet enim ex epistola ad Colossenses, Onesimū fuisse se Colossensem: & similiter Philemonem fuisse existimo, ut iam superius dictum est.

*Si ergo habes me consortem;* Quanta summatione loquitur Apostolus: quasi dixerit apertius. Non quero quæ possem meo iure exigere, ut me scilicet ueluti patrem contempleris, sed hoc tantum peto, ut consortem me tecum, & eiusdem hæreditatis designatum hæredè intueri in CHRISTO uelis. *Suscipe illum sicut me;* quia factus est iam mihi alter ego. O charitas quantum ardoris habes. Quid potuisset dicere uiuacius ad permouendum? Neque hoc tamen illi satis: nam perpènde quanto studio atque industria rursus occurrit omnibus, quæ afferri poterant, rationibus. Nā breui conclusionè in se transfert quodcunque serui debitum. Et uerè ita debebat tantum Apostolum, ut omnem impleeret iustitiam, aliena debita sibi propria facientem, ait. *Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa.* Ego Paulus scripsi mea manu. Et hoc addidit tanquam fidelissimum testimonium, quo declararet istam gratiæ reconciliationem sibi esse mirum in modum cordi, ita ut omnia damna paratus sit resarcire. Ego reddam. At quomodo poterat reddere, qui nihil habebat? Utinam tantundem haberem, si tamen optare fas est. Non est enim dubitandum quin Philemon optimè intellexerit, quæ se obligatione astringebat B. Paulus. Pollicebatur quippe pro temporalibus bona spiritalia, quæ citra comparationem antecellunt temporalia. Et illis referendus erat Apostolus. *Vt non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes;* quem per euangelium genui,

& de periculosa seruitute eripui. Quidam hinc frigidò argumento colligunt Philemonem minime fuisse patria Colossensem: quoniam Apostolus non fuerat in ea ciuitate, ut potuisset ad fidem CHRISTI illum conuertere. Quasi uerò necesse fuerit uirum Colossensem perpetuò ibi degisse, & nulla alia in ciuitate aliquando uitæ cursum tenuisse. Sed hæc quæstiones eius sunt generis, quæ ad rem nihil faciant. *Ita frater ego te fruar in Domino: refice uiscera mea in CHRISTO;* Viscera hinc intelligit Onesimum, quem remittebat, & tanquam seipsum commendabat, sibi uni impensum ferens, quicquid Onesimo faceret: & hac ratione cupiebat illo frui in Domino.

*Confidens in obedientia tua scripsi tibi;* Quo pacto nunc obedientia fieri postulat, qui paulo ante negauerat se imperare uelle, sed solum obsecrare? Verum ostendit tacite in tam efficaci obsecratione iussionem quoque & imperium contineri. Vt autem expressum ipse nolebat esse imperium, sed amicam quandam obsecrationem, sic confidebat in eam partem à Philemone acceptam iri, ut non quasi obsecrationem interpretaretur, sed uerum præceptum, cui eò obsequeretur proprius, quò amabiliorem Superioris præ se ferebat charitatem atque modestiam. Maiorum etenim monita uim imperij apud ueros obedientes obtinet, qui non amant flagellis semper urgeri & stimulis, sed nutibus & uerbis simplicibus. Duræ ceruicis est nihil uelle, nisi adhibito mandato, agere. Vnde ait. *Sciens quoniam et super id quod dico facies.* Neque hinc imperandi uerbo utitur, sed dico; ostendens se nequaquam dubitare quin sit obtemperaturus. *Simul et para mihi hospitium;* O foelicem, quem tantus hospes inuitat. Hoc magnam habuit uim ne Philemon resistere posset precibus. Multa siquidem absentibus negari possunt, quæ presentibus necessariò conceduntur. Voluit iniungere metum quendam sanctum, ut si per literas non impetrauisset, futurum ut præsentis sermone coargueret paulò duriorè animum: quasi dicat. Ita te præpara ut me hospitem lætum excipias, non autem reprehensorem iustum experiare. *Nam spero per orationes uestras donari me uobis;* Quem admodum & factum est: sed per gratias prius uarijs regionibus. Et tum demum Romam rediit, ubi beatissimum uitæ cursum martyrio absoluit. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in CHRISTO IESU.* Hic Epaphras Colossensis erat, quem illa ciuitas doctorem fidei habuit, ut in ea epistola constat: sed eo tempore unà cum Apostolo captiuus Romæ asseruabatur. Cetera clara sunt: Tota epistola ad solum Philemonem dirigitur. Salutatio tantum, & optima illa præcatio, quæ postremo loco solet adiungi, ad alios in saluatione expressos attinet, quæ est Gratia Domini nostri IESU CHRISTI cum spiritu uestro, Amen.

BENEDICTVS DEVS.



VIDAM HAERETICORVM OLIM, QVEMAD-  
modum B. Hieronymus in argumento epistolæ ad Titum tenta-  
tur, suadere conati sunt hanc ad Hebræos epistolam non esse B.  
Pauli Apostoli. Quos & quidam ex nostris hac infœlici tempe-  
state sectati sunt. Duo autem præcipuè afferebant, quæ facere  
suasionem uidebantur. Primum, quod huic epistolæ non est  
nomen auctoris præscriptum. Alterum, quoniam stylus hu-  
ius non conuenit cum cæterarum epistolarum stylo. Sed pri-  
mum eleganter B. Hieronymi responso retunditur. Nam si ob  
hoc non est B. Pauli, quia eius nomine non inscribitur, nec ullius pariter erit: quia nul-  
lius habet nomen præscriptum. Quod uerò sit potius credenda B. Pauli, uel hoc ipsum  
facit, quod cum esset Hebræis infensus, noluit præfixione odiosi sui apud eos nominis  
utilitatem excludere lectionis. Quod uerò addebant, non conuenire hanc epistolam  
eloquio & stylo cum cæteris, & esse longè illis superiorem, ob id esse, quia hanc solam B.  
Paulus lingua hebraica scripsit, nimirum propria: cæteras uerò græca. Vnde non mirum  
si hæc eloquio præstat: quanquam si stylum expendimus, cuius erit stylo similis? Aiunt,  
Clementis. Parcat illis Deus, cum nec stylus, nec reliquorum quicquam illi conueniat.  
Nam & huius epistolæ autor se genere Hebræum esse (ut suis locis annotabimus) quam  
manifestissime insinuauit. Sunt uerò tot, tantæque autoritates & Pontificum, & grauissi-  
morum auctorum, taliaque argumenta, eam B. Pauli esse asseuerantia, ut uehementissi-  
mè sim miratus, quanquam fronte quisquam audere potuerit (qui Christianus uideri uole-  
bat) aduersus tanta præiudicia quicquam comminisci. De qua re & in Caietanum, & alio  
proprio libello copiosè scripsi, ubi multa concilia, & decreta Pontificum, & tot patrum, &  
Sanctorum testimonia produxi, præter diuturnum omnium ecclesiarum usum, ut qui cõ-  
tra tantam nubè testium uelit contendere, haud dubium proterui, & contumacis, atq; hæ-  
retici animi se ipsum perspicuè prodiderit, & sic indignum cum quo disputetur.

Quæri autem maiori cum ratione posset, cur hæc epistola grauitate sententiarum & tâta  
doctrina referta, postremum tamè nastâ sit in ordine locum. Huic quæstioni iam respondi-  
mus in ea quæ ad Rom. Spreuerunt. n. Hebræi apostolicam, & præsertim B. Pauli, prædica-  
tionem. Et idèo tanquam sprete à Deo ut interim cedant Gentibus, æquum fuit & iustum eos  
postremum obtinere locum, sicut & postremo tadem tempore ueniēt, quum intrauerit pleni-  
tudo Gentium: ita ut Apostolus Philemonè priuatū hominē ipsis prætulit, quemadmodum  
fuerunt digni. Quia ergo in nouissimis conuertentur, nouissimū hinc eos locum tenere oportet.  
Et tunc agnoscent B. Paulum ueracem, & diligenter suo officio ac munere pro nouis-  
simis, qui tunc inuenientur, fuisse functum.

### EPISTOLAE ARGUMENTVM.



passionum in spe mercedis magnæ, & immortalis.

CONGRVENTISSIME HAC EPISTOLA, ET OPPORTVNIS-  
SIME ostendit Apostolus Hebræis eminentiam CHRISTI præ Angelis & Mose: ac propterea eminen-  
tiam euangelicæ gratiæ præ lege, siuè testamenti noui præ uetere: et eminentiam sacerdotij CHRI-  
STI, præ sacerdotio Leuitico, quod mandatur in lege. Et hinc docet superuenientem legis inu-  
tilitatem, & sacerdotij antiqui, & idcirco eius cessationem, ut potè quæ legitime functa erat suo of-  
ficio, adueniente utilitate ac sempiternitate noui testamenti, et euangelij æterni. Et ijs patefa-  
ctis hortatur eos ad fidem, ut fundamentum totius edificij, & ad opera charitatis cum tolerantia



MULTIFARIAM, multisq; modis olim  
Deus loquens patri-  
bus in prophetis, no-  
uissimè diebus istis  
loquutus est nobis in  
Filio, quem constituit  
hæredè uniuersorū,  
per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splen-  
dor gloriæ, & figura substantiæ eius, portat-  
que omnia uerbo uirtutis suæ, purgationē  
peccatorum faciens, sedet ad dexteram ma-  
iestatis in excelsis, tãto melior Angelis effe-  
ctus, quantò differentius præ illis nomē hæ-  
reditauit. Cui enim dixit aliquando Ange-  
lorum. Filius meus es tu, ego hodie genui  
te. Et rursus: Ego ero illi in patrem, & ipse  
erit mihi in filium. Et cum iterum introdu-  
cit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et  
adorèt eum omnes angeli Dei. Et ad Ange-  
los quidè dicit: Qui facit Angelos suos spi-  
ritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad  
Filiū autem: Thronus tuus Deus in sæcu-  
lum sæculi: uirga æquitatis, uirga regni tui.  
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem:  
propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo  
exultatiōis præ participibus tuis. Et: Tu in  
principio Domine, terram fundasti: & ope-  
ra manuum tuarum sunt cœli: Ipsi peribūt,  
tu autem permanebis: & omnes ut uesti-  
mentum ueterascent. Et uelut amictū mu-  
tabis eos, & mutabuntur: tu autè idem ipse  
es, & anni tui non deficient. Ad quem au-  
tem Angelorū dixit aliquando: Sede à dex-  
tris meis, quoadusque ponā inimicos tuos  
scabellum pedum tuorum: Nonne omnes  
sunt administratorii spiritus, in ministe-  
rium missi propter eos qui hæreditatem  
capiunt salutis?



MULTIFARIAM & c.  
Elegans profectò & magnificū  
doctoris nostri B. Pauli pro  
IESU CHRISTO, & pro hu-  
mano genere exordium. Ad  
cuius euidentiā illud est præ-  
mittendū, quomodo Deus Pa-

ter optimus & clementissimus ab initio gratio-  
sè, ac de benigna prouidentia sua dignatus est  
condere hominem, & multis eundem honestare  
donis, atq; in spem æternæ gloriæ euehere per  
eximium excellentis suæ gratiæ donum, & in  
gratiā Filii sui domini nostri IESU CHRISTI,  
quem prædestinauit in gloriam nostram, ut in  
illo consisteremus, & uiueremus in æternū om-  
nes, qui inueniremur fuisse dicto obedientes, &  
obtemperantes Dei mandato. Quæ cuncta do-  
na in patre nostro Adam fuere posita, deriuan-  
da quoq; in nos postea, si mansisset ille in acce-  
pra iustitia. Non mansit autem, sed præuarica-  
tus est, & (heu) cecidimus sicut folia uniuersi.

De prouiden-  
tia Dei erga  
hominem

Isa. 64

Verum nō continuit in ira sua misericordias  
suas Deus, sed cogitans cogitationes pacis, &  
non afflictionis, & uolens instaurare diruta &  
collapsa, decreuit dare nobis unigenitum Filium  
suum Redemptorem, ac Mediatorem ad recon-  
ciliationem, & suo tempore illum ad nos mitte-  
re, qui istud opus perficeret. Hoc autem magnū  
& clementissimum animi sui consiliū decreuit  
manifestare hominibus, sine cuius notitia, & su-  
sceptione per fidem, non poterat nobis obueni-  
re salus. Et ob eam causam eloquutus est Deus  
ab initio de huiusmodi redemptione, & recon-  
ciliatione ad præparandos nos, ut suo tempore  
uenientem dignè illum susciperemus. Hoc autè  
potissimum cum patribus Hebræorum patribus  
fecit ab Adam usq; ad ipsum CHRISTVM.  
Quod i primis manifestat Apostolus his uerbis.

Jerem. 29

Multifariam: Græcè, πολυμερῶς, idest, mul-  
tociens, seu per multas partes. Et potest referri  
tum ad tempus, tum ad rem quam eloquutus  
est Deus. Si ad tempus ipsum uoluerimus refer-  
re, intelligimus Deum uariis, ac tanq; particula-  
tim diuisis temporibus quasi mundi ætatibus,  
significauisse nobis de sua benigna erga nos uo-  
luntate, qui incepit in Adam, Habel, Seth, &  
Henoch usq; ad Noe: & deinceps in Abraham,  
& in Mose, & Dauid, cæterisque prophetis usq;  
ad Ioannem magnum illum Præcursorem. Si  
uerò intelligamus; Multifariam; referentes ad rem  
ipsam (nam & hoc modo potest intelligi) sensus  
erit, à Domino Deo admiradū hoc & tam gran-  
de mysteriū, quod multa cõtinet, fuisse per par-  
tes reuelatum. Non enim omnia singulis reuela-  
uit. Alius nanq; particulatim quædam uidit de  
conceptu VIRGINIS: Alius de ortu ipsius  
CHRISTI Saluatoris: Alius de fuga in Ægy-  
ptum

ptum, de cruce & illius passione: Alius de miraculis, & resurrectione. Imò est fortè quidam de multis simul informatus fuerit, attamen alii quædam particularia limpidius perspexerunt. Dixit enim Dominus Mosi de patribus: Nomen meum Adonai non indicaui eis.

Exod. 6.

Multisque modis, Non enim uno modo (ut ipse testatur) alloquebatur prophetas, sed aliquos per insomnias, ac phantasmata, & uisiones, & per enigmata, & figuras: alios per sensibiles uoces, & angelicas apparitiones claras: alios per intelligibiles species, et si quis alius fuerit diuina mysteria reuelandi modus, quem nouit ipse. Quoniam uerò etiã Diaboli erat per somnia & fantastiam decipere, sciendum est ueros prophetas fuisse internè de ueritate somniorum ac signorum plenè instructos, & certiores redditos modis Deo & Angelis eius cognitis. Olim, id est, ab Adam usq; ad CHRISTI aduentum; Loquutus est Patribus; Patrum appellatione ueniunt maiores eiusdem gentis. Et quia in hebraica gente hoc uerificabatur, hic autor tacitè innuit se Hebræum esse: & captat beneuolentiam commemorando ipsorum dignitatem, quam habebant propter Patres suos, cum quibus tam particulare habebat commercium Deus, ut dignaretur eos sic alloqui, & de seipso, ac de ipsorum salute docere. Vnde idem Apostolus ad Rom. multò amplius datum esse Iudæis, q̄ gentibus ait, uel hoc uno solo, quòd eis credita sunt eloquia Dei.

Autor huius epistolæ Hebræus, in hæreticos.

Rom. 3.

Ps. 147

Deut. 4.

Quare et in psalmo gloriabantur dicentes: Non fecit taliter omni nationi, id est, nulli nationi. & alibi: Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantés sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obseruationibus nostris. Simul etiam eorum animos hoc tanto beneficio excitat ad gratitudinem, præsertim cum ad cumulum beneficentiæ erga illos, Deus sit non solum per prophetas loquutus illis, uerum etiam per proprium Filium. Vnde sequitur. Nouissimè autem. Ecce, totum præsentis sæculi tempus partitur in duas partes designatas per: Olim; & Nouissimè, ut per id quòd ait; Olim; intelligatur totum tempus ab origine mundi elapsum usq; ad sanctissimum præcursores Ioannem, qui fuit quasi horizon determinans à prioribus tempora posteriora, sicut ait Dominus: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem. Tempora ergò posteriora, quæ à B. Ioãne & ipso CHRISTO fluxerunt, & fluent nouissima uocantur, & nouissimi dies, imò & nouissima hora: quia hoc residuum annorum una est ætas, uidelicet mundi senectus, quæ quamdiu sit duratura, nescitur. Decepti sunt enim non pauci hætenus à nonnullis sæculis, qui putarunt instare diem Domini, cum in scripturis legeret aduenisse nouissimos dies, parum consyderantes ætatem ultimam (sicut egregiè docet B. Thomas) quæ est senectus, posse æquare annorum numero omnes præcedentiũ ætatũ elapso, sicut accidit aliquandò in homine. Ego ulterius arbitror etiam nos esse nescios, quantum iam durauerit

mundus. Si quidem Hebræi nobiscum hac in re minime consentiunt: & item nostri inter se discrepant. Nos enim multò plures annos ponimus. B. Cyprianus sex millia annorum (inquit) plenè complentur ex quo Diabolus hominem impugnat. Idem B. Hieronymus super ea quæ ad Titum inscribitur. Ego uerò certo scio esse & in computandis annis ex ipsa serie generationum nonnullam deceptionem: de qua re alibi.

Incertũ quot fluxerint anni à creatione mundi. In lib. exhort. ad marty.

Si ergo quantum durauerit mundus, nescimus (nam & scriptura dicit: Dies sæculi quis enumerauit; quòd uidetur ad præteritum referri: de futuro enim quis enumeret quòd nõdum est) quantò minus coniectare possumus futurorum dierum numerum? Qua in re plurimi falsi sunt, etiam magni & sancti uiri. ut ad Theophrastum. Sed non ea certò se rescire, sed opinari aiebant, ut non sit mirum si falsi fuerunt opinione. Aliud esset si certò affirmassent, & quasi ex reuelatione prophetiam. In diebus istis; Declarat quòd dixerat nouissimè, hoc est, in illis diebus, quando cœpit nouissima ætas, & sæculum nouum & ualdè foelix illustratum præsentia tanti Solis. Loquutus est nobis in Filio; Ait; nobis; manifestè ponens se in numero gentis, & illius gentis, ad quam unam Dominus uenit. Nõ sum, inquit, missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et ait. Loquutus est in Filio; id est, per Filium, non iam per homines prophetas, sed per os Filii sui, sicut & ipse testatus est uoce elapsa de cœlis in nube: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipsum audite. Est autem hic tropus hebraicus & frequens, ut; in loco; per; accipiatur, ut cum dicitur: Omnia in sapientia fecisti. Et; in manu potenti, & brachio excelso. Ethoc est aliud argumentum, quo suadetur istius epistolæ authorè fuisse Hebræũ, qui tropis illius linguæ propriis utitur. Est item consequens, & omninò uerissimè hebraicè illũ scripsisse: ut qui Hebræus esset & ad Hebræos scriberet: licet nouitiũ Dæmonum Apostoli sola propriæ præsumptionis autoritate freti, aliter blaterent. Notandum autem, B. Paulum more scripturæ ad significandum uerum & naturalem Filium CHRISTVM, qui singulari modo est Filius, singulari usum numero dixisse; In Filio; Nam ut idem alio loco testatur, etsi sint Dii multi, & Domini multi: unus tamen uerè & excellenter est Deus, & Dominus Iesus CHRISTVS. Potest insuper quòd ait; In Filio; esse nomen proprium, ad significandam illam secundam personam, quæ in diuinis proprio nomine Filius dicitur, sicut prima dicitur Pater. Et hoc norandum, quòd cum dixit; In Filio; Deum esse loquutum, non dixit; Multifariam, multisque modis; quoniam uno tantum modo, uidelicet apertè & palàm, in signis & prodigiis manifestis, in autoritate multa, ac potestate. Aiebat enim: Audistis quia dictum est, Ego autem dico uobis &c. Et alius Euãgelista de illo: Sermo eius erat in potestate, inquit. Ut ergò ostenderet & differentiã temporum & loquutionum Dei, quæ antea facta

Matth. 15.

Ibid. 17.

Ps. 103.

Ibid. 115.

1. Cor. 8.

Matth. 5.

Luc. 4.

facta sunt per prophetas, & postea per Filium, excellentiam Filij præ alijs subindicauit, dicens.

Rom. 8

Psal. 2.

Quem constituit hæredem uniuersorum. Si hæres uniuersorum, ergo Dominus, ergo Unigenitus: alioqui non uniuersorum esset hæres constitutus, sed ex parte. Dicit aliquis: Cur ergo alibi ipse Apostolus nos CHRISTI cohæredes appellat? Qui enim habet cohæredem, non est Dominus in solidum, nec hæres uniuersorũ, ut dicerent Iurisperiti. Nos autem dicimus, solum ipsum Dominum IESVM factum esse hæredem uniuersorum, id est, totius mundi: quia ipse solus uniuersorum est illud iam perditum per peccatum, propter quòd ipse solus dicitur illum hæreditasse. Vnde illi dicitur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Et in hoc lucro ut neminem habet adiutorem, ita nec cohæredem: nisi quòd MATER eius fortissima mulierum (quia in hoc illi cooperata est) nonnullum sibi conuenientem locum uendicat. Vnde & ipsa Domina meritò uocatur: quòd nolunt q̄ sunt ex semine Serpentis. Sed est alia hæreditas, nimirum beatitudo cœli, & acquisitio æternæ gloriæ. Et in hac nos dicimur cohæredes CHRISTI, quòd cum illo fruemur Deo, uidentes illum facie ad faciem. Et tamen hanc beatitudinẽ & gloriam illi referimus acceptam, ut ipse sit uerè hæres etiam nostræ gloriæ, q̄ nobis eam promeruit, & illi donatur in nobis. Et hoc modo ipse est etiam hæres uniuersorum: quoniam quæcunq; nos uel habemus, uel habituri sumus ut hæredes Dei, per ipsum acquisitum est, & propter ipsum nobis donatum.

Differentia imensa inter Dominum & cæteros prophetas.

Ps. 81.

Io. 4. 9.

Matth. 21.

Ergo differentia magna est inter alios prophetas & Filium consyderanda, tãetsi ipsi quoque prophetæ dicant filij, & ipse CHRISTVS dicatur propheta. Nam de his ad quos factus est sermo Dei, dicitur: Ego dixi. Dñi estis, & filij Excellsi omnes. Et de CHRISTO est Samaritanæ professio, & cæci nati, & aliorum, quòd propheta esset. Et tamen CHRISTVS nis nominibus à prophetis distinguitur. Illi enim erant propheta, & ipse Filius est. Et uerè sic distinguitur: quia ipse est Filius (ut iam dictum est) naturalis, unigenitus, uerus Deus: licet hoc ipsum q̄ esset natura filius, ea parte qua homo erat per gratiam esset assequutus: dico per gratiam unionis singularem. Et ideò de nullo alio filio Adam dici potest, eũ esse isto modo filium: sed omnes filij sumus per adoptionem tantum ex dono gratiæ superadditæ. Cum ergo sit collatio & comparatio prophetarũ, cum ipso uero Filio, non appellantur illi filij, sed serui. Ipse autem Filius dicitur. Istud expressè in parabola uinæ habetur, ubi legimus mississe Patrem familias primum seruos, deindè filium suum. Porrò minime conuenire illum Filium uocari prophetam, tãquam unum de grege illorum, certissimum est: quia ipse longè excessit in ratione prophetiæ omnes prophetas, ut non deputetur in eo ordine & gradu cũ illis, sed superemineat supra mo-

dũ. Vnde sicut singulariter Filius dicitur, ita & singulariter Propheta. Et hæc fuit professio Samaritanæ, & cæci nati. Ambo enim prophetam illum dixere absolutè. Nam unum singulariter prophetam expectabat illa gens: & hic erat Messias. In hoc autem erat singularis propheta: quia cum propheta dicatur uidens, ipse summo & excellentissimo modo ea uidebat quæ erant in arcanis Patris: quia uidebat ipsum sicut est, & ab ipso audiebat immediatè, & accipiebat dignus ueras (ut ita dicã) audire & reddere uoces. Vnde Baptista dixit. Deũ nemo uidit unq;: Unigenitus Dei filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et ipsemet: Ego quòd audio apud Patrem loquor. Quòd de nullo mortalium fas est dicere. Iccirco summus fuit & eximius omnĩ prophetarum, & non dignus in eorum numerũ aggregari, qui per somnia, & uisus, & Angelorum illustrationes, & si qui sunt alij modi hominibus conuenientes, oracula accipiebant. Præterea aliq̄ de CHRISTO ipso uenturo prophetæ fuerũt: at ipse CHRISTVS semetipsum enarrauit, & palàm, oculos tamen habentibus.

Io. 1.

Ibid. 3.

Quomodo hæres Dominus.

Matth. 21

Dubitatio.

Nota.

Itaq; iam sit hoc expositum, ipsum Dominum IESVM non secundũ quòd erat Deus, fuisse constitutum hæredem à Patre, sic enim ab æterno fuit Dominus cum Patre, & non uia successio nis: nec illud quòd esset filius, etiam per gratiam unionis hæreditario iure accepit. Nam hæreditas est quid extrinsecum extra substantiam illius qui hæres est, quòd illi superadiungitur. Ergo hæreditatis nomine uniuersum Dei patrimonium, quòd est extra ipsum Deum, intelligitur. I. hic mūdus, & omnis creatura, quæ subiecta fuit CHRISTO, & illi hæreditario nomine acquisita, quanquam non sine lacrymis, & sudore, & sanguine: quoniam ita fuit disposita paterno testamento. Viderunt autem & consyderarunt Agricola illum, & hoc nomine agnouerunt dicentes: Hic est hæres. Et repleti tamen insipientia dixerunt: Occidamus illum, uidelicet ne portatur hæreditate, ignorantés miserĩ, q̄ illo pacto ipse sibi uendicabat hæreditatem, qui nõ percipit animæ suæ, ut obediret Patri (sicut ait Iaias) ad redimendum genus humanum.

Dubitabit aliquis: Si IESVS filius Dei erat, nonne ipso iure ad eum pertinebat hæreditas, absq; eo quòd Pater instituerit illum hæredem, & ipse postularet sibi hæreditatem: & multò magis absque eo quòd pateretur, & sic illã sibi acquireret? Respondeo: Verè sic erat, & sic fuisset si mundus non peccasset. Nam ipse uenisset sua die gloriosus tanq; Unigenitus ad hæreditatem suam, id est, filios hominum, ad adducendum illos in gloriam, gradiens in decore, & potēs in multitudine fortitudinis suæ ex omni parte. Verum quia intercessit peccatum, oportuit mutari conditionem eius. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suũ Unigenitum daret, hoc est, iuberet eum se abstinere à gloria sua, & ab hæreditate sua: ut sic exsolueret debita nostra, & sic ipse admitteretur ad iura sua, & obtineret obedientia



obedientia hæreditatē. Quare quæ iure filiatio-  
nis illi debebat, cœpit ei debere iure acquisitio-  
nis: unde & nos à B. Petro populus acquisitio-  
nis dicimur. Sic enim illi fuit dispositum à Deo  
regnum, ut interim hæres esset institutus ac desi-  
gnatus, sub conditione tamen, cum obedientiâ  
perficeret: adeo ut tunc uideatur accepisse di-  
uinitatem suam, quando perfecto munere redē-  
ptiōis nostræ instauratus est ipse, & dignas Vni-  
genito uestes accepit. Tunc enim uisus est indu-  
ere diuinitatem, cum induit uestes gloriosas, &  
Deo dignas. Idē illi post absolutū redēptionis  
nostræ munus, dictum est: Dignus est agnus qui  
occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatē & c.  
Nam tunc quodam modo etiam genitus à Pa-  
tre dicitur, ut paulo post uidebimus. Illa enim  
prior generatio qua genitus fuit in infirmitate,  
corruptibilis, & mortalis, tanquā illo indi-  
gna & mox dissoluenda, non computatur qua-  
si generatio Dei, quæ solum inferuiit peccato,  
& à peccato talis processit, quanquam sine pec-  
cato, sicut declaratum est. Ne quis autem mira-  
retur unum hominem fuisse adeo sublimatū, ut  
fuerit hæres uniuersorum, mox ad hanc admira-  
tionem tollendam adiecit Apostolus.

Per quem fecit & sæcula. Ac si expressius dix-  
rit. Quid miraris hunc fuisse constitutum hære-  
dem uniuersorum, cum hic sit ille per quem etiā  
fecit sæcula ipsa: quoniam CHRISTVS uerbū  
est illud æternum, per quod omnia Pater opera-  
tur, & nihil nō cum illo, aut per illum producit,  
nisi ipsummet Filiū, quem generat solus. Reli-  
qua omnis creatura (mitto hic Spiritum sanctū  
qui cum illis operatur) per ipsum uerbum facta  
est. Quod ergo hic dicitur: Sæcula; significauit uni-  
uersam creaturam quæ sæculis continetur, &  
quodammodo quasi certis durationibus com-  
prehenditur. Et fortē dixit: Sæcula; ut non solum  
tempus significaret, sed etiam æuum. Nā neq;  
tempus, nec æuum æternum est: sed cum suis  
creaturis sunt concreata, sicut distinctē decla-  
ro loco suo. Sed quidam aiunt hic dici sæ-  
cula facta per ipsum, ut intelligeremus tempus  
non esse æternum, quemadmodum plerique ex  
philosophis existimant: quod non admodum  
placet. Non enim erat opus mentionem particu-  
lariter facere de tempore, an fuerit creatum, cū  
si non erat ulla creatura permanens, non pote-  
rat fingi fuisse tempus, quod accessoriū est crea-  
turæ, & absque motu non potest intelligi. Ergo  
sæculorum appellatione magis ueniunt creatu-  
ræ, quæ sæculis, id est, æuo, aut tempore conti-  
nentur, q̄ ipsum tempus, more scripturæ. Sic, n.  
dicitur quod Demas dilexit hoc sæculum, id est,  
creaturas huius sæculi: & quod Deus iudicabit  
sæculum per ignem. Et nota cōuenientiā: quia  
per illum decens fuit sæcula instaurari, per quæ  
facta sunt prius & condita ab initio.

Verū illud forsitan ac meritō mouebit ali-  
quem, Quo pacto dici potuit CHRISTVS hæ-  
res Patris, si propriē hic agitur de hæreditate  
quæ uenit ex testamento. Oportet enim uel ipso.

Apostolo teste, ad hoc ut firmum sit testamen-  
tum, intercedere mortem testatoris: sed Pater  
non moritur. Quomodo ergo ad Filium iure hæ-  
reditario uenit hæreditas? Respondeo, Multa  
dici in scripturis sanctis metaphoricē, nec ita  
propriē: quemadmodum & in humanis solet ac-  
cidere. Pro huius autem quæstionis intellectu,  
Primò illud constare debet, Deum Patrem idē  
esse omnium Deū, quia est ipse qui creauit cun-  
ctā: sed non minus est Dominus Filius, & am-  
borum Spiritus, quoniā & ipsi cum Deo Patre  
crearūt. Itaq; CHRISTVS qua parte erat Deus  
id est, secundum diuinam naturam non iure hæ-  
reditario, siue successionis, habet omnium domi-  
nium, sed qua parte fuit homo. Hoc autem do-  
minium non semper habuit: quia quo tempore  
uenit ministrare & non ministrari, abiectus &  
miser, ipse potius subiectus fuit omnibus, quā  
haberet sibi subiecta omnia. Imò propter hoc  
meruit subiecta sibi habere omnia, q̄ ipse prius  
ex uoluntate Dei omnibus se subiecit, & interim  
quasi condito testamento à Patre, illi sic hæredi-  
tatem procurante, fuit institutus hæres uniuersorum,  
ut ipse Filius postmodo suo officio &  
munere functus acciperet hæreditatem ut suam,  
quasi defuncto Patre, qui omne iudicium dedit  
Filio: & sic Patris loco illud: perinde tenet ac si  
mortuus esset Pater, qui quodammodo uidetur  
mortuus filio moriente, quo excitato dicitur ui-  
uere in illo, cui commisit omnia. Non ergo hæc  
ita sunt accipienda ut in nobis mortalibus. Nā  
in nobis, reuera qui succedit alteri ita est domi-  
nus, ut ille cui successerit, non sit amplius domi-  
nus. At Deus nō potest desinere Dominus esse,  
& tamen cum associauerit sibi Filium, quem do-  
mini sui fecit participem, & iura administratio-  
nis ei dedit, interim similiter ipse uidetur filere  
ac cessare, & tanquā habere ipsum quasi suc-  
cessorē & hæredem. Veluti si quis pater in uita  
committeret filio ut omnia gereret ad libitum se  
silente, iam diceretur hæredem habere, & succes-  
sorem in uita, donec finiatur administratio. Sic  
& CHRISTVS qui aliquando ei restituet re-  
gnum, quando non erit necessaria administra-  
tio hæc, sed apparebit ipse Pater Dominus, om-  
nia in omnibus. Non enim erimus in uia, & mili-  
tia, sed in patria: & apparebit nobis manifestē  
omnipotens Pater, & cessabit doctrina: quia ue-  
rè tunc à maiore ad minorem omnes cognoscēt  
Dominum, & cognoscantur à Domino: & sicut  
cognoscantur, ita & ipsi cognoscent.

Ex hoc loco manifestē apparet, qd̄ CHRIS-  
TVS est Deus, per quem sæcula facta esse dicū-  
tur. Nam ex hoc palam sit, fuisse illum ante sæ-  
cula, per quem facta sunt sæcula. Sed quis ante  
sæcula, nisi Deus? Et quis potest cum Deo com-  
poni ad faciendum sæcula, nisi qui & ipse fuerit  
Deus, qui & hoc de se testatur: Cum eo erā cun-  
ctā componens: Et idē hic Filius dicitur Ars, &  
Sapientia Patris, per quem operatur: ita ut quæ-  
cunq; operatur Pater, operetur similiter & Fi-  
lius cum illo, ut ipse dixit. Et hoc etiam laus  
ostendens

Quo hæres Pa-  
tris Christus  
ex testō uiuo  
Patre.

Hic Christus  
probatur Deus

Prou. 8.

ostendens Apostolus & doctor noster, ait.

Qui cum sit splendor gloriæ, et character substantiæ eius.  
Ut hunc Filium esse Deum alio quoq; modo, nō  
ab effectu creationis tantum ostenderet, sed à  
natura ipsa, hæc uerba adiecit. De persona enim  
illa quæ Filius est, rectē dicitur, illum esse splen-  
dorem gloriæ, id est, refulgentiam paternæ lucis.  
In libro Sapientiæ appellatur candor lucis æter-  
næ, & speculum sine macula: quia in eo relucet  
omnis gloria Patris & refulget. Hoc autem de  
nulla alia creatura fas est dicere. Nam si creatu-  
ra illustraretur à diuina gloria, secundum hunc  
statum quidem obtenebraretur, & opprimere-  
tur potius ab ipsa Maiestatis gloria. At in futuro  
statu erit quidem fortis ad recipiendam diuinæ  
lucis uirtutem, pro suo modo tamen. Non  
enim diuinam prorsus gloriam in se ita recipiet  
ulla creatura, ut in ea splendere & refulgere pos-  
sit suscepta ipsa diuina gloria, sed quædam erit  
participatio pro capru cuiusq; creaturæ gloria  
illustratæ. Quocirca si quis uideret animam bea-  
tam, non esset propterea beatus: quia non uide-  
ret lucem illam quæ beatum efficit. Solus Filius  
totam in se paternam lucem recipit, ut sit expres-  
sa & perfecta imago illius diuinæ substantiæ, re-  
ferens illam, ut sit per illam Patri perfectē similis.

Nota. Quo in loco istud aduertere debemus: Li-  
cet ex hoc B. Pauli dicto plures in diuinis hypo-  
stases poni uideantur: quia si Filius est character  
paternæ hypostasis, & character ipse similiter hy-  
postasis est, sic uerè dici possent tres hypostases,  
Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Tamen quia  
Arriani per has uoces non solum uolebant di-  
stinguere personas ab inuicem, sed etiam natu-  
ram siue substantiam: idē à Catholicis hic dicē-  
di modus tanquam suspectus meritō reiectus  
fuit, de quo D. Hieronymus Damasum Papā cō-  
suluit. Propter hæreticos enim uel quæ sensum  
habent bonum à communi sermone reijciuntur,  
si in malum detorqueantur. Et illud insuper no-  
ta: quia nescio quomodo Spiritus sanctus dici  
posset character hypostasis (ut Caietanus ait)  
quia procedit à Patre & Filio. Primò enim iux-  
ta doctrinam B. Thomæ, non propriē dicitur  
Spiritus sanctus character, siue imago. Hoc em̄  
singulariter Filio cōpetit in diuinis, ut scriptura  
testatur. Secundò, quoniam non procedit à Pa-  
tre & Filio ut sunt duo, uel duæ hypostases: sed  
ut sunt unum principium. Idē nec facillē ad-  
mittitur, esse duos spiratores, sed duos spirantes.  
Cum igitur istæ nouæ loquutiones in scripturis  
non probentur, & à doctoribus sacris non reci-  
pantur, periculosē introducuntur. Hoc si quis  
alius dixisset minoris autoritatis, silentio obuol-  
ui potuisset. At in Caietano non est dissimulan-  
dum, ut caueant qui illius doctrinæ sunt dediti,  
ne in perniciosos imprudenter labantur errores.

Notatur Caieta-  
nans.

Portansque omnia uerbo uirtutis suæ. Por-  
tans inquit, cum ipse sustineat & regat, seu mo-  
deretur oia, quæ simul cū Patre cōdidit uer-  
bo uirtutis suæ, seu potentiæ, aut potius om-  
nipotentis suæ. Nisi enim sua uirtute cūcta por-

taret, protinus & dilaberentur, & mox solueren-  
tur in nihilum. Hoc tamen uerbum quo porta-  
re dicitur omnia, cum non natura, sed uolunta-  
riè proferatur, commune est toti Trinitati. Si-  
cut enim Pater uolens dicit, ut qd̄ fiat ab extra,  
& fit quod dicit propter omnipotentiā suam,  
quæ est in uerbo uoluntatis suæ, ita ipse Filius  
Patri internus eodem uerbo dicit, ut quid fiat  
ab extra, & fit quod dicit propter omnipoten-  
tiam eiusdem uerbi, quod simul profert etiam  
ipse Spiritus sanctus. Vbi considerandum  
diligenter, ipsum dicere Dei internè esse, non ab  
impulsu uoluntatis. Licet enim dicat uolens, nō  
tamen per uoluntatem dicit. Et sic hoc dicto p-  
fecto, & à toto diuinæ potentis conatu proce-  
dente, sempiternum generat Pater & exprimit  
Verbū, quod est Filius: & hoc solius est Patris,  
uidelicet sic dicere ut generet. Tum ipse Pa-  
ter iam Filio æternaliter genito, simul cum illo  
per uoluntatem spirans internè & toto conatu,  
reddit sibi Spiritum sanctum aliam personam:  
& ita iam sunt tres personæ, in quibus adhuc est  
potestas dicendi ut producant ab extra, non in-  
ternè, quod semel est factum & expletum: quia  
totam æternitatem illa expressio complexa est.

Dicere Dei, ua-  
riū esse.

Quod ergo ita dicitur, ut aliquid exprimat  
& producat, seu emittatur foras, ab omnibus  
Personis dicitur, idq; per uoluntatem tribus cō-  
munem. Nam eadem est uoluntas per quam di-  
cunt: & idem uerbum quo dicunt. Hoc er-  
go communi uerbo, quod est uniuscuiusq; per-  
sonæ in solidum, ipse Filius portat omnia, dum  
cuncta conseruat, & omnibus suam tribuit uir-  
tutem & operationem. Nam eiusdem est con-  
seruare, cuius fuit creare: & eodem modo con-  
seruat quo creauit, nimirum uerbo. Ecce er-  
go radix paternæ dispositionis & ratio, cur hūc  
hominem hæredem suum constituerit, nimirum  
quia ipse idem Deus erat de Deo, lumen de lumi-  
ne, uerbum æternum cōceptum atq; expressum  
de mente illa æterna, subsistens, & substantiam  
primam referens tanquā imago expressa pa-  
ternæ substantiæ, per quem & facta sunt, & por-  
tantur, & reguntur sæcula. Quid poterat altius  
dicere, ut ostenderet illum per omnia similem &  
æqualem Deo Patri? Similitudo enim in chara-  
ctere & refulgentia paternæ gloriæ agnoscitur:  
æqualitas uerò in potestate creandi, & sustinēdi,  
regendiq; creatura. Quare meritō illi homini, quā-  
do talis erat & tantus per gratiam, etiam per gra-  
tiam communicatum fuit (quasi hæreditas) pa-  
ternum dominium uniuersorum.

Et ne quis diceret: Quia igitur de causa non  
habuit statim ab initio, cum uenit in hunc mun-  
dum, hæreditatē istam, sed solum designatus est  
hæres? Huic tacitæ obiectioni respondens Apo-  
stolus, rationem huius facti interposuit subiun-  
gens. Purgatione peccatorum (Græcè additur  
per semetipsum) facta, sedet ad dexteram maiestatis  
in excelsis; ac si dixisset apertius: Arduū interim  
negocium habuit, quod non compatiebatur se-  
cum hanc dignitatem, & potestatem: imò exige-  
bat

bat, ut interim deponeretur ab illo dominio suo, quantumuis ad illum iure ipso citra ullum aliud testamentum pertineret, donec expleret hoc per necessarium nostræ redemptionis opus. Recte ergo dicitur per semetipsum fecisse peccatorum nostrorum purgationem. Hac et uia obtinuit quod alioqui ei debitum erat, imò quod & illo opere acquisiuit: ut duplici iure illud haberet. Et istud est sedere ad dexteram in excelsis.

Nec est uerum quod hinc ait Caietanus, nondum accepisse CHRISTVM potestatem omnium ut exequatur, sed eorum tantum quæ in cœlis sunt. Propter quod (inquit ille) dicit Apostolus, quod sedet ad dexteram Dei in excelsis, & non dixit in terra. Hoc enim est contra ipsum Domini uerbum post resurrectionem aientis: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ad quid, rogo, data esset potestas, si non simul datum fuisset ei exequi? Imò hæc fuit eius hæreditas, uniuersorum scilicet, ut ait Apostolus. Cū autem uniuersum dicitur, nihil excluditur: ergo etiam executio concluditur. Licet autem multi existant qui non credunt euangelio: & item multi CHRISTO nõ subdantur præuaricantes præcepta, non tamen eximuntur propterea à potestate eius & regimine. Daturi sunt enim ei meritas poenas suo tempore, & non effugient. Nam & in iudicio reprobis non subdentur illi per uoluntatem. Imò amplius quid addo, hoc dominium (de quo nunc loquimur) pertinens ad gubernationem ecclesiæ militantis, cessaturum post iudicium. Et hoc uoluit ad Corinth. Apostolus dum ait de CHRISTO: Cum restituet regnum Deo & Patri, tanquam qui iam consummauerit omne negocium. Ita enim oportet eum regnare, donec sub pedibus eius posuerit inimicos suos: sicut latius à nobis declaratum est in ea epistola.

1. Corin. 15.

Luc. 1.

Nec obstat illud Angeli uerbum dicentis. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Potest quippe facile intelligi, quod non erit huius regni finis in hoc sæculo. Sic dicitur sacerdoti eius in æternum, cuius sacerdotio etiam regnum coniunctum fuit: & tamen in cœlis non ultra erit officium illius sacerdotij.

Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Hic Apostolus ob istam gratiam comparat Angelis ipsum Dominum, & in comparatione eminentiam, & incomparabilem eminentiam ostendit à nomine quod hæreditauit. Hoc autem nomen est Filius. Ait ergo: Ipse Filius effectus est tantò melior, seu præstantior Angelis, quantò differentius, et præstantius nomen hæreditauit, ut Filius diceretur. Quo in loco in memoria reuoca quæ paulò ante diximus, quomodo non uidetur Filij nomen (uide licet cum effectu) accepisse, antequam hæreditatem consequeretur, ut esset hæres omnium: quod fuit in resurrectione. Et certè secundum primam sanctificationem, per quam facta est unio naturarum in diuina hypostasi, uerè IESVS ab initio & in primo conceptionis suæ instanti erat Filius

Dei, & Deus. Quia tamen perfectam, & Filio Dei conuenientem gloriam non habuit quantum ad corpus, quousque tandem consummatus est passionem & resurrectionem, cū antea corpus haberet ignobile & corruptibile, & ipse omni ex parte tentationibus subiectus esset, infirmus carne, mœrens & lugens propter sponsam, Ideò non in sua perfectione Filius Dei dici poterat, nec super Angelos omninò gloriari, qui & illis aliquo modo (teste B. Dionysio) quantum ad regimen in hac uita mortali subiectus fuit, & indiguit à quodam illorum confortari in tædio, & agone suo, ut testatur Euangelista. Quid mirum cū & MATRI suæ subditus fuerit, & nutritio suo Ioseph? Cū uerò à mortuis resurrexit, & accepit gloriam suam sanctificatus perfectè, tunc & diuinitatem uisus est accepisse, & Dei formam, & (ut ita dicam) filiationem. Nam tunc à Patre genitum fuisse, & sic filium factum, & sic hoc diuinum nomen hæreditasse dicunt scripturæ, ut ipse Apostolus docuit, & alij Apostoli illo psalmi testimonio: Ego hodie genui te, sicut iam diximus, & suo loco post uidebimus.

Luc. 12.

Cui enim dixit aliquando Angelorum Filius meus es tu: Ego hodie genui te? Hoc scripturæ loco intendit probare Apostolus quæ iduxerat de præstantissimo nomine: Filius; quod hæreditauit, nulli prorsus Angelorum donatum. Et ea ratione probat: quoniam in scripturis nusquam inuenitur cuiquam Angelorum hoc dictum. Verum istud quidem argumentum satis debile prima facie uidetur: imò hæreticorum proprium, qui nihil prorsus uolunt admittere, quod non à scripturis probetur. At tu pie lector claram agnosce differentiã. Hæretici ipsi ita uolunt omnia expressa esse in scripturis, ut quæ ex illis colliguntur uehementissima argumenta non suscipiant, sed respuant. Et præterea, hæretici etiã illa negant, & de his contendunt, quæ sancta tradidit ac recipit Ecclesia: & consequenter quæ à Spiritu sancto fuerunt inducta, quanquam in scripturis non reperirentur. Quis enim scripturas tradidit nisi Spiritus sanctus? Cū hoc igitur ex scripturis acceperimus, ductore Spiritu sancto ita regi ecclesiam in quibusdam ut errare non possit, ubi quid in ecclesia traditum ac receptum uideamus ad fidem pertinens, & Dei cultum, omnes silere debemus, & cum ueneratione suscipere, tãetsi non euidenter appareat in scripturis: sicut ueri Catholici semper fecerunt. Tertio tandem dicimus ad rem nostram, Argumentum hoc: Nõ habetur in scripturis, ergo non est; tunc rectum esse, & uim suam obtinere, quando illud quod negatur in scripturis haberi, tale est ac tantum, ut dignum esset ibi haberi si uerum esset: quemadmodum in re proposita accidit. Si .n. tanta esset eminentia alicuius Angeli, ut uerè filius Dei uocaretur & esset, minime debuerat in scripturis taceri, ne suus illi debitus honos à mortalibus denegaretur, sed tribueretur. Quam ob rem rectè arguitur non esse: quoniam si esset, omninò commendatum fuisset scripturis, aut saltem

aliquo

Pro traditionibus ex observationibus in ecclesia, contra hæreticos.

Nota diligenter

aliquo modo in ecclesia receptum, quã Spiritus sanctus tanta sapientia regit, & omnia in illa sic moderatur, ut nihil uelit omninò ad consolationem fidelium desse, nedum in necessarijs magnis mysterijs, sed etiam in his quæ ad cultum diuinum illustrandum atque augendum pertinent. Quanta enim uideamus progressu & beneficio temporis in ecclesia acquisita, quæ tamen si conferantur cum ea dignitate talis Angeli (si is fuisset) minima uideri possint? Non igitur fit ulla ratio (ut diximus) credibile, Deum nos ea cognitione carere uoluisse, quæ erat se digna, & nobis utilissima, ut nosceremur præfectum cœlestis exercitus ducem, & ueneremur, et illius opem implorarem.

Verum hinc denuò obijciat aliquis de Angelis, quos in scriptura habemus apud Iob, filios Dei appellatos. Quomodo ergo hoc in loco dicitur, nullum eorum ita uocatum esse, cum nedum eorum aliquis, uerum etiam omnes filij Dei sint dicti? Imò & hoc de hominibus habemus: Ego dixi Dñi estis, & filij Excelsi omnes. Et ipse Dominus docet nos, ut orantes dicamus: Pater noster qui es in cœlis, &c. Ad quæ omnia responderet, subtiliter loquutum esse Apostolum, ac si expressius dixisset. Quanquam & multi Domini, & Dñi multi sint, & sic in scripturis uocentur propter adoptionem & participationem gratiæ, attamē ille singulariter unicus est & uerus Filius propter eminentem, singularem, & consummatam sanctificationem. Ideò nulli Angelorum singulariter datum fuit hoc nomen, ut Filius diceretur: nec ullus singulariter sic uocatus à Deo Patre in scripturis legitur.

Iob. 1.

Psalm. 82.

Matth. 6.

Imò uerò cum audimus dictum singulariter uni; Filius meus es tu; iam nisi hebetes prorsus simus, facile accipimus non de communi filiatione hoc dictum fuisse: quoniam aliquid singulare huiusmodi sermo significat, ad singularem personam singulariter directus. Nam in eo psalmo iuxta hæbraicam ueritatem sic legitur: Narrabo statutum, siue decretum. Sunt enim uerba Filij uolentis Dei consilium, & prædestinationem, siue statutum aut decretum de seipso manifestare. Et exprimens decretum illud, ait: Dominus dixit ad me, non ad alium quenquam, sed ad me singulariter. Filius meus es tu; ego hodie genui te. Hodie (inquit) eam diem singulariter significans, quã fecit Dominus, quando Filium suum Spiritu sancto perfectè genuit. Genuit autem eum quodam modo, cum eundem suscitauit, & illi gloriam suam restituit, gloriam quasi unigeniti, & sic apparuit quomodo erat Filius Dei uerus.

Pro intellectu psalmi secundum

Quid significat: hodie; in scripturis.

Quod ergo dixit; hodie; significat illum Dominicum diem, quando à mortuis surrexit Dominus: qui dies sanctificatus est nobis, & meritò illum in hoc toto mortali nostro sæculo celebramus. Est enim illud; hodie; de quo in alio psalmo: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Est inquam illud; hodie; in quo ipse intrauit in requiem suam, ut eam nobis daret similiter laborantibus & sudantibus, ut qui boni æmulatores fuerimus, quò in nobis cõplea-

tur sanctificatio, sicut in illo; hodie; decretum illud, & prædestinatio Patris de Filio, quam ipse met enarravit, completa fuit. Tum enim (ut sæpè diximus) accepit dona quæ erant unigeniti propria, & sic fuit consummatus. Hunc locum nobis ad istum sensum exposuit ipsemet Apostolus in Actis Apost. dicens: Et nos uobis annuntiamus eam, quæ ad Patres nostros facta est, repromissionem: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs eorum resuscitans IESVM, sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vide quàm manifestè hunc locum ad resurrectionem, quæ est quædam generatio, aptauit Apostolus.

Act. 13.

Nam & nos regenerari tunc dicemur cum resurgemus, ut ait Dominus: In regeneratione cum uenerit filius hominis &c. Et eorum uerborum sensus est, quasi manifestius dixerit Pater: Hactenus non apparuisti Filius, nec usque adhuc Angeli mei uiderunt in te speciem Filij gloriosam qua ad tempus caruisti, & ego te illa priuauit uolentem & obedientem, tuis te ac tantis spolijs dotibus tanto Filio conuenientibus, ut fratrum redemptionem impleres: at ego hodie genui te. Hodie, inquam, qui est dies requiectionis meæ & tuæ ab opere mundi nouo quod patrauimus, non iam condendo, quem olim condidimus, sed restituendo, & reparando quod erat collapsum. Hodie ergo cū excitaris à mortuis, genui te: ut sis Primogenitus in multis fratribus, & primitiæ resurrectionis, quæ est quædam generatio. Etenim illud nunc uerè sit perfectè, quod dum in terris agere, de te sum testificatus in nube. Hic est Filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui. Ea enim que perditæ erant, mihi omnia tua opera sunt restituta. Et quod tuum erat, tuæ obedientiæ proprio merito cõquisiisti, ut & tibi duplici iure restitua tur gloria tua. Postula igitur à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Matth. 17.

Et rursum: Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Caietanus ex hoc loco autorem huius epistolæ ausus est reprehendere: unde & simul colligit non fuisse B. Paulum, qui locum illum de Salomone loquentem torqueat, siue trahat ad CHRISTVM. Cuius audacia in reprehendendo tantum, & tantæ epistolæ autorem, quàm sit reprehensibilis uiderint alij. Quàm uerò indoctè reprehenderit, facile est demonstrare. Verus enim & eximius huius loci scus de CHRISTO est, qui in Salomone illo intelligitur. Nam CHRISTVS uerus rex, & uerus Salomon, id est, rex pacificus fuit, & non ille, in cuius persona hæc dicebantur, quæ persona alium significabat. Nam quomodo illi Salomoni poterant quæ ibidem subiiciebantur, ad literam conuenire? Dicitur enim ipsi David à Domino: Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Et ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.

2. Reg. 7.

TT Quomodo

Quomodo,inquam,conueniunt hæc Salomoni, qui suscitatus est in diebus David, & egres- sus erat de utero eius? Pollicitatio autem Domini implenda post obitum Davidis exprimitur: Et cum dormieris, inquit. Et quomodo item conuenit Salomoni quod sequitur: Stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum? Hæc uni & soli CHRISTO conueniunt, teste Archangelo Gabriele, qui Beatissimæ VIRGINI dixit: Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Vide ut per sedem David intellexit Angelus id & nunciauit, quod illis uerbis promissum fuit ipsi David, id est, illud quod in eius sede, & regno figuratim intelligebatur. Erat enim typus regni CHRISTI: & in hunc modum intelliguntur scripturæ. Non enim Salomon ædificauit domum Deo, sicut testatur Propheta: Quam domum ædificabitis mihi? Adhuc & nos ita sumus pueri necdum ab lactari, ut putemus Deum in manu factis templis habitare: Hunc errorem Atheniensibus sufferre uoluit Apostolus: Deus, inquit, qui fecit mundum & omnia, hic cœli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat &c. CHRISTVS ipse ædificauit Deo ueram domum ecclesiam suam. Nos enim regenerati, uerum & uiuum Dei templum & dicimur & sumus.

Luc. 1.

Isa. ult.

Act. 17.

Questio.

Solutio.

Psal. 98.

Sed rogabunt. Nunquid illud CHRISTO attribui potest, quod subditur in Salomonem: Si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in uirga uirorum? CHRISTVS enim nec peccauit unquam, sed nec peccare poterat, Imò & hoc inquirere, & solutionem ignorare, nihil est aliud, quam se prorsus imperitum in scripturis ostendere. Satis namque & hoc comperit in CHRISTVM, quem debemus mysticè cogitare, & in quo uniuersa contineatur ecclesia, quæ est corpus eius: & tamè per eum parcitur delinquentibus in illo existentiis, Vnde statim sequitur: Misericordiam autem meam non auferam ab eo &c. Quod ut intelligeremus, ipse David in psal. hoc idem oraculum enuntians, in hunc modum introducit Deum tanquam de se loquentem, in quo tamen CHRISTVS intelligitur. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu, Deus meus susceptor salutis meæ, Et ego Primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in sæculum scutulum seminum eius, & thronum eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in ueritate mea &c. Vbi uides quod in libris Regum dicitur; Si iniquè aliquid gesserit arguam eum; In eo psalmo, quatenus hoc refertur ad CHRISTVM, exponitur sic; Si dereliquerint filij eius legem meam; &c. Et in reliquis idem prorsus est oraculum, ut uidere licet: quia

promittitur ipsi David CHRISTVS, & regnum eius in æternum (ut ipse Angelus Gabriel declarauit) quam manifestissimè. Quamobrem facere non possum quin egrè feram & dolcè, huiusmodi argumenta quæ non sunt noua, sed olim ab hæreticis nobis obiecta, iterum excitari à nostris. Sic & Iulianus apostata arguit in B. Matheum ex eo loco, ubi enarrat CHRISTVM eiectum fuisse in Ægyptum per Herodem, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem; Ex Ægypto uocauit filium meum. Nam eum locum ad literam loquitur qui de populo Israel, & non de CHRISTO contendit. Et non uidit infelix in eo CHRISTVM, & qui sunt in CHRISTO intelligendos esse mysticè, & iuxta uerum sensum & principalem. Non secus autem in proposito. Totum enim quod ibi de Salomone legitur, applicatur ad CHRISTVM, iuxta intellectum Spiritus, qui usus est illa persona, & illo nomine Salomon tanquam quodam tenui uelamine & inuolucro, ut itus CHRISTVS abditus, & corpus eius ecclesia sancta Dei, à fide libus & beatis oculis mira cum uoluptate cerneretur. Et rectè dixit,

Ego ero illum in Patrem &c. Verba sunt promissionis ista pro eo tempore, quo introducitur primum à Patre in orbem terræ, qui ad mysterium redemptionis respiciebat; ut tum demum eiusmodi impleretur promissio, cum perfectum illud redderet opus, quod mandatum ei fuit ut faceret. Nam antea cum non fuerit quodam modo Deus, sed minoratus ab illo, non habuit illum in Filium, quem dereliquit usque ad mortem uelut peccatorem. Neque CHRISTVS ipse ausus est uti iure filiationis, ut exoraret eum pro sua salute: sed quasi peccator & reus delicti patienter subiit furorè Patris uelut extranei & hostis, quod eum nobis placatum tanta patientia redderet.

Et cum iterum introduxit Primogenitum in orbem terræ &c. Dum ergo dicit; Et cum iterum; significat eundem bis introductum esse in orbem terræ: Primum ut peccato satisfactorius, & quasi unus ex nobis, qui posset super se ponere iniquitates omnium nostrum, ut illas deleteret in carne sua. Sic enim de cuius ut ille fieret sicut unus ex nobis, accipiens formam serui cum Deus esset, & in forma Dei, iuxta prædestinationem suam: quia primus noster parens in eo peccauit, qui malo suo & nostro damno concupiuit fieri quasi unus ex Dijs, quemadmodum Dominus merito exprobrauit ei: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est &c. Considera, pie lector, antidotum.

Primo, uetus Adam fieri uoluit quasi unus ex Dijs, & ita peccauit, & factus est caro peccati: & in illo constituti sumus omnes peccatores. Venit unus ex Dijs ueris, & ipse uerus Dei Filius, & factus est quasi unus ex nobis, non caro peccati, sed similis carni peccati propter passiones & miseras uitæ huius, & sanctificauit nos in seipso delens peccatum, & iustificans nos. Sic enim factus est ille redemptio nostra, & sanctificatio nostra. Secundò ergo

Gen. 3.

Christi ad peccatum Adæ antidotum.

1. Cor. 1.

ergo post consummatum hoc opus introducitur tanquam uerus Filius, sicut reuera erat, & Unigenitus in decore, & fortitudine: qui & paratus accinctusque est ad iudicium, ut appareat illa persona unus ex Tribus, cui regnum & iudicium est demandatum. Vnde Psalmista: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Et iterum: Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinè, & præcinxit se.

Psal. 96. et. 98.

Aliæ huiusmodi sententiæ leguntur in scripturis, quæ nobis CHRISTVM representant in gloria sua accinctum ad iudicium, quando curuabitur ante illum omne genu, & omnes Angeli eius adorabunt eum. In hebræis tamen non legitur; Angeli eius; sed simpliciter; omnes Elohim; Apostolus dicit; omnes Angeli Dei; ut ostenderet de quibus Angelis loqueretur psalmus: quoniam non de Angelis Satanæ, sed Dei. Angeli enim Satanæ subiciuntur uelint nolint, non autem adorant. Nam minus essent miseri, si adorare possent: sed retrorsum cadent, & ruent in combustionem sempiternam. Vocauit; Primogenitum; quoniam ipse prior resurrexit perfecta resurrectione: ut & Primogenitus & primitiæ mortuorum resurgentium sit, & iure optimo dicatur.

De Angelorum dignitate.

De natura Angelorum, et gratia.

Et ad Angelos quidem dicit, scilicet scriptura, non Pater: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ecce in quo est dignitas Angelorum, qui licet sint spiritus, eos tamen facit Angelos, id est, nuncios suos. Et cum sint flamma ignis (quibus uerbis natura & uis illorum maximè actiua significatur) facit suos ministros. Sed dignior est qui qui recumbit, quam qui ministrat. Recumbit autem CHRISTVS in dextera Patris, & illi assistunt ministrantes. Legimus .n. uel statim ab initio post peccatum, fuisse iussu Dei ad locum paradisi Angelum Cherubim collocatum, & flammeum gladium atque uersatilem. Per quæ opinor eorum uirtutem intelligi fortem atque agilem in hanc materiam nostram corpoream. Puto insuper significari naturam illorum spirituales ualde similem diuinæ naturæ, & ex qua ipsi producti sunt quodam modo, sicut ex igne flamma. Non tamè qui ex substantia Dei processerint, sicut ipse Filius ex substantia Dei processit: sed ad ideam nobilitatam quam nos alij homines sunt formati. Eorum igitur dignitas quantum ad nos attinet, finitur in ministerio: per illos enim dirigimur in salutem. Nec tamen sunt propterea nostri domini: aut tali suo ministerio id merentur, ut acquirant super nos dominium. Nam nos erimus cum illis uelut socij & conciuues in paradiso. Illud ergo proprium Filij fuit, scilicet exaltari ut recumberet, qui humiliavit semetipsum ut ministraret. Vnde opportunè sequitur.

Christus Deus.

Ad Filium autem (inquit, uidelicet scriptura) Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi; & sic construitur. O Deus, thronus tuus est in sæculum sæculi, id est, sempiternus. Minime dubium est in hoc ueris scripturæ loco CHRISTVM uocari Deum. Virga æquitatis, uirga regni tui; Per uirgam, seu scæ-

ptrum æquitatis, regalem intellige potestatem atque iudicium, quo & in malos infertur uindicta, & bonis redditur præmium: hoc enim habet æquitas. Vnde rectè ipsemet ait Thessalonicenses ait se gloriari in illis de patientia eorum & fide in omnibus persecutionibus, & tribulationibus, quas sustinebant ad exemplum iustiiudicij Dei, ut digni haberentur in regno Dei &c. Tunc enim in ea uirga tandem maximè apparerit hæc æquitas, cum ipse ueniet per semetipsum iudicaturus, & redditurus unicuique iuxta opera sua prout gessit in corpore bonum uel malum.

2. Thess. 1.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Si iustitiæ est tribuere ius suum unicuique: & maxime quæ ipsi Deo debentur honor, & gloria, & gratiarum actio: Et ex aduerso, iniquitatis est contrà facere. Illud quidem CHRISTVS eminentissimè fecit, qui dilexit iustitiam tribuendo Patri suo honorem, & gloriam in omnibus & obediendo illi: qui consequenter summo odio habuit iniquitatem, quando uidebat inhonorari Dominum Deum suum. Et propter hoc etiam exaltari meruit ad regiam coronam.

Propterea unxit te Deus tuus oleo exultationis. Quid est unctio? Idem enim est CHRISTVS quod unctus. Itaque cum ad ipsos reges pertinet unctio, ob eam causam significatur, unctum illum fuisse in Regem, ut esset Rex noster. Ita constitruatur litera. Propterea ò Deus (manifestè CHRISTVM Deum uocat) Deus tuus Pater unxit te per Spiritum suum sanctum: unxit autem oleo. Sed quidnam est hoc oleum? Declarat exultationis oleum esse & gaudij. De quam re? De bello, de uictoria, de triumpho in Diabolum, in mundum, in carnem, in mortem, de spoliis ereptione à manu hostis, de inferorū translatione, de apertione cœlorum, de ingressu cum triumpho in gloriam. Et bene dicit, Præparticipibus tuis; seu præ consortibus tuis, hoc est, ante omnes qui de tuo Spiritu ac donis participarunt. Nam alij omnes longè post eum, & ex eo, eiusque plenitudine & exundantia acceperunt, ut ait Præcursor magnus Ioannes baptista.

Christus uocatur Deus.

104. 1.

Et tu in principio Domine terram fundasti; Hæc uerba ad CHRISTVM pertinent, & de CHRISTO dici tradit Apostolus. Quo in loco illa coniunctio; Et; est nota consequentiæ, & accipitur pro; Quia; ut sit sensus, Merito tu unctus es, & super omnia constitutus: quia tu ab initio Dominus terram fundasti. Et proprie dictum est; fundasti terram; uidelicet ut staret, & non inclinaretur in sæculum, sed super eam cætera stabilirentur. Et hoc in principio factum dicit, uidelicet in principio temporis, quando fuit lux: tunc omnia elementa facta sunt ex illa prima inuisa materia.

Hec explicat fustus Autor in com. Gen.

Et opera manuum tuarum sunt cœli; Per manus Dei, potentia ipsius quæ ad praxim redacta est, significatur. In manibus enim refidet artis executionio, quæ sunt propria operationum instrumenta. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes uestrimentum ueterascent. Quomodo peribunt cœli? Dicunt plerique quantum ad motum localem,



De dissolutio-  
ne cœlorū, &  
terræ cōbustio-  
ne.

Apoc. 2.

Isa. 65.  
Matth. 24.

Quis cœlorū  
us post iudi-  
cium.

Privilegiū car-  
nis Christi, &  
Matris.

At hoc non est perire, neque ueterascere, quod ad interitum tendit, ut ait Apostolus inferius: Quod ueterascit, prope interitum est. Præterea B. Petrus epi. ij. c. iij. de cœlis hoc testimonium reliquit: Adueniet dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transierunt: elementa uero calore soluentur. Terra autem, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus, accelerantes aduentum diei Domini, per quem cœli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: Nouos uero cœlos, & nouam terram iuxta promissum ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Ad hæc, Dilectus in Apoc. Vidi nouum cœlum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit. Et Isaias: Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam. Et ipsemet Dominus noster. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Ex his ergo scripturarum testimonijs, nisi prorsus uelimus uerbis uim afferre, cogimur fateri futuram uerè aliquam magnam cœlorum alterationem per ignem, & non tantum solam motus cessationem: per quā alterationem noui quodammodo fundentur cœli, & longè stent pulchriores, quàm nunc existant. Quod si roges: In quem tandè usum? Hoc certè diuturniore eget inquisitione, aut uerius specialiter reuelatione. Nisi uerò pie dicere uelimus, futuros esse quosdam homines super hanc nouam & amoenissimam terram, quæ nec cœlo, nec inferno digni inueniuntur: quemadmodum quidam non absque magnis rationibus tradunt, & ego quidem recepi, & credo non inuitus.

Et uelut amicum mutabis eos (seu circumuolues) & mutabuntur: Non potest hoc de solo motu locali intelligi. Non enim uerè mutari, nec alia fieri ulla res dicitur, ea solummodo ratione quod cesset à motu. Græcè ἐπιπέσει, id est, uolues.

Tu autem idem ipse es: CHRISTVS post uitæ mortalis cursum iam idè manet, & omninò manebit, non amplius passurus ullam corruptionem, aut mutationem. Unde & sequitur: Et amici tui non deficient: Per annos istos metaphoricè perpetua eius duratio intelligitur. Et de illo loquitur secundum eam partem qua homo erat: quia etiam sic non amplius subiectus est morti uel ulli mutationi, sed in sua carne immortaliter iudicaturus omnia, qui perfectè fuit sanctificatus à Patre, ut perpetuò esset gloriosus. Quāquā & ab initio caro illa corruptioni obnoxia & mortalitati, speciali privilegio sic sustentata est, ut nullam uideret corruptionem. Intelligo autem cū illius carne etiam illā Benedictæ MATRIS carnem: Ipsi enim erant una caro. Nimis quippe duri sunt & increduli, quicūq; de Matris Dei pfecta glorificatione adhuc dubitant, post testimonia tanta, & tot doctorum, & communem sanctæ ecclesiæ sensum, ac spiritū piorum.

Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis &c. Non ergo sedent Angeli à dextris Domini in potestate super oia, sicut CHRIS-

TVS, cui datū est regimen totius ecclesiæ sanctæ. Neque enim sancti Angeli dominantur ecclesiæ, sed ministrant ad nutum ipsius Domini nostri. Hæc autem sessio erit usq; ad tēpus postremi iudicij, quando restituet IESVS regnum Deo Patri, ut aliàs testatur Apostolus, & iā ex parte diximus. Obijciat forte aliquis & dicet, alios quoq; homines eandem dignitatem & potestatem habituros. Nam B. Paulus ait. Et conresuscitauit nos, & cōsedere fecit in cœlestibus. Eph. 2.

Verū facilis est obiectionis huius dilutio. Alter est enim CHRISTI gradus, alter ceterorū: quos ut manifestissime Apostolus ostēderet, in illa ad Ephes. epistola in hunc modum scripsit. Non cesso gratias agens pro uobis, memoriā uestri faciens in orationibus meis, ut Deus (domini nostri IESVS CHRISTI Pater) gloriæ det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos mentis uestræ, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Vide reliqua usq; ad finem primi capituli, ubi multas modis animaduertere potes eminentiam IESVS per fortissimā Dei operationem, qui suscitauit eum à mortuis, & gloriosum constituit & potentem supra omnē principatum, & potestatem, & dominationem. Ecce igitur quot nomenclaturis (ut ita dicam) extollit eum, ut agnoscamus quæcūq; talia dicunt de alijs, nō cū ea eminentia debere intelligi. Sumus quidem filij Dei, sumus Dñj, dicimur lux, & huiusmodi multa; sed lōgo post illum interuallo. Hęc singulariter, & eminenter, & principaliter de illo dicuntur: de nobis autem gradatim & posterius, & participatione propter illum. Quamobrem neq; Angelorum est hæc dignitas interim, ut subijciantur eis inimici eorum Diabolus, mūdus, peccatum, mors, sed soli CHRISTO. Unde subdit de ipsis Angelis.

Nonne omnes sunt administratorij Spiritus &c. Ecce quomodo Angeli nihil habent in nos potestatis & dignitatis, nisi ut ministrent nobis, id est, ijs quibus salus est disposita in hæreditatem. Porro aduertendum, non deesse qui per hos uolunt tantum prædestinatos esse intelligendos, ut propter illos solos administrarent. Nos autem & de alijs quoq; præter prædestinatos, dicimus obuenire omnibus posse hæreditatem. Ministri nāq; salutis sunt facti Angeli propter omnes, etiam eos qui re ipsa non capiunt: modo ad hoc ordinati fuerunt, & propria culpa nō exciderint. Omnes enim ordinati sunt in CHRISTO, nisi nouo peccato mereantur ab eius prouidentia subtrahi. Et propterea B. Thomas rectè, & communis schola, & antiqua Patrū traditio docet, unicuiq; hominum datum esse Angelum custodem, qui adiuuet ad æternam salutem.

Illud nunc in quæstionē uenit: Quomodo dicat omnes spiritus missos, cum de solis quinque ordinibus inferioribus mittantur, ut quidā uolunt. At ea consideratione dñr omnes mitti, quoniam qui adueniunt, ab alijs superioribus mittuntur

mittuntur, ut de illo Seraphim ad Isaiam missum habemus, ex B. Dionysio.

Nec tamen est inconueniens, si illi summi Angeli in summis diuinarum operationum tractatibus etiam ipsimet proprii mittantur, ut (quod fœlix faustumq; mihi obsecro sit) de Gabriele, quem inficiari unum de summis nefas esse arbitror, qui uenit in propria persona ad annuntian dum summum euangelium immaculatæ VIRGINIS: quo mysterio nullum maius potuit excogitari, ut uel illius annunciandi celsitudo potuerit à maximis Angelorum desiderari, & (si fieri posset) etiam ambitiosè, & inuidia quadam sancta æmulari atq; sollicitari.

Non possum igitur in eorum cōuenire sententiam, qui Angelum Gabrielē in secundo ordine tertiæ hierarchiæ collocant. Idē & de Michaelē censendum, quem omninò primum omnium Angelorum natura, & gratia existimo. Sic enim ab ecclesia ferè expressim in cultu ipso diuino traditur. Inuocatur enim primus post Beatissimam VIRGINEM in litanijs. Secundus uerò ipse Gabriel, post quem sequitur Raphael. Hos autem tres esse opinor primarios principes ante omnes Angelos, postquam nobis colendos nominatim tradidit ecclesia, quæ in huiusmodi à Spiritu sancto nullo prorsus errore dirigitur. Et reuera nullo pacto est rationi consentaneum, si essent alij superiores, quin Deus non reuelasset, ut ipsi prius nominatim colerentur: præsertim postquam reuelauit Filium suum. Imò & credo istos Angelos Michael, Gabriel, Raphael, tres esse de illis septem, quos B. Ioannes in sua Apoc. septem Spiritus uocat, & præcipuos testatur, utpotè qui propius assistant in circuitu throni Dei. Certè Raphael dixit Thobiaz. Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum. Et Beatissimus Gabriel: Ego, inquit, sum Gabriel, qui asto ante Deum, peculiarem quandam proculdubio assistentiā in inuēs: alioqui nihil dixisset. Sed Raphaelis uerba clara sunt. Unde interpretes demiror, qui extraneè exponunt, & literam gratis destruunt.

## CAP. II.



ROPTEREA ABUNDANTIUS oportet obseruare nos ea quæ audiimus: ne forte perfluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accipit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portētis, & uariis uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundū suam uoluntatem. Nō enim Angelis subie-

cit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens: Quid est homo quod memores eius: aut filius hominis, quoniā uisitas eum? Minuisti eū paulominus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum semper opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei.



ROPTEREA ABUNDANTIUS oportet obseruare nos ea quæ audiimus. B. Paulus cum eminentiam testamenti noui & sancti ex industria declarauerit ab eius autore CHRISTO, quem cœpit conferre cum Angelis, & ostendere longè esse præstantiorem: nunc explicat finem ipsum ad quem intendebat. Voluit enim Hebræos ita erudire, ut longè magis etiā attendere deberent ad hoc testamentum, propter ipsius autoris excellētiā, & eius obseruare uerba & præcepta, quàm sermonem Angelorum, per quos data fuit lex in manu mediatoris Moyses. Qua in re si aliter facerent, subindicare eis magnum periculum studuit, addens: Ne forte perfluamus; aut perfluamus, id est, ne ueluti aqua dilabamur non manentes in CHRISTO solidi. Et in hunc modū à maiori ad minus argumentatur.

Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus; quoniam Dominus Deus nihil eius legis prætermisit absq; implemento ueritatis abire, siue illud spectaret ad promissiones, siue comminationes contineret: ita quod omnis præuaricatio accipit iustam mercedis retributionem &c. Vide quomodo nunc confert præuaricationem cum præuaricatione, non solum respectu autoris promissionū, uerū etiam respectu ipsarummet promissionum. Nam in ueteri testamento fuit promissio terræ illius: quam promissionem qui spreuerunt per incredulitatem, meritò illam amiserunt. Ob id enim sic exacerbatus est Dominus ut non sit eis relictus pœnitentiæ locus: quæ latè patet Nume. xij. & xiiij. Nam quicūq; murmuratione, & noluerunt ascendere in terram illā, mortui sunt & prostrati in deserto, nec introierunt: imò ducti pœnitentiā, & uolentes postmodo ascendere, ne ascēderent sunt prohibiti. Cū ergo in nouo testamento contineatur regni cœlorum promissio, æterna salus, & uita fœlicissima, nōne multò magis merentur qui illam spernunt, ut & ipsi amittant, & spernantur, & rideantur, & sublannentur? Id proculdubio est æquissimum. Ideo ait. Quomodo effugiemus, si nos tantam neglexerimus, & tanto pretio sanguinis IESVS nobis comparatam & oblatam salutem? At ne aliqui dicere possent: Nos minime audiimus prædicationem Domini ad huius salutis beneficium participandum nos uocantis, Apostolus respondens occurrit.

Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum etc. id est, cum non ab Angelis inchoata sit enarrari ista salus, sed à Domino, cuius ore confirmata est, & postmodò ab eis qui loquentem illum audierunt tradita, & communicata nobis.

Quòd si fortè obijcias: At unde mihi constare istud potest, illos ex ore Domini enarrauissè? Respondet inde certissime sciri posse: quoniam Dominus Deus contestatus est eorum sermone, signis, & portentis: ita ut rectè possimus & uerè dicere etiam nos audisse eundem loquentem, qui uerbis & doctrinæ Apostolicæ testimonium de cælo dabat. Quo in loco aduerte: Si uetus testamentum ministratum est in signis per Moysen, multò magis decuisse ministrari testamentum nouum in omni uirtutù & signorum ostensione. Nam ipse Dominus ea se fecisse, quæ antea nemo alius unquam fecit, testatus est. Et de Apostolis quid putandum est, cum dixerit illis Dominus: Amèn amen dico uobis, qui credit in me, quæ ego facio & ipse faciet, & maiora his faciet. In actis Apostolorum uaria signa, & portenta narrantur, quæ Apostoli & alij faciebant, unde sermo eorum confirmabatur.

Porro dubium hîc oritur, Quonam pacto B. Paulus se inter eos ponere uoluerit qui non à Domino euangelium acceperint, sed ab ijs qui audierunt ab eo: cum tamè ipse in principio epistolæ ad Gal. tanto spiritu dicat se neq; ab homine, neq; per hominè didicisse, sed per IESVM CHRISTVM &c. Caietanus ista coniectura, imò argumento super omnem coniecturam (ut ipse ait) adductus est, ut hanc epistolam indubiè credere non fuisse à B. Paulo scriptam. Ad hoc autem respondet Theophylactus, B. Paulum humilitatis gratia sic loquutum, qui seipsum quodam modo cum alijs de uulgo admiscere non dedignatur, cum non esset hic locus de se ipso enarrandi, ad Hebræos præsertim scribens, ne excitaret quorundam aduersum se inuidiam. Neq; hæc sic dicuntur mendaciter: quoniam charitas facit omnia communia. Licet ita absque scrupulo dici possit, appositius tamen, & iuxta B. Pauli uerba congruentius dici arbitror, non eam esse Apostoli hoc in loco mentem, ut significare uoluerit se esse edoctum ab ijs qui à Domino audierunt (hoc enim fuisset falsum) sed ait in se confirmatam fuisse salutem per eos qui audierunt: quod uerum fuit. In primis enim ut confirmationem suæ salutis acciperet, ad Ananiam ire iussus est, unum ex discipulis Domini: quem ipse Dominus de Paulo admonuerat, & ab eo audiuit quid uellet Dominus, & ab eo baptismum simul recepit & uisum, ut B. Lucas testatur. Ecce signa & portenta. Quaquàm non omnia, sed ex innumerabilibus pauca enarrat nobis scriptura: quæ tamen abundè sunt satis, ut locum uero prudenti faciant ad coniectanda alia longè maiora & excellentiora.

Non enim Angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Apostolus probans CHRISTI excellentiam præ Angelis (quoniam Ange-

lis non subiecit orbem terræ futurum) dicit orbem terræ futurum respectu prioris orbis terræ: non quasi in substantia sint plures mudi, & orbis terræ, ut fatui quidam suspicati sunt, sed respectu conditionis. Nam prior mundus, seu prior orbis, intelligitur respectu primi pacti uiolati, cuius mundi princeps inueniebatur Diabolus. Futurus autem mundus intelligitur posterior, qui restitutus est in gratiam, ereptus de manu Diaboli, & conciliatus Deo quantum fuit in CHRISTO, cuius orbis pater dicitur ipse CHRISTVS. Nam & Isaias uocat illum patrem futuri sæculi, & pacis principem. Hic orbis terræ traditus est CHRISTO & subiectus, ut quem redemit de manu Diaboli, & lucratus est. Et primò quidem traditus illi fuit, ut redimeret. Hoc ipse met antequàm pateretur testatus est, dicens: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et: Nemo nouit Filium, nisi Pater: neq; Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Venite ad me, omnes qui laboratis, &c.

Ecce quomodo omnia illi tunc erant tradita, uidelicet ad redimendum ac saluandum. At postmodò ubi iam ea redemit, data sunt illi omnia ut hæreditaret. Quam ob causam dictum est illi: Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam. Et ipsemet post resurrectionem ait: Data est mihi omnis potestas & in cælo, & in terra. Itaq; alius orbis meritò is dicitur, qui aliū Patrem & alium Dominum habet. Primi orbis pater erat primus Adam: secundi secundus Adam CHRISTVS. Primi orbis princeps Diabolus, qui primum patrem superauit. Secundi orbis princeps Dominus CHRISTVS, qui Diabolū uictoria insigni uicit, & ab eo prædam eripuit. Vnde & ipsemet testatus est: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcitur foras, ab illo scilicet sortiore q̄ superuenit, & eripuit uniuersa arma eius in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuit. Et istud est quod superius dixit, fuisse illum hæredem uniuersorum constitutum. Quare opportunè subdit: De quo loquimur. Nam de hoc orbe est sermo, cuius & Dominus & Pater factus est CHRISTVS Redemptor omnium ac Saluator. Aliud quoque scripturæ profert testimonium aiens.

Testatus est autem quodam in loco quis, dicens: Cōfirmat autoritate ipsius scripturæ quæ de orbe futuro dixerat, qui Filio subiectus est: unde ait: Testatus est autem quodam in loco quis; Mirum uidetur cur nominatim non citauerit librum Psalmodum, sed indefinitè dicit: quodam in loco; Nec itè nominauerit autorē psalmi, sed ait, quis; seu quidam. Nonnulli ea ratione factum existimant, quoniam loquebatur cum doctis, quibus peruia sunt scripturarum loca, potissimum psalmodum, qui omnium ferme teruntur manibus.

Alij autem dicunt, ut ostenderet nihil referre in scriptura quis, aut qualis sit scriptor, cū primarius scripturæ autor sit Spiritus sanctus. Hanc rationem affert D. Gregorius, & rectè, de libro Iob; quicquid dixerit Caietanus, qui aliter circa

Ioh. 1. 5.

Ibid. 14.

Caietanus.

Theophylactus.

Act. 9.

De futuro orbe.

Isa. 9.

Luc. 10.

Matth. 23.

Ioh. 11.

Luc. 11.

Locus psalmi difficilis.

D. Gregorius.

circa præsentem epistolam docuit, inferens consequi, si nesciatur esse B. Pauli, eam non esse canonicam. Cuius errorè cū plerisq; alijs nos alibi (ut illa nimia audacia merebatur) confutauimus. Sed ad rem nostram.

Fortè igitur nec autorem, nec locum scripturæ quem citat, & unde testimonium sumit uoluit nominare Apostolus, ut excusationem mihi ac mei similibus in hoc compararet, qui magis rem & sententias, quàm loca ipsa, & authoritatem expressa nomina plerunq; solemus attendere. Alius quidam exponit, B. Paulum ita loquutum, ut innueret Angelum ipsi Dauidi reuelantem: quia Dauid ex reuelatione loquebatur: ac si dixerit. Quidam Angelus dixit, illud scilicet quod Dauid ab Angelo reuelatum expressit: qui sensus nequaquam displicet. Quicquid tandem sit, locus est psalmo notus est, & psalmus est Dauid. Nam CHRISTVS ex eodem psalmo illud adduxit: Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem, citans Dauid. Sed longè præstat locum ipsum intelligere & sensum Spiritus, quàm his questuiculis implicari. Ait ergo Psaltes egregius.

Quid est homo quòd memor es eius? Digna sanè de ipso homine admiratio, cum sit inter spirituales creaturas, quatenus mente pollet, in ultimo gradu. Quatenus autem caro, nihil est aliud quàm belua: & eò etiam deterior, quòd caro naturaliter superiorem partem ad se inclinat. Vnde pronus redditur homo ad malum ab adolescentia sua. Nam scienti bonum subito illis exoritur: & quod non uult, cogitur operari malum, utpote cui in tali statu caro dominatur. Qui si ignoret bonum, & ipsa lux tenebræ sint, in ipsum profectò malum præcipitanter fertur. Cum ergo sit homo talis natura, idq; sua propria culpa & delicto, non uidebatur diuinæ Maiestatis esse, ut aliquam Deum curam atq; sollicitudinem ulterius de illo susciperet, nec amplius post delictū illud & summam ingratitude recordaretur eius, cum multo tempore uideretur traditus obliuioni. At cum misit Filium suū, tunc uerè recordatus est, ut ait Zacharias: Et memorari testamenti sui sancti. Et Beatissima VIRGO: Recordatus misericordiæ suæ. Et apud Isaiam: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misceatur filio uterisui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Id ergo cū in spiritu cerneret propheta, admiratur & ait:

Quid est homo quòd memor es eius? Et addit: Et Filius hominis, quoniam reputas eum? Hunc hominis filium uocat IESVM. Vbi uidetur esse admiratio de CHRISTO, qui sic esset Filius Dei dilectus. Dicunt ergo aliqui, fuisse in hoc admirationem quomoddò Filius hominis ita esset uisus à Deo, ut fieret Filius Dei & Deus, per beneficium incarnationis. Sed hoc non placet: quandoquidem per Filium hominis intelligitur ipse CHRISTVS, & sic iam Deus incarnatus. Quare super eum non cadit hæc uisitatio per incarnationem, quæ in ipso iam præsupponitur. Melius est ergo ut intelligatur de uisitatione, qua

ipse induiguit, scilicet ut uisitaretur à Deo in miseris & necessitatibus, & eriperetur tandem à morte. Quamobrem non in hoc erat admiratio, uidelicet ut postquàm talis esset, uisitaretur à Deo: sed in hoc quòd talis existens, eò redactus esset, ut indigeret huiusmodi uisitatione. Nam CHRISTVS ita debuit esse à principio, ut non opus esset ei uisitari. Filius autem hominis singulariter esse dicitur, non (ut putauit quidam) quoniam natus erat ex sola Matre, non habens Patrem, & sic ex homine, non ex hominibus: ad differentiã eorum qui in scripturis dicuntur filij hominum. Nam & alij in scripturis, iuxta hebræam ueritatem, dicuntur filij hominis, & non hominum. Siquidem; Filij Adam; singulari numero, non plurali in hebræis codicibus legitur. Nec perperam interpretatum est; Filij hominum; quia in Adam mas & femina intelligitur. Præterea, CHRISTVS filius τὸν ἀνθρώπου, legit in græcis; quod significat hominem marem (ut articulus perspicue indicat) non feminam. Dico igitur potius in eum sensum esse intelligendum, ut quemadmodum CHRISTVS est filius Dei modo quodam singulari, non aliorum communi: & ideo singulariter filius Dei uocatur, ut singularis indicetur filiatio: alij autem plurali numero filij Dei, ut communis generatio significetur: Sic, inquam, & ipse singulariter Filius hominis uocatur, ut cogitetur singularis modus filiationis. Non enim ex uisemine conceptus fuit, sed de Spiritu sancto. Neq; carnem accepit peccati, sed similem carni peccati innocentissimam, & idoneam ad expiandum peccatum. Prosequitur ergo tanquàm huic respondens admirationi Apostolus.

Minuisti eum paulominus ab Angelis. Hic primum queri solet. Quonam modo CHRISTVS paulominus est ab ipsis Angelis imminutus? Si respondeamus, natura: quoniam secundum naturam humanam paulò inferior est Angelis, cum natura humana sit contigua superiori naturæ, quæ est Angelica. Contra hanc intelligentiam occurrunt duo: Primum est, Non uideri ob istam causam proprie dici de CHRISTO esse illum ab Angelis imminutum. Non enim imminutus, seu minoratus quis uerè dici ideò debet, quia eius conditio minor sit quàm altera natura: sed tum demū, si ab eius natura, & cōditione aliquid sit subtractum. Aliud quod occurrit, istud est: Licet hoc concedamus, intellectum humanum paululum à natura cœterorum intellectuum spiritualium declinare, quid sentiendum secundum carnis passionem? Etenim non solum parum, sed ualdè multum declinat homo à conditione Angelorum. Homo autem non est solum intellectus: siue anima intellectiua, sed etiam caro. Vnde & caro dicitur, & dicimus: VERBUM caro factum est. Ergo secundum hanc partem, quam potissimum uenire in considerationem oportuit, cum mirum in modū attrahat ad se animam indignis rebus ob plurimas ipsius carnis necessitates mancipandam, non modico minor Angelis dici potest homo, sed admodum minor.

Quo filius hominis dicatur Christus.

Difficilis locus exponitur.

Mitto

Mitto non esse apud scripturas usitatum, neque secundum sapientiam Spiritus, ut doceant nos naturales rerum condiciones, quænam scilicet maior sit, quæ minor: quin potius dignitates personales. Quamobrem hæc expositio mihi iam quadrare nullo pacto potest.

Sunt pleræque aliorum diuersæ expositiones, qui aliter & uariè hunc locum interpretantur. Ego uerò in qua nunc intelligentia magis conuiescam, breuiter absoluiam. Puto enim proprie CHRISTVM minoratum, seu minutum dici ab Angelis respectu suæ dignitatis, à qua minoratus fuit. Dignitatis dico, quæ illi debebatur cum esset filius Dei. Cuius rei gratia debuit gloria & omni honore statim à principio coronari. Verum cum opus redemptionis nostræ necessario efflagitaret, ut ad modicum differretur debita illi hæc gloria sua, interim minoratus, siue imminutus, & exinanitus inuentus est, utpote accepta serui forma, qui in decretis diuinis futurus erat in forma Dei speciosus, sicut Unigenitus summi Patris. Itaque dispensatione quadam hoc illi accidit, ut sic minoratus existeret: sed istud quidem ad modicum (uidelicet) tempus. Et hoc non obscure dicitur græca lectione, *βραχυτί*, idest, quiddam modicum: quod cum & ad tempus ipsum referri possit (ut eruditi, qui græcam linguam norunt, non ignorant) nos etiam ad tempus libenter referimus: & omnia planè & citra ullum scrupulum incedunt. Nam si illud, in quo fuit minor Angelis, consideretur: id certè magnū, non paruum fuit. Attamen ipsum integrum malum, habita temporis modici & breuis ratione quo durauit, parum fuisse censerè potest.

Est autem alia lectio, quæ habet; *Paulominus à Deo*; quoniam; Elohim; Deum significat. Quæ de re multæ & acres concitatae sunt turbæ, & rumores. Exclamauit enim ualde ob istam causam Iacobus Faber, contendens mala consuetudine in templis fieri, quæ aliâ lectionem obseruant, uidelicet; Minoratū ab Angelis, & non potius à Deo. Contra hunc Erasmus multis agit. Caietanus Fabro potius adheret, postquam B. Hieronymus in eum modum uertisse legitur, uidelicet à Deo, non ab Angelis. Nos uerò ut nec hanc lectionem abijcimus: ita nec priorem, quæ B. Lucæ autoritate fulcitur, ducimus prætermittendam, qui sermè ab omnibus hanc epistolam in Græcū sermonem uertisse creditur. Et; Elohim; uox hebræa sæpe Angelos, & eximias quasdam personas significat. Non tamen rem absouam, & hæreticam sequimur, quam commentus est Caietanus, uidelicet CHRISTVM idè esse imminutum à Deo, quia fuerit Deus personaliter, non natura, siue essentialiter. Hanc positionem ut excrandam merito reijcimus. Quomodo enim qui Deus est personaliter, non sit natura, siue essentialiter Deus? Et quomodo qui minor est Deo, potest dici paulò minus minoratus ab illo, cum quodcūque sit minus Deo, in immensum sit illo minus? Noua hæc sunt, prophana, & uel primo auditu absurda.

Quo Christus minoratus ab Angelis.

Iacobus Faber.

Erasmus. Caietanus.

Caietani grauis error.

Dicimus ergo CHRISTVM à Deo, id est, à diuina, & sua conditione minoratum secundum naturam humanam paruo tempore, idest, eo tempore quo mansit in terris absque gloria sua, ut perficeret redemptionem nostram. Nam dum esset mortalis, & corruptibilis, & patiens infirmitates hominum, diuinitati suæ atque maiestati incongruas atque indecentes, uidebatur à sua Deitate minoratus: sed ad modicum, quia pro modico tempore. Hunc sensum nobis & aperit, & probat scriptura apud Isaiam cap. 54. ubi legimus: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dicit Dominus Redemptor tuus. Et quamquam de membris ibi loqui prophetā obijcere ualeas, sitamen idem de ipso Capite intelligamus, quod ad modicum derelictum est spinosum, nihil repugnabit. Imò nos ad ipsum Caput conformati in hoc ipso sumus. Nam paulopost uera sunt facta de CHRISTO ea quæ subsequuntur.

Gloria & honore coronasti eum. Hæc, inquam, uera post resurrectionem facta sunt: quo tempore coronatus est gloria. Intrauit enim in gloriam suam dotes corporis recipiens. Tunc honorem uerum & perfectum accepit ab Angelis, super quos exaltatus, ab eisdem adoratus est, sicut præscriptum erat: Adoret eum omnes Angeli Dei. Tunc & constitutus est super omnia, & tanquam Domino subiecta sunt ei omnia, qui accepit quodammodo diuinitatem suam, ea omnia recipiens quæ diuinitati conueniebant. Hoc autem erat tandem (ut sæpius dicendum est) gloria corporis, sine qua uidebatur non Deus, sed quasi unus ex nobis. Item accepit potestatem omnium, quos sibi propterea meruit habere subditos: quoniam ipse cum esset natura super omnes, semetipsum subiecit omnibus. Pari similitudine diceremus illum non esse Regem, qui uestibus non indueretur regalibus: nec uteretur regia potestate ut præficeret, quin potius subderetur, uidelicet mundi regimini, & carnis miseris, & Diaboli tentationibus, & mortis stimulis & imperio. Atqui omnia hæc longissimè abesse debebant ab eo decore & splendore, qui tantæ (quanta est diuina) conueniebat maiestati. Nam regia dignitas sic imminuitur.

In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. His uerbis B. Paulus Apostolus doctor noster probare uoluit, ipsos Angelos CHRISTI imperio ac ditioni fuisse subiectos, cum dicat nihil dimissum non ei subiectum. Ad Corinth. autem hoc declarans ait. Cū autem dicat: Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Nam Pater non subiecit semetipsum illi. Hoc enim nimis est absouum uel audire. Nunc autem necdum uideamus omnia subiecta ei. Verè subiiciuntur ei celestia, & inferna. Coelestia enim & inferna parè adnatum & tremunt: aliter tamen longè atque aliter illa quàm amore & reuerentia: hæc uerò cum horrore

Isaia pulchrum oraculum.

Psal. 96.

1. Cor. 15.

Quid iam Christo, & quid non dū subiectum.

horrore, & infania. Sed restare adhuc uideatur aliquid nondum plene ei subiectum, homo uidelicet terrestris, qui non seruat eius mandata, & ramen uiuit, & prosperatur in uia sua faciens iniquitates. At talis non euadet tandem quin sit daturus illi suo tempore pœnas, quem sic oportet regere suauiter ecclesiam & sapienter. Nondum enim adest tempus, quo sunt auferenda zizania: ne forte, ut ipsemet præmonuit, eradicetur simul & triticum. Adiuuat enim plerumque malorum hominum improbitas uiros bonos ad perfectionem, qui tanquam aurum per ignem examinatur atque probantur. Nondum in super (cum minime in filiis præuaricatoris fieri conueniret) eradicatum est prorsus in nobis peccatum, idest, concupiscentia illa ad malum alliciens. Nec item adhuc ei subiecta est mors ipsa, quæ uidetur assidue potestatem suam in nos exercere. Sed ueniet tempus, quum uidebimus hæc omnia subijci ei, quādo curuabitur ante illum omne genu. Ut autem intelligamus hæc fore quæ non uidemus, arguit per ea quæ perfecta esse & impleta uidemus. Vnde sequitur.

Matth. 23.

Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est, uidemus IESVM propter passionem mortis gloria & honore coronatum: ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest, Diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Nusquam enim Angelos apprehendit: sed semem Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus simulari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.

Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est etc. Hoc igitur est quod uidemus, IESVM, idest, Saluatorem illum uerum qui salutem mundo attulit, qui quæ minoratus fuit paululum ab Angelis propter passionem mortis acerbissimæ decoratū omni gloria. Propterea enim in hanc horam uenit ut pateretur: & ob eam cau-

sam minoratus est (*βραχυτί*) ab eis, ut pauloante explicauimus. Nam passio illius cum ipso uirtute incepit exordio: sicuti & nobis quoque accidit, qui ubi primū nascimur, statim mori incipimus. Videmus, inquam, eum IESVM gloria & honore coronatum. Istud enim in sua resurrectione apparuit, qua resurrexit gloriosus, non omnino ulterius moriturus: quem uiderunt Apostoli, & multi Discipulorum & fratrum. Visus est enim plusquam quingentis fratribus simul (ut alibi B. Paulus testatur) quem & ipse quoque postmodo uidit. Sed toti mūdo postea apparuit in prodigijs, portentis, & signis, & (ut hic dicitur) uarijs Spiritus sancti distributionibus.

1. Cor. 15.

Possumus & aliter interpretari, & sic textum aptare ut istud; propter passionem mortis; cum sequentibus in hunc sensum coniungatur, fuisse illum scilicet propter passionem mortis honore coronatum & gloria: quoniam per hoc quod est passus IESVS, idest, Saluator & Redemptor noster, illa honoris & gloriæ corona donatus est. Quapropter merito de hoc uno dicitur, datum illi esse nomen quod est super omne nomen, in quo omne genu flecti oporteat. Et ob eam causam fortissimo Spiritus sancti decreto fuit in cruce superscriptum, nec postulantibus tamè inuidis & urgentibus, circumscriptionem: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM: quo tempore maximè ei conuenit. Aduerte autem: Licet de CHRISTO homine dicatur propter communicationem idiomatum, idest, proprietatem ratione unitatis personæ, esse per ipsum facta omnia, hoc tamen secundum diuinam naturam intelligendum, non modo ullo secundum humanam, cum non esset ille homo tunc, qui quantumuis fuisset, quatenus sic, non fuisset Creator. At in ipsius mundi instauratione hoc illi conuenit etiam secundum humanam naturam, ut dicatur Pater per ipsum Redemptor, imò & ipse Saluator, atque Redemptor per seipsum, qui sanguinem proprium fundendum dedit, & carnem in mortem pro mundi uita. Quæ in re acquisiuit sibi gloriam & honorem, quem aliter non habuisset quatenus homo, nisi passus fuisset, cum minime fuisset Redemptor. Quo factum est ut duplici iure habeat subditos. Primo quatenus est Deus: quia creator, & glorificator. Tum quatenus homo: quia mediator, instaurator, & acquiritor nostri, tanquam strenuus pugator in bello, uictor, & magnificus triumphator. Rectè itaque adijcitur causa, quamobrem fuerit ab ipsis Angelis pro modico tempore minoratus, nimirum ista sublequens.

Ut gratia Dei pro omnibus: siue pro Vniuerso, ut Græca uox indicat; gustaret mortem; Et hic accipe, Vniuersi appellatione, uisibilem hunc mundum, qui est homo: cuius gratia cætera omnia facta sunt. Ut ergo gustaret mortem pro nobis, sic minoratus est, idque gratia Dei, uel quia Deus non necessario, sed gratioso illud ita ordinauit, scilicet in gratiam nostri. Imò & in gratiam Filij sui, cui cessit in maximam gloriam, ut quæ suo iure possidet



possidet, adhuc ampliori iure eadem possideat. Et nihilotsecius totum pertinet ad Patris gloria, qui sic ordinavit cum Filio & Spiritu sancto. Veldicamus illum Dei gratia mortem gustasse: quoniam ipse Dominus qui gustavit mortē, Dei gratia principaliter gustavit, & fecit. Hoc enim sponte elegit, primū quidem ut obediret Patri: deinde ut illo pacto sibi gloriam suo conspectu & victoria acquireret saluādo nos: in quo fuit excel lens gloria & honor, quem ad alium neminem peruenire uoluit. Honorem meum (inquit) nemi ni dabo. Et Isaias in persona Domini rogatus. Quem mittam: respondit: Ecce ego, mitte me. Sic ergo Dominus gratia & feruenti charitate plenus, libentissimē suscepit hoc paternum man datum. Et quomodo coarctabatur donec perficeret illud? Diligenter autem hīc considera, quomodo CHRISTVS non gustavit mortem pro quibusdam certis tantummodo, sed pro uni uerso. Et prosequitur Apostolus, ut hac in re de centiam manifestaret.

Isaias 42.  
Ibid. 6.

Luc. 12.

Decebat enim eum propter quem omnia &c. Græ cē legitur; consummare; non; consummari: quanquā & aliter lectum fuerit antiquitus. Testantur hoc aliqui Græcorum, qui hunc locum sic citant, inter quos B. Alexander in Arrium, ut habetur in historia tripartita. Sensus ergo iuxta no stram literam est: decebat consummari, idest, perfici mediantibus passionibus; eum; nempe CHRIS TVM, propter quem fecit omnia, & per quem sunt omnia. Ratio ergo huius decentiæ est hæc: quia per illum erant omnia, & propter eum erāt condita: que cum essent perdita, per illum instau rari debuerunt. Qui multos filios in gloriam adduxerat. De ipsis Angelis loqui Apostolum exi stimo, quibus & pactum de CHRISTO causa fuit salutis: sicut proprio tractatu enarraui. Lo cus sanē considerandus omnino, uelut sermo fidelis & omni acceptione dignus. Nondū ergo plena erat ciuitas magna Ierusalem ciuibus suis, cum cecidissent homines in ruina illius primi pa rentis, ut non esset perfectus CHRISTVS om nium caput, non habens perfectionem sui corpo ris, & membrorum: Cecidimus enim (teste Isaiā propheta) ut folia uniuersi.

Locus difficilis

Isa. 64.

Potest tamen intelligi de præ destinatis qui busdam, qui cum CHRISTO, post eum tamen, à Deo Patre electi sunt, quos ipse Filius adduce ret in gloriam. Nam Græcē reuera non legitur adduxerat, tēporis elapsi, sed adduceret. Sic, n. legitur: πολλὰς υἱὸς εἰς δόξαν ἀγαγόντα. Hæc igitur erat decētia. Cum secum quosdam ex præ destinatis deberet adducere, nec posset id agere iustē cum essent peccatores, iccirco oportuit eū, qui esset eorum salutis autor, sic perfici, ut pro il lis qui soluendo nō essent, & tamen erant debito res, ipse q nihil profus debear, & poterat abun dantissime satisfacere, omnia exsolueret: quemad modum & fecit. Nam in hoc consummatio totius iustitiæ consistit. Quæ expositio mirificē quadrat si legatur; consummari; Sin autē legitur; consummare; potest sic defendi lectio, ut quod ait;

Decebat enim; stet absolutē, quasi dicat. Hoc decēti erat, nimirum quod sequitur; Eum propter quem omnia. & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat; eum, inquam, autorem salutis eorum; consummare; idest, perficere (subintellige) hoc ip sum opus, sicut & fecit moriens, & absolutum ef se opus testificans, quū ipse dixit: Consumma tum est. Vel hæc sunt ad Patrem referenda, ad quem spectabat consummare Filium suum. Quæuis harum expositionum uera est, & uix sen su inter se differre uidentur.

Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur ex uno omnes. Explicatur huius decentiæ ratio: quia CHRISTVS sanctificans cum ipsis qui sanctifi cantur arētillimam habet cognationem, quæ cogebat eis esse succurrendum. Omnes quippe tam ille, quā & nos aliq, ex uno prodiuimus, id est, ex Adam. Et licet nullo pacto communica uerit peccato CHRISTVS, communicauit ta men ipsi carni; & idē idoneus fuit minister, qui meritoricē pro nobis pateretur. Nam pati iustē ex peccato proprio nō est meritorium, ut ait B. Petrus. In hoc enim meruit, dum iniustē est pas sus. Potest etiam dici, nos omnes ex uno Deo esse, idest, CHRISTVM sanctificantem, & nos sanctificatos, cum & ipse quoque fuerit à Deo sanctificatus. Nam & in terris positus dice bat se ex Deo esse, & de sursum, & à Patre sancti ficatum. Apostolus uocat eum alibi cœlestē ho minem, tanquā de cœlo uenientem. Nos etiam tales sumus dum sanctificamur: quia desuper na scimur similiter ex Deo per Spiritum sanctum, quemadmodum ipse CHRISTVS Nicodemū docuit. Vnde aliquo modo Deus fit Pater cō munnis, ut fit & CHRISTI, & noster. Ascen do (inquit) ad Patrem meum, & Patrem uestrū: licet longē ille nobis præstet ob gradū sanctifica tiōis excellentissimum, qui tātus est ut ualeat & ipse sanctificare alios. Quapropter aiebat incre pās Iudæos: Si ad quos sermo Dei factus est, Deos dicit scriptura, quē Pater sanctificauit; scilicet sin gulariter per unionis gratiam; et misit in mun dum, ad sanctificandum alios; uos dicitis eū bla sphemare? Possumus (quod & fortius est, ac uerius, & mihi plenius satisfacit) utramque intelligentiam simul copulare, & unam efficere. Ex uno enim primū sumus omnes, uidelicet ex Deo Patre; & adhuc ex homine uno omnes, ni mirum ex Adam patre, ex quo prodiimus eius dem carnis cum CHRISTO, excepto peccato: ut ex ista cognatiōe quoquo uersum accipiatur, rectē sumatur decētia passionis eius propter fra tres suos, quos deserit & perire non decuit.

Non enim confunditur, idest, non eum pudet, aut non erubescit; fratres illos uocare, dicens: Nuntia bo nomen tuum fratribus meis. CHRISTVS loqui tur per Prophetam prædicens quod futurū erat, & nos factum uidemus. Ipse enim illud nomen Dei Patris annunciauit discipulis suis: quos ob eam gratiam fratres uocat, cum ex uno Deo (ut iam explicauimus) & ex uno homine omnes fi mus: ut quos iam fratres secundum carnem ha bebat

1. Pet. 1.

Iodn. 8. et. 10.  
1. Cor. 15.

Iod. 3.

Ibid. 20.

Ibid. 10.

bebat, eosdem similiter secundum spiritum fra tres efficeret, & ita absolutē & perfectē fra tres. Vnde & B. Magdalenæ dixit. Vade dic fra tribus meis. Et illo modo; In medio Ecclesiæ .i. in conspicuis ecclesiæ suæ laudauit Patrem gra tias illi agens, & ita honorem illi tribuens, ut ipse dignus esset in omnibus exaudiri pro hac sua in Patrem reuerentia, seu pietate. Vocat autem ecclesiam, ut illam spiritualem coniu nctionem intelligeremus, de qua alibi: Viri diligi te uxores uestras, sicut & CHRISTVS dilexit ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea. Et paulō post: Sic uiri debent diligere uxores suas, ut sua ipsorum corpora. Qui suam uxorem dili git, seipsum diligit. Tum conclusit: Mysterium hoc magnū est: ego dico in CHRISTVM & in ecclesiam. Sequitur.

Eph. 5.

Et rursum: Ego ero fidens in eum. Ista sunt CHRIS TI uerba, pro nobis apud Patrem interpellan tis, & significantis quanta ageret fiducia in no strum beneficium, minimē metuens pati repul sam, utpote nobis ea ratione consultum uolens, ut suam pariter causam procuraret, cui nō po terat negari quicquā. Etenim tanta eramus cū illo coniunctione colligati, ut dum pro nobis pe teret, tota fide excitaretur tanquā pro seipso: ac si diceret. Mihi hoc præsta, o Pater: quia ego, & illa pro qua rogo ecclesia, unus mecum est spi ritus, & una caro ex ossibus meis, & carne mea. Perpende fiduciam, & agnosce illam qua in ora tione usus est. Pater, inquit, quos dedisti mihi, uo lo ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Volo, in quit. Cuius (rogo) est hæc oratio quæ dicit: Volo; nisi fiducialiter agentis, & ob summam gratiā certō, quod uelit obtinere, ualentis? In hanc ergo fiduciam ipse pro nobis uenit etiam cum inimici essemus. Sciendū tamē, à quibusdā existima tum, hæc uerba fuisse olim per Isaiam pronuncia ta in eo Cant. Confitebor tibi Domine, quoniā iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & con solatus es me. Ecce Deus saluator meus, fiducia liter agam, & non timebo. Si igitur hic locus cie tetur à B. Paulo, uidētur uerba esse CHRISTI, ut exponuntur communiter. Et Theophylactus quidem audacter negat esse alterius uerba, quā ipsius CHRISTI. Et tamen in ipso Cantico quasi alicuius fidelis uerba proferuntur, sicut B. Hieronymus illud enarrans exponit, & benē. Ego uerō puro ab Apostolo hunc locum afferri, quō & hic agnoscat ipsa coniunctio, quæ no bis intercedit cum CHRISTO. Qui enim CHRIS TI sunt, tales maximoperē fidunt in ipso & au dacter, quem ueluti Sponsum recognoscūt quæ cum possint fiducialiter agere, & nulla in re iusta timere. Quid enim negare ualeat dulcissimus Sponsus dilectissimæ suæ sponsæ?

Iod. 2 c.

Eph. 5.

Iod. 17.

Isa. 12.

Theophyla ctus.

B. Hieronymus

Et iterum: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Hæc item sunt uerba CHRISTI, qui se quasi Patrem dicit eorū qui dati sunt illi à Deo, quos faceret saluos. Nam & sponsa illa prima Heua de ipso Adam, ut de quodam Patre, pro cessit. Sic & nos simili forma genuit de costa sua

CHRISTVS. Et bene pueros uocat, idest, filios, & adhuc quasi recens natos. Eodem nomine uo cauit eos post resurrectionem suam, dicens: Pue ri, habetis hīc pulmentum? Oportet enim nos omnes coram Deo fieri noua natiuitate pueros, ut simus ueri Israelitæ sine dolo. Ad quam nouę generationis formam ac puritatem respiciens B. Petrus, hortabatur. Quasi modo geniti infantes lac rationale & sine dolo concupiscite, ut in ip so crescatis in salutem. Ait autem: Quos dedit mihi Deus; Deus Pater dedit quosdam præcipuos CHRITO ut fratres, & amicos peculiare, quibus omnino salutem compararet, & per eos fa ceret saluos alios multos. De ipsis sic electis & ei datis, ipsemet dixit: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: quia ab initio elegisti eos, non quidem de massa perditionis (ut quidam uolūt) sed de mas sa creationis. Cum enim & ipsi quoq; iam perdi ti essent, oportuit eos redimi. Ideo & mihi dedi sti, ut scilicet redimerem & saluarem, docens eos peculiari modo (quemadmodum & feci) qui & sermonem meum seruauerunt. Et inferius: Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis, ut scriptura impleteret. Noluit enim Deus omnes eodem modo per om nipotentiam seruare, sicut eos de quibus ait: Ne mo rapiet eos de manu mea.

Iod. 2 r.

1. Pet. 2.

Iod. 17.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sangui ni. Quid est caro & sanguis, nisi homo corruptus ipse Adam, in quo omnes natura sumus? Huic participarunt pueri CHRISTI, etiam qui præ destinati erant ante mundi constitutionem cum CHRISTO, & in ipso. Ceciderunt enim omnes, & facti sunt caro & sanguis, in peccato commu nicantes, sed ut per IESVM CHRISTVM re surgerent, & eueherentur in cœlum. Ideo subiun xit; Et ipse similiter participauit eisdem; Verē & circumspectē ait; participauit illis; non autem, communicauit carni & sanguini, qui nullo mo do fuit ipse peccator. Non enim carnem peccati accepit, sed solūm pœnas ob peccatum incur sas, & per eum luendas. Quocirca naturam hu manam cum sua corruptione accepit, unā cum miseris ipsam naturam cōsequentibus, sine pec cato tamen, ut dictum est. Sic autem factū oportuit, ob eam rationē quā subdit Apostolus, aiens.

Vt per mortem destrueret illum, qui habebat mor tis imperium, idest, Diabolum. Agnosce diuinum cō filium, & summam Dei atq; benignam prouiden tiam, & quā decenter aptauerit omnia. Diabo lus uicerat hominem, & consequenter princeps eius, quem superauit in campo, factus erat. Vnde factus est etiam omium pœnarum dominus, quæ merito debebantur illi peccato: inter quas erat mors, imō ipsa sola, quam cœteræ pœnæ conse quebantur: si de utraq; morte, sicut oportet in telligi, carnali & spiritali intellexerimus. Itaq; habebat & mortis imperium. Sed uenit CHRIS TVS ut cum Diabolo pugnaret, & uinceret eum: & sic illum, & omne illius imperiū destrue ret. Et considera, quæso, extremam tandem pu gnam

De uistoria Christi aduersus Diabolum.

gnam. Diabolus CHRISTVM ad mortem pellexit, excitans membra sua in illum furiosissimè. CHRISTVS excepit hoc mortis iaculum, & gustavit illud. Quare in Diabolo inuenta est iniquitas, qui uoluit illum tanquam mortis reum morti subijcere (quemadmodum exclamauerunt eius organa: Reus est mortis) At nullam CHRISTVS merebatur mortem, nedum illam ignominiosam. In CHRISTO ergo inuenta est iustitia, qui Deo promptissimè obtemperauit, non declinans hoc inimici iaculum. Quamobrem ad mortem per Diaboli consilium, & ad iniustissimam mortem adactus, dum illam gratanter, & libenter excepit propter gloriam Patris, cui sic honorem suum per inobedientiam à nobis illi sublatū, per obedientiam restitueret, & hoc facto soluens nostrum debitum nos liberaret à Diabolo & morte: meritò ipsum Diabolum, idest, eius dominatum destruxit, eripiens ab eo omne ius mortis & imperium, & in seipsum transferens.

Et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxijerant seruituti. Verò homo moriturus seruus est ipsius mortis, idest, in conditione seruili, quæ timorem parit. Semper enim expauescit ac refugit mortem, ut iniquam dominam: & tamè ab ea flagellatur assidue. Nec potest ullus homo ab hoc seruitio eripi: nec est ullus unquam eripus, nisi per IESVM CHRISTVM ob certam meliorum bonorum expectationem, & fidei scientiam, qua nouit inimicam tandem destructam iri mortem. Et hinc certum licet colligere indicium, homines plus nimio mortem secundum partem superiorem horrentes, nondū eos esse sub CHRISTO, sed adhuc sub Diabolo. Vis igitur mortē non pertimescere: Esto sub CHRISTO, & liberaberis: non quidem ut secundum carnem minime doleas, sed ne metuas secundum spiritū. Eris autem sub CHRISTO, si manseris in eo. Manebis uerò, si quæ ille mandauit, implorato eius auxilio perfeceris. Sed quotusquisq; inueniri poterit qui hæc audiat: Numerosiores etenim sunt, qui amore sæculi huius implicantur.

Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Audi primū quid dicat, deinde ad quid dixerit. Dicit ergo: Ipse CHRISTVS, diuinum Verbum, secunda illa Persona; nusquam; idest, in nullo scripturarū loco; apprehendit; idest, assumit; Angelos; Est enim presentis temporis; apprehendit; ut ex græco uerbo ἐπιλαμβάνεται clare patet. Sensus itaq; est. In nullo scripturæ loco habetur, diuinum Verbum apprehendisse, seu assumpsisse Angelos, idest, ullum Angelorum, aut cuiusuis Angeli naturam, illam scilicet uniens cū sua natura diuina in semetipso; tanquam insititio admirabili, & peritissimi ac maximi artificis: Vnde & ipse meritò admirabilis uocatur. Sed semen Abrahæ. Hoc ipsum passim inuenitur in scripturis, quomodo apprehenderit, seu assumpsit semen Abrahæ.

Verū quæri potest, cur hic non dixit; Apprehendit homines, ut etiam intelligeremus humanam naturam, sicut supra dixit; Apprehendit An-

gelos: Respondemus, unam esse speciem tantum hanc naturam humanam: Angelorum autē cum plures sint species, declarari oportuit, illum non apprehendisse ullā Angelorum speciem. Si enim una tantum species esset Angelorum, dixisset: Non apprehendit Angelum. Si ita se res habet, inquit, cur ergo non dixit; Sed hominem apprehendit; qui potius dixit, semen Abrahæ: Et nos itidem respondemus, Idem esse per semen Abrahæ, quod per hominem, intelligendum. Significat enim illum hominem assumptum. Cum autē semen non dicat personam (non enim Verbum assumpsit personam hominis) idē quod assumpsit, ita expressit dicens ab eo semen Abrahæ apprehensum. Porro ut significaret Hebræis maximum Dei erga illos donum, & summam gratiam, prærogatiuamq; singularem, quò magis uiros bonos ad gratiam tanti beneficii memoriam inflammaret, & malos atq; ingratos homines ad iustam confusionem induceret: declarauit illud semen esse Abrahæ, idest, ab Abraham per carnis uenisse propaginem, cui fuit repromissum, & cuius ipsi Iudæi secundum carnem erant filij. Vocatur autem semen CHRISTVS, ut in quo inesset uirtus propagandi secundum plenitudinem Spiritus. In eo uerò quod ait; Non apprehendit Angelos; prærogatiuam nostræ naturæ præstantissimam præ illis commendat, quatenus nos uehementius prouocaret ad amorem, quos in tanto dono tantis (quanti sunt Angeli) prætulerit creaturis. Egregiè ergo sequitur.

Vnde; seu quare, aut quocirca; debuit per omnia fratribus assimilari. Dicitur istud; per omnia; minime includit peccatum, quod nihil est, sed boni tantū est priuatio. Fratribus etenim factus est similis quoad naturam secundum mala poenæ: quandoquidem de eisdem humanæ conditionis poenis & ærumnis præter delictum participauit, & præter errorem atq; insipientiam, quæ ad hoc redemptionis opus nedum conducebant, sed contra illi potius aduersabantur. Non enim ualuisse litare pro nobis peccator existens, quantalibet sustulisset poenas. Sed oportuit ut talem carnem passibilem sumeret; ut fieret misericors; idest, misericorditer erga nos afficeretur, & sic pro nobis ad sustinendū induceret; Et simul fieret fidelis Pōtifex ad Deū. i. fidelis expiator pro nobis, causam nram agēs corā Deo, semetipsum sacrificans pro nobis. Ut repropitiaret delicta populi: Hic uidetur de populo Iudæorū particulariter loqui, pro quo primū ac peculiariter uenit, sicut ipse dixit. Non ueni nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Aut uerius de certo loquitur populo, idest, de ijs qui suam ipsorum salutem non neglexerint. Dicit autem repropitiari peccata, non quasi peccata ullam mereantur repropitiationem, aut fiat eorū repropitiatio: sed potius deletio, ut sic Deo repropitiatur homo peccato extincto. Et illum uocat; fidelem Pontificem; qui fidem in eo opere fideliter implendo seruauit Deo Patri, ad quod illum misit. Quemadmodum enim Moses dicitur fidelis in suo ministerio: ita & CHRISTVS, ut

Notahæc subtilia, et pulchra.

Matth. 15.

Quo eripuit nos Christus à timore mortis.

mox uisuri sumus: Si modo componenda sunt cum paruis maxima.

In eo enim in quo passus est & tentatus, potens est & his qui tentantur auxiliari. Dices: Ecquid inde nobis commodi, quidue utilitatis est nostræ, si CHRISTVS ipse passus fuerit, ac tētatus? Multum per omnem modum. Ex hoc enim factus est misericors ad compatiendum, & promptus ad auxiliandum sua gratia, cum perspectas atque cognitatas habeat nostras tentationes, multiplicesq; miserias. Similiter & ij qui nihil sunt malorum experti, tum demum cum perpetiuntur, facto periculo uerè discunt misereri, ac succurrere socijs. Hic locus patere posset quæstionibus, quasnam tentationes passus fuerit CHRISTVS Dominus & Redemptor noster: & quomodo misericors factus est à tētationibus illis. Nūquid potest esse aliquis Deo ipso magis misericors? An uerò redditur misericors ipse Deus expertus miserias? Absit. Quo in loco fatendum est, Etsi multa sint quæ misericordiam inducere soleant, prima tamen est, & magna prouocandæ cōmiserationis causa, ipsius miseræ notitia. Si. n. dolere quempiam sim nescius, non miserebor dolentis. Nos ergo notitiam miseriarum efficacius sensu & experientia, quàm ratione acquirimus. Non enim facile sine experientijs in nobis ipsis, rerum naturas, & cōueniētia quæq; ac repugnantia apprehendimus, unde & lætitia, & dolor suaducunt originem. Itaque per huiusmodi experientias à nobis est comparanda notitia. At Deus rerum naturæ conditor (licet non experiatur dolores nostros) omnia tamen magis nouit, quàm nos ipsi. Scit enim perfectissime quantum à naturæ conuenientia quodlibet distet, qui ipsius naturæ est autor. Vnde ipsas rerum existentias quæ ex ipso fluunt, & consequenter defectus, ad lineam & ad minutum perspicit: ideoque potest miseri ualdè, absque passione tamen. Verūm deicit CHRISTVM ut hominem, per dolorum experientiam uiscera misericordiae sibi parere, ut & ipse quatenus homo erga nos afficeretur uiuacius, utpote qui experientia ipsa sensisset quæ nos, & quàm acerba mala circumstent, & (nisi adiuuet) premunt, & opprimunt: & ista uia etiam magis apud Patrem meruit.

quo. Qui autem omnia creauit, Deus est.

Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant, CHRISTVS uerò tanquam filius in domo sua. Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.



Vnde fratres sancti. Primū fratres uocat Hebræos: nam sic se mutuo uocabant Iudæi. Fratris enim uocabulum ex etymo græcanico coniunctionem sonat, & contubernium.

Fratres Hebræi inuicem dicebantur.

Nam græcè conuenticulum, uel sodalitiū significat. Et cum omnis coniunctio uel carne cōciliante sit uel spiritu, efficitur ut & fratres appellentur iuxta duplicem hæc considerationem. Vtroque ergo intellectu erant B. Paulo fratres Hebræi, & iuxta carnem, cum ipse ex Hebræis esset: & iuxta spiritum, quos eiusdem religionis uinculum erga Deum colligabat. Sanctos item uocat, hoc est, mundos. Sanctus enim idem est quod mundus. Respectu autem nostri, idest, gentium, mundi uocabantur & erant ipsi Hebræi. Vnde reliquas omnes gentes ab eis uocabantur immundæ, & ita erant, donec uenit sanctificator omnium, qui fecit utraque unum, ut sanctificaret omnes. Quapropter multò uerius de omnibus Christianis sanctis dici potest, eos esse mundos, qui per Agni sanguinem fufum purgati sunt à sorde peccati, ut mundi perseverare possint, nisi iterum inquinauerint semetipsos. Et hunc intellectum habet hæc litera. Interdum tamē sancti appellatio ad eos pertinet, qui firmi sunt, & excellentius mundi, & peculiariter Deo dilecti, ut non rarò in ipsius scripturis accipimus, ueluti cum dicitur: Laudate Dominum in sanctis eius. Et iterum: Mirabilis Deus in sanctis suis. Eminentissime autem Deus ita sanctus est, ut præ illo quodcunque est, sit immundum. Scriptum est enim: Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Vnde & Seraphin summa ueneratione ac stupore ob immensam sanctissimæ TRINITATIS munditiam clamabant alter ad alterū: SANCTVS SANCTVS SANCTVS Dominus Deus exercituum.

Sanctus quid proprie significet.

Eph. 2.

Nullus præ ipso Deo sanctus.

Iob. 25.

Isa. 6.

Vocationis cœlestis participes. Dicit participes uocationis. Vocatione enim collecta est Christianorum multitudo, quæ ob eam causam græca uocē uocat ecclesia, quæ significat collectionem euocatam. Iudæorum erat proprie synagoga, quæ uox non aliud indicat quàm cōgregationem: non autem includit uocationem ullam. Hæc autem uocatio dicitur cœlestis, nimirum quæ & de cœlo uenit, & quæ est cœlestium bonorū. Nā ad ea experenda & obtinenda uocamur. Dicit huius uocationis Hebræos esse participes: ne forte propter multas scripturas, ubi clarissime eorū prædicebat reprobatio, quæ uel tūc apparebat ex parte, putaret prorsus se, & i uniuersū reprobato;

CAP. III.



Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ IESVM: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris. n. gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantum ampliores honorem habet domo, qui fabricauit illam. Quamuis nanque domus fabricatur ab ali-

**Rom. 11.** Neque uerò omnes tales erant, sed ñ solùm qui in eiusmodi excocationem uenire sua culpa iam meruerant. Vnde ad Romanos hoc mysterium aperiens dixit: Cœci as ex parte cõtiguit in Israel. Vide ergo quot modis, & quã blãdè allicit eos, cum fratres uocat, cum sanctos, cum uocationis cœlestis p̄ticipes. Et iterũ suauiter exhortat aĩs.

**Aduersus incõsideratos.** Considerate Apostolum & Pontificem. Ex inconsideratione omne malum. Nam primus noster parẽs Adam, dum minime cõsiderauit quid ageret, non ponens sibi ante oculos mandatum Dei & ueritatem, seipsum perdidit, & mundum uersum destruxit. Item Esau dum non considerauit quid pro lentis edulio perderet, ad serã atq; inutilem pœnitentiam se redegit. Similiter & omnis peccator delinquit non considerans: quia nemo ad malum aduertens, illud unquam admitte-  
**D. Bernardus.** ret. Qua consideratione permotus deuotissimus & doctissimus Abbas D. Bernardus scripsit egregium librum ad Eug. Papam de consideratione, non ignorans quãtum uel ab ipsi Maioribus hac in parte peccetur. Nõ desũt tñ et aliqui ita profligatẽ mentis homines, ut cogitantes ac uolentes animum à consideratione auertant. Nolunt quippe intelligere, ut benè agant. Ideò Apostolus noster sedulo monet; *considerate Apostolum;* Hæc uox: *Apostolus;* simpliciter ex sui origine misum significat: sed restricta est ad peculiarem significationem pro certa quadam missione à Deo Patre, ut quippiã eius nomine cū creaturis agat.

**Excellentia apostolatus Christi.** At cum uaria sint negocia, sunt etiam missiones uariã. Nam quædam sunt missiones à Deo Patre immediatè: & quædam mediatè. CHRISTVS solus inter homines immediatè missus est à Deo Patre. Ideò sæpissimè mentionem facit se à Deo Patre in mundum esse missum. Et quemadmodum secundum modum missionis dignissima fuit illa missio, ita & officium ad quod missus est, omnium fuit dignissimum. Etenim missus est ut sibi regnum compararet, & illud lege data instrueret. Post hanc missionem eximiam subsequitur illa Apostolorum missio à CHRISTO. At hi non sunt ad accipiendam sponsam missi, nec ad condendam ei nouam aliquam legem, sicut CHRISTVS, sed ad promulgandam illam à CHRISTO iam traditam. Ob istam gratiam dixit sanctissimus Ioannes Baptista. Qui habet sponsam, Sponsus est. Amicus autem Sponsi qui stat & audit eum, gaudet propter uocem Sponsi. Ecce igitur missi sunt Apostoli ad promulgandam legẽ iam conditam.

**Luc. 19.** Fuit tamen & istorum egregia præ alijs missio, qui fuerunt ab ipso CHRISTO immediatè missi, & ad ministerium dignissimum, legem scilicet euangelicam promulgandi, ideòque insigniter; Apostoli; nomine donantur. Aliã uerò missiones, quæ fuere posteriores, & non immediatè à Deo, nec ad euangelium promulgandum, sed iam promulgatum exponendũ atque enarrandum, hæc quidem non meruerunt ut hoc; Apostoli; nomine celebres redderentur.

**104. 2.** CHRISTVS solus fuit Apostolus eminentissimè ad parandam sibi atque erudiendam eccle-

fiam. Illum ergo optimo iure & Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ appellat B. Paulus. Hæc enim confessionem fundauit Pontificatu suo & Apostolatu, redimens nos ut summus Pontifex à seruitute peccati & Diaboli, & concilians Deo: tũ insuper docens nos ut Apostolus ueritatẽ de lege sua, cui & testimoniũ perhibuit.

*Qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moses in tota domo eius;* Zelanibus pro Mose Hebræis uult ostendere Apostolus longè maiorẽ ipso Mose fuisse CHRISTVM. Accipit autem pro Mose testimonium Dei excelsius in eius magnam laudem, & commendationem singularem, ut si in eo superetur, nihil iam restare possit, quod amplius ualeant pro illo afferre. Ait ergo: Licet de Moseos fidelitate sit Deus ipse testificatus, quem syncerum in tota domo sua, id est, in synagoga tanquam fidelem famulum prædicat: quia fideliter exequutus est omnia quecunq; illi madata sunt. At tamen hoc ipsum multò aliter dicitur de CHRISTO, qui & Filius fuit, & ut uerus Dominus domus appellatus est, non ipse Moses. Ut autem non citat Apostolus scripturam de Mose, ita nec de CHRISTO: oportet tamen de utroque subaudiri. Loquebatur nanque ad Hebræos, quos ponebat esse in scripturis eruditos & prõptos. Et de Mose quidem testimonium Dei est. Num. cap. 12. De CHRISTO uerò sunt multa egregia loca, quæ possemus huic rei comprobandæ afferre. Specialiter autem uaticinium illud admirandum, quod Moses ipse Deut. 18. in hunc modum tradidit. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, ut petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atq; dixisti. Ultrã non audiam uocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non uidebo, ne moriar. Et ait Dominus mihi. Bene omnia loquuti sunt: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem uerba eius que loquetur in nomine meo; audire noluerit, ego ultor existam: hæc ibi. Egregium profectò de CHRISTO Domino ac Redemptore nostro testimonium, ad excutiendum sudorem obtusis auribus perfidorum Iudæorum.

Nam quatenus ad rem præsentem attinet, CHRISTVM uidelicet in tota domo fuisse fidelem, eo probatur testimonio Dei, quando ait. Loquetur ad eos omnia quecunque præcepero. Fidelis ergo iudicandus est, qui mandatum illud fideliter expleuerit. Intelligere autem sic oportet, ut loqui non solùm uerbo debuerit, uerũ etiam uirtute signorum, & inculpatã uitã exemplo, ut esset uerè fidelis. Sic fecit CHRISTVS, q̄ cepit prius facere, tum docere. Sic fecit & B. Paulus imitator CHRISTI egregius, sciens quid à se requireret Deus, scilicet ut esset fidelis. Tales extiruntur ceteri, qui nec uitæ propriæ pepercerunt, ut uel sanguine fuso euangelium probaretur. In eo autẽ errore quidã uersant, ut se abudè fatisse

CHRISTVS  
asseritur Deus

Egregia propheta de  
CHRISTO.

Quis uerè sit  
Apostolus fide-  
lis.

cisse gloriantur si orerentur bene loquantur, & lahijs benedicant, quantis pugnent cum sermone mores. Sed hi falsò sibi et perniciosè blandiuntur. Hoc certè minime e esse fidelem, sed est eos imitari uelle qui simul ut edificare ceperint, mox destruant. Nec enim tantum edificatur uerborum, apparatu, quantum destruitur malo exemplo.

Ex eo uerò loco obiter eliciendum est, finẽ & antiquationem prioris testamenti, & ministri eius, qui fuit Moses, fuisse ab Hebræis tãdem ali quando expectandam. Si enim satis erat audire Mosen, nunquã designatus fuisset alter propheta, quem audire postmodò oporteret, & eius sub tanta interminatione custodire mandata.

Isa. 49.

Quòd si dicant ad Iosue hoc pertinere, ex eo prorsus refelluntur: quoniam de Iosue iam explicitè dictũ fuit quid esset ille facturus. Et B. Paulus inferius probat nequaquam eis à Iosue datã fuisse requiem. Sunt autem & aliã multę scripturarum sententiã, quibus passim ostenditur CHRISTVS fidelis, & ex fructu omnium gentium, multiplicatio benedictionum eius. Vnde & per Isaiam Dominus: Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Ut autem perspicua & lata agnoscat inter ministrum Mosen, & ministrũ CHRISTVM differentia, adiecit.

Isa. 49.

*Amplioris enim gloriæ iste præ Mose dignus est habitus etc.* Hic manifestè Moses inter eos, ponitur, qui connumeratur cum ijs qui sunt in domo, quasi unus ex familia. At ipse CHRISTVS est ille qui edificauit domum. Et si quidem intelligamus de prima ædificatione, quæ fuit rerum creatio, & perfectus rerum creaturarum ornatus, uera est hæc sententiã, à CHRISTO eam domum esse fabricatã. Deus etenim est, & Patris Verbum, per quod facta sunt omnia. Si autem de redemptione eius domus per sanguinem, & de noua ipsius constitutione, haud dubium quin Dominus ipse CHRISTVS IESVS etiam qua parte fuit homo, generator fuerit ecclesiæ, redimens eã proprio sanguine, & suis infinitis meritis obtinẽs illi sanctificationis spiritum. Quare omnifariam factus est ipse Dominus domus Dei, & ut fabricator ab initio, & iterum ut constitutor & restitutor eiusdem post ruinam. Quantò ergo honorabilior est Dominus domus, quàm ipsa domus: tantò CHRISTVS præstat ipsi Mose, qui inuenitur unus de domo non fabricator, sed cũ cæteris fabricatus. Iterũ perguit arguere, uberius adhuc hæc declarans, & ueluti rem constantem sumit sequentem propositionem.

*Omnis namq; domus fabricatur ab aliquo;* Verissima est hæc propositio, & nemini non nota. Domus enim cum sit res artis, non sua sponte, aut casu uel natura fit seu nascitur, sed ut fabricator rem habeat, est necesse. Porro ista domus de qua loquimur, domus Dei est, de qua scriptũ est: Domum tuam decet sanctitudo. Hanc autem domũ, cum ex uiuis constet lapidibus, hoc est, hominibus sanctificatis, non potuit alius eam fabricare,

Psal. 92.

nisi ipsemet & Deus. Eiusmodi siquidem opus non est nisi Dei creatoris. Vnde & hoc sumit B. Paulus, ut concludat CHRISTVM esse Deum. Ait enim: *Qui autem omnia creauit, Deus est:* ut similiter & is Deus intelligat, qui fuit domus Dei fabricator CHRISTVS IESVS.

Omiseros Hebræos, qui in suo templo gloriabantur ex mortuis constructo lapidibus, tanto zelo accensi pro illo ne destrueretur: & interim ipsi, quantum ex seipsis erat, destruebant uerum Dei uiuentis templum. Sed quid ait Dominus per seruos suos scribas, & prophetas, & Apostolos, quos noluerit increduli & duræ ceruicis audire? Nunquid Salomon edificauit domum, ille scilicet Salomon filius Dauid, qui dementatus fuit à mulieribus alienigenis? Absit. Excelsus enim non in manufactis habitat. Coelum enim mihi, ait, sedes est, & terra scabellum pedũ meorum. Quæ est ista domus quam edificabitis mihi? Et quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt in uerba ista. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum, & tremementem sermones meos? Quis autem iste, nisi IESVS CHRISTVS mitis & humilis corde? Et ipse quidẽ Dominus de templo isto, cuius reædificandã nullam ulterius curam gerit, admirantibus Discipulis, atque rogantibus: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ? ea paruipendens respondit: Videtis has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat, & sine ulla spe iterum restituẽdi.

De templo autem suo uero, ad cuius similitudinem & nos reparandi sumus, quid ipse dicat audi. Soluite, ait, templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Vtinam uerò nunc non uigret humanus ille spiritus & carnalis in multis, qui plus æquo sunt de templis mortuis, & structuris lapideis solliciti. Putant se honorare Deum, quantò uastiora fecerint & pulchriora templa, quæ ut perficiantur sæculum exigunt, cum interim cor eorum quàm longissimè absit à uero templo. Nam ipsi templum Dei uerum, quod erat ipsum eorum cor carneũ, sua duritia & frigiditate uerterunt in lapideum. Et perniciosum hoc exemplum alijs reliquerunt imitandum. O bone Deus miserere aliquando cecitatis nostræ. Non desunt tamen qui spiritu pollent, & iudicare possunt de omnibus, utpotè spirituales, sicut ait Apostolus noster ad Corinthios. Prosequamur.

*Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus.* Non intelligas; eius; id est, ipsius Moseos, sed Dei. Nam & synagoga illa in qua concludatur Ecclesia, opus Dei & domus Dei erat: quia à Domino composita, & disposita per Angelos. Ipse autem Moses erat seruus Dei, & famulus in ea domo. Ipsemet hoc cõfiteatur ijs uerbis. Cur afflixisti feruum tuum? Quare non inuenio gratiã corã te? Et cur imposuisti pondus uniuersi populi huius sup me? Nũquid ego cõcepi oẽm hanc multitudinem, uel genui eam, ut dicas mihi. Porta eos in sinu tuo, sicut portat e solet nutrix

VV ij infantulũ,

In Hebræos.

Isa. ult.

Mar. 13.

104. 2.

Nota.

1. Cor. 12.

Num. 11.



Infantum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum: Vnde mihi carnes ut dem tantæ multitudini: Flent contra me dicentes: Da nobis carnes, ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia grauis est mihi. Sin aliter tibi uideretur, obsecro ut interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afflictis malis: hæc ille. Ecce quam clarè confiteatur se non esse genitorem illius populi, & succumbere in eius regimine, & gubernatione.

Et ne quis fortè dicere possit: Ad quem ergo finem præcessit Moses? Occurrit obiectioni Apostolus & ait: In testimonium eorum quæ dicenda erant: Itaque uelut pædagogus quidam fuit Moses erudiens, et ad CHRISTVM tanquã ad uerum doctorem mittens. Nam CHRISTI gratia testificata est à lege & prophetis, ut ipsemet Apostolus ad Romanos docet. CHRISTVS uerò tantam quam filius in domo sua. Si filius, ergo Dominus. Et addidit: In domo sua: Ipse uidelicet CHRISTI, quæ non est synagoga tantum, sed est ecclesia unquam quæque collecta: Quæ domus (inquit) sumus nos; Qui; Nos, nisi Christiani: Sponsa enim sumus illius de carne eius, & ossibus eius regenerati in spem uiuam. Sed audi (quicquid legis) quid sequatur, & time. Si fiduciam & gloriationem spei. (Sic enim rectius legitur in græcis) Usque in finem firmam retineamus; Exorti sunt enim & hac tempestate noui hæretici fiduciarij, & qui ualde gloriantur in Deum de spiritu quodam Christiano, quo pollent (ut ipsi aiunt) perinde gloriantes quasi iam possideant, sintque prorsus ita securi, ut nec ualeant amittere. Et tamen Doctor noster sub conditione nobis hoc concedit: Si nimirum retinuerimus ipsam fiduciam, & gloriationem spei firmam usque in finem. Istud autem per passiones, & opera bona in fide comparatur, & non per præsumptam arrogantiam, quam ipsi fiduciam uocant abiectionis bonis operibus, aut sine bonorum operum adminiculo: quibus tamen innititur uera spes, ut alibi probatum est. Decidere ergo ab hac spe possumus uel si à fide recedimus, uel si ab operibus charitatis cessamus, sine quibus nullus uidebit Deum. Nullus, inquam, eorum scilicet qui ualuerunt operari per usum proprii ac liberi arbitrii. Nostrum itaque est retinere hanc spem, quæ innititur diuino auxilio, quod nulli deest, nisi his qui primùm sibiipsis desunt.

Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres uestri: probauerunt & uiderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic & dixi: Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas: quibus iuravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Videte, fratres, ne fortè sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi

à Deo uiuo: Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati.

Quapropter etc. Ostensa eminentia legis gratiæ & sermonis CHRISTI præ lege Moseos et literis eius, uenit in exhortationis sermonem, non propria uerba proponens, sed Spiritus sancti & ait: Hodie si uocem etc. Illud ante omnia primùm est aduertendum, hæc uerba non esse Moseos neque Pauli, neque Angelorum: sed Spiritus sancti uerba, qui testificatur CHRISTO non solùm in signis & prodigijs, uerùm etiã in cõscijs nostris, quòd filij Dei facti sumus: & ipse nos exhortatur dicens. Hodie si uocem eius audieritis: Per istud; Hodie; designat nobis certum quoddam tempus sanctificationis ad seruendum Deo, tanquam in eo ipso die requieuerit ab operibus suis: ut nos similiter operaremur, & inueniremus inde requiem ab operibus nostris. Hæc enim est illa dies quam fecit Dominus ad exultationem & lætitiã nostrã, in qua resurrexit CHRISTVS, in qua & effecit ut nos quoque resurgeremus à peccatis nostris, ad ambulandum in uita noua & incorrupta sicut ille non amplius moriturus resurrexit. Hæc est dies, cuius operatio & efficacia durat usque in finem sæculi huius. Nam de hac die Dominus se in exemplum proponens, aiebat. Operamini dum dies est: ueniet nox quãdo nemo poterit operari. Dum lucem habetis, ambulate in luce ut filij lucis sitis. De hac Isaias propheta: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ab hac ergo die cognominatum est totum tempus uitæ nostræ: quoniam in ea nouus est acquisitionis status, & resurrectionis, & expectatio Dei, ut interim uideat & probet eos, qui merebuntur rectè factis consequi salutem. Et contrã, ut eos qui recusauerint, pro meritis iustè ab se reiciat. Quisquis audit, attendat diligentissime. Nam qui non audit, non illud requiretur ab eo quod non audierit. Qui autem audit loquentem CHRISTVM (ipse enim semper ad persuasionem loquitur) nõ debet obdurare cor suum, uidelicet ut nolit credere: At istud erat Iudæorum proprium. Propterea ad eosdem loquitur particulariter Spiritus sanctus, & insuper ad quancumque aliã huic similem generationem, quæ fuerit duræ ceruicis, & difficilis ad hauriendum & recipiendum sermonem fidei, quod à duritia cordis contingit, hoc est, à uoluntate prauè affecta per hæc bona huius mundi, & illecebras carnis. Vnde sit obduratio, & ex tali obduratione magna Dei concitatur indignatio, & tandem incurritur ignis æternus.

Nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione etc. Hic meminisse debemus, quomodo alibi dixerit Apostolus, quæ contigerunt illis ambulantibus in deserto, ea omnia fuisse à Domino Deo ad doctrinam nostram ordinata, & commonitionem. Illud uerò omninò pertimescendum: quoniam & multis aptata sunt tanquam figura futurorum, quæ Deus in sua præscientia uidit, Fuerunt.

Fuerunt enim multis calamitati atque miserando exitio, qui prostrati sunt in deserto. Quocirca admonet instanter Apostolus ut sibi caueant; Nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione; siue irritatione, aut contradictione, uel contentione, aut discepatione. Sic enim uariè interpretantur uarij interpretes. Sed idem est sensus. Et addit; Secundum diem tentationis in deserto: Iuxta hæbraicam literam legitur: Sicut in die tentationis in deserto: Quidam ex nouis tam sine causa, quam audacter, uel ob hanc rationem contendunt hanc epistolam non esse B. Pauli, qui non afferat scripturam ad hebraicam ueritatem. Quasi uerò non sit requens Apostolo iuxta Septuaginta producere scripturarum testimonia: et quasi officiat uero sensui scripturæ legere; Secundum; loco; sicut; Verè non sunt hæc digna quæ nos debeant remorari.

Est autem historia manifesta de contradictionibus illis Choræ, & Dathan, & Abiron. Denique tota illius populi peregrinatio, non aliud fuit quàm tentatio Dei. Non enim crediderunt uerbis eius: & sic tentabant, ut ostenderet tantus ne esset, qui hæc cognosceret, & posset ulcisci. Quod magno cum suo ipsorum malo experti sunt. Probauerunt & uiderunt opera mea: Probauerunt certè ipsum Dominum, & experientia cognouerunt eum esse potentem, idque quadraginta annis. Hic enim punctus est figendus, iuxta lectionem græcam: quod & si potest quidem defendi, tamen melius est ut iugatur quod ait: Quadraginta annis; cum sequentibus, sicut & ipsemet Apostolus declarat inferius dicens: Quibus autem infensus est quadraginta annis; & sic etiam habet hebraica lectio. Vnde sequitur. Quadraginta annis propter quod infensus fui generationi illi: Dicitur quis infensus alteri, quando capit ex illius iniurijs molestiam, & in odium accenditur ac uindictam. Et dixi: Semper hi errant corde: Est error mentis, qui à solo procedit intellectu male ratiocinant, qui licet sit malum quoddam, & infirmitas animi, non tamen imputatur ad culpam. Sed est alius error, qui est error cordis, qui procedit à uoluntate prohibente ne consensus intellectus præbet ueritati persuasionem. Et hic meritò est imputabilis error, quo tenebatur ille populus: sicut sæpenumerò Dominus Deus per Mosen conqueritur, & populo exprobrat, ut qui duræ ceruicis esset, & incircuncisus corde & auribus. Est & alia interpretatio quæ habet: Quadraginta annis proximus fui generationi huic: Et idem sensus elicitur. Deus enim fit nobis proximus, dum aliquo modo inclinatur ut curet de nobis, siue benefaciendo, siue puniendo, quemadmodum hinc intelligitur. Ipsi autem non cognouerunt uias meas: Quæ sunt misericordia, & ueritas. O quot falluntur misericordia Dei & longanimitate, diu expectantis peccatores ad poenitentiam! Ipsi autem non conuertantur, sibi persuadentes Deum non uidere, neque curare, qui non statim ubi deliquerunt, punit illos: & ita non cognoscunt uiam misericordiam. Quapropter Deus illis misericordia sua abutentibus, eam conuertit in iram & damnationem, & ostendit se ueracem inferens

Caletanus.

Pro operibus bonis.

104.9.

174.49.

Duplex error in homine.

A patientia Dei multi decipiuntur.

1. Cor. 10.

mala, quæ in incredulos & contumaces committuntur. Ut semper sit uictrix misericordia in iudicio. Qui enim iniuriam facit oblatæ sibi misericordiam illam recusans, meritò illa indignum se constituit. Et dum talis punitur, iniuria aduersus misericordiam illam facta uindictatur.

Quibus iuravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam; Græcè legitur: Sicut iuravi; Sed melius: Quibus iuravi; Additur hic articulus, quo significatur certa quædam & magna, idest, illa Domini extrema ira; Si introibunt in requiem meam: Irati sermo est hic, qui mutillus esse solet, & subaudiri aliquid oportet, ac si dixerit: Si hoc erit ut intrent in requiem meam, dicant (supple) me non esse Deum.

Requiem autem suam uocat beatitudinem qua ipse fruitur, cuius participes facit obtemperantes sibi. Obdurantes autem corda auditui euangelij facit expertes. Ea uerò æterna requie priuari, summum est malum. Quod indocti & inconsiderati homines non apprehendunt. Quin & stultè aiunt quidam: Si non est aliud malum in inferno, quàm priuari uisione Dei, nihil curamus.

Videte fratres ne quando sit in aliquo uestrum etc. Magna hæc uerba sunt, & Hebræis cõuenientia, qui difficilè ueniunt ad CHRISTVM. Et si qui ueniunt, faciliè admodum recedunt, uixque permanent. Itcirco primùm admonet, ne sit in eis cor malum incredulitatis, ut propterea discedant à Deo uiuo. Commemorat autem Deum uiuum, ut significet & potentiam Dei, & uigilantiam. Scit enim offensas qui uiuit. Et cum ipse solus emittet uiuat, in manu illius est uita nostra, & mors. Ipse mortificat, & uiuificat, deducit ad inferos, & reducit. Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur; Græcè legitur, καλέται, idest, uocatur. Hoc autem est in toto uitæ nostræ cursu. Quamudum enim sumus in hac uia cõstituti, uiget nobis illud hodie Domini cæ resurrectionis. Hic dies est sponsor salutis nostræ, & perfectæ resurrectionis futuræ. Resurrectio siquidem CHRISTI quasi sponsor est prioris resurrectionis, quæ est à dominatu peccati, si fide recipimus illius resurrectionem. Et proinde resurrectio à peccatis, quæ est hinc per gratiam Dei, & charitatè infusam in cordibus nostris, est quasi sponsor futuræ resurrectionis perfectæ et æternæ. Et multum quidem profunt exhortationes, quæ de his rebus sũt inuicem & assidue. Sed ubi iam hoc seruatur: O nos miseros, qui Prælati dicimur ac pastores non exhortantes, sed exhortationibus indigentes. Et utinam earum capaces: ne uerum in plerisque sit uerbum Domini. Si sal in fatuatum fuerit, in quo salietur? Ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati, idest, concupiscentiæ malæ. Concupiscentiam enim quæ nobis infusa est natura, more suo uocat peccatum, utpote quæ à peccato uenit, & ad peccatum exulscitat & impellit. Malã itaque iure appellat eam, quæ fallit, et à ueris bonis abducit, à gratia scilicet, & tandem à gloria Dei. Omnis enim qui peccat, errat: quia male ratiocinatur; Sed in primis obduratio excidere facit hominem à fidei ueritate.

Deut. 32.

Matth. 5.

Participes enim CHRISTI effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt: sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et uidemus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.

*Participes enim CHRISTI effecti etc.* Vult nunc probare Apostolus, magnum initiatis periculum esse in retrocedendo, idque ex typo & exēplo Patrum, qui licet ex Aegypto uocati essent, & baptizati per fidem in transitu maris rubri, ad terram tamen illam promissionis non peruenerunt. Et interim tacitam præoccupat obiectionem, ne quis diceret: Nonne qui initiatus est in CHRISTO nascitur continuò salutem, sicut ait ipse met? Salui (inquit) facti estis per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Respondet, inquam, huic quæstioni, confirmans uerè nos factos esse CHRISTI participes, hac tamen adhibita conditione. Si tamen (ait) initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: Hodie si uocem eius audieritis; Ac si expressius dixerit: Spe interim salui facti sumus per fidem, qua initiatur in CHRISTO, qui gratiam infundit & charitatem, siue iustitiam in corde nostro. Verum oportet hoc initium substantiæ eius retinere usque in finem. At quodnam est initium istud substantiæ eius? Græce legitur, *hypostasis*; quæ uox significat fidem. Eodem quippe uocabulo ipse Apostolus declarat nobis fidem inferius, aïens. Est autem fides hypostasis, seu substantia, idest, susceptio sperandarum rerum. Nam fide recipimus, & assentimur promissionibus Dei circa ea bona quæ non uidentur, sed sperantur, & æterna sunt: non circa tēporalia quæ cernuntur oculis.

Per hanc ergo fidem, idest, diuinæ promissionis susceptionem, initiatur in CHRISTO, idest, accipimus donum gratiæ & iustitiæ, & charitatis, quod unum est, ut certò credo, etiam ex B. Augustini doctrina, ut alibi ostēdi fusioribus uerbis. Cum autem à nobis susceptum hoc initium non sit quid perfectum (propterea enim initium uocat Apostolus; & B. Augustinus uocauit inchoatam iustitiam) iiccirò necesse est ut assidue augeatur, & crescat in dies, donec ad perfectum tandem ueniat. Et sic oportet retinere firmū hoc initium, donec dicitur Hodie, si id uelimus quod interim habemus in spe, re ipsa integrum possidere securè, nullo unquam amittendi metu. Cantatur autē hoc Hodie in tota hac uita nra mortali. Nec sine sancti Spiritus nutu omnium prorsus ec-

clesiarum consuetudo inualuit, ut in matutinis officijs intonetur (ut ita dicam) hic psalmus quasi inuitatorium. Est enim uox Spiritus sancti, cui omninò est auscultandum: præsertim cum nobis scripturæ testimonio ostendat Apostolus, quid fecerit illis, qui non paruerunt uocibus Angelorū; quemadmodum in illa exacerbatione; quando tanta illa cordis duritia & rebellione maiores eorum irritauerunt Spiritum Dei, & grauem illius manum sunt (ut merebantur) experti.

*Quidam enim audientes, exacerbauerunt; scilicet Dominum ob duritiā cordis, & incredulitatem.* Et subdit: *sed non uniuersi qui profecti sunt ex Aegypto per Moysen;* idest, non illi penitus omnes ad iracundiam Deum prouocarunt, qui ex Aegypto sunt profecti: quoniam eorum aliquot non exacerbauerunt. Possumus item intelligere, non eos omnes qui ex Aegypto per Moysen ingressi sunt in desertum, ingressos in terram promissionis. Vbi notandum est, quòd ex omnibus simpliciter qui erant de populo illo, pars educta est de Aegypto, & pars in deserto nata est. Quæ ex Aegypto educta est, ea non uenit in terram promissionis, sed uniuersa interiit in ipso deserto, præter Iosue, & Caleb. Horum autem aliqui partim sua morte decesserunt: partim uerò ultore Deo, aut peste, aut gladio, siue à Mose, siue ab hostibus prostrati sunt. Quosdam etiam absorbit terra uiuos, & deuorauit dehiscens. His autem malis obruti sunt illi, qui peccauerunt resistētes Deo, & Mose. Illis ergo infensus fuit Deus, & cæteris qui murmurauerunt tentantes eum, cum essent increduli. Rectè igitur concludit Apostolus. *Quibus autem infensus est quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt?* Ecce manifesta causa exitij eorum, & Dei in eos odij: quia scilicet peccauerunt, non autem quoniam non essent prædestinati. *Quorum cadauera prostrata sunt in deserto.* Trita est historia; *Quibus aut iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt: Et uidemus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.* Iterū animaduerte ueram causam fuisse incredulitatem. Quamobrem non solum non introierunt, sed nec introire (iusta Dei ultione) potuerunt.

## CAP. IIII.



**T**IMEAMVS ERGO, NE fortè relicta pollicitatione introeūdi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus non admistus fidei ex iis quæ audierunt. Ingreдемur enim in requiem eius qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iurauit in ira mea: Si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim quodam loco

loco de die septima sic: Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursus: Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandam; Hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset: nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiā ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus.



**T**IMEAMVS ERGO etc. Exhortatur Hebræos suos Apostolus ad timorem, ut caueant ne aliquando inueniantur amississe pollicitationem diuinam, quæ est de introitu in ueram requiem. Itaque in manu eorum positum hoc esse declarat, utrum è duobus malint, uel tenere pollicitationem, uel eandē relinquere. Contra fatuos quosdam dictum sit, qui negant liberum in homine arbitrium, & merita ac demerita. Aut in eos etiam qui fatum constituunt, quod ferme tantum dem est. Ait: *Timeamus;* Modus blandus & humilis exhortandi, quando is qui exhortantis personam suscipit, seipsum inter eos reponit, quibus exhortatione opus est. Quamobrem modestè dixit: *Timeamus;* & non dixit, *Timeate.* Ne fortè, potius, ne quando relicta pollicitatione introeūdi in requiem eius, existimetur aliquis deesse, idest, ne cū numerabuntur qui dederunt nomen, & intrarunt in uiam & cursum, inueniatur aliquis ex nobis deesse, & in postremis constitutus, ita ut nihil habebat iuris ad brauium, quod est requies illa felicissima ac sempiterna. Urget iterum exemplo illo ac typo, & addit.

*Etenim & nobis annuntiatum est quemadmodum & illis;* Ecce quomodo ea exequitur quæ attinent ad initium. Illis annuntiatum fuit, & nobis etiam annuntiatum est. Illis quidem de bona erga illos uoluntate, & promissione illius terræ, Nobis autem annuntiatum est de melioribus bonis in uera uiuentium terra reconditis. *Sed non profuit illis sermo auditus etc.* Ab euentu periculum ostendit: quoniam sermo auditus illis nequaquam profuit. Et cum enarratione huius infelicis euentus, exponit causam: quia scilicet sermo non fuit admistus fide. Ex quo conflat ista conclusio: Increduli non ingrediantur in requiem Dei, sicut & illi increduli non intrauerunt in terram illam prioris promissionis, sed prostrati fuerunt in deserto. Et huic opposita sequitur melior conclusio, quæ ipsemet Apostolus exprimit, aïens.

*Ingreдемur enim in requiem qui credidimus;* Nos, inquit, qui credidimus ingrediemur (ut subintelli-

gas) & non illi qui non crediderunt. Est enim expressum aduersus tales Dei iusiurandum. *Sicut scriptum est: Si introitunt in requiem meam;* Hoc iure iurando sine ulla poenitentia esse intelligitur, & firmissima est hæc Dei sententia, Non intraturos istos in coelestem requiem. Contra stultos, qui omnes aliquando salutem consequuturos dogmatizant. Ex hoc autem Apostoli loco, cum declarauerit Spiritum sanctum esse illum qui in eo psalmo loquitur: Hodie si uocem eius, nimirum CHRISTI audieritis &c. Satis apertè aduersus hæreticos probatur Spiritus sanctus Deus.

*Et quidē operibus à constitutione mundi perfectis etc.* Vult hoc in loco B. Paulus declarare, quidnam per requiem suam intelligat Spiritus sanctus. Equidem non aliud quàm illam requiem, de qua Moses testatus est in principio Geneseos, quando perfectis à constitutione mundi operibus, ait: Et requieuit die septimo ab omnibus operibus suis. Pro cuius loci pleniore declaratione notandum est, mentique omninò figendū quod subijcimus, Deum in sua maiestate perfectissime & plenissime beatum, cum facere creaturam cogitauit & fecit, existimari posse quodammodo semetipsum à dignitate deieccisse, qui non sibi, sed nobis qui nihil præ illo sumus, operatus fuerit, & quasi laborauerit. Nam illo scripturæ testimonio, quo requieuisse illum die septima ab operibus dicitur, antea laborauisse uidetur. Sed non sic accipiendum est, quasi ipse uerè aliquid laboris subierit: propter nos ista dicuntur, qui eius naturæ sumus, ut cum non nobis, sed alijs operamur, laboremus, hoc est, laborem sentimus. Sic Deus condens uniuersa, & in quem nulla redūda bat inde utilitas, quodā modo laborasse, & à sua quiete apud scripturas dicitur diuertisse.

Quapropter & nos secundum gratitudinis iura, perinde debemus hæc diuina opera accipere, ac si uerè pro nobis laborasset, à sua propter nos quiete distractus illis sex diebus, quando è medijs tenebris lucem eduxit, & constituit cælos, & fundauit terram, & extendit firmamentum diuidens inferiora à superioribus, & segregauit aquas ab arida, & fecit germinare terram, & constituit luminaria in cælis, & iussit ut producerentur ex aquis & de terra animantia, pisces maris, uolucres cæli, bestiæ terræ, iumenta, & pecora. Et denique plasmauit hominem, cuius causa cætera fecerat. Deus ergo qui hæc omnia sex diebus operatus est, & die septima quieuit, obligauit nos gratitudinis obligatione, ut similiter opereremur, uidelicet sex diebus, ut deinceps possemus iure accipere requiem ad similitudinē suā. Per hos autem sex dies intelligere nos oportet uniuersum sæculi tempus, quod sex ætatibus distribuitur, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, uirilitate, & tandem senectute. In hac igitur uita laborare debemus colligentes nobis manna, usquequo ueniat sabbatum illud, quando nemo poterit iam ulterius quicquam colligere, ut est illo loco in figura Mannæ significatum.

Et hæc fuit prima & perpetua lex, & obligatio

*Spiritus sanctus probatur Deus.*

*Locus intellectus difficilis, & pulcher.*

*Nota de mandauo sabbati.*

*Pro operibus bonis.*

*Ad Tit. 1.*

*B. Augustinus.*

gatio creaturæ secundum gratitudinis naturalissimam legem. Sicut enim Dominus laborauit pro nobis sex diebus, suæ dignitati non parcens propter bonitatem suam, ut sic postmodo intraret in requiem suam: Ita & nos eius amore, ut si mus grati, similiter facere debemus. Prius laborare propter illum oportet, ac deinde quiescere, ut ille primus ad exemplum nostrum fecit. Et hoc eò lubentius ac promptius, quò quicquid nos in eius gratiam & propter illum agimus, totum id ad nos ipsos redit, & cum scœnore magno. Bonorum enim nostrorum ille non indiget. Imò propter nimiam abundantiam incapax est augmenti bonorum, cum sit ipse summum bonum.

Hoc igitur præmissis, Videamus nunc quomodo Apostolus duo scripturæ loca, ut hoc agnosceremus, inducat. Primus est ex Genesi, quòd à constitutione mundi quiescit Dominus ab omnibus operibus suis, id est, postquam omnia perfecit, quiescit: ac si dixerit. Expleto hoc munere creandi, reuersus est quodam modo ad se ipsum & ad suam beatitudinem, ut seipso fruatur, relinquens interim nobis legem ut quilibet similiter operaretur, quòd posset intrare in illud gaudium, & illam requiem. Cumque huius rei initium sit fides, ob eam causam non potest in hoc pactum intrare nisi fidelis. Et ad hoc inducitur alius locus ex psalmo: *Si introibunt in requiem meam*; Quo de loco primùm accipimus, quòd aliqua requies manet quosdam, id est, ad similitudinem Dei. Hi autem sunt, qui operati fuerint: sicut Dominus Deus post opera condita legitur quiescisse. Deinde iusturandum habemus aduersus incredulos & peccatores, qui non intrabunt in requiem Domini. Non enim possunt esse ueri operatores, qui non sunt fideles. Vide igitur ut suis uerbis Apostolus ipse egregie hæc declarat, eliciens quæ dicta sunt, & ait.

*Quoniam ergo superest introire quosdam in illam*; nimirum requiem. Dicit; *Superest*; quoniam non erat consummatum pactum in anterioribus illis qui fuerunt sub ueteri testamento, & sub die septima. Superuenire enim oportebat nouum testamentum, quòd alteram sibi diem uedicauit, qua quiescit Dominus ab operibus suis. Et hæc fuit dies Dominica, dies octaua, dies resurrectionis, qua recreatus est homo. *Superest introire quosdam*. Ait; *quosdam*; non certos designans, sed illos qui pendunt ex conditione, si crediderint, si laborauerint, & operati fuerint, ut sic similiter ualeant obtinere requiem. Vbi satis indicat posse mereri hominem introitum in illam requiem, & item posse demereri. Quo fit ut omnes qui super sunt, & possunt ingredi, debeant diligenter attendere ad priores qui non introierunt, & cognoscere quam ob rem non introierint: & ne similiter illis contingat, fieri alieno periculo cauti, & suæ salutis uigilantissimi cultores.

*Et ij quibus prioribus annuntiatum est non introierunt propter incredulitatem*. Hic taxat anteriores Iudæos incredulos non solum uerbis Dei de spe futurorum, sed etiam literis Moyses, quæ spem ter-

renorum complectebantur. Excludi itaque meruerunt non solum à terra illa promissionis terrena, uerum etiam à cœlesti terra uiuentium, quæ in illa terrena tanquam in umbra significabatur & figura, & annuntiabatur illis per Moysen & prophetas. Cum igitur ita sese res habuerit.

*Iterum terminat diem quendam; Hodie in Dauid etc.* Nota. Nō iam septimum diem, sed octauum, id est, non iam priscum diem quādo quiescit ab operibus creationis, illum uidelicet septimum diem sabbatis: quoniam illum diem uiolauimus omnes, & destruximus opera Dei. Sed alium diem Dominicū, in quo cessauit rursus ab operibus suis Deus & Redemptor noster. Nō dico ab operibus creationis, sed reparationis & instaurationis, ut in hoc die de utroque beneficio laudetur, scilicet creationis & reparationis. Nam & de sabbato hinc dies participat: et hoc fecit denuò Deus **CHRISTVM**. Quod enim creatum erat, instaurationem fuit, ut in instauratione creatio intelligatur.

Ut igitur cessauit ab operibus instaurationis huius Dominus, reliquit similiter nobis aliud sabbatum, id est, legem operandi sex diebus, sicut dictum est, ut & nos pariter possemus quiescere ab operibus nostris, & intrare in eius requiem per uerum **IESVM** nostrum, non illum Naue.

Requiem autem eam dicimus, in quam ipse cum Patre operando intrauit. Hæc est summa & sine ocio ociosa beatitudo. Et nota quomodo hanc diem terminauit propheticè in Dauid, dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est; *Hodie si uocem eius audieritis etc.* Quo in loco prohibet B. Paulus falsam Iudæorum opinionem, si forte putassent se requiem promissam consequutos à terra illa promissionis, in qua iam intrauerant. Ne enim eo sensu debeat intelligi prohibet status temporis: quoniam Dauid qui illud propheticè admonuit pro futuro tempore, regnauit multos annos post adeptam iam illam terram promissionis excursos. Frustrā omninò ad illam cohortaretur adipiscendam, si iam requiem Hebræi ueteres in ea terra inuenissent. O miseros prorsus & excœcatos Iudæos, qui requiem quærunt, & non inueniunt, nec sunt quidem ubi eam perquirunt inuenturi. Vnde egregie subdit; *Nam sit eis Iesus requiem præstitisset etc.* Argumentum ita conficito. Quicumque finem assequitur, in eo quiescit, nec quærunt ultra requiem. Non ergo post ingressum illum in terram promissionis per Iosue factum, prædiceretur alia requies alterius diei, si finem & requiem fuissent adepti. Sed prædicitur alia requies per Dauid prophetam: ex quo sequitur id quòd concludit Apostolus, aiens.

*Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei; id est, relinquitur uia ad sabbatum celebrandum, quòd est ad quiescendum, nec ultra operandum, quæ requies est post opera.* Opera igitur requiem nobis illam parant, iuxta hanc positam legem, ut qui ingressus est in requiem, cesset ab operibus suis, quemadmodum à suis cessauit Deus. At cum post ingressum in eam terram prædicetur adhuc promissio requiei, ad quam hortaba-

*In hereticos pro operibus.*

tur propheta ne obdurarent corda sua: hinc satis superesse patet aliam ueram requiem, quam per opera bona oportet lucrari, & in eam intrare quæ est operum præmium. Quòd accuratè est notandum contra nouos & miseros nostræ ætatis hæreticos, qui negant ex operibus contingere requiem, sed solum ex fide. At fidei finis sunt ipsa opera bona: & finis operum, requies: & illius requiei, Deus.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplū. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis. Ei non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quæ nobis sermo. Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cœlos **IESVM** Filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

*Festinemus ergo ingredi etc.* Hic auget exhortationem Apostolus. Ille enim uerè festinat, qui aliò non diuertit, nec moratur in uia: sed directò intendit & assidue ad terminum; *Festinemus ergo*; ait, hoc est, absque mora ulla & interruptione magno studio & assidue contendamus per opera charitatis; *ingredi in illam requiem*; quæ est uera requies. *Ut ne quis incidat in idem incredulitatis exemplum*; id est, ne sicut ueteres illi duræ ceruicis, & Aegypti amatores, puniti sunt in deserto illo: ita iuste puniatur qui tale sequitur exemplum. Et ne quis dicere possit: Illud tunc quidem contigit antiquis illis Hebræis, & iam impleta est scriptura in his qui præcesserunt, Anteuertit hæc tergiuersationem B. Paulus, dicens.

*Viuus est enim sermo Dei, & efficax.* Significat autem sermonem Dei (qui est lex nostra, & est ipse met **CHRISTVS** spiritu suo loquens ore & opere) nunquam mori, sed perpetuò uiuere, ut assidue imperet, & non olim tantum. **CHRISTVS** enim heri & hodie, & in sæculum. Et sicut uiuit ad imperandum: sic uiuens est ad iudicandum. Propterea incredulis comminabatur, aiens. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicabit eum. Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Merito inquam iudicabit, cum sit sermo uiuus & efficax, & potentiam ad suadendum habens, & potestatem ad iudicandum. Scriptum est enim de illo: Sermo il-

lius potestate plenus est. Et item Euangelista, *Luc. 4.* Sermo erat in potestate. Quapropter & Isaias: *Isa. 55.* Verbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunque uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

*Et penetrabilior omni gladio ancipiti; siue bicipiti.* Assimilem docet ea ratione sermonem Dei gladio bicipiti, quandoquidem altero duorum modorum penetrat, uel uia misericordiæ dum inuitat, & eam pollicetur: uel uia ueritatis ac iudicij, dum uel præmijs afficit, uel supplicijs. Fieri siquidem non potest, ut possit euadere quisquam alteram istarum duarum uiarum, quin in eum penetret gladius Domini. In Apocalypsi de illo dicitur. Et de ore eius gladius utraque parte acutus exibat. Mirabitur fortassis aliquis, cur uocetur gladius sermo Dei incedens per uiam misericordiæ. Hoc ipse B. Paulus expertus fuit, quādo prostratus dedit manus dicens: Domine, quid me uis facere? Magnas quidem uires habet hæc prima misericordiæ Dei uia in eos qui non desperant, sed eam supplices implorant.

*Et pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus.* Vna & eadem res est anima, & spiritus: & tamen diuersis rationibus perinde consideratur ac si duæ res essent. Nam anima dicitur ea consideratione: quoniam officium facit animandi corpus, & illi afficitur. Quæ si distinguitur à corpore, ut sanctioris amoris uinculo iungatur Deo, spiritus dicitur. Sermo autem Dei hanc separationem facit, dum hominem ex animali efficit spiritualementem, osorem terrenorū, & amatorem cœlestiū, qui noscat tamē quæ sunt Cæsarum Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo reddere. Necesse enim est ratione compescere atque regere uires partis sensitivæ, id est, regere ac domare carnem, cui nec nimia laxaetur, indulgentia: nec tristitia atque asperitate interficiatur immoderata.

*Compagum quoque & medullarum.* Per compages (ut mihi uideretur) uariæ in nobis significantur affectiones, quarum una pedit ex altera. Verbi gratia: Pater tenerè diligit Filium. Huic amoris & affectioni protinus adiungitur cupiditas habendi, ut illi relinquat bona sua. Ex hoc & uariæ sequuntur affectiones cogitationum, & uaria consilia uel decipiendi, uel fraudandi proximum. Et has omnes uelut compages nouit, & ad harum diuisionem perspicaciter sermo Dei potentissimus est, qui uelut gladius acutus possit ista soluere. Dixit enim per Isaiam Dominus: Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Penetrat quoque ad medullas usque, quantum uis ossibus includantur, ut eas inspiciat & scrutetur ad accusandum, uel probandum. Per ossa appositissime intelligimus uirtutes. Medullæ uerò ossium sunt ipsæ intentiones finium. Reperitur aliquis (ut à nobis hominibus cerni potest) cōtinens, & misericors, & in alia præstati uirtutis imagine pibus apparet: attamen non & uerè & coram Deo uirtute præditus, propter occultam medullam, id est, sinistram & malam intentionem, uel uanæ & inanis gloriæ, uel cuiuscumque ambitionis.

*Apo. 1. et. 19*

*Act. 9.*

*10. 12.*

*Ecl. 8.*



ambitionis. Plerumque enim existunt quidam laboribus callidis non dissimiles, qui primum de industria quarundam faciunt rerum propriarum iacturam, qua ueluti esca alliciunt, ut post longam iora lucentur. Tales eos existimare licet, quicunque largitione aliqua summas facultatum sibi parare copias, & opes, atque honores moliantur: quod ipse finis clarè ostendit. Possemus istud quod plurimis illustrare exemplis: sed præstat ut qui legit, si se uidet argui & manifestari, respiciat. Has enim cogitationes, atque obliquas intentiones & penetrat sermo Dei, & recto iudicio discernit. Vnde ait: *Et discretor cogitationum & intentionum cordis; seu iudex: græcè κριτής.* Et significat eum qui iudicium proferre ualeat, & uindictam exercere, ut meriti sit metuendus.

In negates pro uidentia Dei circa particula - ria.

Psal. 93.

*Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius &c.* Sensus planus est, & contra eorum demerentiam, qui putarunt Deum ad singularia non pertinere, sed solam habere uniuersalium cognitionem. In quos & Pfalter egregius obiciebat: *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? Aut qui finxit oculum non considerat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? Dominus nouit cogitationes hominum. Omnia autem nuda sunt & aperta oculis eius.* Cum igitur sermo Dei sit plenus oculis quasi Sol lucidissimus, qui & illuminat cuncta, & cum ad Deum sit nobis sermo habendus, id est, ita sit illi reddenda nostrorum factorum ratio, ut nequeamus negando effugere (Hoc est enim quod subiunxit: *Ad quem nobis sermo, siue ratio, causa, siue negotium cum illo agendum qui uidet, & falli non potest*) Profecto debemus potius aliam ueritatis uiam recipere, & festinare ad requietis ingressum per opera bona, a quibus post toleratos labores feriabimur, & perpetua requietis fruamur. Ita se gessit ab initio post creationem Deus, & CHRISTVS post recreationem, qui huiusmodi exemplum nobis dedit iam ingressus per obseruantiam paterni mandati in æternam requiem suam.

*Habentes ergo Pontificem magnum.* Hoc in loco incipit indicare efficaciam sacrificii nouæ legis, & illud summopere præ illo antiquo extollere, ostendens magnis rationibus quanta inter utrumque constituenda sit differentia. Postquam ergo hortatus est Hebræos ut contenderent, ac festinarent intrare in eam requiem retinentes inuiolatam fidem: Ne ipsi hanc rem impossibilem existimarent, propter peccata assidua quæ per infirmitatem carnis nostræ committimus, subiicit habere nos Pontificem magnum non iam in terris, ubi sunt alij, sed in cælis, qui scilicet propositus est populo ad imitandum, & datus primo fuit ad conciliandum in tempore carnis suæ: & nunc ingressus est cælos, ut tãquam Aduocatus interpellaret pro nobis ad iuandam. Vnde ait.

*Qui penetrauit cælos; nimirum per merita humilitationis ac passionis suæ; IESVM Filium Dei; Duo hinc magna coniungit, ut spem inde magnam in nobis generet. Primo; IESVM; Idem enim est*

IESVS quod Saluator ex re ipsa: quia saluos nos fecit, & perpetuo potest saluos facere. Quod si non ualeat ad suadendum ex nomine, illud certe ualere debet ex re. Est enim Filius Dei, ualens apud Patrem gratia, qui & sedet à dextris eius. Quocirca concludit; *Teneamus spei nostræ confessionem; siue professionem.* Appellatur professio spei, quæ est professio fidei. Etenim fides nostra de his est quæ sperantur: nec enim sperari possent, nisi crederentur. Quæ autem sperantur, eterna sunt, sed & ardua: quoniam soli ad illa pertinent, qui cum uiolentia, cum multo labore ac difficultate quasi rapuerint, præsertim in tanta carnis, qua circundamur, infirmitate. Cum ergo potuisset quis dicere, imò hodie inueniatur non pauci qui proferant (Hæretici autem aperte asseuerant) aientes: Dura sunt Dei præcepta quæ sunt spiritualia, nec à nobis impleri possunt in his carnis infirmitatibus. His querimonijs occurrit Apostolus, tanquam respondens imbecillitati nostræ, nosque consolans, & ait.

*Non enim habemus Pontificem qui non possit compatiri infirmitatibus nostris.* Si autem compatitur, etiam succurrit. Nemo enim uerè compatitur, qui & idem (modo possit) non succurrat patenti.

Quod autem nobis prospicere talis tantusque Pontifex possit, nullo pacto est dubitandum, cum sit & IESVS, & Filius Dei. Quod uerò compatitur, abundè probat. Ipse nanque restatus est se infirmitates nostras, præter peccatum, sua sponte suscepisse. Audi qualem nobis proponat Pontificem Apostolus, subiungit enim. *Tentatum autem per omnia secundum similitudinem.* Fuit similis nobis, mortalis et passibilis, qui & passus est frigus, frigus, fames, sitis, labores, dolores, & quæ huiusmodi sunt; absque peccato tamen; id est, absque concupiscentia mala, quam B. Paulus appellare solet peccatum, qua tentaretur. Non enim habuit illam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, quam nos alij habemus. Siquidem tanta pollebat gratia, ut in carnem rediret ad plenissimam hac parte illius sanctificationem. Ipse, inquam, tentatus, & per omnia nobis (excepto peccato) factus similis succurrit tæntatis, prohibens ne supra uires tentetur quisquam; quin etiã ita adiuuat ut faciant, qui tentantur, cum ipsa tentatione prouentum. At cum minime sit æquum ut ille nobis succurrat, nisi & nos instanter imploremus eius auxilium, recognoscentes & humiliter indigentiam nostram, & confitentes fideliter benignitatem suam, iceirò addit.

*Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius* (Græcè desideratur, eius) *ut misericordiam consequamur.* Duplex est Dei misericordia. Vna est quæ non debetur: qualis est illa quæ confertur in peccatorem, & antea nondum unquam iustificatum. Est & altera quæ debetur propter promissionem. Et hæc iustis debetur, & misericordiam facientibus, & implorantibus eam: de qua hic loquitur Apostolus. Vnde non semper opponitur iustitiæ misericordiam, sed conueniunt. *Et gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Ad græcam lectionem legeretur

legeretur emendatius, & melius; *Ad auxilium opportunum,* id est, ut inueniamus in nobis inesse gratiam auxilium in tempore promerentem. Tunc enim impetratur auxilium, quando petitur ab homine qui est in gratia. Nam habitualis & inhærens gratia non est satis ad superandas tentationes, nisi adiungatur assiduum auxilium: quod tunc demum adiungitur, quando suppliciter imploratur.

Assiduum Dei auxilium necessarium.

## CAP. V.



**M**ANIS NANQUE PONTIFEX ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolare possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur à Deo, quemadmodum & Aaron. Sic & CHRISTVS non semetipsum clarificauit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.



**A**D confirmanda superiora B. Paulus doctè & opportunè conditiones ipsius Pontificis declarat, aiens. *Omniaque Pontifex ex hominibus assumptus etc.* Prima ergo conditio est, ut sit homo: secunda autem, ut ex hominibus assumatur, id est, electione & uocatione erigatur, & ordinetur ad pontificatus officium, hoc est, ut sit mediator apud Deum. Et tertia est, ut pro hominibus constituitur, id est, hominum in se causam transferat, & pro illis agat. Conuenientissimum enim fuit ut pro hominibus ageret non extraneus, sed uerus homo aliquis, qui esset nostrum, & caro nostra. Nam id Pontifex est quod homo, & summus sacerdos, qui; in ijs; seu circa ea debet intendere & se exercere; quæ sunt ad Deum, id est, in his quæ inter Deum & hominem componenda sunt, quorum ipse mediator intercedat & conciliator. *Vt offerat dona & sacrificia pro peccatis;* Cum igitur tale sit Pontificis munus: ut eo perfectè defungatur, subinfert quæ tale munus obsequi conueniunt; *qui condolare possit &c.* Cum, inquam, sit pontificis proprium munus mediatoris, & intercessoris agere, ita ut oporteat eum pro quibus intercedit, ipsam misereri: idoneè tunc illud faciet, cum fuerit & ipse aliquando miseris, & uarijs tentationibus cir-

cundatus, sicut iam expositum est superius.

*Nec quisquam sumit sibi honorem &c.* Nunc tradit rectam sacerdotis institutionem. Venire enim primum debet à Deo, non per miseriam illam ambitionem, quæ nunc ubique grassatur, & arrogantiam: sed per uocationem, cui debet humiliter & solo charitatis intuitu, is qui uocatur, obtemperare. Talis fuit Aaron. Quo in loco habes sacerdotij gradum inter reliquos esse honorabiliorum. Sed foedarunt quodammodo illum turbæ eorum plurima, qui uel ambitiosè usurpant, uel indignè tractant. Hæc autem dicit Apostolus, ut CHRISTVM collaudaret tanquam Pontificem perfectum à Deo institutum, & iam omnes prædictas condiciones habentem. Vnde ait. *Sic & CHRISTVS non semetipsum clarificauit; ut mereretur æternum pontificatum.* De eo enim pontificatu loquitur, qui est gloriosus & æternus, utpote testamenti noui & æterni ad expianda peccata, quæ sub hoc testamento nouo admittuntur. Non, inquam, seipsum clarificauit pontificatum ambiens, sed à Patre accepit: quia et ipse prius acquisiuit. Porro aduertendum, sermo nem hinc esse de CHRISTO secundum eam partem, quæ indiget clarificatione, & secundum quod homo. Alioqui qua parte Deus erat, ab æterno semper gloriosus cum Patre fuit, nec ulla noua glorificatione egere potuit.

*Sed qui loquutus est ad eum: Filius meus es tu; Ille igitur qui loquutus est ad eum, nimirum Pater. Et qui dixit ei: Filius meus es tu, secundum ueritatem & naturam, ille clarificauit eum; Ego hodie genui te.* Per; *Hodie;* ut iam declarauimus, intellexit diem clarificationis, qui fuit dies resurrectionis eius, quæ fuit quædam generatio secundum carnem. Per hanc enim apparuit esse Filius Dei uerus, cum tunc induerit fortitudinem, & decorem. Quamobrem uidetur illum quodam modo tunc genuisse, cum ei gloriam Unigenito dignam donauit. Sed quid hoc facit ad sacerdotium CHRISTI? Ut scilicet probetur, quomodo non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret. Imò hoc ipso quod accepit eum ut Filium apud se, & à dextris suis clarificauit, constituens æternum nobis Pontificem, ut non habeat opus nouas offerre hostias: quoniam semel unam obtulit, quæ ante oculos summi Patris in æternum durat. Et hæc est clarificatio illa, quam paulò ante obitum rogabat à Patre, qui respondit: *Et clarificauit, & iterum clarificabo.* Clarificauit quidem primum ostendendo per opera te esse à me missum in mundum, ut illum saluum facias. Clarificabo item, ut postquam hoc munus expleueris, sedas ad dexteram meam, manens pro restituto mundo Pontifex in æternum, id est, usque ad iudicium æternum. Prosequitur Apostolus.

*Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* De ipso CHRISTO hæc uerba esse dicta nemo dubitat. Et sunt uerba ipsius Patris ad Filium extolentis sacerdotium ipsius nouum. Et hac ratione primum commendat, quod fuerit uerus sacerdos

Nota

104. 1. 2.

dos in æternum. Non enim continebat duos esse sacerdotes in æternum, quorum unus non dependeret ab altero: nec ritus diuersos, & diuersas offerri hostias oportuit. CHRISTVS autem cum sit sacerdos in æternū, est sacerdos non secundum ordinem Leuiticum, sed secundū ordinem Melchisedech sacerdotis, qui fuit figura Saluatoris nostri benedicti. Sacrificauit enim & obtulit panem & uinum: quæ duo significarunt carnem illius & sanguinem. Nam & in his duabus panis & uini speciebus ipse Dominus insituit hoc eximium & magnificentissimum sacrificium & sacramentum: sicut dudum in Melchisedech sacrificio designauerat. In hoc enim sacrificio panis & uini, in quo caro & sanguis distinctè significatur, repræsentatur illa semel facta in cruce oblatio, ubi separatus est sanguis à corpore.

Caietani error non ferendus

Quamobrem detestanda est omnino illa Caietani doctrina, negantis sacrificium fuisse illam Melchisedech oblationem, quam fecit panis & uini. Nam & Lutheri prius fuit hoc commentū, qui negat sacrificiū in ecclesia CHRISTI. Quod ego tunc cum in Caietanum Annotationes conscripsi, ignorabā. Porro hoc inter Lutherū & Caietanū in re proposita interest. Lutherus quippe coactus erat negare figuram illius sacrificij, cum negaret ueritatem ipsius. Caietanus uero qui sacrificium fatebatur, quo spiritu inductus est ut figuram eius negauerit, quæ manifestè fuit in Melchisedech: Nonne hanc declarat manifestè Apostolus? Sed qualis, rogo, fuisse figura in Melchisedech, nisi obtulisset panem & uinum? Itaque utrumque acriter percutit hic psalmi locus. Nullus, n. potest docere quoniam pacto esset CHRISTVS sacerdos secundum ordinem Melchisedech, cuius ritum uel ordinem aliunde non possumus accipere, aut coniectare, quàm ex eo quod panem ille & uinum sacrificauit, & obtulit. In eum modum CHRISTVS fecit in die cœnæ, in illo Melchisedech tanquam in figura designatus.

Hæc doctrina adeo clara est, & eousque antiqua traditiōe fidelibus persuasa, ut indignissimum sit eam in contentionem adducere, aut in ullam dubitationem propter hos factiosos, & nouitatum sectatores, & ipsos hæresum excitatores, & fautores perfidorum Rabbinoꝝ ad obscuranda CHRISTI mysteria. Et tamen non nulli eorum ui ueritatis coacti, syncerè locum illum sicut nos exposuere. Nam Rabbi Samuel, quem citat Rabbi Mose Hadarsan, sic ait. Hic Melchisedech mysteria sacrificij tradidit: Erat .n. ipse sacrificans Deo Patri sancto & benedicto panem & uinum, sicut dictum est ibidem. Et ipse erat sacerdos Dei altissimi: hæc ille. Et Rabbi Pinhas filius Iair longè clarius ac latius. Tempore (inquit) Messie cuncta sacrificia cessabunt. Sacrificium autem panis & uini nunquam cessabit, sicut dictum est Gen. 14. Et Melchisedech rex Salem excepit panem & uinū: Melchisedech (inquit) hoc est, rex Messias. Dicitur autē Melchisedech, rex, quoniam rex est totius mūdi: porro Sedech est iustitia. Et ipse mittet iustitiam suam, & pacem

Testimonia Rabbinoꝝ pro sacrificio Melchisedech.

super uniuersum orbem. Et postea subdit: Rex Salem, hoc est, Ierusalem supernæ excepit panem, hoc est, separabit à cessatione sacrificiorum sacrificium panis & uini, ut dictum est psalmo 109: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hæc ille Rabbi, sicut citat doctus ille & sanctus Martyr Episcopus Roffensis, qui nostra ætate pro ecclesiastica ueritate sanguinem suum intrepidè fudit. Affertur præterea & ex antiquis Rabbi Iohai, qui uixit ante aduentum CHRISTI. Hic dicit sacrificium panis & uini nunquam cessaturum, ex libro Iudicum cap. 9. ubi legitur à uite pronunciatū: Nūquid possum deserere uinum meum, quod lætificat Deum & homines? Nam de nostro communi uino quomodo potest intelligi, Deum illo & homines lætificari? Itaque de sacrificio uini intelligitur. De sacrificio autem panis affert ex psalmo. 72. & ait: Placenta frumenti in terra in capite montium: hæc ex illo. B. Hieronymus dixit: memorabile triticum; Et uerè memorabile, in quo memoriam constituit mirabilium suorum Dominus noster. Et additur pro hoc Chaldaica translatio in hunc modum: Erit Corban, id est, sacrificium frumenti in terra in capite montium ecclesiæ. Per montes autem sacerdotes intelligi, consentaneum est ueritati.

Ioānes Episcopus Roffensis Martyr.

B. Hieronymus

Ostensus est & mihi admirabilis locus in Ionathæ paraphrasi super Iob, cuius auctoritatem Hebræi summo consensu recipiūt. Etenim cap. 2. ubi legitur: Igitur audiētes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, uenerūt singuli &c. Loco horum uerborum Chaldaica illa paraphrasis, nō absque prophetico spiritu sic habet. Et audierūt tres socij Iob omne malum quod uenisset ei, cum uidissent arbores uiridariorum ipsorū siccas, & panem pastus eorum conuersum in carnē uiuam, & uinum potus eorum conuersum in sanguinem. Et uenerūt unusquisque à loco suo, & propter hoc meritum liberati sunt à loco sibi præparato in inferno: hæc ibi. Quæ certè hoc mysteriū, quod ueneramur, respiciunt: nec aliud possumus comminisci, quod sensum ullum reddat. Sed hæc obiter, & propter hæreticos. Pergamus iam ad reliqua de efficacia pontificatus CHRISTI.

Qui in diebus carnis suæ, id est, quando erat in carne quæ conueniebat Pontifici, mortali uidelicet & corruptibili. Nunc autem iam non est in carne mortalis pontificis, sed in carne Dei, quæ non ulterius carnis appellatione uenit, cum dicitur: Caro & sanguis non possidebunt regnum Dei. Preces, supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere &c. Mirificus est hic locus, in quo probatur, CHRISTVM eō nostri causa fuisse redactum, ut necesse ei fuerit implorare auxilium à Deo, idque cum clamore ualido, & cum lacrymis. Igitur quæ prius illi iure debebantur tanquam Filio, postmodo debita sunt, & reddita humilitatis suæ & abiectiois merito. Quoniam gloriæ suæ iam ipse propter nos renunciauerat, qui posuit se in manu Dei, dans iudicium. Patri in omnibus. Hæc nisi diligenter attendimus

attendimus, ignoramus mysteria, & facile aberramus. Clamauit autem ualdè (sic enim testatur B. Lucas) Et clamās uoce magna IESVS, ait. Pater. In manus tuas commendo spiritum meum. Quod autem illacrymatus fuerit in cruce, non expressè legitur in euangelio. Aliās dum Lazarum suscitauit apud B. Ioannē, lacrymatus est. Et cum restituit linguam muto, apud B. Marcum legitur ingenuisse. Item uidens ciuitatem fleuit, ut B. Lucas tradit. Sed & in cruce, etiam si nobis Apostolus non expressisset, omnino credibile est illum illacrymasse, in qua & summum doloris est perpessus, & summū charitatis exhibuit. Exauditus est pro sua reuerentia, id est, pro religione ac pietate sua, quam habuit erga Patrem, omnia remittēs in manus eius, & spiritum suum, & seipsum totum per omnia ineffabili deuotione subdens, nec audens quidem postulare ut debitum, quod sibi deberi nouerat: quoniam ex gratia debebatur. Et isti merentur exaudiri, qui non ponderant sua merita, sicut non ponderauit Dominus, sed omnia semper æstimant esse Dei tanquam gratis data: quoniam omne debitum Dei erga nos, oritur à gratia. Nec propterea negantur merita, sed astruuntur, dum radix meritum cum gratiarum actione recognoscitur.

Luc. 23.

Ioā. 11.

Marc. 7.

Luc. 19.

Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grādis sermo & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis ut uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionem boni ac mali.

Et quidem cum esset Filius Dei &c. Commendat hanc eximiam CHRISTI pietatem, eō quod esset Filius. Græcè non legitur: Dei; sed simpliciter, Filius: quod est nomen proprium in diuinis personæ secundæ. Didicit ex his quæ passus est obedientiam, id est, non solum erat obedire paratus, sed facto ipso obediens fuit usque ad passionem crucis. Optimus & elegans hic dicendi modus, ut ille qui aliqua ex causa poenas incurrit, discere dicatur quidnam sit illud, propter quod patitur. CHRISTVS passus est propter obedientiam, Obedientiam ergo didicit. B. Paulus quosdam blasphemos tradidit Satanæ, ut si possent, eo supplicio discerent non blasphemare. Eo siquidem experimēto discere debebant, quid

1. Cor. 15.

1. Tim. 7.

eis profuerat blasphemasse. Didicit ergo Dñs obedientiam istam non intelligendo tantum, sed per multas afflictiones obediendo. Oueram Redemptoris nostri & salutarem hanc doctrinam, ueris illius discipulis syncerè æmulandā.

Et consummatus, id est, perfectus propter talem obedientiam. Omnia quippe traxit ad seipsum, & iure acquisitionis ita obtinuit, ut oēs teneantur illi obedire, & obediendo similiter salutē obtinere. Nam ea conditione disposuit ille nobis regnum, ad quam fuerat sibi ipsi à Patre dispositum. Factus est omnibus, inquit, obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ &c. Non ergo solum credentibus, ut fallaces hæretici docēt, sed obtemperantibus mādatis eius. Porro multa alia Apostolus, ut ipsemet declarat, habebat scitu dignissima, quæ ad huius loci intellectu apprimè pertinebant. Ea tamen se non aperire insinuat, propter eorum indocilitatem. De quo nobis (inquit) grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendū etc. De hoc CHRISTI pontificatu copiosus erat ei sermo habendus, sed qui tum non esset ad dicendum interpretabilis: quoniam illi rudes erant & tardi, & imbecilles ad audiendum. Maximas sanè cogitur uerus doctor deuorare molestias, quando auditor non potest alioqui salutarem doctrinam capere. Tunc enim debet continere sermonem, & eo præsertim tempore, quando discipulus nedum non proficit audiendo, sed contrā redditur potius indocilior. Eius rei tunc in sermonibus Dei apparet indicium, quando in exercitio non constat is profectus, qui debuit. Vide quàm idoneam afferat Apostolus noster sui silentij rationem.

Etenim cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus indigetis ut uos doceamini &c. Sermones Dei sunt sermones spiritus & uitæ, sermones ueræ iustitiæ, id est, illi dono iustitiæ conuenientes & charitatis, quam nobis Deus cœlitus infundit: Exordium autem horum sermonum ob eam causam erat nobis ad intelligendum ualdè difficile: quoniam homines non erant dociles repugnante mentis & intellectus obrusione, & uelut obstraculo, lapidei cordis duritia impediēte, in quibus uitij omnes nascimur. Vnde incircuncisi sumus natura corde & auribus. Oportuit igitur Deum ipsum clemētissimum & sapientissimum, qui trahit omnia suauiter, præmittere quædam tanquam elementa, id est, principia, & quodam modo alphabetum per pædagogum enunciandum, ut erudiemur, faciliusque ea caperemus quæ discenda nobis erant à doctore CHRISTO, de quibus mox dicitur sequenti cap. Illud ergo hic accuratè notandum est, illū qui in notitia diuinorum non proficit, deficere. Et qui debent esse Magistri, & non sunt, n̄ minus sunt idonei, quā qui primū rudes & imperiti inueniuntur discipuli. Quapropter hoc exprobat in Hebræos Apostolus tanquam uehementer absurdum, omninoque & ait.

Et facti estis quibus lacte opus sit, & non solido cibo; Pondera uerba: Et facti estis, inquit, tanquam

si diceret. Vestra hoc factum est socordia, qui non profecistis in elementis, nec uolulistis ablaetari in Isaac, ut postmodo fieri possentis hostia, & holocaustum bene placens Deo: quoniam in Isaac est promissum semen. Notet lector ablaetationem hanc, quae illum significat perfectum progressum, quem debuerant iam fecisse Iudaei, & non fecerunt. Quin potius relicto uero filio sunt Ismaelem imitati, qui persequutus est Isaac, ubi animaduertit illum crescere, & ex osum habuit grande ablaetionis conuiuuium. Tales fuerunt Iudaei uidentes uocationem gentium, & tam promotum ad fidem euangelicam concursum. Quam rem ipsi per inuidiam uehementer oderunt, non intelligentes creaturas Dei nos esse, aeternae uitae, quemadmodum & illi, capaces. Huius inuidiae clarissimum habemus in actis Apostolicis exemplum, quando accersitus a Cornelio Centurione B. Petrus, eundem baptizauit. Qua re cognita Iudaei illum dure increparunt, aientes: Quare intraesti ad uiros praeputium habentes? Quibus ille benignè facti sui rationem reddere uolens, ordine recitauit integram profecionis historiam, quomodo sibi oranti ostensum est linteam animalibus mundis & immundis refertum, & mandatum ut occideret & manducaret. At ipsemet primo exhorruit. Tum audita Dei sententia, qua testificabatur a se omnia sanctificata, admirans & Deum laudans, ait: In ueritate comperio quod non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet illum acceptus est illi &c.

*Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiae.* Hic sermo iustitiae, sermo Dei est. Hic solidus est cibus, nec porrigendus est homini laete ahuc indigenti. Quicumque enim huiusmodi sunt, expertes sunt sermonum Dei, & excusant se ne faciat eis uerbum Dominus: quia paruuli sunt, & non possunt portare. In eo statu discipuli Domini aliquando inueniebantur, qui nondum poterat eo tempore quaedam portare, sed tum demum quando caelitus aduenit Spiritus. Ipsi enim tunc erant in uia Dei adhuc paruuli.

*Perfectio multiplex ob uarios status.*

*Perfectorum autem est solidus cibus;* Cum multipliciter & uariis rationibus consideranda sit perfectio, ob eam causam ne quis confundatur, oportet prudenter distinguere. Hic enim respectu itatum & legum consideratur ipsa perfectio.

Quantum ad Iudaeos spectat, nemo per legem constituebatur in statu perfecto. Nam qui in eo statu semper manebant, erant semper pueri, & lactis participes, & non sermonis iustitiae illius quae erat in Deum, & aeternorum bonorum. Ideo ne minem ad perfectum adduxit lex Moyses, idest, ad eam iustitiae perfectionem, cui debetur uita aeterna. Quicumque autem uenit a Iudaismo ad Christianismum, & potest dicere; Recedant uetera, noua sint omnia; hic adipiscitur statum perfectum respectu prioris status. Licet & in eo statu sit primum uelut noua & tenera planta recens, quae possit proficere, & debeat ad perfectum uenire. In eo enim primo statu pueri sumus incipientes, ac deinde proficimus, & tum euchi-

mur ad perfectum: ita ut nisi Deus ex singulari privilegio in quibusdam perfectionem acceleret, opus sit etiam alio aliquo lacte, donec quilibet huius status particeps factus, crescat & perficiatur, & sit capax sermonis sapientiae. Et secundum hunc intellectum scripsit ad Corinthios, eatenus se illis non esse loquutum quasi spiritualibus, sed quasi paruulis & carnalibus. Lac (inquit) dedi uobis, non escam. Non enim poteratis, sed nec adhuc potestis. Et tamen lac illud comparatione eorum quae traduntur in statu Iudaico, poterat dici solidus cibus: erat. n. praedicatio CHRISTI crucifixi. Declarat autem hoc in loco qui sint perfecti, & quorum sit iste solidus cibus.

*Qui pro ipsa consuetudine.* Graecè melius; διατηρησθησθαι, idest, per habitum. Non autem intelligas habitum acquisitum, sed infusum: illud nimirum charitatis & iustitiae donum, qui est supernaturalis habitus, & per illum habemus discretionem, ut sapienter bonum a malo diiudicare ualeamus. Hac discretionem necessario indigent quorundam superstitiosa ingenia, qui plerumque in eo bonum & malum summum collocant, in quo reuera non est ponendum: & e contrario in quo uere consistit non considerant. Nonnullos enim uideas pharisaico fermento ita compactos, ut uere reprehendantur excolare culicem, & deglutire camelum, dum plus aequo obseruantias quasdam mordicus tenent: in fratrem autem misericordiam non impendunt, quos in ea parte uel leuiter reprehendit conscientia, uel plerumque omnino non reprehendit. Excusant enim protinus, qui putant se moueri zelo. At hi sensum misericordiae non habent, qui nesciunt quam uim illud contineat: Misericordiam uolo, & non sacrificium. Nec uero ista dicuntur in aliquod decoris, & regularium obseruantiarum detrimentum, quasi despiciendae sint, aut ullo pacto omittendae: sed ad eam cautionem atque prouisionem, ut ut quae sunt charitatis propria (quemadmodum par est) semper anteponantur, & omnino seruentur. Hoc sane non perdebant Iudaei, qui more puerorum ad literas Moyses attēdebant impēsius, quam ad sermonem iustitiae, more perfectorum.

Quapropter nec poterant ablaetari, nec uiam pacis agnoscere, quae est a charitate infusa. Hae enim est uinculum perfectionis quae desuper uenit, & propter CHRISTVM, & non nisi creditibus in illum. Istud uehementissime cupiebat Apostolus Hebraeis perspectum esse, & certissime ante omnia persuasum.

## CAP. VI.



**Q**VAPROPTER INTERMITTENTES inchoationis CHRISTI sermonem, ad perfectionem feramur, non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptizatum

matum doctrinae, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii aeterni. Et haec faciemus, si quidem permiserit Deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesque saeculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis Filium Dei, & ostentui habentes. Terra enim saepe uenientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas ac tribulos, reprobata est & maledicto proxima: cuius consummatio in combustionem.



**O**st quam Doctorem noster dulciter, & cum tanta sui erga eorum salutem desiderij ostensione, Hebraeos increpauit, qui pueris similes insisterent in elementis & rudimentis primis, minus idonei ad percipiendum iustitiae sermonem, eosdem nunc subleuare uolens, & ad fortiora erigere, ait.

*Quapropter, idest, quia iam praeterierunt infantiae ac pueritiae tempora; intermittentes; aut potius omittentes; inchoationis CHRISTI sermonem, idest, omittentes illum sermonem, qui est quodam modo (ut ita dicamus) inchoatiuus, & manu ductiuus ad CHRISTVM, & est sermo in literis Moyses;* Ad perfectionem feramur; idest, ad solidum cibum. Hic est sermo charitatis. Lex enim Dei est charitas, quae ut B. Augustinus eleganter docet, data est ut gratia quaeretur. Gratia autem data est ut lex impleteretur, ut & impleta lex coronam caelestis regni mereretur. Itaque exorta euangelij luce indignum est prorsus in tenebris antiquae legis uelle iterum ambulare; *Non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis etc.*

Quod ait; *Non rursus;* declarat iam fundamentum hoc iactum fuisse, ita ut iam illos oporteret in posterum ad superae dificationem intendere.

Ut autem huius rei intelligentiam possimus consequi clariorem, operae pretium est totum christianum aedificium exacte intueri. Et primum quidem est in poenitentia, quam graeci μετανοια uocant, uidelicet ut tædeat hominem, ac poeniteat eum uitae suae prioris, quae non tam est uita dicenda, quam mors. Haec poenitentia quam primum exigit a nobis Dominus existentibus adhuc inimicis, ab operibus mortuis elicitur: quoniam opera hominis iniusti, & in ipsa iniustitia manentis, cuncta sunt coram Deo mortua, utpote non facta in illo, unde est spiritus uitae: & ideo non sunt uita aeternae meritoria, neque gratiae, ui suae: quia non sunt adhuc facta in Deo. Ista opera mortua, quae sunt poenitentiae (ad eliciendam illam) fundamentum, significata sunt in Exodo, quando filij Israel onerabantur a Pha-

raone in operibus duris luti & laterum, & in paleis: in quibus operibus seruebant Pharaoni.

Vbi primum hanc miseriam pernouerunt filij Israel, tunc cepit eos talium operum tædere ac poenitere, ex osamque habere Aegyptum: & coeperunt animum ad libertatem excitare, & meditari peregrinationem ad promissionis terram. Hic sermo fuit umbraticus, & inchoatiuus CHRISTI. Nam in illis operibus, quae dici possunt mortua (quia nullam conferebant Hebraeis utilitatem) significata sunt omnia hominum eorum opera, qui sunt in humana miseria obligati Aegyptio, hoc est, mundo sub Pharaone antiquo principe mundi, & tyrano Diabolo.

Hortatur ergo Apostolus, ut minime ulterius illa opera considerentur, quae mortua erant. Solum enim ad uitam temporalem spectabant. Sed quae in illis significantur cuncta opera existentium sine CHRISTO, quae uere mortua sunt ad spirituale lucrum: haec, inquam, debent considerari. Non consideretur illa Aegypti terra, sed in illa hic mundus in maligno positus, & sub tyrannide principis Diaboli ueri Pharaonis, qui in illo figuratus est Pharaone. Igitur omittamus considerationem illorum operum, nisi quatenus in ea est quoddam fundamentum ad eliciendam ueram poenitentiam, quam CHRISTVS praedicauit, fidei subsequitur prauiam.

*Non rursus iacentes fundamentum fidei ad Deum;* Nam hoc fidei fundamentum iam olim iactum est. Postquam enim populus ille audiuit Moysen & Aaron, & uidit uerba signorum, dicitur tunc credidisse quod Dominus respexerit afflictionem ipsorum, & pronus adorasse. Hoc idem rursus post exitum de Aegypto narratur in transitu maris rubri. Crediderunt (ait scriptura) Deo, & Mosi seruo eius, per quem Deus ipse promissit illam terram. Haec illorum fides fuit quaedam inchoatio, & tanquam manu ductio ad fidem CHRISTI, & uerorum bonorum: quae fides est ad Deum, idest, respicit Deum promissorem non uulgius terrae mundi huius, sed sui ipsius: quemadmodum est Abraham pollicitus. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Idem est ergo promissor, & res promissa uidelicet ipse Deus.

Quoniam uero haec fidei professio fit in baptismo aquae, quod est signum fidei: & adhuc in baptismo ignis, idest, tribulationum & passionum, ob istam causam etiam fuerunt horum baptismatum elementa in lege illa. Nam primum baptismum fuit in nube & mari rubro, ubi se Deus protectorem ostendit media nube, & liberatorem illius populi per baptismum maris sub Mose, homines ad CHRISTVM inducente. Sed uenit Iosue, & alio baptismo Iordanis baptizauit. Qui baptismus (ni fallor) significauit baptismum Spiritus sancti, quo fuerunt Apostoli baptizati. Sic enim praedixerat eis Dominus, dicens. Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Nec est reuera alius hic baptismus, sed est prioris baptismi per crucis imitationem consummatio, atque perfectio.



Elementa ergo horum baptismorum quæ fecit Dominus, sunt illæ figuræ, quas in transitu rubri maris & Iordanis Dominus illis ueluti pueris depinxit. Unde & fundamenta similiter iecit doctrinæ de CHRISTO in doctrinis illis, per quas admonebatur maiores ut docerent populum illum, & filios suos. Traditur enim doctrina in primis de Phasæ, qua cōmonefiunt ipsi patres ut filios suos erudiant, & eis dicant: Hoc est quod mihi fecit Dominus, quando egressus sum de Ægypto &c. In hac doctrina tanquam in figura accipitur catechismus de CHRISTO, & similiter de alijs festis. Et in doctrina de redemptione primogenitorū, & in doctrina de Manna, & de alijs beneficijs carnalibus, quæ Deus in populum illum contulit, spiritualia significata sunt beneficia, quæ nobis per CHRISTVM Redemptorem nostrū ac Dominū largitus est.

Erant & elementa impositionis manuum, idest, sacri ordinis, qui consistit in sacerdotibus & ministris altaris: per quæ elementa sacer ipse ordo futurus in CHRISTO significabatur. Hic ordo primū significatus fuit in sacerdotio Aaron & filiorum eius, sicut legitur Exod. cap. 29. Erant & elementa resurrectionis mortuorum in his quos suscitauit Elias, & Eliseus. Deniq; elementa iudicij æterni accipiuntur ab historia diluuij, & ab incendio sulphureo quinq; ciuitatum Sodomæ, Gomorrhæ, & reliquarū: & à ruina Ierico, & huiusmodi alijs, quæ Dei sempiternum iudicium prædicerent. Hæc igitur cuncta, quæ ueluti pueris elementa data erant ad agnitionem ueræ poenitentia, & fidei, & baptismatum, & doctrinæ, & impositionis manuum, & resurrectionis, & iudicij æterni, suadebat Apostolus missa esse faciendā: proficiendū autem in ipsa uera poenitentia, & uera fide, & ueris baptismatibus, & doctrina CHRISTI, & Spiritus sancti charismatibus, & spe resurrectionis, ac iudicij æterni ueri, in quibus omnibus serio exerceantur. Illa quippe elementa iam non ad alium usum sunt nobis hoc tempore utilia, nisi ad probandam ueritatem. Quo fit ut si quis adhuc in illis manere uelit, seruus efficiatur, & iniuriam facit iubileo non perueniens ad libertatem christianam, sed perpetuò pendens à lacte matris, in quo uerus Agnus non coquitur. Est igitur hic sermo suauior Hebræis ad perfectionem christianam, quo ostenderent se iam ueros progressus in lege fecisse, ueluti sub pædago ad CHRISTVM ducente, & ea quæ puerorū erant propria omisisse, quæ erant figuræ & umbræ: ea autem quæ uera sunt contemplari.

Verum cum nequaquam ignoraret Apostolus, fuisse quosdā iam incapaces suasionis (Ingressi enim in CHRISTVM apostatabant aliqui) idē addit. Et hoc faciemus, idest, feremus in hanc perfectionem: si quidem permisit Deus: satis innuens hanc facultatem quibusdam minime à Deo ipso dari. Durum sanè uerbum uideri potest, sed tamen rationi consentaneum. Non enim est uia ordinaria illis ad respiscendum patefacta,

quifemel acceperunt lumen ueritatis, & tamen in eo propter malitiam uoluntatis eorum non profecerunt. Propterea tremendam hanc mirum in modum sententiam subdit Apostolus.

Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati &c. Hunc locum sic exponunt quidam, ut, impossibile; positum sit pro ualdè difficile. Alij uolunt absolute omnino esse impossibile, aptantes hunc locū ad baptismum, ut sit sensus: Post acceptam in baptismo gratiam & dona, si quis prolapsus fuerit, non superest ei ulterius alius baptismus, quo iterum in poenitentia renouari possit. Non tamen per hoc negatur poenitentia remedium, appositè secunda post naufragium tabula appellatum. Qui sensus mihi aliquandò placuit. Nam sermo nem de baptismo haberi ab Apostolo inde elici uidetur, ubi ait: *Rursum crucifigentes sibi metipsum Filium Dei &c.* In baptismo enim unusquisq; crucifigit sibi CHRISTVM. Quod si in uno eodemq; homine plusquam semel fuerit, profectò nō aliud esset, nisi profiteri CHRISTVM non semel, sed pluries esse mortuum. Renouatio igitur quæ per baptismum fit, nō nisi semel potest fieri, ne ad sit in professione mēdaciū hoc, CHRISTVM scilicet pluries esse crucifixum. Et præterea ne contumelia inferatur in ipsum Dominum iam cū Patre uiuentem, si toties exigatur ab illo pro nobis, & repetatur ea perfecta satisfactio, quæ fit in baptismo uirtute passionis eius, ad exoluendum penitus omne peccatorum nostrorum debitum cum ipsius culpæ, tum & poenæ.

Ego uerò attentius tandem hanc admirandā Apostoli sententiam considerans, etsi priorem sensum minime reprobem, censui tamen alium quem nunc explicabo, esse germanum, & apostolica doctrina dignum: nam in eo superior quoq; includitur. Quem ut melius capiamus, Primū considerare debemus, sapientissimum Patrem prouidentia sua etsi attingat à fine ad finem fortiter, disponere tamen omnia suauiter. Ordinavit enim certas ordinarias uias, & certos progressus homini ad salutem, ut quasi per gradus (& ut ita dicamus) paulatim proficiens, de imperfecto feratur ad perfectum. Huius rei gratia ante aduentum Domini permisit homines uiuere sub elementis mundi huius. Populo autem Hebræo legem tanquam pædagogum dedit, quo duceretur ad CHRISTVM, habens populum illum tanquam puerum. At post CHRISTI aduentum omnes effecit dociles Deo: non solos Iudæos, qui iam facti erant dociles per legem, uerū & ipsos gentiles: quoniam erant & ipsi faciles qui admitterent prædicationem poenitentia, & catechismum de CHRISTO.

Hortatur itaq; Hebræos, qui debuerant exactius propter legem profecisse, & iam de pueritia propter plenitudinem temporis exisse, ut ad perfectionem perducerentur, si modo Deus permiserit. Contestatur autem eis, quod, si illi qui semel uenerunt ad CHRISTVM, & usq; ad eò in euangelio profecerunt, ut de ueritate illuminati gustauerint illud gratia, & charitatis Dei

Dei coeleste donum, & per hoc participes facti sunt Spiritus sancti, qui Deus est & charitas, cuius donum illud est quædam participatio: & gustauerunt iam bonum Dei uerbum, quod est promissio futurorum bonorum: Et uirtutes, siue potentias futuri sæculi: quoniam acceperunt hic arrham futuræ gloriæ in futuro sæculo manifestandæ. Si, inquam, tales postea prolapsi fuerint, idest, ab his donis deciderint, ita ut etiam fidem amiserint (sic hoc in loco prolapsionem intelligo) impossibile est eos renouari ad poenitentiam, idest, impossibile est redire talem hominem ad priorem dispositionem ac statū, in quo erat prius, & in quo inuenitur homo rudis & nouus, qui primordijs eget illius sermonis qui de respiscencia tractat. Nam qui in hoc statu est, docilis est Deo, & duci ad poenitentiam & fidem potest. At postquam inde uentum est in hæc dona Spiritus, & ab his donis iam in CHRISTVM ingressus homo relapsus, & præuaricator inuentus in illo, non amplius in eum redit statum, in quo inueniebatur, quādo nihil de CHRISTO cognouerat. Quocirca simpliciter uerum sit, impossibile esse hunc hominem renouari ad poenitentiam, scilicet ut perinde sit, ac si rudis & nouus omnino esset, & ita docilis Deo.

Est autem ratio huius euidens: quia talis posuit seipsum in eorum statum qui doceri amplius nequeunt. Docibilitas autem à Deo est. Si quis igitur ætate puer est, conuenit ei lac, ut inde transeat ad solidum cibum. Postquam uerò factus est uir, turpe est omnino ac præposterum à solido cibo redire ad lac, ut iterum inde sit ad solidum cibum traducendus. Sic agit Dominus Deus: Postquam enim è puero quispiam ita excessit, ut donum gratia gustauerit, si inde uoluntariè exciderit, Deum tædet, & indignatur: nec remedium illi ordinarium parat. Et ideo nō est in eo situm, ut per baptismum ualeat iterū emundari. Esset enim istud rursum sibi crucifigere CHRISTVM & habere ostentui.

Via etiam sacramenti poenitentia, quæ est secunda (ut dicitur) tabula, nō prodesse non potest qui exciderunt à fide, nisi prius in fidem redeant & instaurentur, ac proinde misericordiā requirant. Verū hoc non facile nō permittit Deus qui huiusmodi sunt, qui post agnitam ueritatem spero mandato cōuersi sunt retrorsum. Indignatur enim Deus & merito, quando animad uertit se frustra oleum (quod aiunt) & operam nostri gratia perdidisse, cum retrocedimus.

Quapropter hortabatur Corinth. Apostolus, ne in uanum esse finerent, idest, otiosam gratiam iam acceptam. Et ad Galatas: Timeo (inquit) ne frustra laborauerim in uobis. Non enim sic commouetur, nec tanta seueritate indignatur in eos Deus qui foris sunt, & nunquam accesserunt, quanta in eos qui iam familiares & domestici facti, foras egrediuntur. Nec ita uehementer in illos qui non audierunt, aut non admiserunt sermonem prouocatur, quā in eos qui & audiuerunt & gustauerunt, & nihilominus auersi sunt

relinquentes ueritatem iam gustatam. Ad istum etiam uidetur B. Petrus respexisse, ubi dicit: Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris IESU CHRISTI, nō rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quā post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri prouerbij. Canis reuersus ad suum uomitum: & sus lota in uoluta bro luti: hæc B. Petrus. Et Doctor noster subiūgit.

Terra enim sepe uenientem super se bibens imbrē etc. Terra cor nostrum est, quod tunc bibit imbrem super se uenientem, quū cœlestium suscipit pluias ueritatum. Quod si inde non proficit, ut germinet herbam opportunam nō à quibus colitur, qui sunt præpositi & pastores animarum, iacentur reprobæ, & maledictio proxima. Generatio autem herbarum opportunarū, est productio fructus charitatis, qui sunt uariæ bonarum actionum species, sicut sunt & herbarum uariæ species. Talis igitur terra inobediens cultori, proxima est maledictio, & eius consummatio est in præparatam mox combustionem.

Confidimus autem de uobis, dilectissimi, meliora & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus Deus ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministratis sanctis, & ministratis. Cupimus autem unumquemque uestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem, ut non segnes efficiamini, uerū imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Abrahæ namq; promittens Deus (quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem) iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens adeptus est re-promissionem. Homines enim per maiorem se iurant: & omnis controuersia corū finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius uolens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem usque ad interiora uelaminis: ubi præcursor pro nobis introiit IESVS, secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum.

Miro charitatis artificio, ne quod ex se ita erat, **XX** iij ut

Exod. 23.

Nota

Locus difficilis.

2. Petr. 2.

2. Cor. 6.

Gal. 4.

ut declarauerat, posset quenq̄ in desperationem conicere, priorem sermonem temperat, & ait. *Confidimus autem de uobis, dilectissimi, meliora & uicinia salutis;* hoc est, id confidimus de uobis, per quod appropinquamus salutis. Hoc autē est permanere, ac proficere in fide & dilectione Dei; *ta- met si ita loquimur;* ac si dixerit: *Et si me charitas ita loqui cogat, quæ plena timoris, sollicita semper est pro filijs & fratribus, attamen non sum deiectus spe, quin existimem meliora de uobis.* Et rationem subdit sperandi meliora.

Quo ius est et iustitia aliqua inter Deū & nos.

*Non enim iniustus est Deus ut obliuiscatur operis uestri &c.* Ex his uerbis clarē colligitur, laborantibus esse mercedem operis à Deo, & ipsum Deū obligatum esse retribuere pro benefactis, postq̄ ita nobiscum pactiones inijt. Nam in hūc modū arguit B. Paulus, ut hoc probet. Si hoc non faceret Deus, esset iniustus. Non est autem iniustus: Er go rectē operantibus retribuit.

Dubium erga operū mercedē

Verūm contraria uidetur illa Domini sententia in euangelio discipulos erudentis: Cum feceritis hæc omnia, dicite; *Serui inutiles sumus.* Quæ enim debuimus facere, fecimus. Quid igitur ei debetur, qui quod debuit fecit, & nihil cōtulit utilitatis Domino suo: Quæ dubitatio nullo negotio soluitur. Si considerentur opera ipsa quid profuit Deo, ut pro his teneatur retribuere: Item si conditionem nostram & obligationem respectu eius consideremus, qua tenemur rependere illi quicquid habemus, à quo omne bonum nostrum manat, & illud ipse operatur in nobis. Si, inquam, hæc considerauerimus, nulla profectō potest inueniri debiti ratio. Sed si ad eius benignissimam uoluntatem & dona respiciamus, quibus eousq̄ sumus eleuati ut simus aliqua eius portio (nam per hæc dona nos erexit in dignitatem filiorum, & amicorum, & ciuium paradisi, ut aliquo modo potuerimus uenire in commercium cum illo, & aliquod iustum prætere) ipse sua propria lege, quæ est illius uoluntas, inuenitur nobis obligatus, aut sibi ipsi potius in nobis, à qua uoluntate non potest recedere: alioqui recederet à semetipso, cuius uoluntas nihil aliud est quàm ipsemet. Hoc uoluit alibi Apostolus, ubi ait: *Seipsum negare non potest.*

2. Tim. 2.

Ecce igitur unde oritur obligatio Dei nobiscum, & aliqua iustitiæ ratio: non perinde tamē atq̄ in hominibus interuenire solet, in quibus ille creditor est qui primò dedit, & debitor qui accepit. Deus autem & hoc dedit ut debitor fieret, & sese alligauit, ut ipsemet qui accepit, etiam esset creditor. Quamobrem hæretici omninò qui hanc Dei iustitiam superbè negant, præsentis Apostoli testimonio confodiuntur. Opus enim laboris & dilectionis habet à Deo præmium, modo fiat CHRISTI nomine in eius gratiam & gloriam: qui illud ipsum quod fratri intuitu eius impendimus, ipse tanquàm sibi impensum recipit, & fert acceptum. Singularia enim dilectionis opera commemorat Apostolus, quibus ministrauerant sanctis, & adhuc ministrabant. Et Dominus & Redemptor noster tanquàm facta sibi

ipsi, & in se unum collata acceptabar.

Verūm cum aliqui delassari, ac paulatim (ut non rarò accidit) desistere inciperent, & fortè propter acerbas tribulationes, & angustias magnas quas tunc Christianis infligebantur, ad continendos eos, ut in officijs iam inceptis perdurarent inuicti, adiecit. *Cupimus autem unumquemque uestrum eandem ostentare sollicitudinem;* Non illum, aut illum, sed unumquenq̄ cupimus ostendere sollicitudinem, siue diligentiam & studium bene faciendi; *ad expletionem spei usque in finem;* Hoc in loco uide lector, quomodo ille qui est in CHRISTO, & spem habet futurorum bonorum, quandiu est in uia tenetur semper operari, & proficere ad expletionem spei. Ut enim nondum habet salutē in re, sed in spe quādiu est in tabernaculo corporis huius: ita nec habet in spe perfecta & plena quandiu hic manet. Impletur ipsa salus post bonorum perfectionem operum. Plena ergo tū erit spes, cum usq̄ in finem perseuerasse parebit: perseuerantiæ enim est & nō solius inchoationis. Istud uehementer desiderabat in eis Apostolus, nimirum ut in finem usq̄ operando, mentem fideliter excolerent per charitatem, longanimitate expectantes aduentum Domini. Et hic unus est locus, inter plerosque alios in hac epistola, quos B. Petrus commemorat, aiens. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati inueniri in pace, & Domini nostri longanimitatem arbitremini salutem, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis &c.

2. Petr. ult.

*Ut non segnes efficiamini: uerūm imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones &c.* Corrigendus omninò est hic locus ex græcis codicibus, ubi non legitur; *hereditabunt;* futuri temporis, sed; *hereditant;* aut potius hæreditate accipiunt promissiones. Magno sunt profectō nobis adiumento maiorum exempla, & ad difficultum rerum tolerantiam mirum in modum conferunt. Dum enim attendimus ad fœlicem eorum exitum qui multa passi sunt, & à passionibus eximiam retulerunt mercedem, nullo modo cum ipsis passionibus ob sui magnitudinem conferendam (quoniam incomparabili excessu maior est merces, quàm labores) longè animosiores & fortiores euadimus. Labores autē ipsi atq̄ dolores redduntur nobis leuios, & multis etiam dulces. Porro hic notandum in Lutheranos, non dictū esse Ab Apostolo, fide tantum Patres hæreditatem consequutos, sed fide (ait) & patientia, quæ patientia erat in beneficentia, & tolerantia passionum & tribulationum pro CHRISTI nomine, habens interim obedientiam mandatorū Dei.

In hereticos.

*Abrahæ nāque promittens Deus &c.* Vide quomodo adducit insigne Abrahæ exemplum ostensæ insignis erga Deum charitatis in rarissima illa obedientiæ promptitudine, cum obtulit Isaac filium suum in altari. Post quod factum habuit confirmationem promissionum perfectam, quā ostendit Dominus iureiurando. Vnde subtiliter B. Paulus & efficaciter protinus subdit:

Quoniam

*Quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum dicens &c.* Est igitur sensus: Licet antequàm hoc summum obedientiæ opus, in quo est tēratu à Deo, ut proferret extremum charitatis suæ, iam illi promississet Deus, illa tamē non fuisset stabilis promissio, nisi Abraham obedienter perseuerasset. Non quasi muretur Deus, aut quasi non sit fidelis: sed quā promissio illa conditionem includebat operum, ac perseuerantiæ in obedientia. Fuerat enim illi dictum à Domino: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Non enim qui inceperit, sed qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit: ut Dominus ipse testatur.

Gen. 17.

Quantumuis enim esset Abraham fide iustificatus, nondum tamen erat plena illa fides: sed implenda erat operibus bonis, & obedientia mandatorum Dei. At postquàm tanta obedientia impleta est, iterum habet promissionem solidam ac stabilem, nimirum iureiurando uallatam, ac roboratam. Tunc demum confirmatus est ille, & amicus Dei appellatus, ut B. Iacobus testatur, et repromissum est ei. Signum autem stabilitatis promissionum Dei, est iuramentum: quo fit ut agnoscamus nullo pacto posse illud irritari, quod iureiurando est confirmatū. Ea q̄ ante iurandum sunt promissa, infirmari quidem possunt, cum habeant (sicut diximus) operum & obedientiæ conditionem, quæ si non seruetur, euacuatur promissio. Potest autem dum non est adhuc confirmatus homo à Deo ne possit à gratia excidere, conditio illa deficere.

Iac. 2.

Quoniam uerò uideri poterat iuramentū non pertinere ad Deum (nam qui iurat, per maiorem se iurat: Deo autem nihil est maius) huic argumento occurrens Apostolus, docet iuramentum Dei non esse iuramento hominum simile. Neque propterea consequitur, ut non sit iuramentum: quoniam ut sit iuramentum, exigitur ut is qui iurat, attestetur eum qui est ineffabilis ueritatis. Cum hoc faciat per semetipsum iurans Deus, eius tantò est fortius iuramentum, quantò ipse non potest negare seipsum, qui est ipsa ueritas. Homo autem potest negare Deum, cum sit ipse mendax. Nisi fortè & illud dicamus, quòd & homo, cum est infidelis & fœdifragus, confiteatur seipsum. Addit formam iurandi.

*Nisi benedicens benedicam te;* siue benedixero; & *multiplicans multiplicauero te;* Supplendum hic est tale aliquid. Nisi hoc fecero, non ero Deus: quod est summum impossibile. *Et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem;* Et hoc exemplum de Abraham in Lutheranos, quem à longanimitate tolerantia, non à sola fide (ut aiunt illi) adeptum repromissionem tradit Apostolus.

In hereticos.

*Homines enim per maiorem se iurant;* Quoniam per illum facienda est assertio & contestatio, qui mentiri non potest, qualis est Deus. Declarat autem uim & religionem iurandi, cuius efficacia est reddere illud confirmatum, quod erat infirmum suum. Nam ubi adest semiplena probatio, adhibito iurandi testimonio confirmatur, quæ admodum iura dicunt. Vnde ait,

*Et omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum;* Non ait simpliciter omnis controuersie finem esse iuramentum, sed ad confirmationem: & intelligitur, quando iam est aliquo modo suatum in causa, sed non plenè. Solet enim ad confirmationem requiri iurandum: & illud satis est ad causæ decisionem. *In quo abundantius uolens ostendere Deus &c.* Vult his uerbis docere Apostolus: *Licet Deus uel si non iurasset, fuisset uerax:* ex abundantia tamen propter nos qui sumus mali, interposuit iuramentum ueluti signum designatis hæredibus immutabilis cōsiliij uoluntatis suæ. *Ut per duas res immobiles;* quarum altera est promissio, altera est iuramentum: *in quibus impossibile est mentiri Deum;* Non enim quia iurat Deus magis est uerax, quàm si promitteret simpliciter quod omninò facere deliberauit. Sed (ut diximus) iuramentum est pro signo absolutæ illius uoluntatis à nulla prorsus conditione pendentis. Sic promissum est sacerdotium CHRISTI iuramento, dicente propheta: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos, in æternum &c.* psal. 109.

Dicit ergo Deum ob eam causam iuramento confirmasse promissionem; *ut fortissimum solatium habeamus;* Solutium enim aliquod patientibus tribulationem, est necessarium in hac fragillita nostra. Declarat autem quorum uerè sit hoc solatium, subdens; *Qui confugimus ad tenendam propositam spem;* Illi propositam tenent spem, qui bona operantes perseuerant in patientia, *Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam;* Proponit nobis Apostolus animā esse quasi nauē, q̄ in hoc mari magno & spaciofo iactari potest fluctibus, & plerunq̄ mergi: quæ firmari solet anchora, ne irruentibus cedat fluctibus, qui sunt tentationes in naufragium impellentes. Anchora autem huius nauis, id est, animæ, spes est quæ nullis tempestatum procellis sinit illam hanc aut illam temerè ferri aut iactari, ne obruatur, cū tuta sit & firma. Et nihilominus ait; *Et incedentem usque ad interiora uelaminis;* Est, inquam, tuta & firma hæc anchora, quæ non patitur animam cedere fluctibus, ut illam tandem ducat ad portum, quem per interiora uelaminis significauit, hoc est, sancta sanctorū, uera illa sancta quæ sunt in Paradiso Dei, ubi absque ullo uelamine apparebit Sanctus sanctorum omnibus sanctis suis, felicitas & beatitudo nostra. Vnde sequitur.

*Vbi præcursor pro nobis introiuit IESVS;* Nūquid uerò & pro se quoque non introiuit? Equidem & pro se, imò primū pro se: quia ipse indiguit introire, cui ppter nos suborta ē hæc indigentia. Ut enim nos introire possemus, ipse exiit à Patre: ut ita demum reuenteretur ad Patrē, & intraret in sancta cœlestia, si prius pararet nobis aditum post se introeundi. Ego uado (inquit) parare uobis locum. Hoc præstitit explens honorificentissimè munus pontificatus sui, dum semetipsum obtulit hostiam Deo Patri in odore suauitatis. *Secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum.* Animaduentendum est hic:

Iac. 14.

Licet

Quo Christus sit sacerdos in aeternum.

Licet in eo munere offerendi hostiam semetipsum Deo, CHRISTVS exercuerit sacerdotium suum dum in terris ageret, non propterea desit postmodo esse pontifex. Sed ex quo resurrexit, factus est a Deo sacerdos in aeternum: quoniam una illa hostia semel oblata, in aeternum placavit Deum, tanquam si statim ab initio mundi inchoatum, ad finem usque durasset illud sacrificium. Nam coram Deo secundum acceptationem tale fuit. Et ipse nunc in caelis etiam Sacerdos manens ex merito factae oblationis (cuius tamen est iugis memoria in terra per ministros suos) non cessat interpellare pro nobis ut Pontifex: & ut aduocatus ac patronus pro nostris causis assistere dicitur, ut scripturae sanctae loquuntur. Sed de his in sequentibus dabitur uberius dicendi locus.

CAP. VII.



IC ENIM MELCHISEDECH rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abraham regresso a caede regum, et benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitiae, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem uitae habens: assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de praecipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat re promissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est a meliore benedicatur.



IC enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi &c. Volens extollere Doctor noster sacerdotium CHRISTI praeter Leuitico ad instructionem Hebraeorum, qui non poterant ablaeta ri ab illa lege, & sacrificio ueteri: multis modis probat solum CHRISTI sacerdotium esse uerum ad expianda peccata coram Deo: & e conuerso illud Leuiticum inutile. Et primum quidem a persona ipsius Melchisedech, in quo antiquitus figuratus fuit, & a circumstantiis eius.

Et primum quidem a nomine, quod significat regem. Idem enim est Melchisedech, quod rex. Rex autem noster CHRISTVS fuit. Nec regem tantum significat, sed regem iustitiae, sicut scriptum est in prophetis: Regnabit Rex, & sapiens erit, &

faciet iudicium, & iustitiam in terra. Dicitur autem Rex iustitiae, non qui sit in se uno tantum iustus, sed & per quem alij omnes efficiantur iusti, quicunque iusti sunt. Ipse est enim iustitia nostra, hoc est, autor iustitiae nostrae. Et hoc opus fuit summi Pontificis: quoniam ad introducendam in nos iustitiam, requirebatur primum satisfactio pro peccato, & Dei irata pacatio, & adhuc ut ualeret ipse gratia ad reconciliandum & infraurandum nos in amicitia. At haec tanta officia ad alium neminem poterant pertinere, quam ad Filium Dei IESVM CHRISTVM Pontificem summum, ut merito dictus sit Rex omnis iustitiae.

Secundo, idem colligitur a loco cuius ipse rex erat, nimirum Salem: quae uox significat pacem. Sicut ergo erat Rex iustitiae, ita & Rex pacis: quia pacificauit quae in caelis & quae in terra, & fecit omnia unum, modo inter se conuenire uellent.

Tertio, colligitur ex officio: quoniam ipse appellatus est sacerdos Dei altissimi, id est, Dei Patris, cui propter autoritatem & maiestatem originis conuenit altitudo. Sed quis accedet ad thronum Altissimi, sicut decet summum Pontificem, nisi qui fuerit Filius Dei?

Quarto, ex eo colligitur: quoniam absque patre, & matre, & sine genealogia inuenitur in scripturis: neque initium dierum habens, neque finem, ut per hoc sit Filij Dei altissimi typus. Non ita intelligendum tamen, quasi non habuerit CHRISTVS Patrem, aut Matrem. Vtrunque habuit, quanquam non aliorum more, qui & prior fuit Matre sua, & a diebus aeternitatis ipse processit aeternus a Patre, ut propterea possit esse Sacerdos in aeternum. Sed uoluit indicare Apostolus, aperte Melchisedech fuisse typum CHRISTI, eo quod introducit sine patre & matre, & sine genealogia, tanquam nec initium dierum habens nec finem, ut merito illum scripturae Filio Dei assimilabilem exhibeant, de quo scriptum est: Et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis.

Quinto, colligitur ex illo facto, quod per illum contigit Abraham. Obuiauit enim Abraham reuertenti a caede Regum. Quo in loco cogitandum est, quod Dominus uolens iustificare Abraham, & constituere illum patrem multarum gentium, ut in eum nos alij omnes tanquam in clarissimum speculum, & minime fallax exemplum inspiceremus, iussit primum ut egrederetur de terra sua & cognatione, & de domo patris sui, & ueniret in terram illam quam erat ei ostensurus. Ille Domino obsequutus, profectus est tanquam peregrinus in terram Chanaan sibi a Domino promissam: ac deinde descendit in Aegyptum, & peregrinatus est ibi, quia fames erat in terra.

Vbi & illibatissime seruat us est Dei protectione singulari cum coniuge Sara. Inde egressus uenit in australem plagam, factus diues & opulentissimus multa substantia, & suppellestili: & separatus a Lot nepote habitauit in terra Chanaan peregrinus, ubi & rursum accepit terrae illius re promissionem. Tunc mouit tabernaculum suum, & uenit iuxta conuallem Mambrae in Hebron, ubi

Eph. 2.

Mich. 5.

Modus quo Deus uoluit iustificare Abraham.

Gen. 12, 13 14, 15

ubi Adam sepultus fuisse creditur. Ac deinde cum inuissent pugnam quatuor reges aduersus quinque & obtinuissent, captiuumque abduxissent Lot: ipse cum expeditis uernaculis expugnauit illos quatuor reges, & recuperauit Lot nepotem, & omnem substantiam eius. Et tunc obuiauit illi Melchisedech rex Salem, cum ipse Abraham reuerteretur a caede quatuor regum. Quae quidem omnia, si per se singula quid significant, intelligerentur, nobis proculdubio magna atque illustrem redderent doctrinam.

Nota

Ut autem mihi uideatur, in Abraham haecenus significata est prima doctrina, quam ad iustificationem suscipiendam desiderat a nobis Dominus, quae est ut egrediamur primum de terra nostra, & patris nostri, hoc est, ut poeniteat nos naturalis conditionis, in qua omnes nascimur filij irae, & ingrediamur in terram nouam: primum tamen accipiendam tanquam in peregrinatione, & deinde tanquam in possessione. Haec terra CHRISTVS est & ecclesia, in quam primum ingredimur uelut peregrini per fidem, ut exinde proficientes, illam possideamus apprehendentes in uisione aperta. Fuit tamen aliqua prius in eunda illi pugna cum quatuor regibus, qui superant quinque. Quatuor isti reges significant quatuor praecipuos hostes, quos habet homo uadens ad CHRISTVM. Et primus quidem est propriae carnis dilectio, sub cuius seruitute nascimur. Huic adiungitur Amraphel rex Sennaar, in quo intelligo amoris saeculi huius, cui haeret rex Arioch, rex Eleazar, in quo saturitate atque ebrietate perpericio. Quartus hostis Thadal rex gentium. Hic mihi significare uidetur dominandi libidinem, quae longe abest a spiritu CHRISTI.

Eph. 2.

Hos quatuor reges superauit Abraham in sua peregrinatione, ut etiam meruerit eripere Lot nepotem suum, qui inter alios ductus erat captiuus. Lot enim significat inuolutum & colligatum, quales sunt qui amore terrenorum, & sollicitudinibus huius mundi inuoluuntur, ne ualeant expediti sequi IESVM. Horum aliqui per Lot significati, liberantur gratia & opera perfectorum, sicut patet in Abraham. Opportune autem obuiauit illi Melchisedech, scilicet postquam triumphauit de illis quatuor regibus, a caede illorum reuersus. Porro eiusmodi obuiatio fuit admonitio quaedam, ut agnosceret per quem uictor extiterat, & ei gloriam daret, & non sibi ipsi. Quod & fecit Abraham reddendo gloriam Dei Filio, quem uenturum Pontificem in illo Melchisedech sibi obuiaante recognouit.

Sequitur ergo sextum signum, unde colligitur hoc sacramentum. Id autem est benedictio. Benedictus enim fuit Abraham a Melchisedech, cum tamen & ipse Abraham esse sacerdos, & ille qui tantam acceperat repromissionem.

Extra controuersiam uero positum est, minorem debere a maiore benedici. Sed si seorsim considerentur personae quantum ad personalem gratiam, quis dicere ausit hominem illum Melchisedech maiorem fuisse ipso Abraham, quem

Dominus patrem omnium gentium constituit? Itaque Melchisedech ratione illius sacerdotij, in quo gerebat personam CHRISTI, maior declaratus est a scriptura, qui benedicendo tantum Patriarcham, in eo munere maiorem sese ostendit: quia maioris personam sustinebat.

Uidetur tamen haec sententia qua dicitur: Minorem a maiore benedici, instantia posse periri. Nos enim nonne benedicimus Deum? Quis autem Deo maior? Praeterea, Simeon ille iustus, nonne benedixit CHRISTO? Respondemus ad primam obiectionem, Aliud genus benedictionis esse quo nos Deum, seu Deo potius benedicimus. Nostra enim in illum benedictio est potius quaedam beneficiorum confessio, & gratiarum actio. Benedictio autem qua Deus benedicit nos, est beneficiorum collatio. Etenim benedicere Dei est benefacere. Talis est benedictio sacerdotum, qui loco Dei benedicunt. Ideoque inter sacerdotes turpe est & praeposterum, maiori minorem benedicere. Simeon autem sacerdos cum Dei Patris personam gereret, maior homine & infante CHRISTO, & Matre eius in ea re fuisse debet existimari.

Septimum signum fuit: quoniam ipse Melchisedech etiam accepit decimas de optimis, seu de praecipuis ac primitiis ab Abraham. Qui enim decimas accipit, sacerdos est. Qui autem dat, confitetur se non esse sacerdotem, cuius est potius accipere. Et ut uideas argumenti uim: Apostolus uult ut ipsum Abraham consideres quando decimas dedit Melchisedech, non pro se tantum, sed pro omnibus filiis quos in lumbis habebat, dedisse: quoniam ut pater illius gentis benedictus fuit a Deo. Erat enim tunc Abram, non Abraham. Omnes igitur filij eius fuerunt decimati in illo: & ille Melchisedech decimas accepit, qui non est annumeratus in genealogia, seu generatione ipsorum.

Quod si quis dixerit: Etiam Leui decimas accipiebat. Respondemus: Sed a quibus accipiebat? Nonne a fratribus, & ut ex uerbo legis Mosiacae: Fratres autem ipsius Leui iam (ut ita dicamus) erant decimati in ipso Abraham, ita ut redderint & ipsi per patrem decimas Melchisedech. Quod ergo reddiderint fratres decimas etiam Leui, non arguitur Leui sacerdotium esse maius, sed contra potius esse minus, cum per Abraham patrem & ipse Leui, & fratres eius decimas persoluerint Melchisedech aeterno sacerdoti. Non enim Leui fuit maior patre suo Abraham. Nec dici potest, Leuiticum illud sacerdotium subintrauisse, ut cessaret illud Melchisedech. Occurrens enim Apostolus, declarauit Melchisedech esse uitae insolubilis Pontificem. Leuiticum igitur sacerdotium subintrauit post promissionem, non ad abrogandum illud Melchisedech, sed ad roborandum potius & illustrius reddendum. Lex eo modo post promissionem patri nostro Abraham factam subintrauit, non ut euacuet promissionem, sed ut legis inutilitate cognita clarior fieret promissio. Erat enim sacerdotium Leuiticum

Minorem a maiore benedici, quomodo intelligatur.

Jerem. 23.



Leuiticum non secus ac ipsę legis promissiones, uidelicet non spirituale, sed carnale sacrificium: non ex ore Altissimi, sed per os Moseos secundum mandatum carnale, ut uidebimus, & (Deo dante) latius declarabimus.

Et hęc quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia uiuit. Et (ut ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est: de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyse locutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum uirtutem uitę insolubilis. Contestatur enim: Quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Reprobatio quidem sit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: Introductio uerò melioris spei, per quã proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iureiurando (Alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt. Hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum) in tantum melioris testamenti sponsor factus est IESVS.

Roborat rationem iam datam pro sacerdotio CHRISTI præ Leuitico, & ait. Et hic quidem, idest, in Leuitico sacerdotio: decimas morientes homines accipiunt; idest, qui moriebantur sacerdotes decimas accipiebant; ibi autem, uidelicet in eo sacerdotio Melchisedech; contestatur; scriptura sancta: quia uiuit. Dicitur enim: Tu es sacerdos in æternum. Et re uera oportet eum qui dat uitam suo sacerdotio & hostiæ, esse uiuentem. Hic est enim uerus Melchisedech, qui & dixit: Filius quos uult uiuificat. Sequitur.

Et (ut ita dictum sit) per Abraham & Leui qui decimas accepit &c. Amplius persuadet Leuiticum sacerdotium indignis sacerdotio CHRISTI: quoniam cum decimaretur Abraham, & ipse Leui decimatus fuit, qui intelligebatur in lumbis

eius. Qui ergo decimatus est, minor est illo qui decimas illas accepit. Vnde ait; Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchisedech; Ostendit Leui ex eo fuisse decimatum, quod decimatus est Abraham ut illius pater, in cuius lumbis tunc esse censebatur. Cogitandum est enim quod cum Abraham iam decretus esset pater futuri Iudæorum populi secundum carnem, decuit ut ille populus expiaretur, quod idoneus fieret qui populus Dei peculiaris esset, etiam quantum ad carnalia. Et hoc non ualuit esse nisi per Pontificem CHRISTVM, & sacrificium eius. Et ideo decuit ut daret decimas uero Pontifici, qui significatus est in Melchisedech, unde accepit expiationem: quod & fecit per ipsum Abraham patrem. Quod si populus qui uenit ex lumbis Abraham expiatus est, & decimas dedit, & in illo populo concluderetur etiam Leui, planè sequitur & ipsum Leui quoque fuisse in patre suo Abraham decimatum.

Sed nunquid similiter non erat in lumbis patris sui Abraham CHRISTVS, cuius dicitur filius? Cur ergo non & ipse dicitur decimatus?

Respondetur: Non eo modo CHRISTVS erat in lumbis Abraham, quo Leui, uidelicet ex uirginis. Quapropter ipse dicebat: Antequam Abraham fieret ego sum. Imò ob hoc ipsum decimatur Abraham à Melchisedech, ut in eo CHRISTVS agnosceretur Pontifex, cui ab omnibus decimæ debentur. Per illud enim sacrificium aptatus est Abraham, ut esset pater illius gentis, quæ digna esset & lege, & sacrificio illo ad tempus honorari, & uocari populus Dei.

Et hęc respicit illa benedictio Melchisedech, cum dixit: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cælum & terram &c. Et tunc dedit ei decimas Abraham, etiam p. Leui, quem habebat in lumbis, ut eius sacerdotium sanctificaretur. Hanc doctrinam subtiliter nobis iudicauit Apostolus, dum Leui decimatum declarat. Et notandum est diligenter quod ait; Adhuc erat in lumbis Abraham, quando obuiauit ei Melchisedech; Ac si dixerit, aliquando tandem fore decidendum de lumbis eius: quod certè fuit, quãdo Abraham factus est pater multarum gentium, & apparuit uerus sacerdos Melchisedech, & æquati sunt omnes Iudæi & Gentes, facti filij Abraham omnes qui credimus, & ingredimur per iustitiam fidei. Ob eã causam dictum est illi: Nec ultra uocaberis Abraham, uidelicet ut sis pater unius populi tantum: sed uocaberis Abraham: quia patre multarum gentium constituit te. Ille igitur populus ex eo cessauit in suis prærogatiuis, nimirum cessante lege, ac sacerdotio.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat &c. Sensus est, Si perfectio sacerdotij, quæ consistit in potentia expiationis peccatorum, & consequenter in effectu reconciliationis usque ad perfectam gloriam, erat per sacerdotium Leuiticum (nam populus ille sub eo sacerdotio legem accepit) profectio non erat necessarium surgere aliud sacerdotium, uel alium sacerdotem secundum ordinem Melchisedech. Nam si fortè sacer-

Nota, &amp; cape

104. 7.

Gen. 14.

Nota

Gen. 17.

Nota, &amp; cape

dos aliquis certus desiderabatur, debuit esse secundum ordinem Aaron, qui fuit primus pontifex Leuitici sacerdotij, si hoc genus sacerdotij fuisset perfectum. Quia ergo non erat perfectum, nec lex ipsa Moseos, ut erat Moseos, perfecta erat, quæ sub illo sacerdotio lata fuit. Nam lex quælibet sub sacerdotio aliquo esse debet: quoniam sacerdotio primùm expiatur populus, ut sit legis capax: deinde transgressiones legis eodem sacerdotio expiantur. Quatenus ergo lex illa erat lex Dei, hoc est, ea parte qua præcipiebat moralia communia quæ pertinebant ad Deum & proximum, nullo modo expiationes habebat, ut primò faceret populum peculiarem Deo, & capacem uitę æternę, ac deinde posset auferre peccata. Impossibile enim est uitulorum, aut hircorum sanguine expiari delicta, contra legem Dei commissa. Illæ irregularitates carnis tantummodo eo sacerdotio expiabantur, quæ à lege Moseos ueniebant, & ad cæremonias atque iudicia spectabant. Apparuit ergo uerum CHRISTI sacerdotium & perfectum ab illa oblatione, quam fecit sui sanguinis, quo redempti sumus omnes. Et sanctificatus est populus eius peculiaris & sacratus. Tunc sacerdotium exortum est æternum & sanctum, quo etiam deleri ualeant nouę transgressiones: quo adueniente, & tãquã illo antiquo in hoc ipsum nouum translato, etiã translatio legis fieri debuit. Dico legis de sacerdotio loquentis, & de his quæ ad sacerdotium pertinerent. Ista nanque connexa sunt, lex uidelicet & sacerdotium. Et hoc est quod ait B. Paulus.

Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat: Quemadmodum inutile erat illud sacrificium ad expianda peccata, sic & inefficax erat lex illi sacerdotio annexa, ad constituendam ueram iustitiam. Quod uerò esset transferendū sacerdotium, ex autoritate iam adducta probare uolens, adiecit: In quo enim (uel in quem) hæc dicuntur: scilicet quæ de Melchisedech dicta sunt, quæ referuntur ad CHRISTVM. Ipse enim uerus est sacerdos in æternum; de alia tribu est; idest, de tribu Iuda; de qua nullus altario præsto fuit; Samuel enim de tribu Leui fuit, ut patet primo Paralipo. 6. et si quidam aliter dicant, quamuis non fuerit de filijs Aaron. Dicit autem neminẽ fuisse de tribu Iuda præsto altario legitime, & ex officio: licet potuerit aliquis id sibi usurpare, si cõt scriptum est de rege Osa, qui tamen ob hoc ipsum lepra fuit percussus usque ad mortem, ut intelligant laici, qui sibi usurpant munia sacerdotum, quantum hoc displiceat summo Deo, & CHRISTO eius.

Manifestum est autem quod ex tribu Iuda ortus sit Dominus noster &c. Dicit hoc manifestum esse: quoniam ut res certa & constans habebatur. Nam & Ioseph, & Beatissima VIRGO fuerunt de tribu Iuda. Nec est quouis modo concedendum (tametsi aliquando D. Augustinus importunitati aduersariorum hoc dederit) B. VIRGINEM fuisse de tribu Leui ex paterna radice. Non enim posset uerè dici CHRISTVS de tribu Iuda secun-

dum carnem, & filius Dauid: quoniam non matris, sed patris familiam & tribum in hoc sequitur unusquisque. Non autem uenit Dominus de Ioseph secundum carnem, sed solùm de sanctissima VIRGINE: quæ si concederetur fuisse de tribu Leui, ut necesse est concedi, si pater eius fuit de tribu Leui, etiam CHRISTVS secundum carnem de tribu Leui fuisset. Apostolus contra tam clarè testatur hoc in loco: imò uelut omninò manifestum ponit CHRISTVM fuisse de tribu Iuda. Puto tamen Annam fuisse de tribu Leui, ut docent quædam historię: quanque ex apocryphis quidam scripserint, & illam pariter de tribu Iuda fuisse. Potius decebat ipsum ex utraque tribu uenire. Quicquid istud sit, oportet hoc constituere, CHRISTVM secundum carnem fuisse ex tribu Iuda, aut negare apertum hoc Apostoli testimonium.

In qua tribu nihil de sacerdotibus Moses loquutus est. Itaque cõcluditur, nõ potuisse CHRISTVM esse sacerdotem secundum ordinem Aaron & ex mandato illius, sed secundum ordinem Melchisedech. Vnde & manifestum sit, non solum probari hoc sacerdotium, sed insuper hoc uenire reprobari illud prius, tanquã inutile & inefficax, & cui sociata aderat lex mandati carnalis, quæ nullum ad perfectum adducebat. Inde maxime educitur: quoniam istud nouum sacerdotium hac speciali nota signatum est, uidelicet ut sit æternum: quoniam uitę insolubilis est summus huius Sacerdos. Ergo illo adueniente debuit aliud sacerdotium cessare. Non enim duo poterant esse sacerdotia, nec plures sacerdotes diuersi ordinis. Nam si unus satis erat, alter superfluous reddebatur. Si autem neuter eorum erat idoneus, desideratus fuisset alius. Neque dici potest ambos simul potuisse sufficere, cum inter se non conuenirent. Etenim alterum eorum hoc habebat proprium, ut diceretur æternum: ut de altero censeretur ualeat non esse æternum. Quapropter oportebat omninò dissolui & cessare: quia per illud non fiebat nostri cum Deo conciliatio. Et hoc suis uerbis exponens Apostolus, ait.

Et amplius adhuc manifestum est: Si secundum Melchisedech exurgat alius sacerdos; qui scilicet sit rex iustitię, & rex pacis; qui non secundum legem mandati carnalis &c. Põnit differentiam inter sacerdotem ueteris legis, & sacerdotem nouę legis. Illi fiebant sacerdotes secundum legem illam, quæ mandabat tantum uni carni, & uni populo ad tempus, cuius legis finis erat carnale bonum, & ideo terminandum. Nam & ipsi sacerdotes non diu manebant, sed assidue moriebantur. At noster nouę legis Sacerdos, factus est Sacerdos secundum uirtutem uitę insolubilis.

Contestatur enim: Quoniam tu es Sacerdos in æternum &c. Hinc probat Apostolus perpetuitatem sacerdotij CHRISTI, & ex dictis concludit. Cum hæc ita se habeat; Reprobatio quidem sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem: quantum pertinet ad legem sacerdotij cæremonialem, & tãdem quantum pertinet ad legem Moseos

Moseos, ut erat ipsius Moseos & non Dei, apta illi populo soli, & non omnibus gentibus. Porro cum: dixisset inutilitatem & infirmitatem legis illius, declarat qua in re erat inutilitas, ne quis falsus illam prorsus inutilem putaret, & ait.

Nihil enim ad perfectum adduxit lex; hoc est, Lex illa quantum ad ea spiritualia quae iubebat, quibus solummodo homo perficitur, non promouebat, ob ea impedimenta quae inueniebatur in homine, quem carnalem & contumacem, & sibi contumaciter repugnantem experiebatur. Nec. n. aliud poterat, cum esset natura iniustus, & sui plusquam Dei amator. Quantum uero ad promissiones pertinet, quas promittebat mercede carnales, nec sic adducebat ad perfectum. Similiter quantum ad suas per illud sacerdotium expiationes & iustificationes, non liberabat a peccatis, neque iustificabat, nisi carnaliter ab irregularitatibus quibusdam: & illud item coram hominibus, non coram Deo. Quamobrem oportuit alteram uenire legem omnino perfectam, & sacrificium perfectum, & ab omni parte absolutum.

Introductio uero melioris spei: Postquam sit igitur precedentis mandati reprobatio, sit consequenter inductio melioris spei, qua speramus eterna, non ulterius carnalia & temporalia; per quam proximus ad Deum; ut per fidem habeamus ingressum in CHRISTVM uiatorem, & sic accessum ( ut alibi ait Doctor noster ) ad ambulandum cum illo ad patriam, & ad Deum Patrem. Per spem uero assidue appropinquamus illi, incedentes in operibus bonis ex charitate, ut tandem mereamur coniunctionem, perfectionem, & amplexum aeternum. In illa enim coniunctione consistit uita perpetua, quae nunquam excidit. Constructio autem huius literae sic ordinatur; Et amplius adhuc manifestum est; id uidelicet, quod; si secundum ordinem Melchisedech exurgit alius sacerdos etc. sit precedentis mandati reprobatio: introductio uero melioris spei etc. Reliqua adijciuntur ad corroboracionem huius argumenti, & plenior probacionem.

Hoc in loco illud subnotandum est, ortas olim nonnullas de Melchisedech haereses, propter uerba Apostoli perperam (ut haeretici solent) intellecta. Quidam enim dixerunt ipsum fuisse Angelum Dei. Alij uero Spiritum sanctum. Nonnulli animam CHRISTI, uel eius Spiritum. Nouissime autem diebus istis uenit quidam manifeste a Satana ludificatus, qui nescio quae circa hoc comertus est. Sed nulla ratione decet nos profanatos, & demonijs auscultantes, esse sollicitos. Certissimum est ecclesiae, Melchisedech illum fuisse hominem, & regem Salem, ut ait scriptura: & non secus quam alij, ex patre & matre genitum, Non est autem istud in scriptura apertum, ut daretur locus intelligentiae mysterij. Quod autem fuerit Sem filius Noe, ut Iudei tradunt, mihi quidem minime redditur probabile; neque certa extat huius rei traditio. Et inutile est ea quae huiusmodi sunt anxie perquirere. Et quantum est non sine iureiurando etc. Ponderat Doctor noster modum ipsum, quo CHRISTVS

Quo nemine ad perfectionem adducebat lex

Eph. 2.

Errores de persona Melchisedech.

factus est sacerdos: ut tanto sit excelsior sacerdos, quanto ex sublimiore modo ad absolutam omnino firmitatem accipitur. Etenim ipse iureiurando constitutus est, in quo est signum indissolubilitatis, quodque seruo & constanter facta sit illi promissio. At istud nusquam in sacerdote illo Leuitico factum reperies. Quapropter; in tantum melioris testamenti sponsor factus est IESVS: Vbi notandum, quomodo & qui sacerdos & qui pontifex dicitur, cum sit mediator, etiam sponsor dici potest in sanguine. Nam & ipse spōdet & promittit, quod a Deo obtinuit per sanguinem. Et hoc in IESV maxime uerum fit, qui sanguinem proprium effudit, & per illum omnia obtinuit, redimens quod erat captiuum, & illud conuertens in acquisitionem & lucrum suum. Sed ipse interim statuit & reliquit unumquemque liberum, & in potestate sui arbitrij, dans rursum legem uitae, & futura bona promittens. Quicumque igitur receperit legem & custodierit, bene est habiturus: qui uero secus, poenas suae impietatis, & impudentiae pro merito luet.

Huius autem literae sic ordinetur constructio; In tantum melioris testamenti sponsor factus est IESVS, quantum est quod non sine iureiurando factus est sacerdos; Nam alij sine iureiurando creati sunt, ut metui possit de solutione ac cessatione illius sacerdotij. Ipse autem cum iureiurando; per illum qui dixit ad eum; hoc est, iusiurandum fuit per illum qui dixit ad eum; iurauit Dominus & non poenitebit eum etc. Hic Dominus, fuit Pater: qui per seipsum iurat, neminem habes maiorem per quem iuret. Illius ergo sunt haec uerba ( iurauit Dominus ) de se tanquam de tertia persona loquentis. Si quis malit, quod mihi non satis placet, esse uerba ipsius Dauid: uerba illa Apostoli sic debent exponi; Cum iureiurando; quod uidelicet iusiurandum testificatum est; per illum; nempe Dauid, qui dixit ad eum ( CHRISTVM ) iurauit Dominus etc.

Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus. Qui non habet necessitatem quotidie ( quemadmodum sacerdotes ) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iusiurandi qui post legem est, Filium in aeternum perfectum.

Et alij quidem plures etc. Pergit Apostolus declarans adhuc uberius inualiditatem, ac instabilitatem illius merito antiquati sacerdotij: quando quidem

quidem eorum in quolibet finiebatur morte. Moriebantur enim illi, & una cum illis peribat ipsorum sacerdotium, utpote qui non ualerent ulterius sacrificare, Vbi proculdubio loquit de summis sacerdotibus qui moriebantur, & oportebat alterum alteri esse successorem, At Pontifex noster Dominus IESVS cum maneat in aeternum, etiam sempiternum habet sacerdotium, nec ullus est illi successor. De eo enim dictum est: Tu es sacerdos in aeternum, ut concludatur aeternum habere sacerdotium: quod manifeste inde colligit Apostolus, & addit. Vnde & saluare in perpetuum potest; Graeca uox, παντελής, significat perfecte, plene ergo in perpetuum. Non enim plene ac perfecte, si non omni tempore & ubi sit opus, scaturiente semper peccato, non saluet. Potest ergo CHRISTVS omni tempore saluos facere: accedentes per ipsum ad Deum; Haec est uera lectio; Accedentes; non accedens. CHRISTVS enim qui cum Deo est, & est ipsemet Deus, non conuenienter dicitur nunc accedere ad Deum. Etiam illud aduerte, CHRISTVM suo sacrificio non saluare, nisi solos ad Deum accedentes, quod fit per fidem; & manentes in ipso, per obseruantiam mandatorum, sicut ipsemet ait: Si praecipua mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Potest ergo tales saluare talis ac tantus Pontifex CHRISTVS IESVS, & re uera saluat.

104. 15.

Semper uiuens ad interpellandum pro ipsis. Nisi assisteret Dominus noster ante Patris conspectum, uel iustos homines redderent Patri odiosos quotidiana peccata, sine quibus haec uita non traditur. At ipse uiuens ea diluit interpellando pro bis, & pretiosissimum suum sanguinem obijciendo, ut non imputentur nobis ad iram. Nam si iniquitates obseruaret Dominus, nec esset apud ipsum propitiatio nostra, quis posset sustinere? Sed in CHRISTO cuncta nobis condonantur, nisi charitatis donum turpissima transgressione amiserimus. Hoc in loco iterum animaduertendum est, cum Dominus post iudicium factum restituerit regnum Deo Patri, non ulterius futurum illum Pontificem; nec assistet ad interpellandum pro nobis; nec tunc erit ullum sacerdotium, quo nec opus erit, cum nulla sit futura transgressio, sed perpetua gratiarum actio, & sempiterna beatitudo. Itaque sacerdotium sempiternum, cuius hic meminit Apostolus, intelligi debet donec saecula hic uiuentium mortali uita durabunt, & salute homines indigebunt.

Nota.

Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus. Graece ὁσίος, uox quae significat pium, mundum, sanctum, castum & reuerentem Deis; Innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus; Coelorum [appellatione hic omnino arbitror ipsos Angelos intelligendos. Loquitur enim Apostolus (quod diligenter obseruandum est) de sacerdotio illo quod CHRISTVS adeptus est, pertinens ad nouum testamentum, quando iam non uita mortali uiuit, sed beata in caelis. Ideo dixit; Talis decebat ut esset nobis Pontifex; Vt eos notaret qui iam facti sunt

participes noui testamenti, addidit; nobis; Hoc enim decuit habere talem Pontificem, sanctum, pium, innocentem omnino, & impollutum, penitusque a peccatoribus segregatum, non iam qualis uiuit in terris, quando cum peccatoribus conuersabatur, manducabat & bibeat. Quocirca dulcissime discipulos suos solabatur: Expedit uobis, inquit, ut ego uadam. Loquitur ergo manifeste B. Paulus de Sacerdote CHRISTO in caelis existente. Nam hunc talem habere nos decet, per quem sumus filij Dei.

104. 16.

Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum illi sacerdotes, prius pro suis delictis offerre hostias, deinde pro populi. Erat ex antiqua secundum legem obseruatione, ut offerrent sacerdotes pro suis proprijs, & pro populi peccatis. Hoc enim Dominum semel fecisse, dum esset in hac uita mortali, testatur Apostolus. At quid est istud, rogo, quod ait Dominum fecisse semel? Nunquid ad hoc totum quod supradictum est refertur, quasi & ipse CHRISTVS semel obulerit pro suis peccatis, deinde pro peccatis populi, quemadmodum uerba ipsa porrigere prima facie uidentur? Exhorrent ab hac intelligentia expositores nostri. Quomodo enim qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, potuit pro suis peccatis offerre, quae nulla erant? Mihi autem uidetur, posse nos locum hunc plane intelligere, ut hoc totum fecerit Dominus aliquo pacto, ut pro peccatis suis, non quidem a se commissis, obtulerit: sed quia illud commune omnium humani generis antiquum peccatum, & quaecumque inde oborta sunt, super seipsum posuit, & sua (quod ea abstergeret) fecit. In illius persona dixit Propheta: Longe a salute mea uerba delictorum meorum. Et iterum alio loco dicebat: Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea a te non sunt abscondita. Non erubescant in me qui expectant te Domine, domine uirtutum etc.

1. Pet. 2.

Pf. 11.

Et in psalmis frequenter se peccatorem modo illo, quo diximus, confitetur. Itaque peccatum commune, in quo uirtute continebantur innumera peccata, proprium fecit, & pro hoc obtulit; atque amplius pro peccato populi sui, nempe illius Iudaici peculiariter & obtulit & orauit. Hoc prauidens Isaias, aiebat: Propter scelus populi mei percussi eum.

Isa. 53.

Potest, & forte uerius, ad peccata quoque nostra referri, quae post primam iustificationem contrahimus facti populus Dei. Non enim quae nos post baptismum admisimus peccata, illius dicuntur, sed populi sui, pro quibus etiam obtulit semetipsum Dominus iam iustificatus a suis, unde & diuersimode expiantur. Intellige prudens lector, quae dico: quoniam in hoc turpiter decipiuntur haeretici, qui more immundorum animalium non distinguunt peccata quae CHRISTVS penitus expiat in baptismo, quae fecit suae & ea quae dicuntur populi peccata post reconciliationem admitta, pro quibus etiam passus est, sed quasi pro nostris, non absolute pro suis: ut & nos qui post acceptam gratiam peccauimus, Y Y aliquo

aliquo modo satisficiamus.

Concludens igitur B. Paulus inualiditatem sacrificij antiq̄, docet à lege constitui sacerdotes homines infirmitatem habentes, & continua immolatione indigentes, ut potè qui continuè peccent; *Sermo autem iurandi*; hoc est, sermo Dei iurantis, & constituētis sacerdotem suum CHRISTVM, qui sermo post legem, id est, post cessationem legis, & consequenter post abolitionem sacerdotij antiqui, ut patet ex ipso psalmo: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Hoc enim ei dictum est, postquam mortuus est, & resurrexit à mortuis; & iccirco post legē Moyses, quæ iam affixa cruci, erat sublata de medio. Ille, inquam, sermo iurandi constituit; *Filius*; nimirum ipsum CHRISTVM sacerdotē; *in æternum*; Et illum quidem; *perfectum*; quia placuit, & acceptum fuit eius sacrificium ut valeat saluare: quæ duo deerant in Leuitico sacerdotio. Illi enim Pontifices semper sacrificantes ostendebant se non esse perfectos, quibus opus esset assidue offerre. CHRISTVS autem una oblatione perfectus est.

Verum hinc arripuit occasionem infœlix apostata Lutherus prodigiosissimæ suæ blasphemix, qui sacrificium noui testamenti negauit: ac propterea ordinem sacerdotij nullum esse in ecclesia CHRISTI asseruit, quia CHRISTVS una oblatione sanctificauit omnes. Sed nunc superfedebimus, postq̄ futurus est proprius inferius hac de re dixerēdi locus. Hoc interim solū cōfideret ex claris Apostoli uerbis, CHRISTVM dici Sacerdotem & Pontificem, & à Deo post legem constitutum, id est, postquam translata est illa lex, & cessit nouæ legi. De sacrificio ergo nouæ legis & sacerdote loquitur B. Paulus, qui constitutus est in cœlis. Hunc siquidem honorē ipse meruit & sibi acquisiuit, ut sit sacerdos uitæ insolubilis. Sacerdos etiam secundum ordinem Melchisedech, id est, cuius sacrificij oblatio, panis est & uinum. Hoc teneamus inconculsum fundamentum, nec permittamus quouis modo nobis eripi; quoniam huius doctrinæ est principium uerissimum, & manifestis scripturis innixum. Nihil quippe aliud agit hic B. Paulus, nisi ut in figura oblationis Melchisedech doceat perpetuam panis & uini oblationem esse statutam. Quod si retinemus, certò uidebimus ex his ipsis locis expugnari hæreticos, quibus ipsi contra nos malitiosè aburuntur. Neque uerò est mirandum si tanta impudentia negent, & sacramentū conculcent isti nebulones. Nouit enim Diabolus antiquus hostis, qui istorum ministerio utitur, quantum utilitatis inest in frequenti & bene administrato sacerdotij mysterio, per quod nobis placatur ipse Deus offensus, & gratiam largitur ad ambulandum inoffenso pede in uiam mandatorum eius. Nam si tollas sacerdotium de ecclesia, perinde est ac si solem de mundo tolleres. Sed ut diximus paulò post istorum argumenta fusius (Deo Largiente) inferius refellemus.



APITVLVM AVTEM SVPER ea quæ dicuntur. Talem habemus Pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi ueri quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium, sicut responsum est Moyfi cum consummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.



Apitulum etc. Hoc, inquit, est summorum quæ dicta sunt; Talem habemus Pontificem, qui confedit, id est, qui sedem iam obtinuit; in dextera sedis magnitudinis; siue maiestatis; in cœlis; Ibi enim est noui testamenti sacerdos & pontifex; sanctorum minister. Quod ait; sanctorum; potest duobus modis accipi. Primo ut significantur ij, quibus ministratur à Pontifice. Vel secundo res ipsæ quæ ministrantur. Certè minime dubiū est quin CHRISTVS minister Dei fuerit, & sit nunc in cœlis ministrans illi Sanctos in tabernaculo uero, quod est ecclesia, sanctificans illam, & emundans lauacro uitæ inuisibili per dona Spiritus. Hoc autem tabernaculum non fixit homo, sed Deus. Fundamentum enim eius CHRISTVS est, & primores in CHRISTO qui perire non possunt: Et ideo ait fixum ita esse tabernaculum, ut nulla manus queat euellere. Hanc doctrinæ summam hoc pacto probat, dum nobis ostendit ubi nam habeamus nunc uerum nostrum Sacerdotem, nimirum in cœlis, & non in terris.

Omnis enim pontifex ad offerendum munera etc. Ut probet (inquam) nobis esse CHRISTVM sacerdotem cœlestem, sumit ante omnia quod per se manifestum est, nimirum oportere uniuersaliter omnem sacerdotem offerre munera, & hostias. Oportet igitur ipsum CHRISTVM, cum sit sacerdos, similiter offerre; & consequenter habere quod offerat. Si ergo esset super terram, id scilicet quod offerret: si illud esset quid terrenum, profectò nec ipse esset sacerdos, quandoquidem adessent alij sacerdotes qui offerrent munera, & hostias illas quæ essent super terram. Et hoc faciebant secundum legem. CHRISTVS autem non erat unus ex ijs, cum non esset ex tribu, & sic erat nouus sacerdos. Ad quid autem nouus sacerdos etiam ipse ad offerenda munera super terram existentia? Neque enim ad eadē prorsus munera, nimirum terrena & carnalia offerenda

offerenda constituendus erat nouus sacerdos.

Vel potest exponi de CHRISTO; Si ergo esset super terram; nimirum ipse CHRISTVS, nō esset sacerdos. Essent enim & super terram alij sacerdotes, qui secundam legem offerrent. Non simpliciter affirmat fuisse sacerdotes tunc offerentes secundum legem, sed illud probat; si ipse CHRISTVS sacerdos esset in terris, esset quoque sacerdotes Leuitici offerentes munera: & ita CHRISTVS non esset sacerdos. Hoc, inquam, probat, sed subtiliter ex tacita quadam propositione, quæ huiusmodi est. Non cessat figura, donec ueritas ipsa ueniat: cui si adiūxeris, sacerdotium illud carnale figuram fuisse cœlestis sacerdotij, cuius sacerdos inueniretur in cœlis, hinc planè sequitur, non potuisse illud Leuiticum sacerdotium cessare, nisi ueniret ille cœlestis sacerdos, qui erat ueritas. Patet ergo istud, si non erat alius sacerdos præterquam Leuitici generis: quia (ut dictum est) figura non cessat, quamdiū ipsius rei ueritas non ueniat.

Fuisse autem illud sacerdotium figuram ueri & cœlestis sacerdotij, probat testimonio scripturæ: unde ait; Cum essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium; Sensus est: Illi sacerdotes deseruiabant illis ministerijs, quæ erant exemplaria, id est, figuræ atque umbræ cœlestium, id est, à ueris ac cœlestibus acceptæ, quæ erant futura: ita ut munera & oblationes quæ sunt noui sacerdotij, oporteat esse non terrena, sed cœlestia, sicut sunt uerè. His enim delectatur Deus & placatur. Vnde Eucharistix hostia non terrenus panis est, sed cœlestis: & oblationes sunt corda nostra, quæ uouemus & offerimus ipsi Deo, quæ merito quum gratia Dei decorata sunt, cœlestia dicuntur. Idque probat subiungens; Sicut responsum est Moyfi cum consummaret tabernaculum (seu consummaturus esset) Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte; Hoc habetur Exod. 25. in fine cap. Hic tamē Apostolus non dicit exemplar, sed typum. Ille autem typus ostensus Moyfi erat forma cœlestium, ad quam aptare illa terrena & carnalia iubeatur. Quandiu ergo non apparebant cœlestia eorum exemplaria, ea quæ ab illis cœlestibus ad uerum sunt expressa, non poterant cessare. Sed quia uenerunt cœlestia, ideo illa cessarunt exemplaria, & umbræ.

Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti Mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa uacasset, non utique secundi locus inquiretur. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies uenient, dicit Dominus: Et consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra Aegypti; quoniam ipsi

non permanferunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorū superscribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens. Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitum est.

Nunc autem melius sortitus est ministerium; Ipse uerus sacerdos CHRISTVS melius ministeriū sortitus est offerendi meliora; Quod & melioris testamenti Mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est; Legitur & in ueteri & in noua scriptura esse nouum quoddam Dei testamentum. Quod si nouum, necessariò ergo supponitur uetus. Siquidem nouum dici, nisi respectu ipsius ueteris nequaquam potest.

Nunc operæpretium uideretur, intelligere Pro intelligētia, quid sit uetus, & quid nouum, & qua ratione his nominibus uocata sunt. Item quid interest inter uetus, & nouum: & quò tenderet quodlibet eorum: quæue in uno quoque inesset utilitas, & quæ circumstant. Sciendum igitur. Quæcunque Deus egit unquam cum homine, pactis ea & testamentis egisse. Nam utroque uocabulo, ut idem significemus, utimur. Est autem unica uox hebraica; BERTH; quæ ad utrumque accommodatur. A principio namq̄ pactum Deus cum homine fecit, & legem charitatis illi dedit. Adiecit & speciale mandatum, ne ederet de fructu cuiusdam ligni: qui si secus faceret, periret omninò ipse, & uniuersa eius posteritas. Præuaricatus est autem homo ille, & inuentus est fructu pacti destitutus, nullum habens ius in Deum: quin etiā redditus est illi obnoxius in æternum. Illud pactum potest dici uetus pactum, non tamen propriè testamentum. Non, n. sic erat dispositum, ut uigorem suum morte intercedente, aut sanguinis effusione acciperet.

Optimus autem & clementissimus Deus noster irritum factum prius pactum insigni illa præuaricatione considerans, constituit iterum pactum & testamentum reiecto priore pacto, quod fuit per nos irritum factum. Et illud iterū sancitum in CHRISTO uenturo, & eius morte & sanguine. Et hoc pactum siue testamentum, quod etiam pactum est, cum sint in illo promissiones, non incongruè dicitur nouum testamentum respectu illius pacti ueteris ab initio: quia illi prioriam uiolato hoc nouum successit. Etenim testamentum istud non est aliud quam lex renouatæ gratiæ, & in CHRISTO instauratæ, YY ij qui



qui secundum carnis infirmitatem mortuus est & sepultus, & secundum potentiam Spiritus ter-  
tia die resurrexit. In hac autem lege gratiæ con-  
tinetur promissio ipsius æternæ uitæ.

Hoc autem testamentum quod fecit Deus nobiscum, notum factum est Adæ statim ab ini-  
tio post peccatum, & alijs patriarchis usque ad  
Abraham. In Abraham uero etiam quodammo-  
dò innouatum, & singularia quædam adiecta, sci-  
licet CHRISTVM esse de lumbis eius proditu-  
rum: & ipse Abraham futurus designatur pater  
non unius tantum illius gentis Hebræorum se-  
cundum carnem, uerum etiam mularum gen-  
tium secundum exemplum fidei: quia credidit ip-  
se Deo fide insigni, & accepit circumcisionem  
signaculum fidei. Istud testamentum cum Abra-  
ham factum, non potest dici uetus testamentum.  
Nunquam enim cessauit, quantumuis signum il-  
lud circūcisōis cessauerit: quod propriè pactum  
non erat, sed signum pacti. In ipsis scripturis  
uetus testamētum specialiter illud dicitur, quod  
per Mosen sancitum fuit cū populo illo. Et hoc  
fuit lex illa cum suis carnalium bonorum promif-  
sionibus, quæ promissit Deus illi populo in ma-  
nu Moyfi, sicut manifestum est Exod. cap. 24. ubi  
habetur, quomodo uenit Moses, & narrauit po-  
pulo omnia uerba Domini, & iudicia: & omnis  
populus respondit una uoce. Omnia uerba Do-  
mini, quæ loquutus est, faciemus. Scripsit ergo  
Moses omnes sermones Domini, & ædificauit al-  
tare, & immolauerunt filij Israel uictimas pacifi-  
cas, & obtulerunt holocausta. Moses autem tu-  
lit dimidiam partem sanguinis, & misit in cratē-  
ras, & residuum misit super altare, & legit uolu-  
men fœderis (siue testamenti) audiente populo,  
qui omnes iterum dixerunt. Omnia quæ lo-  
quutus est Dominus, faciemus: & erimus obe-  
dientes. Ille uerò sumptum sanguinem resperfit  
in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis (siue  
testamenti) quod pepigit Dominus uobiscum su-  
per cunctis sermonibus istis, idest, Hic est sanguis  
quo confirmatur pactum initum inter uos &  
illum. Hoc testamentum est illud, quod hîc uo-  
cat uetus testamentum B. Paulus, respectu noui.  
At hîc rogabit aliquis, & dicet: Cum uide-  
rimus testamētū nouū ante hoc uetus esse cōstitu-  
tum (quâ ab initio post peccatum dicimus fuisse  
illud nouum ordinatum à Deo) cur illud, quæ-  
so, quod per Mosen postmodo sancitum fuit, di-  
citur uetus, ac non potius nouum? Respondeo  
cogitandum omnino, legem quidem non esse ex  
fide, ut egregiè docet Apostolus, sed ante fidem.  
At lex noua ex fide est. Et ideo illa lex uetus cum  
præcederet fidem, etiam legem nouam præces-  
sit, quæ est ex fide, non quidem tempore secun-  
dum se, sed secundum illius applicationem. Nam  
finis legis fuit charitas: finis illius testamenti ue-  
teris, testamentum nouum. Cuique hominum, na-  
tura ipsa, posterior est lex fidei, quæ est noua, quæ  
lex naturæ, siue Moseos, sub quibus legibus om-  
nes gentes custodiebantur: licet illa lex Moseos  
solummodo conueniret Hebræis.

Potest etiam dici, testamentum nouum de-  
bere spectari à tempore nō quo ordinatum fuit,  
sed quo exhibitum atque manifestatum, & firma-  
tum à morte testatoris. Vtraque solutio uera est,  
& simul amplectenda, ut respectu duarum cau-  
sarum dicatur uouum. Differt autem istud  
nouum testamentum à ueteri in multis. Nunc  
dicemus tantum de promissionibus, quæ in solis  
carnalibus & terrenis bonis consistebant: nō ab-  
soluè tñ, sed mādāta, & iudicia, & cerēmonias il-  
lius legis custodientibus repromissa. Hic autem  
repromittitur cœlestis & æterna uita. Ideò uerè  
dictum est, CHRISTVM tantò melius sortitum  
esse ministerium quàm Mosen & Aaron, quan-  
tò melioris, seu præstantioris testamenti Media-  
tor est, quod quidem testamentum in melioribus  
repromissionibus sancitum est.

Nam si illud prius culpa uacasset, non utique secundū  
locus inquireretur. Manichæi Deum ueteris testa-  
menti uituperantes, suæ blasphemiae ansam ab  
Apostoli uerbis accipiebant, qui diceret non ua-  
care culpa illud testamētum primum, quod ue-  
tus dicitur. Sancti uerò doctores dicunt, i-  
circo non uacasse culpa, propterea quod imper-  
fectum erat illud testamentum. Mihi sanè hic  
uerus esse Apostoli sensus uidetur, ut docere ue-  
lit, illud testamentum ob eam causam culpa nō  
uacasse: quia qui sub illo erant, non sine culpa  
erant. Illud enim testamentum culpam nedum  
non auferebat, sed nec auferre poterat: quin &  
eam augebat. At nouum testamentum prorsus  
omne peccatum sustulit. Quicumque enim erāt  
sub illo testamento, sub ira Dei erant & sub male-  
dictio, nisi essent liberati per nouum adueniens: &  
ideo cessit primum secundo testamento. Verè  
ergo ait; Nam si illud primum culpa uacasset, non uti-  
que secundi locus inquireretur. Et benè sequitur.

Vituperans enim eos, dicit; Hanc sententiam  
non notauit Manichæus, quomodo B. Paulus  
asserit scripturam uituperare non ipsum auctore  
testamenti, nec ipsum quidem testamentum, sed  
eos qui sub illo inueniebantur. Sic illa lex ab  
eo dicitur infirma, non ex se ipsa, sed quæ infir-  
mis data non operabatur effectum. Sic testa-  
mentum illud rectè dicitur non uacare culpa, cū  
ij qui sub eo erant, assidue peccatores inuenirentur.  
Itaque opus fuit nouo ad implendam iustitiā.  
Appositè, ait ergo scripturam profert, aiens.

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus: & consummabo  
super domum Israel, & domum Iuda. Nota uerbum;  
Consummabo; ut significetur prius quidem fuisse  
hoc nouum testamentum ordinatum, & promif-  
sum, sed non consummatū. Morte enim testato-  
ris sit ipsa consummatio. Testamentum nouum;  
Aliud ergo erat ab illo ueteri consummandum  
super domum Israel, & super domum Iuda. Hæ  
ambæ domus totum Iudaicum illum populum  
complectebantur, cui credita erant eloquia Dei:  
& noui testamenti primitias à Deo acceperant.  
Ut autem omnino hoc testamentum diuideret à  
ueteri, & ab eo minime pendere ostēderet: addit;  
Non secundum testamentum quod feci patribus eorum  
in die

in die, qua apprehendi etc. Indicat illum diem tran-  
situs, & agni paschalis, quando fuit exordium ue-  
teris illius testamenti & sacrificij. Sed hoc testa-  
mentum nouum nihil ex illo habet consequen-  
tiæ, quin potius illud fuit huius figura.

Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo:  
Hæc est ratio, cur necesse fuerit nouum exhibere  
testamentum, & consummare per perfectionem  
gratiæ: quia ipsi, inquit, non permanserunt in te-  
stamento meo, & ideo eorum testamentum non  
uacabat culpa. Propterea subsequuta est iusta  
Domini indignatio; Et ego (inquit) neglexi eos; qui  
non poterant in eo testamento proficere. In cita-  
to tamen loco apud Ieremiam legimus: Et ego  
dominatus sum eorum. Sensus prophete acce-  
pit Apostolus, non uerba. Dominus enim qui pa-  
ciscitur nobiscum, in eo quod paciscitur, quodā  
modo æquat seipsum nobis, quibuscum immē-  
sa sua bonitate dignatur habere commercium.  
Quod si nos irritum pactum facimus, ipse tan-  
quàm uictor dominationem in nos accipit.

Et ita ferè contingit in hominibus. Duorum  
enim qui paciscuntur, dominus alterius quodā-  
modo is efficitur, qui seruat pactum altero irritū  
faciente. Et consequenter accidit, ut qui domina-  
tur negligat seu spernat, tanquàm consequutus  
potestatem in alterum. Et dum facit misericor-  
diam, tantò magis gloriosum se exhibet. Sic fe-  
cit Dominus, qui ita spreuit populum suum, ut  
tamen ubi superabundauit delictum (teste Apo-  
stolo) etiam superabundauerit gratia.

Quia hoc est testamentum, quod disponam domui  
Israel etc. Vide quantum differat à priore testa-  
mento. Illud in tabulis foris erat scriptum: hoc  
uero intus in corde & mente superscriptum, ut  
secundum interiorem hominem condelectetur  
quilibet legi Dei: & amore, non timore impleat ar-  
dua legis mandata. Digno enim Dei scripta est  
lex in quolibet qui iustificatur. Hoc non ui-  
dent, nec ponderant Lutherani: imò suis inscitæ  
renebris inuoluti, & uita licētiosa delectati, pon-  
derare nolūt. Et omnes alij quicumque negant in-  
esse nobis possibilitatem implendæ legis. Et  
ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum; Hæc  
dictio; DEVS; in scripturis relatiuè accipitur ad  
creaturam rationalem, ut Deus sit alicuius crea-  
turæ Deus. Significat autem non solum creatio-  
nem, sed specialem quandam in eos prouiden-  
tiam, quorum Deus dicitur. Ut si dicatur, Deus  
Pauli, Deus Abraham, Isaac, & Iacob, Deus Da-  
nielis. Sic & Deus eorum dicitur, qui in illum  
credunt, & quos signauit arrhabone Spiritus san-  
cti. Sic est Deus peculiariter Christianorum,  
qui tamen uerè Christiani sunt, & qui non per-  
diderunt semel adeptam gratiam.

Et non docebit unusquisque proximum suum, & unus-  
quisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Hoc  
plenā suā consequi in terris ueritatē Doctores  
negant, sed expectandam esse uerificationem in  
cœlis. Et tamen aliquo modo est uerificatio in  
terris, in his qui habent CHRISTVM in cordi-  
bus suis. Non enim ignorant illum etiam in se ha-

birantem, nisi reprobi sint. Nonne B. Paulus in-  
dignatus quosdam increpabat, aiens. An non co-  
gnoscitis uosmetipsos, quod IESVS CHRI-  
STVS in uobis est: nisi forte reprobi estis. Hoc  
idem uidetur prophetasse Isaias ubi dixit: Quia  
repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ ma-  
ris operientis. Et Dominus dixit de illis primitijs  
Spiritus: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flu-  
mina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ. De sapiē-  
tia & scientia diuinorum loquitur. Hoc autem  
(ait Euāgelista) dixit de Spiritu, quem accepturi  
erant credentes in eum. Itaque non hîc sim-  
pliciter asseuerat omnes cognituros Dominum,  
nimirum IESVM CHRISTVM, sed omnes  
qui computabuntur in partem populi sui, in quo-  
rum cordibus superscriptum fuerit opus legis, &  
CHRISTVS IESVS. Hi sunt uerè proximi,  
& fratres inter se: & hi omnes cognoscunt Deū  
interno fidei oculo, licet nondum perfecte.

Quoniam omnes noscent me à minore inter eos usque  
ad maiorem. Et rationem adiciens, ait; Quia propi-  
tius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam  
non memorabor; Attende lector. Quid est, rogo,  
quod faciat longè Deum à nobis abesse, nisi pec-  
cata nostra, & iniquitates nostræ, ut ait Isaias: In-  
iquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deum ue-  
strum: & peccata uestra absconderunt faciem  
eius à uobis. Doctè tandem concludens Apосто-  
lus, ait. Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Pul-  
chra admodum consideratio. Nouum dicitur re-  
spectu ueteris. Cum ergo promittitur nouum, ne-  
cesse est ut uetus, quod ei opponitur, ueterascat.  
Quod autem antiquatur & senescit, prope interitū est;  
ut sit necesse succedere illi nouum. Hæc de præ-  
sentis capitulo à nobis dicta sint.

Verum Caietanus contra duo illa, quæ erāt  
& sunt in ecclesia catholica persuasissima, uide-  
licet autorem huius epistolæ esse B. Paulū Apo-  
stolum, & quod hebraicè fuerit scripta, ijs ra-  
tionibus insurgit. Quod enim non Paulus,  
argumento est: quoniam quisquis ille sit, abutitur uo-  
cabulo hebræo, quo uult significari testamētū,  
cum potius fœdus & pactum significet. Secun-  
do, græcè esse scriptam indicat: quia scripturam  
ueterem citat iuxta interpretationem Septuagin-  
ta. Quis, obsecro, non uehementer miretur ho-  
minem græcè linguæ non peritum, tam audacter  
pronunciare de uocum significatione, & tam se-  
curè, contra eruditissimorum uirorum perpetuū  
consensum? At paulò post hac de re erit sermo.

Quòd uerò in hac epistola, quæ legitur græ-  
ca lingua, producat aliquis scripturæ ueteris lo-  
cus iuxta Septuaginta interpretationem, quid,  
quæso, argumenti (si uerum amamus) porrigit,  
eam primò hebraicè non fuisse scriptam? Quid  
enim si græcus B. Pauli interpres, qui propter  
linguæ hebraicæ imperitos in græcam uertit, il-  
lum Ieremiæ locum hebraicè à B. Paulo citatum,  
ipse iuxta LXX traduxit, ad eos potissimum  
scribens, qui non nisi illam tunc habebant editio-  
nem autoritate cerebrè? Nec enim rationabiliter  
aliter facere poterat. Vide ergo iam prudens le-  
ctor

Ierem. 31.

In Manicheos.

Rom. 5.

Contra negan-  
tes possibili-  
tatem implendæ  
legis.

Isa. 59.

Caietanus.

Et, quanta consideratione ac iudicio legenda sint huius uiri scripta.

## CAP. IX.



**H**ABVIT QUIDEM ET prius iustificationes culturae, & sanctum saeculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quae dicitur facta. Post uelamentum autem secundum, tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & uirga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti: superque eam erant Cherubin gloriae obumbrantia propitiatorum: de quibus non est modo dicendum per singula. His uero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. In secundo autem, semel in anno solus Pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatum esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quae parabola est temporis instantis: iuxta quam numerata & hostiae offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem: solummodo in cibis, & in potibus, & in uariis baptismatibus, & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis.

**B**Paulus ostendere uolens illud uetus sacerdotium non omnino fuisse inutile, sed exemplar ueri, ita ut per illa carnalia intelligerentur spiritualia ac coelestia, incipit ea pertractare de testamento illo, quae ad sacerdotium attinent, & ait: *Habuit quidem igitur & primum iustificationes culturae, & sanctum (seu mandatum) saeculare.* Quod ait, *habuit*; significat tunc iam non amplius habere: nouo enim subintrante interierat. Habebat autem primum testamentum; *iustificationes culturae*; hoc est, suos iustificandi modos, quibus redderent idonei ad illum cultum per caeremonias, quae scribuntur in lege. Habebat & sanctum saeculare. Significat locum ubi fiebant sacrificia. Et uocat; *sanctum saeculare*; ut differat a sancto spirituali & aeterno, non manufacto, in quo nunc sacrificamus uere, hoc est, tabernaculum, quod fixit Deus. Illud autem tabernaculum saeculare in hunc modum se habebat.

*Tabernaculum enim factum est primum etc.* Designans tabernaculum, & illud in duo diuidens, re uocat Hebraeis in memoriam, quomodo in pri-

mo quidem erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quae uocatur sancta. Vbi quod ait; *uocatur sancta*; potest intelligi de propositione illa panum, & de ipso tabernaculo, id est, de hac prima parte tabernaculi: quod uerius uideatur. Et haec prima pars tabernaculi censebatur usque ad uelum secundum, post quod uelum erat tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum, habens thuribulum aureum, & arcam testamenti circumtectam auro omni ex parte, in qua erat urna aurea habens manna, & uirga Aaron quae fronderat &c. Hic primum aduersus autorem huius epistolae ex Caietano elicitur argumentum: quoniam in nullo habet scripturae loco thuribulum aureum fuisse in sancta sanctorum, nec urnam in arca quae haberet manna, & uirgam illam Aaron. Immo uero tantum abest ut hoc sit in scripturis, ut etiam oppositum legatur, nimirum. 3. Reg. 8. ubi habetur, in arca non esse repertum nisi tabulas testamenti. Quare, inquit, iste textus ut sonat, manifeste contradicit sacrae scripturae. Nam sonat absque ulla differentia modi, haec tria esse in arca: quod perinde est, ac si dixisset haec tria esse intus in arca. Et addit: Fortem tamen autorem huius epistolae fecellit intelligentia scripturae Exo. 16. de phiala mannae: & Num. 17. de uirga quae fronderat. Mandatur enim de his ut seruentur coram testimonio Domini. Ex his enim forte credidit haec in arca seruari &c. haec ille.

Sic ergo agit hic homo cum huius epistolae autore, non solum perinde ac si non fuerit B. Paulus Apostolus, sed quasi fuerit homo scripturarum imperitus. Porro quia illud confideria contra sensum omnium ecclesiarum ausus fuerit, alij censeant. Istud apud doctos certum prorsus, ineptum atque inefficaciter illum hac in re argumentatum esse. Et primum, de thuribulo aureo non haberi in scripturis illud in sancta sanctorum fuisse, quam futile est: Nonne potuit alibi decentius, & promptius collocari, ut praemanibus ad usum legitimum mox adesset? Praeterea, quis est hic tam rigidus exactor, qui legem B. Paulo praefigat, ne quid enunciet non expressum in scripturis? Lapsus est igitur in errorem, quum dixit: Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Moysi &c. Hoc enim non habetur in scripturis.

Quod uero Manna dicatur iussu Domini seruatum coram testimonio, quid repugnat ei quod dicitur seruatum in arca, cum ipsa esset arca testimonij? Et similiter de uirga Aaron sentiendum.

Porro illud. 3. Reg. 8. Non fuisse in arca nisi tabulas testamenti: nunquid iccirco probatur nunquam ibi aliud fuisse, quam illas tabulas? Vide pie lector, quam inconsiderate haec iactauerit tantus uir, in re tantae considerationis & momenti. Verum nos de his latius in Annotationibus in illum, ad quas lectorem remittimus.

*His uero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes.* Ad rem propositam reuertens Apostolus, ponit (quod pertinet ad mysteria) differentiam inter primum & secundum tabernaculum. In illud primum intrabant sacerdotes

dotis sacrificia consummantes. In secundum autem tabernaculum introibat semel in anno solus Pontifex, nec sine sanguine, quem offerebat pro se, & pro populi ignorantibus. Ex hac autem proposita historia eliciens Apostolus allegoriam, ait per ea mysteria fuisse a Spiritu sancto significatum, nondum propalatum esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habentem statum. Erat ergo sanctorum uia iam praeparata, nimirum CHRISTVS qui dixit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Sed eo indicio nondum propalata: quia scilicet non erat ingressus in sancta sanctorum, hoc est, in uera sancta coelestia. Adhuc enim uelut stabat, & non erat scissum, sicut postea fuit a summo usque deorsum. Solum Pontifex semel in anno ibi, nec sine sanguine, pro se offerebat, & pro populi ignorantibus: quoniam adhuc sub uelo latebant uera coelestia. At propalata uia & nota facta, non oportet pro his ignorantibus rogare (ut dictum est supra) quoniam omnes cognoscent me a maiore usque ad minorem, dicit Dominus. Stabat ergo sanctum saeculare, & quandiu stabat, sanctum illud sanctorum coeleste non apparebat.

*Quae parabola est temporis instantis.* Applicat similitudinem, & ait; *quae parabola*; id est, similitudo, est instantis temporis, & ad illud tempus quod tunc instabat referenda, cum clausa erant sancta sanctorum, & uelo tecta: & iccirco stabat tabernaculum primum sanctum saeculare. Hoc autem probat per id quod sequitur; *iuxta quam* (graecè, iuxta quod, scilicet tempus) *munera & hostiae offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam, id est, intrinsecus; perfectum facere seruientem*; id est, cultum latrice exhibentem. Nam quae offerebantur non erant spiritualia, nec spiritualia continebant. Vnde recte ostendit in quibus consistere; *solummodo in cibis, & potibus, & in uariis baptismatibus, & iustitiis carnis*; quae solum iustificabant coram oculis hominum ad illud ministerium carnale, ut ritè fieret.

Vbi & nota illud; *solummodo in cibis*; ne quis deceptus talia esse & sacramenta nostra arbitretur, ut est aquae sacramentum, & alia quae habent materiam terrenam. Adest enim uis spiritualis ibi coniuncta. Vnde Dominus dixit: Nisi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ac si dixerit: Ex Spiritu sancto per aquam, aut media aqua. In cibo autem & potu sacrosanctae Eucharistiae, est ipsius corporis CHRISTI substantia uera, & sanguis, unde trahimus spiritum salutis nostrae: quod superbi homines non credunt, & qui gloriantur in sua sapientia. Nec illud considerare uolunt miseri: Si nihil aliud esset mystica benedictio in altari, quam panis communis, & uinum commune, nihil prorsus differemus ab illo prisco sacerdotio, quod in huiusmodi cibis & potibus constabat: & ita nouus sub titulo christianissimi adductus esset Iudaismus: quod est omnino horribile, atque intolerabile. O infelicissimos hominum, qui contra suam ipsorum uitam certant, ac ueram salutem.

Illae autem carnis iustitiae erant impositae non ab re, nec inutiliter: sed ut contineretur ille po-

pulus in officio, & candidaretur ad CHRISTVM. Quamobrem fuisse impositas usque ad tempus correctionis docet. Mirifice autem expressit B. Paulus quid significare uolebat ex uerbo; *correctionis*; graecè διορθώσεως. Significat enim proprie quandam erectionem (iuxta Budaeum) quando quis lapsabundus aliquid apprehendit, quo se possit erigere. Talis erat CHRISTVS, sine quo nutabant Iudaei: quem qui apprehendit, & eius mandata custodit securè in eo innititur.

CHRISTVS autem assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut uitulorum: sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quato magis sanguis CHRISTI, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo uiuenti? Et ideo noui testamenti Mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum praearicationum quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui uocati sunt, aeternae hereditatis.

CHRISTVS autem assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius ac perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis &c. Ecce (inquit) in quo est correctio nostra, & iuuamen: quonia adest Pontifex, id est, Sacerdos summus, & Mediator noster ante Deum, non is qui debeat ulterius orare pro talibus populi ignorantibus, quae erant infantium & puerorum. Ipse enim notitiam aperuit ueritatis. Venit & ipse in tabernaculum suum, ut per illud introiret in sancta sanctorum. Sed illud tabernaculum in quod ipse uenit, erat; *amplius*; siue maius: quia continebat non unius populi gentem, sed omnium populorum. Erat & *perfectius*; quia non erat; *huius creationis*; id est, manu hominum constructum, sed manu summi opificis Dei fabricatum.

Quaerunt: Quodnam erat hoc tabernaculum tam amplum, tam perfectum, per quod transiit IESVS? Quidam coelum esse aiunt: nolo hic contendere. Non placet tamen haec responsio. Erat enim in terris Dominus, quando hoc opus fecit & ministerium: necdum penetraret coelos. Nisi forte in ipsa causa effectum consideres, sicut ille dicebat: Ego uado ad Patrem. Sed huic in 104. 7. intelligentiae multa reclamant: quoniam per illud prius tabernaculum non significabatur coelum, locus beatorum. Dicunt ergo alij hoc tabernaculum, per quod transiit CHRISTVS, esse ecclesiam. Verum quomodo ecclesiam, cum praeter ipsum non inueniretur aliquis iustus? Nunquid, obsecro

104. 14.

Caietanus.

104. 3.

2. Tim. 1.

obsecro, existimare potes esse ecclesiam sine Spiritu sancto? Et nunquid Spiritus sanctus in ulla habitat anima non sanctificata? Ibat autē CHRIS TVS ad sanctificandum omnes, & (te concedē te) inuenit tabernaculum sanctificatum, per quod incedit, id est, ecclesiam iam conditam, & perfectē sanctificaram, ad quam tamen renouandā atq; sanctificandam pergebat.

Cuperem sanē hoc in loco dari mihi homines & ingenio pspicaces, & animo benignos atq; faciles ad cedendum ueritati, cum sese patefacit. Scio enim (loquor cum dolore) de his qui seētis se addixerunt, esse plerosq; qui claudunt aures, cum quippiam proponitur, quod eorum semel receptæ doctrinæ aduersetur. Non aliam uerō ob causam defendūt, nisi quemadmodum Pythagoræi solebant; Ipse dixit; Dicam tamen, quam tumuis sint repugnaturi, quod uerum esse conspicio. Tabernaculum illud per quod Dominus incessit, ut intraret in sancta sanctorum, fuisse unicam illam primariam Sponsam suam, in qua substinebatur: quoniam illa sola præseruata fuit à culpa, super quam Sponsus liberè posset incedere, ac per suum sanguinē fracto suo mortalis carnis à summo usq; deorsum uelo, intrare in sancta sanctorum, id est, in Tabernaculum illud nō manu factum. Igitur Beatissima illa VIRGO uirginum fuit primum illud Tabernaculum, de quo Propheta longē antē in spiritu uaticinatus est: Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus.

Quomodo autem intrauerit in hoc Tabernaculū CHRIS TVS Pontifex noster, secundū intelligentiam carnalem promptum est capere: sed hoc nihil est ad ingressum secundum spiritum. Oportet enim plurimum spirituale esse hominem, ut modū queat contemplari, quo summus Pontifex noster in corde B. VIRGINIS inhabitabat, & liberè incedebat. Quomodo itē per illud tandem exiens ille ex humanis, uelo suę carnis discisso (quæ res communis utriusq; fuit) per sanguinem suum, non uitorum, neq; hircorum, semel intrauit in sancta cœlestia, æterna redemptione inuenta. Acquisiuit enim eam sanguine suo. Probare autem uolens Apostolus per suum sanguinem CHRIS TVM nostrā nobis obtinuisse redēptionem & ueram salutem, argumentatur in hunc modum.

*Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uittule aspersus inquinatos sanctificat ad emendationem carnis &c.* Ritus illū expiationis memorat, de quo Leuit. cap. 16. Et uocat emundationem carnis, illam restitutionem ad cultum, quam crebrō amittebāt per trāgressiones decretorum legis, ut uel si tetigisset quis cadauer, & alia huiusmodi multa, quibus efficiebantur irregulares. Si ergo sanguis ille uilissimus hircorum, & taurorum, & ille cinis aspersus tantum poterant; *Quantō magis sanguis CHRIS TI qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruendum Deo uiuenti.* Clarum est hoc argumentum, ut propositū probet. Illud tamen declarare oportet, quid sibi

uult quod ait, CHRIS TVM se obtulisse per Spiritum sanctum, seu per Spiritū æternū, ut habet modo græci codices: licet facilis potuerit esse lapsus in græcis. Obrulit absque dubio CHRIS TVS semetipsum quatenus erat homo, mortuus à Spiritu sancto internē illum ad eam obediētā excitante. Erat enim amor diuinus, qui ad heroicum illud opus, & supra modum arduum adduxit. Et iccirco meruit redemptionem æternā.

Hic notandum est quantum intersit rescire unde procedunt opera, & à quo principio, ut sint bona & meritoria. Idem enim opus si ex charitate fiat, bonum erit. Quod alioqui non erit bonū, sed peccatum. Quæ item sint opera mortua uidentū est. Et proculdubio opera mortua, peccata sunt: quia occidunt animam. Et quæcunq; ex charitate non fiunt, mortua sunt: quia uitam non habent, & hæc coninquant conscientiam. Nam omnes debent operari opera ex charitate, quicunq; charitatem habent, aut habere tenentur. CHRIS TVS ergo emundat ab operibus mortuis conscientiam auferendo inde maculas, quas ab ipsis operibus mortuis contraxit ipsa conscientia. Emundationis autem hic est finis, ut seruiamus Deo qui uiuit, & est Deus omnium uerē uiuentium, per opera bona, & uiua.

*Et ideo noui testamenti Mediator est &c.* Concludit Apostolus, Cum Dominus noster per mortē suā abstulerit omnes præuaticationes quæ erāt sub priori testamento, in quibus continebatur in primis originale peccatū, & alia quæ inde scærent actualia sine numero, meruisse illum ut fieret noui testamenti Mediator, ut quicunq; sunt ad nouum gratiæ testamentum uocati, accipiāt repromissionem æternæ hæreditatis. Non quasi omnes illi qui sunt uocati, accipiant: sed qui uocati permāserint in sua uocatione. Sic uerē intelligendum est. Neque enim soli prædestinati manent, ut falsō putat uulgus. Et nos alibi abūdē scripsimus, & perspicuē ostendimus, quā irrationaliter multi aliter opinati sunt, & aduersus scripturas in uero sensu intelletas.

Hoc in loco diligenter notandum est, facta repromissionis mentione, pacti quoq; mentionē includi. Nam omnis promissio pactum est, & fœdus etiam dicitur: præsertim cum est promissio pacifera. Et cum similiter fiat mentio hæreditatis, idem quod est pactum, uocatur etiam testamentum, ita ut non sit impossibile conuenire simul, ut idem & pactum sit & testamentum, cum uidelicet promittitur hæreditas, & iureiurando firmatur promissio, ut Iuris cōsulti statuūt. Quā obrem turpiter, & in hūc errorem perniciosē lausus est Caietanus ( sic loquor ob rei, de qua agitur, periculum grauissimum ) qui ausus est & hoc in loco reprehendere huius aurorem epistolæ (certē B. Paulū) ueluti qui abusus fuerit hoc uocabulo hebræo, illud ad significandum testamentum sub ratione testamenti detorqueus, cū significet pactum: iam accipiens quasi rem impossibilem, hæreditatem posse uenire in promissionem. Vnde non est ueritus dicere, nō paruum

In Lutheranos pro operibus.

uūm hinc sumi argumentum, scriptam fuisse græcē hanc epistolam, quam nec Paulus unquam uiderit: perinde ac si dixerit. Si Paulus eam uidisset, utiq; reproballer. O dictum audax, ut parcē loquar. Expugnatur autē manifestē (ut aliās dixi) per ipsummet B. Paulum ad Romanos, & ad Galatas scribentem, ubi absq; dubio uocat testamentum sub ratione testamenti, cum adiciat hæreditatem: de qua non nisi per testamentum disponitur. Et ut appareat complere rationē testamenti, ipsa rei ueritas manifestat: quoniam nisi mors intercedat testatoris, non habet executionem testamentum, ut possit obtineri hæreditas. Ita ergo oportuit esse in proposito. Vnde protinus rationem subiunxit, & ait.

Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nōdum ualet, dum uiuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moysē uniuerso populo, accipiens sanguinem uitorum & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssōpo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicēs: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Etiam tabernaculum, & omnia uasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia penē in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.

*Vbi n. testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris &c.* Vide quomodo probat rationem testamenti B. Paulus, & CHRIS TVM ipsum testatorem. Ipse fuit qui promissit Abrahæ, & pacto obligauit illi hæreditatem. Oportuit igitur illum mori, ea tamen parte qua homo erat, ut non illius hæreditate frueremur & bonis. Neq; debet homo ita desipere, ut hæc quæ nobis de Deo dicuntur, conuenientia sint penitus in Deo, sicut in nobis solet accidere. Ecce testatur paterfa, & Deum etiam fecisse dicimus testamentū. Sed paterfa, dum moritur, non acquirit sibi quicquam, nec acquirit hæredibus bona hæreditaria. CHRIS TVS autem ea morte utrumq; acquisiuit, uidelicet hæreditatem sibi, & nobis. Prætereā, ipsemet CHRIS TVS qui est testator, est etiam hæreditas nostra: quod non contingit in alijs testatoribus. Sic pacta quæ inire dignatur nobiscum Deus & fœdera, similitudinem cū patris habent, quæ nos homines inter nos contrahimus. Sed non eodem prorsus modo: quoniam Deus reuera non potest seipsum nobis obligare, ut sit propriē obligatio. Homo autem homini obligatur, ut potē qui habet superiore legē obligantem. At Deus ipse neminem habet superiorē: & ideo dicitur potius ille debere sibi, quā nobis: & illud nullo ligamine, nisi nuda & mera sua

uoluntate. Nos autem uel inuiri ligamur pactis. Quæ igitur dicuntur de Deo & nobis, nequaquam sunt uniuocē, penitusq; iuxta eandem rationem æqualiter accipienda.

*Testamentum enim in mortuis confirmatū est: alioqui nondum ualet &c.* Istud item nota, confirmatū fuisse testamentum morte, minime esse illi doctrinæ oppositum, quam tradidit scribens ad Galatas, confirmatum scilicet fuisse iureiurando ante mortem. Siquidem confirmatio illa fuit, ut ostēderetur testamentum non posse immutari, quod iureiurando confirmatum fuit: non autem ita ut posset adiri hæreditas. Nam confirmationem fecit postea CHRIS TI mors. Nisi enim granum frumētī mortuum fuisset, ipsum solum mansisset. Sed nos illius morte erecti sumus, & obtinimus hæreditatem. Cœpit autem ille mori, & bonis suis propter nos priuari à primo suæ deiectionis & exinanitionis illius momēto, uidelicet quū incarnatus est. Testatus autem fuit antea, habēs bona immensa quæ morte amisit, ut nos admitteremur ad illa. Quomodo ergo negare potest Caietanus non esse testamentum illud, ad cuius confirmationē necessaria fuit mors, & particularis illa mors per sanguinis effusionem, quæ & in figura ueteris testamenti fuit designata? Quam obrem rectē ait Doctor noster; *Vnde nec primum quidem; scilicet testamentum; sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis &c.* Ecce quomodo ad similitudinē ueri tabernaculi, & ueri Pōtificis omnia peragebantur: nec fiebat remissio illarum culparum, ut (quantum ad cultum) sanctificarentur, nisi per sanguinem.

Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autē cœlestia melioribus hostiis, quā istis. Non enim in manufacta sancta IESVS introiuit exēplaria uerorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eū frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummationē sæculorū, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutū est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & CHRIS TVS semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundō sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

*Necesse est ergo &c.* sensus Apostoli est: Cum illa antiqua essent exemplaria cœlestium, quæ in nouo testamēto sanctificata sunt, necesse fuit ea illis sanguinibus emundari, id est, sanguine brutorum animātium. Nefas quippe erat hominum sanguine fieri illorum purgationem: sicut faciēbant gentes sacrificantes Idolis. Vbi & nos ingenuē

Gal. 3.

104. 11.

De gloriosa Virgine.



nunc fatemur, etiam Tabernaculum ipsum in di-  
guisse sanguine. Redēpta enim fuit & ipsa B. VIR-  
GO: imò primū ipsa, & summopere, ac summo  
& singularissimo modo redempta fuit sanguine  
CHRISTI per præseruationem. Hunc modū  
Filio & Matre dignissimum quidā nolunt recipe-  
re: sed & hoc illis aliquando, & citò (ut credo) re-  
uelabit Deus, puritatis Sponsæ defensor.

De compassio-  
ne B. Virg. &  
de martyribus.

Cum igitur antiqua illa terrena exemplaria  
coelestium mundata sint illis hostijs, decuit, quin  
etiā omninò necesse fuit, ipsa coelestia multò me-  
lioribus emundari, uidelicet hostijs: plurali nume-  
ro loquitur. Non enim una fuit hostia tantum.  
Necesse fuit esse illi adiutorium simile sibi. Et  
præterea per CHRISTI hostiam multæ ho-  
stia membrorum eius sanctificatæ sunt: contra  
istos miseros hæreticos. Vna quidem fuit hostia  
principalis, & in cuius uirtute ceteræ sunt acce-  
ptæ: sed illa primū quæ fuit penitus immacula-  
ta, atq; illi quoad fieri potuit, coniunctissima.  
Verū hac de re aliquando fortè dabitur spaci-  
osior pro dignitate materiæ, dicendi locus.

Non enim in manufacta sancta IESVS introiit  
exemplaria uerorum &c. Sensus clarus est, ac si di-  
xisset: Ad intrandum in illa sancta sanctorū ma-  
nufacta, satis erat ille hircorum & uitulorum fan-  
guis. Ad intrandum uerò in ipsum cœlum, ut ap-  
pareat nūc pro nobis uultui Dei, decuit per mul-  
tò meliorem, nimirum per cœlestem sanguinem  
fieri, quò omnes sanctificaremur ad cœli lucrū,  
patefacta sanctorum uia. Addit unam dissi-  
militudinem in figura: quoniam non fuit opus  
CHRISTVM semetipsum pluries offerre, sicut  
solebat Pōtifex qui singulis annis intrabat in san-  
cta, idque alieno sanguine. Alioqui oportuisset  
CHRISTVM ab origine mundi frequenter pa-  
ti, hoc est, omni anno ad redimendum mundū in  
omni ætate. At istud procul omni dubio fuisse:  
absurdissimum supra omnem modum.

Nunc autem semel in consummationē sæculorū ad de-  
stitutionem peccati &c. Potest hoc duobus modis  
intelligi. Primo, uenisse CHRISTVM in ultimo  
tempore sæculorum: Vel uenisse ad consumma-  
tionem, id est, perfectionem sæculorum omnium,  
quæ per ipsum perficerentur. Nam illius passio,  
seu passionum merita retrahuntur, ut profint  
etiam præcedentibus sæculis. Destitutio siqui-  
dem peccati facta est in illa carnis suæ destitutio-  
ne: & sic per hostiam suam, siue per immolatio-  
nem sui ipsius, apparuit ante Deum Redemptor  
& propitiator pro nobis.

Oēs homines  
gustabunt mor-  
tem.

Et quemadmodum: Ponitur hoc in loco; Et; pro;  
quia, statutum est hominibus semel mori; contra illos  
qui putant aliquos hominum non morituros.  
Dicitur enim omnibus in persona primi parē-  
tis Adæ: In sudore uultus tui uelceris pane tuo,  
donec reuertaris in terram de qua sumptus es:  
quia puluis es, & in puluerem reuertēris; Et  
post hoc iudicium; id est, postquam omnes mor-  
tui fuerint & resurrexerint, erit iudicium. Non  
enim iudicium ante resurrectionem, & cōsequē-  
ter ante conflagrationem mundi, sicut scriptum

est: Ignis ante ipsum præcedet. Quomodo ergo  
poterunt aliqui salui esse ab illo igne? Sic &  
CHRISTVS semel oblatus est; ac si dixerit: Nul-  
la ratione cōueniebat CHRISTVM sæpius mo-  
ri, si statutum fuit omnibus semel mori: sed illa  
CHRISTI mors suscepta est à Deo; ad exhaurien-  
da peccata; non unius, sed multorum. Certè omnium,  
quantum attinuit ad uoluntatem Dei. Multorū  
autem & non omnium: quia non omnes recipe-  
re uoluerunt. Multi tamen receperunt, & non so-  
lum illi pauci electi. Quapropter Dominus de  
suo sanguine breui moriturus dicebat: Qui pro  
uobis, qui scilicet electi estis: & pro multis, qui  
in secunda classe relinquantur: effundetur, sine po-  
tius effunditur. Assiduè etenim secundum effe-  
ctum ipsum funditur.

Marc. 14.

Secundò sine peccato apparebit omnibus expectanti-  
bus se in salutem; Secundò, inquit, apparebit sine  
peccato. Primò igitur apparuit cum peccato,  
non cuius ille commissi autor extiterit (quod uel  
cogitare blasphemia est) sed quod nos commisi-  
mus, & ipse in se suscepit luendum: ut possint cō-  
fidere peccatores interim usque ad illud tēpus,  
quandiu durabit tabernaculum hoc suum, scili-  
cet militantis ecclesiæ. Nam secundo aduentu si-  
ne peccato apparebit, omnibus expectantibus se,  
id est, illis quos à peccato mundos inuenit, &  
quasi expectantes Dominum suum, quando re-  
uertatur à nuptijs. Non enim tunc ueniet humi-  
lis & mansuetus, uir dolorum & sciens infirmita-  
tem: sed in potestate & gloria. Nec iam ad se uo-  
cabit peccatores, sed solos iustos. Illos ericiet for-  
rās, qui in tempore accepto spreuerunt eum.  
Nolo & hoc in loco nescire lectorem, hæreticos  
etiam hinc erūere argumenta, quibus possint de-  
struere sacrificium, & sacerdotium nouæ legis.  
Et tū inde absq; dubio ullo comprobatur. At  
hoc seruabimus sequenti capite pertractandum.

## CAP. X.



UMBRAM ENIM HABENS  
lex futurorum bonorum  
non ipsam imaginem rerū:  
per singulos annos eisdem  
ipsis hostijs, quas offerunt  
indefinenter, nunquam po-  
test accedere perfectos fa-  
cere. Alioqui cessassent offerri, ideò quòd  
nullam haberent ultra conscientiam pecca-  
ti, cultores semel mundati. Sed in ipsis cō-  
memoratio peccatorum per singulos an-  
nos fit. Impossibile enim est, sanguine  
taurorum & hircorū auferri peccata. Ideò  
ingrediens mundum dicit: Hostiam & obla-  
tionem noluiſti, corpus autem aptasti mihi.  
Holocaustomata & pro peccato non tibi  
placuerunt. Tunc dixi: Ecce uenio. In capi-  
te libri scriptum est de me, ut faciam Deus  
uolūtatem tuam. Superius dicens: Quia ho-  
stias

stias, & oblationes, & holocaustomata, et pro  
peccato noluiſti, nec placita sunt tibi quæ se-  
cundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce  
uenio, ut faciam Deus uolūtatem tuam. Au-  
fert primum, ut sequens statuatur. In qua uo-  
luntate sanctificati sumus, per oblationem  
corporis IESVS CHRISTI semel. Et om-  
nis quidem sacerdos præsto est quotidie mi-  
nistrans, & easdem sæpe offerēs hostias, quæ  
non possunt auferre peccata. Hic autem,  
unam pro peccatis offerens hostiam, in sem-  
piternum sedet in dextra Dei: de cætero ex-  
pectans donec ponantur inimici eius scabel-  
lum pedum eius. Vna enim oblatione cō-  
summauit in sempiternum sanctificatos.  
Contestatur autem nos & Spiritus sanctus.  
Postquam enim dixit. Hoc autem testamen-  
tum quod testabor ad illos post dies illos,  
dicit Dominus: Dabo leges meas in cordi-  
bus eorum, & in mentibus eorum super scri-  
bam eas: & peccatorum, & iniquitatum eo-  
rum iam non recordabor amplius. Vbi au-  
tem horum remissio, iam non est oblatio  
pro peccato.



Umbra enim habens lex futurorum bono-  
rum &c. Volens iterum suadere: Apo-  
stolus inutilitatem illius sacrificij ac  
testamenti ueteris: Primum sibi sumit  
legem illam in suis decretis & promissionibus  
fuisse quòdammodo umbram futurorum bono-  
rum, quæ non habebat imaginem rerum. Plu-  
rimum enim interest inter umbram & imaginem.  
Per umbram non redditur similitudo corporis,  
cuius est umbra. At per imaginem bene repre-  
sentatur id cuius imago est. Nunc uidere oportet  
quænam erant in lege habentia umbram fu-  
turorum bonorum. Verū quænam, ro-  
go, sunt illa quæ uocat futura bona? Respondeo,  
CHRISTVS cum Sanctissima VIRGINE Ma-  
tre, & Sanctis eius, & uniuersa ecclesia Dei, quo-  
rum umbram habebat lex, et non imaginem. Il-  
la enim significabantur in terra Hebræis promissa,  
& in tabernaculis, & uasis, & candelabris, &  
mensa, & propitiatorio, & arca, & urna, & uirga,  
& hostijs, & cunctis oblationibus. Hæc & alia  
innumera erant umbra sola uerorum, & non ue-  
ra imago: quoniā non poterant (ut ita dicamus)  
res ueras effigiare. Ideò lex per has umbras ac-  
cedentes, perficere coram Deo non poterat. Per  
umbram enim nunquam allequimur corpus.

Locus ualde dif-  
ficilis.

Per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offe-  
runt indefinenter &c. Probat autem hoc à rei eui-  
dentia. Nam Pontifices illi singulis annis offere-  
bant indefinenter easdem hostias. Qui si ad perfe-  
ctionem uenissent, cessassent aliquando sacrificia-  
re: ideò quòd nullam haberent ultra conscientiam pecca-  
ti cultores semel mandati; Conspiciebantur autem  
non cessare: Non igitur perfecti erant, nec perſi-

ci eo modo poterant. Vt autē perfectè hūc  
Apostoli locū intelligere possimus (habet. n. diffi-  
cultatem non modicam, nec ullum legi qui mihi  
satisfecerit) dicam quod mihi uisum est citra scri-  
pulum planissimo sensu procedere.

Oportet primum cogitare (ut aliās scripsi-  
mus) omnes homines ab initio fuisse uno pecca-  
to obnoxios, nimirum antiquo illo originali,  
quod quidem multa & innumerabilia peccata,  
quæ inde manabant, conſequebantur: nec ullus  
poterat sanari à proprijs peccatis, nisi ab illo pecca-  
to sanaretur. Qui autem ab eo peccato sana-  
tus esset, etiā ab alijs inueniretur sanatus, quæ-  
cūq; ante illam sanationem cōmisset. Nō enim  
poterat ab illo sanari, quin ab omnibus sanare-  
tur. Hæc autem quæ dico non ignorabantur in  
ea primitiua ecclesia, cum scrutarentur scriptu-  
ras, & recens uigeret Apostolorum doctrina:  
Nam erant principia fidei. Quærebatur er-  
go destructio illius peccati, & aliorum ex illo ue-  
nientium. Videamus nunc quò sacerdotio ex-  
piatum fuerit, & quo sacrificio: utrum Leuitico,  
an eius potius qui fuit de Tribu Iuda. Certè nō  
Leuitico. Idq; probatur: quoniam si hoc factum  
fuit, aut per Pontifices fuit, aut per minores sa-  
cerdotes. Non per illos, neq; per istos. Ergo etc.

Quod minime per Pontifices, luce clarius pa-  
tet. Etenim illi per singulos annos offerebant eas-  
dem hostias pro se, & p. populi ignorantijs: & hoc  
iubebantur facere ex lege. Non ergo auferebāt  
hoc peccatum: nec ueniebat scientia de Deo, quā  
profitebantur tunc se ignorare. Alioqui cessassent  
offerre, postquam illud peccatū erat peccatum  
naturæ, ut semel sublatum non posset redire.  
Hoc à nobis dicitur prius, ne quis obijciat: Offe-  
rebant assiduè pro nouis peccatis quæ commit-  
tebantur, nec cessabant committi. Nam sublatis  
prioribus, oportebat pro aduenientibus sacrificari.  
Hoc, inquam, dici non potest: quia pro illis  
quæ mittebantur quotidie, non poterat fieri  
expiatio, nisi sublatum fuisset illud originale.  
Si quis autem inuentus fuisset potens ad tollen-  
dum illud, & de facto sustulisset, etiam cætera  
præterita simul deleuisset, & perfectus fuisset: &  
ita cessasset offerre easdem hostias. Necesse quip-  
de erat nouum pactum, seu testamētum introduci,  
cum satisfactum fuisset Deo pro primo testa-  
mento: quod dum diceretur uetus, manifestè nouum  
esse introducendum innuebat. Nouo autem  
testamento succedente, consequenter oportebat  
Leuiticum illud sacerdotium omninò cessare,  
quod solum uigebat stante adhuc ueteri testamē-  
to, cuius præuaticationes manebant. Donec .n.  
non cessarent oblitteratæ & deletæ præuaticatio-  
nes primi testamenti, necesse erat durare illud sa-  
cerdotium. Durasset autem in æternum, si expe-  
ctatum fuisset ut per illud auferrentur peccata.  
Nam assidua commemoratio fiebat peccatorū  
in illis oblationibus. Non ergo tollebantur, nec  
per illas hostias corda mundabantur. Et uerè im-  
possibile erat sanguine illo hircorum, & tauto-  
rum (ut docet Apostolus) auferri peccata.

Quis pene-  
trare sēsu Apo-  
stoli, Aduerte.

*Ideo ingrediens mundum dicit.* Reñcit Aposto-  
lus hostias præcedentis sacrificij autoritate uerbi  
CHRISTI ad Patrem, qui ob istam causam à  
Propheta introducit uenire in mundum, idest,  
ob inutilitatem hostiarum ad remittenda pecca-  
ta. Verba enim CHRISTI sunt hæc: *Hostiam  
& oblationem noluit: corpus autem aptasti mihi:* Nos  
legimus; *ures autem perfecisti mihi:* iuxta ueritatē  
autem hæbraicam; *Aures autem perfodisti mihi:* Et  
forte loco; *perfodisti:* suppositum est; *perfecisti:* sed  
omnia eundem sensum reddunt, qui est. Aptasti  
me per corpus quod accepi ad obedientiam, ut  
possem mereri obediendo. Auribus enim excipi-  
mus præcepta, & cum perforatæ sunt, perfectè  
audiunt. Alludit autem ad mancipia, quæ  
quum uolebant frui beneficio iubilei, sed seruire  
semper, his aures perforabantur. Talem se Do-  
minus descripsit propter uoluntariam obedi-  
tiam usque ad mortem, mortem autem crucis.

*Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt:*  
Quod Apostolus ait; *Et pro peccato:* significat par-  
ticulare sacrificium, quod dicebatur pro pecca-  
to. Non ergo intelligendum est absolute, nō tibi  
placuerunt: sed non tibi placuerunt ad liberan-  
dum (sicut expectabatur, & oportebat) mundum  
à peccato, quo cuncti tenebantur. Alioqui nihil  
stante illo peccato actum fuisset. *Tunc dixi:*  
*Ecce uenio,* idest, carnem accipio ad obediendum.  
*Vnde bene sequitur; Ut faciam Deus uoluntatem tuam:*  
*Et interposuit; In capite libri scriptum est de me;* He-  
braei legunt; In uolumine, siue in pagina libri.  
Sed autore eodem Spiritu sancto convenientissi-  
mè interpretati sunt sancti Dei homines; In capi-  
te libri; Quod. n. est in capite libri, in uolumine est.  
Verum id maxime ad rē spectat, nō solū signifi-  
care de illo scriptū esse, sed locū ubi scriptum est.  
Quæ propter dicitur in ipso uoluminis principio:  
ut intelligeremus in eo capite libri scriptum esse;  
ut quemadmodum per ipsum condita erant om-  
nia, ita omnia per eundem essent instauranda: quæ  
uerissimū est, ut & illo in loco Genesis in nostris  
commentarijs latius hac de re scripsimus.

*Perdoctè autem argumentatur ex his uer-  
bis* Apostolus, ut probet primum Leuiticum sa-  
cerdotium debuisse cessare, & statui secundū &  
nouum in CHRISTO: quia paulò superius  
iam dixerat. Hostias & oblationes & holo-  
causta & pro peccato noluit. Quibus uocibus  
concluduntur cuncta quæ sacrificabatur ad ex-  
piationem peccati. Et statim ait: *Ecce uenio ut  
faciam uoluntatem tuam, hoc est, ut melius testa-  
mentum constituam ad ueram animarum sancti-  
ficationem.* In qua uoluntate sanctificati sumus:  
ut scriptum est. Hæc est enim uoluntas Dei, quæ  
scilicet ad effectum redegit CHRISTVS, san-  
ctificatio nostra. Redegit autem ad effectum per  
oblationem corporis sui semel, non continuè, nō  
pluries, uti faciebant alij minores sacerdotes: ne  
quis forte diceret. Si summus Pontifex ipse non  
tollebat peccata, saltē hoc agebat minores sacer-  
dotes: nam de ijs protinus subiunxit.

*Et omnis quidem sacerdos prestō est quotidie mini-*

*strans, & easdem sepe offerens hostias &c.* Bis enim in  
die, mane & uesper agnus offerebatur, sed frustra  
omnia: quia non poterant nec ipsa sanctitate, nec  
hostiarum illarum uirtute auferre peccata. *Hic  
autem;* idest, Dñs noster IESVS CHRISTVS;  
*unam pro peccatis offerēs hostiam, in sempiternum sedet  
in dextera Dei;* sensus est: Postquā ipse obtulit unā  
pro peccatis hostiam, tum acquiuit sibi sempi-  
ternam cū Deo amicitia, ut iā sedeat à dextris eius  
in potestate. Sunt qui illud, in sempiternum; refe-  
rant ad oblationem, siue oblationis efficaciam: pe-  
rinde ac si dicere uoluerit. Obtulit hostiam sem-  
piternæ efficaciz: quod & uerum est. *De cæ-  
tero expectans ut ponantur inimici eius scabellum pedū  
eius.* Interim sedet, idest, quiescit in dextera Dei,  
à quo absolutam accepit omnem omnium po-  
testatem, quam tamen non exercet in omnes, sed  
expectat donec ponant inimici eius, idest, hoies  
impj, heretici, & Antichristi, scabellū pedū eius.

*Vna enim oblatione consummauit in sempiternum  
sanctificatos;* Græcè, eos qui sanctificantur, idest,  
qui suæ sanctificationis fructum non spernunt,  
hos consummauit & perfectos fecit, ut non sit  
ulterius opus alia per ipsum oblationē. *Et  
hic est locus præcipuus, in quo innituntur noui  
heretici ad negandum sacrificium noui testa-  
menti, præter alia argumenta quæ ex dictis ip-  
sius Apostoli sumuntur.* Ut igitur plenius hæc  
pertractentur, resumam primum eorum argu-  
tias, tum easdem mox retundam.

Si una illa (inquiunt) oblatione, sanctifica-  
tos perfecit Dominus in sempiternum, quid uos  
nouas oblationes inquiritis? Nonne in iniuriam  
illius sit, quasi illa nō satisfecerit? Deinde, Si  
Pontifex noster est in cœlis unus assidue interpel-  
lans pro nobis, quomodo nō uacant qui sunt in  
terris sacerdotes? Tertio, Si pluralitas sacer-  
dotum antiquorum reprobatur à Paulo propter  
infirmitatem, unde hic uobis tam magnus sacer-  
dotum prouentus? Quarto, Si inter legem ue-  
terem quæ constituit sacerdotes, & legem nouā  
quæ dicitur sermo iurifuradi hoc interest, quod  
lex illa quidem constituit homines sacerdotes in  
firmitatem habentes & mori obnoxios: quomo-  
dō uos noui testamenti sacerdotes estis, cū simili-  
ter moriamini? Quinto, Sicut illi sacerdotes spre-  
ti sunt à Paulo, eò quod semper pro se orabant,  
& pro populo, ut inde collegerit eos nunquā litas-  
se, atq; ad perfectū peruenisse: quid obstat, quin  
hoc similiter dicat de uobis, qui itidē id ipsum faci-  
tis nō cessatē ex mādato sacrificare pro uobis,  
& populo Dei? Sexto deniq; Verba hæc sunt  
aperta Pauli aictis: Vbi peccatorū remissio, iam  
non est oblatio pro peccato. Est autem omniū  
peccatorum per illam oblationem remissio, un-  
de igitur uestræ oblationes?

Nos autem ijs omnibus respondentes, ordi-  
ne tamen retrogrado procedemus. Ad sex-  
tum ergo quando obiciunt: Vbi est peccatorum  
remissio, iam non est oblatio pro peccato. Respō-  
deo loqui Apostolū de peccatis quæ erant sub  
primo testamento, quale erat originale, & quæ  
inde

inde manabant: sicut declaratum est superius.  
Ob eā causam dixit B. Paulus. Vbi est horū re-  
missio; horū inquit, de quibus uidelicet dixerat  
per Ieremiā Dominus. Dabo leges meas in cor-  
dibus eorum: & peccatorū eorū, & iniquitatum  
(pculdubiō præteritarū, nō aut earū quas post  
inscriptas leges in cordibus cōmiserint) nō recor-  
dabor. Itaq; necesse est manere sacrificiū pro cul-  
pis, quæ sub nouo testō admittunt post ueterū re-  
missionē peccatorū, & acceptā grām, ut pbabit.

Ad quintū, Dicimus meritō ab Apō spretos  
esse priores sacerdotes tanquā nō litantes, & sem-  
per sacrificātes: quandoquidē semper orabāt, &  
easde offerēbāt hostias pro suo proprio, & po-  
puli peccato. Sed nō propterea spernēdi sumus  
nos noui sacrificij sacerdotes & ministri. Nō .n.  
idē facimus, qui (ut paulò antè dictū est) pro alio  
genere peccati sacrificamus, & assidue p nouis  
peccatis quæ à nobis cōmittuntur. Illi pro illo pec-  
cato nimirū originali: quod si sublatū semel fuis-  
set, non redibat ulterius. Quamobrē nō oportet  
bar eo semel sublato, amplius pro illo sacrificare.  
At nos, qm̄ pro assiduis peccatis quæ in dies cō-  
mittunt, offerimus sacrificiū, nihil prohibet, imò  
etiā necesse est assidue sacrificare, ac simul assidue  
litare: ut quæ assidue admittuntur, assiduo sacrifi-  
cio expientur. Non enim pro eisdē peccatis sem-  
per à nobis offertur sacrificium.

Ad quartū, Dicimus sacerdotium primū nō  
habuisse unū summū sacerdotē qui semper uiue-  
ret, ac per hoc in quo consisteret ipsum sacerdo-  
tium: sed omnes etiā summi sacerdotes erāt infir-  
mi, mortiq; obnoxij. At sacerdotiū nrm̄ in sū-  
mo illo Sacerdote fundatur, qui est uitæ insolubi-  
lis. Quare perspicua est differētia inter sacerdotiū  
ueteris legis, & nouæ: quia perēnitas sacerdotij  
nr̄i & uigor sustētat in CHRISTO IESU Redē-  
ptore nr̄o, qui est Sacerdos in æternum. Nos. n.  
sub illo Sacerdote sumus, ut eius ministri. Ille est  
summus Pastor, & nos loco eius pastores.

Ad tertū, Similiter dicimus nihil prorsus ef-  
se absurdi, sub CHRISTO Sacerdote qui uiuit,  
multos inueniri sacerdotes morti obnoxios. Sa-  
tis est. n. illū Sacerdotē principē semper uiuere:  
quod non fuit in illo antiquo sacerdotio.

Ad secundū, Dicimus nō uacare propterea sacer-  
dotes qui sunt in terris, quā illi corā Deo in cœlis  
assistat, & interpellat pro nobis. Verū hīc opus  
attritione multa, & illud reuocandū in memoriā  
quod sepe diximus, & sæpius pp istos hæreticos  
repetendū est, uidelicet CHRISTVM per unā il-  
lā suā oblationē nō desisse sacerdotem esse: imò  
per illā acquisiuisse sacerdotiū, ut illud leuiticū in  
aliud trāsferret, quod est noui testamēti sacerdo-  
tiū. Sacerdotiū autē hoc, quæadmodū & illud leui-  
ticū, iōidē habere debet & Sacerdotē summū qui  
initiet in sancta sanctorū: & alios plures minores,  
qui maneat inferius in sancta, & quotidie sacrifi-  
cēt. Eam. n. formā constituit Dñs Deus ad exem-  
plū ueri tabernaculi obseruādā: in quo etiā oportet  
esse sancta, ubi quotidie celebraret, & offer-  
retur hostia. Et itē esse sancta sanctorū in cœlis,

Et

quod iā est ingressus summus noster Pontifex me-  
dio proprio sanguine, unica illa oblatione: qua  
factū est ut pro præcedētibz culpis, quæ erāt sub  
priori testō, litatū sit: & ut pro nouis quæ sub no-  
uo emergerēt, sit trāslatū illud sacerdotiū uetus  
inutile, & statutū nouū pro ijs culpis luēdis, quæ  
assidue iterant in nouo testō. Nota, hæretice,  
quod ait Paulus; Trāslatū sacerdotiū per CHRI-  
STI sanguinē, nō extinctū. Tu autē omninō uis  
extinctū, cū uis cessare uem oblationem. Et uide:  
Quemadmodū sacerdos ille summus ueteris testa-  
mēti, postquā intrasset in sancta sanctorū semel in  
anno, nō amplius per seipm̄ hostiā offerebat ma-  
nēs tñ sacerdos, licet inferiores sacerdotes nō ces-  
sarent quotidie offerre agnum, & uarias hostias,  
quæ omnes hanc unā nostram significabant: Ita  
CHRISTVS semel ingressus per suū sanguinem  
in sancta sanctorū cœlestia, retinēs æternū sacer-  
dotiū permittit, imò uult & iubet à nobis minoribz  
in hoc inferiore suæ sanctæ ecclesiæ taberna-  
culo offerri hostiā illam uiuam, immaculatam,  
quam ipse sua omnipotentia fecit, & ordinauit  
nobis ut faceremus, quæ est secundū ordinem  
Melchisedech non cōmunis panis, & uinum cō-  
mune, sed sub specie cōmunis panis & uini cor-  
pus suū, & sanguis, idest, panis uerus, uiuus, cœ-  
lestis: & uinū cœlestē, ambrosia & nectar nr̄um,  
cibus & potus Deorū, idest, cœlestium ac beato-  
rum prorsus omnium spirituum.

Ecce quā aprē quadrāt oīa. Habemus. n. sangui-  
nē & uerū sanguinē, quæ offerimus ad placādum  
Deū pro nouis culpis: quia sine sanguine non sit  
remissio, cuius effusio semel facta semper prodēs  
se debet, modo iugiter offeratur. Nec solū pro  
ijs culpis quæ admittuntur, uerū etiam pro gratia-  
rum actione & laude, quam debemus Deo. Nec  
solū ad eluenda peccata iā admittā, uerū etiā  
ad impetranda beneficia, & ne amittantur. Quo-  
tiens nanque offerimus, roties ille sanguis ante  
aspectum Dei effunditur, hoc est, roties illius effu-  
sionis efficaciz præstat: quia cū memoratur illa  
effusio (facimus. n. in memoriā eius) quodammo-  
do renouatur. Sic. n. lapidēissime instituit Domi-  
nus. Oportet. n. ut profit illud sacrificiū, applica-  
ri nobis. Applicatur autē respectu præcedentium  
culparum, quæ sunt sub ueteri testamento, per ba-  
ptismum. Respectu autem nouarū per sacrificiū  
hoc nouum, & per alia sacramenta, quæ absque  
hoc sacrificio non proficerent: sicut nec absq; il-  
lo CHRISTI sacrificio prodesset baptismus.  
Non est ergo confictum sacrificium nostrum,  
sed uerum & ordinatum à CHRISTO ipso in  
cœna. Ipse enim primus & uerus Melchisedech,  
postquā primū animo & uoto obtulit seip-  
sum Deo, & uidit Deum oblationem accepisse,  
& per eā oblationem se acquisisse sacerdotium  
æternum, ordinauit & obtulit tunc panem & ui-  
nū, corpus & sanguinem suum incruentum sacri-  
ficium, & dedit potestatem nobis idē faciendū  
& offerendū in nouo testamento iam ueteribus  
culpis deletis. Nec solū nobis id faciēdi potesta-  
tē dedit, uerū etiā ut reipsa faceremus, mandauit.

ZZ Ecce

Notet hereti-  
cum.

Ecce igitur quō non uacant noui testamenti sacerdotes, sed & ad eū finē sunt necessarii, ut sit & maneat sacerdotiū in æternū, uidelicet in hoc testamento æterno pro nouis culpis. Æternorum dico: quia nunquā mutabitur, & tandiu durabit, quādiu sunt mundi huius sæcula perduratura. Nec est uerū, nostram ministratiōem non aliud esse quā cōmemoratiōem illius sacrificij & oblationis CHRISTI: ut uidentur quidam indoctē dicere. Alioqui quilibet esset sacerdos, qui hanc posset facere cōmemoratiōem. Quis autē non posset? Nihil autem est in ratione ueri sacrificij, quod non sit in isto nostro. Quatuor enim sunt quæ in sacrificio considerantur. Sacerdos offerens. Deus, cui offertur. Hostia et oblatio quæ offertur. Deniq; causa ipsa oblationis. Circa sacerdotem, haud dubium (cū sacerdotium in ecclesia sit ordo summi ac dignissimi honoris) à Deo ordinatum fuisse: contra quē temulentē blaterant noui dogmatistæ.

Pro ueritate nostri sacrificij.

Luc. 22.

Cum, n. præcepit Dominus Apostolis suis dicens; Hoc facite in meam cōmemoratiōem; tunc illis sacrificandi potestati dedit, sicut persuasissimum est uniuersæ ecclesiæ. Nec propter hos nouitiōs doctores ullo pacto reuocanda sunt in dubium. Nemo enim sibi assumit honorem, sed qui uocatus est ut Aaron. B. Petrus clarē hunc ordinē designauit in ecclesia, cū regale sacerdotiū in ea constitutū dixit. Nā si in primo testamento fuit hic honorabilis ordo secundum carnē, quāto magis esse debuit secundū spiritū in secundo? An non dixit B. Paulus translatum esse sacerdotiū, ad exemplū nostri sacerdotij constitutum, iuxta mandatū Moysi à Deo? Certē si in eo sacerdotes erāt, etiā in hoc oportebat non deesse. Alioq; quodnā (rogo) exemplū illud fuisset?

1. Pet. 2.

Præterea; Nonne B. Paulus mādabat ordinari presbyteros & Episcopos, ut perpetuō consuetū fuit in ecclesia sancta Dei? Quid autē illi erāt, si sacerdotes nō erant? Quod uerō ut Magistratibus blandiretur, Lutherus dogmatizauit; Omnes Christianos parē habere & æqualem potestati in uerbo & sacramento, non autē exercitiū (nam hoc pendere ab electione per Magistratus laicos docuit) ita est stultū, ut nullū profus mereatur responsum. Sunt enim quædā adeo per se falsa, & ridicula, ut uel primo auditu, nisi perniciosa essent, silentio præteriri deberent. Verū propter infirmos & rudes, ne quis decipiatur, redargui ea oportet: ne illi sapere uideri possint.

Ad Tit. 1.

Sunt igitur sacerdotes in ecclesia CHRISTI: & est ordo ipse sacerdotalis ab ipso met institutus ad sacrificandū. Porro ipse Deus est, cui nos sacrificia offerimus. Nam soli Deo sacrificiū debetur. Est itē & hostia quæ offertur, quā nobis preparauit ipse ut offerremus, nēpe corpus et sanguis Domini nostri IESV: quia sine sanguine nō fit remissio. Hæc hostiam nos facimus, & offerimus. Sacerdotis enim non solum est offerre, uerū etiam facere sacrificiū. Facimus ergo & nos illud. Nā cum uerba CHRISTI proferimus, cōtinuō adest sub speciebus panis, corpus; & simili-

ter sub speciebus uini, sanguis: quæ offerimus. Et hæc est hostia uiua, quæ summo Deo placet.

Dices fortassis: At nulla est sanguinis effusio in nostro sacrificio, quæ tamen uidetur exigi. Et nos dicimus: Imō iā declarauimus esse et effusionem sanguinis secundum commemoratiōem & efficaciam. Vnde sicut CHRISTVS antequā effunderetur sanguis, dixit: Qui pro uobis effunditur (ut habet uera græca lectio) ut indicaret illū omni momento effundi: ita & post effusionem, quotiens eā effusionem commemoramus, in Dei conspectu quodāmodo renouamus, cū ante oculos Dei illa effusio pro omni tēpore respiciatur ut præsens. Habes iā Catholice lector, offerentiē sacerdotē legitimam. Habes & cui offertur: & quod sit ut offeratur. Nunc insuper ueras accipe necessariæ oblationis causas.

Sciendū est, Sacrificiū reddi Deo, iuris esse naturalis. Ratione enim naturali deprehensa est obligatio sacrificij. Sacrificium, n. est exterior quædā protestatio interioris deuotionis ac fidei, quæ in Deū respicit. Deuotio quippe nihil aliud est, quā actus quidam interior uolūtatis, quo homo subdit se sponte ac summissē Deo ut Domino, ut Creatori, ut Seruatori, ut ei quo indiget omni momento, & à quo recipit beneficia, quicquid ipse est, & quicquid habet. Hanc interiorē deuotionē debet homo etiam per signa exteriora proferre ac profiteri, ut per sensibiles res declaret, & offerat hūc animum suū. Hæc est propria hominis cōditio, manifestare interna per externa. Quod si rursus peccauerit homo in Deum, contra eius mandata faciens, superadditur etiam ratio sacrificij. Nā pro beneficijs acceptis est sacrificiū laudis, & gratiarū actionis. Pro impetrandis autē est etiā sacrificiū deuotionis. At pro redimendo uel se, uel alios à peccatis, oportuit quodque esse particulare sacrificium.

Cū igitur istę sacrificij causę absq; dubio uigeāt in nouo testamēto, hoc unū ordinatū est nobis sacrificiū corporis & sanguinis CHRISTI in cruce, ut sit satis pro oibus causis. i. ad laudē, & gratiarū actiones exhibēdas Deo, & ad noua beneficia impetranda, & ad deletionē recētū peccatorū: quā uim tñ habet ab illa unica oblatione p. CHRISTVM facta, quæ in his nr̄is oblationibus recollitur. Nā sicut nos oportet pro nobis, & inuicem pro toto corpore ecclesiæ orare (quāuis pro nobis oibus CHRISTVS orauerit) ita oportet & nos pro nobis sacrificare, quāntū CHRISTVS pro nobis & pro toto mūdo sacrificauerit: quia sic applicamus nobis illius & orationē & sacrificiū. Falluntur ergo supramodū hæretici, qui sacrificiū negant. Nec solū id contra scripturas inficiuntur, & contra morem ecclesiæ: uerū etiam contra naturalē rationē, cui et omnium gentium ritus ab initio mundi in hodiernū diem astipulatur: ut uel sint isti ipso Cain longē deteriores. Neque enim ille sacrificij debitū, quod natura ipsa docebat, negauit: sed solum fidei sacrificium non admisit. Isti autem dementes homines simul & fidem, ac ipsam naturam negant.

Sed

Sed hætenus aduersus illos. Ad Apostolum nostrum iam redeamus.

Habentes itaque, fratres, fiduciā in introitu sanctorum in sanguine CHRISTI, quā initiauit nobis uiam nouam, & uiuentē per uelamen, id est, carnem suam: & Sacerdotem magnum super domum Dei: accedamus cū uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (Fidelis enim est qui repromisit) Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operū: nō deserentes collectionem nostrā, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tāto magis, quāto uideritis appropinquantem diem.

Habentes itaque; Quia nemo potest assequi fiduciam intrandi in sancta sanctorum, nisi eo modo quo CHRISTVS intrauit. Intrauit enim ipse prius in sancta: quia dignatus est humiliari, & quasi unus nostrum uersari nobiscum ministrans, ut inde in sancta sanctorum, id est, in sancta cœlestia penetraret. Cū igitur dicat Apostolus; Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum; ostendit se ad eos sermonē dirigere, qui iam profitebantur in ecclesia fidem CHRISTI, unde uenit spes adeundi superna, eo quod CHRISTVS uiam nobis: initiauit; seu innouauit; nouam & uiuentem uiam; quā calcauit ipse primus. Hæc est uia crucis, de qua apud B. Ioannē dixit: Et quō ego uado scitis, & uiam scitis.

104. 14.

Et ut melius declararet Apostolus, dixit hæc uiam esse factam; per uelamen, hoc est, per carnem suā: cuius liuore sanati sumus. Sic & nos oportet transire per humilitatem & passionē carnis. Dixit hanc esse uiam nouam, & uerē à nemine antea excogitam. Quia enim non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiā crucis saluos facere credentes. Vocauit & uiam uiuentem, utpote in qua est uita Spiritus, & ad uitam etiam ducit meliorem. Cum igitur habeamus hanc uiam: & Sacerdotem magnum super domum Dei: qui potest & uult nos adiuuare: & magnus est, quoniam est præpositus totius domus Dei, quæ est ecclesia, super omnes Cherubim & Seraphim. Postquā ergo præsto est nobis tanta facultas & tanta petendi fiducia.

1. Cor. 1.

Accedamus; ad ipsa cœlestia regna; cum uero corde; non ficto & simulato; in plenitudine fidei; Plenitudinem fidei uocat, quæ certitudinem & persuasionem ita affert, ut nullus hæsitatiōi relinquatur locus. Id autem uerē est cū purificatum est cor. Fieri enim uix potest ut sit plena fides in corde impuro. Ideo ait; Aspersi corda à conscientia mala; Alludit ad asperionem factam per Moysen: quoniam aspersit populum cinere intincto sanguine. Quæ quidem asperio significauit purificationem conscientię, per poenitentiam, &

uim poenitię purificantis corda per sanguinē CHRISTI; Et abluti corpus aqua munda; Hoc fit per baptismum; Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem; Hanc euangeliū salutarem partem præcīdunt nostræ ætatis hæretici: & non intelligunt quid sit teneri spe confessionem absq; declinatione. Quid enim est aliud, quā insistere atq; inniti bonis operibus, ut tandem accipiamus promissionem, & intremus in sancta sanctorum cœlestia? Audi quid addat Apostolus.

Fidelis enim est qui repromisit; Vtinam & nos quoq; fideles essemus, præstantes ea quæ promissus. Inuitat autem eos, ut mutuis inter se acceptis & datis bonis exemplis proficiant. Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum; His enim spes alitur, & ipsa ducit nos ad interiora uelaminis. Isti autē noui speculatorum, ut fidem nudam, ira & spem & fiduciam nudam considerant. Quo fit ut falsi & fallentes, promissionem ex sola fide firmam esse carnalibus hominibus obrudāt. At perspicue illos hic Apostolicus sermo reuincit. Spes enim arduorū est, & innititur in ea uia, de qua Dominus: Regnum cœlorū (inquit) uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Cum autem nullo modo oporteat segregare se à castris Dei, quod tamē pleriq; ex Iudæis faciebant: et hætenus ferē semper fecerunt (pauci enim sincero corde ducuntur) addidit.

Math. 12.

Non deserentes collectionem; Seu congregationē nostram, sicut consuetudinis est quibusdā; Circumspectē ait; Quibusdā; quoniam non omnes tales erant; sed consolantes inuicem; per seuerando, & alter alterū quadam æmulatione sancta hortando; & tantō magis quāto uideritis appropinquantem diem; Diem in sinuat tribulationis, & audiendæ nouissimæ sententię siue ad fœlicitatē æternā, siue ad cruciatum nullo sine finendos: qui dies propinquus est unī cuiq;. Nos tamē eo usq; stupidi sumus & amētes, ut uix ullus de tāto exitu seriō meditet, quē uerē oporteret omni momēto meditari. Quā sapiēter optabat propheta. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Dormientibus enim uenturus est uelut fur nocturnus, & nō effugiet, ut alibi docet Apostolus.

1. Thim. 5.

Voluntariē enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquatur pro peccatis hostia: terribilis autem quādā expectatio iudicii, & ignis æmulationis, quæ consumptura est aduersarios.

Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione, duobus uel tribus testibus moritur. Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim eum qui dixit. Mihi uindictam: ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populū suum. Horrendum est incidere

ZZ ij in



in manus Dei uiuentis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam & uinctis compassi estis: & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam uestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque; qui uenturus est, ueniet, & non tardabit: Iustus autem meus ex fide uiuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem: sed fidei, in acquisitionem animæ.

In hereticos.

Voluntariè enim peccantibus nobis &c. Etiam hic locus uehementer percutit aduersarios. Nam hinc apparet quod pro peccatis sub nouo testamento post acceptam salutaris hostiæ in baptismo efficaciam commissis, non habemus pro peccato hostiam illam, quam CHRISTVS obtulit pro peccato mundi, & pro delictis baptismum præcedentibus. Non enim nisi semel ille mortuus est: & ideo semel dumtaxat hostia illa ad hunc effectum applicatur. Non tamen excluditur alia uia remissionis quæ fit per poenitentiam, CHRISTO in cœlis assistente & interpellante pro nobis, modo & nos satisfaciamus poenis debitæ, luentes pro merito admissorum. Notandum tamen, Apostolum hic speciatim aduersus eos de certo peccato uoluntario loqui uoluisse, quo ab ecclesia recedebat: de quo iam superius diximus cap. 6.

Terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis æmulatione: quia in illo igne apparebit zelus Domini corripientis ac dicentis: Tu non curasti me cum uocarem, sed despexisti: Ecce nec ego te curo, sed rideo & subsanno. Tu spreuisti delectari in me Dño Deo tuo, & uero bono, & post concupiscentias & uoluptates tuas cucurristi. Et ecce ego delector in Spōsa mea, quæ & ipsa oblectatur mecum in cubili, delictis affluens, & gaudio fruitura sempiterno. Hæc est illa ignis æmulatione, quam & Isaias his uerbis eleganter expressit, dicens: Pro eo quod uocaui, & non respondistis mihi: loquutus sum & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & uos esurietis. Ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini. Ecce serui mei lætabuntur præ exultatione cordis: & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis: hæc ille. Vnde merito subiungit de hac æmulatione.

1.65.

Quæ consumptura est aduersarios; Reuera Apostolus de igne loquitur, qui deuoraturus est aduersarios. Sed hic ignis sua uim in æmulatione exercebit. Proinde hanc ueritatē quā impij sic faciunt, suadet his uerbis; Irritam quis faciens legem Moysi &c. Ita enim mandabatur, ut sine ulla misericordia occiderentur, qui non obediebant, probato solum crimine per duos aut tres testes; Quamto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit: Si merebitur, ergo quod merebitur accipiet à Deo iusto. Porro conculcare Filium Dei, est gratis eum existimare mortuum, tanquam Pater damnationem & mortem eius contempserit: & non potius (sicut uerū &) ad lucrū animarū nostrarū tantum scelus patrari permiserit;

Et sanguinem testamenti pollutum duxerit; Sanguis CHRISTI dicitur sanguis testamenti: quoniam per illum sanguinem sanctificatum est nouū fœdus. Si ergo sanctificauit testamentum nouum, & nos etiam simul, ipse profecto sanguis sanctissimus est. Quicumque ergo rursus præuaricator est, illum sanguinem quasi profanum accipit, & peccato contaminatum, qualis est reliquorū natura hominum: quod est negare omnino Filium Dei, & Patrem ipsum. Qui enim negat Filium, negat & Patrem: & ideo Spiritui gratiæ contumeliam facit. Neque enim maior potest esse Spiritui sancto contumelia, quam eius gratiam, qua saluus simus, abijcere. Respuit autem quicumque autorem gratiæ, quā proprio sanguine in cruce acquisiuit fuso nobis contemnit.

Scimus enim eum qui dixit: Mibi uindictam; seu uindicta (subaudi seruatur) & ego retribuam. Et iterum: Iudicabit Dominus populum suum: Iudicabit autem in iustitia & ueritate citra personarū acceptionem ullam. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis; Hæc uerba, ut alia Apostoli pleraque, fixam potius considerationem, quam expositionē efflagitant. Legimus tamen de Dauid, quomodo elegerit potius incidere in manus Dei quam hominū. Multæ enim (inquit) misericordiæ Dei sunt. Contra uero de Susanna habemus, quæ maluit subire opprobrium hominum, quā incurrere in offensam Dei. Et nihilosecius uerum ubique loquitur scriptura. In præsentī quidem tempore melius est incidere in manus hominum, quā peccare: & hoc dixit Susanna. Et tamen melius est incidere in manus Dei quā hominum in hoc tempore: quia misericordiæ Dei multæ sunt. Et hoc dixit Dauid. At uero in die illa iræ & uindictæ, horrendū est incidere in manus Dei uiuentis, & hoc est quod declarat hic Apostolus noster.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum; Huiusmodi loci, quibus utitur B. Paulus ad persuadendam operarum perseverantiam, optimi sunt & efficaces esse debent, ne quod magnis sudoribus iam elaboratum est, animi languore perdat: præsertim si & multum laboratum sit, & parum restet, & merces præstō sit, eaque multa nimis: quæ omnia diligenter recenset, aiens; Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati; per fidē, quæ

quæ ostendit coronam æternam; magnum certamen sustinistis passionum. Harum passionum certamen in duobus consistebat, quæ subdit; Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti; ac si exprellius dixerit. Partim quidem in hoc, quod spectaculum facti estis mundo propter opprobria & passiones: partim uero quoniam confortes & socii facti estis eorum qui similiter conuersantur, hoc est, qui ob easdem ipsas causas patiuntur, exponuntque se ludibrijs, ut sint & ipsi spectaculum mundo, & quasi peripsema. Hi erant Apostoli: & propterea infamia maiore afficiebantur qui illis hærebant, & benefaciebant.

Nam & uinctis (inquit) compassi estis; In græcis legitur, Nam & uinculis meis compassi estis, credo tamen ueriores esse latinam lectionem; Et rapinam bonorum uestrorum: Multabāt forte bonis iudiciali sententia Iudæi suos, qui CHRISTO seruebant: quod erat rapere. Aut forte etiam nullo expectato iudicio rapiabant. Hoc indignū facinus nostro tempore à Lutheranis est admissum in bona ecclesiarū & monasteriorū; Cum gaudio suscepistis; cuius rei manifestam hanc rationem adducit; cognoscentes uos habere meliorem & manentem; non mutabilem & ad tempus: sed in cœlis, non in terris; substantiam; quod est omne bonum: sicut dixit Dñs Moysi. Ego ostendam omne bonum tibi.

Exod. 33.

Nolite itaque amittere; Melius græcè; Itaque ne abijciatis confidentiam uestram, quæ magnā habet remunerationem; Concludit ex dictis, & intendit iterum eosdem ad perseverantiā exhortari & animare. Hoc autē in loco tam clarè confodiuntur heretici, qui negant remunerationē operum, & prohibent nos ad eā respicere, & solam suam confidentiā in fide statuunt, non etiā in operibus, ut nihil clarius dici possit. Patientia enim uobis necessaria est; Audiat igitur hereticus non solā fidē apprehendere regnū, sed perseverantē patientiā, seu tolerantiā passionū in operibus bonis, esse necessariā ad consequentē mercedis æternæ: Vnde ait; Ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem; hoc est, rem ipsam perseverantibus promissam.

Adhuc modicum aliquantulumque; qui uenturus est ueniet, & non tardabit; Verba sunt Abacuc prophete, quæ affert Apostolus, ut ostendat Dominū citò esse uenturū. Si de particulari aduentu ea intelligere uoluerimus, quo Dominus iudicat animas hinc exeuntes, nemini est obscurū quā & citus & frequēs omnibus horis ueniat. Parum enim uiuimus: & citò nimis ante Dominum iudicandi assistimus. Verū si de aduentu qui ad uniuersale iudicium spectat, haberetur sermo: dubitari posset, quo pacto dicatur citò fore. Sed & ille citò erit: quia iam nouissimi dies aduenerūt. i. nouissima ætas, quæ aliam non habet subsequenti post se ætatē tametsi ceteris ætatibus ista sit grandiuscula.

Iustus autē meus ex fide uiuet; hoc est, ille uiuet, qui ex fide factus iustus, fuerit operatus iustitiā. Hic enim uerè est iustus, ut ait Dilectus: Qui facit iustitiā iustus est; Quod si subtraxerit se; uidelicet à fide & opere; non placebit anima meæ: seu (ut græca sonat) non sibi complacebit anima meæ in illo: quod

idē est; Nos autē non sumus subtractionis filii in perditionē, sed fidei; scilicet filij; in acquisitionē animæ; Sicut enim infidelitas ad perditionē animæ perducit, ita fides ad lucrū eius. Piget hic referre quæ Caietanus ex hoc Abacuc loco citato ab Apostolo, commentus est, ut probaret huius epistolæ autorem non fuisse B. Paulum. Adeo enim futilia sunt, ut non sint digna recenseri. Propter eos tamen qui illinimis tribuunt, nimiumque mirantur, in Annotationibus nostris in illū circa hanc partem me abundè satisfacisse arbitror.

## CAP. XI.



ST AVTEM FIDES SPERANDARUM substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac. n. testimonium consecreti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse sæcula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent.

Fide, plurimam hostiam Abel quā Cain obtulit Deo, per quā testimonium consequutus est esse iustus, testimonium perhibete muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus est ne uideret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illū Dominus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autē impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.



St autē fides sperandarum substantia rerū etc. Proponit nobis Apostolus descriptionē fidei secundū quod à Theologis consideranda est. Pro cuius rei ampliore declaratione sciendum est, hoc

Ampla fidei de claratio.

nomine; FIDES; cōmuniter nos uti solere, ad significandum actum intellectus suscipientis aliquid, & alicui dicto uel pronuntiato assentientis, tanquam uero: quæ actū uocamus credere, & reuera propriè supponit aliquē dicentem. Differt autem hic actus fidei ab actu, qui dicitur intellectus: ut intellectus restringitur ad unā ex quinque intellectualibus uirtutibus, de quibus agit Philosophus in Ethicis. Differt, inquam, actus fidei ab actu illo intellectus hac ratione. Nam ille actus est principiorū quæ non creduntur, sed sciuntur, imò magis sciuntur: quæ autē creduntur, non uerè sciuntur. Et ideo actus fidei similiter differt ab actu scientiæ: quia scientia uenit à principijs notis & nobis euidentissimis: unde etiam gignitur euidentis conclusionum notitia. Tamen Philosophus largè accipiēdo hanc uocē; Fides; quandoque extendat ut significet conclusionis euidentis assensum factæ per syllogismū. Sed nos in uera Theologia non ita loquimur de fide.

Differt igitur ab actu sapientiæ, secundū quod ac-

cipit Philosophus sapientiam. Nam & actus sapientiae evidentiam habet. Differt & ab actu prudentiae & artis: quia fides non est ratio agibiliū, aut factibiliū. Denique differt ab opinione: quia opinio excludit certitudinem, non autē fides. Et praeterea opinio est assensus unius partis contradictionis cum formidine alterius. Fides autem dicit adhaesionem absque formidine. Differt item fides sic largē accepta, à superioribus quinque: quoniam fidei quidem subesse falsum potest, illis autem minimē. Ideo fides communiter sic accepta, non est uirtus.

Nos uero qui de fide Theologica loquimur, quae est uirtus, debemus fidem hanc nostram à communiter accepta fide distinguere. Tria sunt autem quae illam separant. Primum, est ipse se dicens. Secundum, est id quod dicitur. Tertium, est internum lumen, quo assentimus. Fides ergo nostra solum Deum dicentem, cui assentimur, non hominem respicit. Nec qualitercunque dicentem, sed promittentem. Nec qualitercunque promittentem, sed caelestia & aeterna, non temporalia & terrena. Promittentem autem non purē (ut falso haeretici docent) sed sub conditione bonorum operum. Denique suae promissioni ita testificantem, ut assensum fidei generet eorum quae non uidentur. Haec omnia includit Apostolus in hac sua fidei descriptione. Primum ergo quod ait: *Fides est substantia*; non ut Logici substantiam dicunt, ipse accipit. Graecè enim legitur, *ὑπόστασις*, hoc est, basis quaedam & fundamentum, cuius est suscipere. Intellectus enim exit in actum suscipiens obiectum: non autem quemadmodum ipsa uoluntas, que e contrario in obiectum fertur. Est ergo fides susceptio quaedam, seu basis, qua suscipiuntur per assensum ea quae sperantur. Sperantur autem ea quae non uidentur, & sunt aeterna. Aeterna autē & quae non uidentur, quomodo sperari possunt, nisi essent ab ipso Deo promissa, cum sint in manu eius? Et sic habes quod fides innititur promissioni diuinae. Creditur enim Deo dicenti, ac uera bona promittenti.

Quod si promissa essent purē, & nulla conditione operum adiecta, iam non sperarentur: quia eorum assequutio non esset ardua. Spes autē arduorum est, id est, eorum quae cum labore & difficultate quaeruntur & acquirunt, & obtinentur.

*Argumentum non apparentium*; Hic significat fidem ipsam non illud solum quod credit, respicere: sed & insuper secum habere ipsam rationem credendi. Videt enim ea quae credit esse credibilia, non autem euidentia: quia ipsa per se non apparent. Idcirco dixit: *Argumentum non apparentium*: Quo in loco uidentum esset perspicue, in quod tandem principium resoluat hanc nostram credendi ratio. Dicimus enim, credo quia Deus reuelat. At unde scio Deum reuelare? Hoc enim aut est euidentis, uidelicet Deum reuelare: aut est similiter creditum. Certè communiter hoc non est euidentis: credo igitur Deum reuelare. Sed unde hoc credo, nisi aliquod habeam argumentum, quo ita esse persuadear? At hoc argumentum ex

his concluditur quae certè uidemus, ut sunt miracula, ut est ecclesia ipsa proponens articulos credendos, ut est testimonium scripturarum, ut oracula prophetarum, ut uita recta credentium, & per charitatem operantium: & alia plurima, unde colligitur, Deo monstrante intus, hoc argumentum. Ex his enim quae apparent, colligimus non apparentium ueritatem, atque ideo credulitatem & fidem. Et hoc dicimus de fide omnium communi. Videmus enim Deum duobus modis prospexisse hominibus, ut fidem eorum extorqueret. Primo quidem proponendo credenda, idque praedicatione exteriori prophetarum & Apostolorum. Secundo uero, ostendendo illa credibilia, dans eis qui proponunt potestatem signorum, quae nemo potest facere nisi solus Deus.

Vnde Dominus ut Iudaeorum omnium ora obturaret, dixit. Si non uenisset, & eis loquutus non fuisset, peccatum non haberet. Hoc ad eos qui in scripturis uersabantur. Et mox: Si non uenisset, & opera non fecissem quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: ad eos qui persuaderi debent editis miraculis & probitate uitae ostensa. Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. Propterea alio loco dicebat: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite. Et ille qui iam uidebat dixit: In hoc est mirabile quia uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Et ipsemet iterum: Ego habeo testimonium maius Iohanne. Opera quae dedit mihi Pater ut perficiam, ea ipsa opera quae ego facio. Et ibidem de scripturarum testimonio: Scrutimini (inquit) scripturas, quae testimonium perhibent de me. Scripturae enim probant ijs qui recipiunt illas, & qui iam conuicti sunt ad recipiendum: quoniam & ipsae probatae sunt, cum à iam probatis autoribus, tum in primis ab ecclesiae pronuntiatione & canone, aut communi omnium consensu. Ipsius uero ecclesiae autoritas iam certa est constituta uerbo Dei, & euangelico testimonio, unde conuinci debet intellectus Christiani hominis ad credendum quae sunt fidei, dum ab ecclesia proponuntur. Nec indiget (ut sit idoneum testimonium) nouis miraculis: nec oportet iam ut ante oculos omnium fiant. Nam qui non credunt scripturis, neque miraculis crederent: quoniam scripturae sunt miraculis probatae. Et ecclesiae Dei autoritas etiam miraculis comprobata est. Et quod est grande (cuique refragari nihil potest) testimonium, sanguine CHRISTI & tot sanctorum Martyrum confirmata est fides nostra. Praesupponit ergo fides nostra horum notitiam euidentem de ecclesia, de miraculis, de scripturis, de Martyrum confessione, de consensu sanctorum Patrum, ex quibus omnibus illud apparet Deum dixisse: cui rei lumen interius postmodum altipulatur, & confirmat assensum.

Nec obstat quicquam, si pueri & rustici, atque idiotae non habent huiusmodi notitias distinctas. Nam eorum fides, quo ad hoc, infirma est, & in fide maiorum

Nota

104. 1. 5.

Ibid. 10. et 9.

Ibid. 5.

Nota expositio-

tiones.

maiorum perficitur, in qua & ipsi innituntur: & confusè atque implicite habent haec omnia, dum in ijs quiescunt quae audiunt dicere ecclesiam, ac percipere. Et haec satis nunc de fidei descriptione.

In hac enim (seu) per hanc enim; nimirum fidei; testimonium consecuti sunt senes, hoc est, comendati sunt à Deo in operibus suis. Et in encomium fidei ueniens, incipit. Fide intelligimus aptata esse saecula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent: Hic locus plures patitur expositiones. Prima est communis, quae docet per ipsam fidem nos intelligere aptata esse saecula; id est, hunc mundum esse creatum; uerbo Dei; id est, per uerbum Dei: quoniam ipse dixit, & facta sunt, mandauit & creata sunt. Et tunc ex inuisibilibus facta sunt uisibilia: quia primò erat ille chaos, illa prima materia inanis, & uacua formis & speciebus suis. Dixit autem Dominus: Fiat lux, & facta est lux. Sic dixit: Fiat firmamentum &c. Et tandem: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.

Haec igitur ita fuisse, quae nos oculis non prospeximus, fide accipimus, & credentes intelligimus teste Mose, & caeteris Prophetis, & ipso CHRISTO confirmante nobis.

Placet hic sensus. Verum alius mihi potius quadrat. Ut per; saecula; ipsos homines intelligamus, qui saeculis continentur. Hi sunt enim uerbo Dei aptati: quia Verbum factum est caro, ut diuini consortii caro capax fieret. Et hoc est aptari saecula uerbo Dei; quod fide intelligimus. Aut etiā quod magis adhuc probò in encomium fidei, sensus est: Nos intelligimus esse aptata saecula uerbo Dei fide; id est, per fidem. Hoc enim meruit fides. Fides, inquam, illius cui dictum fuit: Et beata quae credidisti: quoniam perficientur quae dicta sunt tibi à Domino. Quid autem fuit ei dictum, nisi quod eo pacto aptabantur saecula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus fierent uisibilia? Inuisibile erat Verbum Dei per se: carnem accepit, & factum est uisibile, ut dixerit: Qui uidet me, uidet & Patrem meum. Illa ergo fides B. VIRGINIS aptauit; saecula; id est, nos omnes; uerbo Dei; quia per illam fidem ipse se aptauit nobis.

Fide plurimam hostiam Habel quam Cain obtulit Deo &c. Recordare scripturae, & considera quomodo & Cain & Habel fratres sacrificarunt. Et quod Dominus respexit ad Habel, & ad munera eius. Ad Cain uero, & ad eius munera non respexit. Quid ita? Ecce B. Paulus rationem explicat. Ille Habel iustus in Agni fide sacrificauit. Cain uero absque hac fide, ut non potuerit placere Deo. Non enim ipsum Cain qui sacrificauit, quae de frugibus terrae obtulit, absque ulla omnia non fide credibile est fecisse. Sed Agni conciliatoris nostri fidem non habuit: ideoque nec ipse, nec eius oblatio placere potuit. Quae res cognita est in differentia munerum. Noster enim de gregibus ouium, & adipibus eorum obtulit, significans in hoc genere hostiæ se cultum praebere Deo non ut Creatori tantum, sed etiam ut Redemptori, maectans agnum seu agnos, uel oues, fide proculdubio futurum CHRISTI sacrificium

Differentia inter Cain sacrificium &amp; Habel.

cernens. Cain uero in ijs quae obtulit de frugibus terrae, professus est quidem Deum creatorem, non autem agnouit Redemptorem. Quamobrem non ualuit per oblationem suam expiare peccatum. Bene ergo dicitur de Habel: plurimam; id est, pleniorē uel ampliorē; obtulit hostiam; quoniam pro peccato, & hoc fide. Et additur.

Per quam; scilicet hostiam fide oblatam. testimonium consequutus est esse iustus; id est, iam fide iustificatus per donum Dei. Vnde Dominus: Ut ueniat, inquit, super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Habel iusti. Id uero quo pacto, adiungit. Testimonium perhibente de munere eius Deo; Ex traditionibus praeursorum acceptum est & creditum, per ignem de caelo ueniens & absorbentem hostiam Habel, Deum indicasse quam acceptabile sibi fuisset sacrificium eius.

Et per illam defunctus adhuc loquitur; Per illam fidem, aut per illam hostiam oblatam loquitur ipse etiam defunctus, sicut dixit Dominus. Vox sanguinis fratris tui Habel clamat ad me de terra. Sed B. Paulus dixit; adhuc loquitur; Quid loquitur? Nisi quod testimonium perhibet ueritati sanguinis CHRISTI in sanguine suo? Primum enim fuit exemplum Martyrum, & typus CHRISTI benedicti in cruce immolandi.

Fide Enoch translatus est ne uideret mortem; Trāslatum in illum paradysum terrestrem credimus, unde fuit Adam eiectus: ut legitur in libro in Ecclesiastici. Et hoc ne uideret mortem usque in diem aduentus Domini. Creditur enim tunc futurus testis CHRISTO, in illis magnis persecutionibus, quas suscitabit Antichristus. Vnde idē Ecclesiasticus ait: Enoch placuit Deo, & translatus est in exemplum penitentiae generationibus, ut det gentibus sapientiam. Hanc autem illius translationem fide factam fuisse declarat Apostolus: quia credidit Deo dicenti, non gustaturum illum mortem donec ueniret. Hoc etiam dixit de dilecto discipulo, ut mihi uis scripturarum iam persuasum est. Licet quidem addicti sectis contradicant: nihil tamen aliud quod opponant argumentis & rationibus habentes, nisi more solito & Pythagorico; Ipse dixit; minus considerantes eorum autores in quibus innituntur, tantopere nobis nequaquam aduersaturos: quin potius pacifice auditis nobis, non solum nos in nostra sententia cum sua pace & gratia manere permitterent, uerum etiam (quod magis credo) ipsi in nostram sententiam descenderent, cui & ueteres uiri magni manifeste attestarent. Haec propterea diximus: quoniam magister quidam eo solum quod hoc dictum non deprehenderat in scholasticorum disputationibus, reprehendit ut dogma non solum falsum, uerum etiā damnabile. Et hi sunt qui gloriantur de magisterio & clauē sciae. Sed si res illis aliquando sit cum ijs qui habeant sensum, & manum ferulae iam dudum subdlexerint, mirum quam mox frigescant, & frangantur.

Quaestus fuit Enoch, & non inueniebatur: quia Deus transtulit eum; Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo; id est, antequam ipse

Matth. 23.

Gen. 4.

Eccl. 44.

De morte B. Ioan. Euang.

ipſe transferretur, teſtimonium proculdubio habuit à Deo, quòd illi placuerit. Hoc uerò teſtimonium non fuit ſcripturæ, quæ tunc nondum erat, ſed per Angelos. Bene teſtatur nobis antiqua ſcriptura quomodo ipſe placuerit Deo. Ait enim de illo quòd ambulauerit cum Deo trecentis ſexaginta quinque annis poſtquam genuit Mathuſalam. Ambulare autem cum Deo, eſt obedire illi, & eſſe Dei amicum. In illa autem ambulatione teſtificatus eſt illi Deus quòd placeret ſibi: ergo erat fidelis. Hoc probat iſta ſententia Apoſtoli.

*Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo; ſcilicet ita ut ſit quis eius amicus.* Alioqui placet Deo omnis creatura ut eſt ab ipſo creata, & ad fines diuerſos ordinata. Placent ergo interdum & infideles, quos eligit ut conuertat & ad ſe trahat. Nam ad hunc finem placent. At quoad manet in infidelitate, non ſunt eius amici: ſed potius hæc parte diſpiciunt, utpotè infideles. Verùm illi uehementius diſpiciunt, in quos non conuertit oculos miſericordiæ ſuæ, ut conuertantur & uiuant.

*Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt: & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Hinc illa quæſtio, An fides eorum ſit, quorum non eſt euidentia. De Deo autem quòd ſit, euidentia eſt: quia probatur ſyllogiſticè ab effectibus. Quomodo igitur ponit hæc Apoſtoliſta tanquam articulum fidei?

Reſpondeo primùm, me non exiſtimare cuncta quæ naturali ratione deprehendi poſſunt, eximi à lumine fidei: ea præſertim quæ non ſecundum ſe cognoscuntur, ſed per effectus ſuos. Non enim propriè euidentiam habent, nec propriè eorum dicitur ſcientia. Si quidem ſcire propriè eſt rem per cauſam cognoscere. Nihil ergo prohibet me credere ex fidei lumine Deum eſſe, & nihilominus idem ſcire per effectus. Fides enim excludit uiſionem, non autem naturalem aliquam demonſtrationem, præſertim quæ eſt à poſteriori. Non enim per hanc reſ ipſa demonſtrata conſpicitur re uera, ſed potius ſuadetur.

Deinde animaduertendum, ut iam alibi diximus, & B. Thomas noſter eleganter docet, Cũ ſcripturæ Deum eſſe commemorant, non ſolum intelligi uolunt ipſum eſſe quandam ſummam rem, ſed etiam habere curam orbis terrarum, & omnium quæ ſunt in cœlis, & ſub illis. Hoc autem tametſi naturali ratione ſuaderi ualeat, ut qui animo benigno fuerint, uix queant aliud cogitare: non tamen ita apertè demonſtratur, ut non firmius habeatur ex lumine fidei, quam ex demonſtratione qualibet. Quamobrem indignum eſſet ut qualemcumque demonſtrationem huius rei acquirere, amitteret eius rei fidem, quæ proculdubio longè maiorem habet firmitatem. Quod ergo dici ſolet, per ſcientiam excludi fidem, uerum eſt de ea fide quæ humana eſt, non autem de ea fide quæ eſt ex Deo. Idem de ſcientia, quæ propriè ſit ſcientia, dicendum.

Hic ergo primus eſt articulus fidei, quem accedentem ad Deum oportet recipere, uidelicet eſſe Deum, id eſt, eſſe unam primam omnium cauſam, creatorem & gubernatorem orbis terrarum.

Et deinde eundem eſſe remuneratorem eorum qui inquirent eum. Inquiretur autem Deus per opera bona, & per obedientiam mandatorum eius, quæ lex ipſa naturæ etiam dicitur: ſicut dixit idem Apoſtoliſta ad Rom. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis etc. quem admodum & nos eo in loco expoſuimus. Angeli inſuper interioribus inſpirationibus erudiunt. Quoniam uerò manifeſtè apparet non eſſe remunerationem uiris bonis in hoc mundo repositam: neque item retributionem malis & improbis reddi, neceſſe eſt intelligere hunc articulum de remuneratione poſt hanc uitam. Et hoc eſt quòd cadit ſub fide, quæ eſt ſuſceptio ſperandarum rerum, & argumentum non apparentium. Hoc idem Iſaias propheta dixit. A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non uidit Deus abſque te, quæ præparatiſti expectantibus te.

Hic autem præſens Apoſtoliſta locus, ſi diligenter conſideretur, poteſt è multorum cordibus magnam ſollicitudinem ac perturbationem excutere, & pungentium ſpinarum aculeos euellere. Dura enim uideri reuera poſſet exactio fidei, ſi ea omninò quæ uulgò exigi creditur, ad eum rigorem exigeretur. Quia enim ſcriptum eſt. Non eſt aliud datum nomē ſub cœlo, in quo nos oportet ſaluos fieri: & in nullo alio eſſe ſalutem, præterquam in CHRISTO: Putarunt nonnulli ſine explicita de CHRISTO fide neminem potuiſſe unquam ſaluari. Verùm huius rei gratia B. Paulus hic duos tantum articulos fidei ponit omni tempore ad ſalutem neceſſarios (quos declarabimus) ut explicitè credantur. Alios autem quatenus reuelati fuerint, & legitime cuique conſiterit eſſe reuelatos, ſuſcipere quiſque tenetur. Nunquam enim cuiquam reclusa fuit uia ſalutis à Deo. Nam duos priores articulos quodammodo interiorius naturale lumen prædicat, & Angelorum ſuggeſtiones reuelant. Quare minime dubium eſſe debet, antequam ueniret reuelatio de CHRISTI incarnatione, & ſanctiſſima Trinitate, & alijs diuinis myſterijs, quæ ipſe Dominus nobis, & Apoſtolica doctrina manifeſtauit, illos duos articulos fuiſſe ſatis, ut quis haberet acceſſum ad Deum per gratiam, ut ſic poſſet operari, & ſuperare peccatum ad ſalutem.

At maius dubium eſt: An ſcilicet poſt manifeſtatam mundo gratiam, omnes penitus ſalutem fruſtrentur quicumque per aquam baptiſmi non fuerint regenerati. Hoc enim omninò uerum eſſe uidetur, ſi uerba CHRISTI (ut ipſo quidem primo aſpectu porrigunt) conſideremus. Verùm plura ſunt, quæ ſi diligenter accuratèque perpendantur, magni admodum ſunt momenti, ut cauere unusquiſque diligenter debeat, ne tam citò ferat (ne dicam præcipitare uelit) ſententiam. Multi enim, etiam poſt prædicationem Apoſtolicam extiterunt, qui nunquam quicquam de CHRISTO audierunt. Alij itè, & ij quidem propemodum innumerabiles, quibus non conſtitit de ueritate

ritate fidei noſtræ, quam ſi idoneè nouiſſent, liberè eam erant & cum magna gratiarum actione ſuſcepturi. Illud uerò quòd dicitur: Si tale eſſet quorundam deſiderium, mitteret Angelum Dominus inſtructorè, ſicut miſit Cornelio: eſt hoc quidè diuinare. Mitto, iam Cornelium ante fidem de CHRISTO acceptam, placuiſſe Deo, utpotè qui religioſus & timens Deum deſcribatur, cuius orationes & elemoſynæ erant acceptæ. Facile quoque reſponderetur illi ſententiæ Domini de baptiſmate. Sed cum ipſius rei magnitudo & grauitas longiorem & peculiarem ſermonem mihi deſiderare uifa eſſet, latius eam particulari tractatu explicare uolui. Hic ſi uidero deſiderari ab amantibus ueritatem, etiã proferam, & doctiorum examini ſubiſciam, ſemper me ipſum ſubiſciens eccleſiæ ſanctæ catholice iudicio, & doctiorum: non tamen paſſim omnium, & præſertim quorundam ſciolorum qui ſibi cenſuram audaciſſimè arrogat, & faciunt ſua autoritate quæcunque non audierunt, aut non legerunt hæretica: temerè inſuper quæ non intelligent, reprobantes.

Fide, Noe reſponſo accepto de iis quæ adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum: & iuſtitia quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. Fide, qui uocatur Abraham, obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit neſciens quòd iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiufdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Fide, & ipſa Sara ſterilis uirtutem in conceptione feminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat. Propter quod & ab uno orti ſunt (& hoc emortuo) tanquam ſydera cœli in multitudinem: & ſicut arena quæ eſt ad oram maris innumerabilis.

*Fide, Noe reſponſo accepto etc.* Historia nota eſt Gen. c. 5. uſque ad. 10. Scripſit autè Iosephus Adam prædixiſſe mundi uaſtationem ſemel atque iterum forè. Primò per aquas diluuij: ſecundò per ignem in ultimis diebus. Quam prophetiam Noe fide amplexus, reſponſum habuit à Deo, id eſt, meruit habere reſponſum à Deo ſic fore: & electus eſt ut conſtrueret arcam in ſalutem ſuæ domus. Et metuens paruic, & per illam arcam; damnauit mundum, hoc eſt, damnabilem oſtendit: quoniam omnes increduli erant, & ſpernebant eum. Ideò non uenerunt in requiem cum Noe: & ipſe hæres factus eſt iuſtitia quæ eſt per fidem, unde requies. Hæc eſt gratia & charitas, quam fide ſibi quaſiuit, & poſſedit.

*Fide qui uocatur Abraham etc.* Innuit tempus quando uocabatur Abram. Nota eſt hiſtoria Gen. 12. & 13. Laudatur ergo de fide primò: quia durum eſt ſedes proprias relinquere, & incertas per tot diſcrimina inquirere. *Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis etc.* Et hoc patet ex geneſi: & commendabiliorem eius fidem facit, cui cū eſſet terra illa in hæreditatem promiſſa, habitauit tamen in ea tanquam aduena; in caſulis; id eſt, in tentorijs, etiam cum Iſaac & Iacob, cum eſſent promiſſionis cohæredes: quia oculo fidei multò præſtantiorem terram expectabat. Vnde ait. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus;* Hæc ciuitas eſt Ieruſalem cœleſtis, quæ innititur ſuis fundamentis ſolidis CHRISTO primùm, deinde patriarchis, prophetis, Apoſtoliſta. Hæc erat illa terra promiſſionis, quæ etiam prius debebat colere, & inhabitare ut aduena, ac deinde in patriam ac poſſeſſionem ſempiternam accipere.

*Fide & ipſa Sara ſterilis etc.* Etiam nota eſt hiſtoria Gen. 12. 18. & 22. Solum illud notandum quòd ibi dicitur, Saram riſiſſe quaſi incredulam. Hic uerò comēdat de fide: ſed riſit illa præ gaudio, & de re incredibili, quam ſe facturum Deus promittebat. Non enim quaſi uerè incredula riſit, ſed ut admirans, & quæ credebat fide, quaſi non credēs. Tale quid de Diſcipulis apud Beatiſſimum Lucam legitur, cum apparuit eis denuò IESVS, & præbuit ſe palpandum, qui deſcribuntur adhuc quaſi non credentes præ gaudio, et mirantes. In huiusmodi autem nouitatibus, neſcio quo pacto fit ut credens non credat, & uariæ & contrariæ affectiones conſurgant. Non ſit ergo dubium quin ſancta illa matrona Sara crediderit, cū id clarè teſtetur Apoſtoliſta: attamē ſenſiſſe motum aliquem in animo de rei nouitate, & impoſſibilitate naturæ, ut aliquantulum & dulciter reprehendi mereretur à Domino.

Iuxta fidem deſuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes, & conſidentes, quia peregrini & hospites ſunt ſuper terram. Qui enim hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem: ideò non confunditur Deus, uocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. Fide, obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſiones (ad quem dictum eſt: quia in Iſaac uocabitur tibi ſemen) arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. Vnde eum & in parabolam accepit. Fide, & de futuris benedixit Iſaac Iacob, & Eſau. Fide, Iacob moriens ſingulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit ſtagium uirgæ eius.



Fide, Ioseph moriens de professione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mēsis tribus à parētibus suis, eo quod uidissent elegantē infantem, & non timerunt Regis edictum. Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quā temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium CHRISTI. Aspicebat enim in remunerationem.

Fide, reliquit Aegyptum non ueritus animositatem Regis. Inuisibilem enim tanquā uidens substituit. Fide, celebravit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide transferunt mare rubrum tanquā per aridam terram: quod experti Aegyptii deuorati sunt. Fide, muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

*Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus; Ostendit quomodo illi fuerunt exempla fidei, uidelicet Abraham, Isaac, & Iacob. Et qui illos sequuti sunt fide: quoniam dū uixerunt, non acceperunt promissiones. Nequaquam quidem est hæsitantium fuisse illis repromissa & bona terræ, & bona cæli, quæ pariter hinc uiuentes non obtinuerunt, sed per fidem longè aspexerunt. Et credentes, & salutantes, & confidentes quia peregrini & hospites sunt super terram; sensus est: Crediderunt quidem illis promissionibus, & salutauerunt eas alongè, tanquā ea non ad se spectantes, quæ attinebant ad bona terræ: similiter quæ erant cælestia, quorum propriè est fides, non erant propè. Confessi enim sunt se esse peregrinos & hospites super terram. Confessionem autem hanc faciebant ipsis factis, habitantes in tabernaculis & tentorijs, sicut ait scriptura. Iacob autem Pharaoni dixit. Dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorum sunt, pauci & mali. Et moriens dixit. Salutare tuum expectabo Domine. Significabant ergo sua illa peregrinatione se patriam inquirere, non autem illam unde exierant. Alioquin reuerfi illuc aliquando fuissent, cum liberum eis reuertendi tempus non fuisset denegatum.*

*Nunc autem meliorem appetunt; Quod ait; Nunc non uidetur posse significare tempus illud præsens, quā loquebatur Apostolus: sed aptandum esse ad illud tempus tunc præsens, quādo confitebatur se peregrinos. Id enim erat quia meliorem appetebant patriam: & nunc etiam appetunt secundum corpus; & si secundum animam sint beati. Sed est illis adhuc expectatio propter corpus.*

*Ideo non confunditur Deus uocari Deus eorum; Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Deus autem*

non est Deus mortuorum, sed uiuorum, & eorum qui habent ius ciuitatis in terra uiuentium. Viuunt ergo illi in spe, nondum tamen sūt perfecti anima & corpore, sed animæ illorum rātū. Deus enim parauit eis ciuitatem æternam. Hunc sensum uidens Dauid in spiritu, dixit. Quoniam ego aduena sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer prius abeam, & amplius non ero. Et alibi deplorat duram ipsius peregrinationis conditionem. Heu mihi, inquit, quia incolatus meus prolongatus est &c. cum tamen ille esset Rex in terra promissa & adepta. Vnde & spe melioris regni se sustinens, aiebat: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Hæc enim terra in qua uiuimus, non uiuentium, sed morientium terra est.

*Fide, obtulit Abraham Isaac cum tentaretur &c. Clara historia. Illud notandum de fide Abraham, qui tamen in Isaac sciret esse promissum sibi semen, uidelicet CHRISTVM semen uerū, occidere tamen promptissime filium suum Isaac non distulit, simpliciter obediens Deo. Fide enim tenebat quod posset eum Dominus suscitare à mortuis, & cogitās quod esset eum suscitaturus.*

*Vnde eum & in parabola accepit; sēsus est, quod Abraham propter hanc fidem, qua credidit eum posse suscitari à Deo; accepit eū; seu, ut græca uox sonat; recepit; siue; recuperauit eum; quasi suscitatum à morte. Ideo Apostolus hoc in loco ait; Accepit eum in parabola; id est, in similitudine suscitationis à mortuis, quam credidit. Nam considerato diuino mandato, & obedientia Abraham, pro occiso habendus erat Isaac. Reuocatio ergo mandati illius nihil aliud fuit, quam suscitatio ex mortuis: quā suscitationem promeruit ex fide, & illa fide qua credidit Deum potentem suscitare.*

Hic mihi uidetur purus literæ sensus: quia sicut credidit, ita accepit. Alij dicunt: Abraham eum accepisse in similitudine, scilicet CHRISTI. Isaac enim fuit figura CHRISTI à Deo in cruce oblatus, qui cum uideri posset immolatus, non ille fuit, sed caro eius, quæ per arietem illum significata est, quem uidit Abraham inter uepres hærentem cornibus. Hæc expositio, si cui magis placeat, ea liberè per me fruatur, non contendo: mihi prior longè probabilior uidetur.

*Fide, & de futuris benedixit Isaac. Historia item clara & nota est. Illud tamen considerandum, illam benedictionem Isaac fuisse de futuris, quæ reuelatione diuina acceperat. Quamobrem fide meruit ut haberet eius benedictio efficaciam: quoniam paterna distributione media suam quæque benedictionem accepturus erat.*

*Fide, Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit: scilicet Effraim & Manasse: & ampliore benedictione minorem; Et adorauit fastigium uirgæ eius; Verius iuxta græcam lectionem. Adorauit ad fastigium uirgæ eius: sic Septuaginta interpretati sunt, aut ex traditionibus uerissimis adiecerunt, sicut & alia plæraq. Legimus tamen in Genesi: Adorauit Israel Dominum conuersus ad lætuli caput. Alij iuxta hæbraicam literam: Inclinauit*

Marc. 11.

Psal. 38.

Ibid. 119.

Ibid. 26.

Expositionem hanc considera.

Inclinauit ( seu incuruauit ) se ergo Israel uersus caput læti, siue ad caput læti. Hæc tam uaria lectio turbat nonnullos. Sed quid prohibet ad caput lætuli fuisse uirgam illam Ioseph, ad cuius summitatem uertit suam adorationem Iacob? Multa enim tum habebant ex traditionibus antiquis, quæ scripturæ sanctæ non expresserunt. Nec enim, prius erat necessariū singula patriarcharum gesta literis mādare, ut patet in hac ipsa narratione. Et hinc obiter notabis Catholice lectio, contra hos nouos hæresum suscitatores, quomodo expressè ponatur Iacob adorasse ad fastigium uirgæ Ioseph: quia representabat CHRISTVM. Cur igitur displicet tantopere istis ad ratio ad imagines? Verè superstitiosi sūt, & fingentes timorem, ubi non est timor. Imò non fingentes timorem, sed meram superbiam profitentes uani homines, qui membris tanti Capitis à Capite honorem, & nos iuuandi potestatem illis datam recognoscere nolunt.

*Fide, Ioseph moriens de professione filiorum Israel memoratus est &c. Et hæc historia legitur in libro Genesios. cap. ultimo sub finem.*

*Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus &c. Credibile est patrem, aut matrē Moyses habuisse diuinitus de infante aliquod oraculum, ut uerum sit eum sic fuisse seruatū propter fidem. Nec mirum est ueterem scripturam minime hoc claris uerbis expressisse, cum nec eius quod sequenti loco adiecit Apostolus, eadem scriptura usquā meminerit, nimirum.*

*Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiae Pharaonis &c. Sensus est iuxta græcam lectionem: Hic Moyses grandis factus, seu magnus. Potest siquidem utrunque significare, nimirum tam facultatū, quā ætatis magnitudinem. Erat quippe magnus, ut quem putabant omnes filium filiae Pharaonis. Illa enim nutriuera eum ut suū, & pro filio habebat. Erat insuper cordatus, & (ut declarauit B. Stephanus) eruditus in omni sapientia Aegyptiorum. Hic tamen cum talis ac tantus esset, elegit magis affligi cum populo Dei, & sustinere improprium CHRISTI, hoc est, improprium acceptum propter CHRISTVM, & illi simile quod ipse propter nos ipse suscepit. Affligebatur enim ille populus propter patrios ritus, qui aduersabantur ritibus Aegyptiorum. Itaque propter CHRISTVM patiebatur. Nam illa eorum religio erat quædam ad CHRISTVM inchoatio, quem sciebant illi proditurum ex semine Israel, & Iuda, & expectabant. Aspicebat enim in remunerationem: Audiant (si aures habent) pertinaces hæretici, qui negant remunerationem operū: & abominantur eos qui operantur aspicientes ad remunerationem. Quid potest aduersus illos clarius pronuntiari? Nullus hic relinquatur profusus, quātumuis uersutis & callidis hominibus, tergiuersuandi locus.*

*Fide, reliquit Aegyptum non ueritus animositatem Regis: Non loquitur de primo eius exitu de Aegypto. Fuga enim fuit ille exitus, dum Regem metuit qui uolebat eum occidere. Sed loquitur*

de exitu secundo per mare rubrum cum filijs Israel, ad quem paulò antè Pharaon durè loquutus: Recede à me, inquit, & caue ne ultra uideas faciē meam. Quocumque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses. Ita fiat ut loquutus es: non uidebo ultra faciē tuam; Inuisibilem enim; nempe Deum; tanquā uidens; id est, perinde ac si eum uideret; substituit; id est, expectauit defensores, & ultorem, & protectorem.

*Fide, celebravit pascha, & sanguinis effusionem; Celebrare pascha est solemnē ritu transitum præparare: quod factum fuit per sanguinis Agni effusionem: Ne qui uastabat primitiua, tangeret eos; Nota est ex libro Exodi cap. 12. historia. Iussit Deus ut superliminaria domorū, & postes aspergerent sanguine illo Agni: quia Angelus qui percussurus erat primogenita Aegypti, illis tantum domibus parceret, quæ signatæ essent illo sanguine.*

*Fide, transferunt mare rubrum &c. Nulli iam nota est historia. Fide, muri Iericho corruerunt &c. Hoc habetur Iosue cap. 6.*

*Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis etc. Meretricem hinc appellat mulierem illā manifestè Apostolus: & item B. Iacobus in sua epistola. Cauponam uerò appellat scriptura uetus, iuxta uocem hæbraicam. Sed in promptu est ratio: quoniam eiusmodi mulieres sunt ferè omnes meretrices. Familiaris est pariter historia ex eodem Iosue libro. c. 2. & 6. Meruit autem hæc mulier honorari in genealogia Domini. Prius enim iustificata fuit per fidem: ac deinde bonum opus erga Iosue nuncios ad explorandam terram missos operans, accepit retributionem: quo factum est ut non perierit cum incredulis.*

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sampson, Iepte, Dauid, Samuel, & Prophetis: qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. Effugarunt aciem gladii: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alii uerò ludibria & uerbera experti, insuper & uincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuerunt in melotis, in pelibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terræ.

Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur.

Et quid

Et quid adhuc dicam: Deficiet enim me tempus etc. Hac parte cum nimis longa futura erat omnium gestorum enarratio, summam enarrat Apostolus plures eius Israelitici populi saluatores, à magnis atque imminentibus periculis ab illis uiris ereptos, & hoc fide. Memorat autem non omnes, nec temporum seruat ordinem, sed tanquam qui aliud agat, & quasi obiter, & apud eos qui tenent historiaram cognitionem. Nota autem erant gesta Gedeonis, & ceterorum in libro Iudicum memorata. De his ergo ait primum; qui per fidem uicerunt regna: ut patet à Iosue usque ad Salomonem; Operati sunt iustitiam; Nemo enim potest operari iustitiam absque fide: quia iustitia ex fide est. Adepti sunt repromissiones; temporalium ac spiritualium bonorum; obtinuerunt ora leonum; Hoc certè de Daniele singulariter legitur bis factum, qui fide obturauit ora leonum, ne cum tamen eousque famelici essent, deuorarent eum. Quamquam & de Samone legitur, qui dilacerauit leonem. Et David ipse de se testatur, quod suffocauit ursum & leonem.

1. Reg. 17.

Verum hoc magis ad Danielem spectare uideretur, qui nulla ui aduersus illos congressus est, sed fide solum. Vnde & scriptura ipsa hoc testatur factum, quia crediderunt Deo suo: quemadmodum in eo Danielis lib. habetur, capite sexto. Extinxerunt impetum ignis; Hoc uerum factum est per Mosen, Num. 11. & per Aaron, Num. 17 & per tres pueros coniectos in fornacem ignis. Vnde & illa historia canonizatur hic ab Apostolo; Effugarunt aciem gladij; Hoc frequentissimum fuit, & multis modis; Conualuerunt de infirmitate; Ut Ezechias, & Iob, & alij plures. Fortes facti sunt in bello; Exempla sunt plurima, usque ad nouissima Machabæorum; Castra uerterunt exterorum; Hoc itè frequentissime factum est; Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos; Quod patet per Eliam & Eliseum. 3. Reg. 13. & 4. Reg. 4.

Libros anti-  
quos canoni-  
zat Apostolus  
extra canonem  
Iudeorum.

Alij autem distenti sunt etc. Hoc absque dubio de septem fratribus Machabæis, & matre dicitur. Et sic illè historiè Machabæorum canonizantur. Non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Lege egregiam illam historiam, & uidebis quomodo omnes ad illam meliorem resurrectionem que futura erat in cælis, anhelabant constanti certitudine fidei.

1. Reg. 22

Alij uero ludibria, & uerba experti; ut Ieremias & Micheas; Insuper & uincula, & carceres; De his id constat Ieremiæ 32. & 37. & 3. Reg. 22. Lapidati sunt; Hoc creditur de Ieremia, sed & de Zacharia filio Ioiadæ. 2. Par. 24. Secti sunt; Ad Isaiam hoc pertinet ex traditionibus Hebræorum. Tentati sunt; Ut Iob, & Abraham, & alij multi; In occisione gladij mortui sunt; Saul octoginta quinque sacerdotes iniuste trucidauit, propter David. Multos etiam prophetas Domini iussit interfici Iezabel. 3. Reg. 18. Manasses autem rex impleuit Ierusalem sanguine iustorum; Circuierunt in melotis; id est, uinis pellibus & aprinis; egent, angustiati, afflicti; Talis fuit Elias, & B. Ioannes Baptista, & (ut credibile est) non

nulli alij imitatores; Quibus dignus non erat mundus; Et uerè non erat dignus mundus his, qui superarunt cuncta eius blandimenta, & omnem fortunam, & supercilium, ut nec secundis inflaretur, nec frangerentur aduersis. His iam cælum merito debebatur, qui terram conculcauerant; In solitudinibus errantes; id est, sine propria ac certa sede; in speluncis & cauernis terræ; Lege de ipso Elia historias, et de prophetis quos abscondit Abdias in speluncis. 3. Reg. 18.

Et ij omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem; Hic locus de acceptione repromissionum perobscurus est & difficilis. Superius. n. dixit: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus. Et tamen cap. 6. dixit de Abraham, quod adeptus est repromissionem. Et hoc ipso cap. generaliter dicitur, quod adepti sunt repromissiones. Et nunc rursus ait: Hi oēs testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Quare necesse est omnino uarias separare promissiones. Erant enim promissiones temporalium: & erant promissiones spiritualium. De temporalibus autem etiam distinguendum: & similiter de spiritualibus. Abraham enim & Isaac, & Iacob, uarias habuerunt promissiones etiam temporalium bonorum, nimirum de propagatione seminis. De CHRISTO nascituro ex illa gente: Item de terra chanaam. Has promissiones in uita non acceperunt: peregrini enim fuerunt super terram. Et de promissis, præter conceptum Saræ, nihil ferè uiuentes obtinuerunt. Quapropter de illis specialiter dicitur: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis promissionibus. Ut sit sensus, omnes sic mortuos fuisse, ut adhuc retinerent fidem eius quod sua die accepturi essent: quod postmodum uerum fuit. Si enim uiuentes acceperunt, non essent defuncti in fide. Quodcunque enim habetur, & possidetur, illud iam non creditur.

Locus difficilis.

Cum ergo dicitur de Abraham cap. 6. adeptum illum fuisse promissionem, non est referendum ad tempus ante ipsius mortem, sed postquam mortuus est. Vnde Dominus ait: Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est. Ad illud uerò in hoc cap. de sanctis, quos asseuerat adeptos repromissiones, oportet intelligere de certis promissionibus, quarum tempus iam aduenerat, siue temporalium bonorum intelligas, siue spiritualium. Quod uerò hic dicit, Non acceperunt repromissionem, ad certam & singularem repromissionem est referendum. Et sine dubio ad illam insignem, quæ complectitur omne bonum, & quæ nos perficit. Hanc nulli obtinuerunt: quia nondum sunt consummati. Licet enim iam obtinuerint beatitudinem animarum: corpus tamè iacet adhuc in terra sepultum, donec iterum per resurrectionem ipsi animæ restituantur. Haec tamen absque scrupulo procedit litera. Sequitur autem quiddam difficile;

104. 8.

Deo pro nobis; seu de nobis; melius aliquid prouidete; Sed quid est istud quod Deus de nobis prouidit melius: Nonne ipsa consummatio ac perfectio

Locus difficilis ualde.

atio beatitudinis: At hanc non tamen nobis prouidit Deus, sed & ipsis. Si dicas aptandum esse cum eo; ut non sine nobis consummarentur; Verum quid boni nobis euenit, si eo temporis spacio non sint consummati ante nos? Dicit aliquis cum Apostolo; Non accepisse illos repromissionem; pro illo tempore quo sunt defuncti, intelligendum esse: & ita aliquid melius prouidit nobis Deus. Dum enim ait; nobis; eos designat, qui sunt in fratu noui testamenti. Istud uerò melius, est adeptio beatitudinis, quæ obuenit nobis confestim post mortem, ne teneamur expectare, sicut priores, ut perficiamur. Ipsi. n. sine nobis perfici non ualuerunt.

Sed hic sensus non caret suis scrupulis. Quod enim ait; Ut non sine nobis consummarentur; uidetur respicere ad perfectam corporum consummationem. Nisi dicas, propter spem resurrectionis certam, habēdos esse ut consumatos, qui iam prima stola potiantur, securi de reliqua. Aut melius: Non acceperunt talē beatitudinis repromissionem. Si. n. acceperunt animæ beatitudinem ante euāgelij tempus, debuissent consummari ante nos. Ut. n. non expectasset mortē Dñi ad consummationē beatitudinis animæ (quæ tamē est cōueniens oibus terminis repromissionis) ita nec debuissent expectare mortē oīm ad cōsumationē gloriæ corporis. Melius ergo cōtingit nobis, qui mox post mortē beatificamur in anima, postquam sumus in tempore græ peracta redēptione prima. Et hanc oportuit oēs expectare per CHRISTVM resurgentem, ne quis intraret in sancta sanctorum ante summum Pontificem, qui uiam strauit.

CAP. XII.

DEOQUE ET NOS TANTAM HABENTES IMPOSITAM NUBEM TESTIUM; deponentes omne pondus, & circumstantias nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamē aspicientes in auctore fidei, & consummatore IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate. n. eum qui talē sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionē: ut ne fatigemini animis uestis deficientes. Nondum. n. usque ad sanguinē restitistis, aduersus peccatum repugnantes: & oblitistis cōsolationis quæ uobis tanquam filiis loquitur, dicens. Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autē omnem filium quē recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis uobis offert se Deus. Quis. n. filius, quem non corripit pater: Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt oēs: ergo adulteri, & non filii estis. Deinde patres quidē carnis nostræ eruditores habuimus, & reue-

rebamur eos. Non multo magis obtēperabimus patri spirituū, & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est, in recipiendo sanctificatione eius. Omnis autē disciplina in presentia quidem uidetur non esse gaudii, sed meritoris: postea autē fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.



Deoque etc. Exempis patrū hebrææ gentis exhortatur illos, ut et fidem cum bonorum operum perseuerantia retineant: Tantam habentes circumpositam nubem testium; Maiorū turbā, uocat nubem testium, quasi ex multis in unum flatibus condensatā. Nubes. n. de terra producit, & eleuatur ut iterum pluatur in terram. Tales sunt sancti uiri qui pluunt nobis doctrinam uerbo & exemplo, ut nos ad desideria supernorum eleuent. Ait circumpositam, ut designet nos non posse fugere eius aspectum quoquod uertamur; Deponetes omne pondus; ut ualeamus & nos effici nubes conscendentes ad cœlestium desideria; Et circumstantias peccati; Peccatum uocat suo concupiscentiā innatam in carne, quæ magnopere circumstat. Deponitur autē per acquisitionem gratiæ & iustitiæ. Quanto namque est quis iustior, rantiō eius concupiscentia tenuior; Per patientiam curramus etc. Non cessantes ab operibus bonis: quod expedite faciēdo, quodammodo currimus. Etenim in ipso cursu habemus obuiam tentatorem, multis modis à cursu auertere nitentē. Quis autē nisi pōdus deponat, ualeat in uia currere?

Aspicientes in Auctorem fidei & consummatorem IESVM; hoc est, in eum qui ut incepit, ita perficiet. Ipse. n. auctor, siue inchoator est fidei: quoniā ut credamus, ille in nobis operatur. Est itē consummator eiusdē fidei: quia dat non solū ut credamus, uerū etiā ut pro illo patiamur, quod est in certamine currere. Sic uerè perficitur fides & iustificatio ad meritum premiorum. Idem alibi: Vobis datum est pro CHRISTO non solū ut credatis in eum, uerum etiam ut pro illo patiamini.

Qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem etc. Duplex est sensus. Prior, Ipsemet proposuit sibi, aut Deus proposuit illi gaudium, si illud mallet. Ille autē loco gaudij sibi propositi, elegit & sustinuit crucē. Huic autē intelligēti uidetur astipulari græca lectio quæ habet, ὁ ἑαυτοῦ τῆς ἀποκρίσεως ἀντὶ χαρῆς &c. Est tamen alia intelligentia & uera & efficax contra hæreticos, qui nolunt operantem respicere ad coronam sibi propositam &c.

Recogitate enim eum; qualis & quantus erat, cum esset filius Dei: quam innocens, imò quam benemeritus, & plenus benefactis; Qui talē sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem; id est, quā crudelē, quā immanē: & à quibus, nempe iustus ab iniustis, & insigniter peccatibus. Hic item locus potius consideratione dignus est ad fructum, quā expositione ad intelligendum; Ut ne fatigemini

Philip. 3.

tigimini animis uestris deficientes; quia memoria CHRISTI est plenissima in afflictionibus homini credenti consolatio. Siquid est lignum illud quod aquas amarissimas dulces efficit. Itaque habetis summum praesidium, ne ulla prorsus fatigatione deficere debeatis.

Nondum enim ad usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes etc. Magnum est amittere bona, & substantias uestras terrenas & facultates: quod tamen aequo animo tulistis. Sed longe magis arduum resistere usque ad sanguinem aduersus peccatum repugnantes. Istud uos necdum fecistis; Et oblitus estis consolationis quae uobis tanquam filiis loquitur etc. Erant. n. plerique eorum qui iam uidebant manus: & sic in defectionis crimen uenientes, fidem uiolabant, immemores diuinae exhortationis, & consolationis sapientiae Dei, quae illis tanquam filiis loquebatur: *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini etc.* Proverb. 3. Disciplinam Domini pro castigatione accipit, quam non uult negligi, nec sperni, sed libenti animo accipi, & non defatigari, aut delassari hominem cum a Deo arguitur. Quid. n. est aliud in hoc mundo affigi, nisi castigari & emendari, modo sumus filii: Hoc clare ipsemet Apostolus exprimit, aiens.

Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit etc. Videtur plus esse flagellare, quam castigare. CHRISTVS flagella tulit propter peccata nostra: & ideo receptus fuit a Patre in excelsum thronum. Itaque & eos qui magis CHRISTO appropinquant, decet et magis flagellari & pro se, & propter alios simili modo, ut conformes illi fiant; *In disciplina perseuerate;* Graeca lectio hoc sonat; Si disciplinam leu castigatione sustinetis; *Tanquam filius uobis offert se Deus;* paternum scilicet officium faciens. Quare obseruandus est & colendus; & deosculanda insuper manus etiam flagellantis; *Quis enim filius quem non corripit pater;* Certè nullus, nisi qui nihil peccet. At quotusquisque qui in nullo offendat, ut sic nullam mereatur castigationem? *Quod si extra disciplinam estis etc.* Notanda sunt haec, & firmissime cordi figenda. Homo enim extra disciplinam, id est, non accipiens pro disciplina quae sibi contingit aduersa, iam non ut filius reputatur, cui seruetur hereditas; sed ut adulterinus, uel spurcius ad Diabolum pertinet.

Deinde, *Patres quidem carnis nostrae eruditores habuimus etc.* Optime ab eo quod minus est argumentum comparatione dignioris. Si enim homo patrem secundum carnem reueret, & ita faciendum esse natura ipsa docet; & haec reuerentia habet promissionem uitae: Nonne multo magis obtemperare debemus Patri spiritu, ut uerè uiuamus? Patrem spiritum uocat Deum: quia per dona spiritualia quae infundit, pater noster est. Spiritus. n. est Deus: & quicumque adhæret Deo, unus spiritus est, id est, unitur illi per spiritum qui est amor; *Et illi quidem in tempore paucorum dierum etc.* Optima ite est eiusmodi suasio, & per se oibus perspicua: quoniam patres carnis paucis diebus nos erudiunt, id est, ad suam ipsorum uoluntatem. Saepè etià inutiliter, & cum magna

1. Cor. 6.

filiorum iactura. At illa Dei castigatio sanctificatio nō nobis parit. Sic. n. sanctificamur dum erudimur à Domino, & probamur igne tribulationum.

Omnis autem disciplina in presenti quidem etc. Nullum omittit locum ad suadendam perseuerantiam Aplos. Omnem castigationem in presenti quidem testatur non uideri esse gaudij, sed potius mœroris. Nolumit absolute dicere non esse gaudij, sed; *non uidetur;* quoniam in his qui sapiunt, & qui spiritu feruunt, etià gaudij est. Nam prospiciunt & futura, non quae sunt presentia tantum: quia in eis uidetur fructum oriri iustitiae, qui est uitae aeternae fructus pacatissimus, & plenus pace & iucunditate. Reddet autem hunc fructum Deus Pater Iesus qui fuerint exercitati per ipsam disciplinam.

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacè sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Contemplantur ne quis desit gratiae Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinetur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus ut Esau: qui propter unam escam uendidit primitiuam suam. Scitote. n. quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit poenitentiae locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam.

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite; hoc est, cum ex parua, & breuis temporis tristitia tantus oriatur fructus, erigite remissas manus, id est, uires resumite ad opera bona. Et erigite genua soluta: quia nec poterunt operari manus, nisi & genua roborentur & erigantur, per quae significatur fortitudo & animositas, quae fides & spes excitat & confirmat; *Et gressus rectos facite pedibus uestris;* Sunt. n. qui ambulat quidem, sed non rectè ambobus gradibus pedibus: quoniam altero claudicat. In quibus non forte significant, qui quod rectum est agunt, sed intentione non recta uel pura, sed ob inanem gloriam, aut aliquod commodum temporale. Credo tamen uoluisse Apulum monere Hebraeos, ne, quod erat multorum, in utraque parte claudicaret, partim scilicet CHRISTVM, partim uerò Moysen recipientes, id est, propter carnis affectionem. Istud insinuat dum ait; *Ut non claudicans quis erret;* leu; Ne quod claudum est aberret, hoc est, abducatur à uia. *Sed magis sanetur;* eò quod mala animi affectio quidam animi morbus est.

Pacem sequimini cum omnibus. Ad gentes uidetur aspicere, & eis hac exhortatione prospectum uelle, cum quibus male cohærebant Iudaei. Aspernebant enim eas, & ingratis oculis intuebantur, non confiderantes in CHRISTO reddita esse oia munda. *Et sanctimoniam;* id est, cordis munditiam & puritatem; sine qua nemo uidebit Deum; Ipse. n. dixit. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt. Et alibi: *Nihil conquinatum intrabit in illud.*

Matth. 5.

Contemplantur

Contra hereticos.

Contemplantur ne quis desit gratiae Dei; siue, Ne quis destituatur à gratia Dei. Potest ergo quis destitui à gratia: contra quod quidam stultè dogmatizant. Est item in manu nostra postquam accipimus gratiam, retinere illam, ac non destitui: nisi si uelint negare clarissimam Apostoli exhortationem hanc: *contemplantur ne quis desit gratiae Dei;* Vbi est igitur illa aeterna reprobatio ex parte Dei ante peccatum, quam isti praedicant?

Ne qua radix amaritudinis; Radix omnis amaritudinis est superbia uitae: ex qua oriuntur inuidia, & odium, & ira, quae omnia ascendendo & pullulando (ut ita dicam) amarificant cor, & per illa impeditur gratia Dei, unde & inquinantur multi. Hinc enim excitamenta sectarum, & ex ipsis factis iniuriarum, simultates, detractiones & innumera mala.

Ne quis fornicator, aut prophanus, ut Esau; Hic contra uoluntatem patris & matris concubuit cum uxoribus idololatris: & ideo fornicator dici potuit. Et similiter prophanus: quia rem sacram, nempe matrimonium scœdauit. Sed & hac in re prophanus, quae exprimit B. Paulus; *qui propter unam escam uendidit primogenitam suam;* Ius autem primogeniturae erat quid sacrum & (ut traditione acceptum est) in eo sacerdotium continebatur. Primogeniti enim ante legem datam erant sacerdotes. Quamobrem dicitur Num. cap. 3. Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit uuluum in filiis Israel. Habebat & alias praerogatiuas primogeniturae, de quibus non est hic dicendi locus. Mitto questionem, quoniam pacto uendi poterant, aut etiam emi iura primogeniturae absque simoniaca labe. Et quomodo non fuerit iniquitas in Iacob, tam uili pretio emere. Haec. n. non uidentur alio modo solui posse, nisi facta omnia fuisse Deo sic uolente ac disponente, ut omnino ius primogeniturae ad Iacob pertineret, non solum ordinatione diuina, uerum etiam facto, & consensu eius qui ius habebat in ea. Et quia omnia in figuram contingebant illis, addit Aplos:

Scitote enim quod & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est. Hoc totum patet Gen. cap. 25. & 27. *Non enim inuenit poenitentiae locum;* De fructuosa poenitentia est sermo; alioqui satis poenituit, & euilatu magno fleuit, ut testatur scriptura. Et hic B. Paulus citat, aiens.

Quanquam cum lacrymis inquisisset eam; Qui negarunt poenitentiam transgressoribus, mouebantur ex hoc particulari concludentes uniuersale. Et certè concluditur uerè de Iesu qui propria culpa reprobari merentur, quorum typum gerebat Esau, postquam despexit primogenituram: sed non continuo reprobatum quisque, ut mox transgreditur. Apostolus ergo hoc exemplum producit de Esau Hebraeis ut caueant, & aperte intelligerent Esau typum Iudaeorum in eo mysterio gessisse, qui amiserunt similiter primogenituram suam propter incredulitatem.

Non. n. accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbine, & caliginem, & pro-

cellam, & tubae sonum, & uocem uerborum, (quae qui audierunt excusauerunt se, ne eis fieret uerbum. Non. n. portabant quod dicebatur: Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat, quod uidebatur: Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuentis Ierusalem caelestem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem IESVM, & sanguinis asperionem melius loquentem quam Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si. n. illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de caelis loquentem nobis auertimus. Cuius uox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens. Adhuc semel: & ego mouebo non solum terram, sed & caelum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, ut maneant ea quae sunt immobilia. Itaque regnum immobilem sciipientes, habemus gratiam: per quam seruamus placentes Deo cum metu & reuerentia. Etenim Deus noster, ignis consumens est.

Non. n. accessistis ad tractabilem montem etc. Hoc in loco B. Paulus ne sibi à rigiditate Dei metuatur, & de auxilio diuino desperent, incipit ostendere quae & quanta sit eius protectio erga suos in statu gratiae & noui testamenti, praeter his qui sub antiquo testamento erant, et ait; *Non enim accessistis ad tractabilem montem;* id est, montem qui calcari pedibus possit: qualis fuit ille mons Sinai, ubi uetus testamentum datum est. Vocat montem tractabilem, ut extenuet dignitatem legis illius si conferatur cum lege gratiae: quemadmodum ad extenuendam tripla manufacta, hoc singulariter affertur, quod erant manufacta. Deus autem non habitabat in templis manufactis. Similiter nec in huiusmodi montibus tractabilibus erat Dei domicilium. Lex. n. gratiae est monte sancto, qui est CHRISTVS, prodijt: sicut ipse est uerum Dei templum, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, *Et accessum ignem;* In scriptura ueteri leguntur facta tonitrua & fulgura: in quo significabatur effectus legis, quae dura ceruice hominibus praecipere, excitabat concupiscentiae ardorem ad mortem; *Et turbine & caliginem etc.* Significat autem turbo anxietatem illam conscientiae & perturbationem, quae post admissionem peccati per conscientiam praeparationis irruit. Caligo uerò significat diuinarum ignorantiam, in qua erant adhuc existentes sub lege. Procella etià quae uentis & imbribus conflatur, non est aliud quam significatio irae Dei, propter multitudinem praeparationum quae ex lege ueniebant. Denique sonus tubae, & uoces Dei legislatoris terribiles, legem timoris ostentabant.

Col. 2.

AAa ij Et ita



Et ita terribile erat quod uidebatur; seu quod ap-  
parabat (supple tu) ut excusarent se filij Israel, di-  
centes: Loquere tu nobis, & audiemus. Non lo-  
quatur nobis Dominus, ne forte moriamur: hec  
illi. *Moses dixit: Exterritus sum & tremebundus: At  
tamē nusquā in scriptura clarē apparet hoc di-  
xisse Moſen: ſolū teſtatur ſcriptura in ſigno illo  
uirgæ cū in ſerpētē uerſa eſt, Moſen fugiſſe, pro-  
culdubio rei nouitate perterritum. Credibile eſt  
autem Moſen in illo montis ardore, & fumo, &  
tonitruis, & fulguribus, & caligine, & alijs terribi-  
libus ſignis ēt expauiſſe & contremuiſſe, tamen ſi  
poſtmodo admoneret populum ne terreretur;  
Sed acceſſiſtis ad Sion mōtem; Hęc eſt arx fortiſſima  
urbis Ieruſalem M A R I A Virgo ſemper benedi-  
cta cum electis Sāctis; Et ciuitatem Dei uiuentis Ieru-  
ſalem cœleſtem; Hęc eſt eccleſia Dei: & multorum mi-  
lium Angelorum frequentiam; qui cuſtodiūt hanc ur-  
bem; Et eccleſiam primogenitorum, qui conſcripti ſunt  
in cœlis; De Apoſtoliſ loquitur, & magnis diſcipu-  
lis C H R I S T I, quorū nomina ſcripta erant in  
cœlis; Et iudicem omnium Deum: Hic eſt C H R I  
S T V S qui retribuet ſua die. Et ſpiritus iuſtorum  
perfectorum; quicunq; præter maiores erat; Et te-  
ſtamenti noui mediatorum I E S V M; Nouum teſtū  
præfertur ueteri: quia in eo remiſſio eſt peccato-  
rū, promiſſio æternæ uitæ benè operantibus, &  
facultas datur rectè operādi. Ait I E S V M, qui di-  
citur ſaluator. Hic uenit de cœlo ad ſaluandū, nō  
ſicut Moſes qui educus eſt ex aquis, tanq; indi-  
gus redemptione; Et ſanguinis aſperſionem; ſi-  
ue ſanguinem aſperſionis; meliora loquentem quā  
Habel; Nā ſanguis Habel uindictā, C H R I S T I uer-  
o ſanguis miſericordiam clamar.*

Videte ne recusetis loquentē; Quanto maior eſt  
Dei miſericordia erga nos & beneficētia, & pro-  
penſior beneficii oblatio, tantō eſt, ſi contemna-  
tur, acerbior indignatio. Quapropter dicit; *Vide-  
te; id eſt, cauete ne recusetis loquentē, ſcilicet ſan-  
guinem qui clamat remiſſionē peccatorū & ſalu-  
tē; ſi enim illi non effugerunt &c. Loquitur de Iſrae-  
litis qui contēperūt Moſen loquentē, ſiue potius  
oracula reddēt. Nā græcè legiſt χηματιζοντα; ſi-  
ue ſuper terrā; ſiue, in terra; id eſt, cū ipſe exiſſet in ter-  
ra homo terrenus, & cōſequētē de terra loque-  
rēt, & nō de cœlis. C H R I S T V S autē nō de cœlis  
nūc loquit, ſicut & in terris poſitus loquebatur;  
quia cœleſtis homo erat. Hęc docebat ſanctiſſi-  
mus ille Baptiſta cū diceret: Qui de terra eſt, de  
terrā eſt, & de terra loquitur. Qui de ſurfum ue-  
nit, ſuper oēs eſt: & quod uidit & audiuit, hoc te-  
ſtatur, nimirū inſecus per Spiritū ſuū. Hic eſt  
ergo huius loci ſenſus: Moſes terrenus erat, &  
proferebat oracula cœleſtia de terra, nō intus lo-  
quēs ad cor. C H R I S T V S autē loquens ad nos,  
cū eſſet cœleſtis homo & de cœlo ueniſſet, etiā  
de cœlo loquebatur cœleſtia. Etenim per Spiritū  
teſtificabatur cordibus, & teſtificatus eſt ſemper  
per Spiritū ſuū: quod tūc maximè apparuit, quā  
do poſt aſceſſionē miſit Spiritū in forma lingua-  
rū de cœlo cū ſonitu. Tunc. n. loquutus eſt Dñs  
per Spiritū ſuū, medio Apōſtōrū organo. Hoc te*

ſtatus erat antea, ppheta ille qui dixit: In alijs lin-  
guis, & labijs alijs loquetur populo huic, & nec  
ſic exaudiēt me. Quocirca recuſare ſic loquentē,  
grande piaculū eſt, unde ait. Si illi ultionē nō ef-  
fugerunt, qui recuſarūt hominē oracula in terra  
loquentē, ſeu de terra: multō minus, ſupple tu,  
non effugiemus nos ſi eum qui de cœlis (ſupple  
loquitur) auertimus; ſeu potius auerſamur; cuius  
uox mouit terrā tūc. Quod uerū fuit in C H R I S T I  
aduētū. Locus hic ſatis difficilis, & uariā reci-  
pit expoſitionē. Putant quidā intelligi de motu  
terræ, quādo data fuit lex Moſi. Alij qñ egreſ-  
ſus eſt populus Iſrael de terra Ægypti. Vnde in  
pſalmis; Deus cū egredereris in cōſpectu popu-  
li tui, cū pertrāſires i deserto. Terra mota eſt etc.

Nunc autē repromittit dicēs; nimirum per Hag-  
gæū prophetā. Adhuc ſemel; In Haggæo legimus;  
Adhuc unum modicū; ſenſus eſt: Adhuc ſemel, quod  
erit breue tēpus; Ego mouebo non ſolū terrā, ſed &  
cœlum; ita ut præ hoc motu, ille prior nihil uide-  
bitur. Vide autē loqui de motu orbis in aduētū  
primo C H R I S T I. Sed quis fuerit hic motus cœ-  
li & terræ, nō ſatis declarā ab ijs quos ego legi.  
Præterea, ſi loquitur de primo illo C H R I S T I  
aduētū, quō dicit adhuc ſemel, cū poſt illū ſuper-  
ſit nouiſſima mutatio, & longē maior in aduentu  
ſecūdo, quem uenturum expeſtamus.

Vide ergo an magis cōgruat hoc pacto hūc  
locū exponi. Dicit Apōſtōs quod Moſes loquutus  
eſt de terra, dando legē. C H R I S T V S uerō lo-  
quutus eſt de cœlis ſimiliter dādo legē, & mittē  
do Spiritū ſanctū ſuū habentē ſcientiā linguarū,  
cuius uox quæ erat uox C H R I S T I, ſcilicet ille  
Spiritus per quē loquebat, mouit terrā. Tūc  
quando ſcilicet elapſus eſt in corda diſcipulorū  
uerē mota eſt terra, nō ſolū quia factus eſt repē-  
tē ſonus Spiritus uehementis; ſed quoniā muta-  
ta ſunt corda, quæ terræ nomine ſignificantur.  
Et maxima facta eſt mutatio: quā cū eſſent terre-  
ſtria ſine grā cœleſti, & mutabilia corda, facta ſūt  
per Spiritū gratiæ firma & ſolida.

Nūc autē repromittit; hoc eſt, poſt hāc primā ter-  
ræ permutationē repromittit; Adhuc ſemel; id eſt,  
iterū atq; una uice tm; Et ego mouebo nō ſolū terrā,  
ſed & cœlū; Ac ſi dixerit. Multō erit maior hęc  
poſtrema mutatio quæ perueniet uſq; ad cœlos,  
ſicut ſcriptū eſt: Initio tu Domine terrā fundasti,  
& opera manū tuarū ſunt cœli. Ipſi peribūt, tu  
autē permanes, & oēs ſicut ueſtimētū ueteraſcēt.  
Et ſicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur.  
Et reuera ſcripturæ ſanctæ de iſtis cœlis, qui no-  
bis ſeruiūt, cōteſtatur eos eſſe ſoluēdos, & totā  
terrā paſſurā mutationē. Dñs dixit: Cœlū & ter-  
ra trāſibunt; uerba autē mea non trāſibunt, id eſt,  
cœlū & terra mutabuntur. Et erit cœlū nouū,  
& terra noua. Quod eſt ergo mutabile in immu-  
tabile trāſibit, quod Apoſtōlus exponit ſubdēs.

Quod autē adhuc ſemel dicit, declarat mobilium  
translationem tanquā factorum, ut maneant ea quæ ſūt  
mobilia; Verūm quō per iſtud dictum Prophetæ;  
Adhuc ſemel; declarat translationem mobilium,  
niſi ſatis innuens illud quod erat inceptum iā  
et

Iſa. 28.

Matth. 24-  
Apoc. 2. 1.

& factum à Domini uoce illa prima, qua muta-  
uit terram de infirmitate ad firmitatem: ut iam  
declaratum eſt. Dicens ergo; Adhuc ſemel; declarat  
id ſimiliter futurum alia uice perfectē, cum to-  
tus orbis concremabitur: & ipſi cœli ardebunt  
atque ſoluentur. Sed quare dicit translationem  
mobilium tanquā factorum? Quid eſt enim  
non factum à Domino? Quod ſi omne factū mu-  
tandum eſt, & Angeli ipſi, & cœlum ſummum  
paterentur mutationem: quin etiam & ipſa C H R I  
S T I humanitas. Ego uerō dico, C H R I S T I  
humanitatem nō recipere mutationem amplius:  
quia perfectē mutata eſt. Angelos uerō & cœlū  
empyreum non uenire appellatione factorum in  
ſcripturis. Nam facta ea dicimus quæcūq; à pri-  
ma die uſq; ad ſextam compoſita fuere. Nam  
ibi Deus dicere cœpit: Fiat lux: & facta eſt lux.  
Fiat firmamentum &c.

Itaque regnum immobile ſuſcipientes &c. Hoc eſt  
regnum C H R I S T I quod eſt immobile, quia  
æternum. In illud enim facta eſt translatio omniū  
regnorum. Suſcipitur illud interim fide: & qui-  
cunq; fide ſuſcipit, regnat. Habet quippe gra-  
tiam, qua ab omni indigno atq; externo domi-  
nato liberamur, & ſeruimus Deo. Hęc gratia eſt  
donum charitatis, quo liberamur à Diabolo, &  
ſeruimus Deo, & ſeruientes placemus ei. Ser-  
uientes autē: cum metu & reuerentia; Alij inter-  
pretantur cum reuerentia & religione. At quod  
exhortans addit. Etenim Deus noſter ignis conſu-  
mens eſt; Et ſignificat manifeſtē tantæ eſſe Deum  
potentiæ ut ualeat ulciſci, & re ipſa ulciſcetur  
ut Zelotes magnus. Locus ex Deut. cap. 4. Sunt  
qui intelligunt ipſum eſſe ignem conſumentem:  
quia quicquid eſt uitiorum exurit, & conſumit.  
Non reprobanda intelligentiā: Sed primā ma-  
gis ad mentem Apoſtoli quadrare arbitror.

CAP. XIII.



HARITAS FRATERNI-  
tatis maneat in uobis: & ho-  
ſpitalitatē nolite obliuiſci.  
Per hanc enim latuerunt  
quidam, Angelis hoſpitio re-  
ceptis. Mementote uincto-  
rum, tanquam ſimul uincti:

& laborantium, tanquam & ipſi in corpore  
morantes. Honorabile connubium in om-  
nibus: & thorus immaculatus. Fornicato-  
res enim & adulteros iudicabit Deus. Sint  
mores ſine auaritia, contenti præſentibus.  
Ipſe enim dixit: Non te deferam, neque  
derelinquam, ita ut confidenter dicamus:

Dominus mihi auditor: non timebo  
quid faciat mihi homo. Mementote præ-  
poſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt  
uerbum Dei: quorum intuentes exitum  
conuerſationis, imitamiſi fidem. I E S V S  
C H R I S T V S heri & hodie, ipſe & in ſæcula.



Haritas fraternitatis maneat in uobis &c.  
Poſtrema hęc eſt exhortatio, & per-  
quā efficac. Primū ut maneat  
charitas fraternitatis. Hęc eſt man-  
data à C H R I S T O, cum dixit. Hoc

102. 1. 5.  
eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem: ſicut  
dilexi uos. Ipſe prior dilexit nos ut fratres. Non  
enim confunditur nos uocare fratres. Vnde &  
dixit. Oēs uos eſtis frēs, non quatenus hoīes, ſed  
quatenus ex me oēs, & ex ſpōſa mea, q̄ & ipſa  
de oſſibus meis & carne mea. Vtinā ad hoc ple-  
na intelligētia aliqñ perueniamus. Hoſpitalitatē  
nolite obliuiſci; Hoc officiū hoſpitalitatis multum  
laudaſ: ſed nūc ualdē refriguit. Dñs illud inter ea  
mā op̄a cōmemorat, quibus præmiū ſummū con-  
ſtituit. Per hāc. n. placuerunt quidā. Græcè e' λαθον le-  
gitur, latuerunt; Angelos hoſpitio recipiētes. Non di-  
bito latinū interpretē poſuiſſe; ſed quia  
plurimi nō intelligebāt qd ſignificaret, loco eius  
ſuppoſuere; placuerunt; Dicūt q̄ græcè norunt,  
hoc ſermone ſignificari, qd quidā ignari recepe-  
rūt Angelos hoſpitio. Nam cū Angeli in forma  
hominū apparerēt, latuit recipiētes, eos eſſe An-  
gelos. Sed reuera lōgē aliud eſt eos latuiſſe, ſicut  
ſignificatur illis uerbis; latuerunt quidā; Aliud uerō  
hoc latuiſſe illos, uoz quos recipiebāt eſſe Ange-  
los. Quapropter mihi longē magis placet, ut his  
uerbis ſignificet bñficiū quod accepit Lot; nepos  
Abrahę per hoſpitalitatē, per quod uerē latuit  
abſconditus à Sodomitis, à quorum furore An-  
gelorū auxilio ereptus eſt, dū haberet eodē ho-  
ſpites, à quibus & pertractus, & deſeſus eſt. Cū. n. iā  
Sodomitę eius eſfringerēt fores, ſcriptura de An-  
gelis teſtaſ, quō miſerūt manū, & introduxerūt ad  
ſe Lot i domū, clauſerūtq; oſtiū: & Sodomitas il-  
los q̄ iuxta fores erāt tāta percuſſerūt cœcitate,  
ut oſtiū inuenire nō poſſēt. Ecce ergo quō latuit  
Lot, & per hoc ſaluus factus eſt: & ipſū qdē no-  
mē hoc ſonat. Lot. n. interpretatur inuolutus, &  
coopertus. Frequēs eſt in ſcripturis pluralē nume-  
rū pro ſingulari poni. Ne q̄s autē irriſor obijciat,  
perſeſe iā tps, quo Angeli ueniāt apud nos hoſpi-  
taturi: uelim perſuaſū eſſe pio lectori, & hūc locū  
myſticè uerū fieri in ſacerdotibus, ſeruis C H R I-  
S T I, pauperibus, & religioſis uiris, q̄ et Angeli  
Dei dicuntur in ſcripturis ſanctis, ut quicūq; eos  
recipit, Dei Angelos recipere cenſeatur.

Matth. 2. 2.  
Pro hoſpiti-  
tate.

Pulchra expoſi-  
tio uerbi; la-  
tuerunt;

Gen. 19.

Mementote uinctorū tanquā ſimul uincti; Hoc enim  
ppriū ē charitatis, ut ſiue bona, ſiue mala fuerit,  
ſint cōmunia; & laboratiū; ſeu aſſictorū; tanquā &  
ipſi in corpore morātes; qui ſimilia pati poteſtis, &  
adhuc aliquid patimini.

Honorabile cōnubiū &c. Ne putarēt illi B. Paulū  
reprobare nuptias, laudat cōnubiū qd honora-  
bile eſſe aſſertit: & hoc in oībus. At nūqd in ſacer-  
dotibus & monachis, ut q̄ant cōtrahere nuptias?  
Abſit. Nunq̄. n. apud Chriſtianos licuit. Cur igiſ  
ait; in omnibus; Reſpōdeo: dicit; in omnibus; id eſt, in-  
ter omnes, fideles tamen, ne priſca ſuperſtitione  
tenerentur Iudej, qui alienigenis non iungebātur.  
C H R I S T V S enim mūdauit omnia. Vocat autē  
thorum immaculatum, copulam uiri legitimam  
AAa iij cum

cum uxore: & quia CHRISTVS ipse nuptias que peccato antiquo se data sunt, sua presentia honorabiles reddidit, honorabile conubiū dicit.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Absolutē intelligitur: contra eos qui simplicem fornicationem non esse peccatum putabant. At expressē ait fornicatores à Deo esse iudicandos, simul & adulteros. Sint mores sine auaritia; Græcè legitur. Sit modus sine auaritia; ne in prodigalitate uertatur liberalitas; & ne nimis anxie sollicitemur de crastino. Vnde ait; Contenti presentibus. Ipse enim dixit: Non te defero, neque derelinquo. Iosue primo; Ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor; Hoc ex psalmis acceptū est. Cogitare. n. cum anxietate de crastino, est diffidere de prouidentia & auxilio diuino. Sed quotūquēq; hodie reperias qui hoc præceptum obseruet?

Mementote præpositorum uestrorum; id est, eorū doctrinæ, quam uerbo uobis & exemplo prædicarunt, ut CHRISTVM in primis, & illos imitemini; quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem. Expleuerant enim uitam. sancti illi homines, & (ut credibile est) glorioso martyrio; i: circō eorum fidem imitandam proponit. IESVS CHRISTVS heri, & hodie, ipse & in secula, ac si quā manifestissimè dixerit. Non existimetis uos extra spem imitationis & assequutionis uirtutum illorū, qui uel uiribus non profecerūt, sed eius auxilio qui uel nunc minime deest nec potestate quidem, nec uoluntate. IESVS enim CHRISTVS idem est & heri, & nunc, & in secula. Ponitur ergo; Ipse; pro; Idem; qui cum sit IESVS, potest saluare. Cum sit CHRISTVS, gratiæ oleum potest copiosè effundere.

Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & IESVS, ut sanctificaret per suū sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes. Non enim habemus hīc manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum laborum contentium nōmini eius.

Doctrinis uariis &c. Doctrinæ uarietatem reprobatur in primis Apostolus. Et significat doctrinas uarij generis, quæ conuenire non possunt: qualis est doctrina fidei cum doctrina legis. Sic est doctrina quælibet, quæ cum christiana non conuenit: neque cum illa seruari potest. Adiecit; & peregrinis; id est, quas ignorat ecclesia CHRISTI;

nolite abduci; id est, nolite hīc illāc circūferri; Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis &c. Manifestè Hebræorum cæremonias taxat, quæ in escis & potibus potissimum cōsistebāt. De sacrificatis enim edebāt, quæ tñ non proderant eis: quoniā per eas escas carnales nō stabiliebatur cor in bonum. Stabilitur autē in gratia Dei, id est, charitate per cibū sanctū, & uerā & cœlestē escam. Et hoc est optimū: quia finis legis est CHRISTVS; Habemus altare &c. Probat hac ratione non posse tolerari doctrinam legis (tanquam iam antiquatā) cum doctrina gratiæ. Habemus, n. altare nos Christiani, de quo nō hēnt potestare edēdi, qui deseruiūt tabernaculo. Hoc altare est extra portā, nō conclusum in tēplo siue tabernaculo: in quo altari fit uera expiatio per corpus & sanguinē CHRISTI, & de quo ihs edere nullo pacto est licitum, qui adhuc deseruiunt tabernaculo, id est, qui manent in legalibus. Quod probatur; Quorū. n. animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra; ita ut qui tabernaculo deseruiunt nō ualeāt inde quicquā sumere. Hinc à typo illo datur intelligi, non posse ab his qui adhuc manent in Iudaicis ritibus, CHRISTVM nostrū tractari, sed eorū carnali comestioni minus esse idoneū. Siquidem eius sanguis illatus est in sancta, & eius corpus crucifixū extra castra, id est, absorptū igne Spūs sancti uelut holocaustum acceptabilissimū Deo. Aliter igitur manducari debet, nēpe spūali mādicatione per fidem & charitatē à cunctis gentibus Græcis, & Iudæis. Nā ipse IESVS qui figurā ueritate sustulit, corpus suū extra portam tradidit occidendū subdiuo, ut ostēderet se nō in ciuitate pati quasi pro illo populo tñ, sed pro uniuerso mūdo, ut sanctificaret populū suum ex omni gente collectū, per asperionē sanguinis, quem intulit in sancta sanctorū cœlestia, non terrena in redēptionē nri.

Exeamus igitur ad eum extra castra. Loquitur Hebræus ad Hebræos, & ait: O Hebræi, si uolumus expiationē tantī sacrificij cōsequi, exeamus extra castra, id est, agnoscamus Deum non esse Iudæorum tantum Deū, sed & gentiū; & non curemus hoc opprobriū sed; improprium eius portantes; Nam & ipse exiuit extra castra, quem uos extra synagogam eiecistis. Non. n. habemus hīc ciuitatē permanentem; sed futuram inquirimus. Ecce Ierusalem perdiderunt, sicut & ipsimet coniecerunt dicentes: Venient Romani, & tollent locum nostrum & gētem. Itaque nec ciuitatem hīc ullam habēt, neque spem futuræ; & non sunt extra castra. Nā in castris manēt cogitatione saltem & auiditate, pleni amore carnali, & secundum carnem expectantes CHRISTVM. Per ipsum autē offeramus hostiā laudis semper Deo; Sicut & CHRISTVS obtulit seipm, cōfessionē & laudē deferēs Deo: ita & nos offeramus semper hāc hostiam laudis. Sed per ipsum, id est, ipso offerēte illā in nobis: quia quicquid ex nobis gratum est Deo, per ipsum oportet quasi signari, & offerri. Hæc autem laudis hostia offerenda est ab hominibus: quia est fructus laborum nostrorum contentium eius

Contra Iudeos rī cæremonias

104. 21.

eius nomini. Et secundum hoc omnes sumus sacerdotes æqualiter. Sed non secundum quod nos facimus in altari hostiam. Ad hoc enim oportet ordinari certos, & accipere potestatem faciendi legitimam.

Beneficentiæ autē & cōicationis nolite oblitisci. Talibus. n. hostiis promeretur Deus. Obedite Præpositis uestris & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri, ut cū gaudio hoc faciant, & nō gemētes. Hoc. n. non expedit uobis. Orate pro nobis. Confidimus. n. quia bonam conscientiā habemus: in omnibus bene uolentes cōuersari. Amplius autē deprecor uos hoc facere, quod celerius restituar uobis. Deus autē pacis qui eduxit de mortuis Pastorem magnū ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, aptet uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatē: faciens in uobis quod placeat corā se per IESVM CHRISTVM, cui est gloria in secula sæculorum, Amen. Rogo autem uos fratres, ut sufferatis uerbū solatii. Etenim perpauca scripsi uobis. Cognoscite fratrem nostrū Timotheum dimissum, cū quo (si celerius uenerit) uidebo uos. Salutate oēs Præpositos uestros: & omnes sanctos. Salutant uos de Italia fratres. Gratia cum omnibus uobis, Amen.

Beneficentiæ &c. Exhortationē prosequitur. Ne obliuiscamini beneficentiæ, & cōmunionis; Talibus enim hostiis promeretur; seu pacatur, uel conciliatur Deus. Videant Lutherani qui negat satisfactionem & merita ad abluēda peccata; Obedite Præpositis uestris. Et hīc quoq; uideāt qua stultitia negēt hierarchiā in ecclesiā Dei, & iurisdictionē; ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri. Hæc Episcopi & Præpositi cōsiderent, num tales sint: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes; Peruigilant bonus pastor cū gaudio, cū uidet ouiculas bene pascētes, & cōtineri sub ouili. Secus uerò si inueniat cōtumaces & deuias, tunc gemens hoc facit qui non uidet suæ uigiliæ fructum, & cogitur nolens uti uirga cū gemitu. Hoc enim non expedit uobis; Et uerè non expedit: quandoquidē si illi ad tēpus ob uestram contumaciā gemunt, uos in æternū flebitis. Nā salus ouiculæ est, sub cura manere pastoris; Orate pro nobis; Etiā pro sanctis qui sunt in terra orandum est à populo, ut magis ac magis proficiant; Confidimus enim; Cum esset Hebræis inuisus propter gentes, uoluit ostēdere suū quoq; erga illos affectum, quasi diceret. Nō uos contrarbet si uideor pro gentibus zelare: nam & uos mihi charissimi estis. Confidimus enim; quod habemus bonam conscientiā in omnibus; id est, inter omnes; bene uolentes conuersari; Quidam legunt; Quod

habetis bonā conscientiam; quæ etiam lectio non displicet, in eum sensum: Confidimus uobis, quibus non sim odiosus, sed bonā habeatis cōficientiam, ut cum omnibus uelit habere pacem & conuersationem charitatis uinculo colligatam.

Amplius autē &c. Abundantiū hoc fieri obsecrat, id est, orari quod celerius restitueretur ipsis. Ex quibus uerbis rectè collegit Caietanus auctorem huius epistole Hebræum fuisse, & consequenter non fuisse Clementē: cuius tamen oppositū alibi putat. Neq; Lucā, qui fuit Syrus natione, nō Hebræus. Et tamen (quod mirandum est) negat fuisse B. Paulum, hanc afferens rationē, non potuisse desiderare Paulū se illis restitui, qui ad eandem eoru manus appellauerat Cæsarem. Et nō animaduertit, quomodo iam eorum potestatem appellatione ipsa & iurisdictionem euaserat. Vnde tutò poterat redire, & cauere sibi ab infidētijs. Neq; uerò ad eos scribit, qui persequutionis autores extirerant, sed ad eos qui adhuc nomine christiano censebantur. Sed iam frustra hac de re disputatur, cum is nō sit Catholicus habendus, qui hanc epistolam neget esse B. Pauli Apostoli; propter tantam nubem testium, Conciliorū, Pontificum, Doctorū, illā comprobantiū.

Deus autem pacis &c. Verba clara sunt, & sensus ipse perspicuus. Deus est autor pacis, in cuius manu sunt pax & bellum: pace tamen potius nunc delectatur, ut quod ex se est, sit Deus pacis, & non ultionis & dissensionis, siue perturbationis. Pacificaturus autē omnia eduxit de mortuis Pastorem summum omnium. Qui enim prius erat ultionum Deus factus est Deus pacis, in sanguine testamenti æterni. Per sanguinem quippe Filij pacificatus nobis est Deus. Hunc igitur Deum implorat ut aptet, uos perficiat eos in omni opere bono. Ecce quomodo sit homo perfectus, nimirum bene operans per gratiam Dei.

Faciens in uobis (ait) quod placeat coram se per IESVM CHRISTVM; Deus operatur in uobis & uelle uestrum, & perficere pro bona uoluntate: attamen non sine uobis. Rogat deinde ut suscipiant uerbū solatii, seu exhortationis, Cōsolatur eos quod perpauca scripserit præ ihs fortassis quæ requirebat & materia, & opportunitas.

Cognoscite fratrem nostrū Timotheum dimissum, cum quo si celerius uenerit, uidebo uos. Hic unus locus cunctis ad persuasionem deberet esse satis, hanc epistolam esse Apostoli Pauli, cuius discipulus fuit Timotheus, ut posset eum mittere ac dimittere, sicut hīc dicitur, & sicut consueuit aliās. Nec obstat Caietani responsio, quod & Clemens poterat eum mittere, sicut & misit B. Dionysium ad Gallos. Nam paulò ante conclusit ipsemet, Clemētem non fuisse istius epistolæ autorem, cū ipse autor esset Hebræus. Reliqua ad salutationem spectantia clara sunt. Hoc solum inde elicitur, fuisse hanc epistolam ex Italia missam.

Caietani inconstantia.

Pro perfectione iustitiæ per opera.

BENEDICTVS DEVS

# AVTORIS IN SEPTEM EPISTOLAS

## CANONICAS PRAEFATIO.



**T**EMPORIS CORRUPTISSIMI, IN QVO NVNC uersamur, miseranda conditio postulat, ut antequam expositio nem septem epistolarum canonicarum aggrediamur, quae sunt quatuor Apostolorum, Iacobi uidelicet, Petri, Ioannis, & Iudae, nonnullae sint necessario quaestiuiculae praemittendae, ac resoluenda. In primis de hac prima epistola (propter novos magistros) an uere sit canonica, & certo ad scripturas sanctas pertineat.

Deinde de eius autore. Tertio, de ordine: cur haec praecedat reliquas. Quarto, An in ipso epistolarum numero aliquid contineatur mysterii. Et de primo quidem, Caietanus non putauit esse canonicam, eo quod non uideatur eius autor fuisse Apostolus. Solis autem Apostolis data fuit (inquit ille) potestas condendi scripturas: & nihil scripturarum uult esse canonicum, quod non sit uel ab ipsis apostolis scriptum, uel ab eis approbatum. Veru huiusmodi opinio, & tota ratiocinatio falsa est & periculosa. Non enim quicquid scribebat quispiam ex Apostolorum numero, continuo erat scriptura sancta, nisi prius legitime probatum esset ab ecclesia. Et contra, Non quod ab Apostolo non sit scriptum, aut saltem non probatum, continuo non erit canonicum: si modo ecclesia illud probauerit ac canonicum fecerit. Deinde, omnino falsum, huius autorem epistolae non fuisse Apostolum, cui & nomen egregie conuenit; Iacobus. Hic fuit filius Alphaei & Mariae coniugis eius. Vnde ipse dicitur apud Euangelistas, Iacobus Alphaei: & mater eius appellata est Maria Iacobi. Mar. 16. & Luc. 24. Vocatus est & Iacobus minor, ut ab alio Iacobo distingueretur, qui dictus est maior, filius Zebedaei, frater Ioannis: quos Dominus tonitruum filios uocauit. Haec a nobis abunde alibi explicata sunt ac probata: quae debent haberi tanquam principia & dignitates. Sed propter haereticos, & nouorum dogmatum fautores, oportuit iterum nos ad haec demittere. Lutherus enim cepit epistolam negare canonicam: & ut illam ore illo suo spurco ac maledicentiae pleno conspurcasset, uocauit stramineam. Non ob aliud, nisi quia & eius de iustificatione dogma efficacissime & clarissime prosternitur: & ipsum haereticum suis coloribus ad uiuum eleganter depingit, & quasi oileum exhibet omni populo spectandum. Erasmus autem, quis Iacobus hic esset, & an Apostolus, in dubium reuocat: qui & quatuor Iacobos pro duobus comminiscitur. Ecce luca quae deferunt in ecclesiam. Caietanus ideo non putauit eum Apostolum: quia non se uocauit Apostolum, sed solummodo seruum IESU CHRISTI. Quae ratio si quid ualeret, nec erit ulla epistola Ioannis Apostoli: quia nusquam se ipsum in eis uocat Apostolum. O miseram ac deplorandam nostrorum temporum conditionem, cum liceat ista impune cuique effutire: & de scripturis ipsis sanctis, quae sunt fidei nostrae principia, periclitari. Forte non se Apostolum nominauit: quia non ut Apostolus, sed ut Episcopus scripsit ad suos: & ut cederet ipsi Petro apostolatam, ne quasi Apostolus praecedere eum uideretur. Nullus enim eorum qui scripserunt epistolas, ausi sunt se uocare Apostolos praeter B. Petrum & B. Paulum: quod erat diligenter considerandum.

Viuat igitur ueritas, & omnis plantatio quam non plantatauit Pater caelestis eradiceatur. Sit ergo epistola canonica, sicut omnes sancti Dei, & ueteres nobilissimi doctores, & catholici Pontifices pro canonica receperunt: & ipsa decreta Pontificum, & sacrosancta concilia confirmarunt. Sit & autor eius Frater Domini Iacobus Alphaei, seu Iacobi minor, qui cognominatus est Iustus, sicut & Ioseph frater eius. De hoc Iacobo scripsit admiranda Iosephus Iudaeus. Huic apparuit post resurrectionem CHRISTVS. Hic factus est primus Episcopus Ierosolimitanus, dignus qui scriberet ad suos, & cuius doctrina ab omnibus audiat. Est enim ut & ipsum nomen innuit; Iacobus; supplantator uitiorum, & mundi, & carnis & Daemonis: cuius fuit primum, ad exemplum summi Magistri, facere: deinde docere. Occurrit tamen non inutilis quaestio: Cur haec inter canonicas prima in ordine habeatur. Minus quippe potest aequum uideri, ut praferatur & B. Petro, & Ioanni Dilecto, quos citra controuersiam praetulit ipse Dominus. Cui quaestioni respondetur, Scriptoris dignitatem non efficere ut praecedere scriptura debeat, sed ipsa doctrinae ratio

hanc

hanc praerogatiuam meretur. Debit enim primo euangelium praedicari Hebraeis: & similiter apostolica tradi doctrina. Eligi ergo ille debuit peculiaris doctor illius gentis, qui fuit primus illorum peculiaris Episcopus. Et haec est ratio quamobrem ille B. Petro & ceteris hac in parte praepositus. Numerus autem harum epistolarum, quae sunt septem, conuenit numero, quo gaudet Spiritus sanctus. Sunt enim illae septem sportae, quas de fragmentis panum, quos Dominus multiplicauit, ipsi eius discipuli collegerunt, in quibus continetur perfecta euangelicae legis instructio. Fuerunt autem quatuor earum scriptores: ut & hic numerus, quo christianae legis firmitas ac stabilitas significatur, attenderetur. Neque uero ignoramus aliquot reperiri derisores, qui haec tanquam hominum commenta fastidiant: sed margaritae non offeruntur porcis.

## ARGUMENTVM EPISTOLAE.




**H**uius epistolae argumentum, est instructio ad exercitium sanctarum uirtutum, et uitiorum expulsionem. Creditur autem uel ipsomet teste B. Augustino, ob eam ipsam causam fuisse a Fratre Domini conscripta: quonia orta erat illa haeresis, fide scilicet absque operibus satis esse ad salutem doces, quemadmodum quibusdam uidebatur B. Paulus (perperam illum intelligentibus) in suis epistolis docuisse. Quae haeresis iam sepulta, nostro tempore iterum a nouis magistris suscitata est. Sed a fratre Domini ita explicatissime confutatur, ut facilius sit eis epistolam negare, quam posse ulla tergiuersatione sententiam aduersus illos apertissimam eludere.

# COMMENTARIA

## IN EPISTOLAM B. IACOBI

### APOSTOLI, ET FRATRIS

#### DOMINI.



**I**ACOBUS Dei, & Domini nostri IESU CHRISTI seruus: duodecim tribubus quae sunt in dispersione, Salutem. Oe gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus

affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil haesitans. Qui enim haesitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus uis suis.



**D**ESPEXIT HANC SALuationem Caietanus his uerbis. Salutatio hic posita tam pura est, ut nulli saluationi cuiuscunque alterius apostolicae epistolae conformis sit. Na nihil Dei, nihil IESU CHRISTI, nihil gratie



gratiæ, nihilue pacis sonat: sed prophano more, Salutem: hæc ille. Quibus, obsecro, quid poterat dici (ut parè loquar) futilius? Primum autem ea salutatione nihil esse Dei, nihil IESV CHRISTI: tanquam non in ipsis primis uerbis Deus & IESVS CHRISTVS nominetur, cuius se seruum profiteretur. Deinde prophanu salutationis morem uocat, dicere; *Salutem*; tanquam non hoc more usi sint Apostoli & Seniores, quum scripserunt ad gentes in hæc uerba: Apostoli & Seniores ihs qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus, Salutem. Quid autem est IESVS, nisi salus? Qui igitur salutem adprecatur, non nisi IESVM, qui uera est Salus, adprecatur. Non igitur erat prophanu eo pacto salutare: sed hoc erat prophanu, ueram scilicet salutem non intelligere. Quod uero hæc saluatio non sit cæteris conformis, ut illis B. Pauli & Petri: quid mirum? An, rogo, necesse est modum ac stylum omnium autorum unum prorsus & eundem esse? Verum stulti est & parum sapientis hominis, uelle in his nugis ulterius immorari. Venio ad expositionem ipsius litteræ, ut iam nobis loquatur & prodeat frater Domini, supplator uitiorum si uenens.

Luc. 17.

*Iacobus Dei & Domini nostri IESV CHRISTI seruus &c.* Vocat se seruum Dei & IESV CHRISTI, iuxta illud: Cum feceritis hæc omnia, dicitur: Serui inutiles sumus. Hoc enim perfecti hominis est, primum considerare & profiteri quid ipse debeat Deo, & post hanc considerationem gloriari de donis. Quod autem ait: *Dei & Domini nostri IESV CHRISTI*; potest & coniunctim sic intelligi, ut intelligatur IESVS CHRISTVS Deus & Dominus: quod absque dubio est. Potest tamen etiam intelligi disiunctim, ut Patrem uocet Deum & IESVM CHRISTVM Dominum. Et quia utraq; expositio uera est, utraque simul est amplectenda, ut à scripturæ Spiritu intenta.

*Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, Salutem.* Erant etiam ante nouissimam Iudæorum euerisionem reliquæ dispersæ ab Assyrjs, & Babylonjs, & alijs gentibus, quæ nunquam reuersæ erant in terram Iudæam. Et ad has scribit quæ retereperant nomen Domini IESV cum fide: unde & fratres suos uocat. Et quoniam erant inter gentes, gentium more salutat, ut ueram salutem intelligerent, quæ est in uero Redemptore.

*Omne gaudium existimate &c.* Opportuna instructio. Urgebantur enim Christiani in primo illo seruore spiritus & prædicatione fidei, multis & uarijs tentationibus, egestate & exilio, & alijs tribulationibus, & mortis denique supplicio. Quæ obrem oportebat eos consolari, & fortes reddere, ut interno gaudio externæ persecutiones minuerentur. Est enim sermo de uero, non de falso gaudio. Quod igitur legimus; *omne gaudium*; meo iudicio potius integrum, seu perfectum gaudium reddere debebat Interpres. Perfectum autem gaudium est quod ex coniunctione cum Deo procedit, quando assimilabimur ei perfecte. Hoc autem perfectum gaudium erit in alia uita: nam

in præsentem haberi non potest. Quomodo ergo uult hoc in loco B. Iacobus, nos existimare esse hinc perfectum gaudium, & hoc quidem in ipsis tentationibus, quæ tristitiam potius quam gaudium afferunt? In promptu est responsio: Si perfectum gaudium absolute intelligamus, uerè non est in hac uita. At si status ipse consideretur in quo sumus, certè non est expers gaudij. Nec deest etiam huic gaudio sua perfectio secundum statum ipsum: qui status est ueluti peregrinorum, & operantium, & concertantium. Peregrini enim in uia gaudent: quia tendunt in patriam. Et quantum magis de uia ambulando, aut currendo absumperint, & patriæ uicinius appropinquauerint, tantò magis gaudent. Cum autem ferè ad fores ciuitatis perueniunt, expletur gaudium peregrini ac perficitur. Idem contingit operantibus, cum ferè ad esse operarum & laborum finem perueniunt. Idem certantibus qui conualuere in prælio, & iam sunt proximi uictoriae. Talis est Christianus cum in uarias incidit tentationes: ibi enim probatur, & tendit ad finem cursus, & finem certaminis.

*Cum incidit*; sapientissimè dictum est: Ne quis scilicet ausit sibi tentationes accersere, & pericula: ut faciunt qui ea de seipsis præsumunt, quæ in ipsis tamen non insunt. At cum incidit in tentationes absque sua ipsorum culpa, tunc adest proculdubio fauor Dei, qui non permittit hominem tentari supra uires & modum, sed facit etiam cum tentatione prouentum. Hoc autem ij qui luctantur sentientes, gaudio afficiuntur perfecto: quia in illis afflictionibus certi redduntur futuri præmij. Sentiant enim in seipsis Deum præsentem, atque adiuuantem, & adhortantem, & dicentem interius. Noli timere: salus tua ego sum: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Hoc diuinum solatiu si non adesset, quo pacto durare posset suapte natura infirmus homo & imbecillus in maximis tribulationibus? Et quomodo posset interno illo & perfecto gaudio in uia repleri & recreari, & cum Apostolo exclamare: Benedictus Deus & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, Pater misericordiarum, & Deus perfectæ consolationis? Sed cum hæc notitia non sit omnium, ob eam causam plurimi qui ignorant huiusmodi tentationes, aut non uiriliter agunt in eis positi, non sunt certi de gratia Dei in semetipsis, ac propterea illam certitudinem facile negant in alijs esse possibilem. At hoc iniquum est. Aut. n. oportet negare hinc B. Iacobi dictum, qui omne gaudium, hoc est, perfectum gaudium ponit in ihs qui uiriliter agunt: aut eam certitudinem confiteri. Qui enim fluctuat hæsitans de gratia Dei, quomodo uerum & perfectum potest habere gaudium? Sed quia tentatio facit prouentum (per eam enim probatur homo) ideo spem præmij concipit certam, quæ non confundit: quia charitas Dei sentitur in corde, quæ, ut ait deuotus pater Bernardus, certitudinem infundit. Qui autem non est tentatus, ait Scriptura, quid

scit

2. Cor. 1.

Psal. 39.

scit: uidelicet de excellentia bonitatis & charitatis Dei, quam solummodo in tribulationibus eximiam experimur. Quantum enim magis abundant tribulationes, teste B. Paulo, tantò magis internæ ac diuinæ consolationes excrescunt. Et Psalmista: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Unde subiicitur.

*Sciētes quod probatio fidei uestræ*; hoc est, tentatio ipsa & tribulatio, unde probatis fidem uestram esse uiuam, & non mortuam: *Patientiam operatur*; uelut eius materia. Non enim potest is esse patientis, qui nulla affigitur tribulatione. Quoniam uerò multi incipiunt quidem pati, sed non perdurant in patientia, iccirco ait: *Patientia autem opus perfectum habeat*; Sic in græcis legitur; *Habeat*; non; *Habet*; Perficitur autem opus patientiæ ipso fine, ut sit propter CHRISTVM & propter christianam iustitiam. Alioqui, si tanquam scelerosi patimur, & non libenter amore iustitiæ, quod potest gaudium parere? Potest etiam intelligi opus patientiæ tum demum esse perfectum, cum adiungitur perseuerantia usque in finem: quia perseuerantiæ præmium redditur. *Ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes*; scilicet cum suis præsentandi ante tremendum tribunal iusti Iudicis, oportet uos esse perfectos & integros, hoc est, incorruptos à macula peccati. Istud præstat ipsa patientia, qua homo dominus omnium, etiam superiorum efficitur: & hoc est perfectum opus. In patientia uestra, aiebat Dominus possidebitis animas uestras. Ecce ergo quomodo B. Iacobus hinc supponit posse nos in uia termino reperiri perfectos omnino, & sine defectu ullo ad obtinendam coronam, sicut & B. Petrus & Paulus testati sunt. Vbi ergo sunt noui hæretici qui hoc non uerentur pernegare, & in homine semper ita peccatum constituunt, ut in quouis articulo debeat de sua salute dubitare? Aliud est si rigorem stricti Iudicis prædicarent: sed misericordia se admiscet iusto iudicio, ut omnis timor abijciatur, qui non est in charitate perfecta.

*Si quis autem uestrum indiget sapientia &c.* Est sapientia quædam theologica, quam uocauit B. Bernardus sapidam & affectiuam, non solum speculatiuam scientiam. Per hanc sapientiam scimus unde sumus, & quò tendimus, id est, quò tendere debemus, & qua uia illuc peruenire. Sunt enim qui hæc omnia profitentur se scire, & pulchro admodum uerborum apparatu declarant & prædicant, nos scilicet à Deo esse, & ad Deum tendere debere, & per uiam tribulationum esse qui dem incedendum. At hæc meditantur & loquuntur, non afficiuntur: nec ipso affectu probant quæ ipsi dicunt, & adeò disertè docent. Hi sunt ergo qui uerè indigent sapientia, qua nimirum sapienter sciant. Hei misero mihi: quæ uereor ne & hoc mihi desit, quod uerè in multis requiro. Quid ergo faciendum? Ecce nos docet Frater Domini. Si quis huiusmodi sapientia indiget, postulet à Deo: quia non humanitus contingit, sed cœlitus uenit. Hoc notent Pelagiani, qui naturæ &

liberi arbitrii uires absque gratia extollunt. Hoc considerent & fideles negligentes, qui cuncta uolunt sibi à Patre donari absque suo ullo facto. Vult autem Deus postulari oratione, ut ipse sapientiæ perfectum donum conuenienti modo largiatur. Et ne quis dicat: Qui scio an sim illud postulando impetraturus? Adiecit.

*Qui dat omnibus affluenter*; Nota uerbum; *omnibus*; ut intelligas non illis tantum, aut illis qui sunt prædestinati (quemadmodum uolunt hæretici) sed omnibus nullo facto discrimine, modo postulent. Nec solum dat omnibus; sed & *affluenter* dat. Græcè *ἀπλῶς*, id est, simpliciter, non ut aliquid hac de re ad se redeat & lucretur: sicut est proprium hominum miserorum & avarorum; *Et non improperat*; id est, non exprobat, nisi in ingratos: sed ita nobis donat, quasi debeatur; *Postulet autem in fide &c.* Ille postulat in fide, qui promissis Dei innititur. Deus autem promisit se illis datum hunc sapientiæ spiritum, qui peterent cum fide. Dixit enim Dominus noster IESVS ore suo: Si uos cum sitis mali, bona donostis dare filijs uestris: quãtò magis Pater uester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? *Nihil hæsitans*; Nam qui hæsitat, diffidentiam de uerbis Dei ostendit, quasi aut nolit qui optimus est & promissit: aut non possit, qui est omnipotens, & cui nihil inde perit.

*Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris &c.* Homo hæsitans eleganter fluctui maris comparatur, qui ab omni uento mouetur & circumferretur hæc illac, ita ut hac sua inconstantia nihil agat tandem, & frangatur. Et ideo multi fideles uidentur, & non sunt: quia eorum fides non uenit de super, sed ab impulsu aliquo carnali. *Credunt enim, & sequuntur CHRISTVM*, non quia uiderunt miracula: sed quia explet & saturat illos panibus, ut ipse quibusdam dixit. Amen Amen dico uobis quæritis me non quia uidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. Quòd si uentus urgeat in aliam partem, id est, tentationes superueniant, facile titubant, & franguntur, & blasphemant. Nos igitur petamus spiritum bonum, nihil hæsitantes neque ex parte Dei, neque ex parte nostri: nisi nos reprehendat conscientia. Quòd si reprehendit, emendemus nosmetipsos, & reuertamur ad Dominum, quoniam ualde misericors est, & procliuus multum ad ignoscendum, & nouum spiritum dandum.

*Non ergo existimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino*; Absque dubio qui tales sunt hæsitantes, hoc pacto nihil poterunt impetrare: quia Deo detrahunt uel de eius fide, uel de eius potentia. Facit hic locus plurimum pro certitudine gratiæ. Qui enim incertus est, non poterit merito non hæsitare; *Vir duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis*; Ille est animo duplex, qui in duo distrahitur. Porro unum est necessarium. Vult ille homo cœlestia simul & terrena, & geminis sedere sellis, duobusque dominis seruire. At hoc nequaquam fieri potest: quoniam sæpè opponuntur, & sæpius superat qui deterior est. *Caveant ergo*

Nota

Luc. 17.

Ioan. 6.

ergo sibi multi qui sibiipsis fortè uidentur pñ, & interim alienum sequuntur: dum alij quidem metu terrentur, & consentiunt cum tyrannis contra iustitiam, nec audent asserere malum quod est malum, & bonum quod est bonum, sed adulantur potius & palant. Audiant quid loquitur Spiritus, potissimum illi qui audiunt confessiones Principum. Alij uerò prosperitate franguntur & fortunis, dum uolūt hic bona sua, ac simul uellent & cœlestia: quod fieri non posse historia Lazari & Epulonis fati ostendit.

Luc. 16.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus enim est Sol cum ardore, & arefecit fœnū, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperit: ita & diues in itineribus suis marcescet. Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cū tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminē tentat. Vnusquisque uerò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cū conceperit, parit peccatum. Peccatū uerò cū consummatū fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.

*Glorietur autem frater humilis etc.* Cum duo sint mala in hoc mundo præcipua, quæ reddunt hominem animo duplicem, uidelicet aduersa, & prospera, quibus modo hūc, modo illūc circumferimur, idē Frater Domini ad cōparandam constantiam & confirmandam, primò alloquitur pauperem & humilem in hoc mūdo, exhortans ut non solum non tristetur de humilitate sua ac paupertate, sed cōtrā ut gloriatur potius de sua exaltatione, quam in illa humilitate ac paupertate gestat absconditam: quoniam Deus est qui exaltat humiles, & pauperes beatificat. Sic econuerso iubet diuiti non lætari de diuitijs, sed gloriari de sua humilitate, aut potius humilitatione ac deiectione, quando ita est diues ut non apponat cor in diuitijs suis, à quibus si fortassis cadat, nihil se amisisse existimet, sed cum Iob dicat. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Et B. Paulum sapientissime admonentem reuocet in memoriam: Nihil intulimus in hunc mundū: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Hoc nobis dedit exēplum Dominus, qui cum esset diues, egenus factus est nostri gratia, ut nos diuites efficeremur in illo.

Iob. 1.

1. Timoth. 6.

2. Cor. 8.

Reddit autem rationē, cur diues non debet in suis diuitijs gloriari, sed in illa sua humiliatōne: quoniam diues, quatenus diues & bonus mundi huius opulentus, sicut flos fœni transibit.

Non. n. sequitur nos in aliam uitā istæ diuitiæ, sed unusquisque dum hinc recedit, eas relinquit. Exoritur Sol cum suo ardore super fœnum, & fit aridum fœnum, & flos eius decidit. Sic diues ad ardorem Solis expoliatus inuenitur omni suo decore pristini sui aspectus. Hic Sole est CHRISTVS quando ueniet in sua potentia cū feruore iustitiæ: tunc nullus erit horum honorū huius mundi diues. Nisi igitur adfuerit animus humilis & deiectus, qui adhæreat Verbo Dei quod manet in æternum, inuenietur emarcuisse. Propterea subiūxit; Ita diues in itineribus suis emarcescet; Itinera diuitis sunt eius desideria per quæ ambulat, intra se dicens. Ego emam uillam illam, & domum meam dilatabo. Suppellectilē insuper splendidiorem comparabo mihi: abundabo argento & auro, & gemmis pretiosis. Omnes mihi honorem deferent & magnificabunt: & sibi metuent omnes inimici ab opulentiā mea. Verū in his itineribus marcescet diues, & dicetur illi: Stulte, hac nocte repetent abs te animā tuam. Ea autem quæ parasti, cuius erunt?

*Beatus uir qui suffert tentationem etc.* Quia autem omnes natura desiderant beatitudinem, quæ in hoc mundo cōparari non potest, sed est in alio, & ipsa est donum Dei, sicut credibile esse dixit uel ipse Philosophus: & hoc donum Dei non datur nisi certantibus ac superantibus, iuxta illud: Vincenti dabo manna absconditum. & Nō coronabitur nisi qui legitime certauerit: Postquā dixit marcescere diuitem in suis itineribus, nūc beatum qui non marcescat in uia, declarat. Beatum tamen interim in spe non falsa, sed certa. Ait ergo; Beatus uir qui suffert tentationem; scilicet per patientiam quæ habeat opus perfectū. Et ratio beatitudinis est: quia quod nunc habet in spe, cōsequetur in re, quum probatus fuerit; Probatur autem homo à Deo post fortiter toleratos labores, & laudatur & honoratur: quia accipit ab eo coronam uitæ; id est, coronam quæ nihil aliud est quàm summa illa & plena inenarrabilis lætitiæ operatio in uidendo Deum, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et ne quis dicere posset: Quis unquē uidit coronam hanc? Respondet; Quam repromisit Deus diligentibus se; Fidelis autem Deus qui nō potest negare seipsum. Certissime enim quæ promittit, sua die reddit.

*Nemo cū tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur etc.* Tēratio est excitatio quædā experimēti, ut quid quale sit, cognoscat. Est autem duplex tentatio, quædam in malum tendens: quædam uerò in bonum. Tentat Diabolus, tentat & suo modo Deus. Diabolus semper tētat in malū nostrū: Deus uerò contrā semper in bonum. Neminem quippe tentat ad malum (exempli causa) ad furtum uel adulterium, ad homicidium, aut quicquid huiusmodi. Ideo uetat Deum malæ tentationis inculsari; Nemo dicat quū tentatur etc. Hoc enim esset facere Deum autorem mali: quod dogma Manichæus excogitauit. Et nunc illud Luthæ-

Apo. 2. 2. Tim. 4.

2. Col.

rani in suam perniciem amplectuntur. Deus ergo neminem tētat ad malum, sed ad bonum. Ad hunc finem tentauit Abraham, ut eius obedientiam uideret, non parricidium.

*Vnusquisque uerò tentatur à concupiscentia sua abstractus atque illectus;* Concupiscentia est ueluti quædam pellex extimulans uirum, id est, rationem ad ea quæ sunt carnis. Hanc nobis reliquit Deus, ut memores essemus antiqui delicti, & pugnarem cum illa ad uictoriam. Ad hoc enim nobis illam reliquit non cui cōsentiamus ad peccandum, sed cui resistamus ad obediendum Deo. Concupiscentia ergo, quæ est fomes illi in carne, cum illi quod amat obijcit, confestim in illud præceps fertur, & concipit peccatum ex cōplacencia obiecti, & (quod ad se pertinet) parit illud, quod ipsa actu uellet consummare, sed sola non potest. Peccatum ergo non consummatur nisi superior pars, quæ est ratio, consentum præbeat: tunc enim consummatur peccatum, & parit mortem. Mortem autem animæ: quoniam meretur deserti gratia ab ipso Deo, cui non obtemperauit. Et rectè dixit ipsam concupiscentiam esse quæ tentat, est Diabolus tentat, & per illam penetrat omnis tentatio ad cor hominis, & liberum arbitrium trahere ad suas partes nititur. Magna igitur ab initio tentationis adhibenda est custodia, ne serpens toruosus clanculum irrepat, & totum interiorem hominem post inficiat. Dum paruus est hostis, (aiebat sapientissime B. Hieronymus) interfice, ut illius nequitia elidatur in semine. Nam uita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione: quia per tentationem surgit noster profectus. Ne quis quæ qualis sit sibi innotescit, nisi tum demum quū tentatur. Nec ullus potest illustrem expectare coronam, nisi uicerit. Vincere autem quo modo is potest, cui hostes & tentationes defuerint? Tantū permittitur ipse diabolus tētare quantum nobis pdest ut exerceamur ut probemur: ut qui nos ipsos nostrasque uires ignoramus, in tentationibus sentiamus, & recognoscamus si nihil ex nobis possumus, omnia tamen cum illo qui nos confortat, posse. Nam cum ad nos respicimus, ardua sunt & insuperabilia uafra hostis antiqui tentamenta, mundi & carnis blandimenta. Si autem ad CHRISTVM ducem & adiutorem nostrum, umbra sunt & luedus certaminis. Concludit ergo; Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Errat quicumque Deo, aut Diabolo, aut carni, aut cuilibet alij quàm sibi culpam ascribit. Hoc docuit paucis uerbis B. Chrysostomus tractans illud (Mitte te deorsum) Non impulsit, inquit, non tetigit, sed tantum dixit: Mitte te deorsum, ut intelligamus eum qui obedit Diabolo, seipsum deponere. Diabolus enim suggerere potest, cogere non potest. Et tamen illud omnes facimus ex natura praua, ueluti filij Adæ & Heuæ, quorum altera cur mandatum transgressa fuisset, à Domino Deo interrogata, promptissime respondit: Serpens me de-

Gen. 3.

cepit. Alter uero: Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, & comedi. Mulier in serpentem, uir in mulierem mox peccatum reiecit. Quin in ipsummet Deum subtracito quodā sensu. Quā dedisti mihi, inquit, quasi dicere prope modum uoluerit. Nisi tu mihi eam dedisses, peccatum istud non admissem. O quā nobis tenacem infudit huius hæreditatis uiscum infelix pater. Fere enim ante prolatam iustæ accusationis reprehensionem nostra præcurrit excusatio: & qui hac in parte non errant, uere exuerunt ueterem hominem cum actibus suis. Non declines, orat Propheta, cor meū in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum deforsum est, descendens à Patre luminum, apud quē non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Voluntariē enim genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim uiri, iustitiam Dei non operatur. Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras.

*Omne datum optimum;* Græca lectio sonat, *omnis bona donatio, & omne donum perfectum;* Dona perfecta esse illa credo, quibus nos uti malè non possumus: ut est fides, spes, charitas. Alijs autē multis donis malè uti possumus. Voluit, ut existimo, docere nos B. Iacobus, ut Deus non est tentator malorū, ita ipse solus est largitor bonorum, ad quem debemus summa fide respicere, & ab eo petere summa fiducia, & non nobis ipsis arrogare. Hoc docuit magnus ille B. Iohannes Baptista: Non potest homo accipere quicquā, nisi fuerit ei datum de cœlo; Pater luminum; Appellatur autem Pater luminum, quia est autor omnis lucis per quam uidemus. Est enim lumen naturale ipse intellectus noster, quo multa capimus, & apprehendentes discernimus res ipsas, & rerum causas. Est & lumen gratiæ, id est, idem intellectus informatus fide & charitate, quo altiora contemplari possumus, ad quæ sensus non potest ascendere. Erit tandem & lumen gloriæ, quo replebimur ad perfruendam fœlicitatem perfectam.

104. 3.

*Apud quem non est transmutatio;* Ne quis obijcere potuisset: Hic quidem Pater est luminum, sed potest mutari, ut aliquando luceat, aliquando uerò non illuceat. Absit, inquit. Apud illū. n. nulla est trāsmutatio, ut modo luceat, modo nō luceat: sicut in nobis accidit, qui non assidue operamur, sed oportet quandoque quiescere ab opere. Et quod modo nobis apparet

rectum, post modo iudicamus obliquum, & ipsius uicissitudinibus laboramus. Nulla apud illum transmutatio est; Neque uicissitudinis; siue conuersionis; obumbratio; Videtur ad lumen mundi huius aludere & Solem, qui quadam uicissitudine ac suis ipsius conuersione recedens à nobis, relinquit umbras. Est autem clarum de ipso Deo, nullam esse apud illum transmutationem, sed apud nos. Ego Deus, inquit, & non mutor. Qui si forte hodie quinquam illuminet, non cras, non inde est quasi ipse mutetur, sed nos. Dicitur tamē in quibusdam scripturæ locis mutari Deus, & poenitere, non ut ita sit, sed ut nos qui aliter intelligere non possumus, sic saltem intelligamus.

*Voluntariē enim genuit uos uerbo ueritatis: Quoniam de donis dixerat, quæ descendunt à Patre luminū, & immutabiliter ex parte sua (Sine poenitentia enim sunt uocatio Dei & dona) ne quis miretur, adiungit causam: quoniam; uoluntariē; seu uolens, non natura nos genuit, id est, filios sibi fecit; ut simus initium aliquod; siue primitiæ quædam; creaturarum eius; sic habet lectio græca: & rectius meo iudicio. Et uidetur hic loqui de se & alijs Apostolis, quia CHRISTO selecti fuerant tanquam primitiæ, ut ab ipsis lex diffunderetur in omnem creaturam. Sic enim dixit eis: Euntes in mundum uniuersum prædicate euāgelium omni creaturæ. Et ipsi tanquam primitiæ fuerunt oblati Deo, respectu cæterorū qui adiecti sunt. Modus autem quo geniti fuerunt declarat; uerbo ueritatis; Hic est CHRISTVS, & mandauit eius. Ipse enim fide receptus in corde Apostolorum, nouam in eis generationem constituit, ut essent adoptione filij Dei, & cohæredes Unigeniti.*

*Scitis fratres mei dilectissimi; Græcè rectius; Itaque fratres mei dilecti; Sit autem omnis homo uelox ad audiendum &c. Verissimile est in cunabilis illis ecclesiæ uiguisse spiritum æmulationis, ut ferè omnes appetere munus ecclesiasticum & apostolicum, unde incendebantur iræ, rixæ, contentiones. Ideo hanc ambitionem uolens Frater Domini funditus tollere: quoniam Deus ipse est qui eligit quos uult ad apostolatū, & nemo potest sibi arrogare quicquam, suadet ut omnes sint ueloces ad audiendum, tardi autē ad profertendum sermonē, uelintque esse potius humiles & boni discipuli, quam superbi atque indocti magistri. Addit etiam ut sint tardi ad iram: quoniam in illis disceptationibus impossibile erat non excitari alterum aduersus alterum ad iram, & indignationem inuicem, præsertim Iudæos aduersus Gentes. Tales sunt disputationes quorundam Magistrorū, qui addicuntur sectis.*

*Ira enim uiri, iustitiam Dei non operatur; Verè ira non potest operari iustitiā Dei, quæ est proximum diligere sicut semetipsum, imò etiā portare onus proximi, & in seipso punire aliena peccata. Hoc autem quo pacto faciet qui in proximum irascitur? Propter quod abijcietes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum uerbum. Radix unde ira nascitur, est immunditia cordis, qua significatur omne*

prauum desiderium siue pecuniarum, siue honoris, quo labefactatur anima & inquinatur, atque ex eo inclinatur ad iram, quum per aliquem sit, quominus uoti compotes efficiamur. Vult etiā abijci abundantiam malitiæ, aut potius nequitiae. Græcè enim κακίας legitur, & significat potius socordiam quandam, & ociosam segnitiam, & tædium boni operis. Vnde factus est huic pro uerbo locus: Qui uacat otio, malè cogitat. Hic igitur abiectis monet ut in mansuetudine, non in ira, suscipiant insitum uerbum, id est, euāgelium, quod quasi semen coalescit in cordibus. Non enim potest homo ex seipso, & naturæ uiribus producere fructus spiritus, sed oportet ibi feri semē Dei, hoc est, uerbum eius, quod potest saluas facere animas nostras.

Estote autem factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Quia si quis auditor est uerbi, & non factor: hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit. n. se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanerit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius uana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum; & Patrem, hæc est. Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

*Estote autem imitatores uerbi, & non auditores tantum &c. Homo dicitur factor uerbi, quum opere complet quod est præceptum. Non solū autem non prodest audiuisse uerbum, & non fecisse, ut etiam plurimum noceat. Quapropter Dominus aiebat: Qui sciuerit uoluntatem Domini, & non fecerit, uapulabit multis. Et B. Petrus: Melius erat illis non cognouisse uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuertere ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Ideo hic addidit Frater Domini; Fallētes uosmetipsos; Fallit seipsum, qui putat sufficere audisse ueritatem, & inter Christianos connumerari. Verum, quot sunt Christiani in litera, non in spiritu?*

*Quia si quis auditor est uerbi, & non factor, comparabitur uiro &c. Pulchra est hæc similitudo. Verbum enim Dei comparatur speculo, quod reddit effigiem spectatoris ipsi spectanti, sicut ipse se habet suapte natura. Tota. n. scriptura, quæ est uerbum Dei, hominis uaturalem miseriam ubique depingit, & totum hominem exprimit miserum & infelicem: nec solum faciem eius deturpata, sed intus & extrā calamitosum atque corruptum. Quam rem si homo audiens aspexerit, ac uiderit tanquam in speculo semetipsum indigentem assidua ac diligenti cura atque emundatione, & tamen postmodo abierit*

alius

alius quidē ad nuptias, alius ad spectacula alius in uillam suā, alius ad negotiationem suam: ac propterea non curauerit quæ sunt turpia & incomposita in seipso emendare & corrigere, iam obliuiscitur eius quod erat. Istud autē est obliuisci sui, & abufum esse speculo, quod est aptū ad ostendendum quæ sunt indecentia & distorta, & quæ non conueniant humanæ & integræ formæ, ut corrigantur & emendantur assidue, si cut oportet. Porro si quis suis ipsius obliuiscitur, quis (obsecro) recordabitur eius?

*Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis &c. Sic habet græca lectio. Lex perfectæ libertatis est lex CHRISTI, quæ dicitur lex fidei, lex charitatis & gratiæ, lex Spiritus uitæ. Dicitur perfectæ: quoniam quæ perfectionis sunt mandat, ut assimilemur Patri Deo, & Filio eius CHRISTO. Dicitur libertatis: quia uoluntariam & hilarem obedientiam non solum exigit, sed etiam facit. Non enim est lex externa in tabulis ut illa Moyses, sed interna in cordibus, si cut promiserat in prophetis. Vnde scriptum est:*

*Dabo legem meam in uisceribus eorū, & in corde eorum scribam eam &c. Quod ergo non satis sit perspexisse in illam, nisi hæc contemplatio duret, ostendit dicens; Et permanerit in ea; nimirum operando bona, & cauendo à malo: Non auditor obliuiosus factus, sed factor operis; Sic enim permanemus in CHRISTO, & ipse in nobis; Hic beatus in facto suo erit; Audiant Lutherani, qui in fide sola beatitudinem futuram constituunt. Ecce in quo illam constituit Frater Domini: In facto suo, inquit, beatus erit, hoc est, per operam suam. Manet enim operanti sua merces. Tota hæc epistola de industria uidetur facta fuisse contra hanc istorum hæresim, quæ extollens fidem destruit opera; nec accipiunt distinctionem, quæ cuncta eleganter componitur, ne sit inter duos Apostolos B. Paulum & Iacobum ulla dissensio, sed magnus consensus. Nonne & ipsummet eū istis discipulis habemus Magistrū clarissime prædicantem, & dicentem: Omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea: similis erit uiro stulto qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Hæc uerus Legislator & Magister. Vnde & alibi: Quinimod, beati qui audiunt uerbum Dei, & faciunt illud. O miseri qui seducuntur tam perditè, & seducunt aduersum tanta tanque clara testimonia.*

*Si quis autem putat &c. Græcè additur; inter uos: ut legamus; Si quis autem putat se inter uos esse religiosum; Religiosus uerè est omnis Christianus qui pie uiuit. Sed & inter Christianos qui maiora opera pietatis profitentur, quales sunt qui renunciarunt omnibus quæ possidebant, & CHRISTVM arctiore obedientia sequuntur, quodam peculiari modo religiosi dicuntur, & possunt religione non immeritò gloriari, si tamē eā obseruent: ne tantum de nomine gloriantur. De his uidetur hic loqui B. Iacobus cum dicat;*

*Si quis putat inter uos &c. Et uerè ad eos conuenit egregiè hæc admonitio: quoniam inueniuntur plerique prætextu pietatis loquaces, & domos uiduarum penetrantes, & multa blaterantes quæ ad rem non pertinent. Isti non seruant domi silentium, nec diligentèr orationis pabulum, sed hoc pacto uagantes multa cum penuria spiritus, non possunt nisi grauiter peccare in suo multiloquio uel detrahendo, uel murmurendo, uel iocando, uel explorando curiosè quæ sunt extranea, & ad rem non promouent. O quot sunt eiusmodi. Audiant ergo, & attendant ad Fratrem Domini dicentem, qui non refrænāt linguam, eos esse qui seducunt cor suum, ut non possint intendere his quæ oporteret. Et idè uana redditur eorum in cultu externo religio.*

*Religio autem munda & immaculata &c. Ostendit quæ sit uera religio, quam uocat mundam & immacularam. Consistit enim in uisitatione miserorum, ut sunt pupilli, & uiduæ: sed quum tribulantur, ne uideatur prohibere rem piam, sub cuius prætextu sæpè fallimur non cognoscentes opportunitates. Verum id quod sequitur salua reddit omnia: adiecit enim. Et immaculatum se custodire ab hoc sæculo; siue ab hoc mudo: quod certè fit quando ab operibus carnis abstinemus, & à concupiscentia oculorum, & superbia uitæ: contra quæ sunt inducta uota monastica per CHRISTVM totius puritatis autorem & amatorem. Vnde in Apoc. dicitur illum se qui quocumque serit in qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, amici stolis candidissimis ipsam animi & corporis munditiā significatibus. Et B. Paulus saluberrimum uirginibus dabat consiliū, nuptias quidem non improbens, sed præstantior rem statum emulandū proponens, ut liberè à seruitute coniugij, CHRISTO sponso cœlesti in seruirent sanctæ & corpore & spiritu: contra nouos carnaliū operationum patronos, quibus nihil placet nisi cum carne coniūctum, & uentri amicū & gratum.*

## CAP. II.



**R**ATRES MEI, NOLITE in personarū acceptione habere fidē Domini nostri IESV CHRISTI gloria. Etenim si introierit in conuentū uestrū uir aureū anulū habēs, in ueste cādida: introierit autē & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei. Tu sede hic benè: pauperi autē dicatis. Tu sta illic, aut: Sede sub scabello pedū meorū. Nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationū iniquarū? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mudo, diuites in fide, & hæredes regni quod reppmisit Deus diligentibus se

B B b ij Vos



Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nōne diuites per potentiam opprimunt uos, & ipſi trahunt uos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper uos? Si tamen legē perficitis regalem ſecundum ſcripturas: Diliges proximum tuum ſicut teipſum; bene facitis. Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit &: Non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autē: factus eſt tranſgreſſor legis.



**R**atres mei, nolite in acceptione perſonarum etc. Eſt, ut mihi uidetur, hoc peccatum commune plurimorum, qui male iudicant de perſonis. Et ſenſus eſt: Fides domini noſtri IESV

CHRISTI, qui eſt gloria noſtra, non habet hanc acceptionem perſonarum, quæ educitur uel à gente, uel à natalibus, uel à diuitiis, uel à diſciplinis & ſapientia hominum: quia infirma mundi & ignobilia, & ſtulta elegit Deus, ut oſtenderet non in iis conſiſtere ueram felicitatem. Reprehenduntur ergo qui humilia deſpiciunt: quoniam peccant iudicantes ſecundum mundum, & ſecundum cogitationes hominum iniquas. Facti ſunt enim iudices illarum cogitationum, ideſt, probantes & proferentes eam ſententiam, quam illæ cogitationes concludunt. Ut ergo reprobet hoc iudicium, inducit Sapientiam Dei, qui elegit pauperes in hoc mundo, qui diuites facti ſunt: quoniam deſignati ſunt hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe citra perſonarum ullam acceptionem. Vnde rectè exprobrat in eos.

Vos autem exhonoraſtis pauperem; quod fuit exhonoraſſe CHRISTVM ipſum, qui eſt in uobis. Oſtendit alia uia iniquitatem hanc acceptionis perſonarum, quæ fit à diuitibus mundi dicens: Nonne diuites per potentiam opprimunt uos? Eſt ſemper hoc fit, ut diuites opprimant pauperes: tamen tunc ob CHRISTI legem magis patebat. Nam & ad iudicia ſiue ad tribunaſia trahebantur, ut abnegarent IESV CHRISTI fidem; Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen etc. Hoc bonum nomen eſt IESVS, quod illi diuites huius ſæculi perdidit blaſphemabant, utpotè ſuorum flagitiorum reprehensorem. Hoc eſt nomen quod inuocatur aſſiduè ab eccleſia ſancta ſuper fideles; Si tamen legem perficitis regalem etc. Sunt qui per legem regalem hic intelligant legem regiam, quæ iubeat in magiſtratu conſtitutos eſſe honorandos. Sed hoc abeſſe ab apoſtolico ſenſu non dubito. Loquitur autem de lege CHRISTI; Diliges proximum tuum ſicut teipſum; quæ tunc perficitur, quum ad

omnes ipſa dilectio extenditur, etiam inimicos. Eſt ergo ſenſus: Si uos diligitis diuites ſimul ac pauperes, non habentes acceptionem perſonarum propter diuitias & paupertatem, bene facitis. At ſi perſonam accipitis (eo modo quo dictum eſt) tunc peccatis, & redarguimini ab ipſa lege CHRISTI, quæ iſtam deſertatur perſonarum acceptionem: & ob hoc eſtis tranſgreſſores legis; *Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno*, ideſt, uel una eius particula excepta, quod certè non eſt totam legem ſeruare; *factus eſt omnium reus*; quoniam nihil dicitur ſeruauit. Et uerè hoc dicitur. Quæ enim ſeruauit, non puro CHRISTI amore ſeruauit; alioqui & illud ſeruauit. *Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit &: Non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autem, factus eſt tranſgreſſor legis*; Mœchatus enim etiam fuiſſes non habens reſpectum ad legem, neque ad legis autorem, ſi eadem commoſitas & concupiſcentia te allicuiſſet. Itaque perinde haberis, ac ſi non feciſſes ullam partem legis. Et ideò abſolutè ac ſimpliciter ut tranſgreſſor legis haberis: quia unus eſt legiſlator qui offendiſtur. Non tamen propterea punièris de cœteris præceptis quæ ſeruati, tanquàm ſi tranſgreſſus fuiſſes. Hoc enim iniquum omnino: ſed non aſſicèris præmio quaſi legem ea parte ſeruaueris. Non enim ſeruati ut debuisti, obſeruans legiſlatorem. Hoc clarè apparet ex illo uno quod non ſeruati, ipſum legiſlatorem contemnens.

Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non facit miſericordiam. Superexultat autem miſericordia iudicium. Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater, aut ſoror nudi ſint, & indigeant uictu quotidiano: dicat autem aliquis ex uobis illis. *Ite, in pace: calefacimini, & ſaturamini: nō dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit?* Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quod unus eſt Deus: bene facis. Et Dæmones credunt, & contremiſcunt. Vis autem ſcire ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Isaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti-

tiam

tiam, & amicus Dei appellatus eſt.

Uidetis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum? Similiter & Rahab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuntios, & alia uia eiiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.

*Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.* Magnum & perneceſſariū hoc apoſtolicum documentum. Sed opus eſt intelligentia ac ſimul conſideratione, ne fruſtrā nobis datum ſit. Qui enim admonitione egent, ſæpe terrore magis admonentur, & ratione uincuntur, quàm hortatione animentur. Eſt autem admonitio, ut ſic loquamur & ſic operemur, tanquàm incipientes iudicari, aut tanquàm iudicandi per legem libertatis. Etenim illi qui non implent ſermonem (quemadmodū teſtatur Dominus) per ipſummet ſermonem condemnabuntur. Qui ſpernit me, inquit, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Ille idem ſermo exhibet de ore eius, & commemorabit ingratiſtudinem, auferetque omnem prorsus excuſationem. Omnis enim tranſgreſſionis excuſatio, eſt uel ab ignorantia præcepti: uel à præcepti iniquitate: uel tandem ab impoſſibilitate implendi. Lex ipſa libertatis ſumouet omnes has excuſationes. Iam enim tibi lex publicata eſt: imò in corde tuo ſcripta à Deo, ut proximum tuum, qui eſt CHRISTVS, diligas. Te prior ille dilexit, & ſanguinis ſui pretio, quum eſſes illi inimicus, redemit: & conſequenter ut diligas omnē hominē qui eſt in CHRISTO mandauit. Omnis enim homo factus eſt proximus tuus per CHRISTVM, ut ipſe dicturus ſit.

Matth. 25.

Quodcunque feciſtis uni ex minimis meis, mihi feciſtis, ſiue bonum ad mercedem, ſiue malum ad uindictam. Ecce igitur iam noſti legem, & factus eſ capax uoluntatis diuinæ. Non potes ergo ullam prætereſſe ignorantiam: & multò minus arguere legem iniquitatis, ſi quod fecit CHRISTVS tibi inimico ad tuam ſalutem, requirit à te ut hoc ſibi facias amico. Potiſſimum autem cum ille non ad ſuam, ſed ad tuam iſtud requirat beatitudinem & ſalutem. De ingratiſtudine igitur ingenti mereberis condemnari non obediens tam æquo & iuſto præcepto, qui redamare ſpernis tu prius amatus. At quàm amatus bone Deus: Teſtis eſt ſanguis & crux.

Ioa. 16.

Nulla denique erit excuſatio dicentis: Non poſſum. Quid enim impoſſibile poſito in lege libertatis, quæ eſt lex charitatis? Homini iam libero à dominatu Diaboli & peccati, & illius auxiliū habenti qui dixit. Conſidite: ego uici mundum, quid poteſt obſtare ne fiat perfectus in charitate, ſi ſibi attendat, & ambulet ſollicitè & confidenter cum Deo ſuo, orans aſſiduè pro auxiliō opportuno, & cum timore ac tremo-

re feſtinans ad propoſitum ſibi brauium uocationis ſuæ? Non ſunt impoſſibilia mandata Dei, ut hæretici blaſphemant. Imò ut Dilectus & uerax CHRISTI diſcipulus dixit, nec graui ſunt. Dixit enim ille qui mentiri non poteſt: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Vbi ergo impoſſibilitas, ò prophani? Certè uobis redditur impoſſibile, quod impoſſibile iudicatis: & condemnatis Deum ipſo dicto tanquàm iniquum, qui iugum crudele & impoſſibile, & onus graue & intolerabile impoſuerit ceruicibus filiorum per euangelium renatorum. Sed mox ipſe eius ſermo condemnabit uos: ipſa lex libertatis, quam blaſphemaſtis & reſpuliſtis, ſententiam feret ſuper capita ueſtra. Quilibet ſibi metuat ab autoritate tantæ legis, iudicium tantò acerbius ferentis, quantò etiam iuſtius. Quid enim aliud feceris homini tam ingrato tanto benefactori Deo, ac tam immenſo beneficio? Lex igitur tam dulcis & ſuauiſ, tantum præmium ſecum ferens, iure optimo uertetur in amaritudinem & uindictam inenarrabilem. Væ tibi qui ſpernis: quoniam & tu (ut per Iſaiam cōminatur Dominus) ſpernèris,

I. Ioa. 1.

Matth. 23.

Iſa. 33.

*Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non fecerit miſericordiam; Et meritò, & æquiſſima ſententia: quia ipſe prius accepit miſericordiam; Superexultat autem; melius: Et gloriatur miſericordia de iudicio; aut ſuper iudicio.* Ut ſit ſenſus uerus & elegans, quod eſt quis accipiat ſine miſericordia iudicium, de hoc iudicio gloriatur miſericordia, quæ in ſui fauorem gaudet eſſe iudicatum. Non enim ob aliud ille damnatus eſt, niſi quia non fecit miſericordiam. Ecce igitur gloriatio miſericordiæ, à qua omne iudicium dirigitur & temperatur. Qui ſcilicet miſericordiam fecerit, miſericordiam recipiet: qui uerò non fecerit, & hic miſericordiam ſpreuerit, in gratiam miſericordiæ ab ipſa miſericordia repellatur. Superat ergo ſemper miſericordia in iudicio, pro qua ſemper iudicatur.

*Quid proderit fratres mei etc.* Maniſteſtum teſtimonium, ſalutem noſtram à ſola fide abſque operibus non procedere. Et loquitur de ſalute quæ eſt præmium, & interim habetur in ſpe & in arrha: non autem adhuc in re & plene.

*Si autem frater & ſoror etc.* De Chriſtianis eſt ſermo qui ſunt uerè, iuxta theologiam ſcripturæ, fratres & ſorores. Eſt autem exemplum clarum. Rogat ergo; *Quid proderit?* Duplex hinc poteſt elici ſenſus. Primus, ut id quod ait; *Quid proderit;* reſpiciat indigentes cibo & potu, & hoſpitiis: quia reuera dicere illis. *Ite in pace: calefiatis, & ſaturemini, nihil eis prodeſt.* Eſt & alter ſenſus, ut reſpiciat ipſum hominem immiſericordem: ac ſi expreſſè dixiſſet. *Quid proderit illi homini dediſſe uerba, pro eo quod dari debuit auxiliō?* Videtur tamen prima expoſitio uerior: quamuis ex eo quod non profuit illis, quibus nihil dedit, conſequens fuerit ut nec ſibi profuerit, qui cœleſtem mercedem amiſit. **O nos fatui homines, qui pro terra poſſemus cœ-**  
B B b iij lum

si nobis comparare, & perinde ac si esset inutilis hæc cōmutatio, hæsitamus adhuc. Quid, quæso, istud est, nisi minime fidem uiuere in nobis? Ideo ait. *Sic et fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa; siue; per se; hoc est, sola nihil fructus facit, sed est prorsus uelut arbor arida, & absque oleo lampas. Sed dicit quis etc.* Hoc est, si tu fidem te esse dixeris, arguet te aliquis & dicit; *Tu fidem habes; id est, tu fidem ais te habere; Et ego opera habeo. Ostende igitur mihi fidem tuam absque operibus; Quod certè non potes; Et ego ostendam tibi; Quod certè potero; Ex operibus fidem meam; Opera igitur ostendunt fidem.* Verùm hoc argumentum ad rem propositam uidetur inane: quia dicit aliquis. Et si homini quidem non ualeo ostendere fidem absque operibus: Deus tamen ipse fidem meam absque illis uidebit. Sed huic homini sic errorem suum tegere conanti egregiè respondetur. Fides ipsa quæ est donum Dei, est uelut arbor quæ habet mandatum operum ab ipso Deo: ut tunc legitimè coronari mereatur, quando cum suis fructibus ostenditur, quæ sunt opera. Quod si arbor sine fructibus appareat coram Domino, rãtò magis ille indignabitur, & coarguet. Iners & piger colone, cur nõ excoluisti & exercuisti arborem, ut redderet mihi debitos fructus? Quid ego de te faciam, nisi ut succidam à terra, & tradam igni? Non desunt tamen aliquot Lutherani, qui ut suam positionem ex hoc loco sustineant, fidem quæ est sine operibus, non esse uerè fidem, aut ueram fidem, ex eo dicto nituntur probare, quo quis postulat ut sibi ostendat alius sine operibus fidem suam: ac si per hoc quod non ualeat ostendere non habens opera, concludere B. Iacobus uoluerit, quod nec fidem habeat, quam se tamen habere putat.

Verùm hæc opinio contra sanctos doctores est, & contra manifestas acutis theologis rationes; denique contra recentem Tridentinæ Synodi determinationem. Tametsi non me fugiat sanctos Patres nõnunquam usos esse hoc modo loquendi, dicentes illam non esse ueram fidem quæ opera non habeat. Sed non in hanc significationem, tanquam non impleat rationem fidei, sed tanquam non pariens fidei effectus. Sicut diceretur non ueri homines, qui ratione abuterentur. Nec ueri Episcopi & pastores, qui oues non pascerent. Nec ueri sacerdotes, qui non sacrificent, aut nõ (ut oportet) sacrificent. Vnde illud dictum: *Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes.* Aliter autem existimare, error est perniciosus. *Tu credis quia unus est Deus: bene facis.* Credere unum esse Deum, non parum est: quoniam qui hoc credit, iuxta theologikum intellectum, etiam credit illum Creatorem omnium, & prouidentiam & curam de omnibus habentem. Bene ergo facis hoc credens: uerùm hoc non satis est ad salutem si nihil addatur, nec fides hæc perficiatur obedientia: quin etiam obest plurimum. Nam & ipsi Demones credunt, & contremiscunt: quia illa ueritate turbantur, cui perpetuò maledicunt.

Est autem quædam quæstio: An ipsi Demones

donum illud fidei amiserint, quod uerisimile est eos ab initio habuisse. B. Thomas noster opinatur Demones illud quidem ab initio habuisse, sed cum ceciderunt amisisse. Quod autem hic dicitur: *Credunt et contremiscunt; uerum esse, nõ qui ex habitu diuini doni eliciant actum credendi, sed ex intellectus perspicacia: quia uident opera Dei.* Contrà autem uidetur sentire ac docere alio loco, ubi etiam homines qui damnati sunt, fatetur retinere habitum fidei informis: quoniam & ipsi Demones credunt. Caietanus nititur conciliare hanc doctrinam quæ secum pugnare uidetur. Num alijs satisfaciat, an secus, nescio: mihi certè ipsi non satisfacit. Quicquid sit de mente B. Thomæ, nullum uidetur absurdum, consilium in demones hoc donum in ipsorum malum. Etenim quanto ipsi magis cognoscunt Dei optimam prouidentiam, tanto torquentur acerbius, dum aduersum se uident illam rigidam (iustam tamè) erga nos autem dulcem ac benignam.

*Vis autem scire homo inanis etc.* Profectò si oculis corporis uidiisset Lutherum & sectatores, non poterat conuenientius dirigere hunc sermonem in eos, & quemlibet eorum. Vocat enim in primis illum congruo nomine dicens; *O homo inanis; qui sectaris inania, inanem fidem commendas, & speras ex illa; Vis scire; tanquam metuat ne qui eiusmodi erroribus inuoluitur, scire uelit.* Tales sunt superbi hæretici, qui nolunt discere ut sciant: & ob eam causam uocant stramineam hanc epistolam: quæ si uerè talis esset, non respuerent illam ipsi bestia iam effecti, quarum cibis conueniens stramen est. Verùm quia erat aurea, despiciunt. Pone ante bestiam aurum, & stramen: cui dubium illam auro despecto ad stramè cōuertendā? *Vis ergo scire, inquit, o homo inanis; Quod fides sine operibus otiosa est:* In græcis quæ nunc circūferuntur, legimus; *Mortua est; nec multum refert.* Quāquā si legitur; *Otiosa; iā probatur esse:* quia quod otiosum esse dicitur, etiam esse proculdubio præsupponitur. *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est etc.* Vide quomodo & ipse doctè, sicut & Bea. Paulus in primis exemplo Abrahamæ, qui fuit plenissimum iustificationis & absolutissimum exemplum, id probat quod intendit, uidelicet Abraham fuisse iustificatum non ex fide tantum, sed ex operibus: & illud insigne obedientiæ opus proponit, cum obtulit filium suum super altare: ex quo illū iustificatū asserit. Verùm contra hoc è diametro B. Paulus ad Romanos docere uidetur, aiens; *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Sed si candido oculo & fideli, quod docent hi duo Apostoli consideretur, summa in illis agnoscetur concordia. Primum haud dubium, omnes qui extra fidem sunt, & consequenter sine Christo & Deo in terris, sicut omnes nascimur & adulescimus, nisi modo nobis à Deo præscripto ingrediamur in Christum, iniustos inueniri: ita ut oporteat ad iustificationem hanc ingredi in ipsum Christum, ut iusti & filij Dei inueniamur.

Hoc

Hoc autem quo pacto fiat, si querimus à B. Paulo, Vtrum ex operibus: ipse audacter respondet. Nequaquam. Quare: Quia Abraham qui est typus iustificationum, non est ab initio iustificatus ex operibus, sed ex fide tantum. Vnde hoc probatur: Quoniam scriptura dicit: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Quo loco primum apparet fuisse illum ex fide iustificatū. Dicitur enim: *Credidit Abraham Deo.* Deinde, quod non ex operibus: quoniam si ex operibus, non dixisset scriptura. Et reputatum est illi ad iustitiam. Quod enim imputatur ad iustitiam, non debitum, sed gratiam significat: opera autem si considerantur, non innituntur in gratia, sed in debito. Hoc ex B. Paulo ad Rom.

Nunc quid Frater Domini dicat uideamus. Sed non poteris intelligere, nisi prius animaduertas quid hastenus ille docere instituerit. Non enim aliud, nisi quod homini iam ingressu in CHRISTVM, & per fidem iustificato sine præcedentibus operibus, sicut docuerat B. Paulus, non satis est retinere fidem otiosam ad implendam iustificationem, & consequenter ad comparandam salutem. Hoc ex typo Abraham æquè ipse demonstrat, qui postquam iustificatus est à peccato, ac de eo dictum est: *Credidit Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiam, accepit mandatum à Deo immolandi filiū Isaac.* In quo opere perfectè iustificatus est, id est, ad meritum uitæ æternæ: quoniam opus illud ex fide operatus est. Nam prima hæc iustificatio quæ profuit ei ad ingrediendū in CHRISTVM ad militiam, non profuisset ei ad assequutionem coronæ, nisi impleta fuisset per opera, & mandatorum obedientiam. Propter quod ait.

*Vides quod fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est, id est, perfecta, & placens Deo: quia non sterilis, sed fructuosa; Et suppleta est scriptura dicens: Credidit Abraham Deo etc.* Quia impleta ex illo opere fuit fides, idè dicitur impleta scriptura, quæ iustificationem Abraham testificata est. Prima namque iustificatio quæ ex sola fide processit, non erat plena: quia erat potius iustificatio ad ingressum militiæ, ut posset legitimè decertare & mereri, quā ad præmiū assequutionem, quod redditur operibus ex fide factis. Quare ut paucis rem perstringā, B. Paulus opera iniusti hoīs præcedentia fidem & baptismum, inutilia & uana esse docet ad primam iustificationem, ut quis ingrediatur in CHRISTVM: ad quod Abraham exemplum adduxit. Frater autem Domini opera iam iustificati ac fidelis prodesse ad iustificationem asserit, ut sit perfecta ad præmium obtinendum: quod pariter ab eiusdem Abraham exemplo conuincit. Vnde ait, quò post illud factum; *et amicus Dei appellatus est;* Hoc expressè apud Iudith habetur c. 8. Nunquid uerò antea non erat amicus? Erat quidem, sed non perfectus: quia nec plenè iustificatus ad præmium, sed tantum ad certamen.

Lutherani autem non distinguunt opera ante fidem & primam iustificationem, ab operibus

quæ ex fide sequuntur. Nec item inter primam, & quodammodo inchoatam iustitiam, à secunda perfecta. Denique neque inter iustificationem quæ introducit ad certamen, & illam quæ introducit ad uictoriā. Nam de prima B. Paulus in citatis locis loquitur. Frater autem Domini hic de secunda: quanquam & ipse B. Paulus de hac secunda in omnibus suis epistolis passim docet, sicut suis locis annotauimus. Primæ autem iustificationis fructus sunt opera meritoria. Secundæ, corona & præmium. Concluditur ergo ad mentem utriusque Apostoli, perfecta iustificatione Abraham ex operibus iustificatum fuisse.

*Similiter et Rahab meretrix;* Hæc mulier prius audiuerat admirabilia quæ Deus fecerat in gratiam illius populi Israelitici, & credidit. Porro fide iustificata, ut iustificationem impleret excepit nuncios exercitus Dei, & astutè emisit eos securos, nihil uerita periculum uitæ & bonorum suorum, ut placeret Deo. Ista historia clarè apparet in libro Iosue cap. 2. Hic est locus, ubi Lutherani lethaliter iugulantur, qui totū quod est iustificationis, fidei tribuunt: cum hic clarè dicatur ex operibus uenire iustificationem. Nec tamen nos latet quam illi expositionem, aut potius destructionem ad hanc apostolicam sententiam afferant. Quod enim hic dicitur; *Videte quod ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum;* sic exponunt, ut sit sensus quod ipsa opera ut fructus fidei, ipsam indicant iustificationem. Idem quippe est illis iustificari, quod est ostendi iustificatum, ut iustificatio ex fide sit: fidei autem & iustificationis probatio, atque ostensio ex operibus. At hoc non est exponere, sed torque re. Illa enim erat hic Fratris Domini manifesta intentio, non ut indicaret quomodo iustificatio compararetur, sed ne ad iustificationem perfectam, quæ promouet ad salutem, ullus existimaret solam fidem sufficere, & sibi per illam blandiretur. Oportet siquidem impleri, seu consummari fidem per opera. Quo in loco illud tanquam manifestum supponit, posse quidem esse fidem secundum sui substantiam ac perfectam rationem absque operibus, sed non prodesse: quemadmodum arbor quæ est absque fructibus arida. Alio ipsemet cláro exemplo manifestat, dicens:

*Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibus mortua est.* Mouebitaliquis quæstionem. Quo pacto potest esse uera fides quæ non sit formata, cum forma det esse rei? Scholastici enim fatentur absque charitate fidem esse informem. Et præterea, Si fides eiusmodi informis mortua est, quo modo uerè erit fides? Siquidem homo mortuus non est homo. Nos autem dicimus, non comparasse B. Iacobum fidem mortuam homini mortuo, ut ide elici posset, ut homo mortuus non est homo, ita fidem mortuam non esse fidem: sed cōparasse illam corpori mortuo, quod etsi mortuum sit, manet tamè corpus. Neque uerò cum dicitur fides informis, putandū est ita dici, quasi fides uel substantia fidei indigeat ad sui essentiam charitate, & per illam quasi forma

forma perficiatur. Distinguitur enim re ipsa fides à charitate, ut neutra sit alterius pars. Vnde à B. Paulo dicitur: Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Dicens; tria hæc; declarat esse tria distincta dona, id est, aliud ab alio separatum. Fides ergo hominis semel iustificati, qui per crimen amisit gratiam, & consequenter non potest opera bona producere, dicitur informis, non quidem secundum sui intrinsicam rationem, sed respectu effectuum qui prodeunt ab ea fide. Huius autem opera ob eam causam uerè dicuntur mortua: quia non est in illis bonus & uiuus charitatis spiritus.

## CAP III.



**N**OLITE PLURES MAGISTRI fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudiciū sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit: hic perfectus est uir, potens etiam fræno circūducere totū corpus. Si autē quis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus. Et ecce, naues cū magnæ sint, & à uentis ualidis minentur: circumferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicum quidem membrū est, & magna exultat. Ecce quātus ignis quā magnam syluam incendit? Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in mēbris nostris, quæ maculat totū corpus: & inflammat rotā natiuitatis nostræ inflammata à geenna. Omnis enim natura bestiarum, & uolucrum, & serpētium, & cetorum domantur, & domita sunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena ueneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarā aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus uuas facere: aut uitis ficus? Sic neque falsam, dulcem potest facere aquam.



**N**olite plures magistri fieri, fratres mei etc. Primum prohibet exundantiā magistrorum, & ambitionem illā quæ uellemus omnes esse magistri. Dominus noster etiam ueruit: Nolite uocari Rabbi. Vnus enim est Magister uester. Ex istimo tamen Fratrem Domini quiddam aliud

hoc in loco nobis insinuare uoluisse. Non solum enim miseram illam uetat ambitionem appetendo magistrū cathedram, uerū etiam pluralitatem magistrorum in hunc scilicet sensum, ne in diuersas sectas ac doctrinas scindantur. Nā minime tum uidentur plures magistri, quando sub uno & eodē summo & primario magistro, qui est CHRIS TVS, in ecclesia sua sese continent, unum & idem docent. Et hūc sensum nō obscure uoluit declarare Dominus, quando ait: Nolite uocari Rabbi, id est, principales magistri: quia unus est Magister uester. Non ergo improbatur ne sint magistri & doctores in ecclesia. Imò hūc fuisse constitutum gradum à CHR IST O testatur B. Paulus ad Corint. scribens & ad Ephesios: Et ipse dedit quosdam quidem (inquit) Apostolos, doctores &c. sed uetat ne quis sibi usurpet (ut ita dicamus) principalitatem magistrū introducendo noua dogmata, & sectas nouas. Quā in re si quando peccatum est: nūc quā maxime & turpissime peccatur.

Nam quantum, quæso, magistrorum prouentum hæc infœlix tempestas, & Aquilo nobis attulit? Innumerabiles certè sunt: & quisque eorum aliquid semper affert ignotum Ecclesiæ: imò ab ipsa ecclesia iandudum explosum. Quanta enim & quā peruersa de peccato originali: de libero arbitrio: de iustificatione: de prædestinatione: de sacramento altaris & sacrificio, contra spiritum ecclesiæ protulerunt Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius, Bucerus, Caluinus, & aliæ innumeræ pestes & orbis terrarum faces? Quanta contra uota monastica, imò euangelica: contra luctum christianum: contra gratiam & efficaciam sacramentorum: & in cunctis ferè articulis, quos ecclesia Dei ut certos, ut iam decisos, ab ipsis ecclesiæ incunabulis in hunc præsentem diem & habebat & obseruat, peregrina & peruersa dogmata ad confundendam ecclesiam intrudere conati sunt?

His ergo meritò, si optimo consilio obtemperare uoluissent, dicebatur. Nolite plures magistri fieri. Sed noluerunt superbi homines & ambitione tumidi, audire. Quin potius cum hoc apostolico sermone se acriter corripissent, abrogarunt illi autoritatem, dicentes esse stramineam hanc epistolam. Verè non straminea, sed erat & est ferrea aduersus illos epistola, quibus prædixerat: *Scientes quoniam maius iudiciū sumitis*: id est, grauiorem damnationem in uosmet ipsos prouocatis: quā nō solū errant magistri, uerum etiam alios in errorem mittunt. Nec solum quia errant, sed quia etiam errare inquirunt. Deus enim huiusmodi ambitiosos odit, & ab eis lumen suum retrahit. Imò uerò & spiritum in super erroris in eos immittit, ut teneantur à Satana, & ducantur ad eius uoluntatem.

Audiant & nostri, qui etsi maneant in ecclesia, attamen nimis ambitiosè appetunt magistrū cathedras. Non enim desunt qui & uolunt uocari ab hominibus Rabbi, & sectas colunt & nutriunt. Quicquid uerò uel B. Thomas, aut Scotus

Scotus, aut quis alius, cuius doctrinæ sese addixerint, protulerit, ut uerbum scripturæ uolūt omnino defendere. Vnde etiam in huiusmodi zelus uiget, & contentiones, & simultates, & tacita schismata, quæ maxime perturbant ecclesiam Dei. Ideo huius tam grandis mali autores maius sibi & durius iudicium sumunt.

In multis enim offendimus omnes; Loquitur hinc manifestè de his qui in magisterio sunt, quos in multis offendere ait. Quis enim adeo fœlix siue in scriptis, siue in sermonibus, qui non offenderit? Qui hoc negat, indoctus est & proteruus. Quapropter cautè sunt & cum iudicio omnia legenda ecclesiasticorum scripta, etiam eorum qui meritò laudem meruerunt in ecclesia & gloriā. Dixi cautè & cum iudicio legenda, ab his tamē qui pollent iudicio. Non est enim omnium iudicare. Benè istud nouerat ille Afer & acutissimus doctor B. Augustinus, qui cum sibīpsī nō crederet, nec item facilè alijs quantauis doctrina & sanctitate pollentibus crederet, nisi ratione irrefragabili: aut in primis ipsius sacræ scripturæ autoritate freti loquerentur.

Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir; Sed quis iste, & laudabimus eum? De B. Ioanne Baptista canimus, Antra illum deserti à teneris annis petiisse, ne leui saltem maculare uisā fame possit. B. Augustinus Tullium taxat, qui in magnam cuiusdam Romani Sapientis uiri gloriam scripsit, Nullum ab eo emissum uerbum, quod reuocari uellet. Nam si in ea sententia erat, ut putaret omnia sapientem illū tã rectè esse loquutum, ut nullum protulerit uerbum reuocatione dignum, uehementer errabat. Hoc enim, inquit B. Augustinus, eorum dumtaxat est propriū, qui à Spiritu sancto acti locuti sunt. Cæteros autem omnes scriptores, & quosuis sapientes huic infœlicitati esse subiectos, ut sæpe uel scribentes, uel loquentes offendant. Quis igitur magisterium ambiunt & affectant, id proficere uidentur quod nullius est, uidelicet se minime offensuros. Quo fit ut cum præstare nequeant, tantò magis reos & contemptibiles se constituant. Auferatur igitur hæc ambitio ab omnibus, sed præcipuè ab ijs qui peculiariter de religione gloriantur; Potens etiam fræno circūducere totum corpus; quia eū qui non offendit, oportet esse perfectum uirum, & potentem fræno circūducere totum corpus. Vocat hic, corpus; omnes anime potencias, & habitus, & passiones, quæ ordinatè se habent, & quoddam ueluti corpus efficiunt in homine. Vir ergo perfectus is est, qui potest eas regere & moderari prudenter ac sapienter, ut in nullo à recta rationis uia deflectat.

Si autem equis fræna in ora mittimus etc. Manifesta est similitudo. Significat autem hoc corpus animæ aliàs propter uarias affectiones distractum iri suapte natura hâc & illâc: & quò duceret illa uel illa affectio. Ob eam causam necessariū est ut quodam coerceatur fræno. Sic cura equis & mulis, in quibus non est intellectus, agere solemus, quò integrum corpus obediat, & res-

cià ducatur & incedat; Et ecce naues cum magna sint etc. Aliam adhibet similitudinem, quæ idem ostenditur. Naues enim cū unum quodā modo corpus sit, & extrinsecus agitur à uentis, modico tamen gubernaculo dirigitur ad uoluntatem dirigentis. Nam eò tota nauis tendit, quò per gubernaculum illud inuenitur directas; sed & gubernaculum ipsum gubernatore indiget; Ita & lingua modicum quidem membrum; Talis est lingua in corpore nostro, quæ ueluti gubernaculum modicum quidem est membrum; sed quò illa pergit, illuc totū corpus secū trahit; Et magna exultat; id est, magna iactat, ut potè magna loqua. Eiusmodi esse linguam hæreticorum clare perspicimus, contra quos Psalmista ait: Disperdat Deus omnia labia dolosa & linguā magniloquam. Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus. Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Sed exurget Dominus.

Ecce quantus ignis quā magnam syluam succedit. Sensus est, paruum quidem quantitate ignem posse uastam syluam incendere. Talis fuit Arii lingua, quæ quasi ignis scintilla ab initio, grassari permessa uniuersum orbem accendit. Talis extitit & lingua Manichæi, qui se iactabat apostolum CHR IST I. Talis Dominati, & cæterorum incendiariorum. Talem nostra ætas experta est funestam Lutheri linguam & sectatorum, qui multas seduxere prouincias; Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis; Inde enim mala omnia, & pessima peccata, blasphemia in Deum, mendacia dolosa in proximum. Detractiones, susurraciones, murmuraciones, rixæ, contentiones, conuicia, maledicta, contumeliæ, calumniæ, periuria: denique mūdus quidam & uniuersitas iniquitatis.

Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus etc. Inter organa corporis lingua est, & illa quidem maculat totum corpus: de corpore animæ, ut diximus, intelligit. Sed quo modo maculat ipsa corpus reliquum, cū ex affectionibus iam maculatis procedat omne uitium linguæ? Respondetur, Cum testis sit ipsa lingua macularum animæ, & passionū macularum, dicitur ob hoc maculare: quia maculas ostentat, & illas insuper auget. Fit enim ut dum quippiam mali foris exprimitur, id quod est intus etiam augeatur, ut semper aliqua ad peccatum fiat accessio. Siquidem habitus ab operationibus crescunt, & faciliores redduntur ad operandum iterum & propensiores.

Et inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à geenna. Rota natiuitatis nostræ est curtus uitis, qui quasi rota gyris circumuoluitur. Appelauit egregiè rotam natiuitatis, ut inde intelligas uanitatem curarum, quas nobis ipsa affert natura, ut omnia mundi huius sint uanitas & afflictio spiritus. Hæc igitur lingua, unde est expressio affectionum nostrarum, inflammat hūc nostrum uitæ cursum, igne uidelicet ambitionis, inuidiæ, & omnium prauarum concupiscentiarum, ex quibus odia, inimicitia, peruersæ doctrinæ



## COMMENTARIA IN EPISTOLAM

572

strinæ & sectæ. Sed ipsa lingua has adiiciens flammam corpori, & uitæ cursui, inflammata ipsa est à geenna, idest, ab igne geennæ. Hic est ignis qui naturaliter consequitur naturam nostram prauam, & incendit assidue cor nostrum cupiditatibus, ac libidinibus mundi huius.

Omnis enim natura bestiarum &c. Quod in quibusdam latinis codicibus legitur corruptè; ceterorum; Interpretem uertisse; ceterorum; non debet esse cuius dubium. Sunt enim cetera animalia marina. Sensus est clarus: Mirum tamen uidetur quomodo dicat nullum hominum non solum non domuisse, sed nec domare posse linguam suam. Hanc difficultatem eleganter declarat Diuus Augustinus aiens hominem ipsum, ut homo est, & praua sua natura constitutus, domare linguam suam non posse. At quod fieri natura non potest, dono gratiæ efficitur. Aliàs non dixisset superius: Qui existimat se religiosum, non refræmans linguam suam &c. Vbi permittit domari posse, imò domandam esse iubet. Ne stultè dicamus præcipere illum impossibilia. Est igitur lingua; malum inquietum; ex se ipsa, aut incoercibile, ut græca uox sonat; plena ueneno mortifero; quo occidit homo proximum suum. Legitur enim: Venenum aspidum sub labijs eorum: & lingua eorum gladius acutus & os amaritudine plenum.

In ipsa benedicimus Deum & Patrem &c. Digna hæc prorsus sunt quæ sedulo animaduertantur: ut qui se cõscium pensent, protinus resipiscat, & emendet cor suum. Etenim Fratrem Domini summè peruersam proponit, uidelicet quosdam esse qui religiosi sibi ac pñ uidentur, cū benedicant Deum & Patrem, utpote habentes in ore psalmos, & cantica, & diuinas laudes; sed alia parte maledicunt homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Quomodo autem id cõstare potest, ut ex eodem ore procedat benedictio & maledictio? Dicit fortassis aliquis: Quid obstat quominus id queat fieri? Si quidem nos eodem ore benedicimus amicis, & inimicis maledicimus. Benedicimus homini, & maledicimus Diabolo. Verùm audiat quisquis is est: Qui maledicit hominem qui ad imaginem Dei factus est, etiam ipsum factorem maledicit. Non potest artificis opus quisquam uituperare, quin simulartificem ipsum uituperet.

Sed iterum dicit quis: Non uitupero ego hominem quatenus homo & opus Dei est: sed quatenus detrimentum mihi & iniuriam intulit, & qua parte improbus est. Bene, si solum hominis uitium oderis, quod ex Deo non est. At hic erratur quàm sepius, quum tibi uideris non hominem odio habere, sed uitium. Tu tamen indignatione & ira accenderis in hominē, & non potius misericordia prouocaris. Si enim reuera odisses uitia, non hominem: utiq; miseri hominis uitiosi studeres, & adhiberes quæcunq; remedia posses, fraternam correctionem, dulcem adhortationem, & quoduis auxilium opportunū. Ad preces item & lacrymas, & quæ huiusmodi sunt recurreres, quæ ad fratrem

tuum lucrandum esse omninò procuranda, ipse Dominus te docuit exemplo & uerbo.

Itcirco non est, mi frater, cur tibi ipsi ea spe blandiaris quod psalmos cantes, & oppleas os hymnis, & alleluia: si alia ex parte de Præfato submurmuras, quem indiscretum, quem negligentem, quem personarum acceptorem iudicas. De fratre præterea detrahis, & susurras, & maledicis, & calūniaris, & occulta detegis: & quæ tecta sanari poterant, prodèdo exulceras grauius. Hoc certè non est benedicere & laudare Deum, sed potius illum in opere suo uituperare. Omnes .n. sumus opus Dei & CHRISTI, creati ab illo, & recreati & redèpti tam pretioso immaculissimi Agni sanguine. Quem mihi dabis qui ista cogitet, ut deberet unusquisq; uerè cogitare, idest, ut opere compleat? Domine IESU infunde mihi & cunctis optantibus & petentibus, hunc bonum Spiritum, ut audiamus Fratrem tuum, qui ut à te instructus, sic & nos instruens ait:

Non oportet fratres mei, hæc ita fieri: Quoniam si nos ita gereremus, non esset istud benedicere Patrem; Nunquid fons de eodem foramine emanant dulcem & amarum aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus uuas facere, aut uitis ficus? Sic neque salisam, dulcem potest facere aquam. Hæc exempla sunt posita ut discas, mi bone frater, quum tibi uideris benedicere Deum, reuera non benedicis, ut te oporteret benedicere, uidelicet ex charitatis fonte, à quo simul & maledictio & benedictio non potest procedere. Patet autem tum procedere inde maledictionem Dei, quando eius operi maledicis, quod ad eius imaginem factum est, & super quod nomen Domini est inuocatum. Si enim inde procedit maledictio, sequitur fontem ipsum habere amaritudinis originē. Itaq; nō est possibile simul cū amara dulcē trahere aquā. Ad eundem modum nec ficus potest uuas producere: nec uitis ficus. Aut potius dicamus, ut habet græca lectio: Nec ficus oleas, quæ amaritudinem aliquam habet: ficus autem dulces sunt.

Sic ex quo foramine producitur aqua falsa, nō potest ex eodem dulcis manare. O quotus eorum qui falluntur numerus, qui dum habeant cor plenum amore mundi, putant quibusdam suis preculis, quas assidue submurmurant, placere Deo, & peccata sua sub hac hypocrisis coram illo tegi. Sed in hos competit illud: Hic populus labijs quidem me honorare uidetur: cor autem eorum longe est à me.

Quis sapiens & disciplinatus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus uestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia de sursum descendens à Patre luminum; sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem

tem de sursum est: deinde pacifica, modesta suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

Quis sapiens & disciplinatus inter uos &c. Magna est illius hominis uirtus qui in humana conuersatione non offendit, cui rei præstandæ exigitur in primis mansuetudo. Ad se ergo uocat hominem qui sibi sapiens uideatur & sciens, & huic ait: Non est uera scientia & sapientia tua, nisi illa bene utaris conuersando. Homo enim tunc uerè scit & est sapiens, cum fratrem in sua infirmitate constitutum patienter tolerat, consentiens illi quatenus licet, salua fide & charitatis præcepto, ut sic omnibus omnia fiat, quod oēs, ad imitationem illius magni Apostoli, lucrifaciat.

1. Cor. 9.

Quod si zelum amarum habetis, & contentiones &c. Emulationes, & ambitiones, & indignationes potissimum taxat quæ sunt in Clero. Excitantur namq; acres contentiones, quarum occasione animantur mundi homines iam ex se parum eroga ecclesiasticos affecti, ad oppugnandas catholicas ueritates. Vnde enim Arius factus est Satan, nisi quia ad Episcopatum quem ambiebat, non est ascitus? Sic habes in historijs de alijs multis antiquis. Sed Diabolus nostris temporibus id tanto impetu procurauit, ut iam minime sit necesse nobis antiqua repetere exempla: ad ostentandum recentibus abundamus. Hoc enim morbo fertur lapsus Lutherus: Eodē Erasmus: sic Bucerus: & ille noster infelix Ochinus. Vnde, quæso, nisi (ut ferè nouit omnis populus) ab ambitione quia mansuetudo sapientiæ præstò illis nō fuit. Noui ego etiam plures, sed leuioris armaturæ Lutheraniculos, & ignobiles milites, qui dum in Dei ecclesia locum obtinere non ualerent, subito apostatas sese ac desertores constituerunt: & gloriantur in mendacio & contra ueritatem, quam paulo ante nobiscum tenebant. Hic certè Fratris Domini sermo mirificè Lutherum, & eiusdem farinae fermèto compactos homines suis coloribus nobis depingit, qualis sit eorum sapientia ponens in conspicuo, dum ait:

Non est enim ista sapientia de sursum descendens à Patre luminum; Pater luminum, Deus est pacis, & non seditionis & contentionis. Idè est terrena, animalis, diabolica: quia ex mundo est & uitio mundi, idest, concupiscentia carnis: & ex superbia uitæ, quæ à Diabolo est; Vbi est enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum; Quid inconstantius istis miseris? Lutherus modo pro plebe & rusticis contra principes: tum econuersò pro principibus cõtra rusticos & plebeios: modo de Romana ecclesia & eius autoritate doctè & uerè: modo esse Antichristi sedem dogmatizauit. Item de lege & præceptis quàm uariè: Tum de purgatorio, & alijs multis articulis, modo unum, modo aliud, unde uerè babylonicam captiuitatem coegerit, & linguarum confusionem, O Germaniæ principes, Nonne ego

ab initio uociferatus sum? Nonne admonui? Et nunquid ob peccata nostra ruèdum uobis erat in præcipitium & foueam errorum cum semine illo nequæ? Sequitur enim ad has impias hæreses omne opus prauum, spoliatio ecclesiarum, impudicitia sacrilegæ, uastationes regnorū, diuini cultus extinctio: deniq; homines sine Deo, quos Dei Spiritus deseruit, & tradidit immundis spiritibus modò seducendos, paulò post in æternum pro iustis meritis cruciandos.

Nunc eregione uideamus, quænam sit sapientia quæ de sursum est. Primum quidem inquit; Pudica; Audite sacrilegi & libidinosi, qui accessistis ad filias hominum cum filij Dei essetis, & uiolastis sponas CHRISTI. Putatis hoc, o filij adulteri, tantum scelus latere CHRISTVM, cum non solum oculos plenos habeatis adulterio, uerum & manus? O stulti & amentes prorsus homines, qui hæc ante oculos uidentes, uos nihilominus sciat. O cecitate; Deinde pacifica; Sed dicit quis: Quomodo ergo Rex pacis CHRISTVS dixit. Non ueni mittere pacem in terram, sed gladium? Respondemus duplicem esse concordiam, & ad malum & ad bonum. Et ita duplex est pax. Illam quæ ad malum tendit, odit Deus: & aduersus illam stricturus gladium uenit, ut meliorem induceret pacem. Venit ille tempore Cæsaris Augusti, quado cuncta erant in pace: & uerum erat quod post uerbis expressit: Cū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Illa pace tunc fruebatur mundus in maligno positus, quæ Deo non placebat. Nā fortis armatus Diabolus ubiq; regnabat: & ferè nullus erat Dei cultus. Itaq; non placuit Deo huiusmodi pax: iccirco misit CHRISTVM ad illam destruendam. Hoc autem fieri non poterat, nisi medio gladio, quod fuit uerbum Dei, idest, apostolica prædicatione. Cum igitur aduersus hanc falsi isti noui prophetæ doceant & prædicent, & uniuersum orbem propterea misceant & conturbent, hoc nō à sapientia Spiritus faciunt, sed à sapientia Satanæ, tanquam conturbatores ueræ pacis. Scimus quidem ipsos ut ueros hypocritas, quasi imitatores CHRISTI, illud sibi usurpare ut dicant se nolle mittere pacem in terram, sed gladium. Verū oportebat eos ostendere, quomodo ueram pacem diligerent. Serere enim falsa & peruersa dogmata, non erat eorum qui uerè diligunt CHRISTI pacem. Nec quia de abusibus conqueruntur, quos (nisi fuerimus impudentes) negare nō possumus, iccirco ad illos atrinibat inquirere, qui sunt merè abusus quati quati sunt: & iam remedium datum erat eis in promptu à doctrina CHRISTI: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere.

Modesta est; Lege horum magistrorum blasphemias, & Lutheri maledicta in sanctos uiros, & CHRISTI martyres, & ibi nullo negotio cernes qua modestia præditus fuerit. Et cū hæc tam latè pateant, adhuc ne possunt dubitare stulti de eius spiritu unde sit, & quò tendat

Matth. 10.

Luc. 11.

Matth. 23.

Psal. 13.

Nota

Isa. 29.

dat: *Suadibilis*; idest, facilis ut uelit audire ueritatem. Amator enim ueritatis facile ac libenter illam audit & amplectitur. Isti uero ut surdæ aspides ad uocem incantantium sapienter obstruant aures, ne uerbum salutis admittant. Iam .n. sua proteruia fecerunt sibi ipsis præiudicium; *Plena misericordia, & fructibus bonis*; Qui autem minus misericordes quã isti, qui innumerabiles animas secum trahunt ad inferos: Qui uero sibi non parcat, quomodo alijs parcat? *Iudicans sine simulatione*; Sapientis & spiritualis hominis est rectè iudicare, & absq; simulatione. Bonum enim pronunciat esse bonum, & malum pronunciat esse malum, nulli adulans, nulli blandiens. Domine IESV obsecro statue hoc firmum in corde meo. Græca tamen lectio habet; *Nihil diiudicans, nihil simulans*; Quæ lectio inconstantiam remouet, & hypocrisis à uera sapientia.

*Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem*; Verbum Dei est semen quod seminatur, unde emanat fructus Spiritus. Illud autem semen seminatur in pace: quia factores iustitiæ uolunt pacem his qui audiunt. Imò euangelium pacis prædicant: & in his uerè coalescit qui pacem diligunt, & illam faciunt, ipsum uerbum semen pacis recipientes in semetipsis. An non ueram assignaui rationem cur hæc epistola nõ placet hæreticis? nimirum quæ illos nobis quasi in speculo mundo repræsentat.

Nota

CAP. III.



**V**NDE BELLA ET LITES in uobis? Nonne ex concupiscentiis uestris, quæ militant in membris uestris? Concupiscitis, & non habetis. Occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci. Litigatis, & belligeratis, & nõ habetis: propterea quod non postulatis. Petitis, & non accipitis, eò quod malè petatis, ut in concupiscentiis uestris infumatis.



**V**Nde bella & lites in uobis etc. B. Iacobus Apostolus uolens radicem malorum indi care, ut securi amputaretur: originem bellorum ac litium omnium, quibus illi ad quos scribebat tenebantur, à suis ipsorum concupiscentijs asserit proficisci, quæ militant in membris nostris, idest, in organis externis quæ mouentur ad explendas cupiditates illas, seu uoluptates atq; libidines. *Concupiscitis, & non habetis*; siue quia quod concupiscitis non obtinetis: siue quia etiam si obtineatis, non implet uos, ut dici etiam possitis non habere; *Occiditis & zelatis*; Aliqui græci codices habent; *Inuidetis & zelatis*; Si legimus; *Occiditis*; de occasione quæ animo fiat intelligendum est: sicut scriptum est. Qui odit fratrem suum, homicida est. Ex eo igitur quod non implet homo

1. Ioan. 3.

prauus, qui odio habet proximum, suam malã uoluntatem in eum, rumpitur zelans ob inuidiam: quoniam non potest assequi id quod ille.

*Litigatis, & belligeratis*; Ad quid autem hoc nisi ut habeatis? Et tamen non habetis: quia etiã nec ulla lire, nec ipsa uictoria contenti estis. Hoc uerò quamobrè, nisi quia non postulatis? Quid est non postulatis? Nisi quietem uestram & cõmoda uestra uultis uestra opera inquirere & adipisci, quæ postulanda erant à Deo; *Petitis, & non accipitis, eò quod malè petatis*; Non est mirum si quis à Deo petens non accipiat: quoniam ut quis accipiat, oportet ut non malè petat. Malè autem petit, qui malum finem respicit. Vnde ait; *Vt in concupiscentijs uestris infumatis*; At Deus momentum non uult præbere libidini, & uitiosorum hominum alendæ turpitudini.

Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei: Quicumque ergo uoluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur. An putatis quia inaniter scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit Spiritus qui habitat in uobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote Deo. Resistite autem Diabolo, & fugiet à uobis. Appropiate Deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete, & plorate. Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit uos.

*Adulteri, nescitis, quia amicitia etc. Vocat adulteros tam mares quàm feminas, eos qui relicto CHRISTO Sponso & eius paupertate, hærent huic mundo, tanquam adulter amicę quam deperit. At nescitis (ait) amicitiam huius mundi esse Dei inimicam? Vnde rectè sequitur, illum qui uult esse amicus mundi, inimicum Dei constitui; An putatis quod inaniter scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit Spiritus qui habitat in uobis? Sensus est, quod amor Dei erga nos est tanquã amor zelotypi. Sic enim sepè uocant Deũ scripturę. Imò Spiritus uerè Deus, aïens: Ego sum Deus zelotes, idest, more alicuius sponsi qui metuit sibi à sponsa, ne se abiecto alium recipiat & amplexetur adulterum. Hæc autem sponsi concupiscentia quę est ad inuidiã, idest, ad æmulationem & zelum, hoc primùm operatur in eo ut si deprehendat sponsam suæ fidei uolatricẽ, indignetur incredibili modo, & similiter auertat se ab illa, & in aliam totum suum cõuertat amorem, & cuncta dona: ut illa hanc commutationẽ factam uidens, miris modis excrucietur, ac frustra peniteat facti. Hoc est quod ait;*

*Maiorem autem dat gratiam; uidelicet alteri sponse*

Exod. 20.

Psal. 17.

sponsæ, ut id perspicies quæ scedifraga fuit, immenso dolore perpetuò crucietur ac dirumpatur. Non frustra ergo, nec ab re talis nobis Spiritus Dei describitur tanquã zelo correptus, atq; in illas animas succensus, in quibus prius habitauit, & inde expulsus est. Idè rectè legitur; *Qui habitauit in uobis*; Supponit enim Deũ fuisse de habitatione sua expulsus, & ob hoc iratum zelo. Et cum istud non possit esse absq; superbia illius animæ, quæ prior superbè contempsit Deum habitatorem & sponsum; ait.

*Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Locus in prouer. 3. cap. ubi habetur. Ipse deludet illusores: & mäsuetis dabit gratiam. Qui sunt autem illusores, nisi qui promissa fregerunt? Hoc autem qua radice oritur, nisi à contemptu Dei & superbia? Et quid est dicere; illudet; nisi pari modo erit ipse superbus & contemptor, & tunc apparebit quis erit uictor? Bene enim de illo scriptum est. Cum sancto, sanctus eris: & cum uiro innocente, innocens eris: & cum peruerso, peruertèris. Hoc idè est quod resistere superbis & peruersis iustissima peruersione ac superbia; *Subditi ergo estote Deo*; Quoniam uidelicet nolentibus subñci, & resistentibus ipse resistit. Cùm igitur non sit resistendum Deo, consequens est ut resistamus Diabolo. Et ne quis dicat, quomodo possumus Diabolo resistere? Effectum resistentiæ subdit, dicens; *Resistite Diabolo, & fugiet à uobis*; Resistimus autem dum minime asutis eius consentimus, & subijciendo nos Deo. Dæmonum quidem est mala suggerere, nostrum autem est non consentire. Quoties eis resistimus (teste deuoto Abbate Bernardo) toties eos superamus, Angelos lætificamus, Deum honoramus, qui uisitat ut pugnemus, adiuuat ut uincamus, consolida ne deficiamus. In primis conflictibus grauis & propemodũ uidetur hostis insuperabilis. Sed si quis fortiter primum impetum sustinuerit, in secundo inueniet eum inferiorem. Quanto enim plus percussus fuerit superbus ille antiquus hostis, magis elanguescit ac deficit. Resistendum igitur est forti animo, & concepta firma de Dei auxilio fiducia, qui neminem permittit supra uires tentari. Vult enim Malignus semper nobis nocere, sed non potest: quia potestas ista est sub potestate. Alioqui si tantum, quantum expetit, nocere posset, nullus, ut ait B. Augustinus, iustum remaneret; *Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis*; Homo appropinquat Deo per fidem uiuam. Verùm nisi ipse uocet, & adiuuet porrigens manum, quis poterit appropinquare? Ipse ergo stat ad ostium & pulsat: nisi descendas & aperias, non appropinquabit tibi. Quod si aperueris, ipse intrat & cõnat tecum. O beati illi & plusq; felices qui appropinquant, *Emundate manus peccatores*; Emundare manus, est maculas abstergere, & sordes operum malorum, quę externis actibus cõsummauimus. Hæc emundatio fit per pœnitentiam & satisfactionem. *Et purificate corda duplices animo; hoc est, qui**

Apoc. 3.

Deo & māmone simul seruire præsumitis, & geminas occupare sellas in uia, unde animus sit impurus. Purificate ergo, inquit, corda uestra abijciendo amorem mundanorum, qui conspurcat animam. Modum autem quo hæc fiant demonstrat, dicens; *Miseri estote; hoc est, inducite in animum, oportere eos qui piè uiuere uolunt in CHRISTO in hoc mundo, substinere afflictiones & miseria; & iccirco debent inclinare animum ad patiendum, & tolerandam uestram crucem usque in finem, & sic esse miseros: quia per hoc efficiuntur beati. Et uerè magnam habemus & promptam (si considerare uellemus) deplorandæ nostræ miseriæ materiam, quam tamen nobis Deus in nouo statu ad occasionem meriti conuertit. Quid enim est homo natus de muliere, breui uiuens tempore? In sordibus generatur, in tenebris cõfouetur, in doloribus parturimur: ante exitum miseras oneramus matres, in exitu more uipereo lacera ramus. Mirum quod ipsi non laceramur. Primã uocem ploratus edimus. Meritò quidem, utpote uallem plorationis ingressi, ut nobis illud S. Iob ex omni parte possit aptari. Multis repletur miserijs, multis & multiplicibus inquam, miserijs corporis, miserijs cordis, miserijs dum dormit, miserijs dum uigilat, miserijs quocunq; se uertit; *Et lugete, & plorate*; Tanquam sponsæ illæ uiduæ quæ suum ab oculis suis uiderunt sibi sublatum sponsum. Veræ quippe uiduæ nihil agunt, nihil curant, nihil somniant, nisi quo tandem modo queant iterum uidere sponsum, & in thalamum intrare cum illo. Abstinent iterum à cibo, uestes induunt lugubres, & assiduè plorant expectando uolenter ac dicendo, Quando ueniet? Quando uidebo eum? Animam meam, uitam meam &c. Alibi latius christianum luctum & ploratum declarauimus.*

*Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem*; Hic est christianus status, ut à risu fletus, à fletu risus comparetur. Et similiter à gaudio mœror, & à mœrore gaudium, iuxta CHRISTI legem & uerbo traditam, & in seipso completam, ut quilibet eam possit legere in Crucifixo. Itaque suos hortatur Frater Domini, ut apprehendant conditionem luctus & mœroris, repudiato & abiecto risu & gaudio, ut in risum & gaudium sempiternum perueniant. Sic fecit CHRISTVS, qui ob propositum sibi gaudium substinuit crucem, ut ait B. Paulus ad Hæbręos. *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit uos*. Dominus enim ipse hanc legem posuit, quam & suo facto sacrauit, humilians semet ipsum, & factus obediens usque ad mortẽ, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster IESVS CHRISTVS in gloria est Dei Patris. Si hoc fecit ille tãtus Filius, & propter nos: quid nos uermiculi debemus facere? Et si ergo

Ex D. Bernar. do.

Hebr. 15.

Phillipp. 2.

simus filii Dei, ac per hoc in magnam euecti dignitatem, debemus tamen quò perfectum ius adoptionis, hoc est, hæreditatem filiorum assequamur, debemus, inquam, cum filii Dei & in Domino gloriari, si tanquam peripsa ab hominibus in hoc mundo habeamur, ut cum uenerit dies segregationis, audiamus dici ab improbis ad laudē nostrā: Ecce hi sunt quos aliqui habuimus in derisum, & in similitudinem improperiij. Nos insensati uitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est. Itaque concludamus & consolemur nos in uerbo Domini. Qui se humiliat, exaltabitur; & qui se exultat, humiliabitur. Superbia enim & animi elatio paradisi nobis ianuam clausit, Humilitas autem clauis fabricata est, quibus nobis iterū pateat aditus, si humiles esse in ueritate studuerimus. Discite à me (inquit sapientissimus Magister) quia mitis sum & humilis corde. Et sanctissima illius Mater Virgo perpetua MARIA, cum esset omnium uirtutum hortus, & sacrarium Spiritus sancti, solius tamē meminit humilitatis exultans in Spiritu, & Deum in suis donis glorificans. Quia respexit (ait) humilitatem ancilæ suæ: ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quicquid superbia perdidit, humilitas sancta recuperauit. Et uerè omnium uirtutum est custos potentissima humilitas. Nam Deus humilia semper respicit, & alta à longè cognoscit. Vbi uera humilitas, nulla regnat detractio. Quapropter post datum saluberrimum hoc præceptum rectè subdidit.

Nolite detrahare alterutrū fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, nō es factor legis, sed iudex. Vnus enim Legislator & iudex qui potest perdere & liberare. Tu autē quis es qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim uita uestra: Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, pro eo ut dicatis: Si Dominus uoluerit: & si uixerimus, faciemus hoc, aut illud. Nunc autem exultastis in superbiis uestris. Omnis exultatio talis maligna est. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

Nolite detrahare alterutrum etc. Hic inuehitur contra uitium detractio, quod est uiolare famam absentis per obiectionem criminis, aut extenuationem uirtutis. Hoc peccatum grauissimum est, à superbiæ & inuidiæ fonte manans,

quæ sunt maxima crimina. Seuerè à scripturis passim uituperatum esse huiusmodi detractio nis liuorem legimus: & tamen eousque frequens est in hominibus, etiā in his qui uidentur p̄ ac religiofi, ut uix sit ullū peccatū crebrius repetitū. Sed operiunt illud sæpe quibusdā prætextibus. Huiusmodi genus hominum optimè nouerat formandorum morum pater egregius D. Bernardus qui aiebat. Detractores autem quodam simulatæ uerecundiæ fucos conceptam malitiam, quam retinere nō possunt, adūbrare conantur. Videas à detractore alta præmitti suspicaria: sicq; cū quadam grauitate & tarditate, uultu mœsto, demissis supercilijs, & uoce plangenti egredi maledictionem, & quidem tantò persuasibiliorem, quantò creditur ab his, qui audiunt, corde non inuido, sed magis condolenti affectu q̄ malitiosè proferri. Doleo, inquit, uehementer pro eo quòd diligo eum facis, & nūquam potui de hac re corrigere eum: & alias mihi quidem bene cōpertum fuerat de eo istud, sed per me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est, ueritatem negare non possum, reuera ita est. Nunquid non uisera est lingua detractoris ferocissima: planè nimirum, quæ tā lethaliter inficiat flatu uno. Nunquid non lancea est lingua ista? Profectò acutissima: hæc ille.

Aut qui iudicat fratrem suum etc. Admisceat etiā aliud crimen coniunctum detractio, quod est iudicare fratrem. Non autem de quacuncq; detractio, & quocuncq; iudicio loqui uidetur, sed de ea detractio, qua includitur detractio, & iudicium aduersus dictum legis. Verbi gratia: Qui iudicat hominem, quem uiderit spreuisse mundum, adisse heremum, aut monasterium: & illum propterea stultitiæ insinuat, aut uitio cerebri laborasse, qui hanc status mutationem elegerit. Sic enim dicere solent & mūdus, & qui secundum carnē sapiunt. Si quis itē facultates suas distribuatur in cibos pauperū: aut aliud quoduis tādem egregium & christianum opus aggrediatur, quod mūdo appareat insaniam. Qui, inquam, fratrem ob ista facta spernit, eiq; detrahit, sicuti plerunq; (ut diximus) solet fieri, ceret hic non iam humanum crimen committit, sed satanicum. Manifestè enim detrahit legi, & iudicat legem, in eandem blasphemus. Hic uerus est B. Iacobi sensus, qui cum superioribus appositè admodum cohæret, & declaratur. Postq; enim suauis luctum & ploratum, & humilitationem crucis, quæ omnia apud homines animales sunt stultitiæ, & ita iudicantur, ut per hoc detrahitur hominibus simul ac legi, idè dixit, Nolite detrahare etc. id est, nolite superbè & arroganter dicere malum quod lex commendat uis bonum: & è conuerso, bonum illud estimare, quod lex uituperat tanquam malum. Rectè ergo dicitis:

Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suū, detrahit legi, & iudicat legem; id est, damnat legem, & facit se lege ipsa & Legislatore superiorem. Et ita iam non est factor ipsius legis, sed iudex potius: quod est proprium Satanæ.

Vnus

Vnus enim est Legislator & iudex, qui potest perdere & liberare etc. Hic est CHRISTVS IESVS Deus & Dominus noster ac Redemptor. Et tamen au det fax illa orbis terrarum Lutherus negare CHRISTVM esse legislatorē: quod non minus habet insanix, quàm falsitatis.

Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? Verè cum simus oēs fratres, nō est iurisdictio penes quemlibet iudicandi fratrem suum. Loquitur autem non de iudicijs sæcularibus, quæ à terrena potestate, quam probat Deus, ueniunt: sed de iudicijs priuatorum priuatis, quæ pertinent ad ea quæ sunt diuinæ legis, non in præfenti tempore discutienda. Sed quando cuncta erunt manifesta. Tunc enim poterimus liberè iudicare probationis iudicio & comparationis. Sic Sancti iudicabunt nationes, ut testatur scriptura, & dominabuntur populis.

Sap. 3.

Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem etc. Vult arrogantiam nostram patefacere Apostolus, & magnam incōsiderationem, qui cum ante pedes habeamus mortem, nescientes horam assiduè & omni momento imminentem: nihil tamen minus consideremus. Quapropter absque ulla mortis cogitatione, & citra ullum pactum cum Deo, quasi securi dicimus: Hodie, aut crastino etc. Et hoc, inquam, absq; conditione proferimus, quæ tamen semper adhiberi deberet, puta, si dabit Deus: si uiuere sua bonitate nos permiserit etc. Nec dicat hic mihi Iuriconsultus aliquis ex sua regula, cum hæc cōditiones tacitè subintelligantur, easdem frustra exprimi. Aiunt enim: Expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur. At longè aliter sese res habet in proposito. Multum quippe expressa conditio operatur: quia cogitare de morte imminente multatam inanum operationum turba & anxietate nos liberat ob metum nox uenturi iudicij. Abijcit auaritiam, & omnem concupiscentiam oculorum. Non inhiat lucris malis: conuertitur ad thesaurizationem æternorum, & cum B. Iacobo Apostolo consentit, & ad se reuersus ait. Quæ est uita mea? Non ne uapor est ad modicum parens? Et clamat cum uero Ecclesiaste toto corde: O uanitas uanitatum, & omnia uanitas. Et cum eodem iam conuersus, conuertit se ad diuites huius mundi, qui posuerunt spem in his bonis, & illos increpans ait.

Regula iuris.

Eccles. 1.

Matth. 5.

Nunc autem exultatis (siue gloriamini) in superbijs uestris; Omnis enim diues, id est, in diuitijs fidens, superbus est, Omnis exultatio talis; siue gloriatio; maligna est; Et uerè maligna: quia coniuncta perfidiæ. Et uerè maligna: quia est radix superbiæ, & contemptus proximorum. Inde enim exoriuntur contumeliæ, conuicia, & omnis maledictio, & supergressio in proximum suum, nihil facientes dictum Domini: Qui dixerit fratri suo: Fatue; reus erit genæ ignis. Nihil faciunt autem, quia non nouerunt neque se ipsos, neque Deum omnium Creatorem & Redemptorem: neque utuntur uera regula ad metiendum se, & comparandum alijs semetipsos. Vera enim re-

gula non est abundantia terrenorum, sed cœlestium uirtutum. Concludit tandem. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi; Christianos alloquebatur, qui hæc sciebant, aut saltem scire debebant. Nam pro scientibus eos habet scriptura, qui culpa sua nesciant, quæ scire tamen debebant.

CAP. V.



AGITE NUNC DIUITES: plorate ululantes in miserijs uestris, quæ adueniēt uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt: & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimoniū uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Theaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit. Epulati estis super terram: & in luxurijs enutristis corda uestra in die occisionis. Ad dixistis, & occidistis iustum, & non restitit uobis.

Agite nunc diuites, plorate ululantes etc. Inuehitur Frater Domini apostolico spiritu aduersus diuites, & ut iustus consentit cum sententia Domini iniurias uindicantis. Scriptum est enim: Lætabitur iustus cum uiderit uindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Tanquā illam præuidēs: Agite nunc (inquit) quia iudiciū super uos iam uideo præsens. Cū enim uita uestra nihil fuerit quàm risus, meritò ploratus succedit risui. Plorate, inquam, & ululate in miserijs uestris sempiternis, quibus nihil misereor. Non enim est locus misericordiæ, ubi dies aduenit iusti iudicij. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt; quæ iam nihil prorsus uobis prouiderunt. Tempore iudicij omnia uelut à tineis & æruginis comesta, consumpta erunt. Quamobrem ipsa argenti uestri ærugo testificabit cōtra uos, quibus diu fuerat à summo ueritatis Magistro. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur etc. Et noluitis consilium saluterum audire. Meritò igitur ipsa uobis prophætata ærugo testimoniū afferet ueritati cōtra uos: & iustificata est sapientia Dei ab illa; Et manducabit carnes uestras sicut ignis: Inde enim cruciatus erit in anima & corpore uestro nudo & afflicto; Theaurizastis uobis iram in nouissimis diebus; hoc est, in sempiternum: qm nouissimi dies erūt absque fine. Ecce merces operariorum qui messuerunt etc. Hic diuitum peccata commemorat, inter quæ illud est frequens, defraudare operarios mercede sua: q̄ defraudatio est clamor ad Deū q̄

Psal. 57.

Matth. 6.

CCc ij audit



audit, & indignatur, & parat uindictam. Hac de re frequenter admonet scriptura antiqua, ne defraudentur mercenarij suo labore ac sudore, & ne merces eorum procrastinetur. Nam ipse Dominus respicit pauperes, qui & ipse fuit pauper, & uindicat illos terribiliter; *Epulati estis super terram*; Vide quomodo illos alloquitur tanq[ue] subfinientes iudicium. Vbi & aliud peccatum diuitu[m] commemorat, quod est epulari siue delitari, & lasciuire, & omnem diem habere festiuum in commensationibus & impudicijs; *In die occisionis addixistis, & occidistis iustum*; Hic locus factus est paulo obscurior (meo iudicio) quia omissa est una dictio quae est in graecis. Coniungitur enim cum superiori hoc dicto; *In die occisionis, & debet sic intelligi*: Epulati estis super terram, & lasciuistis in delitijs, & enutristis corda uestra, sicut in die occisionis addixistis, seu condemnastis, & occidistis Iustum. De CHRISTO loquitur, quem in die Paschae condemnarunt, & occiderunt Iustum: & ipsi festiuu[m] die[m] egerunt & seculari. Ad eu[m] modu[m] faciunt & nunc, & hactenus semper fecerunt diuites & tyranni, qui du[m] CHRISTVM in suis seruis persequuntur, ipsi interim tripuant. Talis fuit Herodes quando iussit amputari caput Sancti Ioannis Baptistae. Ipse autem Iustus noster CHRISTVS non recessit. Oblatus enim est quia uoluit.

14. 5. 3.

Patientes igitur estote, fratres, usque ad aduentum Domini. Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & uos, & confirmate corda uestra: quoniam aduentus Domini appropinquabit. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiae, prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis: & finem Domini uidistis. Quoniam misericors Dominus est, & miserator. Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermouester, Est, Est: Non: ut non sub iudicio decidatis.

9. Pet. 1.

*Patientes igitur estote, fratres etc.* Bene hortatur ut ad exemplum Iusti, idest CHRISTI, sint patientes & longanimes, qui quum malediceretur, non maledicebat; quum pateretur, non comminabatur: tradidit autem iudicanti se iniuste. Haec est regia uia ad CHRISTVM: idem dicitur; *Vsq[ue] ad aduentum Domini*; Parua enim est mora: na cito ueniet, & non tardabit; *Ecce agricola etc.* clarus est sensus. Si hoc faciunt homines pro terreno & paruo lucro, quid facere nos debemus pro

immenso & aeterno? Iccirco denuo exhortatur; *Patientes igitur estote et uos, & confirmate corda uestra*; nempe fide, & spe, & charitatis operibus; *Quonia[m] aduentus Domini appropinquabit*; lam enim est in foribus; *Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum*; aut aduersus inuicem, idest (ut mihi uidetur) nolite gemitum uestrum reijcere in alios. Sunt enim qui ex eo quod tribulantur, etia[m] tribulant alios. Et quaedam a potentioribus patiuntur, eadem in alios referunt: unde iudicium sumunt. Nec excusantur quantumuis ipsi iniuste afflicti sint. O quot exemplis posset hoc preceptum illustrari, contra quod multi committunt. *Ecce iudex ante ianuam assistit*; Heu nimis uerum est: sed per pauci sunt qui serio, ut oporteret, considerent. Imminet assidue mors omnibus parata, & plurimis tamen est improuisa. *Exemplum accipite fratres etc.* Ecce scripturam Iob ut canonicam accipit. Summa doctrinae est ut simus sapientes: quod tunc erit si finem respexerimus, quem pro regula actionum nostrarum propositum semper ante oculos habeamus. Nota est historia B. Iob, qui cum tanta passus fuerit, recepit bona duplo auctiora quam quae habebat prius: quoniam ualde misericors est Dominus animo, & miserator facto.

*Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare etc.* Hic prohibet iusiurandum, non ut quidam decepti existimant, quasi non liceat interdum iurare: sed ut remoueatur facilis assuetudo iurandi. Praeterea, ne quis existimet non esse iuramentum per coelum iurare & terram: quasi liceat per creaturas iurare, & fallere absq[ue] periurio. Postquam. n. uenit CHRISTVS, & sanguine suo purgauit mundum, sacrata sunt omnia; *Sit autem sermouester, Est, Est: etc.* idest, ut quod est in re secundum affirmationem, simpliciter dicatur; *Est*; Quod uero secundum negationem, dicatur; *Non est*; Preceptum est ab ipso meo Domino in euangelio expressum; *Ut non sub iudicio decidatis*; Graece in hypocrisin, idest, simulatione. Simulatores enim fallaces sunt & mendaces. Mendax autem omnis hypocrita: quia contra id quod in corde tenet, enunciat; alius intus, alius foris. At istud omnino est contra naturam: quoniam lingua data est ad exprimendos cordis conceptus ea ueritate, qua intus probantur.

Matth. 5.

Tristatur autem aliquis uestrum? oret. Aequo animo est psallat. Infirmatur quis in uobis? Iuducat presbyteros ecclesiae, & oret super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata uestra: & orate pro inuicem ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: & orone orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus orauit, & coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres

Fratres mei, si quis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eu[m], scire debet quoniam qui conuerterit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum.

*Tristatur autem aliquis uestrum etc.* Videbat B. Iacobus Apostolus inter caetera mala quae abstrahunt a continuatione boni operis, esse tristitiam: idem remedium ad eam auferendam proponit, nimirum orationem. Verum nihil est omnino quod laetorem reddat & abacriorem animum, quam oratio. Illud tamen hic obstat quod ait; *Aequo animo*; Quomodo eni[m] qui in tristitia est constitutus, aequo animo orare poterit, aut psallere? Animaduertat igitur prudens lector, re uera uirtutem esse literam, & male hoc in loco punctis distinctam. Sic enim debet ordinari; *Tristatur quis in uobis? oret.* Et hic sit punctus. Tum sequitur; *Aequo animo est quis psallat*: ut sic oratione tristitia pellatur: aequanimitas autem cantu & psalmis, idest, laudibus & gratiarum actionibus, ne in gaudiu[m] seculare effluat, moderetur & iustificet.

Dominus IESVS in agonia tristis factus usq[ue] ad mortem orabat, & pernoctabat in oratione: & iussit ut discipuli orarent, ne absorberentur tristitia, & tentationibus desperantes succumberent. Hoc est remedium tristitiae, obuiam prodire, & fugare illam oratione, per quam laetitia spiritualis accersit, et consolationes interne, quas non uerunt qui experiuntur. Itaq[ue] dum quis laetus est, psallat & gratias agat, & laudes referat Deo, omne bonum illi ascribens semper.

De sacramento extremae unctionis.

*Infirmatur quis in uobis etc.* Ex hoc loco colligerunt Sancti Doctores & recte, sacramentum extremae unctionis, quod uniuersa semper probauit Ecclesia: et non solum esse hoc sacramentu[m], uerum etiam hoc in loco ab ipso fratre Domini commemorari, sicut plane testatur Innocentius tertius cap. De sacra unctione. Et Innocentius primus multo antea id expresserat in suo decreto. Quia & preces ecclesiarum solemnes, quae in ritu huius sacramenti praemittuntur, hoc clare probant. Ita enim oratur: Deus qui per Apostolum tuum Iacobum loquutus est dicens: *Infirmatur quis in uobis, iuducat presbyteros ecclesiae, & oret super eum, ungentes eum oleo sancto in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmu[m], & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit dimittentur ei etc.* Non afferam innumeras omnium ueterum doctorum pro hac ueritate sententias. Qui enim non credit uniuersali ecclesiae, & concilio, cui eredit? Quod si nulla esset aliamensio huius sacramenti in euangelio, satis est uere Catholicis praesens B. Iacobi testimoniu[m] promulgantis illud tanq[ue] Apostolus CHRISTI, non autem instituentis. Neq[ue] enim est cuiusquam Apostoli ullum institueret sacramentu[m], sed CHRISTI solius, ex quo & per quem gratia ipsa sacramentorum uenit. Sunt tamen qui uolunt hoc sacramentu[m] apud B. Marcum commemo-

rari, ubi legitur discipulos cum illos Dominus misisset ad praedicandum, unxisse infirmos oleo, & per illam unctionem sanitatem corporis esse assequutos. Mihi tamen (ut ingenue quod sentio loquar) uidetur non uere illud fuisse sacramentu[m], quod Apostoli tunc faciebant, cum ipsi non dum essent sacerdotes, nec idonei sacramentorum ministri, nisi Baptismi, qui non requirit ministru[m] presbyterum, propter necessitatem. Praeterea, Non ostenditur ibi ritus & forma sacramenti, nec ullae preces, nec ullus alius sacramenti effectus, praeter corporis sanitatem. Non tunc latet potuisse Dominum IESVM facere ministros huius sacramenti etiam non sacerdotes. At non quodcunq[ue] poterat, faciebat: sed quod decebat. Credo tamen fuisse illud tanq[ue] praeparatoriu[m] quoddam huius sacramenti, quod nobis plane exprimit frater Domini. Hoc si dicimus, non minus probatur huius sacramenti ueritas. Si enim praeparatoria fuit illa unctio ad sacramentu[m], quod ad minimum necesse est fateri, ergo oportuit subsequi sacramentu[m] ipsum: alioquin frustra erat praeparatio rei non subsequuturae.

Sic praeparatus fuit & baptisus CHRISTI per baptisnu[m] praecursoris Ioannis: & ipsa sacramentalis confessio per eudu[m] sanctissimu[m] Ioane[m] similimodo. Veru[m] Diaboli captiuus Lutherus in libro de captiuitate Babylonica, & eius sectatores insurgunt contra huius sacramenti, quo Ecclesia Dei utitur, ueritatem: quibus etiam Caietanum fauisse uehementer dolui, qui eorum rationes, quibus moti sunt ut hunc locum B. Iacobino at tinere ad sacramentu[m] suaderent, tanq[ue] urgentes ac ualidas comprobauit. Aiunt enim primu[m].

Sacramentu[m] hoc institutum est pro aegrotantibus ad mortem: tunc enim cofertur, quum iudicio medicorum desperata est salus aegroti: unde etiam unctio extrema appellatur. Iacobus autem non hoc obseruari mandat, sed ait solum: *Si quis in uobis infirmatur, non autem: Si quis infirmatur ad mortem.* Praeterea, Sacramentu[m] per unum presbyterum datur: hic uero plures presbyteri iubentur adduci ut oleo ungant.

Tertio, Ponitur solus effectus salutis corporalis, cum quo non stat effectus proprius huius sacramenti, qui est mundare omnino a peccatis, ut hinc recedat anima a peccatis prorsus purgata, & continuo euolet in paradisu[m]. Nam si sanatur homo corpore per eam unctionem, non dabitur ei continuo in paradisu[m] euolare: & ita erit effectus contra effectum. Quarto dicitur, *Et oratio fidei sanabit infirmu[m]*. Non ergo sacramenti uirtus. Deniq[ue] ait, *Quod si in peccatis fuerit infirmus, remittentur ei: ut conditionalis sit ista remissio peccatorum, & quasi accessoria, & non principalis.* At, inquit Caietanus, sacramentu[m] unctionis directu[m], ut forma sonat, tendit ad remissionem peccatorum. Et praeter haec, quae uideatur superfluum. Etenim ad remissionem peccatorum satis uidetur esse poenitentia, & Eucharistia, quae uenialia peccata absorbent.

Obiectiones contra sacramentu[m] extremae unctionis.

Quoniam uerò hæ rationes infirmis ac parū cautis aliquid negocij facere possēt, à nobis sunt resoluendæ. Sed oportet lectorē scire, quòd ab initio in primitiua illa ecclesia ad statuendam euangeliū ueritatem multa fiebant & contingebant etiam in sacramentorum collatione, quæ nunc non fiunt, neq; contingunt. Eo nanque tempore manifestè per manuum impositionem presbyterorū sensibiliter ueniebat Spiritus sanctus: quod nunc non uidemus. Id autem quam obrem, nisi quia necesse tunc erat ostendere signo admirando ac sensibili exterius, id quod in uisibiliter Deus operabatur interius? Haud aliter factum fuit in hoc extremæ unctionis sacramento, uidelicet ut homines per sanationem corporis, quam Deus operabatur per orationē presbyterorū, facillè crederent per eius sacramenti uirtutem etiam restitui perfectam animæ sanitatem. Et ob eam causam Apostoli ab initio oleo usi sunt ungentes infirmos, ut ad huius sacramenti fidem animos præpararent, restituendo corpoream sanitatem. Itaq; ipsa corporis sanitas nō est proprius & per se effectus huius sacramenti, sed per accidens, & subintellecta hac conditione, uidelicet si placuerit Deo sanare. Porro de huius sacramenti uero effectu, mox dicetur.

Quòd autem dicat Apostolus; *Infirmatur quis in uobis*; & non adijciat, ad mortē: non debet quæquam mouere. Non enim omnia explicitè erāt declaranda, quæ assidue tradebantur per manus, & ipsa consuetudine atq; usu assiduo declarabatur. Etiam dici potest, In primitiua illa ecclesia, quia sanabantur frequenter in corpore, non expectabatur extremus ille infirmitatis articulus. At cum fundata est non indigens ulterius ijs miraculis ecclesia, suo tēpori collatio huius sacramenti reddita est. Vnde meritò uocata est extrema unctio. Nonnulli tamen propterea uocari extremam unctionem putant: quia illā præcedunt alię unctiones aliorū sacramentorū, nempe baptismi & cōfirmationis. Mihi longè magis placet eā ob causam extremā dici unctionem: quia quū laborat infirmus in extremis datur. Non tamen expectandum est momentum exhalationis animę, in quo errore passim uersantur Christiani ferè oēs, quibus confertur istud sacramentum semimortuis. At suscipiendū esset integris mēte & sensibus. Nec propterea quia fortassis cōualescat infirmus, & possit iterari, minus dici debet extrema unctio: quoniā satis est iuxta medicorū sententiam, instans imminere mortis periculum.

Quòd uerò iubeat non unū, sed plures adduci presbyteros ad infirmū, solēnitatis est, non necessitatis. Nam & apud regulares id seruatur, ut omnes interfint & orent. Et hic modus in primitiua ecclesia seruabatur, cū nondū esset late propagata. Nec prohibet uno ungente rectè dici etiam alios unxisse qui interfuerunt, & respōderunt. Amen, super unctione. Et iam confessi sumus effectum huius sacramenti proprium non esse corporis sanationem, nisi id Deo ita uolente expediat. Et licet hoc obtineat oratio fidei:

atramen & ipsi sacramento attribuitur, cuius forma sunt preces presbyterorum. Nec quia dicat conditionaliter; *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei*; quicquam facit quo minus hic sit effectus principalis sacramenti, sed eo pacto quo statim declarabimus. Conditionis autē illius, quæ suapte natura inest, expressio nihil operatur. Certum est enim ei peccata remitti minime posse, qui in peccatis non fuerit. Quare friuola demonstrantur esse cuncta, & calumniarum plena, quæ à nouis magistris adducuntur.

Ad illud uerò, superfluum esse hoc sacramentum: quia confessionis sacramentum, pœnitentiæ, & Eucharistię ualent ad remissionem peccatorum: Respondetur iuxta B. Thomæ doctrinam, quæ mihi semper placuit, principalem huius sacramenti effectum esse plenam ac perfectā liberationem ac sanitatem ab infirmitate quæ semper est in homine, ut non perfectè sit habilis ad omnia bona opera. Vnde & ipsa caro suapte natura semper gerit malum suū in se: & inde mens debilitatur per carnem, & infirmatur. Ab hac autem debilitate & infirmitate, quæ Deo odiosa est, non omninò liberatur homo per hoc proprium sacramentum. Redditur enim homo mente & corpore expeditus ad ultimum pascha celebrandum, & ad emigrationem in patriā: cui si nihil grauioris debiti iam obstat à peccatis antiquis, quodcunq; ad illam debilitatem attinet, per hoc sacramentum sit sanatum. Ad quod etiam fortassis proficiebat unctio, qua utebantur (teste B. Dionysio) Apostoli, ungentes corpora defunctorum: ut propterea corpora sic uncta oleo, quodam modo aptata essent ad resurrectionem. Quod ergo dixit B. Iacobus; *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei*; loquitur de actualibus peccatis, quæ etiam uerè remittuntur si deuotè hoc sacramentum recipiatur, nec ullus ponatur obex: sicut & alia sacramenta hunc effectum operantur. Sed reuera non est proprius hic effectus sacramenti huius, sed illum ipsum quem paulo antè diximus.

Est igitur uerè hæc sacra unctio sacramentum: & rectè dicitur extremæ unctionis. Neq; enim nisi laborantibus ad mortem dari debet, ut Concilium Florentinum docet. Porro eius materia est oleum benedictum: & eius minister, siue ministri legitimi, sacerdos aut sacerdotus. Et eius forma preces, iuxta ritum sanctæ Romanæ ecclesiæ: quanquam aliquæ ecclesię alia uerba habeant, quæ non sunt temerè respicienda. Satius tamen esset unam esse formam omnium ecclesiarum, cum nullam uideamus huius uariationis utilitatem. Est autem & hoc sacramentum reiterabile per accidens, si fortè sanetur infirmus: quoniam antiqua illa debilitas mētis manet manente corpore, & donec soluatur omninò à corpore mortis huius.

*Confitemini ergo alterutrum peccata uestra* &c. Græca lectio multò uerior, non habet; Ergo; nec aptè quidem inseritur: quia hoc præceptum non rectè


rectè educitur ex superius dictis: sed alloquitur generaliter omnes, ut inuicem confiteantur peccata. Negat Caietanus & hæretici, hic loqui B. Iacobum de sacramentali confessione, eò quòd dicat, Confitemini inuicem. Nō autem fit inuicem confessio sacramentalis: quia nō omnes sunt sacerdotes. Loquitur ergo hic Apostolus (air ille) de confessione illa qua mutuo cōfitemur nos esse peccatores: & de confessione mutua errorum pro mutua reconciliarione, & perimus orari pro nobis. Verū, meo iudicio, non est hic sensus illustris, nec dignus apostolico spiritu. Huiusmodi enim inuicem confessio ut cōfiteamur in genere nos esse peccatores, superflua est. Nam uel nobis tacentibus res ipsa per se abundè clamat. De erratis uerò nostris qui offendimus, non satis inuicem est confiteri. Nam sæpenumerò requiritur & satisfactio, si uel fama læsa est, uel quouis modo persona. Nihil autem prohibet intelligi de confessione sacramentali id quod dixit; *alterutrum*; seu inuicem: quoniam hoc intelligendū erat iuxta subiectam materiam, & seruato ordine. In huiusmodi quippe generalibus sermonibus ita est aptanda intelligentia, ut nihil absurdi sequatur. Sic etiam poterat dicere: Sacrificate pro inuicem, ut ad eos qui sacrificandi potestatem habeant, aptetur sermo. Profectò nimis friuola sunt eiusmodi commenta, & gratis meditata, non ferenda certè in his qui sensum ecclesiæ iuuare, nō aduersariorum tenebantur. Quid enim periculi erat intelligere B. Iacobū loqui de sacramentali confessione, cum iam ipsa esset instituta à CHRISTO, & iā cępta esset obseruari, ut nemo (si uelit esse Catholicus) debet ambigere?

*Et orate pro inuicem, ut saluemini.* Benè dixit B. Ambrosius quodam in loco: Si pro te rogas tantum, pro te solus rogabis. Si autem pro omnibus rogabis, omnes pro te rogabunt. Et ratio est, quia non meretur aliorum orationes pro se: & iccirco solus inuenitur orare. Et cum Dominus duos uel tres conuenire uelit in nomine suo, & hos promittit se auditurum, planè consequitur eū qui solus orat, nō audiri; *Multū enim ualet de precatio iusti assidua*: Si quis uerè est iustus, nō solū modo pro se orat, sed & pro alijs, quoq; deprecatur. Deprecatio enim, propriè est quæ malū

orat à se auerti. Iustus autē malum proximi ut suū proprium considerat, recognoscens commembrū unius & eiusdē corporis. Orationis aut commendatur assiduitas: quia maiestas Domini & beneficiorum largitas talem requirit.

*Elias homo erat similis* &c. Animat ad orationem magno illius excellentis prophetæ Elię exēplo, qui rem magnam petijt orando bis, atq; obtinuit. Primū ne plueret: secundò ut plueret. Nota est historia. Et ne quis diceret: Magnus erat ille uir Elias, ideò obtinuit, cū quo nos minime cōferendi sumus. Respondet fuisse Eliam illum hominem, sicut nos sumus, & similibus ( ut græca uox ὁμοιωθῆς, sonat) affectionibus obnoxium. Non tamē propterea uoluit dicere, tantū habere momenti apud Deū cuiuslibet iusti oratione: sed ne ullus debeat se adeò demittere, ut desperet se posse pro suo gradu Deū exorare, cū petierit deuotè, & quæ sint opportuna: quoniam Dominus promittit omnibus iusta petentibus & iustè, se postulata esse omninò largiturum.

*Fratres mei, si quis errauerit ex uobis* &c. Magnū sanè est hoc præceptū, & omni acceptione dignissimū, cū sit adeò honorabile, & tantam afferat utilitatem, & meritò. Sed nullus potest intelligere, nisi qui animæ humanæ dignitatem cōsideret. Hanc item nemo potest considerare, nisi qui cogitet pretij quo redempta est, excellentiā: hic est sanguis CHRISTI. Magnū ergo & honorabile opus facit, qui aberrantem à ueritate animā ad ueritatē, ne perdat, reduxerit. Vnde & meretur operari sibi multitudinē peccatorū, quod charitati debetur. Reducit autem homo aberrantem à ueritate, illum maximè qui sanam doctrinā non retinet: & secundò qui & si sanam retineat, sed ueritatem Dei in iniustitia detinet. Quisquis igitur præceptū hoc audit tanti Apostoli, accingatur, animetur, ut rem hanc magnam efficiat, ut ipse saluus fiat. Nec enim deest hodie materia, cū plenus sit mundus hæresibus & scandalis: quæ multifariam in bonum uertuntur electis & iustis.



## ARGUMENTVM IN PRIOREM EPI

STOLAM B. PETRI APOSTOLI.



**B**EATISSIMVS APOSTOLORVM PRINCEPS PETRVS, ET PECULIARIS Circuncisorum Apostolus, exhortatoriam scribit epistolam Iudæo-christianis per Asiam dispersis, ut eos in suscepta euangelij ueritate, & afflictionum tolerantia confirmet. Primum quidem gratias agit Patri, qui per CHRISTVM nos ad eternam felicitatem uocauit, modo redemptionis nostræ agnito pretio priores concupiscentias repudiamus, & inстар puerorum purum euangelij lac in omni simplicitate concupiscimus. Deinde dignitatem Christianorum ostendit, inter quos Deus uerum & regale sacerdotium constituit. Propterea obsecrat ut moribus inculpati apud infideles uitæ cursum teneant, omnibus honorem, & officia cuique debita reddentes: iniurias uero immerito illatas exemplo CHRISTI patienter ferant. Viros ac mulieres sui officij pro conditione personæ commonefacit: & passim omnes, qui neminem prorsus recte agendo timere debeant. Figuram baptismi in quo renouamur, arcam Noe proponit, ne ulterius ueteribus delictis, sed orationibus, & charitatis, maxime erga hospites, operibus uacare uelint. Postremo hortatur in pastoralis status existentes, ut gregi diligenter ac spontaneè provideant: quibus uult iuniores cum omni humilitate esse subditos. Quæ omnia ut præstare possint, ad sobrietatem atque uigilantiam eos animat, ad resistendum rugienti leoni Diabolo ad nostram perniciem semper uigilanti. Epistolam Romæ (ut uolunt) scriptam per Syluanum misit.

# COMMENTARIA

## IN EANDEM EPISTOLAM

B. PETRI APOSTOLI.



**P**ETRVS APOSTOLVS IESV CHRISTI, Electis aduenis dispersionis Pontij, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & asperisionem sanguinis IESV CHRISTI, Gratia uobis & pax multiplicetur.



**H**ÆC SALVTATIO DE more primò notam facit personam scribentis, ut auctoritatem ipsius ostendat, tum à nomine proprio, tum ab officio. Nomen enim proprium; Petrus; ab ipso CHRISTO impositum, tamquam qui designatus erat caput & stabile fundamentum ecclesiæ: sic enim illi dictum fuit, Tu

es Simon filius Iona: tu uocaberis Petrus. Et iterum iuxta nomen hoc sibi inditum, dictum est illi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. Indicat etiam se ipsum ab officio; Apostolus IESV CHRISTI; tanquam ab eo missus ad publicandum euangelium. Hoc erat apostolatus officium, ut sæpius dixi. Et tanquam Apostolus circuncisionis specialiter scripsit ad eos qui erant Iudæi. B. Iacobus hoc merito concessit B. Petro ad eosdem scribens, qui noluit se insinuare eorum Apostolum, cum tamen esset specialis eorum Episcopus.

Electis aduenis, dispersionis. Hic indicat personas ad quas scripsit, non ex proprio certo nomine, cum essent plurimæ, sed quibusdam notis indicantibus. Vocat enim primum aduenas Pontij, Galatiæ &c. Iudæos ergo proculdubio intelligit, non autem ut quidam uolunt, Gentiles profelytos: sed uerè Iudæos, qui ex antiqua dispersione in locis illis habitabant ut aduenæ, non ut ciues. Tales deberemus esse nos omnes animo & cogitatione, & ut aduenas & peregrinos in hoc mundo nos æstimare: cum non habeamus hinc ciuitatem permanentem, sed futuram inquiramus. Qui si tales fuerimus, B. Petrus Papa & summus

summus Pontifex & Apostolus CHRISTI ad nos peculiariter scribit, & uocat electos.

Ut autem clariorem possimus intelligentiam consequi: attentè cõsiderandum est uocem hæc; Electus; uno modo, & non uno modo sumi in scripturis. Dico uno modo generaliter, Electus enim is dicitur, qui ex pluribus, reiectis alijs, ad aliquid eligitur, id est, ad aliquam functionem, siue ad aliquem finem. Porro cum plures sint & diuersæ functiones, fines item uarij ad quos aliqui eligi possunt: ob eam considerationem non uno modo (ut dixi) sumitur electio, sed diuerso & uario pro diuersitate finium ac uarietate.

Hæc autem diuersitas uel ab ipsa materia, de qua est sermo, declaratur: uel aliquo modo ex ipsis uerbis. Primò igitur electi illi dicuntur, quos dicimus etiam prædestinatos. Et hi sunt eminenter electi: quoniam ad finem ultimum sunt præficti, hoc est, præ alijs dilecti & absoluta uoluntate ad æternam gloriam ordinati. De his enim dicit Dominus: Ut in errorem, si fieri potest, inducantur etiam electi. Et iterum eodem loco: Sed propter electos breuiabuntur illi dies. Et B. Paulus ad Ephesios ait: Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi,

Verum interueniunt & aliæ Dei electiones, non tamen ad illum sublimem finem, nec pari modo: quamuis uniuersaliter ad illum finem tendant. Exempli gratia: Ipse Dominus dixit. Nonne uos duodecim elegi, & unus uestrum Diabolus est? Hoc certè non intelligitur de superiore electione, uidelicet ad æternam uitam, à qua impossibile est eum excidere, qui ad illam ea firma deliberatione electus fuerit. De electione igitur ad Apostolatam intelligendus est ille sermo, quæ complectebatur etiam Iudam proditorem, qui iam Diabolus erat effectus. Quantum igitur ad priorem electionem attinet, ut significaret exclusum esse Iudam, dixit aliquando. Non de omnibus uobis dico: scio enim quos elegi. Cum igitur hic uocet electos aduenas, cumque ad aliquid electos oporteat intelligere: in ea quidem sententia ut electos eos uocet, non quidem primo electionis genere, cuius notitia est solius Dei, sed de electione ad audiendum euangelium CHRISTI, quæ magni omninò erat faciendæ.

Nam nedum omnes digni erant, sed contra multum indigni. Quapropter prohibebatur B. Paulus loqui uerbum in Asia: & à Bithynia etiam amotus est ne ibi prædicaret. Electi aut fuerunt Thesalonicensis & Philippenes ad salutarem fidei auditum. Hac ratione B. Paulus statim à principio epistolæ quam ad eos scripsit, hanc electionem commemorat, dicens: Scientes fratres dilecti à Deo uestram electionem &c. Non enim aliam electionem sciebant, nisi illam ad audiendum Dei sermonem: qua in re fuerunt priores multis alijs populis.

Ad rem igitur nostram redeuntes, credimus B. Petrum de hac electione, quæ nota esse poterat, loquutum esse, non de illa quæ abscondita est. Non enim sit uerissimile cunctos, ad quos lo-

quebatur, fuisse prædestinatos. Pontij, Galatiæ &c. Notæ sunt huiusmodi prouinciæ, & in eis B. Petrum prædicasse non est dubium, quod B. Hieron. admonet. Istud attentius ponderandum, uehementerque deplorandum, ubi olim regnabat fides Redemptoris, nunc omninò exulare. Metuendum quippe est ne & Sol ueritatis à nostris oris tandem recedat, quas hæresibus implet semen serpētis Diaboli una parte: & ex altera flagitiorum & peccatorum omnium turpitudine & impunitate. Attamen cum CHRISTVS non absque habitatione quiescere possit: aliò cursum uertet radiorum, & inueniet mansionem suam, postquam sic illum ingrati, qui delectamur tenebris, à nobis expellimus. O miseris prorsus qui sine IESV sunt, aut erunt: quoniam sine salute. O felices qui eligentur de nouò, & similes his electis Domino seruiunt.

Secundum præscientiam Dei Patris; Præscientia in scripturis in bonam partem accipitur. Idem est enim præscire, quod præ alijs diligere: ita ut electos eos uocet secundum præscientiam, non qui prius dilexerint, & mererentur: Sed quia mera Dei dilectione segregati sunt, & præ alijs electi ad auditum euangelij, Et ut finem auditus intelligerent, ad quem ordinabatur illa electio, subdit. In sanctificationem Spiritus; Sanctificatio spiritus est illa prima iustificatio, quæ per fidem uiuam purificat corda. Sic enim spiritu dicimur renasci: quia Spiritui sancto tribuitur uiuificatio, quemadmodum & cuncta dona spiritualia. Vel sanctificationem spiritus intelligit: quoniam ipse spiritus noster est qui sanctificatur. Vnde Dominus: Qui natus est ex Spiritu, spiritus est. Fit autem hæc sanctificatio per aquam. Sed abluti estis, inquit Apostolus, sed sanctificati estis, hoc est, à priore immunditia, quæ nos omnes tenebat infectos, absterfi per donum Spiritus animas uestras mundificantis. Et si quis insuper quærat finem huius nostræ sanctificationis ipse perspicue ostendit.

Inobedientiam & asperisionem sanguinis IESV CHRISTI; Absque illa sanctificatione priore nemo poterat obedire præcepto charitatis. Lex enim charitatis non erat in cordibus immundis. Postquam autem mundi facti sumus, & scripta lex est in cordibus nostris, facile charitati obedimus; præsertim cum assidue illo aspergamur sanguine, ut quod reliquiarum est immunditiæ & peccati propter carnis concupiscentiam assiduam, etiam assidue ea purgetur & abiciatur per hæc asperisionem. Hanc & uidit post peccatum rex ille, quæ prosperitas & otium ad scelus pertraxit, & illam implorabat, aiens: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor. Hanc asperisionem sub figura nobis repræsentauit Moyses, cum accepit sanguinem hircorum & uirulorum, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo; & asperisit populum dicens. Hic sanguis testamenti &c. Heb 9. Sic & nos habemus uerum sanguinem noui testamenti, quo assidue emundamur ab effluentiis quotidianis nouis culpæ maculis.

Gratia



*Gratia uobis & pax multiplicetur; Hęc est saluatio, qua explicatur desiderium plenioris gratiæ. Gratia enim tametsi qualitas sit quædam supernaturalis, potest tamen intendi, ac remitti. Gratia. n. appellatio frequentissime. donum illud intelligitur, de quo disputant Scolaſtici, an sit idem quod charitas. Quod mihi quidem longè probabilius esse uidetur, ut aliàs dixi. Similiter pacem illis optat multiplicari, idest, augeri ac perfici, quæ sequitur ad charitatem, & est fructus ipsius spiritus. Pace enim comparata quiescit anima sponſa, & ait: Inueni quę diligit anima mea: Tenui eum, nec dimittam. Hęc est pax quæ exuperat omnem sensum, & quam mundus dare non potest. Sed qui accipiunt, sciunt, & certi sunt: licet quidam incertitudinem gratiæ beatificent, ut nona nobis beatitudo prædicetur, et hoc uobis lucrum apponant, & addant super euangelium. Dominus Deus ostendat eis seipsum, ut certi sint, & in seipsis experiant quod negant.*

Cant. 3.

Philip. 4.

Benedictus Deus, & pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem IESV CHRISTI ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conseruatam in cœlis in uobis, qui in uirtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo: in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in uariis temptationibus: ut probatio uestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudē & gloriā & honorē in reuelatione IESV CHRISTI, quem cum non uideritis, diligetis: in quem nunc quoque non uidentes creditis: credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum.

*Benedictus Deus; Hic incipit epistola. Hęc uox; Benedictus; cum in Deum dirigitur, uox est laudis, & gratiarum actionis. Vocat autem illum Deum & patrem Domini nostri IESV CHRISTI. Et si enim sit Pater omnium, & Deus omnium: insigniter tamen atq; eminenter & singulariter est Deus, & est Pater IESV CHRISTI. Deus quidem illius propter eminentem spiritus gratiam, quam ei absq; mensura donauit. Pater autem propter gratiam ineffabilis unionis naturarum in æterna hypostasi soli CHRISTO datam. Quare distinctè Dominus, ut & elegantissimè B. Augustinus aduertit, dixit: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum; ac si expressè dixisset. Patrem meum & Deum meum, non eo modo quo est pater uester: sed primò ac maximè & singulariter meus est Deus & Pater: uester autem pro-*

104. 20.

pter me, qui insititij estis & incorporati in me. Qui secundum misericordiam suam magnā &c. Sunt multæ Domini misericordiæ: sed illa ante omnes est magna, qua nos transfert à morte ad uitā. Illā implorabat q; clamabat: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Ideò ait: Regenerauit nos; idest, iterū generauit generatione spiritali. Primò enim genuit nos in Adam, qui & ipse in CHRISTO genitus fuit. Sed cum in eo mortui essemus propter peccatum, oportuit nos transferri in CHRISTVM, & in illo iterum generari per aquam. In quo beneficio summa Dei relucet erga nos misericordia. Regeneratio autem ista est; in spem uiuam: quoniam nondum re ipsa obtinemus filiorū hæreditatem. Si quidem nec ipse Adā in statu incorrupto positus, illam obtinebat. Quantum igitur ad spem attinet, in eandem reuiximus, & ad hoc regenerati sumus, ut eam teneamus usque in finem. Dicit autem spem uiuā, quam scilicet bona opera comitantur. Aliàs qui peccator est, & in peccatis sordescere nō desistit, quid sperare potest, nisi æternam mortem, nedum uitam beatam? Spes enim quam scriptura commendat, in sanctis ipsius charitatis operibus, & obedientia mandatorum innitur.

*Per resurrectionem IESV CHRISTI; Hęc spem nobis illius resurrectio, quę fuit in nouam uitam, obtinuit. Si enim non resurrexit CHRISTVS, ait B. Paulus, inanis est fides nostra. Surrexit igitur CHRISTVS & uiuit, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et hoc uoluit docere B. Petrus dum ait; in spem uiuam, scilicet ut iustificationem interim operemur, sperantes nos tandē perfecti in patria, qui nunc peregrinamur in uia; In hæreditatem incorruptibilem &c. Illa æterna hæreditas his tribus decoratur prærogatiuis. Primò, n. est incorruptibilis, ut quæ nunquam amittetur. Tum est incontaminata: quia nihil habet admixtum mali, aut æris alieni. Tertiò est & inaccessibilis: quando quidem nullo situ, aut carie, seu erugine ullam unquam cōtrahet spurcitiam, aut putredinem; Conseruatam in cœlis; idest, tantisper absconditam, seruatam tamen; in uobis; aut potius erga uos, idest, paratam pro uobis; Qui in uirtute Dei custodimini per fidem; Ut nemo potest sua uirtute renasci, ita nemo sua uirtute se renatum cōseruare potest. Ipsa Dei uirtus est quæ uos licet non sine uobis, conseruat per fidem illam quæ uiuens operatur per charitatem. Custodimini ergo uos in hac spe per fidem ad acquisitionem salutis perfectæ. Hoc est quod subiunxit.*

*In salutem paratam reuelari in tempore nouissimo; quando adueniet Dominus. Interim tamen quilibet qui ex hac uita decedit in Domino, gustat eam secundum spiritum, non secundum corpus. Ideò non est perfecta fœlicitas: In quo exultatis, modicum nunc si oportet contristari in uariis temptationibus; Audi hæretice qui omnia super ipsum CHRISTVM imponis onera: & non uides etiam in CHRISTO innocentes, oportere contristari*

1. Cor. 15. Rom. 4.

contristari, hoc est, affligi & participes esse crucis, & uariarum tentationum, licet momentanearū, si uolumus esse gaudij cū illo sempiterni & exultationis participes. Hęc est lex Redemptoris, quam claris uerbis tulit: Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum &c.

Luc. 22.

*Ut probatio uestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione IESV CHRISTI; Auro quod per ignem probatur, comparatur fides nostra, si fuerit similiter examinata & explorata per ignem. Auro autem aptissime comparatur: quia hoc genus metalli cæteris est pretiosius. Verum cum minime ignoraret quàm longa esset inter fidem probatam, & aurum probatum distantia, addidit; multo pretiosior auro; Aurum enim uilis est creatura, & rubra quædam terra, sola hominum æstimatione ac lege pretio æstimatum. At fides spirituale metallum est, cui nihil eorum quæ uidentur comparari possit. Quamobrem de re incomparabili nihil amplius est dicendum. Sensus est ergo, Ad eū finem à Domino Deo patre clementissimo permitti afflictio est seruos suos insurgere, ut probe tur eorum fides, ut probata reddatur præprior, & illustrior inueniatur in laudem, & honorem, & gloriam in aduentu Dei. Quo tempore qui restiterint, & superauerint, & uictorese uaserint aduersus Diabolum, mundum, & carnem, mirificè commendabuntur, & laudabuntur ab ipso Deo, & Angelis eius, & honorificabuntur, & erunt uera gloria conspicui, quæ erit à Deo, & à cunctis dilectoribus ueritatis. Ita Patrem facturum pollicitus est Dominus uiro huiusmodi, ubi ait: Honorificabit eum Pater meus, qui in cœlis est.*

104. 12.

*Uideri licet inter Christianos numerosam quorundam fœcordiam hominum turbam, qui regnum cœlorum lucrari uellent in crocēis & delitijs, & sine ullo proſis certamine ac pugna more ignauorum atq; effeminatorum militum. Sed reuera non tam pulchrum esset, neq; eouſq; optabile, quā dū illud nostra aliqua uirtute meremur, ut rectè docet B. Thomas: & ipsa summa Dei Prouidentia sapientissime disposuit. Nā & propter passionem, & mortis toleratum supplicium, Redemptor noster & dux præstantissimus CHRISTVS gloriosior redditus est & honoratior, qui sua uirtute & prælio, ut sæpe testatur Apostolus, aperuit sibi cœlum. Neq; uerò si & nos aliqua nostra uirtute obtineamus coronam, propterea (ut noui illuſores calumniantur) extenuatur gloria CHRISTI: quin sublimior potius & magnificentior prædicatur. Nos enim uerè & ingenuè confitemur omnem nostrā uirtutem, qua hostes tam infensos superamus, mundum, carnē, Diabolum, ab illo esse.*

*Quem cum non uideritis; oculo corporis diligitis; dilectione à Deo donata; In quem nunc quodque non uidentes creditis; CHRISTVM ipsi quidem non uiderant, utpote qui ab oculis mortalium iam sese in cœlum recepisset; credebant tamen in eum, in quem suæ fiducia spem certam projicie-*

bant. *Credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata; Audiant hæc uerba quicumque certitudinem gratiæ inficiantur, quo nimirum pacto cum incertitudine queant hanc exultationem, & inenarrabilem & glorificatam lætitiā coniungere, quam profectò, ut uerè ait Caietanus, nemo nouit nisi qui accipit. Vocat autem meritò glorificatam lætitiā: quoniam arrha quædam est, & inchoatio gloriæ, præcipuè in perfectis. Reportantes fructum fidei uestræ, salutem animarum uestrarum; Hic est eximius & integer fructus. Alioqui quid prodest homini si uersum mundum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur? Egregiè autem dicit fructum fidei: quia fides est radix omnium bonorum operum, ex quibus meremur præmium. Sine fide, n. impossibile est placere Deo. Ipsa est ianua per quam ingredimur in uineam ad laborandum, & tum ad percipiendū præmium.*

Matth. 16.

De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt propheta, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, uel quale tempus significaret in eis Spiritus CHRISTI, prænuntians eas, quæ in CHRISTO sunt, passionēs, & posteriores glorias: quibus reuelatum est quod non sibi metipsis, uobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt uobis per eos qui euangelizauerunt uobis, Spiritu sancto misso de cœlo: in quæ desiderant Angeli prospicere.

*De qua salute exquisierunt &c. Sensus satis clarus est. In omnibus prophetis annūciatus appareret quidā salutis dies & per Messiam, qui erat promissus in lege. Sed ipsi propheta, utpote proprio spiritu cōstantes, expectabant suis oculis illum uidere. Vnde Dominus: Multi reges & propheta uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & per illum promissam gratiam & salutem, præcedentibus tamen prius passionibus & uictorijs, per quas triumpho gloriosi uenerent. Et cum scrutaretur, & à Spiritu postularēt, in quod & quale tempus hæc inciderent, reuelatione acceperūt quomodo non sibi ipsis eā ministrabant, sed posteris. Per euangelicam quippe & apostolicam prædicationem per Spiritū de cœlo missum instructam hæc mysteria pateſcere debebant; In quem (sic legitur in quibusdā latinis codicibus) desiderant Angeli prospicere; Et de Spiritu sancto uidetur esse sermo, in quem prospicere, dici possint Angeli desiderare. Verum græcè emendatius; In quæ; legitimus, non; In quem; ut afflictiones & glorias quæ per euangelium ueniunt significaret. Nam & Angelis facti sunt spectaculū athletæ CHRISTI quum decertabant, & Diaboli munitiones expugnabant, ut B. Paulus testatur. Spectaculum facti sumus Deo, & Angelis, & hominibus.*

Luc. 10.

Propter

Propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur uobis, gratiam in reuelatione IESU CHRISTI, quasi filii obedientiae, non configurati prioribus ignorantiae uestrae desiderijs: sed secundum eum qui uocauit uos, sanctum: ut & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si Patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus: in timore, incolatus uestri tempore, conuersamini.

Postquam praemisit futuram gloriam, quae eum non ueniat absque certamine, ad ipsum certamen uehementer hortatur & ait; Propter quod succincti lumbos mentis uestrae; Ut corpus, sicut etiam animus & mens lumbos suos habet, in quibus naturalis concupiscentia intelligitur, quae studet, nisi uinciatur, placere carni. Itaque concupiscentia haec debet quasi cingulo quodam arcto praecingi atque coerceri. Cingulum uero iustitiae est, & ueritas fidei, quae prohibet ne ullus prodeat a mente consensus aduersus legem Dei. Haec sunt arma nostra, nimirum iustitia & fides, quibus succingimus lumbos, & sobrii atque temperati sumus, respectu eorum quae sunt carnis.

Sobrii (inquit) perfecte sperate; Contra uanam eorum spem qui libidinibus fraena laxantes, uirtutum tamen praemia sperare audent. In quorum ore semper obambulat ad dissimulanda peccata iste sermo. CHRISTVS super se, aiunt, posuit omnia crimina nostra; In eam quae offertur uobis gratiam; Si a Deo offertur, credibile est ut omnino illam dare uelit. Offert autem etiam non praedestinatis. At nunquid eo animo ut minime illam dare uelit, sed eos potius illudere? Id uel cogitare horrendum est. Quod tamen asseuerant quidam, sed parum modum pie ac sobrie.

Quasi filij obedientiae; Hebraica phrasia est. Qui non obedit patri, filius obedientiae uocatur, quasi per obedientiam suam ius paternae hereditatis acquirens; Non configurati prioribus ignorantiae uestrae desiderijs etc. Idest, tales qui non referatis eos qui paulo ante eratis, cum tenebamini desiderijs uestrae ignorantiae: sed quasi alios, qui aliam consequuti estis effigiem; secundum eum, qui uocauit uos, sanctum; Hic est CHRISTVS & uere sanctus, quem Pater singulariter sanctificauit. Ut & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum; Haec ergo sunt CHRISTI uerba, & ad hoc ipse sanctificatus est, ut & nos per illum sanctificari remur ad eius imaginem transformati. Portamus autem ante imaginem terrestrem, portemus & nunc imaginem caelestis: & liberati ab inimicis nostris, seruamus illi absque timore, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Et si Patrem inuocatis qui sine acceptione personarum

iuudicat etc. Magna est profectio uis in hac oratione: & sensus clarus est. Si enim, inquit, inuocatis Deum sub hoc nomine; Pater; ut nos Dominica oratio instruit: & ipse iudicat sine acceptione personarum secundum uniuscuiusque opus. Opera enim sunt quibus redditur aut merces, aut supplicium: & ipse hac in re nemini parcat, nec considerat Iudaeus ne sit, an Gentilis. Cum, inquam, ita sese ueritas habeat, debetis in timore conuersari hoc incolatus uestri tempore, hoc est, dum estis aduenae & peregrini in hoc mundo. Hic timor a Dei amore descendens, & quem ipse a nobis exigit, primum Dei respicit offensam, quam super omnia odit: & ob eam causam super omnia meruit ne in illam incurrat. Hic proprius est amor non serui, sed liberi & filij. Filius igitur qui patris timet offensam, timere etiam recta ratione debet quaecumque ex offensa consequi possunt, qualia sunt in primis ipsa hereditatis priuatio, & gehennae supplicium. Quocirca maximo cum timore debemus conuersari in hoc tempore, & ea circumspectione salutem nostram operari, quam nobis saluberrime B. Paulus praescripsit: Cum timore, inquit, & tremore salutem uestram operamini.

Scientes quod non corruptibilibus auro, uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternae traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI, & incontaminati, praecogniti quidem ante mundi constitutionem: manifestati autem nouissimis temporibus propter uos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides uestra & spes esset in Deo. Animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde iuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanentis in aeternum. Quia omnis caro ut foenum: & omnis gloria eius tanquam flos foeni. Exaruit foenum, & flos eius decidit. Verbum autem Domini manet in aeternum. Hoc est autem uerbum quod euangelizatum est in uobis.

Scientes quod non corruptibilibus etc. Maiorem adhuc adhortationi uim addit. Nam beneficium quod accipimus, ut eius magnitudo, aut paruitas pernoscat, a tribus solet considerari. Primum quidem est ipsum donum, utrum pretiosum sit, an uile. Secundum donantis, praeter illo qui recipit, excellens dignitas. Siquidem uel exile donum autoritate ac dignitate personae donantis magnum aestimari ac pretiosum debet. Tertium quod excellit cuncta, est animus promptus, & affectio donantis, quae tum demum uere patet, quando magno suo cum incommodo donat.

nantis, quae tunc demum uere patet, quando magno cum suo incommodo donat. Et istud exprimere uoluit hoc in loco Apostolorum Princeps; Non corruptibilibus etc. Vbi doni primum exponitur magnitudo, quae fuit Iudaeis abstrahi a uana conuersatione paternarum traditionum, quae consistebant in caeremonijs partim inutilibus, quae erant legis Moyses neminem ad perfectum adducit: partim uero in illis noxijs quas ipsi addebant, & Dominus reprehendit. Aut enim erant contra legem Dei: aut errores quosdam omnino corrigendos continebant. Igitur ab illa uana conuersatione esse ereptos, & ad ueram filiorum Dei adoptionem per euangelium euectos, & hoc a Deo uero & uiuo, maximum est beneficium, ut cogitari maius non possit. Porro quod condiuit cuncta & sapidissima fecit, illud est, hanc nimirum redemptionem, & noui status tam digni constitutionem non esse factam medio auro & argento, quae corruptibilia sunt. Quoniam igitur modo Audi & gratus esto audiens, & tantum domum assidue meditare.

Sed pretioso, inquit, sanguine quasi agni immaculati etc. Quomodo addidit; Quasi, cum nos aperitissimè canamus: Ipse enim uerus est agnus?

Peruia est & facilis ista solutio. Si secundum carnalem sensum accipimus agnum: uere nullus eousque reperietur stolidus, qui nesciat Dominum ipsum non fuisse agnum, sed uerum hominem. Dicitur tamē quasi agnus, propter agni proprietates, quae sunt innocentia, & mansuetudo. Nihil enim innocentius agno, & nihil mansuetius. Talis extitit inter homines Redemptor noster. Et eiusmodi consideratione hic B. Petrus ait; Quasi agni: Idem longè ante Isaias praedixit: Quali agnus coram tondente se obmurescet. Et Ieremias: Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. Sin autem spirituale sensum recipimus: CHRISTVS dicitur uerus agnus respectu ueteris figurae, quae in agno illo paschali consideratur, & agnum nostrum representabat uetus agnus. Vnde B. Iohannes Baptista. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi. Merito igitur agnum immaculatum uocat, idest, nulla omnino peccati proprii macula aspersum. Nam & illa uetus figura debuit talis esse, uidelicet agnus anniculus, & sine macula. Vocat & incontaminatum, ut quae nulla ueteris Adae labes attigit, sicut nos alios omnes, excepta una illa VIRGINE Matre Dei semper immaculata, quae in ipso continebatur, qui erant unum os & una caro, pro dignitate tamen cuiusque, & gradu. Et nihilominus propter illam habes sepius in scripturis praecipuum oblationis duorum agnorum. Vide si placet Exo. 26. & Num. 28.

De praedestinatione Christi. Praecogniti quidem ante mundi constitutionem; Hanc praecognitionem ego praedilectionem intelligo. Ipse enim fuit ille Filius unice dilectus, in quo sibi Deus Pater tam bene complacuit, ut omnes quicumque dilecti sunt, in illo, & per illum, & propter illum sint dilecti. Ille ergo in

mente Dei occurrit ( ut ita dicam ) primus;

Ante mundi constitutionem; hoc est, antequam iste mundus, reliqua scilicet eorum pars qui adoptandi erant, ordinarentur. Nam nedum post ipsum, sed per ipsum, & in ipso fuerunt ordinati; quemadmodum iam a nobis declaratum est in illa quae ad Ephe. 1. cap. Et adhuc uberius in opusculis De eximia praedestinatione CHRISTI; Manifestati autem in nouissimis temporibus propter uos; Quare potius dixit propter uos, quam propter nos? Nonne & propter ipsum Petrum, & Apostolos manifestatus est CHRISTVS? Cui dubium? Itaque nondixit de se & sui similibus, cum esset res clara factis: sed dixit propter uos, ut se non exclusos esse a salute intelligerent. Hoc idem declarauit B. Paulus dicens: In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis etc. Propter uos qui per ipsum fideles estis in Deo; Per ipsum CHRISTVM fideles sunt quicumque sunt. Nam de illius spiritu accipimus: & ita sumus in Deo, idest, continemur in illo. Qui enim in CHRISTO est, etiam in Deo est qui suscitauit illum a mortuis, & fecit gloriosum; Ut & fides uestra & spes esset in Deo; Hic fructus resurrectionis eius in nobis: quia ex fide cognoscetes illum ut Caput nostrum a Deo suscitatum, speramus certò, & nos ut eius membra, iri suscitatos ad gloriam sempiternam, salua semper debira proportione capitis ad sua membra, quam nobis B. Paulus tractans resurrectionis mysterium in epistola ad Corinth. per uia omnibus similitudine declarauit, aiens. Alia claritas Solis: alia claritas Lunae: & alia claritas stellarum. Stella enim a stella in claritate differt: sic erit & resurrectio mortuorum. Redemptor noster ut B. Gregorius docet, mortem suscepit, ne mori timeremus. Ostendit resurrectionem, ut nos posse resurgere confidamus. Et hanc spei fiduciam habemus per illum in Deo repositam.

Animas uestras castificantes etc. Graeca lectio aliter habet, ueluti si eorum statum declarans, dixisset: Qui castificatis animas uestras in obedientiam ueritatis per spiritum. Etenim anima non castificata spiritu, idest, non munda per fidem infusam a spiritu, & consequenter a terrenis affectionibus perturbata, non potest ambulare secundum ueritatem fidei: quae ueritas tota resoluitur in amorem fraternitatis. Omnes enim in CHRISTO fratres sumus, & ipse hoc summum & unum praecipit nobis, ut diligamus fratrem, sicut ipse dilexit nos, qui & uitam dedit pro nobis. Hic amor debet esse simplex, ut non propter te ames fratrem, sed propter Deum. Quapropter admonet ut ex corde diligant, non solum uerbo & lingua. Et item attentius: quia qui hoc perficit, legem totam impleuit. Qui enim fratrem propter Deum amat, praecipue Deum qui ita praecipit, amat.

Renati non ex semine corruptibili; Per hanc dilectionem fratris nostram regenerationem conseruamus: Alioqui non diligens fratrem, manet in morte, quae admodum testatur Dilectus. Hic D D d ostendit

Matth. 15.

Philip. 1.

Ephe. 1.

1. Cor. 15.

Isa. 53.

Ierem. 11.

Ioh. 1.

De simplicitate amoris.

ostendit qualis sit nostra regeneratio, & natiuitas noua in CHRISTO. Quale autem quidque sit, ab eius origine agnoscitur. Cum ergo semen unde tales sumus, sit semen incorruptibile, scilicet uerbum Dei, etiam ipse fructus erit incorruptibilis, & permanens in æternum. *Quia omnis caro foenum; Vocat carnem ipsum hominem, ut est animal, & species quædam animalis. Hic igitur homo foenum est & corruptibile & marcescibile, & interim cibus bestiarum, id est, immundorum spirituum, donec caro est. Verum cum nimium uideretur, hominem absolute foeno comparari: quoniam multi uisi sunt in hoc mundo magni & gloriosi ob scientiam, ob fortitudinem & potentiam regnantes, & orbi dominantes, adiunxit; Et omnis gloria eius tanquam flos foeni; Foenum cum succiditur, exarefcit, & flos ille continuo decidit: & uerè ita est. Quam copiosus ex his uerbis sermo homini uel infacundo facile suggereretur ad ponendam ante omnium oculos uanitatem, & hominum quorundam amentiam, qui tanta cupiditate ad opes & honores flagrant, quæ tamen tanta uelocitate flaccescunt. Quid ergo, ne pereamus, faciendum, nisi ut maneamus in semine quod est uerbum Dei, quod manet in æternum? Nam ut ipsum celeste est, & tamen factum est caro: ita & nos qui caro sumus in eo manentes, ex eo quasi ex semine celesti euademus coelestes.*

CAP. II.



**D**E PONENTES Igitur omnem malitiã, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes rationale & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autè electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per IESVM CHRISTVM. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum non confundetur.

Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autè, Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuncietis eius qui

de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei: nunc autem populus Dei. Qui non consequuti misericordiam: nunc autem misericordiam consequuti.



**D**E PONENTES igitur omnem malitiã &c. id est, postquam malitiã depoluitis: iam enim eos dixerat castificatos corde. Sed quoniam qui recentibus renati sunt, adhuc sunt imperfecti, & de ueteri fermento non nihil retinent, optima ratione illos hortatur ut renouati, iterum atque iterum & assidue renouentur de die in diem, deponendo omnem malitiã, aut potius nequitiam: quæ significat otiositatem ac tædium, & fastidium operis; Et omnem dolum: quo frater decipitur, qui comitem habet simulationem; Et omnes inuidias; Ponit plures inuidias: quia plura sunt bona & temporalia, & spiritualia, quæ respicit qui inuidus est. Non est autem nisi merè stulta ea inuidia, quæ fertur in aliquem propter bona temporalia, cum non sint uerè bona. Propter spiritualia autem inuidere, diabolicum est, neque caret perfidia. Si enim uerè Sanctorum crederemus communionem, nulla profecto nos caperet inuidia propter ea bona, quorum participes sumus. Cui autem ab inuidiæ fonte detractiones oriuntur, iccirco addit; Et omnes detractiones; De cuius peccati gravitate sæpenuerò diximus.

Sicut modo geniti infantes, rationale & sine dolo lac concupiscite; Habet enim se uita hominis spiritualis ad modum uitæ carnalis. Vtraque indiget nutritione: nec tamen omnis cibus cuiuslibet ætati cõuenit. Est enim primus cibus hominum lac: ut cum creuerit ætas, dentesque & fauces ad manducandum solidiorem cibum idoneæ factæ fuerint, tunc ablaçtentur, & cibus solidior offeratur. Duo igitur cum sint uitæ christianæ cibi, unus quidem mollis & dulcis, ueluti lac: alter uerò solidus & amarior, ut sit opus dentibus fortioribus. Primus est recenter natis offerendus, qui consistit in meditatione eorum bonorum & quæ in hac uia recipimus, & quæ speramus in futura. Quo cibo si assidue nutrimur, crescimus, & efficitur ad alium cibum fortiorem idonei, qui reconditus est in afflictione crucis & flagellorum, quæ non qui perfecti sunt, cupiunt amore Dei sufferre, ut fiant similes Verbo Dei: & cum accipiunt, interius gaudent. Est enim homo ille qui foris est ingemiscat (non enim aliud potest) qui tamen interior homo est, impinguitur & gaudet. Lac igitur illud concupiscere non aliud est, quam ex imperfecto ad perfectum tendere, & crescere in salutem, id est, ad finem salutis perfectæ, ut fiat perfecta ablaçtatio.

Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus; id est, Si modo lac ipsum uobis placuit, in quo gustatur Domini dulcedo & benignitas. Græcè legitur; Siquidem; quasi hoc affirmetur, uidelicet placuisse; Ad quem accedentes lapidem uiuum; Alia metaphora eorum dignitatem declarat, per

Quam stulta sit inuidia.

Defenditur aduersus hæreticos sacrificium noui testamenti.

per hanc accessionem ad euangelium, quæ fit per fidem. Supponit enim CHRISTVM esse petram, & lapidem uiuum (Nam sic plerumque uocatur in scripturis) & lapidem angularem, super quem ueluti super fundamentum omnes hærentes illi superædificantur: ut fiat ex eis simul charitatis glutino coniunctis, tanquam domus quædam, sed spiritualis: Spiritu quippe compaginatur, & surgit habitatio Dei congrua, qui Spiritus est. Ille autem lapis unus, & primarius, & angularis, utpote in quem duo populi inclinant, ut in angulum duæ lineæ.

Ab hominibus quidem reprobatum: à Deo autem electum &c. Fuit quidem reprobatus ab hominibus, nimirum à Iudæis: sed electus à Deo etiam post illorum reprobationem. Imò propter eorundem reprobationem electus, ut sederet super omnes Virtutes & Potestates ad dexteram Patris, & fieret Sacerdos in æternum. Nec enim debuit hæc noua domus carere sacerdotio sancto. Et ita fuit ille honorificatus, ut quicumque lapides triui per fidem super illum ædificentur, etiam fiant sacerdotium sanctum; Offerentes spirituales hostias; hoc est, semetipsum in spiritu; Acceptabiles Deo; non ex se ipsis acceptabiles quasi ex se, sed per IESVM CHRISTVM Redemptorem nostrum.

Hic insultant hæretici contra sacrificium sacrosanctæ Eucharistiæ, uolentes ita quemlibet esse hostiam Deo & acceptabilem per illam: solum CHRISTI cruentam oblationem, ut quælibet alia oblatio altaris superuacua ne sit. Fuit autem, altare unum factis, uidelicet ipsa crux in qua immolatus est Dominus. Sed ignorare miser, nullam nostram hostiam esse acceptabilem Deo, nisi per illam IESU CHRISTI cruentam commendaretur. Nec considerare uolunt, quò illa cruenta non cessauit, sed assidue præsentatur in conspectu Dei altari per sacerdotes, licet non cruentè, sine cuius memoria ac representatione (sic enim ordinauit Deus) non auferrentur peccata, quæ in nouo testamento iugiter admittuntur. Verum hæc de re & proprio tractatu, & in episto. ad Hæbr. satis scriptum.

Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem &c. Prophetam citat ipsius sermoni attestantem, CHRISTVM esse lapidem uiuum, in quo cæteri ædificantur. Græca tamen lectio sic exprimit; Quapropter & continet in scriptura; Sensus est huiusmodi; Hic lapis cum sit lapis electus & honorificatus, in ipsa scriptura continet, siue amplectitur & excellit. Vox enim græca, & ἐπιέχεται, hoc totum significat, continere scilicet & amplecti, & excellere cæteros omnes lapides: quos omnes ad se trahit, & continet. Ait Isaias: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, & lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Sic enim ibi legitur. Vocat ergo illum lapidem non qualescunque, sed lapidem in fundamentis Sion, id est, inter fundamenta domus & arcis Dei, quæ dicitur Sion: quasi expressè dixerit unum inter alios, qui sit summus

Isa. 28.

& primus lapis, fuisse probatum: quia certauit & uicit. Angularem uerò: quia illi duo parietes Iudæi fideles, & Gentiles adhæserunt incumbentes in eum. Pretiosum uerò, & sui dignitate & meritis æstimatione Patris fami. quia in illo sibi complacuit. Quod autem ait, In fundamento fundatum; eius diuinitatem arbitror & personam significari, quæ erat Deus & Verbum Dei, super quod omnia condita fundantur ac sustentantur. Et illa primæ humanitas deificata, per unionem illam ineffabilem in ea persona. Quod uerò ait Isaias; Et qui crediderit in eum, non festinet; & beatus Petrus; Non confundetur: unum & eundem sensum reddit. Quid est, rogo, non festinet, nisi expectet? Neque enim subito ut accedit homo ad hunc lapidem, perfectam consequitur salutem, ut putat hæreticus, sed potestatem sibi illam operandi obtinet expectando, & spe ambulando. Et quia illa spes non confundit, ideo dicitur; Non festinet; id est, patienter ferat. Adhuc enim grandis illi superest uia: & per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Istud uerè est non festinare: sed expectare absque confusione in spe certa, & minime confusibili.

Vobis igitur honor credentibus. i. Hic lapis est uobis, qui fideles estis, honor uester & gloria. Ille. n. ita est à Deo honorificatus, ut quicumque illi hærent, etiam honorificentur. Siquidem per Spiritum uiuificantem & cõiungentem, unum quodam modo cum illo reddimur. Quæ coniunctio maxime apparebit in futura gloria; Non credentibus autem, id est, recusantibus, & credere nolentibus. Et ad Iudæos primùm hic sermo dirigitur, eorundem principes ac primores; Lapis quem reprobauerunt ædificantes &c. Merito qui reprobant lapidem, & patrem familias, & donum ipsius domus, reprobabuntur: & ipse lapis se in angulum ponet, ut omnis populus queat in illum incumbere. Itaque lapis hic, qui uenerat ad omnium salutem, inuentus est ad scandalum multis & perditionem. Vnde dictus est; Lapis offensionis, in quem pluriim Iudæorum offenderunt; Et petra scandali; quia de cruce scandalum uolentes ac prudentes propter suam ipsorum superbiam acceperunt; His qui offenderunt in Verbum; Ita habet lectio græca, & melius. Offenderunt Iudæi in Verbum, id est, in Filium, in quem nefariam mortem machinati sunt. Hic est hæres, inquit; uenite occidamus eum, & nostra erit eius hæreditas.

Nec credunt, in quo & positi sunt; id est, & adhuc nolunt credere, cum tamen eorum uita sit per adhæSIONEM in illo posita. Et hic aduerte, quomodo non erant à Deo reprobat, sed ad uitam ordinati, si eam non respuissent, & non dilexissent magis tenebras quam lucem. Porro ad eos qui crediderunt conuertens se Summus Apostolorum, ait, Vos autem genus electum; id est, Ab illis incredulis Dei electione propter uestram fidem segregatum. Non est enim sermo de prima illa electione, quæ est per paucorum. Vnde & Deuter. 26. Electus ille populus, & peculiaris Deo dicitur, quandiu seruariet mandata eius. Regale DD d. n. sacerdotum

Notet hæreticos.

Matth. 21.



## 390 COMMENTARIA IN PRIOREM EPISTOLAM

*sacerdotium*; Non dixit regnum sacerdotale, sicut Moses de illo populo, in quo principale erat regnum, cui accedebat carnale sacerdotium. Nunc in oppositum commutata est res, ut sacerdotium spirituale emineat, & regia carnalis potestas accedat, sicut congruum est: quamuis hæretici fremant. Haud enim dubium, CHRISTVM regem fuisse, & sacerdotem, qui bonam confessionem fecit coram Pontio Pilato, dum interrogatus num esset rex, respondit: Tu dicis, quia rex sum ego. Declarauerat autem prius regnum suum non esse ex hoc mundo, sed à Deo. Nec regnum esse sæculare, quod habet pro fine suo uel diuitias, uel gloriam mundi, aut quid tale (Nam hoc regnum cum illi oblatum esset, fugiens recusauit) sed regnum spirituale, cui pro fine uita æterna asseruatur in patria: interim regnum est tanquam in militia. Per sacerdotium ergo intellige potestatem intercedendi, ac (ut ita dicam) mediandi inter Deum & homines per hostias, & munera, & orationes. Nos autem esse sacerdotium non ita stulte intelligitur, ut omnes Christiani sint æquè sacerdotes: quod tamen hæretici luthærana docet. Sed quod uniuersa populi christiani congregatio, quæ est Ecclesia, habet in se sacerdotij dignitatem, & utilitatem. Oportuit enim esse quosdam in ecclesia, & qui sacrificarent, & alios qui sacrificij commoda reciperent. Sic etiam est regnum in ecclesia, non quidem ut omnes æquè sint reges: nam prorsus hoc impossibile est. Si enim omnes reges eent, ubi, obsecro, qui regerentur? Ergo regnum est: quia utriusque adsunt, & qui regant scilicet, & qui regantur. Non sum nescius aliquomodo dici posse quemlibet Christianum regem, cum regat semetipsum, & passionibus imperet. Sic & unusquisque aliquomodo sacerdos diceretur, qui offerat semetipsum uelut hostiam rationabilem. Sed non uidetur hic sensus completus, sed potius & uerius priore intelligentia accipiendum est, quemadmodum & illud Apocalypsis: Fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Vt enim reuera non omnes fecit reges, ita nec omnes sacerdotes: omnes tamè de regni, & sacerdotij bonis & commodis participantes. Sic Romanos uniuersaliter dicere possumus habuisse regnum, senatum, consulatum. Non quasi omnes reges, aut senatores consulesue fuerint: sed cum ad omnes spectarent & regni, & senatus, & consulatus fructus, qui ad commune omnium commodum ordinabantur. Verè igitur Papa noster, in eo quod Papa, est rex loco CHRISTI: sed non ex hoc mundo. Ad regendum & pacendum oues à CHRISTO relictus est ecclesiæ, & præses constitutus, ad finem illum qui est uita æterna. Non autem ad luxum, non ad pompam, & id genus alia, quæ non solum non ad rem faciunt, sed abducunt. Qua de re longus haberi sermo posset, sed minus hoc tempore propter scandalum infirmiorum necessarius. Nam perpende, quæso, mecum malignitatem mundi. Si in summa hac dignitate splendor secularis non il-

luceret, redit pristinum crucis scandalum: quoniam nos apud uulgus hominum reddimur contemptibiles, qui ecclesiasticam dignitatem his ornamentis destitutam uenerari nequeunt. Sin hunc splendorè addimus, ab hypocritis increpamur, qui nos terrenis principibus, & gètium regibus qui tyranicè dominantur, assimiles uociferantur. Adhiberi certè poterat quoddam temperamentum, ut & occasio auferretur malignis detrahendi, & infirmioribus contemnendi. Quod enim malignis occasiones ingentes ac patentes præbeamus, quis potest nisi sit impudentissimæ frontis inficiari? O IESV bone emitte Spiritum tuum, & creabuntur. O sanctissimi Petre & Paule, dirigite oculos uestros, & uidete, & miseremini. Sed ad rem nostram. Papa igitur uerè est rex, CHRISTI loco, & spiritualis: qui & uerbo & exemplo per seipsum, & per alios pascere suum gregem debet. Est & summus Pōtifex, mediator post CHRISTVM pro omnibus ouibus per hostiam uiuentem, ipsam Dominum, in qua hostia etiam semetipsum ita aptare debet, ut ipse hostia (si opus fuerit) pro ouibus suis efficiatur. Hoc exegit Dominus quando tertio dixit Petro: Amas me? Pasce oues meas. Et paulò post: Sequere me. Verùm hæc tantum abest ut opere compleamus, ut nec intellectu quidem assequamur. In ea siquidem tempora incidimus, quando iam uidentur hæc somniorum esse & cuiusdam delirationis similima; *Gens sancta*; id est, mundificata; *Populus acquisitionis*; Quæsitus scilicet & redemptus ab hostibus medio sanguinis Agni immaculati pretio: quo satisfactum est Diabolo, mundo, & Deo Patri. Diabolo, qui iniuste sitiuit sanguinem illum effundi, & sic inhonorari Deum. Mundo, qui in hoc opere minister extitit Diaboli. Patri uerò, qui permisit tandem & uoluit, & hoc ipsum ordinauit in optimum finem. Nam Filium quidem glorioso rem reddidit, & nos populū acceptabilem, & statorem bonorum operum sibi acquisiuit.

*Vt uirtutes annuncietis eius qui uocauit uos &c.* Hic sermo ad Iudæos, & primos in ecclesijs attinet. Sumptus est autem ex Isaiâ . 43. Populū istum formauit mihi, laudem meam narrabit. Non enim est omnium pariter annunciare. Quapropter in Ecclesia ut non omnes Apostoli, nec omnes doctores: ita nec omnes reges, aut sacerdotes siue Episcopi. Aliter quid esset ecclesia nisi turris Babilonis restaurata, qualis est apud hæreticos? Et deterior esset, nisi & illi (uelint nolint) cõtra sua dogmata ordinem aliquè inter se obseruarent. Vocauit ergo nos Deus è tenebris; *In admirabile lumen suum*; Hic est CHRISTVS lumè de lumine, qui dixit: Ego sum lux mundi. Quicumque igitur est sine hac luce, in tenebris uersatur, & unde uenit nescit, nec quò uadat. Nos autem, Deo semper gratiæ sint, & scimus unde uenimus, & quò uadimus, & uiam scimus quam ille prior strauit. Hæc est uia regia sanctissimæ crucis. Sed quot mihi iam inter Christianos numerabis qui (ut oporteret) eam nouerint, nedum conficiant?

Qui

*Qui aliquando non populus Dei &c.* Hoc testimonium ex Osee prophetia sumitur, cap. 1. quod non solum ad gentes pertinet, in quem sensum B. Paulus ad Romanos adduxit, sed uniuersaliter ad omnes, etiã Iudæos. Testis est hoc in loco B. Petrus. Erant enim & Iudæi eo tempore sine CHRISTO in quem non credebant, & sic non erant populus Dei uerus. Postremo uerò quum multi post ascensionem Domini prædicatione Apostolorum conuersi sunt, & præcipuè prædicatione ipsius B. Petri, idèo pertinent ad populum acquisitionis, cuius tamen prius non erant.

Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam: conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent Deum in die uisitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uerò bonorum. Quia sic est uoluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentiam hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ, libertatem: sed sicut serui Dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam substinet quis tristitias, patiens iniustè. Quæ enim est gratia si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes, patientes substinetis: hæc est gratia apud Deum. In hoc enim uocati estis. Quia & CHRISTVS passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuetus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum uestrarum.

*Charissimi, obsecro uos &c.* Charissimos uocat (græcè dilectos) & illos obsecrat ut tanquam aduenas & peregrini abstineant à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, siue spiritum, ut bene conuersentur inter gentes. Hoc

enim magnum est: quia uitæ sanctæ exempla ædificant efficacius, quam mera uerba. Idèo subiicit; *Vt in eo quod detrectant de uobis*; melius detrahunt; *ex bonis operibus considerantes*; id est, ex ipsis operibus bonis agnoscentes ueritatem; *glorificent Deum*; Hæc doctrina Dominus instruebat Discipulos, aiens: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum qui in celis est; *In die uisitationis*; Quando uisitabuntur à Domino misericorditer in hoc mundo: uel secundum iustitiam in alio, quando dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. Totum enim pertinebit ad maximam Dei gloriam.

*Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum*; Hoc præceptum est generale, ut quisque animo sit paratus propter CHRISTVM subijci omnibus hominibus. Facto autem reddat unicuique iuxta decentiam & gradum hominum; *Siue regi tanquam præcellenti*; quia rex honore debet alios præcellere; *Siue ducibus, tanquam ab eo missis*; Ab eo (supple tu) rege: quia reges mittunt administratores iustitiæ, quos hic B. Petrus græca uoce appellat præsides, potius quam duces, ad rem propositam; *Ad uindictam malefactorum*; id est, eorum qui malefaciunt; *Laudem uerò bonorum*; eorum qui benefaciunt: qui uel ea ratione tum habent laudem à rege, cum minime ad eius tribunal rapiuntur: ut sic appareant innocentes; *Quia sic est uoluntas Dei ut beneficientes &c.* Sic enim uita christiana superauit omnem tyrannidem, & obstruxit os iniquorum & imprudentium, nempe his tribus. Benefacere: Mala pati: Lætari. Et hæc fuit uoluntas Dei beneplacens ac perfecta. Obsecro Domine Deus, fiat hæc tua uoluntas in me: quoniam hoc magnum est donum & per paucorum.

*Quasi liberi, & non quasi uelamen malitiæ habentes libertatem.* Hoc uerbum directò in nostros hypocritas iaculatur, qui dicunt se in libertatem uocatos, & propterea nolunt subdi. At istud prorsus non est liberatos esse, & liberos. Qui enim uerè sunt liberi, non metuunt hanc seruitutem, quæ animo libero non imperat. Ille uerè liber est, qui dum homini subditur, re uera non homini subditur, sed Deo; *Sed sicut serui Dei*; ait B. Petrus. Et subdit; *Omnes honorate*; B. Paulus dixit: Honore inuicem præuenientes. Omnis enim Christianus dignus est honore, tum quia filius Dei est: & cum interim nesciamus quisnam inter nos secundum Deum maior, quilibet debet alium ut se maiorem existimare. Nonne CHRISTVS Dominus noster sese exinaniiuit, cum tamen uerè esset omnium maximus?

*Fraternitatem diligite*; hoc est, fraternam societatem & conuersationem, siue contubernium; *Deum timete*; Timore illo sancto, qui conuenit tantæ maiestati; *Regem honorificate*; Impendendo tributa, & alios honores debitos, non solum subiectionem, quæ prædixerat; *Serui subditi estote &c.* Vult igitur seruos obedire & cum omni timore Dominis suis, id est,

DDd iij pauidè

Matth. 5.

Sap. 5.

Rom. 12.

pauide & cum reuerentia, ne illos exacerbent. Et hoc praestari uult non solum bonis & modestis, siue mansuetis; sed etiam discipulis: id est, difficultibus & acerbis, quales sunt multi qui non cogitant se quoque Dominum habere in coelis, quam mensura mensi alijs fuerimus, remetientem nobis. Porro ne quis dicat, quod frequentissimum est in ore multorum; Interim patitur iustus; rñdet.

Hæc est enim gratia, id est, in hoc uersatur iustitia & æquitas, quam Deus loco gratiæ accipiat, id est, ut, rem gratamid, quod factum est propter illum, & ita gratias referat pro gratia. In hunc enim sensum accipitur gratia. Vnde dixit Dominus: Si diligitis eos qui uos diligunt, quæ gratia est uobis? Hanc igitur ait hic esse gratiam, nimirum: Si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste: Quid est propter Dei conscientiam, nisi propter eius, qui sustinet probra iniuste illata, conscientiam, quæ est sibi nota quod scilicet propter Deum patitur? Hæc conscientia est murus illæneus, in quo solidissime perstat uir eiusmodi; quoniam habet sponsonem Dei firmissimam in corde suo. Videat hoc

Luc. 6.

Pro certit. gratie

& considerent qui incertitudinem gratiæ beatificam, & conscientias dubias, & cõsequenter impacatas relinquunt; Quæ enim est gratia si peccantes & colaphizati suffertis? Quid potestis, ait, gratiæ expectare pro gratia, si quod æquum est iuste patientes rependitis? In hoc enim uocati estis; Nimirum ad patiendum innocenter propter CHRISTVM, non propter scelera uestra. Et significans in quo fundata est hæc lex exponit; Quia & CHRISTVS passus est pro nobis: uobis relinquens exemplum &c. Hæc est sapientia crucis, quam qui non nouit, nihil nouit. Patet autem omnibus hæc uia qui uolunt sequi uestigia summi Ducis; Qui cum malediceretur &c. Clara sunt omnia. Illud solum; Tradebat autem iudicanti se iniuste; græce aliter habetur, & meo iudicio melius in hunc modum; Tradebat autem iudicanti iuste, id est, causam suam cõmisit & commendauit Deo iusto iudici; Qui peccata nostra &c. Hæc multis locis leguntur, & iam exposita sunt. Opus nunc esset meditatione ac imitatione, et facto ad implendum, & reipsa declarandum nos uerè esse mortuos peccatis, & iustitiæ uiuos. Ille peccatis, est mortuus, qui concupiscentijs illectus & attractus, eas quasi mortuus quidam non sentit. Et hic est qui uiuit iustitiæ; Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis ad Pastorem & Episcopum animarum uestrarum; Hic Episcopus & Pastor uerus & summus, unus est CHRISTVS. Cæteri uerò etiam ipse B. Petrus, uicarij sunt pastores. Vnde dictum est Petro: Pasce oues meas, & agnos meos. Nò dixit; oues tuas, & agnos tuos. Nà ipse Dominus, nò autem Petrus, pro nobis est crucifixus. Potest tamen aliquomodo dicere & Petrus oues meas; & agnos meos; quatenus uicarius pastor; & habet suam ueritatem.



IMILITER ET MULIERES subditæ sint uiris suis, ut & si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore castam conuersationem uestram: quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic .n. aliquæ & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis uiris: sicut Sara obediebat Abraham, Dominum eum uocans: cuius estis, filiæ beneficientes, & nò pertimentes ullam perturbationem.



IMILITER & mulieres &c. Erant Apostolica præcepta & admonitiones. Primò quidem generales, spectantes ad omnem omnium hominum statum. Postmodo autem particulares ad priuatos & singulos status. Hactenus dixerat de seruis. Tum ascendit ad mulieres uiris coniunctas & christianas, quas primò uult salua pietate semper sub suis uiris, et infidelibus esse subiectas. Vnde ait; Ut & si qui non credunt uerbo; id est, euangelicæ prædicationi; Per mulierum conuersationem &c. Vide quantum præstet interdum bona conuersatio, ut quod fieri uerbo nò potest, infidelium scilicet ad ueritatem conuersio, fiat per bonam conuersationem sine uerbo, dum considerat ipsam Christianorum conuersationem sanctam & castam, & timore Dei suffultam. Potest & sic exponi quod; Lucrifiant considerantes in timore castam conuersationem uestram; quæ est quoddam tacitum uerbum, sed potens & efficax ad excutiendum quendam reuerentiæ timorem ab animis eorum qui nondum perditum sunt. Nà qui ea morum sanctimonia uiuunt, nescio quid diuini præseferunt, & ostendunt legem Dei in corde suo inscriptam. Hoc de muliere dixerat B. Paulus. Vnde scis mulier si uirum saluum facies? nimirum christiano odore. Hoc de loco fortassis quidam audebunt defendere congregationem nostris exortam temporibus, in qua promiscue (ut iam ad Corint. attigimus) uiri habitant et mulieres & quæ horreo uel recitare, ut probent quantum spiritualiter profecerint, concubunt simul mas & foemina Constitentur mares etiam sacerdotes peccata sua foeminis, & ab eis accipiunt! satisfactionis imposita opera. Illius congregationis Domina & Abbatisa, utpote quæ Spiritu sancto (ut aiunt) agitur soluta legibus dicitur, et omnia diiudicat, & ipsa à nemine udicatur. Omnia infelicia: quot Antichristi hodie?

De uirtute bona conuersationis foeminarum.

1. Cor. 7.

Notandum.

B. Bernardus egregie super Cant. ser. 65. Hoc genus sectæ quæ suo tempore exoriebatur, insectatus est, & uulpeculas ut bonus canis pastoris, dignis morsibus lanauit.

Quarum

In luxu uestitum muliebrium.

Quarum non sit extrinsecus capillatura &c. Quid obsecro, diceret. S. Apostolus nostris temporibus? Verè indulgent nimium prædicatores & sacerdotes, qui hæc non solum acriter non reprehendunt, sed facile absoluunt mulieres quæ his ornamentis superfluis & lasciuis incumbunt: unde multæ criminum occasiones ad libidinum fomenta excitantur. Qua in parte, meo iudicio, multum aberrant qui nescio quibus excusationibus, & scholasticis distinctionibus uidentur hanc rem componere. Quapropter res in immensum creuit, & proculdubio iram Dei excitaui. Quid est .n. adeò immodestum, adeò superfluum, adeò superbum, adeò lasciuum genus & uestimentorum & ornamentorum in capite, & capillatura, & auribus, & collo, & pectore, & cæteris denique membris, quòd non sint amplexæ nostri temporis mulieres? Interim tamen uolunt uocari pudicæ, quæ superant his lasciujs & impudicissimis ornamentis publicas meretrices. Huiusmodi turpissimum abusum iam tractauimus in epistola Ad Timotheum, ubi elegantissimam B. Chrysostomi inuectiuam in has uanissimas mulierculas produximus. Et illam irè tremendam Dei comminationem apud Isaiam c. 3. ad quem locum lectorem remitto. Sunt enim efficacissima ad refellendas Caietani cauillationes, qui licentiosior hac in parte fuit, fouere potius quam extinguere mulierum fomitem conatus.

Cogitent ergo qui tam facile mulieribus indulgent, siue sint ipsarum uiri, stolidiores certè quàm illæ: siue sint sacerdotes Dei, quid ipsi respondere debent scripturis hæc tanta seueritate prohibentibus tam manifestè: quoniam hæc externa hominis corruptibilia sunt. Sed homo interior ornandus erat uirtutibus. Etenim cum sit secundum animarum incorruptibilis, ornamentum ipsum esse se decet incorruptibile, uirtutibus animi, nò corporis uestibus: ut sit etiam per gratiam incorruptibilis. Vnde ait Apostolorum Princeps.

Col. 3.

Sed qui absconditus est cordis homo &c. Constructio huius loci sic ordinanda est; Non sit extrinsecus capillatura &c. Sed (repetatur illud sit) sit homo cordis &c. Hunc B. Paulus interiorum hominem uocauit qui absconditus est: Sit, inquam, in incorruptibilitate; manet hic homo incorruptibilis per innocentiam: quia peccato corrumpitur. Non quod absolute desinat esse: sed quoniam moritur gratiæ Dei, & priuatur uita spiritus. Sit igitur hic homo cordis in hac incorruptibilitate; quieti ac modesti spiritus; non excitator turbarum, sed sine querela in mansuetudine temperatus; qui est in conspectu Dei locuples; Talis homo interior his ornamentis uirtutum præditus; ostendit in conspectu Dei se locupletem in bonis & sanctis uirtutibus, & opulentum.

Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo &c. Historiæ sanctæ nobis frequenter proponunt acta & gesta sanctorum maiorum, cum foeminarum, tum etiam uirorum: ut hos & illas & uiri & foemine in suæ uitæ exempla sumant & usum. Hic B. Petrus profert sanctas mulie-

res, quæ illum hominem interiorum in omni mansuetudine ac modestia ostendebant ornatum quem gerebant, dum subiciebantur suis uiris, quemadmodum illis erat in præcepto antiquo mandatum: Sub uiri potestate eris. Et Saram profert ex nomine, quæ uocabatur Abraham Dominum suum, non quasi ancilla, sed quasi cõiunx, impar tamen habita uiri dignitate, quæ est caput mulieris. Cuius estis filiæ; Ostendere uult B. Petrus, ut ipse Abraham propositus erat pater multarum gentium, ad quem imitandum debebant filij se componere: Sic & Sara mater facta est exemplum imitationis foeminis: ut similiter beneficiant, & non sint domus perturbatrices: quod peccatum maximè cauebunt, in ipsa humili subiectione permanentes.

Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & coheredibus gratiæ uitæ: ut non impediatur orationes uestræ. In fine autem: omnes unanimis, cõpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, nò reddetes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed econtrario, benedicetes: quia in hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala.

Viri similiter cohabitantes secundum scientiam; Quid est cohabitare secundum scientiam, nisi eam sanctæ uitæ formam, quam scientia dicitur, esse obseruandam? Et ad eos hoc potissimum pertinet, quorum munus est docere alios ac regere, inter quos numerantur uiri, qui debent regere uxores suas. Quamobrem cum sciunt mulierem esse infirmius uasculum, ab hac scientia debent ita esse instructi, ut impartiant illi abundantiorè honorem, ne quid ei desit circumspicere prouidetes, ut & domus cura, quantum spectat ad mulieris officia, illis liberaliter committatur, tanquam uerè matres fam, ut & ipsa mulier recognoscatur domina domus. Vnde addit; Tanquam & coheredibus gratiæ uitæ; ac si dixerit: Si & illas simul cum uiris dignatur Deus sua gratia, quæ parit uitam & ueram uitam, ut in illa gratia sint coheredes, cur dedignabitur uir habere illam in honore ut sociam, & simul dominam domus, cum non sine muliere ueniant familiæ & domus? Ut non impediantur orationes uestræ: Nihil est quo magis impediantur orationes, quam mutua animorum perturbatio, quæ si ex domesticis simultatibus, aut rixis oriatur, acerbior est omnino, & magnopere auertit à Deo. Vbi notandum, quomodo orationes

orationes in illa ecclesia primitiua erāt assiduæ & communes, non solum eorum qui renuncia-

bant per omnia, sed Christianorum omnium.

In fine; hoc est, in summa. Id enim græca lectio magis manifestat. Et reuertitur ad generalē doctrinam ad omnes pertinentem; Omnes unanimes; In qua re consistit fortitudo. Ea enim unanimitas pacem & concordiam retinet, qua stant alienæ & extraneæ uires inualidæ ad expurgandum inueniuntur; præsertim quod amans hanc unitatem Dominus dixit. Si duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum; Compatientes; Si hoc desit, unanimitas tollitur. Quæ contra si adsit, quo modo non compatiatur membrum membro, si eodē fuerint spiritu colligata? Cum igitur non compatiatur homo, signum certum est uel nexum illū spiritus non adesse, aut si adest, stupidum esse.

Fraternitatis amatores, misericordes &c. Hæc sunt connexa. Nam si sit unitas, compassio est, & fraternitatis amor, & misericordia, siue (ut græca uox sonat) affabilitas; Modestia; Modestia est arrogantia contraria & præsumptioni, quæ magnopere lucet, & spectatur, & placet. Sed non absq; humilitate, quæ non est ambitiosa, nec optat alijs præesse. Vnde addidit humiles eos esse debere; Non reddentes malum pro malo &c. Iterum CHRISTI legem commemorat, ad quam perficiendam erant uocati, quæ est: Malefacientibus esse benefaciendum, ut uerè filij Dei efficerentur, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit gratias super iustos & peccatores, ut quicumq; Deo ita præcipienti obtemperauerint, benedicentur, & accipient uerā filiorum & sempiternam hæreditatem.

Qui enim uult uitam diligere, & dies uidere bonos &c. Ex uerbis psalmi. 33. exhortatur. De uera autem uita est sermo, quam horum obseruantia præceptorum obtinemus. In uita illa sunt boni dies, non mali; sicut sunt mali dies in uita hac nostra. Vnde B. Paulus. Redimētes, inquit, tempus: quoniam dies mali sunt. Et Dominus: Sufficit diei malitia sua. Quapropter uiri boni, & meditatores futurorum bonorum, miro desiderio incenduntur, & uidere cupiunt dies illos bonos, & seruant ea quæ hic Princeps Apostolorum commemorat. Coercent enim linguas suas à malo, abhorrentes à blasphemia, & detractioe, & susurratioe, & murmuratioe, & turpiloquio, & stultiloquio, & uaniloquio, & multiloquio, in quo non deest peccatum. Prohibent etiam labia ne proferant dolum ac damnosum mendacium. Declinant deniq; à malo, & faciunt bonum: in quo consistit integra lex. Inquirunt pacem; & sequuntur eam, quæ est fructus spiritus. Non potest autem esse pax non habentibus spem futurorum, & assiduum oculum ad illa bona æterna.

Quia oculi Domini super iustos; Oculos beneuolentia suæ dirigit in iustos Dominus, ut protegat: & aures eius in preces eorum, ad exaudiendum illos; Vultus autem Domini; id est, indignatio & ira: superfacientes malos; Hi sunt qui libenter pec-

cant, & non tanguntur poenitentia. Isti thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, cuius longanimitate abutuntur & patientia, expectantis ad poenitentiam.

Et quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autē eorum ne timueritis: & nō conturbemini. Dominum autem CHRISTVM sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea, quæ in uobis est, spe: Sed cum modestia & timore conscientiam habentes bonam: ut in eo quod detrahunt uobis, confundantur qui calumniantur uestram bonam in CHRISTO conuersionem. Melius est enim ut bene facientes (si uoluntas Dei uelit) pati, quàm malè facientes. Quia & CHRISTVS semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autē Spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sūt per aquā. Quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium: sed conscientia bonæ interrogatio in Deū, per resurrectionem IESU CHRISTI qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælum, subiectis sibi Angelis, & Potestatibus, & Virtutibus.

Et quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis: Exemplum CHRISTI & iustorum emulantes in charismatibus melioribus. Ideo dicit; Si boni æmulatores fueritis; hoc est, bonarum uirtutum. Ille dixit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Si tales fuerimus, nullus est qui nobis nocere possit. Omnino illud uerissimū, & dignū aureis literis scribi, quod elegantissimo sermone profectus Aureū os. Nemo leditur nisi à seipso; Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati; Non dixit B. Petrus: Non patiemini, sed: Nemo uobis nocebit. Nam & persequentes uos propter iustitiam non solum uobis non nocebūt, uerū etiam proderunt: nec id solum, quin & beatiores atq; illustriores reddent. O beatam illam animam, quæ hoc experitur in semetipsa.

Timorem autem eorum ne timueritis; Sensus clarus, ne terrorem timeant quæcumq; possent aduersarij incutere; Et non conturbemini; Seruum. n. Dei decet non conturbari à minis ac terroribus hominum ut declinet à ueritate. Iustum (ait scriptura) non conturbabit quicquid ei acciderit; Dominum

Dominum autem Deum sanctificate in cordibus uestris; hoc est, confirmate illum, quod fit per munditiam. Quotō enim aliquid est purius & mundius, tantō est etiam fortius. Hoc erat oratio dominica; Parati semper ad satisfactionem &c. Græcè legimus; apologiam; id est, defensionem. Hoc potissimum ad Episcopos & Magistrōs pertinet. Sed nemo legitime ac probè satisfacet, nisi experientia intus norit, quod uerbo foris audiuit. Scientia ergo & sapientia nostra satis est ad satisfaciendum obiectis. Non ita tamen ut ea demonstramus quæ credimus, & speramus: sed qui ostendamus nos non temerè quidem, & sine ratione credere & sperare. Fidei enim certitudinem habemus, qua certitudine nobis aduersantes impleantur & pacarentur, si patienter, & parati suscipere ueritatem audirent. Etenim ingenuè cum Samaritanis faterentur. Non iam propter tuam loquelam credimus. Sed ipsi uidimus &c. Quando uerò satisfacimus, debemus satisfacere; Cū modestia & timore; Primum cum modestia propter illos, ne perturbentur & scandalum capiant potius, si arrogantes fuerimus. Tum & cum timore. Quidam accipiunt pro reuerentia erga illos cum quibus congregimur. Ego uerò satis puto illis exhiberi debere modestiam, ut timor Dei in hoc seruetur, si qui alijs satisfacit de spe sua, uideat an illam ipse habeat, & quomodo habeat. Vnde rectè sequitur; Bonam habentes conscientiam ut in eo &c. Satis ergo declaratur quid est cum timore, ne uidelicet in eum congruat, quod habetur in psalmis. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Potius ergo per modestiam & mansuetudinem ostendat falsam hominum de Christianis persuasionem, quæ tūc erat propter persequutiones, quas Diabolus per suas calumnias, & sua membra excitabat.

104. 4.

Psal. 49.

Melius est enim &c. Facile est istud intellectu: utinam ita facile factu. Hoc opus, hic labor est: & tamen habemus tantum exemplum; Quia & CHRISTVS semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Quod facit ad mysterium, & exemplum. Dico ad exemplū: quia & nos; semel, id est, in hac uita passuri sumus & morituri in illo. Postmodo uerò adepturi gloriā: sicut ille post passionem est adeptus. Dico ad mysterium: quia & nos semel mortui peccatis, & iam excitati ad uitā, debemus discere nō ulterius peccare, nec mori.

Rom. 12.

Ut nos offerret Deo; quasi hostias sibi incorporatas; Mortificatos quidem carne &c. Tales sunt hostiæ quas acceptat Deus, uiuētes scilicet, nō mortuæ, quemadmodum. B. Paulus docet: Hostiā uiuam, sanctam, Deo placentem &c. Viuentes, inquam, spiritū, sed carne mortificatos: quia caro aduersus spiritum pugnat. Offerat autem Deo nos CHRISTVS in baptismo. In eo enim incorporamur in ipsum. In græcis tamen legitur; Mortificatus & uiuificatus; Et hanc lectionē sequitur B. Augustinus, epistola. 99. ut totum referatur ad CHRISTVM, qui crucifixus obtulit nos Deo, mortificatus quidem carne per

crucem: uiuificatus autem spiritu, postquam solutus est à ditione mortis, quæ iniuste imperiū in ipsum exercuit. Quamobrem hinc recedens, spiritum suum Deo Patri commendauit, ut posset uictor ac triumphator gloriosus resurgere.

In quo & his qui in carcere erant &c. Obscurus est admodum hic locus, ut testatur B. Augustinus: imò ipsemet locus per se indicat. Caietanus tamen ait B. Petrum clarè dicere, Quod CHRISTVS qui in anima descendit ad inferos, prædicauit animabus illorum qui fuerant increduli in diebus Noe. Quæ predicatio non fuit solummodo sui manifestatio, quod ipse esset Messias. Hæc enim fuit communis omnibus, etiam Dæmonijs. Illa autem de qua hic B. Petrus, fuit peculiaris ijs qui in tempore Noe inueniebantur. Et ait fuisse illis fructuosā. Sed quo pacto fuerit, aut esse potuerit fructuosa, non aperit; nec prædicationis tenorem declarat. Quem enim fructū poterant inde colligere, qui increduli fuerant & contumaces? Ait non fuisse illos absq; uera fide Dei, licet increduli fuissent Noe. Sed placuerūt Deo, quia confidebant in longanimitate Dei.

Verū hæc commentatio uana est. Qui enim fuerunt increduli Noe, fuerunt etiam increduli Deo, qui per os prophetæ loquebatur, & erat iustus. Nec illis potuit prodesse quod crederet esse Deum, cum & hoc Dæmones credant. Nec expectare Dei longanimitatem persistentes in peccatis, subleuabat eos, cum illa expectatio tentatio Dei esset. Longanimitas enim Dei, poenitentia exigit: quam nisi reddimus, longanimitate abutimur. Vnde Apostolus tanto spiritu. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum aut duritiam tuam, & in poenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

Rom. 2.

Præterea, si iā illi increduli fuerant iudicati per ea quæ egerunt in uita, quem fructū potuit illis noua prædicatio afferre? Igitur B. Augustinus reprobo sensu priore, dixit hanc CHRISTI prædicationem significare illam quam fecit ante aduentum per prophetas, per quorum os Spiritus CHRISTI prædicabat, & particulariter per os Noe. Et ideò CHRISTVS ipse dicitur in Spiritu ad illos uenisse & prædicasse: sicut & Ioānes dicitur uenisse in Spiritu & uirtute Elię. Voluit ergo hic B. Petrus ostendere Deum, quod ex se fuit, nunquā dimisisse mundum absq; lege & legis notitia, ut posset postmodo incredulos iure iudicare, & credentes & expectantes Dei longanimitatem saluos facere: quia sine lege nulla est præuaricatio, & ideò nullum iudicium. Hæc expositio plana esset, nisi unus tantum superesset scrupulus: quoniam hic dicit CHRISTVM prædicasse spiritibus. Vix autem in uniuersa scriptura reperias, homines adhuc uiuentes uocari spiritus. Sunt ergo qui putarunt esse hic sermonem de CHRISTI prædicatione ad inferos, quando post mortem illuc descendit, & uisitauit suos. Hic dicitur allocutus eos qui fuerunt



runt increduli in diebus Noe, & ideo perierunt secundum corpus: & tamen, ut uerissimile est, salui facti sunt Dei clementia multi illorum: quia illos prenituit suę perfidię & male actę uirgē (sicut fecit Lathro in cruce) & fidē & simul gratiā acceperunt. Ad hos igitur habuit uerbum Dominus, ut agnoscerent per quem salutem adepti fuerunt. Quod explicitē cum uiuerent non nouerunt, tanquā diceret. Ecce ego: quia non est aliud nomen sub cœlo datum, per quod cuique contingere possit salus. Hęc expositio pulchra est, & (ut arbitror) continet ueritatem. Sed & illi obstare possent, quod non uideretur illis conuenire quod sequitur; *Expectantes longanimitatem Dei*; Quoniam enim increduli erant, ideo non curabant: Et ideo non expectabant Dei longanimitatem. Quum uerō repentinus uenit interitus, non erat iam longanimitas Dei. Et re uera in scripturis, expectare Dei longanimitatem, est iustorum, non incredulorum. Verum est alia lectio in grecis. Legitur enim; Quando semel expectabatur longanimitas Dei &c. Et possumus intelligere quod expectabatur non ab illis incredulis, sed à Noe & filiis; & fortasse nonnullis alijs qui ante irruptionē aquarū mortui sunt cū pietate. B. Augustinus tamen legit; Quando expectabat patientia Dei; cui lectio in græca uox ἐξέδεχero non repugnat, cum sit significationis communis. Longanimitas ergo siue patientia Dei erat, quę semel, id est, usque ad præfixum terminum expectabat conuersionem illorum. Huic ergo intelligenti id solum uideo obstare: quod cum hęc prædicatio congrueret multis alijs, qui in eadem causa inueniebantur, mirum uideretur quod de his tantum mentio facta sit, qui fuerunt tempore Noe. Cur enim non ad eos etiam prædicatum fuit, qui perierunt per ignem in Sodoma, & alijs ciuitatibus; Quorum nonnullos pari ratione in tanto discrimine per penitentiam fuisse salutem assequutos, pijs est credere. Fortē respondebitur, satis fuisse proponi illud magnum originalis mundi exemplum propter numerosissimam turbam, ut ex illo Dei iudicium in cæteris coniectaretur. Nunc lector acutus consideret, & consulat simul aliū locum in sequen. cap. ubi eadem res uidetur tractari, & eadem difficultas.

Quod et uos nunc similis formę saluos facit baptisma: Quod interpretis uertit: *similis formę*; græca lectio habet, ἄντιτυπον, & significat exemplum simile, uel contrarię, uel alioquin oppositę: quia sicut illi octo per aquam salui facti sunt euadentes aquarum impetum ne mergerentur, ita & nos, contrariō tamen modo per contactum aquę, & per immeritionē in aquas baptismatis, quod in arca, id est, in ecclesia suscipitur, salui sumus. Sic & ἄντιτυπον, id est, similis formę exemplū per contrarium inspicimus in secūdo nostro Adā respectū primi. Ille enim per lignum damnauit; Noster per lignum à damnatione eripuit. Et hoc est pulchrum & admirandum opus Dei, ut inde ueniat obedientibus salus, unde reprobis ueniat exitium, nempe ab aquis, quibus tamen omnes

deberemus succumbere. Sed fidei obedientia efficit ne nos attingant in malum, & nos alijs peccantibus euadamus. *Non carnis depositio fordim &c.* Sacramentum baptismi signum est eius, quod agit. Nō enim aqua illa suscipitur ad eluendas, aut deponendas carnis sordes: sed ut sciamus quę externē fieri uidentur in carne à ministro, illud intus effici in corde à Deo. Quādoquidē salus non est absque illius qui saluatur uoluntate: Ideō interrogatio bonę conscientię erga Deum hanc salutem operatur, quum is qui baptizatur, non fictē & dolo uenit ad baptismum, sed bona fide per interrogationem bonę conscientię erga Deum. Sicut patet in ritu & traditione huius sacramenti baptismi.

Per resurrectionem IESU CHRISTI; Per illam enim & nos resurgimus à morte peccati in uitam nouam. Et ne quis dicat: Quomodo hoc facit IESUS CHRISTUS? Respondet, per eius meritā: quia lucratus est omnia, & iam sedet ad dexteram Patris. Degiuit tamen mortem ipse in primis, ut sic illa euisca redderet nos uitę æternę hæredes; *Profectus in cœlum subiectis sibi Angelis, & Potestatibus, & Virtutibus*; Caletanus habet pro superfluo totum illud; *Profectus in cœlum &c.* Alij solum quę sequuntur; *Subiectis &c.* Et tamen nunc in græcis nouę editionis omnia leguntur, & optimē manent. Deus enim subiecit illi omnia, & Principatus, & Potestates, & Virtutes, & prorsus omnia siue in cœlo, siue in terra. Hoc duntaxat notandum est, cur de Potestatibus & Virtutibus solummodo mentionem faciat. B. enim Paulus declarauit eum etiam euentum super omnem Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro: ita ut nihil prorsus excipiat, nisi solus qui subiecit ei omnia, ut idem ait. Hęc Angelorum subiectio non est in ipsorum detrimentum, aut uituperium: quia illi de sua subiectione tanto Domino gloriantur, & gaudent.

## CAP. IIII.



CHRISTO Igitur passio in carne, & uos eadem cogitatione armamini. Quia qui passus est in carne, desinit à peccatis, ut iam non desiderijs hominum, sed uoluntati Dei, quod reliquum est in carne uiuat tēporis. Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentiū consummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uolentijs, comestationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus. In quo admirantur non concurrentibus uobis in eadem luxurię confusionem blasphemantes: qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos

uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne: uiuant autem secundum Deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquauit.



CHRISTO igitur passio in carne &c. Optima similitudine animat eos, qui professi erant mortem peccati in baptismo, tanquā commorientes cum CHRISTO ut cessarent à peccatis. Sicut enim ipse qui passus est propter peccata; semel est passus ut deinde uiuat Deo (ut dixit B. Paulus) ita & nos qui illum induimus, quasi commortui in illo; debemus in uitā nouam uenire, nec ulterius peccare; *Qui enim passus est &c.* Ipse nimirum CHRISTUS, & consequenter qui in eius morte baptizatus est; desijt à peccatis; Dominus & Redemptor desijt à peccatis nō suis, sed nostris, quę tamen super seipsum puniendi imposuit, nolens ulterius ea in se ipsum suscipere ut & iterū moriatur: cui satis fuit semel mori, & satisfacisse pro peccatis anterioribus. Nam pro uouis quę in nouo pacto admittimus, non relinquitur hostia, ut per omnia purget: sed ipse nouus peccator satisfaciet pro se per penitentiam, si uelit Deo reconciliari. Tametsi quod redierit in gratiam, & possit satisfacere, ueniat à merito prioris hostię; per quam sanctificatus fuit ad hoc ipsum perpetuō. Eo igitur modo quo CHRISTUS passus desijt à peccatis non imponendo super se noua onera perfoluenda, quod fecit semel: ita & nobis legem statuit, ne in noua rursum peccata incurramus, & uiolemus mysterium. Qui si aliter egerimus, non expiabitur hoc nouum crimen abq; nostra cruce. Ad hoc enim ipse Dominus peccator pro nobis factus, per mortem carnis desijt à peccatis; *Ut iam non desiderijs hominum: sed uoluntate Dei, quod reliquum in carne uiuat temporis*; Nam & CHRISTUS in carne noua uiuens in hoc mūdo fuit quadraginta diebus: quo tēporis spacio totum uitę nostrę tēpus significatur, quod ab ipso baptismo uiuere datur in terris, ut legitime postmodo cœlum patere nobis possit.

Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam ijs qui ambulauerunt in luxurijs &c. Clarus est textus: & nota sunt crimina gentium. Vocat autem græca uox nedum illicitos, sed nefarios idolorum cultus; *In quo admirantur &c.* Verē ita contingit, ut homines carnales qui uident spirituales non eadem probare quę ipsi, imō ualdē esse ab ijs alienos, admirantur. Græca uox est; *Peregrinantur*; & idem sensus colligitur. Qui enim peregrini sunt, ueluti rerum ignari admirantur ea quę aspiciunt, & sibi noua esse uident. Et quę secundum suam estimationē minime sunt; absurda esse arbitrantur, & non raro blasphemant, dum ueram religionem & cultus sanctos uituperant. Tales erant infideles Iudæi & gentes aduersus Crucifixum; *Qui*

reddent rationem &c. Cū hęc dicat CHRISTVM ad iudicandos uiuos & mortuos esse paratū, colligunt quidam in die iudicij aliquot reperiendos, ad iudiciū nulla prorsus gustata corporis morte sistendos. Quod ego uehemētissime & sæpius reprobaui, & omninō falsum existimo, nec ferendum. Qui enim iudicabuntur, ea hora qua iudicabuntur erūt uiuentes uita animę. Quod ergo hęc dicit B. Petrus, oēs; *Qui paratus est iudicare uiuos & mortuos*; referendum est ad tempus hoc nostrū, donec in ecclesia canetur Symbolum. Erūt enim semper uiui ac mortui, dum stabit ecclesia militando & post omnium mortem erit resurrectio, & statim supremum iudicium.

Propter hoc enim; siue; *In hoc enim & mortuis euangelizatum est*; Est rursus locus, ubi secundum Caletanum, & alios quosdam, CHRISTVS dicitur mortuis euangelizasse. Communiter autē intelligunt de prædicatione ad confusionem impiorum & iniustorum. Nam de fructuosa prædicatione quę Caletanus ponit, neminē me legisse memini sic exponentem. Et (ut uerum fatear) uerba quę sequuntur; *Ut iudicentur quidem secundū homines carne &c.* non uideo quo pacto aptari commodē queant cuiq; expositionum dictarum. B. Augustinus intellexit euangelizatum fuisse mortuis secundum animam, non secundū corpus; id est, impijs & iniustis cū uiuerent, in hunc finem ut suscipientes euangelium, iudicentur carne secundum quod erant homines, id est, ut afflictiones & macerationes carnis paterentur: sed uiuerent spiritu secundum Deum. Hęc gloriosi illius doctoris sensus, quem tamen non absq; hæsitacione pronunciauit. Lector prudēs dispiciat. Ego re uera nihil possum confidenter asserere. Et hanc ignorantiam æquo animo fero. Neque enim illius sum ingenij, ut ea falso uelim profiteri me scire, quę tamen nesciam.

Omnium autem finis a propinquauit. Iam enim sumus in nouissimis temporibus: ita ut finis sit propinquus iudicij. Sed hanc propinquitatem nemo potest facile determinare.

Estote itaque prudentes, & uigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicē, sine murmuracione. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, tanquā sermones Dei. Si quis ministrat, tanquā ex uirtute quę administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per IESVM CHRISTVM, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

Prudentia sub se continet prouidentia futurorum. Hęc prouidentia uigilias poscit & orationes:

tionem: quoniam his modis reficitur tentationibus, & non aliter; *Ante omnia autem mutua &c.* Hoc enim charitatis charisma præ cæteris emulandū est, & nullo tempore intermittendū. Ideo dicit charisma, & charitatem quæ non friget, sed opera exhibet, operire multitudinem peccatorū. Vnde ad eos spectat beatitudo illa, quorum testata sunt peccata; *Hospitalis inuicem;* Et hoc etiam charitatis est opus; *Sine murmuratione;* id est, sine querela, ut non murmuret qui hospitio recipit; *Vnusquisque sicut accepit gratiam &c.* Hic ostendit multiformem gratiam, id est, uaria esse hominum dona in ecclesia ad ædificationem & conseruationem. Sunt enim qui præfunt mirificè operibus charitatis circa temporalia in proximum. Alij prædicationibus uel hortationibus: alij ad peccatorū confessionibus audiēdis, & quæ huiusmodi sunt ad conseruationem, & incrementum corporis ecclesiæ. Debent igitur hæc gratiæ dispensari secundum inclinationem spiritus; *Si quis loquitur, tanquam sermones Dei;* id est, Videat qui theologicè uult rectè loqui de Deo, ita loquatur, ut tanquam Dei uerba ab ijs qui audiūt existimentur; *Si quis ministrat tanquam ex uirtute &c.* hoc est, tanquam ex Deo habens hoc donum ministrandi spiritualia, quæ in uerbo consistunt, & sacramentis; *Vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM CHRISTVM &c.* Clara sunt omnia; *Amen;* Vox est optantis in CHRISTO, & confirmantis fidem & animum in uerbo Dei & operibus charitatis.

Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes CHRISTI passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine CHRISTI, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & uirtutis Dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescit. Nemo autem uerbum patiat ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat. Glorificet autem Deum in isto nomine: quoniam tempus est ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus quidem uix saluabitur: impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem Dei, fidei Creatori commendent animas suas in benefactis.

*Charissimi, nolite peregrinari &c.* Admonet Apostolorum Princeps ne in tribulationum feruore alienentur à mente: & quasi rem nouam uidentes peregrinentur, id est, admirentur peregrinorum more & alienorum. Hæc enim est recta regula, ut oēs piè in CHRISTO uiuentes perse-

quationem patiantur, & tribulationem. Quocirca cohortat ut etiam atq; etiā in illis gaudeant: quia cum CHRISTO participant amara, possunt merito & congruenter sperare dulcia. Et istud ipsum subdit; *Vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes;* Nihil congruentius quā ut socij passionum sint etiam socij præmiorum, ut ait B. Paulus; *Si exprobramini in nomine CHRISTI, beati;* propter spem & eius certitudinem. Iam hoc prædicat in monte Dominus; *Quoniam quod est honoris &c.* Græcè sic; *Quod est gloriæ, & Dei spiritus super uos requiescit;* id est, Spiritus ipse in uobis requiescit, qui est Spiritus gloriæ & Dei. Etenim nos diuinæ gloriæ fecit participes, cuius nunc arrham habemus. Sic Spiritus ueritatis dicitur: quia ueritatem nos docet. An non hoc gloriosum est, & erit etiam longè amplius nobis gloriosum, requiescere in corde nostro tantum hospitem Spiritum sanctum? Quid igitur metuendum est nobis? Si Deus in nobis requiem habet, qui fieri potest ut nos per illum non quiescamus? O Spiritus optime ueni, & quod ait Apostolus tuus Petrus, fac experiri negantes, ut mutant sententiam.

*Nemo autem uestrum patiat ut homicida &c.* Iam hoc dictum erat; *Si autem ut Christianus, non erubescat;* Non est enim de uirtute erubescendum, ac sapientia crucis: ne Dominus iure erubescat de nobis tanquam socordibus & ignauis militibus; *Glorificet autem Deum in isto nomine;* id est, huius rei gratia: quoniam donum est Dei maximum, non solum credere, sed etiam pati propter euangelium, & christianam ueritatem defendendam atq; illustrandā. Et addit rationem.

*Quoniam tempus est ut incipiat iudicium à domo Dei;* Magna est hæc doctrina, quam non tantum agnoscūt, qui non seipso ignorant. Non est enim in terra qui cū omni iustitia sua non peccet, aut non peccauerit aliquādo. Itaque peccata purgari oportet in hoc tempore, ne seruentur iudicio futuro, quod erit terribile. Qui ergo sunt domestici & dilecti Dei, in hoc tempore ut filij castigantur, & emendantur, & purgantur patiendo ab hominibus iniuste, sicut CHRISTVS: & hoc est incipere iudicium à domo Dei; *Si autem primum à nobis;* qui domestici sumus, & filij dilecti; *Quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio?* Et satis non credere illi dicuntur, quicumque non obtemperat; *Et si iustus quidem uix saluabitur;* Ex prouerbij Salomonis acceptum est cap. 2. ubi legitur; *Si iustus in terra recipit, scilicet castigationem, & hoc est uix saluari, nimirum per tribulationes has à peccatis, quæ si Dominus rigorosè respiceret, non essent condigna illis supplicia. Et ob eā causam si hæc difficultas est in bonis, ut nemo non purgatus hinc tutò recedat, quanto magis impius & peccator tribulabitur in futuro sæculo;* Et hoc est quod hic dicitur; *Impius & peccator ubi parebunt;* id est, apparebunt. Quasi dicat, non poterunt confidenter stare ante conspectū maiestatis diuinæ, quam non cessarunt flagitiorū assidua turpitudine offendere.

Itaque

Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem Dei; hoc est, propter euangelium; *Commendent animas suas fidei Creatori;* Sicut fecit ipse Dominus noster dicens: *In manus tuas commendo spiritum meum. Græcè hic legimus; Tanquam fidei;* Depositum enim apud fidelem tutò conseruatur. Vnde & B. Paulus; *Scio cui credidi, & certus sum quod potens est seruire depositum meum in illum diem etc.* Ac si dixerit: *Scio illum esse fidelem, cui sine periculo depositum committitur.*

2. Tim. 4.

CAP. V.



ENIORES ERGO QUI in uobis sunt, obsecro senior & testis CHRISTI passionum, qui & eius quæ in futuro reuenda est, gloriæ communicator: Pascite qui in uobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed uoluntariè: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum percipietis immarcessibilem gloriæ coronam.



ENIORES ergo qui in uobis &c. B. Petrus Apostolus ac summus Pōti fex uerbo IESV CHRISTI, conuertens sermonem suum ad seniores. (græcè presbyteros) qui erant Episcopi tūc, & præpositi animabus curandis, mansuetè illos admonet obsecrando: & se com presbyterum uocat, & non tanquam exercēs potestatem cum austeritate atq; imperio. Quod debuit exemplum esse successoribus. Vide ut concordat Apostolica doctrina, B. Paulus etiā admonuit Timotheum, dicens: *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem.* At cū Episcopi pueri sunt & ætate & moribus, nūquid ut seniores accipiendi sunt? O IESV CHRISTE ueni, & uide, & respice uineam tuam de cælo. Vocat etiam B. Petrus se testem passionum CHRISTI, & consortem gloriæ reuelandæ: quia ad illam uocatus erat, & suam egregiam electionē non ignorabat. Sciebat enim CHRISTVM orasse ne unquam deficeret fides eius: & amplius reuelatam sibi mortem, qua glorificaturus esset ipsum IESVM. Quidam hoc cōsortium gloriæ referunt ad uisionem quam uidit in monte. Sed non ita aptè quadrat. Illud enim non fuit propriè communicare gloriæ & consors eius fieri, cū ipse ibi non fuerit glorificatus.

exemplum Petri pro successoribus.

1. Tim. 6.

*Pascite qui in uobis est gregem Dei;* quæ CHRISTVS sanguine acquisiuit. Ex hoc autē sermone apparet Presbyterorū appellatione, Episcopos ab eo significatos, quibus demandata erat certi gregis cura; *Prouidentes;* id est, inspicientes & intendentes. Græca uox ἐπισκοποῦντες, ut intelligent Episcopi quid ad eos pertineat, nimirum

intendere ac uigilare super gregem suum, ut sic *Quæ sunt Episcopi saluus à bestijs;* Non coactè, sed spontaneè secundum scoporum mundum; *Quod nos legimus; secundum Deum;* In græcis codicibus desideratur: nec admodū refert. Scimus enim à Dominò Deo hilarem & spontaneū seruū diligere; *Neg; turpis lucri gratia, sed promptè;* At nunc (salua mihi sit semper bonorum Episcoporum gratia) plurimi apparent, apud quos solum nomen, non uis & uirtus Episcopi retinetur. Solum uigilantissime quæritur quāti sint fructus ouium, non autem salus illarum.

*Neque ut dominantes in cleris;* id est, in eos qui in sortem Domini uocati sunt ad seruiendum altari. O quot Episcopi etiam sua austeritate & dominatione dederūt occasionem exemptionibus, & priuilegijs multis, ita ut abusus abusu pariat & abyssum; *Sed forma facti gregis;* Hoc in primis requiritur ut pastor sit exemplum gregi suo; *Et cū apparuerit princeps pastorum etc.* Si qui paruerint B. Petro, & bene se gesserint erga clerū, magnam gloriæ coronā recipient: Quid in illos qui contra fecerint? O confusionem horribilem.

Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem inuicem humilitatē insinuate: Quia Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Humiliamini igitur sub potētī manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Omnē sollicitudinē uestram proicientes in eum: quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrii estote, & uigilate: quia aduersarius uester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide, scientes eandē passionem ei quæ in mundo est, uestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriā in CHRISTO IESV, modicum passus, ipse perficiet confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

*Similiter adolescentes;* Quod ait; *similiter;* non significat aliā similitudinē, sed quādā cōgruētiā. Vt enim rectores sunt monēdi ad regēdū cū dilectiōe, quorū regimē si christianū fuerit, species quēdā est subiectiōis: Ita & qui reguntur iuniores, subditos senioribus regētibus esse oportet; *Omnes autem inuicem subiecti;* Dilectio uera hoc efficit, ut maior inferiori ministret; *Quia Deus superbis resistit &c.* Hæc rōnē qui intelligit, quō reuēt humiliori Deo? *Humiliamini igitur &c.* Est firmissima illa promissio: Qui se humiliat, exaltabitur. *Omnem sollicitudinē uestram proicientes in eum:* quia ipsi cura est de uobis; Hoc ille dicebat: Omnes capilli capitis uestri numerati sunt. Hanc uerò sollicitudinē circa ea quæ corpori necessaria sunt, uult proijci in eum, non ita tamen ut quod prudentia humana requirit penitus abijciatur: sed solummodo illa anxietas & sollicitudo, quæ peruertit studia nostra, contra præceptum Domini dicentis: *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.*

Luc. 28.

Matth. 10.

Ibid. 6.

E E e Sobrii

In eos qui negant esse spiritus.

Sobrii estote & uigilate: Sobrietatis uocabulo apud scripturas, id quod Philosophi temperantia dicunt, intelligitur. Vigilare autem est attendere, & cauere; Quia aduersarius uester Diabolus &c. Sunt qui non credunt Diabolos esse: quod certe est illis gratissimum. Tanto enim minus cauere ab eorundem insidijs, quas tedi nusquam opinantur. Et ipsi quidem Diaboli astutissimi quantum ualent, se abscondunt ab eis, ut in ea falsa persuasione permanteant uere laqueis periculosis irretiti. Hoc enim solum ad eorum ruinam, quam cupiunt & curant ipsi Demones, satis esse perspicuum: quin & intus suggerunt rationes sophisticas quominus credant, ut cum uideant arreptitios, & quaedam ab his fieri admiranda, illa tribuant malancholiam, aut menstruis. Et si quos effectus uideant altiores, ad quos illiusmodi causae non sufficiunt, ad stellarum influxus referunt, ignorantibus sua proteruia multos causarum effectus, qui excedunt omnem uim influentium siderum. Sed ipsimet Diaboli sunt a quibus isti luduntur, & tenentur ad eorum uoluntatem.

Haec est haeresis antiqua Sadducaeorum, cum tamen omnes sectae quae religionem aliquam professae sunt, esse Demones asseruerint. Ipsi sunt acres aduersarii nostri, & praecipue princeps eorum Lucifer inuidus, qui assidue circuit quasi uenator & leo rugiens, quaerens quem deuoret: cui fortiter resistendum est in fide.

Scientes eandem passionem, siue eandem passionem; Et quae in mundo est, uestra fraternitati fieri; aut potius consummari, uel perfici. Sensus est: Scire debetis, in uobis eas perfici & consummari passionem, quas Dominus requirit a corpore suo, quod est ecclesia. Vos eadem patimini quae omnes Sancti in uniuerso mundo. Sic dixit & B. Paulus ad Colossenses: Adimpleo, hoc est, perficio, ea quae desunt passionum CHRISTI in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia.

Deus autem omnis gratiae &c. Seu potius, integre ac perfectae gratiae; modicum passus; Verum modicum est: quia & tempus modicum, & modice passiones, si conferantur ad aeternum gloriae pondus.

Per Syluanum fidelem fratrem uobis, ut arbitror, breuiter scripsi, obsecrans &

contestans hanc esse ueram gratiam Dei, in qua statis. Salutatur uos ecclesia quae est in Babylone, coelesta: & Marcus filius meus.

Salutate in uicem in osculo sancto. Gratia uobis omnibus qui estis in CHRISTO IESU, Amen.

Haec clara sunt: solum illud quod ait; Salutatur uos ecclesia quae est in Babylone coelesta; aliter atque aliter a diuersis accipitur. Ego uero cum B. Hieronymo sentio, ut per hanc Babylonem ad litteram intelligamus Romam per quandam metaphoram. Ibi enim erat Marcus Euangelista, quem meminit salutantem. Siquidem Babylon confusionem sonat. Talis erat eo tempore Roma. Utinam non etiam nunc magna ex parte. Quae si pergat, uehementer equidem metuo, ne quandoque Deus ostendat iram suam in illam. Vereor certe ne dilectus Discipulus de illa propheter, ubi ait: Cecidit cecidit Babylon illa magna, quae a uino irae fornicationis suae potauit omnes gentes; & reges terrae cum illa fornicati sunt. Legat qui uolet reliqua, & paulo antea perpendat, num conueniant tanta bestiae. Mihi quidem uidetur: & uere maxima est Dei erga illam patientia. Nisi haec sic maior ira, iram ipsam differere. Sed bona nonnullorum opera iudicium diuinum tardant, quam moram grauitas supplicij compensabit. Domine IESU miserere, & ueni tandem, & uide, & uisita uineam tuam, quam tanto pretio redemisti. Illud consulo hic praeteribo quod menti tamen occurrerat, aliquid in eos differere qui negarunt, aut etiam negant, B. Petrum unquam Romae fuisse. Verum fatius est uel Philosophum audire prohibentem in quem uis proferentem sermonem & effutientem, nos esse debere sollicitos.

Salutate in uicem in osculo sancto; Est osculum carnale, signum amoris carnalis. Est osculum hypocritarum quod praefert amorem, sed simulatum ac fictum: tale fuit illud Iudae quo Filium Dei tradidit. Est uero osculum sanctum spirituale, id est, mundae simul ac firmae dilectionis. Et hoc osculo salutare nos in uicem Princeps Apostolorum iubet.


Apo. 14.

ARGUMENTVM IN POSTERIOREM EPISTOLAM B. PETRI APOSTOLI.

SECUNDAM SCRIPSIT EPISTOLAM AD EOSDEM B. PETRVS ut confirmaret quae in priore tradiderat. Maximam illorum dignitatem ostendit, qui erant diuinae naturae consortes per dona spiritus effecti. Vult autem hanc electionem firmam per dona opera assidue reddi. Meminit sui imminentis obitus, & item dominicae transfigurationis, eos laudans, qui litterarum sacrarum studijs uacabant. Peruersa haereticorum ingenia ad uiuum depingit, & simul parata illis supplicia, ut tales omnino execrentur: quin potius bonis operibus incubentes, uideantur more canum redire ad uitae prioris uomitum. Praemunit tandem aduersus impostores impie de aduentu dominici die docentes. Vbi testimonium illud egregium reliquit, & B. Pauli uerba, & alias scripturas ab haereticis deprauari. Ad stabilitatem igitur & patientiam exhortatur, ut crescant in gratia & cognitione Redemptoris, quo tandem possint sempiternam felicitatem consequi.

COMMENTARIA IN POSTERIOREM EPISTOLAM

B. PETRI APOSTOLI.



IMON PETRVS seruus & Apostolus IESU CHRISTI iis qui coaequale nobiscum sortiti sunt fide in iustitia Dei nostri & Saluatoris IESU CHRISTI, Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & CHRISTI IESU domini nostri: quo omnia nobis diuinae uirtutis suae quae ad uitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute, per quam maxima & pretiosa nobis promissa donauit: ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae, fugientes eius quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem.



HANC EPISTOLAM NON solum ad Hebraeos, uerum etiam ad gentes illum misisse, ipse titulus clare ostendit, dum ait: Iis qui coaequale nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia; hoc est, per iustitiam; Dei nostri et Saluatoris IESU CHRISTI; Absque dubio eadem personam uocat & Deum, & Saluatorem, per cuius iustitiam & nos iustificati sumus. Ipse namque sua iustitia meruit, ut & nos per donum iustitiae iustificaremur. Illud autem infundit in cordibus nostris, quo formaliter iustificati sumus. Hoc in nobis donum oderunt Diaboli; & propterea tanta rabie nobis inuident, non ignorantes per illud nos placere Deo ut filios dilectos. Quapropter instruant suos discipulos novos nostrae aetatis magistros, ut miris modis, aut omnino negent, aut saltem extenuent atque eleuent hoc tam excellens donum.

Gratia uobis, & pax &c. iam multis in locis exposita sunt a nobis huiusmodi uerba salutationis. Hic tamen additur quomodo gratia & pax adimpleatur, nimirum; In cognitione, siue agnitione; Dei et CHRISTI IESU domini nostri; Et circa quod uerferetur cognitio haec, addit; Quomodo omnia nobis diuinae uirtutis suae &c. Huiusmodi igitur est agnitione: quod miro modo omnia diuinae suae uirtutis, siue potentiae, quae ad uitam faciunt & pietatem, donauit nobis per agnitionem; eius. I. IESU CHRISTI, qui fuit acquisite omnium do-

norum; Qui uocauit nos propria gloria & uirtute; aut per gloriam & uirtutem: quod perinde est. Haec uox; Virtus; moraliter hoc in loco accipitur, ut contra uitium distinguitur. Illa ergo absoluta CHRISTI iustitia, quae est integra & perfecta uirtus, qua conuersatus est in terra: & eius gloria, quam uiderunt Discipuli & ante resurrectionem, & post in corpore eius. Et ite insignia miracula quae diuinam eius potentiam manifestabant, uocauit ipsos Apostolos, & per illos et alios multos; Per quae maxima & pretiosa nobis promissa donauit; Erat. n. promissa lex gratiae & iustitia sempiterna, quae continet ineffabilia dona. Haec ipsemet declarare uolens subdidit; ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae; Quid, rogo, maius potest & praestantius excogitari, quam ex animalibus terrae aua dere in coelestes spiritus, tanquam Angelos Dei ex parte, scilicet secundum interiorum hominum? Et hoc in terra: in caelis autem complebitur hoc munus, ut non ex parte contingat, sed perfecte & in perfecto, hoc est, anima & corpore: si modo eius primitias seruauerimus; Fugientes eius; quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem; Hinc edoctus Leo ille primus Pontifex summus, uehementi ac spiritali rugitu in eam admirandam & maiestatis cuiusdam plenam exclamationem prorupit: Agnosce (inquit) Christiane dignitatem tuam: et diuinae consors factus naturae, noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione redire. Memeto cuius capitis, & cuius sis corporis membrum. Reminiscere quod erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumem & regnum. Et quod excurrit.

Leo Papa ser. 1. de Nat. Domini.

Vos autem curam omnem subinferetes, ministrare in fide uestra uirtute: in uirtute autem scientia: in scientia autem abinentia: in abinentia autem patientia: in patientia autem pietate: in pietate autem amore fraternitatis: in amore autem fraternitatis, charitate. Haec enim si uobiscum adsint, & superent: non uacuos, nec sine fructu uos constituent in domini nostri IESU CHRISTI cognitione. Cui. n. non praesto sunt haec, caecus est, & manu tetras, obliuione accipies purgationis ueterum suorum delictorum. Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Haec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in aeternum



regnum Domini, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI.

Quia enim potest frustra accipi gratia, nisi per bona opera retineatur: Idcirco ad illa primum eos hortatur, & ait; Vos autem curam omnes subinferentes, ministrare in fide uirtute etc. Græca lectio habet; In hoc ipsum: id est, Ut hoc diuine nature compositum uobis seruetur & adimpleatur, curam omnem conferentes ministrare; In fide uestra uirtutem, i. ut abundet iustitia uestra dignis suis fructibus, qui sunt opera bona; In ueritate autem scientiam; Etenim sine scientia quæ circumstantias nouit, ubi, quomodo, quando, & reliqua, non potest recte uirtus ulla exerceri; In scientia autem abstinentiam; Græcè melius; Temperantiam; ut sumitur à Marco Tullio; quæ est quidam modus, unde decor & pulchritudo in omni externa actione respicitur: qui modus ab ipsa scientia indicatur; In temperantia autem patientiam; Nemo enim temperatè unquam uiuet, nisi sit patiens, qui propter aduersa non frangatur; In patientia autem pietatem; Quæ tamen demum uerè nobis inest, cum propter Deum patimur, & inimicos etiam diligimus, nihil uindictæ cogitantes in eos: unde istud declarans subdit; In pietate autem amorem fraternitatis; In amore autem fraternitatis charitatem; Sed quid est amor fraternitatis, nisi charitas? Voluit fortassis hoc in loco admonere ne ille amor fraternitatis sit carnis. Aut forte ut quod exterius habet, ex charitate fiat, quæ non querit quæ sua sunt; non ad compositum proprium aspirans, sicut multi faciunt ambitiosi, quod capient prælaturas, & officia inter fratres.

Hæc enim si uobiscum adsint & superent, i. superabundent; Non uacuos etc. Sensus clarus est, Facto hic opus esset, non meris & nudis uerbis. Ecce igitur o Lutherani clarissimum pro bonis operibus testimonium, quod ea nos in die uisitationis saluat; Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans; Perinde ac si apertius dicat, Quicumque est absque fide, quæ fundamentum est uirtutum omnium, aut sine ipsius fidei exercitio per opera uirtutum, est ueluti cæcus qui nescit quod uadat; & tanquam manu tentans qui offendit in uia; Obluionem accipiens purgationis ueterum suorum delectorum; Si enim nescit uerè memor quomodo purgatus erat à peccatis per baptismum, non iterum se immerisset in illis. Hic item locus unde notitia gratiæ probatur. Qui enim obliuiscitur se fuisse à peccatis purgatum (quod fit per gratiæ acceptionem) iam hoc prius sciuit. Nemo quippe obliuisci eius dicitur, quod nunquam sciuerit.

Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam (seu firmam) uestram uocationem et electionem faciatis; Si uocatio non est certa neque electio, quid est quod communiter aiunt certam esse salutem electorum seu prædestinatorum, & certum esse numerum secundum materiam? Verè hic necessarium, meo iudicio, dicendum est non omnes eiusdem potestatis uocationes & electiones esse. Itaque sermo hic non de illis prædestinatis est intelligendus. Unde enim sciebat B. Petrus illos, ad quos scribebat, esse

prædestinatos: Quod si illud sciisset, non interesset illis reuelare. Est igitur facultatis nostræ confirmare, & certam facere uocationem & electionem nostram, per quam de multa hominum turba sumus erepti, & electi ad notitiam fidei & CHRISTI Redemptoris, quauis in numero prædestinatorum non simus, ut par est nos credere, ne unam simus arrogantes & amentes. Declarat autem ipsam electionis retinendam firmitatem, & ait.

Hæc enim facientes non peccabitis aliquando; Potest ergo esse homo sine peccato; & ab operibus bonis & assiduis procedit confirmatio in iustitia. Quod uerò editio nostra habet; Non peccabitis; Græcè habet; Non labemini; seu, Non cadetis à gratia: quoniam Deus supponet manum suam.

Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in æternum regnum etc. Quoniam Dominus implebit cor lætitia, & fortitudine, & ardenti desiderio ueræ gloriæ, ita ut sit nostrum per opera bona accedere ad gratiam prædestinatorum, etsi non simus in eo numero.

Propter quod incipiam uos semper commonere de his, & quidem scientes & confirmatos uos in præsentia ueritate. Iustum autem arbitror quoadiu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in comonitione, certus quod uelox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster IESVS CHRISTVS significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere uos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Non enim doctas fabulas sequuti, notam facimus uobis Domini nostri IESV CHRISTI uirtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, uoce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hæc uocem nos audiuimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiore propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucet in caliginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus uestris. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.

Propter quod incipiam; Melius, non ero negligens; Vos semper commonere de his, & quidem (potius, quam quæ) scientes & confirmatos uos in præsentia ueritate; Sed ne dicat: Si putas nos scire, & in hac ueritate confirmatos esse, cur ergo operam perdis hortando? Respondet; Iustum autem etc. Sensus est. Esto sciatis, & confirmati sitis; Attamen iustum est ut ego dum in hac uita sum circumdatus hoc tabernaculo

Non prædestinatus certam electione posse saluari.

tabernaculo corporis, officium meum impleam commonendo. Nam sic etiam magis atque magis excitatur uestra uirtus & crescit; Certus quod uelox est depositio tabernaculi mei etc. Sæpenu merò Sanctis uiris reuelat Dominus diem exitus eorum; Dabo autem operam & frequenter (siue iugiter) habere uos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis; Hic locus ambiguum habet sensum. Non enim eousque satis patet: utrum ipse dicat se omnem daturum operam ut habeat illos (suppletu) commendatos post suum obitum, ut meminere harum admonitionum. An uerò quod dabit operam in hac uita sic eos ad bonum sollicitando, ut ipsi post eius obitum meminerint. Prior quidem sensus plurimum faceret aduersus uos hæreticos, qui negant Sanctos in patria cælesti collocatos habere ullam curam, aut notitiam nostri. Quicquid sit de ipso proprio Apostoli sensu, neutra intelligentia ueritate caret.

Non enim doctas fabulas sequuti etc. Græca uox; θεοφιλοῦς μύθοις, significat commentitias & callidas, atque arte compositas fabulas, quales sunt Poetarum illarum & Rhetorum, aut sapientium mundi; Virtutem & præsentiam; id est, aduentum; Sed speculatores facti illius magnitudinis; Græca lectio cogit nos ut sic ordinemus; Speculatores facti magnitudinis illius; nempe CHRISTI; Accipiens enim à Deo Patre; non à semetipso, qui erat sub præcepto exinanitionis; Honorè & gloriam uoce delapsa etc. Locus clarus, & historia ex euangelio nota. Consideret autem hoc in loco acutus lector, quod Erasmus præterit, qui posuit in dubitationem, esset ne hæc epistola B. Petri Apostoli, cum tamen non neget esse canonicam. Si enim hæc epistola non est B. Petri Apostolorum principis, est proculdubio cuiusdam nebulonis ac impostoris, qui mentiat se uidisse gloriam CHRISTI in monte sancto. Certum est enim hanc epistolam neque Iacobi, neque Ioannis esse, & in ipso titulo, Petri nomen ascribitur. Sed ut uideantur perspicaciores, stylum huius epistolæ non conuenire cum stylo prioris, quam pro certo habent esse Petri, pro ratione afferunt. Quæ si daretur, non adeo tamen ualidum est à styli uarietate argumentum. Nam idem homo non semper eundem seruat stylum: quin & ipsemet Erasmus ab humaniorum literarum præcipuis professoribus iudicatur admodum uariis, & nusquam ferè æquabilem seruare stylum ordis. Equidem (ut de me fatear) sæpenu merò dum quædam nostra relego, & cum ceteris à me post exaratis confero, uix à me profecta recognosco. Præterea inter has duas B. Petri epistolas non perspicua sanè illam styli diuersitatem, quam isti obijciunt: quin mihi prorsus idem esse uidetur. Sed isti nodum uel in scripto querere delectantur.

Et habemus firmiorem propheticum sermonem; B. Petrus ea quæ uidit, & quorum erat certissimus, adduxit ad eorum, quibus scribebat, confirmandam fidem. Considerauit autem quæ tum proponebat apud Iudæos non esse tantæ firmitatis, quantæ erant ueteres scripturæ sanctæ. Nam tē

pore diuturno à synagoga probatæ erant, & ab ecclesia receptæ, & perfecto autoritatis robore confirmatæ. Itaque obiecit illis propheticum ipsum sermonem, ubi ferè passim contemplari licet CHRISTVM. Ob eam causam laudat eos qui attendebant scripturarum sanctarum studio; Cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ etc. Et uerè ipsæ sunt quasi lucerna quædam lucens in caliginoso huius uitæ loco. Cor enim nostrum quando hanc ærumnosam agimus in terris uitam, ex se tenebrosam est, & oppletum densa caligine. Ignorat quippe homo & unde ueniat, & quod tendat, & qua sit incedendum uia. Scriptura ergo sancta admixta fide, est cordi nostro tanquam lucerna quædam quæ præluet nobis, & ostendit quæ supra sensum sunt. Hoc Propheta scriptum reliquit; Lucerna, inquit, inquit, pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

Donec illucescat dies; id est, donec appareat nobis gloria CHRISTI. Non amplius ita obscurè & quasi in caligine & sub nube: sed ipse; Lucifer; uerus CHRISTVS; Oriatur in cordibus nostris; Tunc enim non erit opus ista lucerna, ubi nulla est nox futura, neque umbra, neque nubes, neque caligo: sed immensa claritas & æterna dies; Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ etc. Benè & uigilanter dixit; Hoc primum intelligentes; Quod tamen non tam difficile est intellectu, quam dignum obseruantia. Plurimi enim qui hoc obseruare uel nolunt, uel negligunt, impingunt periculosissimè. Quid est igitur istud quod non obseruatur; nempe; Quod omnis prophetia scripturæ; Vocat prophetiam, intelligentiam spirituale, quæ medijs scripturis hauritur; Propria interpretatione non fit; id est, Non fit ab humano lumine, sed diuino: quoniam non tractat quæ conueniunt homini, ut homo est, sed quæ illi conueniunt supra hominem eleuato. Unde Apostolus & Doctor gentium nos docuit, sapientiam & prudentiam carnis Deo esse inimicam. Et iterum de animi mali homine testificatur, quæ non percipere ea quæ Dei sunt, aperte declarat.

Non enim humana uoluntate allata est aliquando prophetia; id est, ipsa scriptura prophetica non ex hominum commento uenit; Sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines; Ut hinc conficiatur celebris illa, & uera, & rationalis conclusio. Quo spiritu scripturæ sunt inspiratæ, eodem eas interpretari oportet. Quapropter rectè consequitur: Penes superbos & arrogantes, & contumaces in ecclesiam (quia hoc spiritu carent) ueram scripturarum interpretationem adesse nullo pacto posse. Sensus quidem peruersum habere possunt, & qui ad literam atque historiam pertineat: ad fructum autem ullum spiritus nequaquam. Hoc aduersus uos uos magistros dicimus, ut si caueant, qui parati sunt scrutari scripturas. Quorum hodie magnus est numerus. Et ita in eorum gratiam qui falsa persuasionem, in libris hæreticorum reddere putant illustres aliquos sensus. Nam si quid inest, à nostris suffurati. In animam enim maliuolam an quærendus est sapientiæ spiritus?

Erasmus notatur.

A uarietate styli non conficitur argumentum efficax.

## CAP. II.



**H**VERVNT VERO ET pseudoprophetae in populo: sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis: & eum qui emit eos Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem: & multi sequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in avaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur. Quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus Angelis peccantibus non peperit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium referuari. Et originali mundo non peperit: sed octauum Noe iustitiae praconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerfione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens. Et iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit: Aspectu enim & auditu iustus erat, habitas apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.



**Q**OSTQVAM superius eos admonuit quomodo sunt intelligendae scripturae: nunc in eos qui eas peruerterunt, sequi pseudoprophetas declarant, & in illorum sectatores sermonem intendit. Ponit autem nobis ita graphicè ante oculos nostrae huius infelicis tempestatis hereticos (quos proculdubio certa reuelatione uidit in spiritu) ut nihil possit congruentius excogitari. Ait ergo; *Fuerunt uero & pseudoprophetae in populo;* Patet in ueteribus historijs usque ad CHRISTVM Dominum nostrum, nunquam hunc zizaniorum spiritum defuisse in agro Domini. Consule libros Regum, & inde facile nosces multos fuisse pseudoprophetas, quibus cum Elias contedit, Micheas, Isaias, Ieremias & alij prophetae.

*Sicut & in uobis erunt magistri mendaces;* Haec est propheta, cuius ueritatem cuncta saecula uenientia uiderunt; *Qui introducent sectas perditionis;* Res est plusquam per se clara, ut non debeat quisquam scandalizari, cum hoc ipsum fuisse ceruimus in omni saeculo, ac praeterea prophetaatum; *Et eum qui emit eos Dominum negantes;* Non enim conuenit legere; *Negant;* cum de futuro esset sermo, sed negantes potius; *Superinducentes sibi celerem perditionem;* Siquidem amissa fide, citra ullum penitus impedimentum praecipites feruntur ad interitum, Deo ipso iustissima sententia deserente; *Et multi sequentur eorum luxurias;* Graecè potius, exilia ac perditiones. Sed &

utraq; lectio uerum sensum porrigit; *Per quos uia ueritatis blasphemabitur;* Vita horum & scandala quae uidemus, uice commentariorum sunt ad huius Apostolicae ueritatis prophetiam. Oia sane luce clarius uera esse hoc tempore uidentur per horum pseudomagistrorum uitam, & uipeream linguam, qui nunquam cessarunt, nec hodie adhuc cessant uias Domini rectas pestilenti doctrina peruertere. Quo efficitur ut blasphemetur (heu) christianae professionis religio. Apostolicae, n. atq; ecclesiasticae traditiones propter horum mendacia, & peregrinas doctrinas deseruntur: unde & multi peregrinantur, & blasphemant uiam ueritatis, quae est in ecclesia Dei, ab his falsorum magistrorum mendacis ludificari.

*Et in avaritia fictis de uobis uerbis negotiabuntur;* Istud spolia ecclesiarum ostendit in regnis schismaticis per horum doctrinam, qua cauponantur. Non negamus uigere & avaritiam in quibusdam ecclesiae Dei ministris. Sed haec & alia uitia nostra, à nobis tamen non excusantur: non habent praetextum fictis uerbis, ita ut ueritas dogmatum pereat, si cut est apud haereticos, qui quod malum est, bonum dicunt; *Quibus iudicium iam olim non cessat;* Cum enim defecerint à fide, & iam sint subuersi, iudicati sunt: & eos Dominus sustinet ut impleant perfidiae suae tempora, & contra illos ipse glorificetur, cum ponet eos scabellum pedum suorum; *Et perditio eorum non dormitat;* quoniam assidue proficiunt in deterius. Sic enim oportet ut semper tendant deorsum: & quanto profundius, tanto celerius instar lapidis in putei profundum proiecti.

*Si enim Deus Angelis peccantibus non peperit etc.* Multa de Angelorum casu & statu dicenda essent, & de ipsius ruinae causa. Verum non desunt aliquot ex amicis nostris (ut non raro diximus, & frequenter repetere non est alienum) qui se ad ista adicti, & in scholis perpetuo uersati, & iccirco nescientes scripturas, & dicta, traditionesque patrum non obseruantes, cum ea audiunt quae in scholasticis nequaquam legerunt, peregrinantur. Qui enim aliter possunt, cum in Logicis & Physicis, & Metaphysicis, & eiusmodi quaestionibus multis penè inutilibus, integram aetatem conterant? Qui audit intelligat, & ad meliora studia animum transferat. Isti igitur ubi primum quaedam audiunt à suis (ut iam dixi) Magistris minime tradita, continuo ut erronea & haeretica, sua magistrali, hoc est, superbissima & praesumptuossima censura damnant. At hoc omnino est iniuissimum: nec à B. Thoma, neque ab alio Christiano autore, & doctrina simul & modestia pollente, talem regulam didicerunt. Proferamus itaque nos aliqua de Angelis ad eorum, si recipiant, instructionem: aut saltem ut ipsi cessent, si fieri potest, maledicere, & gratis insectari.

Fuit à priscis temporibus opinio, imò (ut ego existimo) antiqua huiusmodi traditio: Peccatum Angeli fuisse inuidiam. Non quidem inuidiam, qua Deo inuiderit (hoc enim stultum est opinari, cum inuidia non sit inter adeo dispares, & quorum

quorum alter in immensum excedat alterum,) sed qua inuidit homini. Hanc sententiam fuisse antiquorum, haecenus mihi ut rem compertam sumo. Nam postmodo etiam testimonijs Patrum inferius ostendam me uera dixisse, quibus & ipsae scripturae mirifice attestantur.

Nunc me conuerto ad sectatores. Quid hic, rogo, opponere potestis uos, qui ex hac doctrina scandalum patimini? Num hoc uobis impossibile esse uidetur? An non uerissimile, nedum non absurdum? Num ab ecclesia ulla in parte, uel in concilijs, uel in decretis reprobatur? Tacent: Nihil habent aliud quod respondeant, nisi fortè obijciat nec à B. Thoma, aut à Scoto, caterisque Scholasticis, hanc de Angelis historiam nusquam commemoratam. Porro alia ipsi proferunt Angelorum prolapsionis causam. Quam rogo: Superbia illa, inquit, qua excitatus Lucifer appetit aequalitatem ac similitudinem Dei. Nam & eiusmodi opinio ex antiqua traditione profecta est: & cunctis iam ecclesijs persuasa. Et nos pariter cum illis hanc fuisse causam asseueramus. Verum istud insuper interesse declaramus. Nos enim haec ita simul concordamus, ut omnia sibi inuicem consonent. Illi contra, dum suam causam defendunt, & nostram non considerant: nec quicquam firmum statuunt, nec se cum concordant. Aliud enim Scotus: Aliud B. Thomas docet: & perpetuae circa hoc uigent inter eos controuersiarum lites. Quid igitur est causae cur non explicita sententia magis placere uobis omnino debeat?

Dicimus Dominum Deum, antequam hunc mundum nostrum constituisset, creasse Angelos, & in caelo illo summo, quod empyreum uocant, collocasse. Et illis aliquando ostendisse uoluntatis suae beneplacitum ac decretum de humano genere condendo, & de incarnatione Filij, & sublimatione nostri generis ad illud regnum. Adiecit autem illis praecipitum, ut ipsi omnes illum Deum hominem adorarent, & in Deum suum, & autorem gloriae ipsorum reciperent. Ille autem Lucifer hoc uidens, & inflatus superbia, inuidit (Nunquid unquam erit inuidia absque superbia?) atque ideo praecipitum illud spreuit: & quod decretum erat de CHRISTO, sibi ipsi appetiuit, ut in persona Dei sua natura, id est, angelica cum diuina coniungeretur. Id enim cernebat nedum possibile: sed etiam (ut prima facie uideri poterat) longe decentius apparebat. Ecce causa ruinae. Nunc perpede (quæso) lector & ueritatis amator, ut huic ueritati omnia consonant. Hic primum uides animi motum, superbiam: quia suam concupiuit excellentiam inordinatè. Hic cernis inuidiam, & ad inuidiam non paruum stimulum, propter CHRISTVM. Alioquin sine CHRISTO quid fuisset nos, in quos potuisset in tantum Angelo ad esse tanta ratio inuidendi? Hic itè uides, quomodo aequalitatem Dei per illam unionem sibi appetiuit. Hic demum uides praecipitum Dei, cui ille noluit obedire. Erat autem conueniens (ut eleganter ait Caietanus) ut quem

admodum homo ab initio habuit positum praecipitum, per cuius obedientiam mereretur conseruare sua dona, & regni gloriam adipiscitur: similiter & Angeli ipsi aliquid similiter eiusmodi praecipitum habuerint, ut ab eo teterentur. Quid autem fingi potest congruentius atque fortius ad probandam ipsorum subiectionem, & debitam Deo omnium Creatori humilitatem?

Dicit mihi aliquis. Vbi hoc de scripturis accipis? Nunquid aliquid nostro arbitratu possumus nos quauis uerissimile fingere, & quasi dogma ecclesiasticum obtrudere? Respondeo: Creditur in primis à multis patribus, esse hoc caelitus reuelatum seruis Dei. Sed cum non sit omnium fides, & illud prouerbiorum obiecit: *Qui cito credit, leuis est corde.* Nos anteuertimus objectionem eiusmodi, & negamus cito nos credere, cum illud credimus, cui ipsae scripturae, & Patres, denique & ipsa lux ueritatis multis modis & ex omni parte apprimè consonat.

Primum: Legimus in Apocalyp. signum magnum apparuisse in caelo, ubi erat & Diabolus, qui uidit Mulierem quae cruciabatur ut pareret CHRISTVM: & ipse Draco describitur inuidus, & intentus ad occidentum ipsum sibi ostensum adhuc existentem in caelo. Ideo Dominus de illo increpans Iudaeos dixit: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere.* Ille (nota prudens lector) ille, inquit, erat homicida ab initio, & in ueritate non stetit &c. Ecce illa Diaboli uoluntas plena odio ac liuore in CHRISTVM, & consequenter in genus nostrum. Idem in illo Apocalyp. loco dicitur, quod uolebat filium deuorare, quem uidebat rectorum omnes gentes. Et hinc magnum in caelo illud praelium: quoniam Angeli obedientes defecerunt in caelis ueritatem Dei, & decretum iustum & sanctum. Lucifer autem traxit ad contumaciam secum tertiam partem stellarum caeli: & inde tandem absque poenitentia eiectus est cum omnibus sectatoribus suis. Tum audita est uox illa grandis in caelo & uictoriosa dicens: *Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas CHRISTI eius:* quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in conspectu Dei nostri die ac nocte. Haec de illo uox Angelorum bonorum, peccatum Luciferi manifestantium, cum adhuc esset in caelis: quae non possunt quouis modo aliud pretendere, nisi sibi fuisse factum Diabolum, id est, calumniatorem: qui liuore percitus, nostrum genus coram Deo uituperabat, utpote tanto dono indignum.

Et quid, obsecro, aliud intelligebat Isaias cum dixit: *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui uulnerabas (aut debilitabas) gentes, nimirum uilificando nos, & naturam nostram coram Deo.* Ecce illa inuidia aduersus CHRISTVM, & genus nostrum. Qui dicebat in corde suo: *In caelum conscendam.* Hinc apparet ille appetitus diuinæ auctoritatis & dignitatis. Velle enim cum in summo caelo esset, in caelum conscendere, quid est aliud

Attende lector quam graphicè designantur non ueritatis heretici.

Apoc. 12.

104. 8.

Isa. 14.

Historia de ea su Luciferi & Angelorum eius.

aliud quam altius cœlorum genus non creatum suspicere. Vnde prosequitur ille propheta: Super astra Dei exaltabo folium meum. Vide ut etiam super Angelos dominum appetebat, quod solius erat Dei. Et quid cuperet declarat: Sedebam in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: similis ero Altissimo. Hæc conditiones sunt CHRISTI, qui uerè sedit ut Doctor & Dominus in monte testamenti: quo significatur cœleste regnum cum quo constituit pactum, & ibi latera Aquilonis inueniuntur. Quapropter in psalmis dicitur: Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Per latera Aquilonis (ni fallor) intelligitur creaturæ suapte natura frigide, quæ cõstituantur in regno Dei quasi duo latera, nimirum Angelorum & hominum. Et in medio eorum Rex sedens in solio similis Altissimo. Ponderentur, quæso, hæc uerba, & alia quæ longum nimis esset exponere. Iudicabit sanè pius lector, non esse absque scripturarum testimonio quæ de statu Angelorum & lapsu proposuimus.

Quod si ueteres Patres consulimus, iam alibi dixi B. Basilium & Cyprianum id pro re constanti habuisse, propter inuidiam scilicet in homines eiectum fuisse de cœlo Diabolum. Hæc sunt magni Basilij uerba in sermone De inuidia.

B. Basilii. Quid principium illud malorum omnium Demonem in inimicitias cum humano genere impulit? Nempè inuidia, ob quam Dei hostis manifestè deprehensus est.

B. Cyprianus. B. item Cyprianus in sermone de zelo & liuore. Facilius, ait, tã perniciosum liuoris malum à nobis uitabitur, si eiusdem mali origo, & magnitudo noscatur. Hinc Diabolus inter initia statim mundi, & perijt primus, & perdidit. Ille angelica maiestate subnixus; ille Deo acceptus & charus, postquam hominem ad imaginem Dei factum conspexit, in zelum maleuolo liuore prorupit, non prius alterum decipiens instinctu zeli, quam ipse antè zelo deiectus: captiuus, antequàm capiens: perditus, antequàm perdens: dum stimulante liuore homini gratiam datæ immortalitatis eripit, ipse quoque id quod prius fuerat, amisit. Quale malum est, fratres charissimi, quo Angelus cecidit, quo circumueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est, qui decipit: Hæc ibi gloriosus ille Martyr.

B. Bern. in can. ser. 17.

B. quoque Bernardus rem apertius declarans, tanquam si illud uidisset in Spiritu, dixit. Putas ne Lucifer qui mane oriebatur, sed præproperè eleuabatur, antequàm uerteretur in tenebras, generi nostro inuiderit? Et ipse olei effusionem, & per se ipsum iam tunc indignabundus mullicaret, dicens intra se quodam modo: Ut quid perditio hæc? Hoc ego non assero dicere Spiritum, sed nec cõtradicere dico. Nescio enim: Potuit autem contingere (si tamen incredibile non putetur) plenum sapientia & decore, homines præscire potuisse futuros: etiam & profecturos in parem gloriam. Sed si præsciuit, in Verbo Dei uidit, & in liuore suo inuidit: & motus est habere subiectos, socios dedignatus, In-

firmiores sunt (inquit) inferioresque natura. Nõ decet esse conciuēs, nec æquales nobis in gloria. An fortè prodit impiam hanc eius machinationem illa præsumpta ascensio, sessioque, significans magisterium? Ascendam (inquit) super montem excelsum, & sedebam in lateribus Aquilonis: quò Altissimi perinde quandam similitudinem obtineret, si quemadmodum ipse super Cherubin sedens gubernat omnem angelicam creaturam: ita etiam ipse altus sederet, regeretque genus humanum. Iniquitatē meditatus est, in cubili suo &c. Hæc illo in loco deuotus Abbas Bernardus.

Neque uerò latuit B. Thomam nostrum hæc tanti Abbatris doctrina: quam etsi non sit ausus sequi pro suo timore (cum nondum esset ita celebris hæc opinio, & plausibilis multis, quemadmodum esse nostris diebus experimur) attamen nec est ausus pro sua prudentia reprobare. Nunc autem cum multi uiri per ac docti, quasi uno spiritu iam hoc totis præcordijs amplectentur: Quid, obsecro, bonæ causæ, fingi potest contra scripturæ spiritum sese opponere?

Erat autem & maximè illa ratio ponderanda, quam ex Caietano iam attulimus: Dignum omnino & æquum fuisse ut Angeli ad gloriam ex aliquo obedientiæ merito promouerentur, non cuiuscumque præcepti, sed excedentis præcepta naturæ. Quandoquidem & ipsa gloria, ad quam uocabuntur, naturæ limites excedebat. Hactenus de eorum ruina à nobis dictum sit. Superest nunc breuiter de illorum pœnis statuere. Ecce B. Petrus ait, quod Deus Angelis, qui peccauerunt, non pepercit; sed rudentibus (seu catenis) inferni (siue) caliginis detractos in tartarum; de summo cœlo in ima & profunda inferni; tradidit in iudicium reseruari; Hoc terribile iudicium Iudas Apostolus frater B. Iacobi, in sua epistola penè ad literam scripsit: ex quibus duo manifesta fiunt. Alterum esse illorum exilium terribile ac tremendum, qui de summo cœlo eiecti, in profunda inferorum detrusi sunt. Alterum uerò nondum esse perfectum in eos iudicium: sed reseruatur in illum postremum diem, quando mundus uniuersus iudicabitur. Non erit tamè iudicium discussionis aduersum Demones. Iam enim ipsi suæ damnationis certi sunt. Hoc solum addetur, ut luent pœnas longè acerbiores pro omni peccato, cui causam ipsi, aut occasionem tentando homines prebuerint. Tunc enim finis imponetur tentationibus, quibus inferendis nunc infœlices lætantur: etsi nouerint expectandum sibi propter eam grauius iudicium. Quapropter uellent sic manere perpetuo: & pleni rabie atque indignatione & furore assidue quærunt prædas. Ob eam causam conquerebantur dicentes: Venisti ante tempus perdere nos. Et dilectus: Ve terræ & mari, quia descendet Diabolus ad uos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

Verum restat adhuc scrupulus. Dicuntur enim hanc regionem aeris nunc incolere, ut plena sit Dæmonijs. Et propter eam legio illa orabat

Math. 8.  
Apoc. 12.

ad

ad Dominum, ne illos mittere uellet in abyssum. Hic autem apertè dicuntur iam fuisse in tartarum detrusi. Dicendum est ergo, hanc aeris & terrarum regionem illis esse inferni loco & caliginis, ubi magna illorum pars errat. Vicissitudines tamen habent, ut modo in abyssum tradantur, modo super terram permittantur ad redandum nos: sicut de scripturis accipitur. Sunt & quædam loca, sicut & ego certa experientia deprehendi, ubi Dæmones sese apertius ostentant: quos in pœnam ibi puto alligari. Veniet tandem ultima dies, quando omnes in tenebras ultimas proijcientur, carceribus perpetuis detinendi, & æterno igne cruciandi, quem diem incredibiliter infœlices illi spiritus perhorrescunt.

Et originali mundo non pepercit: Vocat originale mundum ipsa prima incunabula mundi usque ad Noe; Sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit &c. Nisi aliqua sit historia, quam non habemus, declarans quomodo fuerit Noe octauus præco iustitiæ, & qui fuerint alij septem superiores, ut uideatur ipsa literæ uera significatio exposcere, oportebit dicere illum uocatum esse octauum non respectu præconi, sed respectu salutis: quia cum illo septem animæ in arca salutem, submersis alijs omnibus, adeptæ sunt.

Et ciuitates Sodomorum &c. Nora historia Gen. cap. 19. Notandum est testimonium græde in maximam ipsius Lot gloriam, qui inter tot iniquos ac pessimos homines sese continebat in iustitia: & quod adhuc amplius erat, talis apparebat ipsis impijs & flagitiosis, ut non malè audiret, sed uelut quoddam luminare in tenebris illuceret cunctis. Denique quod arduum fuit & admirandæ cuiusdam uirtutis, ante oculos habens assidue mala illorum opera, non solum non corrumpatur aut imitando, uel æmulando, uerum etiam cruciatur animo. Hoc certè ad exemplum nostrum opportunè proponitur, ut sciamus inter uarias aspidum species, & scorpiones illibate conuersari, & cum feris bestijs & reptilibus sanctè & iustè conuersatione integra atque innocua uiuere. Aduertendū hinc est, nondum parere perfectum: ex ipsis uerbis sensum: sed tanquam ab homine qui auditori, aut lectori relinquit ut ex superioribus dictis facile reliquæ colligat. Erat igitur hic sensus. Si Deus Angelis non pepercit, nec originali mundo, nec ciuitatibus & regnis: ita nec parceret istis illusoribus & sectarum auctoribus: etsi interim propter peccata populorum minus uideatur attendere. Sed non est Dei longanimitas negligenda. Nam tantò districtiorem in iudicio iustitiam est exacturus, quantò longiore ante iudicium patientiam prorogauit, ut rectè ait Magnus Gregorius.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos uerò in diem iudicii reseruare cruciandos. Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulat, dominationem contemnunt, auda-

ces, sibi placentes: sectas non metuunt introducere, blasphemantes. Vbi Angeli fortitudine & uirtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. Hi uerò uelut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & perniciem: in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, uoluptatem exultantes diei delicias, coinquinationes & macula: delitijs affluentes, in conuiujs suis luxuriates uobiscum, oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti, pellicentes animas instabiles: cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filii: derelinquentes rectam uiam errauerunt, sequuti uiam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem uerò habuit suæ uesaniæ, subiugale mutum animal, in hominis uoce loquens prohibuit prophetæ insipientiam. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitata, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superba enim uanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum esugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris IESU CHRISTI, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contingit enim eis illud ueri prouerbii. Canis reuersus ad suum uomitum: &, Sus lota in uolutabro luti.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere. Verè spem nostram mirificè fouet & nutrit scripturarum sanctarum lectio, si cum fide illis hærentes, exempla maiorum ad uitæ nostræ salutem fructum nobis conuerteremus. Magna, n. fuit illa liberatio Lot à tanto incendio, & omnium aliorum qui tentationibus, saltem animo, non succubuerunt, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Prodest etiam ad eos respicere, quorum & uitæ præsentis exitus omnium calamitatum parit ortum nunquam finiendum. Quales fuerunt propter iniquitates eorum Sodomitæ illi & Gomorritæ, qui eorum typum gerunt, qui cruciandi seruantur sempiternis flammis; Magis autem, aut potius; Maximè autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulat &c. Hinc uides tanquam in speculo fidelissimo & terribissimo representari nouos nostræ etatis



his hæresiarum, quos maxima poenæ manent, & merito. Magnis etenim ac summis criminibus & sceleribus oneratur isti animarum corruptores.

Primum scelus quod in illis dominatur, cõcupiscentia est carnis ad immunditiam. Ipsi tanquam serui illius facti, non quidem per ullam ignorantiam, non per præoccupationem & surreptionem: sed scientes & uolentes libenter eius dominationi succumbunt. Et hoc proprie est post carnem ambulare, quasi pedisequos, in concupiscentia. Hic primum contemplare Lutherum apostatam, qui sacrilegum cõnubium prior sacrauit, homo sacer & detestandus in æternum. Contemplare & Bucerum simul aliam inferni faciem, qui (nemini hoc mortalium purò contigisse) cum fuerit sacerdos, & professione ac uoto monachus, iam trigamus factus est. Quere fascinos & excõcatos, qui huiusmodi homines non agnoscunt per hæc scelera tam manifesta in porcorum gregem eua fuisse, qui dicunt immundum, mundum: & sanctum, pollutum: & malum, bonum.

Secundum eorum scelus est, quod cum carnis concupiscentia illis peruersa ratione dominetur, ipsi tamen, contemnunt dominationem, & nolunt subdi potestatibus, quæ sunt à Deo. Vnde uocat eos; *audaces, & sibi placentes*: hoc est, proteruos & suo tantum temerario consilio se regentes.

Tertium scelus est, quod *sectas non metuunt* introducere, blasphemantes. Hoc ubique nimis apparet. Græca lectio sic habet: *δοξασθὺν τρέψασθαι βλασφημῶντες*. Ad uerbum; *Glorias non metunt, seu non tremunt*. Vocat glorias, insignes & gloriosos uiros potestate pollentes & autoritate ac doctrina, ut summos Pontifices, & alios Prælatos, & gloriosos Doctores, qui summam in ecclesia Dei sunt gloriam assequuti. Has ergo glorias non tremunt, seu non metuunt blasphemantes. Nam cum ecclesiasticam hierarchiam respuerint, necesse illis fuit ut eos qui in ea præsentibus blasphemarent. Quod oculis nostris perspicimus. Hoc enim est linguæ eorum præcipuum, blasphemare scilicet, & os exitiale ponere in celum. Hi sunt ueri filii Cham maledicti, & Satanæ.

Vbi Angeli fortitudine & uirtute cum sint maiores etc. De malis Angelis proculdubio loquitur, ueluti ea repetens quæ loco non ita remoto dixerat: Si Angelis non pepercit, qui tamen erant maiores & potentiores. Vnde sequitur quod multo minus parcat istis, qui cum minores existant, audet nihilofecius pugnare cum Deo. Nunc uolens eos terrefacere, commemorat nec ipsos Angelos, tametsi essent maiores & longè potentiores, posse tamen ferre iudicium terribile ac tremendam illam Dei sententiam. Adeo acerbata est & grandis, quæ lata est contra eorum blasphemiam. Quomodo igitur poterunt isti inferioris naturæ & infirmioris ferre? O miseros, o infelices. Vbi nunc es Lutherus? Vbi tu Singlie? Vbi tu Oecolampadi, & uos aliarum bestiarum? Certè malletis non esse, quam tot ac tantis cruciatibus absque ulla ullius solatijs spe iugiter torqueri. Sed audiamus B. Petrum reliqua prosequentem.

Hi uero uelut irrationabilia pecora etc. Ostendit quales sunt huiusmodi hominuli Angelis cõparati: nimirum tanquam irrationabilia pecora, seu bruta animantia, quæ natura ad captiorem & sui ipsius perniciem nata esse uidentur; *In his quæ ignorant blasphemantes*; hoc est, dum de his quæ ignorant, blasphemant; *in corruptione* (seu perniciem) *sua peribunt*: Videtur enim ignorantia grauius peccatum constituere, cum is qui ignorat, audet & præsumit etiam de his quæ ignorat iudicare. Istud in causa religionis est grauissimum. Nam si Angeli peccatum grande peccauerunt, saltem grandes illi erant. At hæc bruta quam dignitatis habent præstantiam, ex qua ad superbiam extimulari possint. Merito ergo peribunt in suis ignorantibus; *Recipientes mercedem iniustitiae*; dignam peccato. Qui namque ea præsumserunt scire quæ ignorabant, uerè tum demum maximo pudore confundentur, dum omnibus perspectum erit ac manifestum, eos superbe ignorasse, & tamen iactasse cognitionem scientiæ.

*Voluptatem existimantes dei delicias*; Hoc errore inuoluti tenentur miseri hæretici huius temporis. Cum enim sumus in die, & perspicue lucis tempore, quando iam facti sumus omnes doctores Deo, scientes quid honestum, quidque turpe sit; tamen isti homines existimant uoluptatē esse delicias dei, id est, conuenire ei tempori, quædo lux apparuit. At B. Paulus hoc uetabat: Nox præcessit, dies autem appropinquauit: adijciamus ergo (inquit) opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus etc. Isti autem diem sibi & alijs uerterunt in noctem. Vnde ait: *Coinquinationes & maculae*; Vocat eos non coinquinos, aut maculatos, sed ipsasmet coinquinationes & maculas, ad insinuandum, omnes qui illis hærent contaminari ab eisdem & maculari. O quam uerum; *Delicias affluentes in conuiujs suis luxuriantes uobiscum*; Quod est exercere officium suum coinquinando alios, & maculando medijs conuiujs delitiosis: quæ magnum habent momentum, & uiscum tenacissimum continent ad amicitiam carnalem agglutinandam, & assidue augendam.

*Oculos habentes plenos adulterij*; In oculis enim primum & uehementer apparent adulteri hominis indicia; *Et incessabilis delicti*; Hoc uenerum opus est delictum uerè incessabile, donec exerceri per ætatem potest. Quod si fortè opere impleri nequit, in corde tamen & appetitu semper ignis ardet: nisi Deus latenti miraculo ac dono cor ipsam purificauerit. Quod sanè ut rarum est, ita & admirandum. Et qui hanc in se incendij uim relictam sentiunt, Deo assidue agant gratias; *Pellicientes animas instabiles*; id est, infirmas in fide, ac propterea instabiles ac nutantes. Tales enim ad omnem doctrinæ uentum uelut arundines moueri solent; *Cor exercitatum in auaritia habentes*; Necessè est huiusmodi delictis, & comestationibus, ac obscenis uoluptatibus carnis uacantes, plerumque in auaritiam rapi, quò ualeant

Rom. 13.

Asina Balaam quos significat

Mira hæretico rû descriptio.

Ier. 2.

ualeant suppeditare impensas. Propterea habet cor exercitatum ad dolos, & deceptiones, & rapinas, & usuras, & alia illicita lucra. Iam enim hæc bruta animantia fecerunt licitas usuras, quarum tamen moderamen magistratibus sæcularibus astute illud quidem tribuerunt. Hæc legi apud Bucerum, super Matthæum.

*Maledictionis filij*; Nam sub eorum generatione includuntur, qui subiacebunt æterno maledicto. Est autem phrasis hebraica; *Derelinquentes uiam rectam*; quæ est publica & trita, per quam ambulauerunt cum laude & ueritate patres nostri; *Errauerunt sequuti uiam Balaam ex Bosor*; Quicumque uiam rectam deserunt, eisdem oportet errare. Et hi sequuntur uiam Balaam; *qui mercedem iniquitatis amant*; Merces iniquitatis est cõmodum aliquod temporale, quò à uia recta abducuntur. Balaam enim à Balac rege accepit munera, ut malediceret filijs Israel. Pari iniquitate isti nunc maledicunt ecclesiæ ob mercedem aliquam temporalem, siue libertatem falsam, siue gloriam, seu stipendia & spolia ecclesiarum; *Corruptionem uero habuit suæ uesaniæ*; siue suæ iniquitatis. Declarat autem qualis fuerit illa corruptio; *Subiugale mutum animal in hominis uoce loquens*; Hoc fuit asina ipsius Balaam, cui Dominus os aperuit, & loquuta est, & eundem percutientem se increpauit. Nota est historia Nu. 22. Significat uerò quoddam hominum genus in ecclesia sancta Dei humile & ignarum diuini legis: subditum tamen Deo. In his innitunt pseudoprophetae: & ab initio quidem multos huius generis capiunt, & illis insident, quos deducunt in uiam maledictionis. Sed Angelus Dei saluos facit eos, ut etiam conterant ad parietem, qui est CHRISTVS, pedem insidentis. Longa esset allegoriæ explicatio. Satis est autè innuere sapienti.

*Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbinibus* (seu uento) *exagitatae*; Nam se ipsos iactitant, & pollicentur potum dare sitientibus. Sed non habent aquam, id est, sapientiam salutarem. Sunt enim cisternæ dissipatae, quæ dereliquerunt uerum fontem aquæ uiuæ Dominum IESVM CHRISTVM: tamen si assidue illum habeant in ore. Dicit & esse nebulas turbinibus exagitas. Nebulae sunt uapores qui constantur ex aquis & terra, & quum turbinibus exagitantur, non eua dunt in nubes: & nec in æstu nimio, nec in frigore magno generantur. Illi ergo per has nebulas significantur, qui à sapientia cum terra admixta aliquantulum eleuari ab alijs uidentur. Hi sese opponunt splendori Solis, & tenebras exuscitant: cumque iactantur uentis, facile ac citò soluntur & euanescent. Ad eundem modum pseudoprophetae turbinibus acti & uentis, tum à conscientia mala, tum etiam nonnunquam à iustis persecutionibus ab ecclesia illatis, non diu durant.

*Quibus caligo tenebrarum reseruat*; Et merito. Nam cum ipsi obstiterint quominus alijs illuceret Sol, cõgrua hoc poena illis infligitur, ut sint perpetuò sub tenebrarum caligine. Quapropter rectissime subditur; *Superba enim uanitatis lo-*

quentes; Cum istæ nebulæ altius eleuentur, oportet eas superba profundere. Sed cum non sint pregnantes, neque contineant opportunas pluuias (Non enim prædicant ueram ac puram peccatorum poenitentiam) iure in uanitatem soluntur: *Pellicunt in desiderijs carnis lasciuia eos, qui paululum effugerant*; id est, eos qui aliquantulum erant abstracti ab ijs lasciuia desiderijs, sed nondum firmati fide; *Qui in errore conuersantur*; eiusmodi inescationibus pellicientes alios. Et modum inescationis declarans, subdit; *Libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis*; Horum uerborum interpretatio est ipsemet Lutherus, & socij: quorum doctrina nullum aliud fundamentum habet, quam libertatis pollicitationem, quæ est spurcitiarum uelamen. Et si enim spiritum labijs profiteri uideantur, nihil tamen prædicant reuera nisi carnem, iam ipsi facti serui corruptionis, id est, serui corruptibilis carnis. Et legem iustam adducens, ut probet iure sibi eam accersisse seruitutem, adiunxit.

*A quo enim quis superatus est, huius seruus est*; Christianus homo est à Deo in hoc prælio positus, ut per spiritum militet contra carnem, à cuius ditione atque imperio liberatus est per CHRISTVM. Si denuò superatur à carne, fit ipsi carni subiectus, ut nequeat se ab eius imperio uindicare, nisi rursus poenitentia recuperet spiritum, & ipsius spiritus libertatem; *Si enim refugientes coinquinationes mundi etc.* Videtur summus Apostolus hoc in loco (meo iudicio) notare singulariter Apostatas illos, qui primum agnouerunt ueritatem Dei per cognitionem CHRISTI, & ipsam uiam ueritatis, quæ in uitam ducit æternam. Vnde iam se alienauerant ab inquinacionibus mundi. Verum postmodo rursus superati sunt à Tentatore: & ita se coniecerunt in statum multo deteriore prioris.

*Melius enim erat illis non cognouisse uiam ueritatis etc.* B. Paulus ad Hebræos hoc idem aduersus huiusmodi Apostatas scripsit, qui post receptam baptismi gratiam salutarem rursus prolapsi sunt: quibus uoluntariè peccantibus non relinqui ulterius hostia pro peccato docet. Idem Redemptor noster & Dominus declarauerat in parabola illa: Cum spiritus immundus exierit ab homine etc. Est enim eiusmodi peccatum Apostasiæ in se adeo grande, ut nulla, aut certè dubia & parua restet salutis spes. Hos iustè euomit Deus de ore suo, in quos appositissime dirigitur illud ueri prouerbijs; *Carnis reuersus ad suum uomitum*; Verè propria in eos qui assidue peccant similitudo, qui cum per confessionem uomitum detestati sint peccata, & priorem uitam mutandam esse cognouerint, rursus tamen reuertuntur ad eandem ueteris uitæ sordes & turpitudinem: quod est ultrò appetere ac resorbere quod uomuerant; *et, sus lota in uolutabro luti*; Aliam pulchram similitudinem addidit. Comparantur enim sui pecudi, quæ postquam lota est, confestim reuertitur ad uolutabrum luti, in quo uoluitur & gaudet. Quare non ab re uocatur porci

Heb. 6.

Luc. 14.

hi noui porci hæresiarum & hæretici, in quos Dominus legionem Dæmonum, ita sibi licere postulantium, permittit intrare, ut in mari spurciarum omnium demergantur.

## CAP. III.

**H**ANC ECCE VOBIS, CHARISSIMI, SECUNDAM SCRIBO EPISTOLAM, IN QUIBUS VESTRAM EXCITO IN COMONITIONE, SYNCERAM MENTEM: UT MEMORES SITIS EORUM, QUAE PRÆDIXI, UERBORUM A SANCTIS PROPHE- TIS, & APOSTOLORUM VESTRORUM PRÆCEPTORUM DOMINI & SALUATORIS. Hoc primū sciētes, quod uenient in nouissimis diebus in de- ceptione illusores, iuxta proprias concupi- scēntias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim pa- tres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.

**A**N ECCE VOBIS, CHARISSIMI, SECUNDAM SCRIBO EPISTOLAM &c. Quod hic testatur B. Petrus hanc esse secundam episto- lam, planè ostendit & priorem pari- ter sicut & hanc, esse suā: contra hos nouitatum sectatores. Ait autem se in his episto- lis excitasse per comonitionem suam illorum synceram mentem. Hinc deberent exemplum in- ferioris ordinis Prælati sumere, & prædicatores, ut faciant exhortationes suas in spiritu lenitatis & suauitatis, non acerbè cum tanta austeritate & potentia. Considerēt & imitentur summū Apo- stolorum, CHRISTI Vicarium, quàm blandè, & quāto cum honore illos, ad quos dirigit ser- monem suum, hortetur.

*Ut memores sitis* (inquit) *uerborum quæ prædixi, a sanctis prophetis; Longè melius & clarius dicere- tur, ut fert græca lectio; Ut memores sitis uerborum prædicatorum, id est, eorum quæ prædixerunt san- cti prophetae; Et Apostolorum nostrorum; Melius; Apostolorum nostrum; id est, Apostolorum qui su- mus nos; Mandati; id est, ut memores etiam sitis mandati Apostolorum qui sumus nos; Domini et Saluatoris; Nō Apostoli cuiuscūq; hominis, sed Domini ueri, & ueri Saluatoris. Mandatum au- tem non aliud intelligitur, quàm ipsius dilectio- nis, ad quod omnia summantur. Qui enim dili- git proximum propter Deum, legem impleuit ut B. Paulus docet. Patet autem in priore epi- stola contineri huiusmodi admonitionem, & præ- cepta de prophetis scripturis: ubi studium eo- rum qui illis incumbant plurimum, ut & ardē- rius etiam incumbant, laudat: ad quod adhorta- tur, quum ait. Habemus & firmiorem propheti- cum sermonem, cui bene facitis attendentes &c. Hoc primum sciētes, quod uenient in nouissimis diebus in deceptione illusores etc. Hæc prophetia nō*

dum est impleta: sed potius hætenus error mul- torum fuit, qui & nunc uiget in nonnullis, qui iudicant propè & in ianuis esse diem ultimum aduentus Domini. Et uerè in ianuis est, sed non iuxta mensuram temporis, qua nos ipsum meti- mur, secundum quam mensuram tarda nobis in- grataq; fluunt tempora: sed iuxta mensuram ue- ram, quam nunc ex parte uideor mihi attinge- re iam senior, qui cum retrò omnem ætatem meam respicio, cum iam sexaginta sex annos ex- cesserim, totum hoc tempus uix semihora uide- tur, in qua tamen plus mœroris ac laboris, quàm gaudiū. Et certè ita est: & tamen qui instare di- cunt diem Domini, sic metiuntur dies & annos, ut est communis mensura mortalium. Ante ta- men quàm ueniat ille dies Domini tremendus, ueniet alij illusores, & amatores mundi, qui post multa iam exacta, & quæ transibunt tempora, contra euangelicum CHRISTI uerbum prædi- cabunt, & irrisione quadam ac perfidia dicent.

*Vbi est promissio & aduentus eius:* Hi erūt An- tichristi præcones, aut præcursores; Ex quo enim patres dormierunt &c. Ecce ratio unica perfidorū, quàm & Dominus sua providentia aliquando destruxit. Attende pie Lector. De his B. Paulus prophetauit dicens: Cum enim dicent: Pax & se- curitas, tunc repentinus eis superueniet interi- tus. Tunc igitur erit propè, cum putabitur lon- gè. Veniet enim ut fur in nocte, quando homi- nes dormiunt. Quamobrem cum uel nunc dicat pieriq; hæreticorum instare hunc diem, eos non audio: quanquàm & Catholici sint nonnulli qui in eam opinionem uenerunt. Permittitur autē cunctis in his quæ huiusmodi sunt, opinari & di- sputare. Ego quod sentio etiam liberè profero. Nondum enim uideo signa illa propinqua. Sed ad rem nostram. Dixi hos Antichristos iam suæ huius hæresis habuisse redargutionem, quā B. Petrus Apostolus subdidit.

Latet enim eos hoc uolentes, quod cœli erant prius & terra, de aqua & per aquam consistens Dei uerbo: per quæ, ille tunc mū- dus aqua inundatus periit. Cœli autem qui nunc sunt, & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicii, & perdi- tionis impiorum hominum. Vnum ue- rò hoc nō lateat uos, charissimi, quod unus dies apud Dominum, sicut mille anni: & mille anni, sicut dies unus. Non tardat Do- minus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter uos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœni- tentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini ut fur. Elementa uerò calore sol- uentur: terra autem & quæ in ipsa sunt ope- ra, exurentur. Cum igitur hæc omnia dis- soluenda sint: quales oportet uos esse in san- ctis conuersationibus & pietatibus, expe- ctantes & properantes in aduentum diei Domini

Domini: per quem cœli ardentes soluetur, & elementa ignis ardore tabescent? No- uos uerò cœlos, & nouam terram, & pro- missa ipsius expectamus: in quibus iusti- tia habitat. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati & inueniri in pace: & Domini no- stri longanimitatem, salutè arbitremini. Si- cut & charissimus frater noster Paulus secū- dum datam sibi sapientiā scripsit uobis: si- cut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia in- tellectu: quæ indocti & instabiles deprauāt, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorū perditionem. Vos igitur, fratres, præsciē- tes custodite: ne insipientium errore tradu- cti excidatis à propria dignitate. Crescite uerò in gratia & cognitione Domini no- stri & saluatoris IESU CHRISTI. Ipsi glo- ria & nunc, & in diem æternitatis, Amen.

*Latet enim eos hoc uolentes &c.* sensus est: Ob eā causam isti ea estundunt: quia quod fecit Dñs (uni- uerso terrarū orbe teste) latet eos. Latet autē quia ipsi scire nolunt. Erant, n. historiarum hac de re fide- les, etiā præter scripturas sanctas, de iustitia Dei per diluuiū ministrata, ut falsissimū reddatur eo istud dictū; *Omnia sic perseverant ab initio creaturæ; Nā totū mundum perisse, exceptis octo anima- bus, & his Dei providentiā per arcam seruatis, nō est in eodē tenore perseverare omnia: Sed est illo exēplo persuadere nō proteruis, eum qui ualuit uerbo suo perdere per aquam mundū, posse etiam per ignem simili modo illū destruere. Est item metū cuiuslibet incutere, & excitare cu- rā uigilandi his, qui nō penitus perditū sunt. Hoc autē ne de improviso sub illo die cōprehendan- tur: sicut sub illo priore diluuij cōprehensi sunt, dicētes: Pax & securitas: Comedamus, bibamus delictemur &c. Nā eodē errore multi tenebunt, quo totus orbis in die Noe tenebatur, ut repēti nū incurrant & sempiternū interitū. Si ergo il- lud diluuij exēplū cernerēt, quod tamē sua per- fidia ignorare uolūt, nō blasphemarent in euan- gelij: sed prouidētiā Dei agnoscerēt & iustitiā, in eos maximè qui superbiūt contra uerbū ip- sius. Illud autem Noe exemplum sic enarrat.*

*Quod cœli erant olim, et terra, de aqua et per aquam constituti Dei uerbo;* Hoc quo pacto fuerit, oportet agnoscere de scripturis. Quomodo enim cœ- li facti sunt ex aqua, cum multo superiores sint, & non uideantur habere talem generationē, ut prius fuerit terra ipsa quæ cœli, ex cuius mate- ria potuerint cōflari? Sūt qui dicāt hīc cœlorū appellatione intelligi aerem istum, & quicquid est inferius sub orbe Lunæ: quod mihi nō pla- cet. Nam quod aer, & similiter ignis qui supe- rior est aere, ex aqua processerint, non habet te- stimoniū. Solum habemus secunda die factū esse firmamentū, & per illud aquas inferiores ab

aq̄s superioribus separatas. Et tertia die semouē- tur aquæ à superficie terræ, quæ uniuersam ope- riebāt terrā. Præterea, nunquā legi cœlorū ap- pellatione numero plurali, significatū esse aerē. Dicuntur aues, & uolucres cœli, & nō cœlorū.

Adde cū legimus: Aquæ quæ super cœlos sunt; Nūquid propriè intelligimus de aq̄s elemēti hu- ius, quod uocatur aqua? Equidē nō arbitror. Alioqui super quos cœlos hæc aquæ, obsecro, inueniūtur? Placet ergo ut de ueris cœlis hoc in- telligamus, qui nobis in hoc statu deseruiūt. Nā & ipsi uerbo Dñi firmati sūt: & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Ideo eadē potestate soluent, ut ait scriptura, qua sunt formati. Dauid dixit: Initio tu Dñe terrā fundasti, & opera manū tua- rū sunt cœli. Ipsi peribūt, tu autē permanes &c. Hic ergo huius loci sensus mihi absq; ullo scrū- pulo procedit, ut primū intelligamus cœlos, i. cœlestes orbes, & terrā, ex aqua cōstitutos esse, id est, ex illa materia prima, quæ uocabat certis formis, quæ in principio libri scriptura uocauit aquas & abyssum: ut quæadmodum ex illa aqua conditi sunt, etiā per aquam illā consistant. Ve- rū hoc totū Verbo Dei constitutū est. Ipse, n. di- cebat. Fiat: & statim factum inueniebatur.

*Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus perijt etc.* Difficile est istud quod subdidit. Quopacto enim per cœlos & terrā perijt mundus? Si dixisset: Per quod, ut posse referri ad uerbū Dei, plana esset & per uia intelligētia. Sed dicēs, *per quæ*, ipsos cœ- los & ipsam terrā uidetur significare uoluisse. Inde uenit ille cataclismus: quod certè factum fuit uerbo Dei. Ipsa, n. terra euomuit quantum habuit aquarum ex suis internis fontibus. Et cœlos itē uerissimile est Dei uerbo & uirtute ap- tatos, ut illā alluionū exūdantiā in ipso aere gi- gnerēt, & inde super terrā effluerēt. Sic mūdus per aquas submersus est. Sicut igitur per cœlos & terrā mundus à diluuiō aquarum perijt iussu Dei: ita non est incredibile ipsos cœlos, & ipsam terram eodem Dei uerbo seruari per ignem sol- uenda in aduentu magni Dei, & in die perditio- nis impiorum: ut gloria sit diuini Verbi, & non creaturarū, quæ illi tantum seruiunt.

*Vnum uerò hoc non lateat uos charissimi, Quod unus dies etc.* Hic respondet quorūdā argumēto qui, ut superius uidimus, obijciebant. Vbi est promif- sio aduentus eius? Ex quo, n. patres dormierūt &c. Cum enim in scripturis prophetetur aduentus tanquàm citò futurus, & iam fluxisse numeren- tur multa sæcula, uideri potest malè deputanti- bus ipsum tēpus, mēdax hæc prophetia, ut ruat omnis spes scripturarū. Hoc, inquam, præoc- cupans respondet, Vnum diem apud Domi- num esse uelut mille annos: & mille annos sicut unū diem. Quod tantundem ualet ac si dixerit: Hī qui non sunt subiecti tempori, non ita men- surāt tempus sicut mortales, qui hac corruptio- ne grauantur: ita ut unus dies apud Dominum, sit sicut mille anni apud nos: & ecouersò, mille anni apud nos, sicut unus dies apud illum: quod eodem reuoluitur.

## COMMENTARIA POSTERIOREM EPISTOLAM

Aliter potest hic locus intelligi, Apud Dominum non esse istam nostram considerationem temporis: quia idem est apud eum unus dies, quod mille anni: & mille anni, quod unus dies: ut non sit eius proprie tardare uel praevincere. Si quidem ea quae in ipso tempore accidunt considerat, & secundum opportunitates & occasiones procedit in operibus suis, ita ut nulla sit in eo tarditas uel celeritas; *Non tardat, inquit, Dominus promissionem suam sicut quidam existimant: sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire; Vnde benignitatem Domini qui non uult aliquem perire.* Apertissimum certe contra illos testimonium, qui non praedestinatis certam constituunt damnationem. Quod ergo non tam cito ueniat ad uindictam Dominus, non est tardare, sed patienter agere; *propter uos; Vos* (inquit Apostolorum Princeps) *qui credidistis, ut plures saluos faciat.* Nolle enim, quod in se est, quenquam perire, sed omnes ad poenitentiam recipere. At quando uidebit nullam ferè in terra relictam fidem, tunc eodem consilio abbreviabit illos dies, ne plurimi perdantur. Ita quod unus dies tunc apud illum erit sicut anni mille, & ideo abbreviabit. Nunc autem apud eundem anni mille sunt sicut unus: & ideo uidetur tardare. Sed non est dicenda haec tarditas: quoniam, ut est in proverbio: *Sat cito fit, quod recte fit.*

*Adueniet autem dies Domini ut fur &c.* Iam istud apud B. Paulum expositum est, & satis clarus est sensus: quia non uigilantibus inexpectatus ille dies & improuisus adueniet; *in quo caeli magno impetu transient;* Monuit lectorem aliàs, nimis coactam esse Scholasticorum expositionem, qui uolunt caelos nihil passuros, sed solum cessaturos a motu. Quod certe his B. Petri uerbis, & antiquorum uaticinijs repugnat. *Isa. 65. et. 66.* Quod uerò de caelis loquatur proprie, & non de aere, patet. Postquam enim dixit: *In quo caeli magno impetu soluentur, adiecit; Elementa uerò calore soluentur;* Quod ad aerem & aquam pertinere uidetur, quae per ignem soluenda sunt. De terra autem particulariter ait; *Terra autem, & quae in ipsa sunt opera, exurentur;* Tanquam quae male seruiuerint ingrato homini, qui & rebellis Deo Creatori suo fuerit: Vnde ait.

*Cum igitur haec omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse &c.* Haec meditatione assidua uerius egent, quam interpretatione, ut uel metu saltem illius horrendi iudicij conuerseremur rectè, & inculpatis moribus. Non autem more serui illius, de quo in parabola dixit Dominus, quod coepit in corde suo dicere, *Moram facit Dominus: & percutere cepit seruos & ancillas, & edere ac bibere, & caetera agere, perinde ac si nunquam Dominus esset rediturus.* Huic enim aderit in die quem non putat, & in hora quam non sperat. Veniet quippe Dominus eius, & de perfidia atque insolentia, & nequitia durius iudicabit eum. Vos ergo in sanctis conuersationibus ac pietatibus debetis permanere expectantes. Vocat pietates opera pietatis; *Et properantes;* Graecè lo-

gè melius; *accelerantes aduentum diei Domini;* Vbi hoc nota pie & acute lector, quomodo bona uita accelerat nobis aduentum Domini. Cum primum enim ad maturitatem debitam pomum peruenit, Dominus non permittit in arbore; sed colligit ut illo uescatur. Hanc ueritatem plurimorum non considerant, qui non diligunt aduentum eius. Appellat autem diem Domini, siue diem Dei, nimirum CHRISTI: quia tum est iudicis dies, quando non licebit quicquam producere, sed clausus erit processus cuiuslibet. *De nouo autem memorat; quod; caeli ardentes soluentur: & elementa ignis ardore tabescent; Vt non solum a motu cessationem intelligamus.*

Illud item hic est notandum, Cum haec omnia debeant praecedere resurrectionem, & postremum iudicium, male fingi, aut defendi posse reperiendos tunc homines non mortuos, quando Deus iudicabit. Quo enim pacto ab illa eua dere possunt tanta ignis conflagratione? Non est enim hic fingenda ulla noua arca, quae ut illa protexit ab aq̄s, ita haec possit ab incendio potegere. *Nouos autem caelos, & nouam terram;* Sed in quem usum noua terra, si nullus habitaturus sit in ea? Iccirco congruentissimè creditur a multis, eos quod peccato proprio non merebuntur infernum, nec tamen in CHRISTO recepti fuerint per gratiam (quales pueri absque baptismo decedentes) hanc nouam multo pulchriorè terram, puram ab omni inquinamento & corruptione, possessuros: ubi perpetuo laudabunt Dominum Deum. *De caelis aut nouis illud dicendum;* Quod longè maiore luce splendebunt, & serenabunt terram propter inhabitantes absque corruptione ulla ac generatione. *Et promissa eius expectamus, in quibus iustitia habitat; sensus est.* Nos in quibus iustitia habitat, aut in quibus promissis expectamus eius promissa; *habitat iustitia, id est, fides.* Sed haec duriuscula interpretatio est. Aliqui ad ipsos caelos referunt: quia in eis habitat iustitia. Mihi prima magis placet.

*Propter quod charissimi; Non potest desinere admonere propter graue & graue periculum; Satagite &c.* Ecce quomodo ut res possibilem, non autem (ut haeretici blaterant) impossibilem ponit, adhortatus ut inueniamur immaculati & inuolati, seu irreprehensibiles; *ei;* id est ad eius gloriam, a quo omnes bonae actiones & iustitiae nostrae; *In pace;* quia non erit uera pax ulla unquam impijs; *Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini;* Non ait, tardationem aut moram, sed; *longanimitatem;* Quae significat expectationem cum patientia, ut poma colligat matura. Ideo ait salutem uestram esse arbitremini: quia ob salutem uestram retinetur ira illa extrema. Et hic interim incipit iudicium a domo Dei, quae estis uos.

*Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis;* Manifestè citat epistolam ad Hebraeos peculiariter, cuius epistolae argumentum hoc penè solum comprehendit, ut ipsi non relinquat fidem, sicut multi ex eis conuersuerant; sed patienter sustineant Dei longanimitatem, quae illorum uerè operatur salutem.

Vnde

Vnde cap. 3. ait: *Participes sumus CHRISTI, si tamen initium substantiae eius usque in finem firmam retineamus, dum dicitur hodie &c.* Et cap. 6. *Cupimus unumquemque uestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem, ut non segnes efficiamini: uerum imitatores eorum qui fide & longanimitate haereditant promissionem, quam Abraham longanimitè ferens adeptus est.* Et cap. 10. *Nolite amittere confidentiam uestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum: Qui uenturus est, ueniet & non tardabit.* Denique reliquum epistolae hoc continet, ut perseuerent, & expectent Dominum longanimitè: quia illam perseuerantiam manet corona sempiterna.

Cum ergo hic summus Pontifex Petrus citet particulariter quandam B. Pauli epistolam, & non alia congruentius ostendi possit, quam illa ad Hebraeos: profectò argumentum est inuictissimum, uerum illius epistolae auctore esse eundem B. Paulum. Commendat uerò illius epistolam a sapientia quam continent, & quam a Deo ille habuit infusam, non acquisitam. Porro istud est maximè considerandum quod adiecit; *In quibus sunt quaedam difficultia intellectu;* Notent scilicet haeretici, qui sibi faciunt omnia plana, & indoctis & idiotis suadent scripturas sanctas esse claras, nec ullam habere in dogmatibus difficultatem, quae possint ad sensum prauum torqueri. Contra haec falsam ac perniciosam prorsus persuasionem habemus grauissimum Principis Apostolorum testimonium. Testatur .n. esse loca ad intelligendum difficultia: *Quae, inquit, indocti & instabiles deprauant, sicut & caeteras scripturas ad suam ipsorum perditionem;* Vnde tanquam falsarij testamentorum Dei grauius puniuntur. Si enim falsarij crimè adeo odio sum est, ubi agitur uel de aliqua parua hereditate terrae, & atrocissimis poenis punit: quid suppliciorum non expectabunt isti miseri, qui contra minare non desinunt testamenta Dei uiuentis?

Duobus autem nominibus eos egregie notat, qui deprauant scripturas: Primum quoniam sunt *indocti;* Deinde quod sunt *instabiles;* Quae conditiones profectò conueniunt omnibus prorsus haeticis. Omnes enim qui errant in lege Domini, indoctos esse oportet. Indoctos, inquam, dicimus, non tamen intelligendo de literis saecularibus. Multi enim, imò penè omnes haeretici polent doctrina saecularum literarum: & plerumque sermonis & linguarum, & potissimum rhetoricae calliditate, quemadmodum nunc uidemus manifestè. Sunt ergo indocti doctrina Spiritus, quia superbe & elatè eam scientiam tenent quae inflat, ac propterea instabiles, qui nulla in re certa, etià, nec inter se ipsos perstant, modo unum, modo aliud docentes. Hanc instabilitatem abundè alibi prodidimus. Non ab re autem erit aliquot ex difficultibus illarum epistolarum locis indicare, quos depruari etiam a nouissimis no-

Autor in lib.  
de consideratio  
ne temporum.

strae aetatis illis foribus in sempiternam eorum perniciem clarissimum est.

Primum, Vbi ad primam iustificationem B. Paulus fidem exigit, non opera legis Moisaicae: *scilicet uerbum B. Pauli Venerunt qui indistinctè, solam fidem putarunt sufficere ad salutem.* Et haec quidem haereticis iam tempore ipsorum Apostolorum incepit, ut B. Augustinus testatur. Item cum uideatur gentibus legem facientibus, salutem aeternam polliceri: Pelagiani hoc sine gratia CHRISTI posse obtineri dogmatizarunt. Et quia ipse commendabat gratiam Dei, quam dixit abundasse ubi abundauit delictum: Exorti sunt qui inde inique colligebant peccandum ergo esse, ut Dei copiosior gratia abundaret. Ferè enim hoc noui haeretici dicunt. Cum uerò legem antiquam nouae comparatam, uisus esset quodammodo hoc ciferet: imò per legem praebere occasionem peccatis: Surrexerunt qui eam negarent esse a Deo uero & bono: sed malum Deum eius esse autorem.

Adhaec quoniam dicit omnem hominem subiectum esse peccato: Dixerunt Deum impossibilia praecipisse, & per sacramentum baptismi non esse sublatum peccatum: quod & Lutherani noui haeretici suscitauerunt. Et quia legem fidei a lege operum distinguit: Separant opera charitatis a lege fidei. Praeterea, cum doceat ex lege Moiseos non esse promissionem, sed ex lege fidei: Isti omnino excludunt opera etiam ipsius fidei, ut non habeant promissionem. Noli enim miseri intelligere, de lege Moiseos habitum fuisse sermonem, quae non habebat promissionem caelestium. Hoc .n. seruabat CHRISTO. Et ob eam inscitiam negant CHRISTVM legislatorè, omnem legem contemnentes. Item ex eo loco, ubi tradit peccatum intraisse in mundum per unum hominem, id est, Adam, & hoc uidebatur quibusdam absurdum, dicente Domino: *Filius non portabit iniquitatem patris: Negarunt uim & naturam peccati originalem.* Alij uerò damnauerunt naturam hominis, quasi sic illi a Deo ab initio creationis inditam.

Et rursus, quoniam dici malum adhuc nobis inesse & peccatum, qui mente seruimus legi Dei, carne autem legi peccati: & malum quod caro facit, nos illud non operari: Venerunt quidocererent nihil esse peccati si homo labatur, secundum carnem consentiens in uarias concupiscentias: quia intus non consentit, & ideo nihil damnationis habet. Quae libèter audit caro, quae non est subiecta, nec esse potest, legi Dei ex sui natura.

Adhaec quia dixit: *Qui spiritu aguntur, filij Dei sunt;* Constituta est secta quorundam Diabolica, qui spiritu Dei se agi dicunt, in omne tamen malum tendentes. Et quia dixit: *Quos praesciuit, hos etiam praedestinauit:* Dixerunt quidam esse rationem & causam praedestinationis. Et contra: quia re uera a B. Paulo declaratur haec intelligentia praua & puerba: Putarunt quidam similiter non praedestinatos, reprobatos esse a regno Dei absque ulla priorum demeritorum consideratione. Quod est iniquitatem manifestam impingere in Deum.

FFf ij Deum.



Deum. Et quia dixit: Certus sum quod neque mors neque uita &c. Nunc uolunt hæretici, omnes electos esse certos suæ prædeterminationis & salutis per solam fidem.

Et quia dixit: Non uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: Quidam liberum ab homine substulerunt arbitrium: & consequenter merita & demerita, ut habet Lutheri doctrina.

Et quia dixit: Sine poenitentia sunt dona Dei & uocatio: Dixerunt quidam, omnes qui rectè gratiam baptismi susceperunt, salutem consequuturos, nec posse ab ea excidere. Et quia dixit quosdam indurari à Deo: Dicunt Deum esse causam peccati, tãquã ipse infundat malitiã.

Et quia sæcularibus principibus præcipit obtemperari: Quidam illis tribuerunt etiam spirituum causalium cognitionem, & censuram, atque iudiciũ. Et multi Principes & Magistratus, illam iniquè ac scelerosè (ut cernimus) filij Luciferi sibi arrogarunt in suam ipsorum perditionem. Et quia delectum ciborum, qui à lege Moseos præcipiebatur, iam abolita olim per CHRISTVM, ut rem merito superstitionis repudiabat: Iudei quidam ipsum destruere legem, & Moysi maledicere calumniabantur. Noui autem hæresiarum ex eadem doctrina libertatem carnis prædicant, & ecclesiasticas traditiones & consuetudines uiolant. Et quia dixit: Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum: Manichæi quæ continenter adiuncta erant, dissimulantes, prohibuerunt usum carniũ, & uini potum tanquã à malo Deo inuentum.

Ex prima ep. ad Corinth.

Ad hæc, Quia uituperabat eos qui sectas erigere ac fouere moliebantur, dicentes: Ego sum Pauli: Ego uerò Cephæ &c. Noui hæretici omnem deuotionem in Sanctos reprobarunt, & eorum autoritati plurimum derogarunt. Et quia dicit de CHRISTO: Qui factus est nobis iustitia & sanctificatio: Confinxerunt noui Magistri imputatam CHRISTI iustitiam, nihili facientes donum Dei inhærens nobis, quo uerè & formaliter iustificamur. Non aut solimodo nobis impratur illa iustitia CHRISTI: sed per illam (quia ipse ita meruit) nos obtinemus ipsum uerum iustitiæ donum, quo uerè iusti sumus, & placemus Deo operantes. Et quia dixit: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS: Hac sententia abutuntur contra B. Petri prærogatiuam, & summum Pontificatũ, CHRISTI uerbo sacratum. Et quia dixit: Nihil mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum: Quidam detorquent, ut uelint nec ipsum tantũ Apostolum fuisse certum gratiæ suæ, cum tamen passim in omni epistola illam prædicet.

Et quia dixit: Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat. Et unaquæque suum uirum habeat: & Melius est nubere quã uiri: Volunt nunc sacerdotes & monachos sacrilega inire posse coniugia. Et quia dixit, quod manibus laborans ipse sibi uictum quærebat, nec potestate exigendi, quam concedebat euange-

lium, utebatur: sed & præcipiebat multis ut laborarent, & dicebat: Qui non laborat non manducet: Reprobarunt quidam statum medicitatis propter Deum assumptum. Et quia dixit: Omnibus omnia factus sum, Iudæis tanquã Iudæus &c. Putarunt quidam licere homini dissimulare christianitatem, & ipsum quidem negare CHRISTVM ore, non tamen corde.

Et quia dixit: Sicut omnes in CHRISTO moriuntur, ita in CHRISTO omnes uiuificantur: & ad Rom. Quod donum debet excedere peccatum: Dixerunt quidam, omnes homines & Angelos aliquando salutem adepturos.

Et quia dixit. Quod resurget corpus spirituale: Dixerunt non hanc carnem, neque hæc eadem ossa nostra nos induturos: sed aliud nouum corpus alterius naturæ, nempe spiritualis. Et quia dixit: Secundus homo de cælo cœlestis: Dixerunt quidam, ipsum CHRISTVM Redemptorem nostrum attulisse carnem de cælo.

Ex ep. ad Gal.

Ad hæc, quia dixit: Si Angelus de cælo euãgelicet uobis præter id quod nos uobis euãgelizauimus, anathema sit. Quidam ut Lutherus & Socin, sibi ipsis Apostolicam autoritatem arrogantes, & freti propria interpretatione scripturarum, audent hoc idem sibi usurpare, ut etiam dicant: Si quis aliter quã nos, prædicauerit, Anathema sit. Et cum B. Paulus se reprehendisse Petrum testetur: Primatus iurisdictionem à Petro CHRISTI Vicario sufferunt. Addunt, Petrum non ambulasse tunc ea in re secundum ueritatem euãgelij, ex quo eiusmodi cõclusionem faciunt: Papam circa rem fidei, etiam determinando, errare posse. Et quia uidetur cæremonias uituperare: Quidam nõ aduertentes de cæremoniis illius Mosaicæ legis suis se loquutum Apostolum: omnes etiam euangelicas & ecclesiasticas cæremonias reprobant. Alij saltem ut indifferentes accipiunt, & propter scãdalum tantum obseruandas, pietatem præterentes erga infirmos, dolo pleni & hypocriti.

Et quia dixit: Qui CHRISTI sunt, crucifixerunt carnem suam cum uitijs & concupiscentijs: Quidam qui se profitentur spirituales, uel ut perfectam mortificationem addiscant, & uideant quantum profecerint in uirtutibus, cum foeminis securè cõuersantur, & (ut audio) dormiunt. Sic, n. aiunt se crucifigere carnem, & concupiscentias suas. Securè inquã, an tutò ipsi uiderint.

Ex ep. ad Eph.

Et quia dixit dispensationem mysterij, id est, incarnationis uerbi Dei, fuisse absconditam à sæculis in Deo, & per ecclesiã innotuisse principibus & potestatibus: Dixerunt quidam etiam Angelos illud mysterium latuisse: cum tamẽ ipsi reuelauerint illud prophetis.

Et quia dixit CHRISTVM in similitudinem hominis factũ esse, & habitu inuentum ut hominem: Dixerunt quidam, illum non fuisse uerum hominem, nec ueram humanam carnem hahuisse. Et quia dixit, Quod Deus operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate: Quidam nihil penitus libertati arbitrij tribuerunt.

Et

Et quia dixit: Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide: Dicunt & ex hoc loco hæretici nõ esse in nobis fidem ullam inherentem nobis, quæ sit etiam Dei donum per quod iustificamur coram Deo: sed esse solũ iustitiã CHRISTI nobis imputatam. Et quia dixit: Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, fuerunt qui damnarunt omnes sæculares disciplinas, & omnem philosophiã, & quicquid naturali ratione colligit. Et quia dixit: Nemo uos iudicet in cibo et potu, aut in parte diei festi &c. Sufferunt noui hæretici omnes festiuitates ecclesiasticas, & obseruantias ieiuniorum, et ciborum delectus.

Ex ep. ad Col.

Ex ep. ad Thef.

Item quia dixit: Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentum Domini: Credidere quidam multos uiuos fore in die iudicij, nunquã morituros. Et præterea putarunt temporibus ipsius B. Pauli instare iudicium Dei & aduentũ eius: contra quod in alia epistola ipse declarat. Et quia dixit de Antichristo, quod in templo Dei sedebit, ostendens se tanquã Deum: Noui hæretici scelerosè ac satanicè blasphemantes, interpretantur hoc de Rom. Pontifice, & Apostolica sede: cũ tamen neque in prodigijs se ullus ostentauerit, nec adorari, aut coli se mandet tanquã Deus: sed cultum qui CHRISTI Vicario debetur, ad CHRISTI gloriam solũ accipiat.

Ex ep. ad Tim.

Erasmus.

Et quia phibet fabulis & genealogijs interminatis attendere: Quidam odiosè ostendentes curius feminis sunt, detorserunt dictum contra asserentes B. VIRGINIS immaculatam conceptionẽ, quasi hoc sit intendere genealogijs interminatis. At cur non etiam insultant contra illius natiuitatem? O serpentinum semen. Et quia dixit: Lex iusto non est posita, cõtendunt quidam Christianos non habere legem, cui obligentur. Et quia dixit Deum inuisibilem, & quem nemo uidit unquã, sed nec uidere potest: Quidam impij, Apostolum secum pugnare dixerunt: cum alibi dicat, quod eum uidebimus facie ad facie. Et quia dixit: Corporalis exercitatio ad modicũ utilis est: Hoc dictum ad ieiunia detorquentes, utilitatem ieiuniorum excluderunt, & pro nihilo reputarunt. Et quia uult. Episcopum unius uxoris uirum: iam concedunt hæretici passim suorum Episcoporum & sacerdotum spurcissimã coniugia. Et quia dixit de foeminis uiduis iunioribus: Volo eas nubere, filios procreare &c. Multi his temporibus detraxerunt etiam uirginum puellarum sanctissimis uotis.

Et quia uocauit CHRISTVM characterẽ diui-

nae hypostasos: Hæretici tres hypostasos cõmẽti sunt, ut tres substantias traderent et naturas, nõ solũ personas. Et quia dixit: Impossibile est qui semel illuminati sunt &c. renouari ad poenitentia. No uatus absolute negauit secundam tabulam post naufragium, id est, uirtutem sacramenti poenitentia. Et quia dixit, Melchisedec sine patre & matre, & genealogia: Quidam negarunt eũ fuisse hominẽ: sed aut Angelum, aut Spiritum sanctũ &c. Et quia CHRISTVS dicitur una hostia in perpetuum consummasse sanctificatos: Noui & uerè indocti hæretici negarunt noui testamenti sensibile sacrificiũ. Et quia nouũ testamentum uocauit, quod hæbraicè dicitur, Berith: Reprehenderunt quidam indocti & imperiti auctore epistolæ ad Hebræos, quod pro pacto; dixerit testamentum. Sunt & alia pleraque, quæ ineptè in illa epistola adnotarunt nouitij magistri, quibus cõtenderunt non esse B. Pauli. Quæ quã frivola sint, nec digna ut adducantur, suis locis ostendi. Et quia dixit de uiris sanctis qui in Domino mortui erant, quod non acceperunt re-promissionẽ, Deo pro nobis aliquid melius pro uidente, ne sinenobis consummarentur: Dixerunt quidam animas sanctorum defunctorum non uidere Deum facie ad faciem ante perfectã omnium resurrectionem. Et hæc satis (ni fallor) ut præcipua loca Apostoli, mala interpretatione multorum deprauata fuisse studiosus lector breui compendio accipiat. Non nego plura me præterisse: sed quæ sese obtulerunt euolenti raptim epistolas, ea sũt. Redeamus ad reliquã epistolã; Vos igitur fratres præscientes etc. Verba pauca, sed magni ponderis. Et manifestus est sensus, id est, Cum iam præmoniti sitis de re tanti tamque immensi periculi, & æterni damni; Custodite, hoc est, curate diligenter; ne insipientiũ; uel prophanorum; errore traducti excidatis à propria firmitate; Vocat firmitatem fundamentum nostræ fidei, quod est CHRISTVS firmissima Petra, ut declaret quod ab ea excidere, culpa est excidentis, non fundamenti ac Petræ, quæ manet in æternum; Crescite uerò in gratia; Hoc sit oratione & sacrificio, & usu frequẽti sacramentorum, & bonorum operum assuetudine.



BENEDICTVS DEVS.

FFF in

ARGVMENTVM IN PRIMAM EPI-  
STOLAM CANONICAM B. IOANNIS APO-  
STOLI ET EVANGELISTAE.



**L**istola huius argumētū, ē cōprobatio fidei nostrae. Est etiā nostri di-  
gnissimi status, in quo inuenimur renati in **CHRISTO**, enarra-  
tio: licet nondum, donec ille apparuerit, appareat quid erimus. Osten-  
dit igitur & à quantis malis simus per illum erepti, & ad quanta bo-  
na insuper candidati per spem uiuam, ut gaudeamus cauentes à malo: et  
humili confessione recognoscamus delicta nostrā, si uelimus ea per **CHRISTI**  
sanguinem assidue emūdari. Et ad expletionem spei usque in finē, debemus bonū in ue-  
ritate operari cū charitate & dilectione erga proximum, quem qui diligit, uerè cense-  
tur Deum ipsum diligere. Et contrā, qui non diligit, manet in morte. Mentionem  
similiter facit **Antichristi**, & præcursorum eius, qui **IESVM** soluunt.  
Tota epistola affectibus amoris plena est, & uerè digna Dilecto discipulo.

COMMENTARIA  
IN EANDEM EPISTOLAM  
B. IOANNIS.



**Q**UOD FUIT  
ab initio, quod au-  
diuimus, quod ui-  
dimus oculis no-  
stris, quod perspe-  
ximus, & manus  
nostræ contrecta-  
uerunt de Verbo  
uitæ, & uita mani-  
festata est: & uidi-  
mus, & testamur, & annuntiamus uobis ui-  
tam æternam, quæ erat apud Patrem, & ap-  
paruit nobis. Quod uidimus, & audiui-  
mus annuntiamus uobis: ut & uos societa-  
tem habeatis nobiscum, & societas nos-  
tra sit cum Patre, & cum filio eius **IESV**  
**CHRISTO**. Et hæc scribimus uobis  
ut gaudeatis, & gaudium uestrum sit  
plenum.



**M**IRVM PRIMO VIDERI  
posset, cur titulo careat hæc epi-  
stola, ut neq; mittētis nomē, ne-  
que ad quos mittatur, indicaue-  
rit. Verum satis ipse ser-  
mo suum autorem declarat.  
Voluit autē Spiritus sanctus nos  
in scripturarum studio non ualdè ad hominem  
scribentē respicere, sed ad se ipsum, qui primus  
est illarum autor. Nam homines qui ab illo in-  
spirati scribunt, eo dictante scribunt. Et hac fi-  
de omnes scripturæ probatæ ab ecclesia, reci-  
piendæ sunt. Possumus & illud respondere  
roganti: Cur B. Ioannes non se nominat, neque  
certos, ad quos scribit, declarat: Quia non tan-  
quam suo nomine scribit, sed omnium Apostolo-  
rum: ut suam doctrinam uel hoc ipso esse euange-  
licam & apostolicam ostendat, non propriam.  
Et illā non certis quibusdam & priuatis eccle-  
siis, sed oī populo uult cōmunicari. Quā obrem  
ferè sepe pluralis numeri uocibus uisit, ut appa-  
ret in initio, & per totam epistolam: ait ergo.

Quod

Quod fuit ab initio, quod audiui-  
mus etc. Constructio satis longa est, parenthesi  
interposita. Sic autem ordinetur, ut clarior sen-  
sus pateat: Annuntiamus uobis quod fuit (aut potius)  
quod erat ab initio; Hoc ē Verbum Dei, Filius sum-  
mi Patris, Dominus nō **IESVS CHRISTVS**,  
de quo ipse magnificè in sui euangelij exordio  
intonans dixit: In principio erat Verbum &c.  
Dicitur quod erat in initio, scilicet creaturaru:  
ut non cœperit esse tunc, sed inueniebatur esse.  
Ecce primum de illo assertū pro eius diuinitate.

Quod audiui-  
mus; Non dicit se ab alijs de illo  
audiuisse: sed se, & cæteros Apostolos audiuisse  
ipsum Verbum, & Filium Dei sua uoce loquentē.  
O fœlices qui possunt dicere prædicanti de illo:  
Iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi  
enim audiui-  
mus, & scimus quia hic uerè est Sal-  
uator mundi. O uerè dictum illis à ueritate: Mul-  
ti reges & prophetæ cupierunt uidere quæ ui-  
detis; & audire quæ auditis, & nō uiderunt, neq;  
audierunt. Sed nō debemus turbari, propterea  
quia illam uocem corporeis auribus non audi-  
uimus. Si enim credimus, ipse nos Spiritu suo al-  
loquitur, & testatur nobis de semetipso; Quod  
uidimus oculis nostris; Sed nunquid alienis oculis  
uidemus: Verum est emphasis in huiusmodi ser-  
mone. Audierunt autem uerba eius, uerba uitæ  
æternæ, ut eleganter dixit B. Petrus. Et uiderunt  
acta & gesta uitæ, miracula, & prodigia sum-  
ma; Quod perspeximus; Auget uehementius si-  
gnificationē circa illud quod dixerat (uidimus  
oculis nostris) addens; Quod perspeximus; siue spe-  
culati & contemplati sumus: quod facit ipsa  
mens circa ea quæ porrigit sensus.

Et manus nostræ contrectauerunt de Verbo uitæ;  
Etsi hic tropus sit loquendi, ut cum aliquid cer-  
tò apprehēdimus, dicamus manu nos attrectasse  
pp certitudinem ipsius sensus tactus: Attamen  
etiam re ipsa Dominus se tractandum præbuit  
& ante mortem, & post resurrectionem suam.  
Ipse enim palpandum exhibuit carnem suam &  
ossa, ne putarēt eum esse phantasma & spiritū.

Appellat autem Verbum uitæ: quia & ip-  
sum uita est, & per illud omnes uiuunt, quicun-  
que uiuunt. Est autem sermo de uita non quam  
habent plantæ, & animalia terræ: sed de uita spi-  
ritus, quæ in Dei contemplatione & dilectione  
perficitur. Interponit autem parenthesin hmōi;

Et uita manifestata est: Obseruauī sæpenu-  
erò in scripturis, & præcipuè apud B. Ioannem; Et;  
poni loco: quia: ut sit sensus: Annuntiamus uo-  
bis non rem confictam: quia uidimus & perspe-  
ximus, & manus nostræ contrectauerunt. Nec  
rem absconditam: quia latè manifestata est per  
gloriam resurrectionis, non quidem omni po-  
pulo (sicut dixit B. Petrus) sed testibus præor-  
dinatis à Deo nobis, qui manducauimus & bibi-  
mus cum illo postquam resurrexit à mortuis.

Apparuit tamen plus quàm quingentis fra-  
tribus simul. Vnde B. Ioannes qui & audiuit, &  
speculatus est internè præ multis alijs, denuò ad-  
dit: Et uidimus & testamur & annuntiamus uobis uitā

æternā. Hæc est **CHRISTVS**; dominus nō, in  
quo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis cor-  
poraliter; Quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis;  
Non quasi non sit semper apud Patrem, cum  
sit in sinu Patris semper, & (ut ita dixerim) æter-  
naliter: Sed quia cum carnem acceperit, per di-  
uina opera apparuit nobis, ut qui uidet illum,  
uiderit & Patrem suum. Est ergo **CHRISTVS**  
simpliciter uita ipsa in se ipso sibi ipsi: quia Pater  
dedit ei uitam habere in semetipso. Erit &  
nihilominus nobis quoque uita æterna, cum co-  
gnosceretur à nobis intus & extrā ut Deus, & ut  
homo. Non enim perfecta nobis esset fœlicitas,  
si Deum solum contemplaremur: quoniam ob-  
iectum illud nimis grande non foret proportio-  
natum inferioribus animæ uiribus, quas nonnul-  
lo modo participes esse oportet fœlicitatis.  
Humanitas igitur **CHRISTI**, aut ipse potius  
**CHRISTVS**, ea parte qua homo, & pater, &  
frater, & socius noster, cum **MATRE** sua factis-  
sima, & gloriosa Ecclesia, obiectum erit nostrū  
ad expletionem fœlicitatis nostræ. O quantum  
inde gaudium; Quàm inenarrabile solatium;  
Quod si probè cogitaremus, & fide uiua conspi-  
ceremus: quid tam arduum posset nobis obijci,  
quod non facile redderetur ad expugnandum?

Hoc igitur est quod adiungit & inculcat;  
Quod uidimus, & audiui-  
mus, & testamur uobis;  
Ut & uos societatem habeatis nobiscum: societas uerò  
nostra cum Patre, & cum Filio eius **IESV**  
**CHRISTO**; Declarat in quo statu sita sit uita nostra  
æterna, nimirum in societate quam habemus cū  
Deo, & Filio eius, & Sanctis cœlorum.

Et hæc scribimus uobis ut gaudeatis etc. Videbat  
B. Ioānes fructum spiritus esse gaudium animæ  
internum: quod illi tantum norunt qui experiū-  
tur. Et tunc accidit, cum quod diligitur, tenetur  
ac possidetur; aut certa spes concipitur tenendi  
ac possidendi. Et quanto magis augetur spes, tã-  
tò magis & gaudium crescit, donec plena perfe-  
cti boni possessio contingat: quod erit in patria.  
Iccirco ait; Ut gaudeatis; uidelicet interim in arrha  
& spe per hanc inchoatam societatem per par-  
ticipationem spiritus: Et gaudium uestrum sit ple-  
num; scilicet, in plenitudine præmij & speci.  
Quanquam in græcis codicibus non legitur il-  
lud; ut gaudeatis; Sed benè manet.

Et hæc est annūciatio quam audiui-  
mus ab eo, & annuntiamus uobis. Quoniā Deus  
lux est: & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si di-  
xerimus quoniam societatem habemus cū  
eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, &  
ueritatem non facimus. Si autem in luce  
ambulamus, sicut & ipse est in luce: societa-  
tem habemus adinuicem: & sanguis **IESV**  
**CHRISTI** Filii eius emūdat nos ab omni  
peccato. Si dixerimus quoniam peccatū  
non habemus: ipsi nos seducimus, & ueri-  
tas in nobis non est. Si confiteamur pec-  
cata nostra: fidelis est & iustus, ut remittat  
nobis

Col. 2.

104. 14.

Ibid. 5.

Luc. 10.

104. 6.

Luc. 24.

Act. 10.

1. Cor. 51.

nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis.

*Et hæc est annunciatio quam audiuius ab eo etc.* Declarat nunc specialius, summam tamen, in quo consistat annunciatio illa. Et primum ait;

*Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ;* Lucem hinc primum non corpoream, sed spiritualem debemus intelligere: quia Deus corpus non est. Et lucem dicimus esse id, quo res aliqua spectatur. Sine luce autem tenebrosa dicuntur omnia: & talia sunt quæ spectari non possunt. De more autem scripturæ est, id uocare lucem, quod lucidum est. Et id quod sine luce est, uocare tenebras. Cum igitur sit hoc in loco sermo de luce spirituali, non corporali: debemus lucis uocabulo apprehendere aliquid spirituale, quod sit lucidum in se, ac propterea spectabile oculis non corporeis, ut diximus, sed mentis. Quodcunque igitur est intelligibile (intelligere enim non aliud est nisi spectare) lucidum esse oportet. Et quanto fuerit magis intelligibile, tanto magis etiam erit lucidum.

Cum igitur Dominus Deus benedictus summè sit intelligibilis, qui summum est Ens, & Verum: ideo ipse dicitur summa lux, sed sibi ipsi. Etenim cur nos minimè illum uideamus, non est quod non sit ipse ex se summè uisibilis: Sed quoniam oculi nostri non sunt fortes ad tantam lucem sustinendam. Minus enim sunt fortes ad lucem Dei, quam oculi nocturæ ad lumen Solis. Quando autem lumine gloriæ fortiores redditi fuerint nostræ mentis oculi, tunc uidere poterunt. Deus igitur summa lux est: quia summum Ens, summum Verum, summum Bonum. Et quicumque intellectus de eo participant, lux dici possunt: & qui magis, etiam magis: et qui minus, etiam minus. Quia igitur ipse summa est lux, ideo in eo non sunt ullæ tenebræ: quod de nulla creatura, si illi comparetur, dici potest. Quantum enim deficit creatura ab Ente, & Verbo, & Bono, in quo eius claritas & pulchritudo consistit, tantum deficit à luce, & non est spiritualis. Cum igitur nulla, nec ipsa quidem intellectualis creatura, careat aliqua potentia, quæ dimittit de ente, nulla potest dici ita lux, ut nihil sit penitus tenebrarum in illa. Solus ergo Deus lux uera, id est, perfecta, in qua nullæ prorsus sunt tenebræ. Quod si additur potentia ignorantia, error, malitia, intellectus ipse qui his uitijs tenetur, tenebrosus efficitur. Ab his autem Deus summè abest: quia in summo Ente, & summo Verbo, & summo Bono non potest ulla uel nescientia, uel error, uel malitia cogitari. Quapropter solus ille lux, & in eo nulla omnino tenebrarum admixtio. Hoc posito, addit.

*Si dixerimus quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & ueritatem non facimus;* Sensus est clarus: Si Deus lux est qui nobis

annunciatur, ut cum eo societatem habeamus: Societas autem nulla potest intercedere tenebris cum luce, sicut res ipsa per se clamat, & B. Paulus: Quæ societas (inquit) luci ad tenebras? Certò concluditur, si nos ambulamus in tenebris, id est, in ignorantia, erroribus, & peccatis, & cum hoc dixerimus nobis esse cum eo societatem, nos mentiri & ueritatem non facere.

Quid est non facere ueritatem? Et quomodo fit ista ueritas? Mihi sic dicendum esse uideatur: Apud sacras scripturas, quando de ueritate loquuntur, ueritatem non uno tantum modo esse accipiendam. Et inde certum argumentum colligitur, interdum in illis dici, interdum autem fieri ueritatem. Quamobrem necessariò debemus dupliciter ueritatem ipsam intelligere. Et uno quidem modo secundum dictum: Alio uero modo secundum factum. Primæ ueritatis inspectio ac probatio uersatur circa congruentiam dicti ad rem quæ dicitur. Si enim congruat, & ita uerè se habeat res, quemadmodum ipsa dicitur se habere, tunc adest ueritas. Sin autem minus congruat, falsitas apparet & mendacium. Secundæ autem ueritatis probatio habetur à congruentia facti ad legem, quæ fieri aliquid imperat. Si enim omninò legi factum ipsum congruit (quia fecit homo quod oportuit illum facere, & quomodo oportuit, & quando, & propter finem in lege propositum, & secundum alias ipsius legis circumstantias) Tunc hic homo dicitur fecisse ueritatem. Vnde Dominus dixit: Qui facit ueritatem uenit ad lucem ut manifestetur opera eius, quia in Deo sunt facta. Ad eundem sensum dicitur quis facere legem.

Porro oportet nunc exponere, quid sit ambulare in luce: Quod hoc pacto declaratur. Lux est CHRISTVS, sicut ipse dixit: Ego sum lux mundi. Qui ergo secundum ipsum ambulat sequendo uestigia eius, in luce ambulat. Qui sequitur me, inquit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Sequitur autem illum quicumque tendit quò ille, & eandem uiam tenet per quam ille ambulauit. Pergit autem homo hanc uiam non corporis, sed animi & uirtutum gradibus & incessibus, ducendo hanc uitam pie, iuste ac sobriè, ut decet hominem cœlestia meditantem, atque ad illa pñs desiderijs assidue suspirantem.

*Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adiuuicè: & sanguis IESV CHRISTI Filij eius emundat nos ab omni peccato;* Ut ergo societatem habeamus cum Deo, necesse est ut ambulemus in luce, sicut ipse est in luce, id est, eo modo quo ipse est in luce. Est autem in luce ipse in semetipso existens, qui est uera & summa lux. Vnde dicitur habitare lucem inaccessibilem. Ita ergo & nos debemus ambulare in illo existentes, qui lux est. Sumus autem in illo tanquam insitum manu Dei, cū illius gratiæ efficiamus participes: & qua eripimur à tenebris, quæ sunt ignorantia, & error, & peccatum. Si ergo uitam hanc sapienter ducimus, scientes quò tendimus, & uiam regiam, quæ est uia crucis, tenemus: profectò societatem

2. Cor. 6.

104. 3.

ibid. 8.

1. Tim. 6.

Rom. 8. Iob. 17. Isa. 50.

tatem cum ipso Deo habemus, & nos ambulamus in luce, & ipse etiam ambulare nobiscum dicitur, & nos cum illo & coram illo. His enim modis loquitur scriptura, ut intelligamus illud: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Vnde & alius: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Et ipse Dominus Deus ait: Stemus, simul quis est aduersarius meus? Audiant hæc qui negant certitudinem gratiæ: & uideant quò pacto suam incertitudinem sustinere ualeant his datis, quæ hic tantus Apostolus de illo enarrat, cum quo ambulat Deus: qui & in Deo ambulare dicitur, & esse in luce. Erit ergo in ipsa luce, & hoc tamen non poterit certò cognoscere? An non hoc est facere de luce tenebras, & derogare nostræ fidei? Quid enim prodest esse in luce, & illam lucem in se ipso existentem non uidere?

Illud autem non absque quæstione est: Quo pacto id uerum sit, quod de his adijcitur, qui ambulat in luce, uidelicet sanguine CHRISTI eos ab omni peccato emundari. Si enim ambulant in luce, seruant mandata. Si seruant mandata, non peccant. Si non peccant, quomodo indigent mundari à peccato? Respondetur: Esse etiam iustorum non præuarantium, imò seruantium mandata Dei, nonnulla peccata, quæ uitari in hac mortali conditione non possunt. Hæc igitur quæ assidue admittuntur, etiam assidue remittuntur: & sanguis CHRISTI qui assidue per memoriam & effectum effunditur, & offertur in altari, emundat nos ab illis. Et quia Pelagianus aliquis, aut Pharisæus hoc non facile admitterent, ut oportet qui falsò putant nihil se habere uitæ in natura, unde assidue scateant atque erumpant uariæ libidines, & ideo posse omninò esse absque ullo peccato in cursu uitæ huius, subdidit Dilectus.

*Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est;* Peccatum, meo iudicio, hoc in loco non significat actuale peccatum, de quo non potest rectè dici nos illud habere, cum sit actus, & non sit permanens. Et dum orat homo iustus, aut quid boni agit, profectò non dicitur peccare. Est enim lutherana, & iam ab omnibus pñs damnata hæresis: Hominè et iustum in quouis actu suo peccare. Cum igitur dētur tēpora, in quibus iusti nec uenialiter peccent: absque mendacio possent dicere se illis certis temporibus non peccare, & propterea nec habere uel ueniale peccatum, si habere peccatum idem esset quod peccare. Neque item puto debere intelligi de reatu peccati. Scio quidē peccatum ipsum, quod transit, dici posse manere in effectibus suis, & propterea in reatu: ita ut is habere peccatum intelligatur, qui reus est pœnæ peccato commisso debitæ, qui reatus manet post peccatum donec remittatur. Attamen nec eo sensu sic arbitror posse locum istum commodè intelligi. Nam possunt etiam dari tempora, quando homo nullo teneatur peccati reatu, qui aut per contritionem perfectam, aut per indulgentias, & plurima charitatis opera deletus fuerit.

Restat igitur ut hic locus, quemadmodum

& B. Augustinus aliquando scripsit, commodè intelligatur de illo naturæ uitio quod nobis in carne, etiam post baptismum, relinquitur, ut cū illo ad meritum & gloriæ præmium pugnemus. Illud enim peccatum dicitur, ut rectè idem B. Augustinus declarat: quia de peccato uenit, & ad peccatum incitat, ut sæpius est à nobis declaratum: ne quis falsus aliter accipiat scripturæ sensum, quam sit uerè accipiendus. Per illud etiā fit, ut nequeamus abstinere à quotidianis peccatis, quæ sunt minima & ferè assidua. Et eiusmodi sunt quæ assidue in iustificatis, per CHRISTI sanguinem remittuntur. Cum igitur assidue peccemus, præsertim nos qui sumus in communi gratia, si uolumus emundationem per sanguinem IESV CHRISTI obtinere, necesse est ut confiteamur peccata nostra. Audiamus autem quid subiungat ipse Dilectus.

*Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate;* Vult Deus si nos uelimus illius sanguine peccata nostra deleri, ut illa confiteamur: Non credo hinc esse sermonem de mortalibus peccatis, cum Dilectus ipse in eorum numero sese constituat, qui illis teneantur (ut iam conclusimus) ac propterea non de confessione sacramentali: sed de illa potius quam obseruamus assidue, orantes ut ipse dignetur remittere. Hanc confessionem obseruat ubique ecclesia, ut ab Apostolis contra ullam dubitationem traditam ac præceptam. Dominus ergo Deus reliquit nos summa prouidentia sua sub hac miserâ necessitatē secundum carnem, ut non ualeamus perfectè satisfacere legi secundum eam perfectionem, quam exigebat pactum primum, & prima lex, quæ data fuit in statu innocentia. In eo quippe statu & naturæ integritate non fuissent peccata, nec quidem uenialia. Detruit, inquam, nos in hanc miseram peccandi seruitutem, ut semper humiles essemus, & recordaremur antiqui status: et ut confiteamur nos ex nobis ipsis & natura nostra esse peccatores, & imperfectos semper. Et uerè ita est, si compareremur ad eam primæ uis status legem, in qua totus homo debebat inueniri cōpositus, & seruans Deo secundum omnem partem. Hæc igitur nostra confessio ita nos emundat per uirtutem sanguinis CHRISTI ab omni peccato, ut ob hoc ipsum habeamus, & simus coram Deo perfecti et integri secundum pactum nouum, per quod ualeamus in CHRISTO dicere (modo ambulemus in illius luce, & secundum Spiritum) Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum, ut ait ad Rom. Apostolus.

Quamobrem ne iam habeamus peccata, & ne habetibus impurētur, oportet nos illa confiteri, in quibus ad edomandam superbiam nostram derelicti sumus, quæ ignorantibus & inuiti committimus. Qui si hæc nolumus ob superbiam nostram nec confiteri, nec orare ut remittantur iuxta tenorem orationis Dominicæ, proculdubio in tentationem meritò à Domino inducimur: & in illa derelicti peccamus, non iam peccato ueniali,

Augustinus de pecc. mer. & r. lib. 2. ca. 8.

Rom. 7.



ueniali, sed transgressione legis, quæ ducit ad mortem. Hic est ergo status in quo nunc conclusi sumus in CHRISTO, uidelicet ut tunc perfecti iusti dicamur, & pro talibus merito habeamur coram Deo, cum nos humiliter ac ueraciter imperfectos adhuc esse & peccatores, comparati ad primæ uisum statum, agnoscimus & confitemur. Tunc enim uerè à primo nexu liberati, inuenimur in secundo pacto in CHRISTO, & in uera luce. Ipse autem obligatus inuenitur nobis sua promissione, ut remittat peccata nostra. Et quia fidelis est, remittit in effusione sui sanguinis, quæ coram Deo durat. Cumq; iam opus sit iustitiæ, quod debet Deus Pater clementissimus filiis suis, ideo dicit Dilectus.

*Fidelis est et iustus;* Nō dixit misericors: quia hæc est iustitia, postquam sumus in illo & in luce, ut confitemur illa peccata, remittantur nobis, & emundemur ab omni iniquitate, siue iniustitia. Hanc uocem pro quouis peccato sacræ literæ accipiunt. Hanc doctrinam tradiderunt omnes sancti, & spirituales homines, B. Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, & alij omnes qui uno spiritu ita confessi sunt. Ut ille tunc uerè coram Deo dicatur iustus & perfectus, cum imperfectionem & peccata agnouerit, & ea legitime confessus fuerit. Quia uerò poterat aliquis dicere. Vnde mihi hoc uitium in carne, & unde hæc mihi peccandi necessitas? Si enim ignorans & nolens pecco, iam non est peccatum: aut saltem iniquum ut mihi imputetur ignorantia & inuito. Respondetur: Tu in hanc conditionem miseram peccato, quod in pariete tuo Adam peccasti, te coniecisti, & ideo tibi merito imputatur. Quod si dixeris: At nunc sum in CHRISTO nouo Adam, non iam in illo ueteri Adam.

Respondetur tibi: Benè. Confitere ergo hanc tuam miseriam, & non imputabitur: quia gratia CHRISTI & sanguis assidue te emundat, ut dictum est. Quod si pergas quisquis es, & dixeris te non peccasse unquam: audi Dilectum te confuturum.

*Si dixerimus quod non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis:* Ipse Dominus dixit per prophetas suos. Non est iustus quisquam: non est intelligens, non est requirens Deum. Et ad Iudæos: Nonne Moses (inquit) dedit uobis legem, & nemo uestrum facit legem? & Qui facit peccatum, seruus est peccati. Si filius uos liberauerit, uerè liberi eritis. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Et sanctissimus Præcursor Ioannes: Ecce qui tollit peccatum mundi. Vnum autem est peccatum mundi, quod omnes peccauimus. Qui ergo dicit se non peccasse errat, & facit mendacem Deum & CHRISTVM: & non habet uerbum eius in se, id est, in corde suo receptum fide. Qui enim unum articulum non credit, nullum credit. Et ratio ipsa est in promptu: quoniam qui unum dixit, dixit & alium. Neque enim potest Deus mendax esse in uno, & uerax in alio.



**F**ILIIOLI MEI, HÆC SCRIBO uobis, ut non peccetis. Sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem IESVM CHRISTVM iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: & in eo ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius: uerè in hoc charitas Dei perfecta est.

In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.



**F**ILIIOLI mei, hæc scribo uobis etc. Vide acute lector, ut congruit cum superiore sententia. Mandauit enim ne dicerent se non esse in uitio ullo, quasi non habentes peccatum: & ne dicerent se non peccasse, saltem in parente: sed confiterentur peccata sua, ut sanguis CHRISTI emundaret eos ab omni iniquitate. Nunc quare hoc eis scribat adiungit, dicens: *Filioli mei, hæc scribo uobis, ut non peccetis;* ac si dixerit: Si non fueritis ea confessi quæ præmissi, nimirum uos peccauisse & peccatum habere, proculdubio peccabitis. Merito enim uelut ingrati & superbi trademini tentationibus, quibus non poteritis uiribus uestris occurrere. Ut igitur non peccetis, hoc præsentium est unicuique remedium, agnoscere in se uitium ex peccato natum, & sedulo cauere, & sine intermissione orare, ne inducamini in tentationem. Verum cum uix, & raro fieri possit ne quis mortaliter quandoque peccet in hoc uitæ fragilis cursu tot hostibus impugnatus: ne in desperationem mitteret transgredientem, ait,

*Sed et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem IESVM CHRISTVM iustum;* Notandum diligenter, quomodo dicit hic nos quidem habere IESVM CHRISTVM, sed non ulterius crucifixum quasi peccatorem. Sic etenim illum semel in baptismo habuimus, quemadmodum et semel ipse fuit crucifixus. Sed dicit nos illum habere iustum, ut non totum soluat satisfaciens omnino pro nobis per sanguinem suum, quod fecit semel in baptismo. Habemus tamen illum aduocatum apud Patrem, ut pacificet eum nobis, ostendens se Pontificem gratiosum apud eum, & Dominum omnium constitutum. Vnde apud Patrem: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris;* hoc est, pro peccatis eorum primùm qui erant electi primarij lapides pro fundamentis ecclesiæ. Et ne uideri posset docuisse, CHRISTVM pro illiusmodi electis tantum esse propitiationem, adiunxit.

Non

*Non pro nobis autem tantum, sed etiam pro totius mundi;* Non solum sufficienter (ut quidam exponunt) quoniam sanguis eius erat suo ualore sufficiens ad saluandum omnes: uerum etiam efficienter ex parte sua. Noluit enim illam sufficientiam frustra esse: contra quod hæretici blaterant. Vnde ipse indifferenter, ut summus & æternus Pontifex semper uiuens, interpellat pro nobis Patrem, ut saluemur omnes qui obicem non posuerimus oblatae nobis saluti, & illius aliqui efficacissimæ interpellationi.

*Et in hoc scimus;* inquit. Audiant & ponderent hæc uerba defensores incertitudinis gratiæ. Dilectus dicit: *In hoc scimus;* Scire proprie certitudinē notitiæ proculdubio in sui significatione completur. Istud B. Tho. docet: & res clara est propter hunc uocis usum. In hoc scimus quod agnouimus eum, si mandata eius obseruamus. Possumus ergo scire quod obseruamus mandata eius: & consequenter quod eius dilectionem habemus, & sumus in gratia. Vnde & Caietanus hoc in loco ita scribit. Et est sermo (inquit) de notitia affectiua, quam efficit fides infusa, quæ per dilectionem operatur. Dicendo itaque: & in hoc scimus quod cognouimus eum (proculdubio Deum lucem) perinde est ac si dixisset: & in hoc scimus quod ambulamus in luce, si mandata eius obseruamus. Intendit siquidem Ioannes ad literam monstrare signum infallibile internæ lucis diuinæ in nobis esse, si mandata eius seruauerimus. Et propterea dicit: & in hoc scimus; scientia experimentalis: Hæc ille, contra eos qui negant certitudinem præsentis gratiæ per infusam fidem.

*Qui dicit se nosse Deum etc.* Vide ut de plena notitia loquatur, quæ habet secum gustum bonitatis eius. Neque enim esse potest absque charitate: & ideo non est in illis qui non obseruant mandata eius, contra prædicatores solus fidei.

*Qui autem seruat uerbum eius;* seu mandatum eius, quia omnia uno uerbo dilectionis & mandato concluduntur; *Verè in hoc charitas Dei perfecta est;* Perfectionem charitatis hoc in loco accipit non secundum intensiōem, sed extensiōem mandatorum. Et non secundum eam perfectionis considerationem, quæ consideratur in consilijs: sicut Dominus illi qui iactauerat se seruasse mandata, dixit. Si uis perfectus esse, uade, uide omnia quæ habes etc. *In hoc scimus;* id est, per obseruantiam mandatorum: *Quod in ipso sumus;* Possumus ergo seruare mandata: contra blasphemias hæreticos, qui Deum nobis impossibilia præcepisse asserunt: & insuper possumus scire nos ea quæ nobis præcipiuntur seruare.

*Qui dicit se in ipso manere;* secundum uinculum spiritus & charitatis (sic enim manemus in ipso) *Debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare;* hoc est, sequi uestigia eius per uiam crucis abnegando semetipsum, & propriam uoluntatem. Ipse enim est uia ueritas, & uita. Sed prius uia, quam uita perfecta. Qui ergo per eum ambulat ut est uia, perducitur ad illum ut est uita, cum apparuerit gloria eius sempiterna in cœlis.

Caietanus pro cert. gratiæ.

Marc. 10.

104. 14.

Charissimi, non mandatum nouum scribo uobis, sed mandatum uetus, quod habuistis ab initio. Mandatum uetus, est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis, quod uerum est & in ipso, & in uobis: quia tenebræ transferunt, & uerum lumen iam lucet.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius.

Primò ne calumniarētur criminosi, destrui ab Apostolis ueterem legem, & nouam introduci, præoccupat B. Ioannes, & ait: *Charissimi, non mandatum nouum scribo uobis, sed mandatum uetus quod habuistis ab initio;* Hoc est mandatum dilectionis datum fratim ab initio mundi primis nostris parentibus, & in ipsa lege per Moysen commemoratum: & uos ab initio illud habuistis in parentibus uestris, uel in lege. Aut si maius dicitis: *Ab initio;* scilicet uestræ ad CHRISTVM conuersionis. Prima tamen intelligentia magis placet.

*Iterum mandatum nouum scribo uobis, quod uerè est & in ipso, & in uobis;* Græcè melius: *Quod uerum est in nobis.* Non pugnat hoc quod ait: *Iterum mandatum nouum scribo uobis;* cū superiori dicto: *Non mandatum nouum do uobis;* Idem nanque diuersis rationibus & uetus dici potest, & nouum. Vetus quidem in sui substantia: quoniam dilectio mandata fuit antea & Dei & proximi. Nouum autem in modo ipso dilectionis erga proximum exercendæ. Dixit enim Dominus *Mandatum nouum do uobis, ut diligatis in uicem sicut dilexi uos.* Ecce modus dilectionis grandis & admiratione dignus. Vnde quod erat mandatum uetus, sit nouum: quia talis modus dilectionis, ut extenderetur etiam ad inimicum, nondum erat cognitus. Nondum enim uelum templi, id est, caro CHRISTI, erat scissum, id est, nondum reuelata Sanctorum uia quo ad omnes. Nam superiores mundi ætates non poterant tunc tale mandatum portare, nec fieri dociles Deo.

Sed quidnam sibi uult istud, uidelicet, *Hoc mandatum esse uerum & in CHRISTO, & in nobis?* Attende lector. Mandatum uerum illud est quod uerè mandatur, ut fiat & impleatur. Lex enim uetus mandabat, non quidem uerè fieret illud, sed teste B. Paulo, ut agnosceretur peccatum per mandatum, quod occasione accepta per ipsum mandatum generabat mortem. Ob eam causam non uerum erat mandatum, quod non habebat finem proprium mandati, quatenus extrâ pronunciatum erat à Mose, & in tabulis scriptum lapideis. Factum est autem uerum mandatum in CHRISTO, qui habuit in se ueritatem implendi illud. Similiter factum est uerum mandatum

104. 13.

Rom. 7.

mandatum in nobis: quia per gratiam infusam in cordibus nostris possumus illud implere. Vnde rationem subdens, dixit.

**Rom. 13.** Quia tenebrae transferunt: & uerum lumen iam lucet; Tantūdem est atque illud à B. Paulo dictum. Nox præcessit, dies autē appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis &c. Hoc totum efficit sapientia crucis in cordibus nostris, quæ non est atq; dono dilectionis. Pergit: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc; Lumen quippe fidei non est lumē ei, qui secundū illud non ambulat, & nihil ei prodest; Qui diligit fratrem suum in lumine manet: & scandalum non est in eo, idest, non offendit ut cadat: quia secundum lucem ambulat. Vnde scriptum est: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et ipsemet Dominus: Qui in luce ambulat nō offendit. Quare autem non offendit, quia diligit. Dilectio enim benigna est, & patiens. Dilectio non æmulatur, non agit perperam: non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt: non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, cō gaudet autem ueritati. Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Qui ergo sic diligit, quare ex re poterit ipse accipere scandalum? Quod uerō qui eiusmodi est, etiam scandalum iniicere alteri non queat, uel ex eo patet: quoniam charitas non agit perperam, sed patiens est, & benigna, & non gaudet super iniquitate. Quare nihil est unde scandalum possit uel præbere, uel recipere.

Qui autem odit fratrem suum &c. Clara est sententia. Qui enim odio persequitur fratrem, suis iniquis passionibus ducitur: quæ sunt tenebræ à uia recta abducentes hominem, cuius occæcauerunt oculos.

Scribo uobis, filioli: quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius.

Scribo uobis, patres: quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis, adolescentes: quoniam uicistis malignum.

Scribo uobis, infantes: quoniam cognouistis Patrem. Scripsi uobis, patres: quoniam cognouistis eū qui est ab initio. Scripsi uobis, adolescentēs: quoniam fortes estis, & uerbum Dei manet in uobis: & uicistis malignum. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: quoniam, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æternum.

Scribo uobis filioli &c. Non est putandum secundum ætatem dierum eos à B. Ioanne hoc in uerbo discerni ad quos scripsit, sed secundum uitā

spiritualem. Alioqui quomodo scriberet ad paruulos & infantes? Sunt ergo in uita spirituali inchoantes, proficientes, ac perfecti. Propterea alij infantes, alij adolescentes, & alij uiri possunt uocari. Quia in re certè frequens est error. Nam sæpenuerò multi qui uix incipiunt, sibi ipsis perfecti uidentur, quos facillè decipit Diabolus. Ideo ait ad eos: Filioli; quibus adhuc lacte est opus, & nō solido cibo, utpote qui uixdum à pristina consuetudine & peccatis cessastis; Scribo uobis, quoniam remittuntur uobis peccata; scilicet quæ continuo admittitis in imperfectione uestra, quæ uos non ita ponderatis qui nondum nostris Dominum uestrum. Sed hoc; Per nomen eius, quod inuocatis: hic est CHRISTVS Saluator noster.

Scribo uobis patres &c. Cognitio CHRISTI de qua hic sermo est (de eo enī dixit quod erat ab initio) est integra sapientia. Includitur enim in illa cognitio bonitatis & misericordiæ paternæ, quam ostendit nobis in CHRISTO. Et qui in hac cognitione crescunt secundum illam operantes, hi perfecti sunt, ut possint etiam alios generare, & sibi meritò patris nomen uendicare. Nam tales uerè dicuntur cognoscere, qui secundum cognitionem operantur: non autem qui scientes torpescunt otiosi, & inutiles in uinea Domini.

Scribo uobis, adolescentes: quoniam uicistis Malignum; Nimirum Diabolum. Qui enim exceßerunt infantiam & pueritiam, committuntur tentationibus quas mouet Diabolus. Has si superant, meritò proficiunt & crescunt, & uicisse Malignū dicuntur ipsum Diabolum uerè malignum: quia omni sua cogitatione, & opera, & conatu tendit in malum ac perditionem nostram.

Scribo uobis infantes: Ad eisdem est sermo, quos superius uocauit filiolos. Hic quod ē proprium eorum describit, uidelicet nosse iam patrem. Sciendum est enim uitam incipientium esse quodam modo sub Patre, qui eos blanditijs, & paternis quibusdam complexibus fouet protegens, nec permittens in eos tentationes duriores. Postmodò Pater ipse ut crescant, & ut plenius erudiantur, tradit eos Filio, qui adhuc sustinet eos penitus ablaetandos. Filius autem cū permanserint focij suarum tentationum (quia nondum antea erant fortes usque ad extrema pericula) dimittit eos aliquantulum sibi ipsis, ut noscant se nihil esse, & nihil posse à semetipsis. Sed ut quicquid potuerūt, uenisse de cælo, & ab ipso fateantur. Quos ubi ita instituerit ut sint ad has tentationes superandas perfecti, recedit ab eis tandem, & tradit eos fortiori doctrinæ Spiritus sancti, ut eius baptismo baptizati ualeant et iam extrema perpeti. Hæc ex euangelio clarè accipiuntur. Subdit igitur Dilectus.

Quia cognouistis Patrem, idest, in eo statu estis, ut mox oporteat à Patre uenire ad Filium, ut cum illo maiora subfineatis, & perfectè erudiāmini. Et rursus repetens quæ ad patres scripsit, non addit quicquam, sed ait, Scripsi uobis patres quod cognouistis eum qui erat ab initio; Nimirum (sicut est expositum) CHRISTVM, quem nosse perfecta

Ioan. 14.

perfecta est sapiētia, & à Spiritu. scilicet, sicut ipsemet dixit: In illo die cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Hæc Dominus, quæ ad perfectos pertinent qui cognoscunt eum perfectè & manifestè, ea tamen perfectione, quæ conuenit huic statui nostro in CHRISTO, qui per fidē ambulamus.

Scripsi uobis iuuenes; seu (ut supra dixerat) adolescentēs: quoniam fortes estis; Aduertendum est, quosdam piasse has repetitiones ad iuuenes, infantes, & senes, esse superfluas & adiectas: quibus ego non consentio, nec ab re factas existimo; Er uerbum Dei manet in uobis; sine quo nihil possidetis; Et uicistis Malignum; Sed non propterea cessandum, quin cautius uigilandum. Opus quippe est perseuerantia in finem usq;: aliās qui uictus est, iterum uincere posset. Non enim dormit, sed uigilantissimè circuit ut denuò in domū quam possidebat, intrare possit cū spiritibus nequioribus, ut nos in euangelica parabola admonet Dominus: & ideò addit Dilectus.

Iac. 11.

Nolite diligere mundum, idest, habitationē hanc in hoc mundo, ubi non habetis patriam manentem: nec est uobis iam conueniens hæc habitatio, postquam facti estis ciues sanctorum, & domestici Dei; Neque ea quæ in mundo sunt; Nā propter ea quæ sunt in mundo diligitur mundus, idest, hæc habitatio cum omnibus suis commotis ad carnis curam & delicias; Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo; Ponderanda omnino sententia. Et uerè ita est: quia charitas Patris non est nisi donum Dei, quo ipsum ut Patrem diligimus. Non autem ut patrem diligimus, cuius hæreditatem contemnimus, & recusamus promissa bona in cælis, his terrenis penitus infixi.

Quoniam omne quod est in mundo &c. idest, omne quod bonum in mundo existimatur ab amatoribus mundi (quod est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ) Non est ex Patre, sed ex mundo; Versatur enim in tribus, quodcunque in hoc mundo male diligitur.

Aut enim est ad quod aspicit concupiscentia carnis: ut opiparè comedere, benè bibere, lasciuire, & quæ sunt eius generis. Aut id quod oculis placet: ut habere domos amplas, instructas marmore, statuis, picturis, hortis: suppellectilem pulchrā, splendidam, pretiosam: arcā nūmis plenam, argento, auro, gemmis. Hæc enim sunt quæ exhilarant oculos nostros. Aut uersatur in his, ad quæ animus elatus ac superbus anhelat: ut est præesse ac præcellere cæteris potestate atque imperio. Sed nihil horum est ex Patre, idest, ex spiritu quem dat nobis Pater, secundum quem ab eo geniti sumus in fide & professione nostra, qui renūciamus Diabolo, & omnibus pompis eius; & postmodo cuncta, quibus iam solemniter libellum repudiij misimus, repetere tamen non perhorrescimus infelices. Quid ergo accidet his qui hæc mundi opera diligunt, & sper-

nunt quæ sunt paternæ charitatis? Audiatur homo carnalis, animalis, diabolicus. Audiatur, & nisi in æternum perire uelit, mox poenitentia stimulis agitur, nemoriatur, sed uiuat.

Et mundus transit, & concupiscentia eius; Transit quidē mundus nobis, à quo nos oportet necessariorū recedere: & ipse in uniuersum statim transiturus est cremandus igne. Transit ergo & concupiscentia eius, idest, quodcunque in eo uideatur concupiscibile: & pariter desiderium peccatorum, idest, diligentium mundum peribit. Ea enim quæ desiderabunt, obtinere non poterunt: & isto pacto eorum desiderium peribit, ut perpetuò frustra desiderent. Credis hæc prudens lector, an non credis? Si credis, ostende te credere in ueritate. Et quod tibi dico, mihi etiam dico. Si non credis, experientia tadē tibi ipsa declarabitur, quando non relinquetur ullus fructuosæ poenitentia locus, ut Esau accidit.

Qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æternum; Quia quod secundum Deum concupiuit, æternum est, & in æternum possidebit, ut in eo uerificetur: Desiderium animæ eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum: Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in æternum & in sæculum sæculi Hoc nobis concedat Dominus.

psal. 20.

Filioli nouissima hora est: & sicut audistis, quia Antichristus uenit. Et nunc Antichristi multi facti sunt, unde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierūt: sed non erant ex nobis. Nā si fuissent ex nobis, permanissent utiq; nobiscū. Sed ut manifesti sint, quoniam nō sunt oēs ex nobis. Sed uos unctioē habetis à Sancto, & nostis omnia. Non scripsi uobis quasi ignoratibus ueritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam IESVS est CHRISTVS? Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet. Qui confitetur Filium, & Patrem habet.

Vos quod audistis ab initio, in uobis permaneat: quia si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in Filio & Patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, uitam æternam.

Hæc scripsi uobis de iis qui seducunt uos. Et uos unctioem quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat uos: sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium. Et sicut docuit uos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo: ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & nō

GGg confundamur

confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

Quid per diem, horam, & prophetiam intelligat Dilectus

Filioli, nouissima hora est etc. Ad incipientes & in fide infirmos est sermo: quoniam non sunt quibus periculum seductionis imminet, non iam autem qui iam habent neruos exercitatos ad discretionem boni & mali. Ad hos ergo sermonem conuertens, & uolens probare seductionis periculum, ait nouissimam hanc esse diei horam. Significat autem per diem, totum tempus ab initio mundi usque in finem. Et per horam nouissimam, partem diei postremam, qui secatur in horas duodecim. Et per scripturam prophetiam apparet hoc esse tempus, quando erit persecutio extrema Antichristi, & precursorum eius. Unde & beatissimi Apostoli Paulus, Iacobus, Ioannes & Iudas in suis epistolis huius persecutionis meminerunt, quae futura erat, & est aduersus CHRISTVM in nouissimis temporibus. Haec nouissima tempora, horam nouissimam Dilectus hic appellat: ut in qua audiri iam incipiat Antichristi aduentus propere esse: ait ergo.

Et sicut audistis quod Antichristus uenit; id est, aduentus eius hoc tempore nouissimo praescribitur, & iam in alijs precursoribus praeparatur.

Et nunc Antichristi multi sunt; Venerant enim iam Apostolorum tempore Simon magus, Hebron & Cerinthus, & alij multi impij haereticarum, qui se opponebant Apostolis, & CHRISTI diuinitatem negabant, & multos fidei nostrae articulos; Unde scimus quia nouissima hora est; Propter rationem iam dictam. Vbi enim CHRISTI gratia maximè praedicatur, ibi oportet propter inuidiam Diaboli, Antichristos multos inueniri.

Ex nobis prodierunt etc. Manifestè hic illos Antichristos notat, qui iam CHRISTVM erant professi, & per Apostolicam praedicationem geniti erant; Sed non erant ex nobis; id est, non erant inter electos Apostolos. Si enim tales fuissent, nunquam excidissent: propterea subiunxit;

Si enim fuissent ex nobis, utique permanissent nobiscum; Quoniam illa diuina electio non erat exposita casui. Hoc dixit ne aliqui forte à fide deficerent, propter tales dissensiones & schismata scandalum accipientes: sed intelligerent esse Dei providentiam in fundamentis domus, quae non possint corrui;

Sed ut manifesti sint quod non sunt omnes ex nobis; hoc est, Dominus Deus permittit huiusmodi ruina, ut manifestentur non esse in eo lapidum numero, quos elegit Dominus pro fundamentis. Quare nemo debet propter hoc scandalizari. Nam & antea fuit praedictum nobis.

Sed uos unctioem habetis à Sancto, & nobis omnia; id est, Sed uos unxit Spiritus sanctus, impartiens huius rei notitiam, ut nullum patiamini ab istis scandalum, nec seductionem ullam. Hic Spiritus qui unxit uos, est spiritus ueritatis: et illa unctio qua uncti estis, est participatio gratiae CHRISTI, cuius ille plenus fuit; & de plenitudine eius om-

nes accipimus. Unde oportet uos nosse omnia quae sunt fidei de CHRISTO, ad salutem ducenda.

Non scripsi uobis quasi ignorantibus etc. Et addit quae ipsi deberent scire, nimirum: omne prorsus mendacium à ueritate non esse. Non enim fieri potest ut à ueritate proficiatur mendacium: quod sit ut mendacium proferens, non sit edoctus à spiritu ueritatis; Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam IESVS non est CHRISTVS? Negare IESVM illum hominem esse CHRISTVM, id est, iustum & sanctificatum, est negare uniuersam fidem nostram: Si enim non est CHRISTVS, non est Pater, nec Filius, neque Spiritus sanctus: qui tres ea uoce; CHRISTVS; comprehenduntur. Unde & B. Ambrosius dixit ualere baptismum in nomine CHRISTI: quia eo nomine tota Trinitas significatur. Quamquam non sine quaestione illud est de baptismo. Verum est autem quod eo uerbo, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus intelligitur. CHRISTVS enim cum sit Filius, etiam conceptum Patris supponit. Et cum idem sit quod unctus, unctio autem Spiritui attribuitur, et nomine Spiritus sancti comprehenditur, ac propterea tota Trinitas. Qui igitur negat CHRISTVM, manifestè est Antichristus.

Vos quod audistis ab initio etc. Hortatur ergo illos, ut in suscepta iam fide ab Apostolis permanent. Et uerè hoc est irrefragabile argumentum contra omnes haereticos: cum ipsi sint qui relinquunt arborem, qui ueluti superbi rami se ipsos ab ea secant; Et haec est repromissio etc. Clarus sensus: Vita aeterna promittitur nobis, si profecerimus in fide uiua, quae operatur per charitatem.

Haec scripsi uobis de his etc. Constructio literarum iuxta grammaticam duriuscula est. Reliqua tamen clara sunt usque in finem. Et quod legimus; Maneat in uobis; melius habet; Manet: Illud solù esset uidendū, quomodo non necesse haberent doceri, cum ipse nihil aliud uideatur facere quod docere eos. Respondemus: Haec B. Ioannis epistola potius est commemoratio eorum quae sciebant, & edocti erant à Spiritu, quam doctrina. Illud praeterea ponderandum contra haereticos, non sola fide reddi nos securos: ut fiduciam habeamus in aduentu Domini. Neque pura misericordia id praestat, sed tenor bonae uitae, ac perseverantia, ut uerè illo die non confundamur.

Si scitis quoniam iustus est, scitote quod et omnis qui facit iustitiam, ex eo natus est; Sensus est proculdubio, ni fallor, Si CHRISTVS est ille singulariter iustus, quia natura iustus (quod de nullo alio mortalium uerè dici potest) scitote etiam omnem hominem, quicumque facit iustitiam, ex ipso natum esse. Quoniam quicumque facit iustitiam, ille iustus est. Et cum non sit ex se iustus, oportet ab alio habuisse ut sit iustus. Quodcumque enim tale est, & non ex se tale est, oportet ut ab eo quod ex se tale est, descendat. Hoc autem dixit re quis temerè de iustitia gloriatur: sed cuncta tribuat dona Deo & CHRISTO, & gratias agat & glorificet ipsum omnis gratiae fontem & largitorè. Ne

104.1.

In eos qui insipienter gloriantur.

LUC. 18.

Arrogantium quatuor genera.

Ecc. 1. LUC. 19.

1. Cor. 4.

Ne similis fiat Pharisaeo qui gratias quidem agebat, sed gratiae originem non recognoscebat. Quatuor quippe sunt (ut magnus Gregorius docet) species, quibus omnis arrogantium tumor demonstratur. Primum cum à semetipsis habere se existimant. Tum si datum quidem sibi coelitus credunt, sed pro suis meritis hoc se accepisse putant. Tertio cum iactant se habere quod non habent. Et denique quando despectis ceteris & ut tuperatis, singulariter appetunt habere quod habent. A ueræ iustitiae lex & aequitas postulat, ut unde flumina exeunt, illuc redeant, ut denuò fluere possint. Nam habenti dabitur & abundantius. Qui autem ingratus est, sterilis permanebit & aridus. Quid enim habes, aiebat Apostolus, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Haec in elatos, & sibi fertim dona Spiritus arrogantes.

CAP. III.



VIDETE QUALEM CHARITATEM DEDIT NOBIS PATER, ut filii Dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filii Dei sumus: & nondum apparuit quod erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.



VIDETE, qualem charitatem dedit nobis Pater etc. Egregia & omnino necessaria est haec praecipio, ut seria meditatione consideremus dona Dei, quae & quanta sint, & quanto labore illius ac sudore & pretio nobis quaesita. Horum autem summum est ipsa charitas, per quod nominamur filij Dei, & uerè sumus: non natura tamen sicut est Unigenitus eius IESVS CHRISTVS, sed adoptione per gratiam. Cuius rei consideratio multum prodest ad excitandum nos, ne simus tanto beneficio ingrati, quo euecti sumus in confortium Dei, & omnium filiorum eius. Sed quis idoneè de gratitudine rependenda meditabitur, si perpetuò fuerit de gratia incertus, ut uolunt illi qui incertitudinem tutantur? Proculdubio religioni nostrae, si semotis passionibus rem secum perpendere uelint, non modicum derogant. Ideò Dilectus, aliam nobis tradens doctrinam, dixit: Videte qualem charitatem &c.

Obijciat forte aliquis, non propterea mandari à Dilecto, ut quisque particularis hominum suam uideat charitatem: sed in genere, scilicet ut uideat inter dona Spiritus, in Ecclesia esse charitatem. Verum hunc nequaquam esse sensum Apostoli egregiè probant ea quae subiunxit. Si enim de hac sola fide, quod in ecclesia sit

hoc donum, sentiret: cur istud, rogo, addidisset; Et nondum apparuit, quid erimus? Siquidem hoc item notum est nobis fide. Igitur de experientia est sermo, qua nouit quis hanc suam charitatem, nondum tamè eam, quam expectamus in futuro, gloriam sempiternam.

Rursum quaeret alius: Quomodo possumus uidere in nobis charitatem, cum sit qualitas quaedam & habitus animae, occultum donum? Respondetur, Non per se uideri potest, sed per effectus suos, in quibus cognoscuntur filij Dei à filijs saeculi: quantum hoc filij Adae non agnoscant. Et quidam (ut iam paulò ante meminimus) qui se Theologos profitentur, audent asserere nullum esse charitatis effectum, quem non possit quoque uirtus naturalis in homine producere. Quod cerrè dogma inimicum est religioni christianae: & CHRISTI uerbis, & Dilecti eius discipuli doctrinae repugnare, si diligenter discutatur, non dubito.

Per hoc igitur praecipuum Dei donum, quod dicitur charitas, filij Dei efficiuntur. Est enim donum quo renascimur, & uiuimus coram Deo. Non sola fides, quae sine hoc dono est mortua, sed amor iste, charitas ista, quae & gratia dicitur & iustitia Dei in scripturis sanctis, dat uitam nobis. Quid, rogo, est charitas nisi iustitia? Id saepenumero B. Augustinus declarat, & uis ipsa uocum demonstrat. Qui enim diligit, legem implet: & hoc ipso quod quis legem implet, iustus est, & iustitiam facit. Mandatum ergo dilectionis est mandatum iustitiae, ut ipsa iustitia ac dilectio unum sit. Non me latet, haec à quibusdam Scholasticorum aliter accipi, qui haec inuicem distinguunt. Quare nos hac de re in proprio libello, cui titulum fecimus; De iustificatione; copiosius disseruimus.

Propter hoc mundus non nouit nos etc. Mundus non nouit hanc dignitatem in nobis, per quam facti sumus consortes diuinæ naturae, participantes de spiritu eius ineffabiliter. O si perinde uideremus animae pulchritudinem, quae hoc tam sublimi dono decorata est & ornata, atque uidemus speciem corporis, & ea mirum in modum delectamur, longè profectò magis animi quam corporis contemplatione lætaremur. Quoniam uerò tanta illa sublimitas humanæ menti, quae illam sensu non potest percipere, est incredibilis, iccirco mundus non nouit. Et ratio est; Quia non nouit eum? Quem eum? Nimirum Patrem, id est, non nouit Deum esse Patrem nostrum: & quomodo sit Pater noster ignorat, & non capit, neque considerat huius excellentissimam necessitudinis rationem, quae est IESVS uerus Filius, & Verbum caro, CHRISTVS unice dilectus & unctus, de cuius plenitudine omnes accipimus, in quo conditi denuò sumus, & ex quo ueluti palmites de uite trahimus ueram uitam. Porro cum haec filiorum adoptio sit imperfecta adhuc in hac uia, perficietur uerò tandem aliquando, si rectè & sanctè uixerimus, in patria (Nunc enim uidemus

Quo possimur charitate nostram cognoscere.

Contra dogma Scholasticorum quorundam.

Iustitia idem quod charitas.

104.1.

1. Cor. 1.



quasi per speculum in ænigmate: tunc uidebimus speculantes facie ad faciem)iccircò addit.

Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus; Et declarans adiungit; Scimus quòd cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est; Ex hoc ipso quòd uidebimus eum sicuti est, scientiam hanc habemus nos futuros illi similes. Ipse sicuti est non posset à nobis uideri, nisi maximè de eius luce participaremus, ut possemus in eum directè obtutum nostrum figere. Sed hæc experientia querunt agnosci potius, quàm ullis humanis uerbis declarari.

Et omnis qui habet hanc spem &c. Homo, inquit, qui hanc spem habet; Sanctificat se; idest, purificat, ut possit legitime quod sperat, obtinere. Nam soli mundi & puri corde uident Deum. Quomodo autem purificat se homo per hanc spem, nisi ut qui uerè illam uitã sperat, huius mundi illecebris nõ cõtaminetur, sed rectã pergat per opera bona, & perseverantiam usque in finem? Et hoc est sanctificare seipsum, idest, aptare se ad illam perfectissimam sanctificationẽ. Sic CHRISTVS Dominus noster sanctificauit semetipsum, non à peccato quidem ullo, qui nõquàm peccatum nouit, sed à debito satisfaciendõ pro nostris per obedientiam crucis. Et hæc notent recentiores hæretici, & discutiunt exactius quo pacto se ipsi sanctificare possint, qui nolunt per opera id fieri. Respuunt enim quicquid nos operamur ad salutẽ. Aiunt autem quò suam falsam doctrinam saltem obtegant, cuncta facere Deum in nobis sine nobis. At nos clarè hinc habemus, quomodo Christianus homo spe seipsum sanctificat. Et sermo est de spe uiua, quæ habet expectationem & patientiam in operibus bonis, ut sæpius est à nobis expositum. Aliam autem spem ab ista uera minimeq; fallaci, ignorant scripturæ, & Spiritus sanctus summæ & libatissimæ ueritatis doctor & defensor.

Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret: & peccatum in eo nõ est. Omnis qui in eo manet, non peccat. Et omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo uos seducat. Qui facit iustitiam iustus est: sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex Diabolo est: quoniam ab initio Diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissoluat opera Diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet. Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem

suum. Et propter quod occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius iusta. Nolite mirari, fratres, si odit uos mundus. Nos scimus quoniam transfati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est: Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit uiscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?

Filioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua: sed opere & ueritate.

Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit &c. Postquàm ostendit modum quo quis sanctificat se: nunc e conuerso ostendit, eum qui facit peccatum non posse aptare se ad uisionem diuinam. Proponit enim facientem peccatum, eundem & facere iniquitatem: quia peccatum est iniquitas. Deinde, quòd CHRISTVS apparuit, idest, uenit in carne, ut & peccata nostra tollerent, & sic nos sanctificaret. Et hoc nos scire per fidẽ supponit; Et peccatum in eo non est; qui nullum omnino peccatum nouit. Non enim peccator ualisset peccatum tollere. Et addit; Omnis qui in eo manet, non peccat; quia & ipse CHRISTVS semel mortuus peccato nõ dicitur peccare, idest, nostra peccata super se iterum sumere diluenda. Qui ergo iam in illum translatus, & insitus in eo manet, non peccat. Et ideo hic est qui potest eum uidere, utpote mundus corde.

Et omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum; Quid est non uidit eum, nec cognouit eum? Nonne multi peccatores uiderunt eum, & postmodum prolapsi sunt? Respondetur, Nouisse Deum uerè is dicitur, qui dignũ eius notitia fructum facit. Si enim CHRISTVM uerè nouisset, & illa notitia usus esset, nunq; se per iniquitatem & peccatum ab illo segregasset. Notitia ergo illa prior quæ suum non produxit effectum, pro ignorantia habetur. Possumus (& fortassis nõ male) dicere quãdam esse uisionẽ Dei peculiare in uia erga eos, qui per illam confirmantur in bono. Spiritus namque ita eis datur, ut non sit recessurus. Vnde si quis hanc de Deo uisionem habet, ab ea non potest excidere. De illa enim dixit Dominus discipulis suis: Et ego rogabo Patrem & alium Paraclætum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere, idest, illi qui in cõmuni forte gratiæ uiuunt, & salui fiunt, licet penitus non exierint de mundo: unde & mundi nomine significantur. Mundus enim non uidet eum, nec scit eum; cum tales non sint eius

eius uisionis ac perfectæ notitiæ capaces. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit & in uobis erit &c. Ecce ut de hoc spiritu ueritatis, quem missurus erat, clarè dicit per eum nosci & sciri Deum, & ita sciri ut non sit huiusmodi cognitio peritura. Talis ergo notitia negatur esse, aut fuisse in homine qui peccat: & hic sensus mihi magis placet. Impeccabilitas enim à perfecta notitia Dei procedit; Filioli nemo uos seducat: Qui facit iustitiam iustus est; Non qui solimodo credit est iustus. Audiat Lutheranos & qui beatificat imputatam iustitiam. Sed qui facit iustitiam, idest, opera iusta, per quæ iustitia in uobis crescit & perficitur, hic iustus est; Sicut & ille; idest CHRISTVS, iustus est, quia fecit iustitiam obediens Deo. Non sit ergo discipulus supra magistrum, nec seruus supra Dominũ suũ. Qui facit peccatum, ex Diabolo est; per imitatorinẽ & per suggestionem; Quoniam ab initio Diabolus peccat; Nec unquàm desinit peccare aduersus CHRISTVM, nec cessaturus est, quamdudum durabit hoc nostrum sæculum. Propterea aduersus Iudæos perfidos & incredulos Dominus & Redemptor noster: Vos (inquit) ex patre Diabolo estis, & uoluntatem patris uestri uultis facere. Ille erat homicida ab initio, & in ueritate nõ stetit; In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluere opera Diaboli; Quod fuit opus Diaboli, nisi alienare nos à Deo a se suo & malignitate suggerendo peccata: Hoc autem opus uenit CHRISTVS ut dissoluere, & reconciliare nos Deo, & sanctificaret per donum iustitiæ.

In Lutheranos.

LUC. 22.

IOA. 8.

Quomodo non peccet, qui natus est ex Deo.

De homine interiore & exteriori.

Quid sit uisio Dei.

IOA. 14.

etio, ut sit unus & idem homo quasi duo homines. Secundum semen quod inest ei naturaliter, potens est peccare: quoniam secundum illud nõ est natus ex Deo. Secundum uerò illud semen quod superinfusum est ad extinguendum peccatum & uim eius, non potest peccare. Et enim natus ex Deo habet semen in se manens, nisi alicuius peccati, & propriæ alicuius præuentionis merito auferatur. Et hic homo est qui nõ peccat, nec potest peccare. Qui ergo peccat, alius est, idest, ipse idem, alio tamen semine concretus: iccirco tanquàm alius cogitatur. Ille ergo homo interior qui Dei est filius, non peccat, nec potest peccare, quamdudum in illo semen Dei monet, ut superius declaratum est.

In hoc manifesti sunt filij Dei à filijs Diaboli; Nẽpè à fructibus diuersorum seminum. Ex hoc loco falsum est, quod quidam uolunt defendere, scilicet omnes effectus qui à charitate procedunt, posse produci naturaliter. Si enim hoc uerum est, nõquàm filij Dei à filijs Diaboli manifestè cognoscerentur. Dixerat: Qui facit iustitiam iustus est, sicut ille iustus est, idest, CHRISTVS: quia iustitiam facit. In hoc ergo manifestus est iustus, si facit iustitiam. Et quia omnis iustus ex Deo est, manifestum sit, omnẽ qui facit iustitiam, filium Dei esse. In hoc manifestatur filius Dei: quoniam si iustitiam faciat, iustus est, & consequenter ex Deo natus & filius eius; Omnis qui non est iustus, non est ex Deo: Non enim habet Dei semen in se manens. Nam si illud haberet semen, appareret in fructibus. Eleganter dixit B. Gregorius Nõquàm amor Dei est otiosus: Operatur enim magna, si est. Si autem operari renuerit, amor nõ est. Necessè est ergo aliud esse in eo semen, qui non operatur, & illud esse ex Diabolo, non ex Deo: ut sit filius Diaboli, non autem Dei.

Quoniam uerò omnis iustitia in dilectione comprehenditur, addidit; Et qui non diligit fratrem suum; hic nõ est ex Deo, & propterea non iustus. Idem est enim non diligere proximum, quod est non facere iustitiam. Non facere autem iustitiam, quid est aliud quàm non esse iustum? Quoniam hæc est annunciatio; Crebrius hoc repetit, & merito: quoniam hæc una dilectionis exequutio totius religionis nostræ summam atque dignitatem in seipsa uerè complectitur.

Non sicut Cain qui ex maligno erat &c. Nota est istius fratricidæ Cain historia. Illum autem fuisse ex semine Diaboli, qui maximè & propriè dicitur malignus, prodidit ipsum opus quod fecit iuxta Diaboli uoluntatem, qui fuit homicida ab initio. Occidit enim fratrem suum Abel uirum iustum & Deo charissimum; Et propter quod occidit eum: quoniam opera eius maligna erant &c. Vide quàm afferat occisionis causam: quia opera Cain erant maligna, & e conuerso opera fratris bona, ideo occidit eum. Verum cur non dixit potius, quia eius mens erat maligna, & non eius opera? Audi: Nemini dubium quin per inuidiam occiderit illum. Inuidia autem oritur ex bono alterius, dũ comparatur proprio. Nã homo

Omnes effectus charitatis non posse produci naturaliter.

Charitas nunquam otiosa.

qui uidet alium aut potentiorē aut sapientiorē, aut meliorē se (quod certē uidet comparādo opera alterius operibus suis) in inuidiā excitatur. Et inuidia parit indignationem, odium, & iram. Ira uerō homicidium, & omnem iniuriam. Sed ubi, rogo, uidit Cain opera sua mala, nisi in sacrificio quod obtulit sine fide? Quoniā Deus ad illud non respexit, nec ad munera eius: quo signo clarē significauit nihil sibi esse gratum quod ab eo proficisceretur, ac per hoc oīa eius opera esse mala, utpote quæ uenirent à mala radice, idest, à mente & uoluntate mala. Et ideò non fuit ex Deo, sed ex Diabolo; Nolite mirari, fratres, si odit uos mundus; Ex superiore doctrina tollitur hæc admiratio: quia odium ex illa dissimilitudine nascitur, quam in operibus intuemur. Opera mundi mala sunt: opera autem iustorum bona. Intuens ergo mundus, idest, ij qui immerſi sunt in cupiditatibus mundanorum, sua flagitia & turpia scelera: & cernens lucentia opera proborum ac piorum hominum, ex hac tantæ dissimilitudinis inspectione turbatur, & in odium rapitur, & simul cum ipsa pietate & iustitia contemnit & odit pios & iustos tanquam sibi aduersantes, & in suis bonis operibus illū damnantes. Nam exire ex mūdo per nouam uitam, quid est aliud quam damnare mundum, & testimonium perhibere quòd opera eius mala sunt? Hoc planē declarauit Dominus noster de se ipso.

Gen. 4.  
Cur mundus odit bonos.

104.7.

Mā datum dilectionis impleri posse.

Nos scimus quoniam trāslati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres; Vide quā clarē testatur posse sciri à nobis quòd uiuimus per gratiam, cum & unde hoc scimus, manifestē exprimat, nempē à dilectione fratrum. Vbi ergo sunt illi qui negant nos posse implere dilectionis præceptum? Et quid sunt dicturi illi, qui & si fateantur nos posse illud implere, neminem tamen posse hoc scire absque peculiari reuelatione defendunt? Qui non diligit, manet in morte; Quia in obedientia legis uita nostra reposita est. Per dilectionem ergo transferimur in uitam, ad quam erigimur per fidem. Nā omnes in Adam mortui, sumus priuati uita; Omnis qui odit fratrem suum etc. Quicumque non diligit, odit. Et qui cunque odit, homicida est. Omnis autem homicida non habet uitam æternam in se manentem, idest, non habet donum charitatis, quod est uita æterna. Ipse enim CHRISTVS in anima nostra fide & charitate receptus, est lex nostra scripta in corde nostro. Et hæc est uita manēs & æterna.

In hoc cognouimus charitatem Dei etc. In grecis non legitur; Dei; & notabilior sensus colligitur, qui mihi iste esse uidetur; In hoc cognouimus charitatem; idest, debitum charitatis ad quod tenemur; quia in illo, idest, in CHRISTO, conspicitur; ille enim posuit animam suam pro nobis; Ergo & nos debemus pro illo, Hoc certē absque dubio ualeat. Et cum addideris, ipsum esse per dilectionem & Spiritum suum in oībus nobis. Ergo & nos debemus pro omnibus ponere uitam. Quādoquidem iam non tam pro illis ponimus, quam pro ipso CHRISTO, quem in omnibus

agnoscimus, iuxta illud: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Qui habuerit substantiam huius mundi etc. Textus clarus. Illud solum notandum, quòd eleemosyna in necessitate exigitur: & qui in necessitate non porrigit, dicitur claudere uiscera sua, idest, teneritudinem illā quam parit misericordia, ut non effundatur in illū pauperem. Hoc autem est non solum occidisse illū, sed CHRISTVM in illo. Quicūq; talis est, procul dubiò charitas Dei in eo non manet. Nec intelligenda est hæc necessitas ita extrema, ut expectanda sit in paupere exhalatio spiritus: sed unctio docet hoc. Qui enī uerē diligit, citò & maxima cum hilaritate succurrit egentī.

Filioli mei non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate; Ne cogamur dicere idē esse diligere uerbo, & diligere lingua. Et similiter id esse diligere opere, quā diligere ueritate (quia doctrina apostolica reijcit synonyma) subtilem arbitror inter hæc differentiam eatenus considerari, ut ille dicatur uerbo diligit, qui sermone commendat dilectionis opera, nimirum eleemosynā & huiusmodi: qualis nunc ego sum, & prædicatores, & hortatores. At si qui uerbo commendant, opere autem non confirmant, semetipsos cōdemnant. Quapropter opposuit uerbo ipsum opus, & his ait; Fratres mei, non diligamus uerbo (suppletur) sed opere; Sunt uerò & qui diligunt lingua, proferentes dulcia dilectionis uerba, & promittentes: sed fallunt, cum non ex corde expromant: & his dicitur; Fratres mei non diligamus lingua, sed ueritate; de corde puro & cōscientia bona. Diligit etiam lingua & non ueritate, qui solum externo opere facit eleemosynam, sed inactantia & inanis gloriæ causa, non soli CHRISTO placere studens.

Diligere uerbo & lingua non idem esse.

In hoc cognoscimus quòd ex ueritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine Filii eius IESV CHRISTI: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis.

In hoc cognoscimus, quòd ex ueritate sumus etc. Diligere fratrem opere & ueritate, idest, ex ueris & intimis præcordijs, est certa nota quòd ex ueritate sumus, idest, ex Deo & CHRISTO, qui est ueritas. Audiant hæc qui contra gratiæ certitudinem sentiunt, quam tantoperè nobis commendat

mendat tantus hic Apostolus noster. Addit. n. Et in conspectu eius suadebimus corda nostra; Melius, suadebimus cordibus nostris. Et quid suadebimus cordibus nostris, nisi hoc ipsum quod à fratribus charitatis nouimus. Nimirum quòd ex ueritate sumus, & charitas Dei in nobis manet. Fatentur quidem aliquam certitudinem: sed uocant humanam, & fallaciæ subiectam. At hic Dilectus ait; Suadebimus cordibus nostris: & istud in cōspectu ipsius Dei; Nunquid uerò in conspectu Dei admittuntur humanæ fallaciæ, & incertæ istiusmodi certitudines? O nos miseros qui non scrutamur scripturas, sed cuncta putamus in scholis hauriri posse. Neque putet quisq; maleuolus à me damnari Scholasticos, Eos enim omnino probo & defendo, tanquam bene benemeritos de sapientia, & doctrina, & theologia: sed omnibus in rebus addi modum debere exopto. Sicut enim non omnia tribuenda sunt Patribus: ita nec omnia Scholasticis. Istud præcipuè manifestum reddunt exortæ hereses, quæ scripturarum autoritate, non subtilitate & argutijs scholasticis dignè retunduntur. Sed ad rem nostram redeamus.

Hæc igitur notitia est fidei notitia, non æuidentiæ (ut Caeteranus hic rectè docet) sed tamē quæ habet certitudinē pacantē corda in conspectu Dei; Quòd si reprehenderit nos cor nostrum etc. Sensus est clarus. Si cor nostrum nos reprehendit, siue damnat per conscientia aculeum, certò possumus concludere, coram Deo minime nos esse innocentes, qui est maior corde nostro: & ipse est qui finxit corda & cordis oculum. Nō igitur uidebit ille, quòd uidet oculis cordis mei? Qui finxit ergo oculū non considerat? Certè ipse nouit omnia, qui fecit omnia. Et ideò, nouit peccata, quæ deficiunt ab illo rectissimo ordine, quem ipse in nobis constituit.

Psal. 93.

Charissimi, si non reprehenderit nos cor nostrū etc. Si cor nostrū, legitime tamen exploratum sicut possumus & debemus, non reprehenderit nos, siue nō damnauerit nos; fiduciam habemus ad Deum; Ecce unde surgit fiducia, quæ est fidei robur, nimirum à conscientia bonorum operum. Et de clarans in quo sit hæc fiducia, ait; Et quicquid petierimus; quod sit rectū & utile nobis; accipiemus ab eo; Et rationē huius rei afferens, ait; Quia mandata eius custodimus: & ea quæ sunt placita coram eo facimus; Hanc autem fiduciam præbet nobis ipsa certitudo gratiæ, non autem incertitudo.

Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine Filii eius etc. idest, ut postquam adepti sumus fidem, perseueremus in illa, & confidamus in nomine filij eius IESV CHRISTI nos promissa æterna recepturos; Et diligamus inuicem, sicut mandatum dedit nobis; Hoc est autem eius mandatum, ut diligamus datum, ut diligant se inuicem, sicut ipse dilexit eos. Et hoc mandatum iussit ut alijs prædicarent; Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo; aliter non posset seruare. Manet autem seruans mandata in CHRISTO, sicut palme in uite: & ille in nobis, sicut uitis in

palmite, qui de influxu suo continuè illi suggerit; Et in hoc scimus quòd ipse manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis. Ecce unde ueniat illa notitia, quam habemus de eius charitate, nempē à Spiritu Dei qui contestat spiritui nostro (uel cū spiritu nostro) quòd sumus eius filij. Cum enim opera Spiritus uidemus ex uobis prodire, coniectamus in nobis esse Spiritum Dei. Sed quia hoc non sufficeret ad plenam notitiam, ipsemet Spiritus nobis datus hanc persuasionem nobis intus confirmat.

Rom. 8.

### CAP. III.



HARRISSIMI, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudo propheta exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei: Omnis spiritus

qui confitetur IESVM CHRISTVM in carne uenisse, ex Deo est. Et omnis spiritus qui soluit IESVM, ex Deo non est. Et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam uenit: & nunc iam in mundo est. Vos ex Deo estis, filioli, & uicisti eos: quoniam maior est qui in uobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideò de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos. Qui nō est ex Deo, nō audit nos. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris.



Harissimi, nolite omni spiritui credere etc. Quia euangelicæ ueritati plurimum obstant falsi propheta: & Diabolus sollicitè iā excitat suo spiritu multos, qui tacite exciderunt à fide, parati ad serenda zizania in agro Domini: admonuit omnes Dilectus, ut ab huiusmodi sibi cauerent, dicens; Nolite omni spiritui credere; idest, omni profitenti se spiritum habere ueritatis; Sed probate spiritus, utrū ex Deo sint; Et quia potuisset dicere aliquis. Quomodo possumus hoc probare? Respondet; In hoc cognoscitur spiritus Dei (siue) in hoc cognoscite spiritum Dei: Omnis spiritus qui confitetur IESVM in carne uenisse, ex Deo est. Sed hoc uidetur pati instantiam. Nam & Pelagiani, & Donatistæ, & alij multi cōfessi sunt: & nouæ etiam sectæ nunc confitentur CHRISTVM uenisse in carne, & tamen non sunt ex Deo: quia alijs erroribus perniciosiss tenentur. Verū si considerent uerba Dilecti iuxta profundiorē sensum, agnoscemus totam in eis fidem nostram comprehendī: Ut quicumq; in uno quo uis articulo pertinaciter errauerit, non uerè confiteatur hunc, CHRISTVM uidelicet in carne uenisse. Qui enim hunc articulum uerè credit & confitetur

Oēs heretici negat Christū in carne uenisse

& confitetur. consequenter & CHRISTVM cōfiterur Deū uerum esse, & hominem uerum. Agnoscit & in eodem ipsam Trinitatem: quod in eo ipso Verbo CHRISTVS perspicitur.

Agnoscit eundem eo ipso quod uenit in carne, uenisse ut summum Sacerdotem ad saluandum carnem: & consequenter ut Regem ac Doctore ad prouidendum cuncta, quæ ad salutem carnis faciunt. Vnde qui illū credit CHRISTVM, etiam doctrinam eius euangelicam, & quæcūq; ipse uel per se ipsum docuit esse credenda, uel mādauit obseruanda: aut per Apostolos, & luc cessiue per eos qui in ecclesia potestatem & autoritatem ab ipso per Spiritum sanctum accipiūt, reuerenter ac sincera fide recipit & confitetur, idq; non solum corde, sed etiam opere. Hoc est enim uerè confiteri, ut scriptura ipsa loquitur.

Vana quippe est confessio cordis, quam opus ipsum non probat. Quare quicūq; in uno quouis articulo fidei recedit, nullum tenet: & non confitetur CHRISTVM uenisse in carne, quomodo debet confiteri. Vnde rectè sequitur.

Et omnis spiritus qui soluit IESVM ex Deo nō est; Sic legimus in latinis: & ueram hanc lectionem existimo, secundum quam & B. Ireneus contra hæreses libro. 3. hunc locum citat, licet in græcis alia sit lectio, quæ tamen eundem sensum habet. Legitur enim; Et omnis spiritus qui non confitetur IESVM CHRISTVM in carne uenisse, ex Deo non est; Verum prior quam probatus, elegantior est & acceptione dignior. Quia enim CHRISTVS habet nexum cum superioribus, id est, cum Verbo, & consequenter cum Patre, & consequenter cum Spiritu sancto: quicūq; hunc nexum soluit errando à uero circa sanctissimam Trinitatē, ipsum IESVM soluit. Similiter & quicūq; nexum quem habet cum inferioribus, id est, cum MATRE, cum Angelis, cum hominibus, cum ecclesia, deniq; cum superis & inferis, aut secundum carnē, aut secundum spiritum, aut secundum potestatem, ille est qui IESVM soluit, & non est ex Deo, sicut latius alibi ostendimus.

Et hic est Antichristus; Non ille certus quem expectamus, sed qui spiritu illum referat. Vnde ait; De quo audistis quoniam uenit, & nunc iam in ipso mundo est; In spiritu, quemadmodum à Domino dictum est Eliam uenisse: quia B. Ioannes Baptista uenerat, non autem uetus ille Elias, sed in spiritu & uirtute Eliam priorem referens.

Vox deo estis filii, & uicistis eum; Si legimus; Eum; ad ipsum mundum. debemus referre, quem uicerunt lexistentes in Deo. Si uerò legimus; eos; ad pseudopphetas & antichristos referendum est. Et ratio uictoriæ traditur; Quoniam maior est; id est, potentior; qui in uobis est; Hic enim Deus est; quam qui in mundo; Hic est Diabolus. Nemo igitur excuset se imitator Heuæ matris insipientis dicens: Serpens me decepit. Nā uirtus Dei quæ in te erat, poterat plusquam Diabolus; Ipse de mundo sunt: ideò de mundo loquuntur, & mundus eos audit; Nota hic lector, reuera

oēs factores hærelum esse de hoc mundo, id est, amantes mundum, ut testatur egregiè B. Augustinus. Nam propter aliquod mundanum mouetur, & mouent turbas. Quia ergo de mundo quem diligunt loquuntur: ipse mundus, id est, mūdani homines libenter audiūt eos doctores; Nos ex Deo sumus &c. Hoc iam dixerat Dominus: Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Et hinc concludit; In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris; Verè istud magnum est signū: quandoquidem qualis quisq; est, talia sibi cuncta uidentur quæ offeruntur. Sic ægroti bonos & salutem afferentes cibos contemunt, & noxios sæpenuerò concupiscunt.

Charissimi, diligamus uos inuicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui nō diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam Filium suum Unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo uidit unquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quod in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur: quoniam Pater misit Filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam IESVS est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati quam habet Deus in nobis.

Charissimi diligamus nos inuicem; Merito non potest de alia re Dilectus, potius quam de dilectione loqui, ugens & crebrò eandē inculcans, quod nos prouocet ad æmulandum sancta emulatione charisma hoc cunctis alijs sanctius, iucundius, ac pretiosius. In illo enim inuenitur sanguis CHRISTI tanta dilectione pro nobis fusus. Nam audi rationem huius æmulationis, quia charitas ex Deo est; Sed nunquid non & ipsa fides ex Deo est, & spes similiter? Nōne & quodcūq; aliud donum descendit à Patre luminum? Verè ita est: sed singulari quadam ratione charitas dicitur ex Deo esse, tanquam quid proprium Dei, & naturæ eius. Ipse non est fides, nec spes, nec aliquid donorum huiusmodi, quæ (ab ipso tamen) in nobis sunt. At de illo uerè dicitur quod est charitas, & cui secundum hanc uirtutem nos maxime assimilamur. Nihil enim tam proprium Dei, quam diligere. Vnde &

104. 8.

Charitas proprie dicitur de Deo.

in hoc assimilamur ipsi Deo: & per hoc diuine, naturæ consortium euecti sumus. Propterea opportunè addit Dilectus discipulus.

Et omnis qui diligit, ex Deo natus est; Nimirum ex eius charitate: quia uoluntate nos genuit & amore. Ut rectè quidam dixerit, Omnium uetustissimum, & cunctorum parentem esse amorē; Et cognoscit Deum &c. Verè nullus cognoscit Deū perfectæ cognitione, nisi q diligit. Perfecta quippe cognitio ea est, quam sequitur approbatio. Qui non diligit Deum, quomodo potest uerè probare illum esse diligendum? Et ob eam causam non nouit eum: quia nō ipsum ut diligibile respicit, cū sit aliq; summè diligibilis. Est uidea tur ui rationis cogente nosse hoc in mente, non tamen uerè dicit in corde, cū Deus sit ipsamet charitas, quam qui nouit, non potest non diligere. Et ne quis dicat: Quō scire de Deo passum, cum ipse habitet lucem inaccessibile? Responderet.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam Filium suum unigenitum misit &c. Ab illius charitatis effectu ostendit: quoniam Filium suum unigenitum misit in mundum, ut uiuamus per eū. Hoc quod iam apparuit innumeris atq; inuictissimis testimonijs comprobatur, declarat quantum sit diligibilis Deus. Quod qui apprehendit fide, intendens, & considerans quomodo à Deo accipit uitam ueram atq; æternam, & hoc beneficiū nobis hoc medio paratum per Unigeniti crucem & mortem (quæ in re sola ostenditur quicquid erat diuini erga nos amoris) profectò impossibile redditur, ut non uice mutua ipsum diligat tanti doni autorem ac largitorem. Quapropter congruentissimè sequitur.

In hoc est charitas, id est, lex & ratio, quæ charitatem à nobis requirit, in hoc fundatur; Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos: & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris; Duo itaq; aut potius tria sunt, quæ à nobis exigunt & quasi extorquent dilectionem erga Deum. Primum, qm ipse prior dilexit nos. Et si quis querat: Quid mihi profuit ista dilectio? Respondetur: Profuit ad remissionem peccati, & ad donum ueræ uitæ. Denique querenti: Quo pacto, quomodo? Ex hoc enim maxime elicitur modus charitatis nostræ. Respondet: Quia misit Unigentum suum hostiam pro peccato, & fecit illum pro nobis peccatū. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: et nos debemus alterutrum diligere; Potius quidem uidebatur esse dicendum: Et nos debemus sic illum diligere. Dixit autem, Et nos debemus alterutrum diligere. Et rectè id quidem: Cū enim reddere Deo gratiam & beneficia uon possimus, qui honorū nostrorum non indiget: iccirco uoluit munificentissimus Dominus, ut quod ipsi iure reddendum esset, reddamus nobis inuicem. Et ipse quasi sibi redditum pro sua bonitate & iustitia acceptum atq; impensum habet.

Deū nemo uidit unquam; Exponitur ratio exactæ à nobis charitatis: cur Deus ipse nos diligens, querat ut reddamus illi debitam dilectionem, offi-

Psal. 9. 3.

1. Cor. 5.

cia charitatis, & beneficia, collocando in fratribus nostris, non in ipso Deo. Ait enim; Deum nemo uidit unquam; Et quomodo possumus illi benefacere, qui (ut ait B. Paulus) habitat lucem inaccessibilem: quem nemo uidit, nec uideri potest. Vnde dictum fuit Moyfi: Non uidebit me homo & uiuet. Et Ioānes Baptista: Deū nemo uidit unquam. Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Quod uerò quidam uolunt & Mosen, & B. Paulū uidisse Deum facie ad faciem eo modo, quo in cœlis illum uidebimus (saluo ita opinantium honore, & pace) non puto uerum. Nam si diligenter scripturas perspiciamus, Ipse Moses, ipse B. Paulus, ille sanctissimus Præcursor Ioannes Baptista, hic noster Euangelista secus testantur: tamen nō ignorem glossas, sed ubi erat non opus. Ad rem igitur nostram. Voluit ostendere ipsum Deū à nobis in hoc statu non esse sic diligibilem, ut in eum directè, quem non uidemus, ualeamus dilectionis nostræ operas & actiones dirigere, qui sensibus ducimur. Quocirca subdidit.

Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet; Ac si dixerit: Satis dilexisti Deum, si fratrem diligis opere & ueritate, in quo recognoscit esse Deus; Et charitas eius in nobis perfecta est. Sēsus est: Charitas Dei, quæ est illius donū in nobis, perficitur in hoc quod proximos & fratres nostros diligimus. Poterat enim quis dicere: Si proximum diligis, non propterea satisfacisti: quia in primis oportuit te Deum diligere. Imò, inquit, si diligimus fratres, perfecta charitas eius in nobis est. Hoc dixerat B. Paulus: Qui diligit proximum legitur dilectum, magis diligit ipsum Deum, & certius diligit. Propter quod unū quodq; tale, &c.

In hoc cognoscimus quod in eo manemus &c. Audi autem qui negant certitudinem gratiæ, ait; In hoc cognoscimus quod in eo manemus. Nemo manere in Deo dicitur, nisi qui ab ipso Deo diligitur, & particeps est gratiæ eius: quia de Spiritu suo dedit nobis. Hoc idem dixit B. Paulus de ipso Spiritu qui cum sit uera lux confestificatur cū spiritum nostro, quod filij Dei sumus; Et nos uidimus & testificamur &c. Hec fuit annuntiatio Apostolica, nec sine testimonio miraculorum quæ sermonem confirmarunt, iuxta pollicitationem Domini; Quod Deus Pater misit Filium suū Saluatorem mundi; Non prædestinatorū tantū, sed totius mundi Saluatorem. Nam & primi illi electi (ad illustrem scripturarum sensum) non dicuntur iam esse huius mundi, sed selecti de mundo, ut ipsemet Dominus declarauit. Et B. Paulus Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quisquis confessus fuerit, quoniam IESVS est filius Dei, Deus in eo manet &c. Intellige nō satis esse cōfiteri lingua, sed oportet insuper factis confirmare confessionem: Alioqui uana est omnis confessio oris sine opere dilectionis.

Et nos cognouimus, & credidimus charitati quæ Deus habet in nobis; Charitas non est aliud quam amor quidam honestus cum beneuolentia & amicitia

1. Tim. 6.

Exod. 33. 104. 1.

Rom. 13.

Ibid. 8.

104. 27.

Gal. 6.

Qui unū articulum nō credit, nullū credit.

Autor in lib. Clauium.

Matth. 11.

1. Cor. 13. 1. Cor. 13. 1.



tia, ut sit reciprocus amor, qui fundatur in communicatione alicuius honesti, in quo simul amici lætantur. Charitas ergo Dei erga nos, & nostra quæ nobis erga seipsum donavit, talis est, id est, mutua amicitia fundata super optimo atque immenso bono, quod est summa fœlicitas & beatitudo patriæ. Hanc ergo Dei charitatem quæ ipse habet erga nos, in nobis cognoscimus & credimus: quoniam ista noticia non hic habetur nisi per fidem.

Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Deus charitas est etc. Cum ipsa charitas significet amicitiam amorem, cuius est proprium se efferre in alterum, si consideretur hic amor in Deo, ipsa certe charitas Deus est. Cum igitur Deus sit charitas, profectò omnes cõplectitur in quos extendit charitatem suam, id est, se ipsum amantem. Qui ergo complexus in ea charitate manet, haud dubium quin in eo maneat: nõ simpliciter, sed in eo qui amat ac diligit, tanquam amicus & pater. Alioquin omnia manent in Deo, cuius uoluntate sunt creata & qua seruantur. Sic ergo manemus in eo ut dilecti prius ab eo, & eum mutuo diligentes. Ipse uerò manet in nobis perseverans nos diligere. Sed quomodo manet in nobis, nisi per donum Spiritus, quod est quoddam creatum, & uocatur charitas, diuinam sibi uendicans appellationem? Est namque participatio quædam diuinitatis, & donum ineffabile, propter quod solum (ut sæpe dicendum est) inuidet nobis Dæmon, qui illud ob superbiam amisit. Et hæc charitas in nobis est, per quam nos ipsum Deum diligimus, secundum hanc communicationem fœlicitatis æternæ nobis ab illo prouisæ, & promissæ, & iam nõ nullo modo in hac uita in nobis inchoatæ.

Scio opinionem Magistrorum sententiarum falsam omnino, minimeque tenendam, qui charitatem quæ est in nobis, uult esse ipsum Spiritum sanctum habitantem in nobis, & mouentem corda nostra per semetipsum. Quæ opinio merito ab omnibus explosa est, utpotè contra rationem, &

contra sacras scripturas. Contra rationem quidem: quoniam dum sibi persuasit se nos honorare atque extollere, inhonorat & deprimat. Si enim Deus ipse Spiritus mouet nos ad dilectionem, non nos, iam ipsi non sumus qui diligimus, sed ipse Spiritus. Quod si dixeris: Imò dum ille te ad diligendum mouet, tu ipse es qui diligis, sed per eius motum: nihil dixeris. Siquidem ut quilibet actus hominis sit uerè hominis & perfectus, oportet illum ex ipso homine liberè ac uirtuosè (ut ita dixerim) procedere, hoc est, ex principio aliquo interno & inherente ipsi homini. Aliter homo ipse non esset uirtuosus, nec ullo dignus honore.

Quod ergo dicitur, Spiritus sanctus manet & habitat in nobis, intelligitur per hoc donum, quod est quædam illius participatio. Nõ quod sit pars Spiritus, sed quod est quoddam ab eo spiratum, quo fit ut nos eius similitudine donati, notitiam concipiamus eius cum gaudio, & pace ineffabili, quam norunt uerè quibus crucifixus est mundus, & illi mundo. Qui igitur tales sunt, ipsi in Deo manent, & Deus in eis: & præterea rem ita se habere cognoscunt. De hoc dono, quod sit quoddam creatum in nobis, innumera sunt scripturarum testimonia, quæ in alijs nostris tractatibus abundè recensuimus.

In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum etc. Diuine charitatis integer in hac uia effectus, in hoc interim suam perfectionem extēdit, non ut possessores simus, sed ut fiduciam habeamus in die iudicii; quando superuertiemur. Non enim antè perfecti sumus ut comprehensores, sed in spe certa tamen, qua nos perficiendos tunc expectamus. Et ratio est: quoniam sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo; Hic est sensus: Sicut ille est in hoc mundo, nimirum CHRISTVS, ita & nos sumus. Ille autem consideratus ut existens in hoc mundo, secundum externam uestem est in statu meriti, non præmij. Induit autem postmodo decorem & fortitudinem. Sic ei disposuit Deus Pater regnum: & sic nobis illud conuenienter disponit, ne sit discipulus supra magistrum, & seruus supra dominum suum.

Verum, si hic est uerus sensus, illud uideri posset duriusculum, cur non dixerit; Sicut ille fuit; sed; Sicut ille est. Nunc autem proculdubio est in gloria. Sed attende, quod non dixit simpliciter; Sicut ille est; sed; Sicut ille est in hoc mundo; Est autem ipse in hoc mundo in memoria & exemplo, & in cordibus nostris, tanquam ad imitationem propositus, & uersans ob oculos diligentium se, qui se conformant ad illum. Quare doctè dixit; Est; non autem; Fuit; quia ipse sui reliquit nobis exemplum imitandum. Timor non est in charitate; Qui enim diligit Deum, non habet timorem. Quem uerò timorem nõ habet, nisi mundi, & mortis? Caro quidem ipsa potest tremere, & pauescere ad mundi persecutiones, & mortis amaritudines: sed ipse Spiritus nequaquam. Solum hunc habet timorem, ne se gregetur à Deo; & hic est timor ueræ amicitia.

Et

Et hi omnes timores à uera charitate procedunt. Quare qui diligit Deum, non potest timere aduentum Domini: quin potius illum diligit, & affluis suspirijs efflagitat, habens fiduciam certam sibi per illum aduentum bene futurum, modo permanserit in fide catholica, & dilectione.

Sed perfecta charitas foras mittit timorem; Est in omnibus quidam naturalis timor mortis, etiã in interiore homine. At si charitas ibi insit perfecta, timorem eicit foras, ut non sit incus, id est, in homine illo interiore, in quo inhabitat. Quod uerò ait de perfecta charitate, sortassis de ea loquitur quæ uerè est charitas: & dicitur perfecta, quia non solum ad Deum respicit, sed propter illum etiam ad proximum: unde & superius dixit. Qui seruat uerba eius, uerè in hoc est perfecta charitas. Hæc tamen charitas secundum se habet latitudinem, ut quanto sit intensior, tanto etiam magis contraria excludat. Hoc igitur est charitatis proprium, excludere omnem seruilem timorem. Qui autem amat, & se agnoscit amare, quomodo potest timere? Qui autem non noscit se amare, & si amet fortassis, semper tamen pauidus timebit. Et hanc rationem quoque uelim ab his diligentius ponderari, qui incertitudinem charitatis beatificant, & timorè illum prædicant, quo perpetuò ancipites constituant simplicium conscientias: cum tamen timorem hunc illiberalem charitas ipsa, ut tam perspicuè testatur Dilectus, excludat. Equidem hoc in loco non solum ab his requiro scripturarum scientiam, sed ipsam charitatem, cuius est proprium solari fratres, non terrere: pacem asserere, non timorem: lætitiæ cordis, non angustiam.

Quia timor pœnam habet: Qui autem timet, non est perfectus in charitate; id est, non habet uerè charitatem. Aut si magis placet: Non habet illam perfectam charitatem, quam Deus à nobis exigit in hac uita mortali; ut prorsus exuamus amorem nostris: & quæ debemus Deo, cui rependere nihil possumus, eius amore & iussu rependamus in proximum nostrum, in quo recognoscitur Caput. Et hæc est conclusio Dilecti aientis.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos; Græcè tamen in hunc modum legitur. Nos diligimus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: Ut ea in re constituatur nostra cum Patre clementissimo ingenuæ & puræ charitatis obligatio. Neque uerò inde colligitur, non debere nos eum propter promissa bona diligere, modo illud sit prius, quin potius includit: quoniam in tanta illius erga nos summa dilectione respicimus dona illa quæ iam habuimus, & quæ habituri sumus. Aliàs in turpissimè ingrata memorie peccatum incurreremus, qui donatorem donis dissimularis amareremus, quasi in referendo amore pares. Nos enim nõ sumus, qui ualeamus accedere & ascendere ad puritatem tanti amoris. Sumus creature, nec possumus illi prius amare, quam ille nos: aut simul amare, & amoris nostri causam & rationem non habere, illius scilicet amorem. Solum ipse purissimè dilexit nos:

non quia nos à principio dilexerimus illum. Verum est tamen Dominum Deum, qui incepit nos diligere non diligentes, nequaquam additurum primæ dilectioni alteram dilectionem, nisi prius ostenderimus nos huius dilectionis bene memores: scriptum est enim. Ego diligentes me diligo. Et Dominus: Si quis diligit me, mandata mea seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus.

Prout. 1. 104. 14.

Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax etc. Hic locus omnino dignus consideratione. Amor quippe non fertur in rem non cognitam. Deus ergo eatenus uerè diligitur, quatenus cognoscitur. Cognoscimus autem Deum non in seipso, sed in ijs quæ ex ipso sunt, & in quibus quodammodo cernitur. Qui ergo se Deum diligere dixerit, & fratrem suum oderit, mendax est. Nam si Deum diligeret, illum uideret: cumque illum in se ipso uidere nõ posset, uideret tamen in fratre suo. Si ergo illum in fratre suo non uideat, nec ipsum Deum uidet, ut oportet uidere ad dilectionem. Nostra quippe erga illum dilectio fundatur in dilectione sua erga nos: ut illum in quolibet nostrum diligentè intueamur. Ideoque obligauit nos ut alter alterum diligamus: quia ipse per dilectionem suam est in omnibus nobis. Rectè igitur subdit; Et hoc mandatum habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum; In quo scilicet agnoscitur Deus & eius dilectio: quoniam pro illo Unigenitum dedit. Dedit autem non ad ostendenda quædam leuia dilectionis indicia: sed ad ipsam reipsa pretiosissimi sanguinis effusionem. Huius excellentissimæ charitatis mentionem fecit B. Paulus: Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus CHRISTVS pro nobis mortuus est. Et alio loco. Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum &c. Si igitur iubet ut illius amore fratrem nostrum diligamus: si non paruerimus tam iusto mandato, quid poterimus excusationis proferre? Tanquam iniqui, quos odio Deus habet, iudicabimur ad supplicia sempiterna: quæ dignetur à nobis auertere per donum Spiritus, quò nos inuicè uerè in illo & propter illum diligamus.

Rom. 5.

Ibid. 8.

CAP. V.



MNIS QUI CREDIT quoniam IESVS est CHRISTVS, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus. Et mandata

data

data eius graua non sunt. Quoniam omne quod natum est ex Deo, uincit mundum. Et est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quoniam IESVS est filius Dei?



**M**nis qui credit quoniam IESVS est CHRISTVS etc. Vult probare superius dictum, quod omnes tene mur diligere fratres, hoc pacto: IESVM esse CHRISTVM non est aliud quàm IESVM esse unctum à Spiritu sancto summa unctione, ut sit ipse primogenitus, in quo plenitudo gratiarum concluditur: & de cuius plenitudine omnes accipimus. Et qui credit hoc, natus est ex Deo. Et cum hic natus sit ex Deo, obligatur diligere patrem suum ex quo est: nec illum solum, sed quoscumque uiderit ex eodem patre natos, & ad uitam beatam uocatos.

In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei etc. Vide, quæso, quomodo circularis uideatur hæc probatio. Idem frequenter ait, Quod in hoc cognoscimus diligere Deum, si diligamus natos ex Deo, id est, fratres nostros. Hic autem uidetur oppositum dicere: Nempè nos in hoc cognoscere quod diligimus natos Dei, si Deum diligamus. Verum aduerte, quod non hoc solum dicit: Si Deum diligamus, sed & præterea mox subiunxit, si mandata eius custodimus, in quibus reposita est ipsa fratrum dilectio.

Hæc est enim charitas Dei; siue lex charitatis; ut mandata eius custodiamus; Sed ne quis diceret ea esse impossibilia (sicut nunc dicunt blasphemii heretici) Dilectus occurrat, nedum non esse impossibilia, uel duriora declarans, sed admodum facilia, amanti scilicet & uolenti; Et mandata eius, inquit, graua non sunt; Ne quis autem Pelagianus temerè audeat confidens in uiribus proprijs: idè ad dexteram & sinistram se uertens Apostolus noster, exprimit rationem unde habemus hanc potentiam seruandi mandata, & ait.

Quoniam oè quod natum est ex Deo uincit mundum; quo fit ut ualeamus seruare mandata; Et hæc est uictoria, id est, Inde uictoria nostra uenit contra mundum; fides nostra; Et de uiua fide intelligere oportet; Verè dixit sanctus Doctor Augustinus de hac fidei prestantia. Nullæ, inquit, maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, quàm est fides catholica, quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, poenitentes reparat, iustos augmentat, Martyres coronat, Virgines, & uidas, & coniugatas casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, in æterna hereditate cum sanctis Angelis collocat. Si itaque fides uictoriam contra mundum adipiscitur, bellum intercessisse oportet, sine quo uictoria nulla esse potest. Fides igitur nostra uincit mundum, sed exercitata. Nam torpescens citò languescit, & otiosa crebris tentatur incommodis. Remis-

fas excubias (teste B. Ambrosio) callidus insidiat tor irrupit. Assuetum autem bello uirum externa fraus instruit, & ad gloriosam prouehit palmam uictoriæ. Pax ergo fidei, corruptelæ est materia. Quis enim uerè miles si non militet, cum uita hominis sit quædam militia super terram? Nec in pugna spiritali expectanda est perfecta omnino uictoria, cum sit cum hostibus spiritalibus & nunquam morientibus conflegendum. Hæc in Luthæranos appositissime dirigi possunt, qui pacem cum carne & sanguine, & mundo inierunt per fidem armis spoliata. At eiusmodi fides non est ea quæ uincit mundum: sed fides uerorum Christianorum, quibus crucifixus est mundus, & illi mundo; *Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod IESVS est filius Dei?* Quicumque enim istud credit, omnia quæ eius ore dicta sunt uel mandatata, credit, & facit per inherentem charitatē & (ut diximus) militantē.

Hic est qui uenit per aquam & sanguinem IESVS CHRISTVS. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam CHRISTVS est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam testificatus est de Filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc est testimonium, Quoniam uitam æternam dedit nobis Deus: & hæc uita in Filio eius est. Qui habet Filium Dei, habet uitam. Qui non habet Filium Dei, uitam non habet.

Hic est qui uenit per aquam & sanguinem etc. De CHRISTO dicitur quod uenit per aquam & sanguinem. Venire autem per aquam, est fluctibus maris exponi, id est, tribulationes mundi huius experiri, & per illas tutum incedere. Hoc professus est in primo baptismo, quando baptizatus est aqua. Et hoc reddidit in secundo baptismo, quando crucifixus est, & sanguine suum fudit, & uitam posuit pro ouibus suis; de quo baptismo ipse dixit. Baptismo habeo baptizari, et quomodo coartor donec perficiatur? Et illud fuit uenisse per sanguinem; Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine; ut perficeret obedientiam sibi à Patre impositam, & tum demum posset alios sanctificare per sanguinem suum: quo etiã modo sanctificata est aqua. Venisse quidem Præcursor sanctissimus Ioannes Baptista se testatur ad baptizandum, sed in aqua tantum.

Sed quomodo non etiam ille in sanguine, cum

et pro testimonio ueritatis sanguine intrepidè fuderit? Respondetur: Sanguis B. Ioannis Baptistæ non emundat nos à peccatis, nec sanctificat aquas: sed ipse potius à CHRISTI sanguine sanctificatus fuit. Aqua per se nihil est ad sanctificationem: & sanguis per se itidem nihil est. Sic & caro (ut docuit ipsemet Dominus) nihil prodest: sed uirtus illa Spiritus, qui tributus est sanguini ad salutem nostram, ualet & prodest uobis. Itaque hoc in loco CHRISTVM uenisse per aquam & sanguinem, nihil est aliud, quàm illi uenisse ad emundationem nostram per merita passionis sue, & mortis crudelissimæ. Inde enim aqua baptismi fluxit ad tollendas anterioris testamenti culpas. Et sanguis insuper exiuit ad emundandum assidue, quæ in nouo testamento assidue admittuntur delicta, ut iam superius explicatum est. Si quis ista non credit, audiat id quod sequitur.

Et Spiritus est qui testificatur, quoniam CHRISTVS est ueritas; In græcis legitur; Quoniam Spiritus est ueritas; Ut sit sensus: Spiritus testificatur de his, quoniam ipse est ueritas, ad quæ pertinet testificari absque fallacia. At germanior est latina nostra lectio, quæ hanc porrigit intelligentiam, quod Spiritus testificatur CHRISTVM esse ueritatē. Sed hoc quomodo, quando, ubi? In primis autem, Quid est (rogo) CHRISTVM esse ueritatē? Ipsemet dixit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Quod enim sit uia, per quæ intrare & incedere oportet ad salutem, clarum est. Quod item ipse sit uita, id est, finis nostre uitæ, etiam clarum est. At quod sit ueritas, non ita clarè patere uidentur. Sed quomodo ueritas non potest considerari nisi cogitetur & res, & intellectus, & aliqua prolatio (Nam in re aliqua prolata uersari ueritatem, aut falsitatem intelligimus) de illa dicimus quod est uera uel falsa: & ipsum dictum siue prolatum dicimus esse ueritatem, aut falsitatem. Modo CHRISTVS ut est Deus, cum sit dictum, & prolatum, & Verbum Patris expressum, merito dicitur ueritas: quoniam uerè totam Patris substantiam adæquatè exprimit ac perfectè. Verum quoniam de homine CHRISTO agimus, qui missus est à Patre tanquam sermo Patris ut ipsum audiamus: etiam ipse CHRISTVS homo dicitur ueritas. Est enim sermo Patris, paternam nobis misericordiam & clementiam exprimens in semetipso, quæ uidet in Patre, & audiuit à Patre, & nuntiavit nobis. Quapropter & ipse agens in terris dicebat ad Patrem: Sermo tuus ueritas est.

Porrò unde hoc scimus? A Spiritu qui testificatur. Sed quomodo? quando? ubi? Respondetur: Preter id quod habemus de Spiritu Apostolis dato, est assiduum in ecclesia testimonium, & in cordibus piorum, quod fit per aquam & sanguinem IESVS CHRISTI. Scimus nos ex euangelio, CHRISTO mortuo, de latere eius perforato aquam exiuisse & sanguinem miraculosè ac abundantissimè. Quid est hoc, nisi Spiritus testimonium nobis dicentis: Ecce illa aqua munda, per quam ueteres eluuntur sordes: Et rursus: Ecce sanguis uerus & uiuus, per quem assidue deli-

ta emundantur. Vide ut coniunctim habes tria hæc, Spiritum, aquam, & sanguinem. Non enim ab aqua uel à sanguine segregatur Spiritus. Hoc ipsum experitur in semetipso homo: iustus & pius, qui per aquam baptismi sentit se mundatum: & per sanguinem IESVS CHRISTI etiam à quotidianis sordibus ablutum & tersum, hoc illi testificante Spiritu in corde.

Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo; Non eo sensu intelligas, quasi sint tres qui testificantur in cælo; quia in cælo non est opus testibus, ubi clarè omnia uidentur. Sed quod tres sunt in cælo qui testimonium dant (nimirum de CHRISTO) Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; Testatus est enim Pater pluries de cælo, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Ipsum audite. Et iterum quando uenit uox de cælo. Et clarificauit, inquit, & iterum clarificabo. Testatus est & Spiritus sanctus ueniens in specie columbæ in baptismo. Testatus est & ipsemet sibi, dicens amico Sponsi Ioanni. Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Unde & dixit: Testimonium meum uerum est: quia non sum solus, sed ego, & qui misit me Pater. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc dicebat propter opera, quæ dedit illi Pater ut perficeret. Hoc Patris testimonium & Spiritus sancti nunquam defuit in ecclesia, nec est unquam defuturum, quando regnabit hoc sæculum. Certum ergo redditur quomodo tres, Pater, & Verbum, & Spiritus sanctus testantur de CHRISTO adhuc multis modis.

Et hi tres unum sunt, Ut ualidissimum esse horum testimonium declararet, hoc addidit Dilectus. Et si enim testimonium esse plurium oportet ut sit ualidum: Illud insuper omnino requirit, ut sint concordēs in idem. Qui autem possunt magis cogitari concordēs, quàm hi qui unum sunt, & consequenter unam prorsus & eandem faciunt attestacionem?

Et tres sunt qui testimonium dant in terra; Id est, Tres sunt in terra qui testimonium dant. Spiritus primò, quem Filius misit in terra: Ille, inquit, testimonium perhibebit de me. Et hic est qui cum Spiritu nostro nobis contestatur IESVM esse filium Dei, & nos per illum adoptatos esse à Patre summo. Nam clamat ipse Spiritus, Abba Pater. Aqua itè, cuius admirabilem efficaciam sentimus, quoniam in aquæ sacramento delentur antiqua omnia peccata. Et sanguis, hoc est, Martyrum immolationes. Ipsi enim sanguine fuso testificati sunt ueritati nostræ fidei. Unde B. Hieronymus acutè dixit: Si fides nostra uera non esset, nunquam sanguine defenderetur. Sanguine enim fundata est: & sanguine creuit. Porrò quod ait; Et hi tres unum sunt; continet difficultatem. In quibusdam codicibus græcis legitur; Et hi tres in unum sunt; quæ quidem lectio minime quadrat. Illud mirandum, quod cum Aqua, Sanguis, & Spiritus, græcè sint neutri generis, relatiuo tamè masculino concipiuntur. Dicitur hæc; Et hi tres; cum iuxta latinam obseruationem

HHh. debere

deberet dici; Et hæc tria; quod certè non potuit dici, nisi sub ijs uocibus ipsæ personæ intelligerentur, quæ uerè unū sunt. Pater in aqua, Filius in sanguine, Spiritus in sui efficacia, quæ eadem uoce significatur. Vnde & superius dictum est quòd de Spiritu suo dedit nobis, & hic Spiritus testificatur de illo.

*Si testimonium hominū accipimus, testimonium Dei maius est; Lustissima est in socordia hominū reprehensio, qui sanctius feruè oēs obseruāt hominū testimonia, quā Dei: cū tamen Deus ipse mētiri non possit. Contrā autē, omnis homo mēdax, & eate nos ueritatis amator & custos, quatenus de Deo ipsius ueritatis origine participat. Declarat autē quodnā fuerit Patris de Filio testimonium, & ait; Quoniā hoc est testimonium Dei, quod maius est: quoniā testificatus est de Filio suo; Iā paulò antè explicauimus, quō sit testificatus Pater; Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se; Nimirū Spiritū, quē misit Pater in nomine Filij. Ut & hoc in loco intelligas Spiritū esse Deū: quia hoc testimonium Dei quòd renatus hēt in se, à Spiritu Dei proficiscit. Qui non credit Filio; Loquitur de incredulitate uitiosa & culpabili, quæ est à praua uoluntate, quā quis uel à scripturis persuasus, uel à miraculis, uel ab argumētis, assēsū tñ ita obfirmat, ut credere ueritati idoneè probatæ nolit: quòd red dicitur uerū quod sequit; Mendacē facit eū, quia nō credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo; Nemo autem potest non credere testanti, nisi eum mendacem faciat. Qui autem Deum mendacem facit, cogitet quanti sit reus criminis. Verè hoc crimen prorsus æternam meretur damnationem. Et hoc est testimonium: Quoniā uitā æternā dedit nobis Deus etc. Sūma totius testimonij in hoc est, quòd dedit nobis uitā æternam, quæ in Filio suo est, id est, cōsistit in illo, & per illū quæ sita est nobis. Vnde rectè concluditur, quòd q̄ habet Filium Dei, uitā habet. Et è conuersò, uera uita caret, qui illum nō habet. Habet autem qui in illū credit, & fructus Deo gratos producit. Nam qui non cessant crebrò ingeminare CHRISTVM, & in uia per quam ambulauit, ambulare negligunt, tales ad patriā felicitatis æternæ post labores promissæ, nunquā peruenient. Fidei tanq̄ fundamento iactō, superaddenda sunt opera ueluti lapides uiui, ut surgat pfecta domus spiritualis: aliās exprobratio manet illa. Homo hic cepit ædificare, & non potuit cōsummare. Exemplū dedi uobis (ait ille qui nō seducit) ut quemadmodū feci, ita & uos faciatis; feci, ait, nō credidi. Et; faciatis; non ut tātū credatis. Et hæc notent illusores, qui solius fidei uehiculo putant se in cœlum rapiendos.*

Hæc scribo uobis, ut sciatis quoniā uitā habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei. Et hæc est fiducia, quā habemus ad Deū: Quia quodcunq̄ petierimus secundū uoluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: sci-

mus quòd habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Qui scit fratrem suū peccare peccatū non ad mortem, petat. Et dabitur ei uita, peccanti non ad mortem. Est peccatū ad mortē: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatū est: & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, nō peccat: sed generatio Dei conseruat eū, & malignus non tangit eum. Scimus quoniā ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniā Filius Dei uenit: & dedit nobis sensum ut cognoscamus uerū Deū, & simus in uero Filio eius. Hic est uerus Deus, & uita æterna. Filioli custodite uos à simulacris, Amen.

*Hæc scribo (siue scripsi) uobis, ut sciatis quòd habetis uitam æternam qui creditis etc. Ecce doctrina longè ab ijs diuersa, qui certitudinē gratiæ impossibilē prædicāt. Apostolus, n. & euāgelista Ioannes optat ut qui credūt Filio, sciant, id est, persuasum habeant à notitia fidei (sicut hic rursus Caietanus exponit) se uitā æternā habere; Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum etc. Vide quid ulterius ex hac notitia consequatur, nimirū fiducia ad Patrē; Quia quodcunq̄ petierimus secundū uoluntatem eius, audit nos; Hæc est doctrina uera de petitionibus iusti hominis, qui in omnibus quæ petit secundū Patris ipsius uoluntatē, exauditur. Quòd si hæc notitiā nō habeat se de numero filiorum esse, quō & qualē poterit habere fiduciam? Et scimus (emēdatus græcè) Et si scimus, quòd audit nos quicquid petierimus; etiam consequēter; scimus quòd habemus petitiones quas postulauimus ab eo; modo sint secundū uoluntatem eius, ut prædixit: siquidē hæc semper subintelligenda est conditio. Neq̄ uerò quicquā aduersum nos facit, sed pro nobis. Melius est, n. pro nobis interdū non exaudiri, quàm aliter: quibus ea ratione melius Pater prouidentissimus consulit, & circūspicit omnia. Nos autem sæpenumerò appetimus quæ noxia sunt, licet salutaria uideantur. Nec ipsemet CHRISTVS exauditus est, calicē deprecatus à se trāsferēdū. Nec Apostolo carnis stimulus ter rogātī sublatus est: nec propterea quicquā illis de fiducia suæ gratiæ deperijt. Medicus sapiens uouit quid saluiferū, quidue contrarium potest esse ægroto, quem curat ad sanitatem, non autem ad infirmi uoluntatem.*

*Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem; Locus hic difficilis est, præsertim propter quosdam, qui quod non est absurdum, habent pro absurdo, ob uetustam quandā & uulgarem persuasionem, nullum scilicet dari eousque immane seu diabolicum scelus, quod ex se non sit expiabile. Hic manifestè notatur quoddam certum & insigne peccatū ad mortē appellatū, ut sciamus cetera peccata esse non ad mortem. Et intelligendum est de morte secunda. Quærendum*

*Peccatum ad mortem quid*

Quærendum est igitur primū quodnam sit istud peccatum ad mortem. Non enim possumus dicere illud esse peccatū ad mortē, quod Theologi passim uocant mortale, id est, dignum morte. Omnis nanq̄ inobedientia, siue præuaricatio, aut transgressio diuini cuiuscunq̄ mādātī, est peccatum mortale: qualia sunt furtū, adulterium, homicidium, & alia eiusmodi crimina: & tamen pro his oratur, qui talibus tenentur. Quidam ergo amplius significat hoc peccatū, quod dicitur peccatum ad mortem. Non potest autem aliud significare, nisi quod Dominus ipse uocauit in Spiritum sanctum, & blasphemiam Spiritus, quæ tum demū adest, cū semota passione scienter homo salutarem ueritatem sibi oblatam respuit: quod est spueri in pretiosissima Spiritus dona, & à se tantum hospitem ad uitam sese offerentem, ac materna pietate rogantem expellere & contemnere. Hoc tam insigne peccatum nihil certè habet in se prorsus quod ualeat prouocare diuinā misericordiam, quam ita contemnit & repudiat ultrò oblatam. Eiusmodi ergo peccatum est, de quo dicit Dilectus illud esse ad mortē, non monēs pro eo qui tali peccato tenetur, esse rogandum. Pro alijs uerò qui talibus non tenentur uult fieri petitiones, quas & prodesse omnino asseuerat, dum pollicetur uitam peccanti non ad mortem restituentā, hoc est, gratiā per peccatū amissam. Et licet peccatū dicatur ad mortē, non iccirco alligatur diuina manus, quin possit etiam ijs qui huiusmodi sunt, uitam restituere. Sed quod est regulare & ex natura rei, his sententijs declaratur.

*omnis iniquitas peccatum est; Loquitur de actu iniquitatis, ut quo quo mō uioletur ægras & infirmitas, peccatum constituitur. Et est peccatum ad mortem; Græcè legitur; Nō ad mortem; Si eo sensu intelligatur, ut omnis iniquitas sit peccatum, & sit peccatū ad mortem, cum superioribus dictis uideatur pugnare, nisi aliter atq̄ aliter accipiat id quod dicitur; ad mortem; sitq̄ duplex mortale: Alterum, de quo suprā, quod non habet in se sanitatis recuperandæ potentiam. Alterū uerò quod sit medicabile quidē, tamen si absq̄ medela adhibita perducatur ad mortē. Secundū hæc significationem possumus intelligere omnē iniquitatem, siue iniustitiā esse peccatū ad mortem. Si uerò græca lectio subsistat, sensus erit: Omnis iniquitas est peccatū, non tamen peccatum ad mortem: quoniam sola quædam iniquitatis species est peccatū ad mortem. Ex his autē clarè educitur (sicut ex alijs multis scripturis) stultissimam esse Stoicorum hæresim, qui uolebant omnia peccata esse æqualia.*

*Scimus quòd qui natus est ex Deo non peccat etc. Id est, in eo statu est per gratiam constitutus, ut non solū non amet peccatū: quin potius odio prosequatur, & cōgaudeat ueritati; Sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum; Hoc tum demū est uerum, si talis benè utatur datis donis; Scimus quòd ex Deo sumus; Per generationem ex Spiritu in sacramento. Sed unde hæc scientia? Caietanus responder, quòd in Apostolis erat scientia experimentalis: in reliquis uerò electis certa fides: contra impugnantes certitudinem gratiæ. Et mundus totus in maligno positus est; id est, mūdani & carnales homines qui uiscunt in malignitate, in qua nascuntur. Spiritus enim hominis aduersatur Spiritui Dei. Animaduertant hanc ueritatē, qui nature uires extollūt. Et scimus quòd Filius Dei uenit; Contra Iudeos, qui nondum illum uenisse contendunt; Et dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum Deum; In græcis non legitur; Deum; Sed solūmodo; uerū; sed oportet subintelligere; Ut simus in uero Filio eius; nempe per Spiritus nexum; Hic est uerus Deus, & uita æterna; Hic locus funditus prostrernit Arianos: quanquā Erasmus impiè ac proteruè inter ceteros, conatus sit etiam hunc locum tam apertū suis malignis ac subdolis interpretationibus obscurare: si modo lux ipsa ferre ualeat obscuritate. Quibus (rogo) uerbis clarioribus poterat prō diuinitate CHRISTI dici? Manifestè, n. de Filio Dei dicitur: Hic est uerus Deus.*

*Filioli, custodite uos à simulacris, Amen. Importuni quidam noui hæretici criminantur ecclesiæ catholicæ religionē, qui nos temeraria sententia iudicant idololatrias, dū ad imagines CHRISTI, & VIRGINIS, & Sactorū adoramus, quasi contra Dilecti Apostoli præceptum committimus, qui mandat ijs ad quos scribit, ut caueāt à cultis simulacrorū. Et non intelligūt, aut uerius intelligere nolunt maligni (nā solutio ipsa est in prōptu) quòd B. Ioannes nō prohibebat cultū ad sacras CHRISTI, & Martyrū imagines, sed simulacra falsorum Deorū damnabat, & cultum illorū, qui tunc apud gentes ubiq̄ uigebat. Hunc esse uerū sensum loci huius non ignorāt uersuti hæretici, qui sic nobiscū unanimes interprentur: Sed ut conturbent ecclesiam, & uideantur esse aliquid, hæc ferūt zizania in agro Domini, freti idiotarū & uulgi crassitie & ignorantia. Parcat illis Deus, si possibile est, & non sit eius generis peccatū illorū, de quo paulo antè audiuimus Dilectum non mandare ut pro eo roget quis.*



H H h h





Vidam hanc, & sequentem epistolā, non esse B. Ioānis Apostoli & Euangelistae, sed cuiusdam Ioannis Theologi et presbyteri, finxerunt: quorum sententia iamdudum à cunctis uerè Catholicis merito explosa est. Nam & ipse stylus, & ipsius epistolae doctrina, & Spiritus ipse ecclesiae, quae sub B. Ioannis Apostoli nomine eam recepit ac probat in concilijs, & pontificijs decretis: denique unanimis omnium Sanctorum consensus, uanum esse istorum commentum abundè ostendunt. Si enim uno aut altero fallaci argummento permoti scripturas reuocare uelimus in dubium, quam, rogo, certam nunc haberemus? Satis citra ullam aliam disquisitionē esse debet ecclesiae, quae columna est et firmamentū ueritatis, determinatio: ne perpetuò ad omnem nouae doctrinae uentum more puerorum & instabilium hominum agitemur. Nā quid contēnet haec epistola non dignum Dilecti Spiritu? Haec ob temporum nostrorum malitiam breuiter dicta sint.

Argumentum ipsius Epistolae est congratulatio de suscepta fide, atque adhortatio simul ad mandatum charitatis. Praecipit insuper ut sibi diligentissime à pseudoapostolis & hereticis seductoribus omnino caueant, ut nec eos dignentur ulla salutatione, ne socij corruptorum hominum efficiantur.

# COMMENTARIA

## IN EANDEM EPISTOLAM

B. IOANNIS.



SENIOR, ELECTA DOMINAE & NATIS EIUS, quos ego diligo in ueritate: & non ego solus, sed omnes qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatem, quae permanet in uobis, & uobiscum erit in aeternum: Sit uobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à CHRISTO IESU filio Patris in ueritate, & charitate.



RAESENS epistola salutatione, quae in priore praetermisit, continet: quia forte non tanquam epistolam habuit, sed ut ipsius euangelij enarrationem ac testimonium. Hanc dignatus est ad quandam mulierem dirigere, & natos eius, ut honoretur etiam ille sexus Apostolica dignatione. Illum enim Dominus plurimum honorauit, qui tanta benignitate Samaritanam docuit. Vocat autem se hic seniolem, non Apostolum: quoniam familiariter & quasi priuatim, non ut Apostolus, sed ut presbyter, & quasi spiritualis pater instruere illam unam cum filijs eius uolebat.

Pari

Pari modo B. Paulus ad Philemonem scribens, nullam ei Apostolatus auctoritatem insinuauit. Non uocat autem se Ioannem ex nomine: quia in tota Asia Presbyteri nomine per quandam excellentiam intelligebatur: & tunc insuper aetate iam admodum prouectus erat. Dicebatur etiam Theologus simpliciter, propter explicatum Verbi aeterni mysterium. Hanc rationem non animaduertentes aliqui, putarunt hunc B. Ioannem Apostolum alium fuisse ab eo qui cognominabatur Theologus. Sed quod dignus cognominari Theologus, & eo nomine significari, nisi ipse Dilectus, ut tonitruum filius, qui intonuit: In principio erat Verbum? Incipit ergo, & ait.

Senior, Electa Dominae, & natis eius; Commendat uerò se hoc nomine Presbyteri. Scriptura enim pluribus locis praecipit audiri & obseruari uerba seniorum, utpote sapientium. Vnde Iob. In antiquis sapientia, & in multo tempore prudentia. Et Ecclesiasticus. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium: & in prouerbij eorum conuersare. Ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Mulier autem ad quam scribit, hoc nomine, Electa, uocabatur: quam ex traditione oriundam è Babylonia accipimus. Vocat autem Dominam, quae forte aliquam iurisdictionem habebat. Scribit simul hanc epistolam natis ipsius Electae, quibus eximium sui erga eos amoris profert testimonium; Quos (inquit) diligo in ueritate; id est, uerè & ex corde diligo, non fictè. Aut, in ueritate; id est, in CHRISTO, qui est summa & amabilis ueritas. Et haec est uera dilectio, praeter quam omnis dilectio falsa est, utpote instabilis, & carnalis.

Et non ego solus, sed omnes qui cognouerunt ueritatem; nimirum euangelicam. Fieri enim non potest ut diligentes CHRISTVM, non se inuicem in CHRISTO diligant. Quandoquidem unus Spiritus maximo eos & arctissimo nexu coniungit. Vnde magno cum gaudio concinunt: Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. Et illud proprium est charitatis, congaudere ueritati. Hoc ipse Dilectus explicat subdens; Propter ueritatem quae permanet in uobis; Singulare quoddam donum est accepisse ueritatem: sed maius adhuc in illa confirmari; & cum illa in tentationibus hominem immotum persistere. Signum est enim seminis iacti, & in terra bona coalescentis, moxque reddituri fructum manentem in aeternum.

Porrò notandum est, in graeca lectione aliter haberi. Legitur enim; Propter ueritatem quae manet in uobis, & erit uobiscum in aeternum; quae lectio minime displicet: quia re uera de solis praedestinatibus & iam manifestis, quales erant Apostoli, illud dici poterat, mansuram ueritatem in aeternum, quemadmodum eis praedixerat Dominus. Et ego rogabo Patrem, ait, & alium Paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in aeternum, Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere. Et iterum: Cum autem uenerit Paracletus, quem ego mittam uobis à Patre, Spiritum ueritatis qui à Patre procedit &c. Addit & sa-

lutationem, aiens; Sit uobiscum; id est, maneat, nec unquam recedat à uobis; gratia; quam gratis accepistis à Deo, & qua estis illi grati; Misericordia; Haec semper gratiam comitatur. Miseretur enim Deus omnium quos diligit, & habet ut filios, quos conspiciat in hac omnium miseriarum ualle multiplicibus ac magnis miserijs & angustijs undique circumuallari ac premi; idque, nisi succurrat, multis ac miserandis modis. Sed quia à gratia & misericordia oritur pax in cordibus nostris, qua quiescimus, nec iam aliud quaerimus nisi tantum caelestia ac sempiterna uera bona, ideo & annectitur.

Pax à Deo Patre; Si Deus pater, quis iam dubitabit de gratia & misericordia? Non est certe optimi & clementissimi Patris finire in aeternum fluctuationem iusto. Et à CHRISTO IESU filio Patris in ueritate & charitate; Potest hic locus in hunc modum ordinari; Gratia, misericordia, & pax, sit uobiscum in ueritate: & sit uera pax, non quam mundus dat per falsa bona, sed quam Dominus dat per uera dona, & per illud praecipuum quod est charitas, in qua qui manet, in Deo manet: Et factus est in pace locus eius. Possunt & haec uerba; in ueritate & charitate; referri ad Filium, ut intelligat omnis fidelis IESVM esse filium Patris in ueritate: quia persona illa naturalis est Filius. Nec solum in ueritate, uerum etiam in charitate, ut uocetur Filius dilectionis: quia in illo sibi bene complacuit, & illum unice dilexit, propter quem & in nos alios extendit amorem.

Gauisus sum ualde, quod inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate, sicut mandatum accepimus à Patre. Et nunc rogo te Domine, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et haec est charitas, ut ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, ut quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non consentunt IESVM CHRISTVM uenisse in carnem. Hic est seductor & Antichristus. Videte uosmetipsos, ne perdatis quae operati istis: sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina CHRISTI, Deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic Patrem & Filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec; Aue; ei dixeritis. Qui, n. dicit illi; Aue; comunicat operibus eius malignis. Ecce praedixi uobis: ut in die Domini non confundamini. Plura habens uobis scribere, nolui per chartam & atramentum. Spero enim me futurum apud uos, & os ad os loqui: ut gaudium uestrum plenum sit. Salutem te filii sororis tuae electae.

HHh iij Gauisus

Gauisus sum ualde &c. Verè magna lætitia est uiris euangelicis, cū discipuli & auditores proficiunt in euangelio. Præsertim uerò in illis ecclesiæ cunabilis istud contingebat, quū implebatur rete prædicationis euangelicæ. Non in ea quidem re sola, sed potissimum implebatur gaudium, dum qui crediderant, stabiles in fide permanebant, & ad ueritatem euangelij ambulabant: cuius modi erant ij, de quibus hic Dilectus mentionem honorificam facit; *Et nunc te rogo Domina, non tanquam mandatum &c.* Ecce ut in hoc charitatis mandato præcipue sollicitum se ostendit Dilectus, non tanquā nouo: sed quod ab initio acceptū fuit à Domino, & prædicatum ab oibus Apostolis. Dicit autē ita fuisse mandatū à Patre: quia & CHRISTVS quod à Patre acceperat pñciauit, nō à semetipso: unde et ipse aiebat. Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso nō loquor &c. *Et hæc est charitas &c.* idest, In hoc cōsistit & manifestatur charitas, si ambulauerimus secūdū eius mandata, quæ non sunt aliud quàm dilectio erga Deum & proximum.

104. 14.

Hoc est enim mandatum; nimirum ipsius charitatis, datū quidē non perinde ac uetus lex ad cognoscendum peccatum, sed ut faciamus illud: quod nolūt hæretici. Ideo ait Dilectus; *Vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis;* Lux enim IESVS CHRISTVS noster est in eo mandato. Vnde qui in illo ambulat, nō offendit. Ipse. n. hæc uia suo exemplo illustrauit, & suis uestigijs signauit, ut nullus penitus in ea sit error.

Quoniam multi seductores &c. Rationem ponit suæ cohortationis: quia iam multi seductores; exierunt; se manifestantes; in mundum; ad homines mundi, carni deditos (quanquam græcè legitur; *Introierunt in mundum;* & parū refert) qui negabāt CHRISTVM uenisse in carnem, & fuisse uerū hominem. Quidā uolūt Dilectum hīc loqui de secūdo aduētū, propter dictionē græcā ἐρχόμενος, quæ uidetur solūmodo futurum significare: sed falluntur. Significat enim in scripturis sæpenumerò illum quē scripturæ proferebant uenturum: qui si uenit, rectè dicitur uenisse. Sic dixit

Luc. 7.

B. Ioānes: Tu es qui uerturus es, an aliū expectamus: Certum est autem quosdā tunc extitisse, qui negabant CHRISTVM uenisse in carne, ut patet ex superiore epistola; *Hic est seductor & Antichristus;* Mirū quō à numero multitudinis transeat ad singularem, ut de multis dicat; *Hic est seductor;* Nisi dixeris nō uacare mysterio, tanquā scilicet non sint multi qui ita seducāt, sed unus per ora multorū. Hic autē est Diabolus, uerus, & primus, & maximus Antichristus, omnis superbicæ mendaciæ parens & origo.

Pro mercedo operum, in hæreticos.

Videte uosmetipsos &c. Hoc loco iugulantur prorsus hæretici, qui mercedem bonorū operū negāt, Hic. n. euidentissimè hortatur ad peruerantiam bonorū operū, ne alioqui perdant quæ iā operati erāt: & sic plenam mercedē amittant, quæ proculdubio est uita æterna. Sciendum ta-

mē græcè legi; Ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedem plenā accipiamus; Idem sensus, leniore tamē modo explicatus. Vel potius, quia cū quid perdit unum membrum, id etiā aliud membrū uidetur perdidisse: Vnde addit.

Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina CHRISTI; operando uidelicet secundū mandata eius; Deum non habet; Quia charitatis donum amisit. Qui permanet in doctrina CHRISTI, hic Patrē & Filium habet; Quare non dixit; Hic Deum habet, nisi ut declaret sub qua ratione habeat Deum, nēpē sub ratione Patris; Inde enim speratur hæreditas, quæ est Filius eius, uita æterna, qui natus est nobis, & datus est nobis, ut simus cohæredes cū illo, & per illū; & in illo uideamus Patrē.

154. 9.

Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinā nō affert &c. Hic manifestè de falsis doctoribus sermo est, quibus nulla prorsus in re communicandum est. Et ratio clara est: quoniā iā extra CHRISTVM sunt, & Antichristi effecti. Ideo nedum sunt recipiendi domi, sed nec salutandi. Alioqui rei efficiuntur qui salutant eos, & prauorum operū socij. Qui enim probat doctorē falsum, probat & opera quæ à falsa illa doctrina procedunt. Exēpli gratia: Lutherus Antichristi minister insignis ita docet. Monachi qui uouerunt, possunt cōtrahere nuptias; & propterea ipse pruritu libidinis iam dudū titillantis succumbens, monacham in sacilegam uxorē duxit. Qui ergo eiusmodi doctrinā & si non probent quidem, sed nisi insuper execrētur, probat & factū Lutheri: & idēdō comunicat, idest, partē habet in hoc opere nefario & sacrilego. Nā & ipsi idem essent parati facere, si per aliud liceret, aut liberet. At uerè omnia opera istorū hæresiarcharum maligna sunt: quorū (ut ait B. Paulus) inquinata est & mens, & consciētia, ut sint ad omne opus bonum reprobi. Et hoc contra quosdā, qui uolūt ab huiusmodi profligatis hominibus posse prouenire opera bona, salrē moraliter. Sed & hi (audeo dicere) non intelligunt quæ loquūtur, neq; de quibus affirmant. Metiuntur. n. bonitatem operum non à radice unde proficiscuntur, quæ mala est, nec à fine qui similiter malus est. Alioqui & Dæmones aliquid boni facerent moraliter. Verūm commodius hac de re alibi, ne à nostro instituto recederemus, uberius disseruimus.


Tit. 1.

Que supersunt huius epistolæ, clara uidentur. Illud exēplo Apostoli est à nobis pariter obseruandū, ne omnia committamus literis propter alienos, ad quorum manus possent literæ peruenire: qua in parte sæpenumerò ab impro-uidis peccatur. Nec illud prætereundum, quod hæc Domina habebat sororem eiusdē nominis; Electā; ut propterea uanum appareat quod quidam commenti sunt, uidelicet B. Ioannem scripsisse ad ecclesiā sub hoc nomine; Electā; & ad filios ipsius ecclesiæ.

# COMMENTARIA IN EPISTOLAM TERTIAM CANONI

## CAM B. IOANNIS APOSTOLI. ET

### EVANGELISTAE.



ENIOR CAIO charissimo, quem ego diligo in ueritate. Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & ualere, sicut prosperè agit

anima tua. Gauisus sum ualde uenientibus fratribus, & testimonium perhibentibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. Maiorē horum non habeo gratiam, quā ut audiā filios meos in ueritate ambulare. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderūt charitati tuæ in cōspectu ecclesiæ: quos benefacies deducens dignè Deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritatis. Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatū gerere in eis, Diotrophes, nō recipit. nos. Propter hoc si uenero, cōmonebo eius opera quæ facit, uerbis malignis garriens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de ecclesia eiicit. Charissime, noli imitari malū, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est. Qui malefacit, nō uidet Deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa ueritate. Sed & nos testimonium perhibemus, & nosli quoniā testimonium nostrū uerū est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentū & calamū scribere tibi. Spero autē protinus te uidere: & os ad os loquemur. Pax tibi. Saluta te amici. Saluta tu amicos nominatim.



ENIOR, CAIO CHARISSIMO &c. Quisnam fuerit iste Caius, ille ne Corinthius de quo B. Paulus ad Romanos ultimo, & ad cor. 10. An quidā alter, non satis est certum. Fuisse autem uirum sanctū, ut potè di-

gnū ad quem tantus Apostolus nominatim scriberet, & de quo tam bonum testimonium proferret, nemini debet esse dubium. Epistola tota familiaris admodum, quæ & sensum continet satis clarū. Phrasis ipsa Dilecti propria, quæ tamen non omni prorsus obscuritate carere uidetur. Ait ergo.

De omnibus orationē facio &c. Ego potius in hūc modum transulissem; *Ante omnia (aut) præ omnibus;* Græcè enim legitur; *πρὸ πάντων;* orationē facio; siue opto; *εὐχομαι;* prosperè te ingredi; potius, prosperè te agere; *εὐualere;* nempè corpore; *Sicut prosperè agit anima tua;* Hactenus uerba hæc ad salutationem charitatis plenam pertinent.

Gauisus sum ualde quod inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate; Hoc in loco agnoscere licet unā ex conditionibus charitatis in Dilecto mandatā exequutioni, nimirum: Charitas ueritati cōgaudet. *Maiorem horum non habeo gratiam;* In quibusdam græcis legimus, gaudiū, non gratiā, ob magnam uocū affinitatem *χαρῆς,* & *χαρῶν.* At quantū ad sensum spectat, qui per se, clarus est, parū interest. Præcipue ob eam causam gaudebat, quod eius filij, quos per euangelium genuerat, ambulabant in ueritate, non fictè.

1. Cor. 13.

Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres; Fideliter tum demū facere homo aliquid dicitur, cum ea quæ promittit, seruat. Promittit autem omnis Christianus se benefacturū fratri. Qui igitur hoc facit, fideliter facit. Rursum, qui aliquid facit credens, & in eius promissione confidens & fide, qui illud facienti promissit mercedem, etiam fideliter dicitur facere. Certa uerò est fidelitas, quando is qui promissit, nō fallit. Talis uerè est Deus benedictus, qui ea ratione dicitur fidelis Deus: quoniam quodcumq; promittit, nullo prorsus errore perfoluit.

Et hoc in peregrinos; Laudat benefactum fratribus, & potissimum peregrinis. Per peregrinos intelligit prædicatores euāgelij, quos nullā certā habebant sedē, nec domiciliū stabile, sed hāc illac discurrebāt, ut sererēt uerbū. Tales coguntur dura multa peti, & illi primi maximè q; religione oīa gentiū idola reprobantē introducere fastigebāt per uerā in CHRISTVM fidē & euāgelij eius. Vñ & B. Paulus hos labores aliquot in locis cōmemorās, aiebat quibusdā. *Vicq; in hac horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur & instabiles sumus &c.*

1. Cor. 4.

Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in cōspectu ecclesiæ; Quale autem testimonium HH h iij reddiderint

red dederint illi Gaio, aut eius charitati, non declaratur apertius, utrum scilicet hoc testimonium (ut quidam uolunt) fuerit quia testificati sint de charitate ipsius Caii: an uero (& istud uerius arbitror) quoniam illi in conspectu ecclesiae praedicantes, testificati fuerat se esse ueros uerbi ministros, & dignos quos amplexaretur Caii charitas. Unde & addidit; *Quos bene facies deducens dignè Deo;* id est, Bene & optimè illud pium charitatis opus collocabis, si cum omni honore tales prosequutus fueris, & quasi CHRISTI legatos comes antecedens, quò illi pergunt, deduxeris: & quæ itineri conficiendo sunt necessaria suppeditaueris. Hoc enim meretur Deus, cuius ipsi legatione funguntur. Propterea circù spectè additum est illud; *Dignè Deo;* Et rationem professionis eorum explicauit;

*Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus;* quasi apertius dicere uoluerit. Duo sunt quæ oïd hanc abste charitatem requirunt. Primum est: quoniam rem Dei agunt & procurant, cuius nomini & gloria student sic peregrinantes. Alterum, est illorum manifesta indigentia. Nam à gentibus subuerentur uel quod alioqui sibi iure ipso debitum est, accipere, ne uideantur cauponari, & auaritiæ cupiditate laborare in uerbo euangelij. Verissimile ergo est hunc hominè Caium fuisse locupletem, & egregium dispensatorem erga Christianos inopes. *Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut simus cooperatores ueritatis;* Notent ad suam consolationè & laudem, & ut ardentius adhuc accendantur ad sanctum opus, qui ministrant ministrantibus Dei uerbum, quomodo & ipsi sunt cooperatores tantum ministerij, ex quo recipient eius operis quod adiuuabunt, mercedem à Deo uberrimam.

*Scriptissimè forsitan ecclesiae;* Alij legunt, *Scripti ecclesiae;* sed latina lectio nō displicet, cuius sensus est: Forsitā propter hos peregrinos scriptissimè ecclesiae, ad quā pergunt; *Sed is qui amat primatū gerere in eis, Diotrophes, non recipit nos;* ac propterea turbaret; *Propter hoc, si uenero, commune bo eius opera quæ facit;* Melius, indicabo. Opera. n. non commonentur, sed uel mala ostenduntur, uel bona. Erat autē in Apostolis autoritas tanta ac potestas, ut nō rarò sibi resistētes diuina pleterent animaduersione: sicut patet in exēplis Ananiæ & Sapphiræ: & in mago illo Elymas Iudæo pseudopropheta: & item in Corinthio incestuoso, & Hymeneo & Alexandro, quos B. Paulus tradidit Satanæ, ut incuterent alijs reuerendum quendam timorem in iaciēdis ecclesiae fundamentis necessariū: ne uel tā facilè desererēt fidē: & ut hostes fidei ab exercēda tanta rabie deterrerentur; *Verbis malignis garrivus in nos etc.* Vocat eius maleuolentiā garrivū, ut rē inualidā & carentē omni ratione significaret. Tales sunt plerique qui detrahunt euangelicę ueritati, nihil præter uerborū strepitū afferentes. *Hic autem*

*Act. 5. et 13.  
1. Cor. 6.  
1. Tim. 1.*

Diotrophes nec recipiebat Apostolos, & alios uiros euangelicos: sed & insuper recipi prohibebat. Itaq; ne huiusmodi iniquū hominem imitetur, admonet Caiū Dilectus, & rationē profert.

*Qui benefacit, ex Deo est. Qui male facit, nō uidet Deum;* Vbi expectabatur ut per anathesin diceret; *Qui malefacit, non est ex Deo;* huius loco audis; *Qui malefacit, non uidet Deum;* Solet plerūq; eo modo loqui Theologus noster, ut intelligas uno dicto plura contineri. *Qui. n. ex Deo est, Deū uidet.* Et nemo uidet Deū, nisi qui ex Deo est. *Qui ergo male facit, cum is ex Deo non sit, Deum minimè uidet.* Hæc est B. Ioannis theologia, quam mūdus non nouit, & tamen est uerissima. *Qui. n. malefacit, caret dilectione per quā dicimur esse ex Deo, consortes diuinę ipsius naturæ.* Et quia dilectio non est sine lumine quo Deus & Pater cognoscitur, quicunq; sine dilectione est, ac propterea sine lumine quod secū fert, in tenebris est. Quamobrem non potest uidere Deum, eo scilicet modo quo uident eius dilectores, secundum quem ipse dixit: *Et uos cognoscetis eum, quia in uobis manebit, & in uobis erit.* Est. n. cognitio hæc affectiua, quæ non est omnium; *Demetrio testimonium redditur ab omnibus;* Eximium quoddam est ab omnibus habere testimonium. Istud præstat rara & præclara uirtus, quæ superat omnem inuidiam. Quauis autē hoc testimonium ab omnibus redditū dicatur, nō puto tamen esse intelligēdum penitus iuxta rigorē uerborū, sed iuxta cōmunem & usitatā loquendi consuetudinem, nimirū à plurimis, & illis quidem probis uiris, & consequēter ab ipsa ueritate. Tales deberēt esse qui eliguntur in Prælatos ad purgandum, illuminandū, & perficiendū alios: ut ipsi sint prius puri & illuminati, ac bonę famæ, quorū existimatio præbeat sanctum odorem, pōdus, & autoritatē uerbo. Quòd si ita se res habet, ut uerè habet, quid, obsecro, flagellorum non est expectandū à Deo (erga sponsam suam zelote fortissimo) cū ij promouentur qui nedū nō habēt tale testimonium ab omnibus, sed contrā, malū, ne dicam pessimum, & sunt ueluti parietes inalbati? O bone Deus! quātum suffers. Succure iā ecclesiae: quia uenit tempus miserendi eius. Addit ipse Dilectus etiā suū pro Demerito illo testimonium, dicens; *Sed & nos testimonium perhibemus: Et nosti quòd testimonium nostrum uerum est;* Hæc uerba sunt Dilecto discipulo familiaria. Sic. n. alibi ait: *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scimus quia uerum est testimonium eius.* Cætera clara sunt.

**BENEDICTVS DEVS.**

*Ioai 14.*

*Ioai. ult.*

PRÆFATIO IN EPISTOLAM

CANONICAM BEATI IVDÆ.

APOSTOLI.



**D**RAE SENTEM B. IVDÆ EPISTOLAM MINORIS esse autoritatis, quàm sint cætera scripturæ canonica, Caietanus contra ecclesiae spiritum docuit, cum & decreta Pontificum, & concilia, & Sancti omnes doctores tam ueteres, quàm posteriores, in sanctarum scripturarum canone semper eam comprehenderint. Sed quod non parum sum admiratus, motus est Caietanus uerbis B. Hieronymi, quæ subdemus. Iudas (inquit) frater Iacobi paruam quidem, quæ de septem canonicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reiicitur. Tamen autoritatem uetustate iam & usu meruit, & inter sanctas scripturas computatur. Hæc B. Hieronymus. Ex quibus certè non aliud ego elici posse existimo, quàm quòd hæc epistola sit B. Iudæ Apostoli, sit canonica, & ipsius usus uetustate mereatur inter sanctas computari scripturas, & consequenter irrefragabilem diuinæ scripturæ autoritatē. Quòd autem plerique olim, teste B. Hieronymo, illam reiicerent, hoc nihil ei autoritatis detraxerit, sed potius addere debuit, cum spiritus ecclesiae præualuerit. Nam quos, rogo, putamus fuisse detractores illos, nisi quales tēporibus nostris surrexerunt, qui uideri esse aliquid moliuntur, & eminere, quod cum obtinere non ualeant, si quiescunt, assumunt spiritū cōtradictionis? Præterea, oporteret rationes eorū, quibus ad contradicendū mouebantur, considerare, ut cū agnitæ fuerint, futilis omninò, nulliusque pōderis habeatur eorum contradictio, nisi ad confirmandam fortius oppositam eis ueritatem, quæ per disceptationem illustrior semper elucet, & firmior redditur. Qua de re suis locis dicitur.


ARGVMENTVM.

**H**ANC epistolam B. Iudas scripsit ad Iudæos uocationis, ac dilectionis Dei participes, ne à pseudopropheta seductores abducerentur à fide: quos suis lineis & uuis coloribus egregie depingit. Proponit exemplar præteritorum temporum ad deterrendum. Et postremò admonet eos qui fidem receperunt, quo pacto debeant se gerere sequē in finem conseruare. Pertinet etiam, ad futura tempora, quando ij qui inuententur charissimi propter patres, fidem tandem aliquando recipient. Quapropter ultimum tenet omnium epistolarum locum.

COMMENTARIA

IN EANDEM EPISTOLAM

B. IVDÆ APOSTOLI.



**I**VDAS IESV CHRISTI seruus, frater autem Iacobi, iis qui sunt in Deo Patre dilectis, & CHRISTO IESV conseruatis, & uocatis, Misericordia uobis, & pax, & charitas adimpleatur.



**B**EATVS IVDAS NON se Apostolum uocat, deferens B. Petro, qui potissimum fuit circuncisionis Apostolus. Vocat autem se seruū IESV CHRISTI, quòd erat christianæ professionis: & fratrem Iacobi, quasi innuens, ut quemadmodū ille Iacobus ad Iudæos secundum prouidentia Dei ab initio scripsit, ueluti ad eos quibus primò annunciandū erat



erat euangeliū CHRISTI, si qui fortè inuenirentur supplantatores suæ animositatis, nolentes statuere iuam iustitiam quæ ex lege est, sed eā quæ est ex fide: Ita B. Iudas nouissime scribit ad illos qui seruati sunt in prouidētia Dei Patris, ut sint cœlestis uocationis participes: quod præcipuè erit in nouissimis temporibus. At ergo.

*Iis qui sunt in Deo Patre dilectis, & CHRISTO IESU conseruatis, & uocatis.* Id est, his quos Dei prouidentia non reiecit, sed seruauit quos uocaret, ut ueniant ad CHRISTVM IESVM; *Misericordia &c.* Iam huiusmodi salutatio à nobis sæpenuerò exposta est.

Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis de communi uestra salute, necesse habui scribere uobis, deprecās supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impii, Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam: & solum dominatorem & dominum nostrum IESVM CHRISTVM negantes. Commonere autem uos uolo, scientes semel omnia, quod IESVS populum de terra Aegypti saluans, secundo eos qui non crediderunt, perdidit. Angelos uerò qui non seruauerunt suum principatū, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, uinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicata, & abeunte post carnem alteram, facti sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter & hi carnē quidem maculant: dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputās altercassetur de Moyse corpore, nō est ausus iudicium inferre blasphemiam, sed dixit: Imperet tibi Deus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant. Quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, rūr: in his corrūpantur.

*Charissimi, omnem sollicitudinem &c.* Primum narrat quam obrem hanc scribendi prouinciam sumpserit: fuit enim sollicitudo communis salutis. Quocirca precatur eos ut supercertent, id est, ut certamen defensionis suscipiant secundum fidem Sanctis semel traditam, ipsi nimirū Apostolis. Dicit autem semel traditam: quia fides CHRISTI non est in eo; EST; & NON; sed in eo; EST; immutabilis & æterna. Est alia expositio, ut supercertent sanctis, hoc est, profanis certamen assumant.

*Subintroierunt enim quidam &c.* Hæc ratio est cur scripsit epistolā. Quod uerò addit; *Qui olim præscripti sunt in hoc iudicium;* Nihil aliud est quā

declarare, quomodo Dominus Deus ob aliqua eorum præcedentia atq; insignia scelera, tradidit eos in hanc reprobā mētem; & insuper ordinauit eorum impietatem ad aliorum probationem ac salutem, & ipsorum perditionem.

*Domini Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam &c.* id est, eligentes loco gratiæ Dei, quæ honestum præcipit, luxuriari per carnē. *Et solum Dominatorem &c.* id est; Et negantes IESVM CHRISTVM, qui solus est uerus dominator & dominus noster in perpetuum.

*Commonere autem uos uolo &c.* Mansuetis uerbis utitur, aiens uelle se commonere illos; *Scientes semel omnia;* Græcè emendatius: *Scientes semel hoc;* nimirum; *Quod IESVS &c.* Græcè melius; *Quod Dominus;* Non enim hic de IESU Nauelo quitur: quoniam per Moysen de terra Aegypti ereptus ē populus ille. Sēsus est ergo, ut meminerint ueteris figuræ, quomodo non omnes qui sunt liberati de terra Aegypti, salui perpetuò facti sunt. Etenim plurimos, qui saluati erāt à plagis Aegypti, perdidit postmodo Dominus propter ipsorum incredulitatē in deserto. Itaq; illi esse debēt figuræ & exempla his, qui liberantur à primis culpis per baptismum, qui nondum propterea perfectam salutem accipiūt, nisi permaneāt in uera fide, & obedientia mandatorum. Hoc est primum exemplum, quod ob oculos illis ponit, ut cum magno timore studeant ambulare.

*Angelis uerò &c.* Ascendit superius ad aliud exemplum (& hoc pertinet specialiter ad seditiosos) uolens ostendere Deum non esse acceptorem personarum, ita ut neq; pepercerit summis Angelis, propria illorū culpa prouocatus; *Qui non seruauerunt suum principatum;* siue illam præclaram originem & domicilium, quod illis erat proprium in cœlis, cum sublimis eorum natura longè terrenas creaturas excederet. Reseruauit ergo illos; *in iudicium magni diei;* id est, postremi diei, qui erit uerè magnus. Nam fors illa quæ eodie obuenerit, erit sempiterna. Reseruauit; *inquam; uinculis æternis;* id est, ad æterna uincula. Nō quidem corporalia, cum ipsi corpus nō habeant, sed spiritualia. Si ita se gessit aduersus Angelos, cur idem non faciet etiam in superbos homines? *Sicut Sodoma &c.* Comparat nunc illos seductores, quod attinet ad illorum carnalia uitia, Sodomitis & Gomorrhæis, qui exfornicantes, & alteram carnem sectantes, id est, infandum uitium contra naturam, propositi sunt ad exemplum sustinentes æterni ignis pœnam, quæ significata fuit per ignem illum sulphureū sensibilis, quem de cœlo pluit Dominus.

*Similiter & hi carnem quidem maculant;* Audite o Lutherani o hypocritæ qui primum maculatis carnem uestram, & Spiritum sanctum mūdi cordis habitatorem, tantum hospitem à suo templo expulistis, uolentes admiscere opera carnis cum operibus Spiritus: et dominationem spernitis: quæ estis cōtumaces & rebelles ihs quos Dominus uobis præposuit; *Et maiestatem;* seu glorias, ut græcè legitur, blasphematis, dū dicitis Apostolicam

Applicā sedē, esse Antichristi sedē. Quæ uox blasphemiam est in Spūm. Quod n. est prouidētiæ & bonitatis Dei, ex mera malitia tribuūt Diabolo mortalium p̄ditissimi. Cū Michael Archangelus etc. Narrat historiā, q̄ nō legit in scripturis. Verissimile autē est penes Hebræos multa fuisse scriptis cōmendata, quæ perierūt. Quod autē minor ob istā causā sit huic epistolæ habēda fides, quæ adducit ea que minime inueniunt in scripturis, p̄fidiæ est, & imprudētiæ. Nō. n. oportet scripturā à scriptura p̄bari, sed ab ecclesia. Alioq; B. Paulus produxit ea que nulla scriptura commemorat: quale est illud de Ianne & Mābre: & de his quibus apparuit Dñs post resurrectionē: & de egregia illa Domini snia: Beatus est dare, q̄ accipere &c.

*Qua autoritate debeant probari scripturæ*

2. Tim. 3.

1. Cor. 15.

Act. 20.

Obmutescant igitur quos nō pudet p̄ hæc tā futilia, scripturis sanctis detrahere. Ceterū hoc Michaelis Archangeli exemplo retundit arrogantiam blasphemantiū. Si n. aduersus Diabolū disputās, usus est uerborū modestia ille princeps Angelorū Michael: quāta est humana arrogātia cōtra Dominatorem erigere cornua, & euomere blasphemias, sicut isti perpetuò faciunt miseris. *Hi autē quæcūq; quidē ignorant, blasphemant;* Et uerè: Quia n. uim sacramentorū, & Dei sapientiā in ecclesia sua & uirtutē ignorāt, ideò i hæc insurgūt, & blasphemis suis cōdār, si modo cōdari pōt à luto purissima lux; *Quæcūq; autē naturaliter etc.* Ea naturaliter possumus nosse sicut muta animalia, quæ subiecta sunt sensibus, & q̄ ad hanc uitā pertinent: sed i his est corruptio. *Qui igitur quæ sunt mūdi huius curat,* carnis cōcupiscētis instar bruti animalis obuolutus; in ihs ipsis corrumpitur.

*Væ illis qui in uia Cain abierūt: & errore Balaā, mercede effusi sunt: & in cōtradictione Core perierūt.* Hi sunt i epulis suis maculæ, cōuiuātes, sine timore, semetipsos pascētes, nubes sine aqua quæ à uētis circumferuntur, arbores autūnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errātia, quibus procella tenebrarū seruata est i æternū. Prophetauit autē & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce uenit Dominus in sanctis millib⁹ suis, facere iudiciū cōtra oēs, & arguere oēs impios de oibus operibus impietatis eorū, quibus impiè egerunt: & de omnibus duris quæ loquuti sunt contra eū peccatores impii. Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa.

Totius huius sermonis interpretatio i hereticorū recitiorū moribus luce clarius inspicif. De his. n. primò dicit; *Væ his qui in uia Cain abierūt;* Hic primus despexit Agnū Dei: & ideò se uicissim despexit cognouit cum omnibus muneribus suis; *Et errore Balaā mercede effusi sunt;* Effundit ille, q̄ nō

se cōtinet in officio ac uirtute, sed aliquo falso bono quasi esca allectus, in illud se præcipitat. Talis extitit Balaā, cuius insipientiā asina corripuit. *Et in cōtradictione Core perierūt;* Huiusmodi uiros, quos semel p̄fidiæ & mercedis amor superauit ut maledicāt Israel uero populo Dei, cogit superbia & elatio ut (quæadmodū Core) contradicāt principibus eccle, & cū Petra ipsa contendāt. Sed hos in contradictione sua absorbet terra.

*Hi sunt in epulis suis maculæ, cōuiuātes;* Est pictor & sculptor nra etate egregi⁹, Michael Angelus nomine, q̄ admirabilis est in exprimēdo nuda hominū corpora, & pudēda. Cōmēdo artē i factor: at factū ipsum uehemēter uitupero ac detestor. Nā hæc mēbrorū nuditas indecētissime in aris, & præcipuis Dei sacellis ubiq; conspicitur. Verūm annumeretur & hic cum cæteris multis & magnis abusibus, quibus cōdatur ecclesia Dei Sponsa CHRISTI. Quod autem in meum præsentē usum sumere inde uolui, istud est, nō ea absoluta p̄fectione ab egregio isto pictore Michael pingi nuda corpora, turpia & obscœna (q̄ tñ uel natura ipsa inobis recta esse uoluit) quā n̄ Ap̄s hæreticorū nuda quæq; & pudēda uiuo spūs penicillo nobis expressit, & in ostētū posuit. Primū, sunt i epulis suis maculæ, cōuiuātes (græca lectio hēt; in dilectōibus uestris) & sensus est. Libētē cōueniūt isti ad cōuiuia, q̄ olim hoc noie; *dilectio;* uocabāt: quo nos uel hodie adhuc utimur, charitatē materno sermōe appellātes, dū hoc pacto solemus inuitare amicos. Placet unā nobiscū facere charitatē? At in ihs dilectionibus, q̄ sunt eorū epulæ, ipsi sunt maculæ, q̄ suos ibi errores dū cōuiuāt, assatim euomūt: quibus non pauci sæpenuerò maculant. Ois. n. amicitia gaudet quodā mutuo cōuictu. Nihil liquidē æquè p̄prietū amicorū, quā conuiuere: & ob eā ratio nē huiusmodi conuictus charitas olim uocabat.

*Sine timore;* Alia cōditio istorū, qui nō cogitāt qd sceleris est p̄dere simpliciū aias, p̄ quibus CHRISTVS IESVS animā suā posuit. Ipsi autē cōtrā, tali cibo pascuntur: unde ait; *semetipsos pascētes;* sicut Diaboli, serpētes, qui terrā, hoc est, hoies terrenos comedūt; *Nubes sine aqua;* Ipsi seipos è terra eleuarūt, ut essēt quasi nubes quæ possent effluere, & dare aquā ad fruges terræ. Sed aqua .i. sapiētia salutarī carēt: solū errores possūt reddere. Sunt uerò nubes; *quæ à uētis circumferuntur;* quæ instabiles modo hāc, modo illāc ad uolūtātē Satāne, qui eos laqueis suis irretitos ducit quocūq; lubet ad seducendū, ad blasphemādū, & ad opa carnis nefaria, ut nūquā stabile uideas hoc hoim genus, à Deo iusta sentētia reprobātū.

*Arbores autumnales;* quæ post æstatē uolūt germīnare, ut in hyeme reddant fructus, quod est impossibile. Tales sunt isti qui noua & staccelctia dogmata spargūt mox peritura. Itaq; sunt reuera arbores; *infructuosæ, bis mortuæ;* Primū sibi, dein de alijs. Sūt. n. inter Christianos q̄ licet sibi mortui sint, fructū tñ interdū referūt Deo in alijs, in prædicatione, & collatione sacramentorū, & huiusmodi. At arbores istæ quæ sese à reliquo corpore

*Michael Angelus pictor & sculptor.*

corpore ecclē p̄sciderūt, oēm uitā pdiderunt. Fluctus feri maris; quia intestino agitant odio i ecclē. Quis nescit quas isti assidue spumāt blasphemias, & cōiūcia, qbus uerius cōfundunt mi feris? O quot famosos uidi horum libellos, & Pasquilli Extasin, & Babylōicas captiuitates. Quid aut sunt hęc, nisi uerē illorū cōfusions, quas rabie quadā despumāt prætēxtu cuiusdā zeli apparētis. Sydera errātia; q̄a aliquid lucis prae se ferre uidentur. Non possēt aliter decipere, nisi aliquid lumē redderēt. Nōnulla. n. uera interserūt innumeris mēdacijs de industria ut sub melle uenēū porrigāt: sed nec in his pmanēt. Testis Lutherus, sicut pleriq̄ de ipsius libris egregie patefecerūt. Tales & alij eius sectatores, Oecolampadius, Zuinglius, Calvinus & ceteri nebulones, q̄ mō ab oriētē ad occidētē, modo ad Aquilonē a meridie uagāt, ut merito errātia dixeris sydera.

Quibus procella tenebrarū seruata est in aeternū; Audiāt q̄ possūt, & cōtemniscāt. Prophetauit aut etc. Hinc acceperūt scandalū quidā, inter quos Cæteranus, cuius uerba hęc sunt: Hic est locus, unde Hieronymus refurari dicit a multis hęc epistolā, nec ab re: qm̄ & si citare apocrypha multo magis liceat q̄ Poetas, autoritati tñ sacrae scripturae derogat, ut apocrypha prophetia, ut simpliciter & absolute prophetia, inducat: quod hic fieri clarē apparet, dū absolute dicitur: Propheta uit aut &c. Hęc ille, parū doctē ac piē. Non. n. apocryphā prophetiā citauit B. Iudas, sed Apostolis cognitā ac probatā: quæ & si in libro forsitan legeret apocrypho, nō propterea censenda erat apocrypha, quā Ap̄s CHRISTI producit ut uerā. Quod si tolerabilius est citare apocrypha, q̄ poetar, cur acrius B. Paulū nō reprehendit, q̄ poetæ Epimenidis carnē in Cretē desertor sit? Sed ad rē. Nō est incredibile, Tertulliano teste, librū Enoch in arca seruātū fuisse, & Apostolis notū fuisse. Ait. n. ab Hebræis illū librū ē medio sublatū: qm̄ testabatur de CHRISTO, & de his pseudoprophetis. Hęc aut prophetia, quid habet (rogo) offendiculi, propter quod integre epistolę debeat repudiari?

Ecce, uenit Dominus in sanctis millibus suis &c. Totū hoc ita uerū est apud Christianos, ut nō sit fas dubitationē ullā admittēre: Hi sunt murmuratores, querulosi &c. Pergit adiungere colores horum pseudoprophetarum, qui semper conquerūtur, & grauari se ab ecclesia prætendunt. Inde illa cētum grauamina, quæ cū uoluerint deuitare, incurrerunt in mille. Non negamus esse qui imponant onera grauiā & importabilia, quæ nec ipsi digito uelint mouere: sed illud admo-neo & desleo, quod omnes quærent quæ sua sunt, nō quæ IESV CHRISTI. Si enim quærerent quæ IESV CHRISTI, non prætēxtu onerum, hæreseōn pestem, & seditionū, & schismatū scandala inducerent, sed curandam huius morbi plagam cōmendarent prouidentiaē Dei, qui non derelinquet tandē absq̄ remedio Spon-sam suam. Nec enim potest negare se ipsum.

Secundū desideria sua ambulātes; Horū desiderium

est desideriu propriū patris eorū Diaboli. Hoc autem est christianam ueritatem uel apertē, uel subdole impugnare, seducere, mactare, & perdere animas; Et os eorum loquitur superba; quia se ipsos erigunt in cathedrā pestilentē, & quasi mūdi cōsorses superba effant: Et miratur personas quæstus gratia; Nullū uideas hoim genus eouiscq̄ maledicū: & nullum tā blandicū & gnatonicū, quā sunt isti miseri, qui apostatarunt a fide. Ipsi enim quæstus gratia admiratur personas, id est, simulatē, quasi admirantes commendant.

Vos autem, charissimi, memores estote uerborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri IESV CHRISTI, qui dicebat uobis: quoniam in nouissimis temporibus uenient illusores, secundum desideria sua ambulātes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superadificantes uosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in Spiritu sancto orantes, uosmet ipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri IESV CHRISTI in uitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos: illos uero salutate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potēs est uos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriae suæ immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri IESV CHRISTI: soli Deo Saluatori nostro per IESVM CHRISTVM dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium, & potestas ante omne seculum, & nūc, & in omnia sæcula sæculorū, Amē.

Vos autem charissimi &c. Sensus est clārus. Ne enim turbentur, admonet ut sint memores prophetiæ acceptæ ab Apostolis ab initio, qui prædicabant uenturos huiusmodi illusores. Et uerē magna est consolatio & semotio scandalorum, cū uidemus ea cōtingere in ecclesia, quæ nobis prædicta fuere de hominū horū impietatibus.

Hi sunt qui segregant semetipsos; Hęc est propriissima hæreticorum nota, quæ debet omnibus fidem facere certam, tales esse hæreticos: quoniam semetipsos segregant a consortio ecclesiae Dei. Erant enim paulo antē nobiscum, ac postmodo ipsimet secedentes, proprios sibi fecere nidos & conuenticula; Animales, spiritū non habentes; Et ideo nō agnoscūt quæ sunt Spiritus Dei.

Vos autem charissimi &c. Nota, bone lector, eximium præceptum, & his nostris temporibus opportunissimum. Primū id monet quod ab initio, uidelicet ut superedificent semetipsos sanctissimæ fidei, id est, ut super fundamento Apostolorum & prophetarum permaneant, assidue crescendo in Spiritu per merita bonorū operum:

Elegans præceptū his præcipiē temporibus obseruandum.

operum: & per orationē in Spiritu sancto, qui est spiritus puri amoris & ueritatis, conseruent semetipsos in dilectione Dei. Quod si in omni tēpore, profectō nūc magis oportet orare in tor-discriminibus & psequutiōibus, qbus Dei ecclēia omnifariā uallat & premitur, & intus & foris: & hoc agendo expectent misericordiā Domini in uitam æternam: non hīc præmia, sed in cœ-lis. O quot sunt uiri bonæ quidem uoluntatis, prædicantes & hortātes, colentes religionē, & in operibus bonis se exercentes: sed hoc habent quod non carent Nemese. Indignantur. n. dū nō hīc respici sua opera uident, sed potius despici, & alios alia parte operantes mala affici præmijs: & ferē hoc in loco cespitant & scandalum patiūtur. Domine IESV libera nos ab hoc spiritu, i quo est proculdubio laqueus & fouea. Hinc. n. multi occasionem arripuerunt ut fierēt desertores & transfugæ reliētis Dei uiui castris. Quasi uerō qui inseruit Deo i euāgelio Filij eius, debeat oculū ulla cupiditate ad honores, uel lucra mundana intēdere. Quātō fuerit parciōr ab ingratīs hominibus gratitudo, tāto cumulator expectanda est a munificētissimo Patrefa. dño Deo retributio. Cōtrā aut, quō maiore præmio quis in uia afficitur, eō leuius inueniet Deum sibi obligatū. Sed nos ueras radices fidelīū ministro rū minime egimus, ut raus sit qui non querat quæ sua sunt, nō quæ IESV CHRISTI. Nam & si iustē debeatur ex euangelico ministerio sumptū necessitas: indigna tamē est spiritu apostolico sollicita, ne dicam importuna exactio. Et hos quidem arguite iudicatos &c. Secundō admonet ut eos illusores & sediciosos redarguant. Vocat; iudicatos; more scripturæ, quia iam iudicati sunt, & ut ait B. Paulus, proprio iudicio condemnati. Tertiō, monet ut

alios qui possunt a seductoribus decipiant in de-ceptione sunt, saluos faciant adiuuantes, & eripientes illos de igne. Deniq; aliorum misereantur qui in hac miseriarum ualle sunt, & peccant ut homines, eō quod & ipsi indigent misericordia: & debent ita alijs misereri, ut & de se timeant ne incurrant in eadem uitia, quæ in alijs damnāt. Qui enim non miseretur alijs, proculdubio tentabitur, & succūber, ut discat habere misericordiam. Quod aut possit qui uis, si superbiat, facile tentationi succumbere, ostenditur per hęc maculatam tunicam qua uestiti sumus. Hęc est caro nostra, in qua est peccati macula & uitiū. Quapropter debemus alijs misereri in timore, & odio habere hanc tunicam maculatam, ut potē spiritui repugnantem. Non me latet in græcis nūc aliter legi: sed nostra lectio magis placet, & minus habet obscuritatis: nec interpret ita uertisset, si non legisset ita haberi in græcis.

Ei autem qui potens est &c. Facilis litera: Solummodo audiant hæretici qui nolunt dari hominem sine peccato, imō neminem esse qui non assidue peccet in omni opere quātumuis bono. Hīc Apostolus contrā docet manifestē, talē nobis describens dominum Deum & Patrem nostrum, qui possit conseruare illos sine peccato, & constituere ante conspectū gloriae suæ immaculatos in aduentu domini nostri IESV CHRISTI. Beati qui tales fuerint: Nihil enim illis deerit ad omnem fiduciam.

Clemētissime Domine IESV fac nos tales q̄ potes, ut tibi laudes & gratias agamus sempiternas. Amen.

BENEDICTVS DEVS.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR


SS TT VV XX YY ZZ. AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh

Omnes sunt terniones, præter H.H.h. qui est quaternio.



Errata grauiora sic corrigantur. Leuiora autem æquus lector inter legendum per se emendabit.

Pag.	Col.	Verf.		Pag.	Col.	Verf.			
31.	1.	16.	probe	probet,	457.	2.	60.	cum fœdus	cum eis fœdus
27.	1.	56.	iustificantur	iustificantur	461.	1.	33.	admitti	amitti
100.	2.	52.	paucis	paucos	463.	2.	41	luit	luit
133.	2.	26.	ἰεγὼν πῦρ	ἰεργυρῖα	465.	2.	53.	intelligere	intelligeret
179.	1.	1.	solummodo	Salomon	467.	2.	26.	cucurriffe	concurriffe
38.	2.	38.	per Dei	Dei per	468.	1.	2.	bona	bona
286.	1.	16.	Theologi & dispositione aiunt		473.	1.	13.	Deus	Deos
			Theologi aiunt		476.	1.	14.	utrique parti	utri parti
310.	1.	17.	ipsis oculis cernuntur quæ	quæ	478.	2.	8.	adepta	adeptum
			ipsis oculis cernuntur		479.	2.	15.	ciuius	ciuis
310.	1.	26.	Cur dicit non	Cur non dicit	479.	2.	53.	Quia igitur	Qua igitur
312.	1.	48.	sciri	scire	491.	2.	32.	agere	ageres
313.	2.	8.	ad receptam	iam receptam	493.	1.	46.	nobilio	nobilio rem
317.	1.	61.	operatus es	operatus est	ibid.	2.	39.	particibus	participibus
340.	1.	9.	principium	principum	495.	1.	2.	missum	misso
349.	1.	55.	explodetur	explodatur	525.	2.	12.	quanque	quamuis
356.	2.	33.	opere & faciēdo	opere faciēdo	527.	2.	37.	deiecta	delicta
358.	2.	16.	Idipsum et autē	Idipsum autem	530.	2.	48.	Appositē ait ergo,	Appositē ergo
359.	2.	33.	lo-di	loquendi	533.	1.	8.	habentem	habente
360.	1.	22.	explicit	explicat	ibid.		57.	stianissimi	stianismi
373.	2.	40.	uos omnes	nos omnes	539.	1.	57.	initiet	intret
382.	2.	33.	inducebat	ducebat	540.	2.	55.	inficiuntur	inficiantur
383.	1.	1.	indicantur	indicuntur	542.	2.	14.	uerum &	uerum est
385.	1.	39.	organorum	organa	544.	1.	47.	& acquirunt,	& acquiruntur
393.	1.	22.	ma.	mater	548.	2.	8.	prius	priusquam
394.	1.	39.	proprietate	proprietate	549.	1.	45.	nos ipse suscepit	nos suscepit
400.	2.	14.	Sponsæ	Sponso	554.	1.	24.	erat	erant
403.	2.	10.	addendum	ad tentandum	ibid.	2.	60.	mobilia	immobilia
404.	1.	15.	tenemur et planā	tenemur planā	555.	1.	29.	At quod	Ad quod
407.	1.	33.	uos quoque	nos quoque	556.	1.	2.	fœdata	fœdata
413.	2.	13.	cadent	cadant	561.	2.	39.	uidisti signa	uidistis signa
414.	1.	9.	optari	aptari	563.	2.	13.	Cor meam	cor meum
415.	1.	4.	ut simul	& simul	573.	1.	14.	illis	illi
416.	in	arg.	genere	gerere	575.	2.	34.	iterum	interim
421.	2.	9.	operatur	opinatur	584.	1.	18.	uobis	nobis
431.	1.	50.	ponderant	ponderent	592.	1.	21.	illæneus	ille æneus
435.	1.	49.	repetitis	repetitis	593.	2.	61.	perturbatio	perturbatione
435.	2.	50.	instructionem	instructio	603.	2.	62.	suffurati	suffurati sunt
445.	1.	40.	castra Dei	castra Dei	605.	2.	59.	tā	tanto
ibid.	1.	59.	iuuenis	iuuenis	633.	1.	31.	summus	sumus
448.	1.	27.	entiores serui	entiores, serui	644.	2.	55.	sensibil, gemuem	sensibilem, quæ
451.	1.	7.	lucem habere	lucem habitare	647.	1.	28.	raus	rarus



Venetijs, in officina Erasmiiana, apud Vincentium Valgrifsum .M D L I.

